BIBLIOTECA NAZIONALE
14
17 Q
8 M

HVGONIS
DE SANCTO VICTORE,
Canonici Regularis Lateranenſis,

TVM PIETATE, TVM DOCTRINA INSIGNIS;
OPERA TRIBVS TOMIS DIGESTA.

Nunc à Donno Thoma Garzonio de Bagnacaballo poſtillis, Annotatiunculis, Scholijs, ac vita auctoris expolita.

IN GRATIAM REVEREND. D. PETRI FRANCISCI à Ripa Veronenſis eiuſdem Congregationis Rectoris Generalis.

TOMVS SECVNDVS.



M. D. LXXXVIII.

Venetijs, Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum.

TABVLA RERVM INSIGNIVM, QVAE IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

FINIS.

M. HVCONIS DE SANCTO VICTORE CANONICI, REGVLARIS LATERANENSIS.

INSTITVTIONES IN DECALOGVM Legis Dominicæ, Cuius sunt Capita,

Sequitur iam dictum. Cap. I.

A Deut. 6.

VDI Israel, Deus tuus, Deus vnus est, ipsum adorabis, & ei soli seruies. Non hoc totum de præcepto est quod dicitur, quia ante præceptũ per admonitionem ad obedientiam auditoris anim⁹ præparatur. Audi Israel. Hic nota obedientiam. Deus tuus, hic nota gratiam. Deus vnus est, hic doctrinam. quasi diceretur, obedientiam exhibe, gratiam intellige, veritatem agnosce. Quòd audis, hoc est obedientia, quam exigeris. Quòd Deus tuus, est gratia præuenientis. Quòd Deus vnus, veritas qua illuminaris & perficeris. Deum tuum audi, qui tibi misericordiam iam exhibuit, & necdum tamen a te seruitium accepit, vt scias ab ipso esse vtrunque, scilicet, & quòd a te exigit opus virtutis, & quòd tibi promittit præmium retributionis. *Pulchra considerationes verbales.*

B Audi Israel, id est ausculta, acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit, quemadmodum omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra namque vel inobedienti gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligenti præceptum daretur. Idcirco primum audi Israel, vt sis obediens, Deus tuus, vt deuotus existas, Deus vnus est, vt veritatem agnoscas. Deinde sequitur præceptum. Ipsum adorabis, hoc pertinet ad fidem. Et ei soli seruies, hoc pertinet ad operationem. Fides enim operans ex dilectione perfectum facit, quia nec opus sine fide, nec fides cui tempus suppetit, accepta est sine opere. Propterea adora recte credendo, serui bene operando. Quæri autem potest, si id quod dixit, Ei soli, ad vtrumq; referendum est, vt dicatur, ipsum solum adorabis & ei soli seruies? Sed hoc quomodo stare poterit, quia sæpe in veteri testamento sanctos viros nõ solum angelos adorasse, sed etiam homines legimus, nec tamẽ propterea alicubi reprehensos inuenimus? Et in nouo apostolus quidem etiam fideles ad seruiendum superioribus & prælatis, summopere exhortatur. Sciendum ergo est, quòd alio modo homines adorãtur, & alio modo Deus adorari præcipitur, vsu namque veteri superiores quiuis ab inferioribus adorari dicebantur, quando eis siue in curuatione genuum, siue capitis inclinatione ab his reuerentia exhibebatur. Deũ autem adorare est ei totam mentem per humilitatem ac deuotionem substernere, & ipsum principium ac finẽ omnis boni credere. Quod ei soli nos debere nemo est sanæ mentis qui ambigat. Vnde ipse quo- C Quæstio. Solutio. *Adoratio hominum, & Dei diuersa.* D

Esa. 42. que per prophetam de se testatur dicens. Gloriam meam alteri non dabo: & laudem
E meam sculptilibus. De seruitute verò idipsum competenter intelligi potest, quia nimirum omnis ille rectissime soli Deo seruire dicitur, qui & secundum Deum homini superiori humiliter se subijcit, & vbi causa Dei impugnatur fidenter contradicit, qui cauet solicite ne in sua seruitute, vel pro timore hominis contrà Deum quid faciat, vel terrenę retributionis lucrum in intentione cœlesti pre-
F mio anteponat. Sed in Gręco manifestior sententia expressa est. Gręca namque locutio diuinam seruitutem ab humana proprio vocabulo distinguit, quod latinitas non habet, Ibi enim Dei seruitus latria, & humana dulia vocatur. Et ob hoc idololatrę appellati sunt, qui eam seruitutem quam Deo debuerunt, idolis exhibebant. Sed Latina lingua vtranque sub eodem nomine seruitutem comprehendit, & propterea obscurior significatio facta est, cum dicitur, Ei soli seruies, quod in Græco ambiguum non
G est. Sed cum hoc preceptum ad patrem pertineat, quare dictum est, ei soli seruies, quasi etiam Filio, & Spirituisancto seruiendum non sit? Verum, quod dictum est soli, non excludi t communionem Filij, & Spiritussancti, sed quicquid Deus non est. Pater autem, & Filius, & Spiritussanctus vnus Deus est, & ipse solus adorandus est, eique soli, & non alteri seruiendum est, ea videlicet seruitute, quę ei soli debita est. Nam & in Euangelio cum dicitur. Nemo nouit patrem nisi filius, &cęt. non vtique Spiritus sanctus a patris cognitione excluditur, cum ipse etiam profunda Dei, teste Apostolo, scru-
H tetur. Sed est eiusmodi loquendi genus, vt dicatur, nemo nisi ille videlicet qui non hoc est quod ille.

Quęstio. *Responsio.* *Matt. 11.*

Secundũ. ¶ His pro breuitate transcursis ad sequens mandatum discutiendum transeamus, quod tale est. Ne assumas nomen Dei tui in vanum. Hoc ad simplicem literæ sensum taliter intelligi debet, vt nomen Dei homo in vanum non assumat, idest, vel ad mendacium confirmandum, vel ad idolum venerandum scilicet, vt neque idola nomine diuino honoret, neque falsitati nomen Dei associet. Mystice autem nomen Dei in vanum assumere est Filium Dei visibilem per humanitatem factum creaturam existimare. In vanum quippe nomen Dei assumit, qui Filium Dei ęternum ex tempore cœpisse credit. Nomen si quidem patris filius dicitur, quia in filio, & per filium pater inuisibilis manifestatur, non solum quando per ipsum mundus factus est, verum etiam quando per ipsum homo est redemptus. Sane qui filium Dei hominem factum confitentur, nequaquam in vanum nomen Dei assumnnt, quia quem credunt hominem per id, quod assumpsit ex tempore, Deum verum agnoscunt per id, quod fuit ex æternitate. Potest ad huc aliter intelligi,
I quod dictum est, ne assumas nomen Dei tui in vanum. In vanum namque nomen Dei assumunt, qui filium Dei ad se missum, & pro sua salute incarnatum contemnunt. Quid est ergo dicere, Ne assumas nomen Dei tui in vanum, nisi sicut veneraris, & adoras eum propter hoc, quòd ab eo factus es, sic adora eum, & venerare propter hoc, quòd ab eo es redemptus, qui non minus tibi contulit cum redimit, quàm cum creauit. Ad eundem spectat sensum, quòd ipse filius in Euangelio discipulis, & per discipulos omnibus in se credentibus dicit. Creditis in Deum, & in me credite. modesta quidem, (vt decuit pium) insinuatione nos admonens, vt intelligamus eum non solum adorandum à nobis in sua diuinitate qua condidit, sed in humanitate etiam qua redemit.

Exod. 20. *Pulchra expositio-nes illius praecepti. Non assumas nomẽ Dei tui in vanum.* *Ioan. 14.*

K ¶ Tertium præceptum est, Obserua diem sabbati. Quatuor sabbata commemorare videtur scriptura. Primum illud in quo Deus perfectis operibus suis requieuisse dicitur. Secundum illud quod filijs Israel carnaliter custodiendum mandatur. Tertium illud quod populo dei spiritualiter seruandum præcipitur. Quartum illud quod in repromissione sabbatum pro sabbato suis Deus dilectoribus pollicetur. Duo igitur sunt sabbata exterius, vnum dei & vnum hominis, & duo interius, vnum dei & vnum hominis. Sabbatum dei illud quo exterius ab opere cessasse dicitur, sacramentum est illius interioris sabbati eius in quo ipsius æterna immortalitas, immortalisque æternitas perpetua & inconcussa beatitudine perfruens nullo vnquam labore fatigatur. Sabbatum hominis, quod ei exterius visibiliter seruandum præcipitur, sacramentum est interioris sabbati, vbi mens sancta per bonam conscientiam a seruitute peccati quiescens in gaudio spiritus sancti iucundatur. Hoc sabbatum quisquis in præsenti vita ita seruauerit, vt nullis consentiat malis, perueniet in futura vita ad illud internum & æternum dei sabbatum, vbi nulla sentiet mala, sicut dictum est. Et erit sabbatum pro sabbato, mentis pro mense. Istud itaque præceptum specialiter ad Spiritus Sancti personam referri videtur, cum dicitur, obserua sabbatum, vt videlicet in præsenti suscipiamus eum & custodiamus intra nos in gaudium bonę conscientiæ, quatenus eum in futuro suscipere & possidere mereamur in gaudium vitæ æternę. Hęc igitur sunt tria precepta primę tabulę, in quibus pręcipue Dei dilectio commendatur, & tota Trinitas vnus Deus equaliter adoranda & colenda præcipitur.

Tertium. *Deut. 5.* *Quatuor sabbata commemorantur in scriptura.*

De

De septem mandatis secunda Tabula.

Cap. I I.

L SEptem alia secunda tabula contine-
bat, quę hominem ad dilectionem
proximi instruunt. Et propterea
septenario distinguuntur: quia in
præsenti vita tantum quæ septem
diebus voluitur, nostra caritas pietatis operibus
exercetur erga proximum, postea consummatis
operibus & finitis laboribus, per contemplatio-
nem pariter cum proximo beatificanda est in
Deum. Amor ergo proximi & temporalis est
quantum pertinet ad exhibitionem operis: &
æternus quantum pertinet ad effectum dilectio-
nis. Primum præceptum secūdæ tabulæ ad patrē
pertinet hominem, sicut primum primæ ad pa
trem Deum, vtrobique paternitas præponitur,
vtrobique principij dignitate honoratur, quia
secundum quendam modum sic habemus prin
cipium nascendi per generationem à patre ho-
mine, sicut principium existendi per conditio-
nem accepimus à Deo patre. Et paternitas ho-
minis sacramentū est & imago diuinæ paternita-
tis: Vt discat cor humanū in eo principio quod
videt, quid debeat illi principio à quo est & qd
M non videt. Sic ergo dictum est. Honora patrem
Deut. 5. tuum, & matrem tuam, vt bene sit tibi, & sis lon
Quartū. gæuus super terram. Sicut superius dictum est
in primo præcepto primæ tabulæ, ita & hic non
totum ad præceptionem pertinet quod positum
est. Sed ibi quod præter pręceptum erat, pręmis-
sum est, hic subiunctum est. Audi Israel: Deus
tuus, Deus vnus, hoc totum ante pręceptum prę
mittitur, ipsum pręceptum postea subinfertur,
Ipsum adorabis & ei soli seruies. Hic pręceptum
pręcedit, honora patrem tuum & matrem tuam,
deinde subiungitur, vt benè sit tibi & sis longę-
N uus super terram. Quid est ergo quod ibi ante
pręceptum causa pręcepti subinsertur, nisi quia
Deus diligendus est propter seipsum, & homo
propter Deum? Nam & amor parentum si ad so
lam carnem respicit, spirituale præmium non ac
quirit. Ex Deo igitur prius in nobis est propter
quod postea diligēdus est à nobis, quia eius gra-
tia nostra dilectio præuenitur, & nostra dilectio
per eius gratiam excitata subsequitur. In patri-
bus autem carnis nostræ, si ad id solum bene-
ficium nostra dilectio tenditur, quo carnaliter
ab illis nostrum meritum præuenitur, quia vl-
tra carnis affectum & supra carnis intuitum
non proficit, ad perfectionem præmij spiritua-
lis non pertingit. Ergo propter vitam æterni-
tatis diligendus est author vitæ temporalis, vt
scilicet non ob hoc diligatur, quia hanc ab illo
immo per illum vitam accepimus, sed quia per
illum vitam intraturi sumus, Bene ergo cum
O dictum esset, Honora patrem tuum, subiuncta
est causa, vt bene sit tibi & sis longæuus super
terram, scilicet viuentium, quia hoc diligere de
bemus in authore vitæ huius, quòd ab illo per
hanc vitam ad vitam futuram initiari sumus. Et
pulchre honoranti principium suum longæui-
tas promittitur, quia Deo per dilectionem ad-
hęrere, æternitatem promeretur. Sane quantum
spectat ad sensum literæ, duobus modis paren- *Quomodo*
tes nostros honorare debemus, & obediendo *parentes*
eis videlicet in omnibus, his exceptis in quibus *venerari*
Dei patris dilectio non offenditur, & eos (quan- *debemus.*
tum nostra facultas suppetit) adiuuando. Sed
& de patribus spiritualibus, idest prælatis no-
stris, idipsum intelligere nihil impedit, quibus
obedientiam debemus quantum nostra habet
possibilitas, & auxilium, immo seruitium quan-
tum suppetit facultas.

¶ Secundum præceptum est: Non occides. P
Conuenienter sane cui in præcedenti mandato Quintū.
vitæ longæuitas promittitur, hic ne alienam vi- Deut. 5.
tam extinguat prohibetur, vt hoc ex caritate Dei
sit, quod principium suum honorans ad vitam
quę finem nescit inhiat: hoc vero caritate proxi-
mi, quòd ad vitæ alienæ finem nullo crudelita-
tis odio se relaxat.

¶ Deinde sequitur tertium præceptum. Non Q
mœchaberis & quartum. Non furtum facies. Sextum.
Non mœchaberis, hoc pertinet ad vitam pro Septimū.
priam: Non furtum facies, hoc pertinet ad ui-
tam alienam. Supra enim iussus est & suam & al-
terius vitam conseruare, hic iubetur, & suam &
alterius vitam non lædere. Iustum est enim, vt
in uia vitæ corruptionem caueat, qui in patria
vitam incorruptam expectat, & qui iam vitam
proximi per apertam uiolentiam non opprimit,
etiam per fraudem occultam in ijs quę ad vsum
uiuendi data sunt ei non noceat. Et non solum
ipse per se non noceat, sed neque nocentibus &
nocere volentibus sua authoritate uel attestatio-
ne fiduciam aut firmamentum pręstare pręsu-
mat. Hoc enim sequenti mandato prohibetur
cum dicitur. Non falsum testimonium dices. Et R
quia ab opere lęsionis diu se cohibere non po- Octauū.
test, qui mentem suam ab intentione & volun-
tate lędendi non cohibet, sequitur & dicit. Non
concupisces uxorem proximi tui: Nec concupi-
sces rem proximi tui. Vt non mœcheris, non
concupiscas vxorem proximi tui: ut furtum non
facias, Non concupiscas rem proximi tui. Hæc Nonum.
sunt decem pręcepta quæ primę perfectionis Decimū.
uiam & semitam pandunt directionis. Prima *Perfectio-*
enim perfectio per bonam operationem ho- *nes homi-*
minem in semetipso dirigit. Secunda per cha- *nis dire-*
ritatem proximi in latum expandit: Tertia *ctiua.*
per charitatem Dei in altum extollit. Quia de-
narius primę perfectionis lineam porrigit, cen-
tenarius secundæ expandit latitudinem: mil-
lenarius in altum summam tollit perfectio-
nem.

De ordine præceptorum Dei. Cap. III.

S ORdinem autem ipsorum præceptorum Dei sine consideratione transire non oportet. Nam si ordo viuendi est, vtique & ordo præcipiendi. Primum ergo attēde quod dicatur tibi, vt adores Deum tuum & seruias illi, hoc est primum præceptum. In adoratione agnosce fidem, in seruitute intellige bonam operationem. Post hæc secundum præceptum sequitur. Vt nomen Dei tui in vanum non assumas, quatenus verbum veritatis in ore tuo sit propter veritatem, vt post fidem cordis sequatur confessio oris. Primum deuotio ad bonam conscientiam, postea exemplum operis ad bonam famam, nouissimè verbum prædicationis ad doctrinam. Deinde sequitur tertium præceptum, & dicitur tibi, vt sabbatum obserues, hoc est mentis quietem custodias, vt non perturberis ex aduersis foris occurrentibus pro veritate. Sed discas esse pacificus etiam inter illos qui pacem oderunt, prædices veritatem, & non omittas charitatem. Hæc sunt tria præcepta primæ tabulæ, de ijs quæ pertinent ad Deum. Post quam sequitur secunda tabula de ijs quæ spectant ad proximum. Primum ergo præceptum secundæ tabulæ est, in quo tibi precipitur, vt honores principium tuū, ut vitam longæuam habere possis, quoniam qui non honorat eum a quo est, dignus est, vt retinere non possit id quod est. Secundum, Non occides, debito subsequitur ordine, quia si obseruando primum huius tabulę pręceptum, vis esse longæuus super terram, rationi & dictamini naturę consonum est vt occidas neminem, ne videlicet alij cuipiam quod tibi factum nolis, facias. Cui etiam tertium, quartum & quintum concordant, nam sicut tibi non solum vitam vis esse saluam, sed & coniugem, & rem, & famam, vis habere inuiolatam, ita decet vt non mœcheris, non furtum facias, non falsum testimonium dicas, quo postremo proximo in tribus nocere possis, in vita, re, & fama. Porrò quia ad iustificationem non satis est formidine pœnæ cohibere ab illicitis manum, sed necesse est, vt Dei & virtutis amore cohibeamus & mentem: bene subduntur duo reliqua, vt neque vxorem neque rem concupiscas proximi.

De substantia dilectionis, & charitate ordinata. Cap. IIII.

T QVotidianum de dilectione sermonem serimus, ne forte non animaduertentibus nobis scintillet in cordibus nostris & exardescat ignis flammam faciens, aut totum consumens aut purgans totum. Ex eo namque totum est quod bonum est, & totum quod malū est ex eo est. Vnus fons dilectionis intus saliens duos riuos effundit. Alter est amor mundi, cupiditas, alter est amor Dei, charitas. Medium quippe est cor hominis vnde fons amoris erumpit, & cum per appetitum ad exteriora ducitur, cupiditas dicitur. cum verò desiderium suum ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui qui de fonte dilectionis emanant, cupiditas & charitas. Et omnium malorum radix cupiditas, & omnium bonorū radix charitas. Ex eo igitur totum est quod bonum est. & totum quod malum, ex eo est. Quicquid ergo illud est, magnum est quod in nobis est, & ex eo totum est, quod inest nobis, ex hoc autem amor est. Quid est amor, & quantum? quid est amor, aut vnde est amor? Et sermo Dei de amore loquitur. Nunquid hoc negocium non potius illorum est, qui amorem qui pudicitiam prostituere consueuerunt? Ecce quàm multi qui eius mysteria volentes suscipiunt, quàm pauci qui eius verba in medium proferre non erubescunt. Quid igitur V
nos facimus? Forsitan multa improbitate frontem fractam habemus, qui non verecundemur amorem dictatum formare, quem & impudici aliquando non possunt sine verecundia in verbis exprimere. Sed aliud est inuestigare vitium vt eradicetur, aliud exhortari ad vitium, vt virtus & veritas non ametur. Nos igitur inuestigamus & quærimus vt sciamus, & scientes caueamus: quod illi inuestigant vt sciāt, sed sciant vt faciant, quid illud in nobis sit quod desideria nostra sic multifariā diuidit, & cor nostrum in diuersa deducit. Inuenimus autem hoc aliud nō esse præter amorem, qui cum sit motus cordis, secundum naturā singularis & vnicus, secundū actionem autem diuisus, cū se inordinate mouet, id est ad ea quæ nō debet, cupiditas dicitur, cū vero ordinatus est, charitas appellatur. Ipsum ergo hunc cordis motū quem amorē appellamus, qua definitione signare poterimus? Expedit nobis propius intueri eū ne lateat aliquatenus, & nō sciatur, proptereaq; nec caueatur cum malus est, nec appetatur aut inueniatur cū bonus, de quo & cum malus est tanta mala veniunt: & cū bonus est tanta bona procedunt: ipsum igitur quomodo diffinimus? Inuestigemus: consideremus, quia occultum est quod quęritur, quantoque interius collocatum est, tanto magis in vtraq; parte cordi dominatur. Igitur videtur amor, & amor est dilectio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid: desiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium: per desiderium currens, requiescens per gaudium. Hic bonum est, & hic malum est tuum, cor humanum, quia nec aliunde bonum es si bonum es, nec aliunde malum es si malū es: nisi quod, vel male, vel bene amas, quod bonum est. Nam omne quod est, bonum est, sed cum id, quod bonum est, male amatur, illud bonum est, & hoc malum est. Igitur nec qui amat malum est: nec quod amat malum est: nec amor quo amat malum est, sed quod male amat, & hoc omne malum est. Ordinate ergo charitatem:

tem: & iam malum nullum est. Magnam rem commendare volumus, si tamen valemus, quod X volumus. Omnipotens Deus, qui nullo indiget, quia ipse summum, & verum bonum est, qui nec de alieno accipere potest quo crescat, quoniã ex ipso sunt omnia, nec de suo amittere, quo decidat, quoniam in ipso immutabiliter consistunt vniuersalia: ipse rationalem spiritum creauit sola charitate, nulla necessitate: vt eum suæ beatitudinis participem faceret. Porrò, vt idem esset aptus tanta beatitudine perfrui: fecit in eo dilectionem, spirituale palatum, quoddam significans ad gustum dulcedinis internę: quatenus per ipsam videlicet dilectionem suæ fœlicitatis iocũditatem saperet, eique infatigabili desiderio cohæreret. Per dilectionẽ ergo copulauit sibi Deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificanda erat bonum, & ex ipso quodammodo per affectum suggeret, & de ipso per desiderium biberet, & in ipso per gaudium possideret. Suge, ò apicula, suge. Suge & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem. Immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo, & inhære, sume & fruere. Si sempiternus gustus fuerit: sempiterna quoque beatitudo erit. Non iam pudeat nos neque pœniteat de amore fecisse verbum. Non pœniteat vbi tanta vtilitas: non pudeat vbi talis ho-

Pulchra conuersio pro concionatorib.

Y nestas. Igitur per amorem sociata est factori suo creatura rationalis: solumq́ue est dilectionis vinculum, quod ligat vtrosque in idipsum, & tanto fœlicius quanto fortius. Propter quod etiam, vt indiuisa societas, & concordia perfecta vtrobique haberetur: geminatus est nexus in charitatẽ Dei, & proximi, vt per charitatẽ Dei omnes vni cohærerent, per charitatẽ proximi omnes adinuicem vnum fierent, vt quod de illo vno cui omnes inhærebant, quisque in semetipso non caperet, plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero possideret, & bonum omnium fieret totum singulorum. Ordinate ergo charitatẽ. Quid est ordinate charitatem? Si desiderium est amor, bene currat: si gaudium est bene quiescat. Est enim amor (sicut dictum est) dilectio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid: desiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium, per desiderium currens, & requiescens per gaudium: currens ad illud, requiescens in illo. Ad quid aut in quo? Audite si forte explicare possimus, quò currere debeat amor noster: aut in quo requie-Z scere. Tria quædam sunt, quę amari bene aut male possunt, idest Deus, proximus, & mundus. Deus supra nos est: proximus iuxta nos est: mundus subtus nos est. Ordinate ergo charitatem. Si currit, bene currat: si requiescit, bene requiescat. Desiderium currit: gaudium requiescit. Propter quod gaudium vniforme est, quia semper in vno est: nec vicissitudine variari potest. Desiderium aũt mutabilitatẽ suscipit, & idcirco non se continet in vno, sed varias species repræsentat. Omnis namque cursus aut de illo est: aut cum illo: aut in illo ad quod est. Quomodo ergo currere debet desiderium nostrum? Tria sunt: Deus, proximus, & mundus. Tria Deus, duo proximus, & vnum mundus habeat in cursu desiderij nostri. Et est in desiderio ordinata charitas. Amor namque per desiderium: & de Deo, & cum Deo, & in Deum ordinate currere potest. De Deo currit quando de ipso accipit vnde eum diligit. Cum Deo currit: quando eius voluntati in nullo contradicit. In Deum currit, quando in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria, quæ ad Deum pertinent. Duo sunt proximi. Potest enim desiderium de proximo currere, sed in proximum non potest. De proximo, vt de eius salute, & profectu gaudeat. Cum proximo, vt eum in via Dei & comitem itineris, & socium peruentionis habere concupiscat. Sed in proximum non potest, vt in homine spem, & fiduciam suam constituat. Hęc sunt duo, quæ ad proximum pertinent: idest de ipso, cum ipso, non in ipsum. Vnum est mundi de ipso currere: non cum ipso, aut in ipsum. De mundo desiderium currit, quando inspecto foris Dei opere per admirationem, & laudem ardẽtius intus ad ipsum se conuertit. Cum mũdo curreret: si se pro mutabilitate temporaliũ, siue deijciendo in aduersis, siue eleuando in prosperis, huic sæculo se conformaret. In mundum curreret: si in eius delectationibus semper requiescere vellet. Ordinate ergo charitatem: vt desiderium currat de Deo: cum Deo: in Deum. De proximo cum proximo, non in proximum. De mundo, nec cum mundo, nec in mundum. Et in solo Deo requiescat per gaudium, quia si gaudium est, amor bene quiescat, si desiderium est, amor bene currat. Est enim amor (sicut dictum est) dilectio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid: desiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium, currens ad aliud, requiescens in illo. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsam omne, quod agitur, non ordinata charitas est: sed inordinata cupiditas.

Tria, quæ bene, cum male diligi possunt.

INCIPIT

EXPOSITIO
M. HVGONIS
DE SANCTO VICTORE
Canonici Regularis Lateranensis.
SVPER REGVLAM BEATI AVGVSTINI EPISCOPI.

De Charitate Dei & proximi.
De vnitate cordium, & communitate rerum.
Cap. I.

A HAEC præcepta quæ sub scripta sunt ideo regula appellantur, quia videlicet in eis nobis recte viuendi norma exprimitur. Regula autem dicitur: eo quòd recte regat: vel quòd recte doceat. Et quod nos dicimus regulam, græci Canonem appellant. Vnde etiam greco nomine canonici idest regulares appellati sunt hi, qui in monasterijs constituti iuxta regularia præcepta sanctorum patrum canonice, atque apostolice viuunt, quibus dicitur.

HAEC sunt quę vt obseruetis precipimus in monasterio cõstitutis.

B ¶Ad hæc nobis diuina præcepta leguntur: quatenus lecta intelligantur & impleantur. Metuenda illa sententia qua dicitur. Seruus qui scit voluntatem domini sui & non facit, plagis vapulabit multis. Hinc Paulus ait. Non enim auditores legis, sed factores iustificabuntur. Audiamus ergo sacra præcepta pij domini, & memores simus mandatorum ipsius ad faciendum ea. Quia sicut dicit beatus Iacobus. Si quis in lege perfectæ perspexerit libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Et dominus in euangelio. Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. Igitur quæ præcipiuntur nobis in monasterio constitutis humiliter attendamus.

Luc.12.
Roma.2.
Iaco.1.
Lucę.11.

Primũ propter quod in vnum estis cõgregati, vt vnanimes habitetis in domo: & sit vobis anima vna & cor vnũ in deo.

¶Primo nobis ammonitio fit de vnitate, & concordia: & tali concordia quę in deo fit. Nam concordia ad faciendum peccatum mala est. concordia vero ad faciendum bonum, & sectandam iustitiam, & seruiendum deo bona est. C
Hoc est propter quod in vnum sumus congregati scilicet vt in seruitio diuino vnum spiritum & vnam animam omnes habeamus. Et ideo pręcipit vt vnanimes habitemus in domo: & sit nobis anima vna & cor vnum in dęo. Oportet enim si in vnum congregati sumus corporaliter, vt simul habitemus & spiritualiter. Non enim prodest si nos continet vna domus, & separat diuersa voluntas. Plus enim attendit deus vnitatem animi quàm loci. Ecce in vna domo sumus plures homines, diuersi mores, diuersa corda, diuersæ animæ. Hæc omnia debet coniungere in vnum vna intentio & vnus amor in deum. Debemus ergo in hoc esse vnius animi & vnius voluntatis: vt seruiamus Deo & diligamus Deum ex toto corde & ex tota anima: & proximum sicut nos. Necessaria itaq; est nobis virtus concordiæ: quę sic haberi potest si frater dum venit ad monasterium incipit se spoliare propria voluntate, atq; illũ imitari qui ait. Non veni facere voluntatem meam. Et iterum. Pater non sicut ego
volo

Ioan.6.
Matt.26.

volo, sed sicut tu. Hoc est enim, quod maximè adducit concordiam, si quisque non suam, sed alterius voluntatem facere studeat in bono. Et hoc est magnę humilitatis iudicium. Inde generatur obedientia, crescit charitas, & pax atque iustitia, & ecclesiæ virtutes: quòd si volo facere voluntatem meam, & iste suam, fiunt diuisiones, oriuntur lites, iræ quoq; , & rixæ, quæ sunt

Galat. 5. opera carnis. Et sicut ait Apostolus, qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Sunt quidam in congregatione obstinati in suo sensu, sapientes in oculis suis: nam, quod in animo conceperint, hoc quasi ex ratione defendunt: nec se alijs, sed alios sibi applicari contendunt. Et si viderint sibi non obtemperari, statim commouentur, & perturbantur. Tales solent esse rebelles mandatis seniorum: plurimumque in eis regnat passio inobedientię, & impatientiæ. Isti non

Roma. 1. sunt idonei ad concordiam. Nam iuxta Apostoli vocem euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes

D enim se esse sapientes stulti facti sunt. Magna quippe obscuritas cordis est superbia, & valde stulta sapientia est, alijs se velle præferre. Quo cô

1. Cor. 3. tra idem Apostolus ait. Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, vt sit sapiẽs. Stultus enim sapiens est, & secundum Deum magna sapientia est omnibus se iudicare inferiorem: Inde

Eccl. 3. scriptum est. Quanto maior es: tanto te humilia in omnibus. Hinc Dominus discipulos suos inter quos contentio erat, quis eorum videretur esse maior statim ad humilitatis concordiam

Matt. 20. reuocat dicens. Qui maior est vestrum, erit ipse vester seruus. Et ipse filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare redemptionem pro multis. Ergo vnanimes

Psal. 132. habitemus in domo. Bonum est enim & iucundum Deo habitare fratres in vnum. Nec tam placent ei nostra ieiunia, nostræ orationes quam

Matt. 5. concordia. Ideo dicit in Euangelio. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Ex quibus verbis patet: quia qui concordiam non habet omnipotenti Deo sacri-

E ficium offerre non valet. Pensare ergo debemus quanta sit apud Deum concordiæ virtus, sine qua non placent ipsa sacrificia quibus delentur peccata. Et sciendum est, quia cum ad conuersionem venimus, contra diabolum certamen assumimus. Nihil est autem, quod ipse tantũ timeat, quantum charitatis vnitatem. Nam si distribuimus totum, quod habemus, propter Deũ, hoc diabolus non timet, quia ipse nihil possidet. Si ieiunamus, hoc ipse non metuit, quia cibum non sumit. Si vigilemus, inde non terretur, quia somno non vtitur. Sed si charitate coniungimur, inde vehementer expauescit, quia hoc tenemus in terra, quod ipse in cœlo contempsit seruare. Hinc est, quòd sancta Ecclesia terribilis esse, vt castrorum acies ordinata describitur, quia sicut hostes timent quando aciem castrorum bene ordinatam & coniunctam ad bellum vident: ita nimirum diabolus expauescit quando spiri-

Pulchrum Concomatori de charitatis vnitate.

tuales viros virtutum armis accinctos in vnitate concordię viuere conspicit: victusque vehementer dolet, cum eos per discordiam diuidere, & penetrare non valet. Hinc de Domino scriptum est. Factus est in pace locus eius. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Ex quibus verbis patet, quòd omnia diabolica arma frangit concordia. Psal. 75.

Et sit vobis anima vna & cor vnum in Deo.

¶ Hæ sunt primitiæ spiritus, quas ex primordio nostræ conuersionis offerre omnipotenti Deo debemus, sicut ipsa sapientia præcepit dicens. Fili da mihi cor tuum. Prius enim corde & voluntate trahimur ad Deum. Ergo si corpore separamur à sęculo, corde, & anima iungamur Deo, vt possimus veraciter dicere. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Nam & qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Adhæreamus ergo ei, vt simus fortes per ipsum, vt simus vnum in ipso, & beati cum ipso dicamus ei. Adhæsit anima mea post te. Charitas separat nos à mundo, & ipsa nos coniungit Deo. Sic erit nobis anima vna, & vnũ cor in Deo: si ex toto corde, & ex tota anima diligamus Deũ. Deus enim charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et quia charitas non quærit, quæ sua sunt, rectè subiungitur. F Prou. 23. Psal. 72. 1. Cor. 6. Psal. 62. 1. Ioan 4.

Et non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia.

¶ Non enim debemus aliquid habere proprium, aut quicquam dicere meum, sed nostrũ: vt dicatur nostra capa, nostra tunica, nostra domus, & in cæteris similiter. Omnia enim in communi debemus habere, & omnia communi nomine appellare. G

¶ Sed in hoc pensandum est quanta differentia sit inter carnales fratres, & spirituales. Nam illi, quod commune est eis, diuidunt: isti quod diuisum erat in communi ponunt. Ibi quisque, quod suum est quærit: isti non quæ sua sunt quærunt, sed quæ Iesu Christi. Plus ergo valet ista propinquitas quàm illa: quia illa deficit, ista crescit. Illa habet diuisionem, ista vnitatem. Illa transit cum sæculo, ista permanet cum summo. Ad hoc enim simul modò in ista domo viuimus, vt postmodum in cælesti regno maneamus. Filij dei sumus (ait Apostolus) sed nondum apparuit quid erimus. Sciemus autem cum apparuerit, similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Et Paulus. Non habemus hic manentem ciuitatem sed futuram requirimus. Ergo non debemus habere propria sed sint nobis omnia communia. Partes sibi faciunt homines in hoc sæculo: Alius argentum & aurum: alij domos & familias: alius nomen grãde, potentiã & gloriã: Iste hoc: alius aliud, diuersi diuerso modo: Pars verò piorum est ipse Deus. Et nos si volumus habere talem partem, talem hæreditatem vt est Dominus, tales nos oportet exhibere, vt digni simus eum possidere

Differentia inter fratres carnales, & spirituales. 1. Ioan. 3. Heb. 13. H

& possideri ab ipso. Ergo si volumus in hæreditatem possidere Deum, nihil debemus habere extra Deum. Nam nimis est auarus cui non sufficit Deus. Quia si quippiam aliquid quærimus, verbi gratia aurum, argentum, possessiones: cum istis partibus pars fieri Dominus dedignatur. Verba sunt Hierony. Ego, inquit, non accipio hęreditatem inter cæteras tribus: sed quasi sacerdos & leuita viuo decimis: & altari seruiens altaris oblatione sustentor: habens victum & vestitum his contentus ero. (Matt. 5.) Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et quia quandiu hic viuimus corporali necessitate indigemus, recte subiungitur.

Et distribuatur vnicuique vestrum à præposito vestro victus & vestimentum.

I ¶ Sic enim Dominus voluit ordinari ecclesias suas, vt alij vacarent spiritualibus, alij eis temporalia ministrarent. Et ideo alios voluit esse præpositos: alios subditos. Præpositorum officium est subditis corporalia ministrare. Subditorum ministerium est spiritualibus studijs insistere: lectioni, orationi, contemplationi vacare: in psalmis hymnis & canticis spiritualibus cœlesti Domino deseruire. Tanto ergo opus est vt circa se solicitius viuant: quanto eos aliena cura non implicat. Constitutum est à Domino vt qui altari seruiunt de altari viuant: (Lucæ. 10.) dignus est operarius, sicut ipse ait, mercede sua. Et ideo si viuimus de annona Christi: & iustum est vt laboremus in seruitio Christi: & tunc digne mercedem accipimus, si prius boni operarij fuerimus. Dicit (1.The. 3.) enim apostolus Paulus. Qui non vult operari non manducet. Quia si non laboramus & manducamus, tanto maioris criminis efficimur rei,
K quanto dei beneficia suscipimus indigni. Oportet ergo vt seruiamus ei à quo pascimur, si sine periculo animæ volumus sumere hoc quod distribuitur: & tanto plus debemus esse soliciti in opere, quanto ea percipimus sine magno labore. Nam quid mirum si hi, qui temporalibus occupantur, minus studiose & religiose viuunt, si frequenter in cogitationibus & sermonibus atque actionibus suis offendunt? Vsus enim sæculi hominem ad peccatum etiam quandoque inuitũ trahit. Hi vero quibus & cura mundi, & occasio peccandi deest, quanto minus religiose viuunt, tãto magis supernum iudicem offendunt: nec sine graui periculo animæ etiam in minimis negligentijs offendunt. Pensemus ergo ad quid nobis victus, & tegumentum tribuitur: vt sit totum desiderium nostrum, primum quærere regnum Dei & iustitiam eius, propter quod hæc omnia adijciuntur nobis. Qualiter autem distribuendum sit, ostenditur cum subinfertur.

Non æqualiter omnibus distribuatur, quia non æqualiter valetis omnes, sed potius vnicuique prout cuique opus fuerit.

¶ Et hoc authoritate apostolica roborat dicens.

Sic enim legitis in actibus apostolorum, (Act 4.) quia erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuique sicut vnicuique opus erat.

¶ Hoc non est ita intelligendum, vt vnicuiq; L
quod opus erat, sic abundanter distribueretur quòd non haberent indigentiam. Cum enim (Act.4.) scriptũ sit, quòd inter eos nullus egens erat, scriptum etiã legimus esse de ipsis Apostolis, quòd (2.Cor.11) seruiebant Deo in fame & siti, in frigore & nuditate. Ex quibus verbis colligendum est, quòd multi corpore indigent non animo. Sed qui semetipsos abnegant propter Christum, animi virtute ipsam fuerant naturam. (*Notabilis expositio.*) Dei namq; dilectio quæ fortis est vt mors, non solum illicita desideria, verumetiam ipsos corporales & naturales extinguit affectus. In primitiua quippe ecclesia tanta erat gratiæ spiritualis abundantia, vt non solum modico contẽti essent, sed hoc ipsum quòd nihil habebant, pro summis delitijs deputarent. Vnde Apostolus ait. Nihil habentes & omnia (2.Cor.6.) possidentes. Hinc etiam quidam vir sanctus ait. (Tob. 5.) Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitiæ computarentur. Item ait Apostolus. (1.Tim.6.) Magnus inquit quæstus est pietas cum sufficientia: habentes inquit victum & vestitum his contenti simus. In huiusmodi ergo non debemus attendere voluntatem carnis, sed valetudinem naturæ. Plus enim appetit carnalis voluntas quàm necessitas. Quamobrem in eo quod dicitur, quòd vnicuique quod opus est tribuatur: iste modus seruandus est quatenus sic nutriatur caro vt seruiat, & iterum sic reprimatur vt non superbiat: Sic seruetur necessitas naturæ, vt abscindatur superfluitas concupiscentiæ.

Qui autem aliquid habebant in seculo quando ingressi fuerint monasterium, libenter velint illud esse commune.

¶ Hoc fecerunt primitiuæ ecclesiæ fratres. M
Dignum enim eis videbatur: vt qui communem habebant gratiam, communem haberent & substantiam: Et quibus vnus erat spiritus, vnus esset & sumptus. Bene autem additum est hoc verbũ libenter: quia hilarem datorem diligit deus. (2.Cor.9.) Libenter debemus terrena dare, vt possimus cælestia comparare. Regnum enim cælorum tantum valet, quantum habes. Nihil vilius cum emitur: nihil charius cum possidetur. Duo sunt quæ relinqui oportet propter deum, facultatem scilicet possidendi, & voluntatem habendi. Hinc est quod Dominus ait in euangelio. (Luc. 14.) Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et iterum. (Luc.9.) Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Illud pertinet ad substantiam: hoc ad voluntatem. Non enim sufficit exteriorem relinquere substantiam, nisi interiorem abscindamus concupiscentiam. Vnde & subditur.

Qui autem non habebant, non ea quę

rant

rant in monasterio, quæ nec foris habere potuerunt.

N ¶ Etiam illi qui nihil habebant foris, habent intus quod relinquere possint propter deum scilicet voluntatem habendi. Vnde scriptum est.
Exod. 20. Non concupisces. Plus enim attendit affectum Deus quàm censum. Hinc per sapientem dicitur.
Pro. 23. Fili da mihi cor tuum. Quod fieri non potest nisi prius carnalis appetitus resecetur. ¶ Primũ ergo iubemur habita deserere: deinde terrena nõ quærere: vt potestà liberius ad cęlestia possimus anhelare. Et ne videretur pauperibus seculi qui conuertuntur, necessaria non debere ministrari, quia nihil in monasterio quærere præcipiuntur, subiunctum est.

Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur: etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire.

¶ Siue enim diuites sint, siue pauperes: siue nobiles, siue ignobiles: quicunque accedunt ad seruitium Christi; iustum est vt viuant de annona Christi. Dignus est enim operarius mercede sua. 1. Tim. 5.

Tamen non ideo putent se esse felices, quia inuenerunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt.

O ¶ Multi enim ad conuersionem veniunt non tam propter animæ salutem, quàm propter corporis necessitatem: qui non deum colunt, sed vẽtrem suum, de quibus ait Apostolus. Quorum
Phil. 3. Deus venter est. Talibus Dominus dicit in euangelio. Amen dico vobis, quæritis me non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis. Horum talium tota est intentio atque felicitas vt bene pascantur, bene vestiantur, & bene sit eis temporaliter. Et quia terrena appetunt cælestibus priuantur. Receperunt enim (sicut Dominus ait) mercedem suam. Vnde summopere cauendum est, ne temporalibus adhæreamus bonis. Ideo Psal. nos admonet dicens. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Terrena quidem nobis in vsu esse debent, cælestia autem in desiderio. Est enim quædam admirabilis & magna multitudo dulcedinis dei quam habet in se: de qua dictum est. Quia oculus non vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Vnde scriptum est. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Illa ergo satietas debet esse nostra felicitas.

Ioan. 6. Matt. 6. Psal. 61. 1. Cor. 2. Psal. 16.

¶ *De Humilitate.* *Cap.* *II.*

NEC erigant ceruicem, quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant & terrena vana non quærant: ne incipiant monasteria diuitibus esse utilia non pauperibus, si diuites illic humiliantur & pauperes inflantur.

P ¶ Ceruicem erigere signum superbię est. Si superbis angelis non fuit vtile cęlum, constat quia superbis hominibus non erit vtile monasterium. Et si sanctus sit locus, si sanctus sit habitus, si sancta opera uideantur, totum ex vitio superbię inutile habebimus. Superbia enim casum habet. Ideo sanctus Dauid orat ad dominum Psal. 35.
vt non ueniat ei pes superbię, quia ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare. Quo contra vtilia sunt humilibus monasteria. Ipsi enim sunt docibiles dei: sicut scriptum est. Docebit mites vias suas. Itẽque. Qui Psal. 24.
emittit fontes in conuallibus: idest gratiam suam præstat humilibus. Ipsi quidem bona quę faciũt *Expositio elegans.*
non amittunt: quia custodem virtutum humilitatem non diserunt. Et quia iuxta euangelicum pręceptum recumbunt in nouissimo loco, & secundum prophetam eligunt abiecti esse in domo domini: ideo ab ipso merentur exaudiri sicut scriptum est. Omnis qui se exaltat humiliabi Luc. 18.
tur: Et qui se humiliat exaltabitur. Et iterum. Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam. 1. Pet. 5.

Rursum etiam illi, qui aliquid videbantur esse in sæculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate: sed de pauperum fratrum societate gloriari.

Q ¶ Summopere cauere debent fratres, qui ad sanctam societatem & communem vitam venerunt, vt non habeat alter alterum fastidio, quamuis eo ditior sit: siue nobilior: siue sapientior. Quoniam sicut dicit Apostolus. Infirma mũdi elegit Deus & ignobilia & contemptibilia: vt non glorietur 1. Cor. 1.
omnis caro in conspectu eius scilicet neque potens in potentia sua: neque sapiens in sapientia sua: neque diues in diuitijs suis. Non enim est personarum acceptio apud Deum. Nam idem Dominus diues in omnes qui inuocant eum. Bene autem non de dignitate diuitũ parentum: sed de societate pauperum fratrum pręcipimur gloriari: quoniam ipse qui diues est in gloria sua pauper factus est pro nobis. Non diuitibus sed pauperibus dignatus est sociari: vt & nos pauperes simus propter ipsum: quoniam pauperibus promissum est regnum cælorum. Gloriari quidem de diuitijs pertinet ad vanitatem mundi: de paupertate vero gloriari pertinet ad beatitudinem.

Nec extollantur si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerint: nec de suis diuitijs magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quàm si in seculo fruerentur.

¶ Ex

R ¶ Ex præcedenti sententia & ijs quę sequuntur, nobis duo genera superbię designantur. Vnum carnale, aliud spirituale. Nam pauperes fastidire & de nobilitate gloriari ad superbiam pertinet, quę inter homines sęculares frequenter solet euenire. De operibus misericordię se extollere superbia spiritualis: quę solet etiam spirituales corrumpere. Magis autem timenda est superbia spiritualis quàm carnalis: quia se extollere de bono opere aut de virtute, ab alto cadere est. Et quanto altior est ascensus: tanto periculosior est casus. Dominus dicit in euangelio.

Matt. 6.

Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua: vt sit eleemosyna in abscondito: & ille qui videt in abscondito reddet tibi. Per dexteram recta operatio: per sinistram fauor mundi atque elatio designatur. Ex his verbis admonemur vt recta quę agimus abscondere ab elatione studeamus, alioquin mercedem non habebimus apud patrem nostrum. Deinde ostendit quantum sit vitium superbię, cum subiungit.

Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant.

S ¶ Ex hoc apparet quia cæteris vitijs maior est superbia. Per vitia enim & virtutes exterminat humanam mentem. Superbia Deo & hominibus odibilis est: de qua scriptum est.

Eccl. 10.

Initium omnis peccati superbia. Prima est in peccando: vltima remanet in conflictu. Nam cum seruus Dei cætera vitia superauit: & iam ad uirtutum alta conscenderit: adhuc habet pugnam contra superbiam, quam nisi expugnauerit, in cæteris frustra laborauit. Cum ergo foris bona agimus, intus cor ab elatione custodiamus: quia nulla Deo placet cum superbia operatio. Vnde scriptura nos admonet dicens.

Prou. 4.

Omni custodia custodi cor tuum: quia mors & vita ab ipso procedit.

Et quid prodest dispergendo dare pauperibus & pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo quàm fuerat possidendo?

T ¶ Non prodest nobis nostra relinquere nisi relinquamus & nos. Non enim dicit Dominus.

Matt. 5.

Beati pauperes rebus sed spiritu: quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. De contemptu rerum quisq; debet esse humilior non superbior, & melius esset vt eas in sæculo retineret quàm sic relinqueret, ut inde in monasterio superbiret. Sicut ergo illa anima est beata quæ sua propter Dominum pauperibus diuidit ut humilietur: ita est illa misera quę inde extollitur. Infelix profectò est qui per iter uirtutũ tendit ad ruina, & unde pręmium habere debuit, inde tormentum incurrit. Omnis quippe superbus tanto in imo est, quanto in altum se erigit, tantoque profundius labitur, quanto excelsius eleuatur. Resecatis quibusdam uitijs ad unanimitatem redit, quam primo commendauit dicens.

Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis Deum inuicem, cuius templa facti estis.

V ¶ Vnanimiter uiuimus si unum in Deo animum habeamus, quemadmodum primitiua ecclesia, cui cor erat unum & anima una. Quod ait unanimiter, pertinet ad uoluntatem: Quod uero subdit concorditer, pertinet ad bonos mores. Hic est rectus ordo uiuendi, primum ut sit uoluntas una: deinde concors uita. Frater qui uult concorditer uiuere, prius debet prauos mores deponere, ne sit peruersus, inordinatus, indisciplinatus, ne anxietate sua cæteros premat, deinde ita debet librare actus suos & totam vitam suam, ut concordare possit secundum Deum cum quibus uiuit. Sunt ergo nonnulli qui postquam sęculum relinquunt, proprias uoluntates sequi uolunt. Et rursus sunt plerią; qui in suis actibus appetunt sæcularibus apparere. Id eo dictum est: Omnes ergo unanimiter & concorditer uiuite. Deum autem in nobis inuicem honoramus, si nos inuicem propter ipsum diligamus, si pręcepta eius solicite custodimus, & efficimur sanctum templum eius per inhabitationem spiritus eius in nobis. Nostrum est Deum honorare: Dei est nos inhabitare, & illustrare per gratiam.

Nec extollantur si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerint, &c. vsque fruerentur.

X ¶ Melius est res suas in sæculo tenere, quàm eas ita in monasterio distribuere, vt velint se inde extollere. Nam si extolluntur, deijciuntur. Quisquis enim in eo quod benè agit intumescit, eo ipso tramite quo proficit cadit. Bona quippe actio cum elatione non eleuat sed grauat. Beata est ergo illa anima quæ potest dicere cum propheta.

Psal. 130.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Felix planè est qui non habet occultam superbiam in corde, nec apertam corpore, nec in vultu, nec in habitu, neque in sermone, neque in opere, neq; in cæteris motibus suis. Et si non ambulat in magnis, idest si se non reputat inter magnos, quòd nobilis fuerit aut potens, aut quòd diuitias suas communi vitæ contulerit, aut quòd in aliquo officio sit vtilis. Et si non ambulat in mirabilibus super se, vt de religione & sanctitate desuper a Deo sibi collata non velit apparere tanquam admirabilis atque laudabilis. Raro tamen inuenitur aliquis, qui ex his aliquam commotionem non habeat.

Y Vt autem ista omnia superbiæ genera possit seruus Dei superare, semper de se debet humiliter sentire & non exaltare animam suam, sed in humilitate reprimere, iuxta quod scriptum est.

Eccl. 3.

Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. Valde enim timenda sunt verba quæ sequuntur. Alia enim quæcunque iniquitas &c. Auaritia enim non exercetur nisi in ma-

lis

lis operibus. Luxuria non exercetur nisi malis operibus, similiter & cætera vitia. Sola superbia etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. Ideo pharisæus perdidit bona sua, quia se egisse iactāter protulit. Aug. Sunt quidam qui de contemptu vanæ gloriæ vanius gloriantur. Similiter sunt pleri que qui de contemptu diuitiarum vanius extolluntur, de quibus subiungitur.

Et quid prodest dispergēdo dare pauperibus & pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur diuitias contemnendo quam fuerat possidendo?

Z ¶ Ac si aperte diceret. Quid prodest paupertas cum superbia? Melior est diues humilis quā superbus pauper. Melior est peccator humilis quàm iustus elatus. Debet ergo in omnibus esse seruus prouidus & circumspectus, primum ne mala agat, deinde ne bona negligat, postmodum ne in bonis quæ facit intumescat: quia tunc sunt veraciter bona quæ agimus, si ea semper in humilitate custodimus. Et tunc veraciter sumus pauperes Christi, si humiles sumus pro amore Christi. Et beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnum cœlorum. Vnde aperte subiungitur.

Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite: & honorate in vobis Deum in uicem cuius templa facti estis.

¶ Paupertas quippe, & humilitas generant charitatem. Charitas vero vnitatem nutrit: vnitas vero & concordia efficiunt nos templum Dei. Et tunc veraciter Deum honoramus, quando vnanimiter & concorditer viuimus. Tunc enim ostendimus, quia sumus discipuli Christi

Ioan. 3. si tenemus vnitatem charitatis Christi. Hinc est quod Dominus ait. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.

De oratione & ieiunio. Cap. III.

Orationibus instate horis & temporibus constitutis.

A ¶ Ante tempus orare est prouidentia. In tempore constituto orare est obedientia. Tempus orandi præterire est negligentia. Tanto crebrior debet esse oratio: quanto vtilior. Instanter & ardenter orare debemus. Magna enim sunt bona quę permittit nobis Deus. Nam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quę preparauit Deus diligentibus se. Non vult bona sua quęrendi & inueniendi facilitate vilescere. Preciosa & desiderabilis merces auidum negociatorem inquirit. Ideo nos Dominus hortatur in euangelio dicēs.

Matt. 7. Petite & dabitur vobis: quęrite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Non enim ociosis, tepidis & negligentibus promittitur regnum Dei: sed si

Matt. 11. cut dicit scriptura, Regnū cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: Amat Deus instantiam & importunitatem in prece. Si magna sunt bona, non debent esse desideria parua. Cum magnitudine premiorum concordare debet magnitu-

B do desideriorum. Quòd si ad primas lachrymas non exaudit Dominus: nec sic quidem à quęrendo & pulsando desistendum est: Sed tanta potius perseuerandum instantia tantoque obstinato clamore frequentandus est saluator: donec impleat orantis desiderium. Quòd si quisquàm nostrum conscientiam suam uel cogitationem suam aut actionem vitiorum sorde sentit inquinatam: misericordiam redemptoris continuis debet flagitare lamentis, sanctorumque intercessiones & auxilia postulare, quòd si ad exemplum Cananeę mulieris in orando persistamus, fixique maneamus: aderit gratia redemptoris nostri quę cuncta in nobis errata corrigat: immunda sanctificet: turbulēta serenet. Fidelis enim & iustus est vt remittat nobis peccata nostra, ut emūdet nos ab omni iniquitate, si ad illum sedula mentis uoce clamemus. Et vt secrete & quiete possint orare fratres, ideo subiungitur.

In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit: vt si etiam forte aliqui præter horas constitutas (si eis vacat) orare, uoluerint: non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint.

¶ Ideo Dominus noster vendentes & ementes eiecit de templo dicens, Domus mea domus orationis vocabitur: vt doceat in dominica domo, nihil aliud esse agendum quàm orādum. Ad hoc enim omnis ecclesia constituitur vt in ea oretur. Ipsa enim est Domus Dei & porta cęli. Ibi peccatores reconciliantur, & iusti sanctificantur: Ibi explentur diuina mysteria, & tractantur cęlestia sacramenta. Vnde Salomon ait. Domine si conuersus fuerit populus tuus & orauerit ad sanctuarium tuum: tu exaudies eos & dimittes peccata eorum. Et ideo summopere cauendum est ne aliquid in sanctuario fiat quod aut oculos diuinæ maiestatis offendat, aut ibi orare volentes impediat. Qualiter autem orare debemus ostenditur cum subinfertur.

C Matt. 21.

3. Reg. 8.

Psalmis & hymnis cum oratis Deū: hoc versetur in corde quod profertur in uoce.

D ¶ Psallentium in ecclesia mens concordare debet cum voce, vt impleatur illud Apostoli. Psallam spū: psallam & mente. Orandi perseuerantia ita solum meretur esse fructifera: si quod ore precamur, hoc mente meditemur. Sæpe namque oramus & alibi mentem intendimus: nec ipsum quod dicimus recolimus. Sed illam Deus non exaudit orationem, cui qui orat non intendit. quod instinctu diaboli sæpe fieri solet. Sciens autem vtilitatem orandi, & nos [illegible] gratiam impetrandi: immittit orantibus cogitationum tumultus, vt mentem ab oratione diuidat & fructum orationis tollat. Contra cuius malitiā debe-

1. Cor. 14

debemus habere mentis constantiam, vt quanto plus cogitationum turba nos impugnat, tanto robustius mens nostra in sui status rectitudine fixa permaneat. Multum enim iuuat ad orationis puritatem si in omni loco & tempore nos ab actibus illicitis temperemus: si semper ab ociosis sermonibus auditum pariter castigemus & linguam: si in lege Dei ambulare & testimonia eius assuescamus toto corde scrutari. Quæcumque sæpius agere loqui, audire, solemus: eadem necesse est ad animum quasi solitam propriamque recurrant sedem.

Et nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum. Quod autem ita scriptũ est vt non cantetur: non cantetur.

E ¶ Non enim decet vt cantus ecclesiasticus fieri debeat secundum arbitrium diuersorum, sed firmiter seruandum est secundum scripta & instituta maiorum. Similiter cæteræ consuetudines monasterij cum authoritate & discretione ordinandæ sunt. Si quid autem mutari oportet aut constitui, non debet hoc cito fieri aut leuiter: nec arbitrio tantũ duorũ vel trium: sed conuocatis fratribus sicut sanior pars canonicæ coongregationis decreuerit ordinãdum est. Et sciendum quod authoritas ecclesiastica in omnibus magis imitanda est quàm ratio: quoniam authoritas semper obedientiæ & humilitatis est: ratio vero nonnunquam præsumptionis. Hoc autem seruandum est in ordine vt semper maturitas ac grauitas teneatur. Nunquid leuitate vsus sum
2. Cor. 1. (ait Apostolis) vt apud me sit est & non? Honestum quippe est & religiosum non facile quicquam aut leuiter variare.

Carnem vestram domate ieiunijs & abstinentia escę & potus, quantum valetudo permittit.

F ¶ Caro quidem concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem: sed ne caro possit præualere, spirituales viri per virtutem spiritus eandem concupiscentiam debent reprimere: quia quando caro domatur, spiritus roboratur. Sed cũ adiungitur quãtũ valetudo permittit: virtus discretionis commendatur. Pereunt enim ipsa bona nisi cum discretione fiant. Tantum ergo debet quisque carnem suam domare per abstinentiam: quantum valetudo permittit naturæ. Qui carnem suam supra modum affligit: ciuem suum occidit. Si plus quàm oportet alimentis reficit, hostem nutrit. Sic ergo nutrienda est vt seruiat: sic domanda vt non superbiat. In omni abstinentia hoc semper attendendum est vt vitia extinguantur non caro.

Quando autem aliquis non potest ieiunare: non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum sumat: nisi cum ægrotat.

G ¶ Primum vitium ex septem principalibus vitijs est gula. Tentatio huius vitij aliquando fit de paruis rebus & vilibus. Nam primus homo tentatus est non de porco, sed de pomo: Esau non de gallina, sed de lenticula: Saluator noster nõ de carne sed de pane. Sunt autem huius vitij tria genera. *Pulchra de Gula.* Vnum genus est quando cibo uel potu quis immoderate vtitur. Alterum genus est quando nimis delicatum cibum vel potum quis desiderat. Tertium genus quando extra horam cibũ vel potum vult quis sumere. Extra horam credimus esse vsque ad tertiam. Nam vsque ad istam horam non decet fratrem comedere aut bibere nisi ægrotet. Aegrotanti omni hora licet. Infirmis enim non est lex posita. Non ieiunantibus nec tamen infirmantibus rectam horam reficiendi intelligemus ab hora tertia vsque ad sextam: Ieiunantibus vero ab hora nona vsque ad vesperam. Cum Apostulus præcipiat vt omnia honeste & secundum ordinem fiant. Nec tantũ cibo & potu temperate vti oportet: sed etiam horas constitutas obseruare: ne cui de uita nostra præbeamus offendiculum. Valde enim indecens est si nos reprehensibiliter viuimus, qui formam recte viuendi alijs demonstrare debemus.

¶ *De refectione vtriusque hominis. Cap. IIII.*

Cum accediditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu & contentionibus audite: ne solæ vobis fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbum.

¶ Illi esuriunt Dei verbum qui desiderant audire. H Multi sacram lectionem audiunt, qui tamen ab ipsa lectione vacui recedunt: nullum ibi affectum habent: nullum saporem sentiunt, quicquid audiunt facile amittunt. Iudicium est illis audire quod audiunt. Quo contra scriptum est.
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam Matt. 5. ipsi saturabuntur. Ideo saturabuntur quia prius esurierunt. Esuriendo enim homo dignus efficitur vt postmodum satietur. Primum ergo præparare debemus cor nostrum ad esuriendum & desiderandum verbum Dei: aderit diuina gratia quæ nos intus perfundat, & dulcedine atque sapore spirituali reficiat, & delectet nos cantare, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine super mel ori meo, & Bonum mihi lex oris tui Psal. 118 super millia auri & argenti. Non solum debemus esse participes mensæ corporalis sed spiritualis, nec tantum sumere cibum corporis sed animæ. Et quanto melior est anima quàm corpus, tanto amplius nos delectare debent alimenta animæ quàm corporis. Quotiens nobis diuina scriptura legitur aut exponitur, cogitare debemus, quia esca spiritualis est, quæ à Deo nobis mittitur ad reficienda corda nostra ne deficiamus in via, & ad roborandos nos contra tentationes diaboli & pericula huius sæculi. Talem cibum nos

opor-

oportet incessanter esurire, atque in mente iugiter retinere, vt possimus dicere cum propheta.
Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Qui in corde suo sacrum eloquium abscondit, vitalis ei cibus animæ est, qui à morte, id est à peccato defendit, & insuper ad vitam æternam perducit. ¶ Iam quid de infirmis subiungat audiamus.

Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine si aliter tractantur in victu, non debet alijs molestum esse, nec iniustum videri eis, quos aliqua consuetudo fecit esse fortiores.

¶ Ac si aperte dicat, fortiores non debent contristari si infirmos vident misericordius tractari: immo quia fortiores sunt, in se debent abstinentiæ seruare rigorem, & aliorum imbecillitatem æquanimiter portare per compassionem.

Nec illos ditiores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, sed sibi potius gratulentur, quia ualent quod non ualent illi.

I ¶ Melius est enim abstinere quàm plus sumere. Nam illud est virtutis, hoc infirmitatis. Gratulari quisque sibi debet qui dono gratiæ diuinæ tam sanus est & validus, vt possit sibi sufficere cõmunis aliorum cibus & potus, qui nihil delicatum quærit, nihil superfluum. Quanto enim quisque minus appetit, quanto arctius viuit, tanto beatior existit. Arcta enim & angusta est via quæ ducit ad uitam. Gaudeat igitur qui potest parce viuere propter Christum. Parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutes nutrit, animum roborat, mentem ad cælestia subleuat.

Et si eis qui uenerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, uestimentorum, operimentorum datur, quod alijs fortioribus & ideo felicioribus non datur: cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari uita illi ad istam uitam descenderint, quamuis usque ad aliorũ qui sunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire non potuerint.

¶ Quare hęc debent cogitare? scilicet vt ex ratione cognoscant, quia iustum est, vt hi qui plus descenderunt plus accipiant. Et cum hoc iustum esse cognouerint, non uelint omnes accipere quod paucos viderint accipere. Tolerandi enim sunt qui minus possunt. Et hoc est quod subiungit.

Nec debent omnes uelle quod paucos uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere: ne contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, ubi quantum possunt fiunt diuites laboriosi, fiant, pauperes delicati.

¶ Valde quippe detestabile est, vt ibi fiat pauper delicatus, vbi fieri appetit diues laboriosus, idest abstinens. Quod tamen sæpe videmus fieri in pluribus vel contingere. Multi enim quanto nobiliores & delicatiores fuerint in sęculo, tanto postmodum abiectius & districtius viuunt in monasterio. Et plærique quanto abiectiores & pauperiores fuerunt, tanto plus deinde in monasterio extollentiam & delicationes quærunt. Sed sicut diximus ualde detestabile & peruersum est, ibi pauperem delicias quęrere, vbi diues pro amore Dei abstinendo nititur laborare. Ille seruit ventri, iste spiritui, ille per latam & spaciosam viam tendit ad pœnam, iste per arctam & angustam viam tendit ad gloriam. K

De infirmis procurandis. Cap. V.

SANE quemadmodum ægrotantes necesse habent minus accipere ne grauentur, ita & post ægritudinem sic tractandi sunt ut citius recreentur, etiam si de humillima seculi paupertate uenerint, tanquam hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo.

¶ Sed quædam ægritudines sunt in quibus si cibus sumitur non iuuat sed grauat, & tunc necesse habent ęgrotantes minus accipere ne grauentur. Exposita autem ægritudine sic tractandi sunt ut citius recreentur. Et in hac recreatione fratrum non debet esse acceptio personarum, non debet cõtemni humilli[...]ma paupertas in his quæ postulat humana necessitas, cum hoc eis tribuat recens ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Qui enim misericors est in alium, Deus misericors est in illum. Vnde ipse ait. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beatus quoque Ioannes dicit. Qui uiderit fratrem suum necessitatem habere & clauserit ab eo viscera sua, quomodo charitas Dei manet in eo? Si ergo charitatem Dei volumus habere, debemus in fratribus nostris misericordiæ opera exercere. Quod cũ agimus, proculdubio ei seruimus qui electis suis dicturus est in iudicio, Infirmus fui & visitastis me, esuriui & dedistis mihi manducare, &c. his similia. Quibus merces inde impenditur, cum dicitur. Percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Cum ergo fratribus nostris propter Deum seruimus, ipsum regnum cælorum requirimus: Et si opera sunt transitoria, merces tamen manet æterna. L Matt. 5. 1. Ioan. 3. Matt. 25.

Sed cum uires pristinas reparauerint, redeant ad feliciorem consuetudinem suam.

¶ Felix

¶ Felix consuetudo est carnalia desideria quæ militant aduersus animam, abscidere, felix consuetudo est abstinere, felix consuetudo corpus suum castigare & in seruitutem redigere.

Quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto min us indigent, ne cibi eos teneat uoluptas iam uegetatos, quos necessitas leuarat infirmos.

M ¶ Ad leuandam infirmitatem necessarium est carnis curam agere, quæ uidelicet postquam vegetata fuerit, oportet eandem curam carnis resecare, ne famulos Dei teneat cibi uoluptas, ne seruiant gulæ qui debent animæ deseruire. Quanto ergo minus indigent, tanto amplius decet ne cibi eos uoluptas teneat, ne gulæ vitium animæ virtutes tollat. Nullus palmā spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semeipso prius per afflictam uentris concupiscentiam carnis incentiua deuicerit. Neque enim ad conflictum spiritualis certaminis assurgitur, si non prius iotra nosmetipsos hostis positus gulæ uidelicet appetitus edomatur, quia si nō prius ea quæ nobis vicioiora sunt, prosternimus, inaniter ad ea quæ longe sunt impugnanda transimus. Multi ordinē certaminis ignorantes edomare gulam negligunt, & ad spiritualia bella consurgunt, qui etiam aliquā do multa quæ magnæ fortitudinis sunt, faciunt. Sed dominante gulæ uitio per carnis illecebram omnia quę fortiter egerunt, perdunt, & dum uēter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctę uirtutes obruuntur. Hoc signat quòd muros Hierusalem princeps cocorum destruxit, quia uirtutes animæ, dum non restringitur, venter perdit. Ex Aegypto populus adductus in heremo occubuit, quia despecto manna cibos carnium petijt. Primogenitorum gloriam Esau amisit, quia magno æstu desiderij uilem cibum, id est lenticulam, concupiuit. Neque enim cibus sed appetitus in uitio est. Vnde & lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & ab iectiores non sine reatu conscienciæ degustamus. Ea itaque sumenda sunt quæ naturæ necessitas quærit, & non ea quæ edendi libido suggerit.

Figura pulcherrima aptanda gulosis.

Illos æstiment ditiores qui in sustinēda parcitate fuerint fortiores.

¶ Ex fortitudine parcitatis deprimuntur vitia carnis, ex mortificatione vitiorum procedit pullulatio virtutum. Ipsæ sunt veræ diuitiæ quibus ditantur animæ continentium. Vnde & subditur.

Melius est minus egere quàm plus habere.

N ¶ Melius est aliquid egestatis propter Dominum sustinere quàm superabundare. Nam egestas quę ꝑpter Dominū est, generat humilitatē; quę est initium omniū bonorū. Abundantia uero parit superbiam, quæ est initium omniū malorū. Seruus ergo Dei ut uoluntatem atq; appetitum carnis possit repri mere, semper debet administrationi minus tendere vt ipsorum alimentorum & vestimentorum minus velit habere etiam quàm necesse sit. Adiutorem quippe habemus internæ intentionis hunc hominem quem exterius gestamus, & si ipsi insunt lasciuiæ, ipsi tamen affectus suppetunt operat ionis bonæ. Vnde necesse est vt interior homo noster æquus quidem arbiter præsideat inter se & eum qnem exterius gestauit, quatenus ei homo suus exterior & semper ad debitum mioisterium seruire sufficiat, & nunquam superbe libera ceruice contradicat.

Melius est egestatem quāreū que nimiam pa.

si quā superabūdātia frui.

¶ *De habitu exteriori & interiori.* *Cap. VI.*

NON sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere sed moribus.

O ¶ Fecit iste vir sanctus quod docuit: scriptum est enim quia vestimenta eius & calciamenta nec nitida nimium, nec abiecta plurimū, sed ex moderato & competenti habitu erant. Ipse quoque de se legitur dixisse. Fateor quia de preciosa veste erubesco. Nō decet hanc professionem, nec decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Hinc Dominus in euangelio. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Mollia dicuntur vestimēta eo quòd mollem efficiunt animum. Mollibus vestimentis Regia delectatur domus. Aspe ris & humilibus Christi delectatur ecclesia. Talia debēt esse uestimenta clericorum, in quibus nihil notari possit nouitatis, nihil quod pertineat ad superbiā & inanem gloriam. Non tenera vestis sacerdotem, sed munditia mentis ornat clericum. Ornemus ergo nos spiritualibus ornamentis scilicet castitate, humilitate, mansuetudine, obedientia, patientia, charitate. Hęc sunt indumenta, quibus anima potest cælesti imperatori placere, non enim exteriorem sed interiorem pulchritudinem requirit inuisibilis sponsus. Sicut scriptum est. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Nostrę ergo diuitiæ, nostra pulchritudo, boni mores sunt. Et beata illa anima cui dicitur in Cantico Canticorum. Quia pulchra es amica mea, & macula non est in te. Studeamus ergo inuisibili Domino placere nō vestibus sed moribus, vt impleatur in nobis quod per Apostolum præcipitur. Nolite conformari huic sęculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Et si eñ exterior noster homo corrūpitur, interior tamē renouatur de die in diem. Deinde subiungit de incessu, statu & cæteris motibus, dicens.

Luc. 7. *Psal. 44.* *Cant. 4.* *Ro. 12.* *2. Cor. 4.*

Quādo proceditis simul ambulate, cū ueneritis quò itis simul state. In incessu, statu & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquā offendat aspectū, sed quod uestram deceat sanctitatem.

¶ Sancta

P ¶ Sancta ergo perfectorum ecclesia non solum
floret honore religionis, sed etiam honestatis de-
core pollet, sicut scriptum est. Flores mei fructus
Eccl.24. honoris & honestatis. Religiosum quippe & ho-
nestum est, vt sicut simul habitāt fratres, ita quo-
1. Cor.4. que simul ambulent & simul stent. Et Apostolus
percipit ut omnia honeste & secundum ordinē
fiant. Potest quoque in hac corporali coniunctio
ne aliquid spirituale intelligi. Sanctorum quo-
que societas terribilis vt castrorum acies ordina-
ta describitur. Castrorum namque acies cum ad
bellum se præparat, prius se coniungere atque or
dinare festinat, ne ab hostibus interrumpi aut
penetrari valeat. Sic nimirum nostra spiritualis
acies quæ bene coniuncta & ordinata simul sta-
re simul ambulare præcipitur, contra diabolum
quotidie munitur ad bellum, vt videlicet ex sua
coniunctione terreat antiquum hostem, qui in
seruis Dei nihil tam timet quàm concordiæ vni-
tatem. Sed valde notandum est quod dicitur.

In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectū, sed quod uestram deceat sanctitatem.

¶ Sic viuere debent canonici vt à nemine iu-
Q ste valeant reprehendi. Valde enim incongruum
est, vt ipsi reprehensibiliter viuant, quorum or-
do exigit vt cæteris formam sanctitatis ostendāt.
Nam ad eos hęc sententia pertinet qua dicitur.
Estote sancti sicut & ego sanctus sum dicit Do-
Leui. 19. minus. Vere sancti esse debemus qui nomen &
habitum religionis & sanctitatis suscepimus,
qui diuino cultui sumus mācipati, sacrisque alta
ribus Christi consecrati, & diuinis mysterijs or-
1. Cor.4. dinati. Ergo sic nos existimet homo vt ministros
Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Nō
præcipit Apostolus tamen ut ita simus, sed sic
nos existimet (inquit) homo. Non enim sufficit
nobis uita sancta, nisi sit & fama bona. Nam uita
bona nobis necessaria, propter nos, fama uerò bo
na propter alios. Vnde rursus ait Apostolus. O-
1. Tim.3. portet nos ab his qui foris sunt habere bonum
testimonium. Sic ergo debemus uiuere ut uita
concordet cum nomine, & professio teneatur in
opere, vt si Sanctus est ordo, Sancta sit conuersa-
tio, & sicut bene de nobis dicitur, testimonio bo
næ actionis comprobetur. Tunc enim religiose
uiuimus, si illicitos motus sub disciplina coerce
mus, si membra & sensus nostros studeamus re-
stringere, ut non possint lasciuiæ & leuitati deser
uire, ut aspectus noster sit simplex & humilis, ne
fixe aspiciat oculus quod illicite cōcupiscat ani
mus, ut noster auditus sit purus & discretus, ea
quæ superflua sunt & uana respuens, ea quæ Dei
sunt gratanter suscipiens, ut sermo noster sit sale
conditus, ociosa & nocua detestans, bona &
utilia commendans, vt sit in corde munditia, in
vultu pudicitia, in incessu grauitas, status cum re
uerentia, motus cum maturitate, habitus cum re
ligione, quatenus vbique resplendeat sanctitas,
supereminea honestas, seruetur humilitas, in
omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuius-
quam offendat aspectum, sed quod vestram de-
ceat sanctitatem.

Oculi uestri etsi iaciantur in aliquam fœminarum, in nulla figātur. Neq; enim quando proceditis fœminas uidere prohibemini, sed appetere uel ab ipsis appeti velle criminosum est.

¶ Vnde Dominus in euangelio. Qui uiderit R
mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcha Matt. 5.
tus est in corde suo. Et quia per illicitum uisum
concupiscentia oritur per quam integritas men-
tis uiolatur, necesse est ut semper seruus Dei vi-
sum suum reprimat, ne per concupiscentiam &
per immunditiam cordis Deum offendat. San-
ctus Dauid quia oculos in fœminam iecit & fi-
xit, illicito appetitu deuictus adulterium perpe-
trauit. Si ergo tantus vir per incuriam oculorum
cecidit, nos qui lōge ab eius sanctitate distamus,
tam mortale præcipitium summopere timere de
bemus. Teneamus ergo sententiam Beati Iob Iob.31.
qua dicitur. Pepigi fœdus cum oculis meis vt nō
cogitarem de uirgine. Quia enim sensit Sanctus
vir quòd per exteriorem visum interior animus
corrumpitur, fecit pactum cum oculis suis ne in
caute aspicerēt quod illicite concupisceret. Non
enim profecto vitium uincitur, nisi solicite cau Pulchra figura.
sa & opportunitas vitij caueatur. Hinc est quòd
Loth à Sodomis fugienti pręcipitur ut non retro
spiciat, neq; remaneat in omni circa regione, sed
in monte saluum se faciat. Quisquis enim perfe-
cte appetit incentiua uitiorum fugere, ab aspectu
& uicinitate ipsorum se debet alienum facere, at-
que ad alta virtutum conscendere, ut tanto à vi-
tijs remaneat extraneus, quanto ab eis uirtute &
corpore elongatur. Et quòd uisus sit causa con-
cupiscentię ostenditur cum subditur.

Non solum tacito affectu, sed affectu & aspectu quoq; appetitur & appetit cō cupiscentia fœminarum.

¶ Ac si aperte dicat. Non solum tacita uolun- S
tate intus concupiscentia oritur, sed etiam per ex
teriorem aspectū generatur. Nisi enim sanctus
Dauid fœminā fixe inspexisset, in tantam carnis
tētationem minime incidisset. Hinc per prophe-
tam dicitur. Ascendit mors per fenestras nostras. Hiere. 9.
Mors animę est concupiscentia, domus interior
mens nostra est, Fenestrę huius domus sunt quin
que corporis sensus. Mors ergo per fenestram as-
cendit atque domos ingreditur, quando concu-
piscentię uitium per sensus prorumpit ad inte-
riora mentis. Quapropter ne uitalis sensus per
exteriorem appetitum intus intereat, opus est ut
fenestras domus nostrę tanta diligentia custodia
mus, ut ipsum appetitum tāto facilius possimus
compescere quanto nullum vitijs permittimus
ingressum patere. Valde enim timenda est senten
tia quę subditur.

Nec dicatis uos habere animos pudicos si habeatis oculos impudicos,

quia

quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius.

T ¶ Sæpe enim quæ intus lateant exteriora men bra denunciant, & frequenter per habitum corporis cognoscitur habitus mentis. Minor est autē culpa dum iacet in occulto, sed iam maior efficitur dum incipit apparere in publico.

¶ Et sciendum quia impudicitia alia est carnalis, alia spiritualis. Spiritualis est quæ per delectationem cogitationum intus tantū agitur: Carnalis verò est quę corporaliter completur. Fit autē

Fomenta libidinis quot sunt. multis modis. Nam modo per visum, modo per auditum, modo per tactum, modo per cogitationem, modo per locutionem, modo per operationem talibus fomentis nutritur & exercetur libido, & separatur anima à Deo, fugit que castitas de moribus, exercetur in mentibus luxuria. Vnde & subditur.

Et cum se inuicem sibimet etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nūciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis altertutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit ipsa castitas de moribus.

V ¶ Castitas quippe de moribus fugit, dum libidinosa voluptas conspectibus mutuis magis magisque inardescit. Etsi corpus ab immunda violatione non tangitur, ipsa tamen immunda violatio, viso, affectu, cogitatione, delectatione perpetratur, ipsisque fomentis quasi quibusdam gradibus crescit peccatū. Cogitatio parua delectationem parit, delectatio consensum, consensus operationem, operatio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Apostolus enim legem peccati dicit esse in membris, quæ lex consuetudo est quā peccando concipimus, & ab ea cum volumus nō discedimus, quia necessitatis vinculo per consuetudinem retinemur. Bonum est ergo culpam corrigere cum incipit apparere, quia si morari cœperit, Immanitatem sceleris facit. & quid di-

Psal. 128. cit Psal. de huiusmodi? Prolongauerunt iniquitatem suam, Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

Nec putare debet, qui in fœminam figit oculum & illius in se diligit fixum, ab alijs se non uideri cum hoc facit. uidetur omnino & a quibus se uideri non arbitratur.

¶ Hoc videmus frequenter de his qui culpas suas volunt abscondere, quòd dum uitia quasi caute & latenter agere existimant, ipsi seipsos dum nesciunt demonstrant, & culpa quæ occulta esse creditur, ab alijs manifeste cognoscitur.

Sed ecce lateat & a nemine hominum uideatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non uidere, quia tanto videt patientius quanto sapientius?

X ¶ In cunctis ergo quæ vel agendo vel loquendo vel cogitando delinquimus, aspectum superni iudicis vehementer formidare debemus, quia si aliquando non apparent hominibus vitia nostra, illius tamen oculis nuda sunt omnia & aperta. Et hoc nos à culpa reprimere debet quia in eius iudicio nihil inultum poterit remanere. Contra vitiorum incentiua debemus opponere inferni tormenta; & contra transitoriam delectationem perpetui ignis dolorem. Valde stultus est qui pro eo quòd paruo tempore luxuriæ deseruit, suumque miserum desiderium paruis delectationibus pascit, & cęlestem perdit amœnitatē & incurrit æternam damnationem.

Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne uelit fœminę male placere. Illum cogitet omnia uidere, ne uelit fęminæ male uideri. Illius namque & in hac causa commendatus est timor ubi scriptum est. Abominatio est domino defigens oculum.

¶ Ex quibus verbis patet, quia si oculum in fęminam figimus, Deo nostro cui placere debuimus abominabiles sumus, Et à quo debuimus recipere gloriam, recipiemus pœnam. Qua propter necesse est vt si à nostris vitijs diuinus non separat amor, uel reprimat timor, & si nos non delectant superna gaudia, vel terreant æterna supplicia. Sic homo recedere à peccato incipit, si timeat displicere auctori suo. Y

¶ Si dicit aliquis. Quomodo timebo Deum? Si vis Deum timere, illum cogita omnia videre. Titillat te mala cōsciētia, cogita, quia Deus videt te. Quicquid in te malum fuerit, pēsa quia Deus totum conspicit, Quicquid egerimus, aut dixerimus, aut mente tractauerimus, semper attendamus super nos oculos Dei, semper timeamus displicere illi. Hæc est via iustitiæ, hæc sunt primordia sapientiæ, sicut scriptum est, Initium sapientiæ timor Domini. Sequitur. Quando ergo simul estis in ecclesia vel vbicunque vbi fœminæ sunt, inuicem pudicitiam vestram custodite. *Prouer. 1.*

¶ Magna est pudicitię virtus & multum commendata in scripturis diuinis. Hæc virtus celestis & spiritualis est. Nam hominem a terra subleuat, Angelis sociat, Deo coniungit, de terreno cœlestem, de carnali spiritualem facit. Hec uirtus etiā humanam naturam transcendit. Nam quòd homo pudicus est, quòd castus, non tam virtus humana facit quam diuina. Per hanc nos amat inuisibilis sponsus. Non enim placet Deo anima si non est casta, si non est pudica. Nam si immunditiæ & luxurię deseruit, abominabilis est ei & reproba. Pudicitię uirtus acceptabilis est Deo & hominibus. Hanc nobis inuidet, hanc impugna-

te non

te non cessat antiquus humani generis hostis. Ipse enim est persuasor immunditiæ & luxuriæ, plures corrumpit, non parcit clericis, non indulget monachis, & quod magis gemendum est, ipsos etiam religiosos prosternit.

¶ Necesse est ergo summa vigilantia inuicem nostram pudicitiam custodire. Nam si eam perdimus, totum perdimus, etiam nosmetipsos. Qui perdit pudicitiam perdit animam, perdit Deum, perdit & semetipsum. Sed ad hoc in vnum habitamus, vt nos inuicē custodiamus, inuicem corrigamus, inuicem erudiamur, vt quod quisque non potest per seipsum, possit per alium. Et quia nostra custodia non à nobis est, sed à Deo, bene subditur.

Deus enim, qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis.

Psal. 126. ¶ Non enim sufficiens est nobis custodia nostra nisi etiam adsit diuina. Vnde scriptum est. Nisi Dominus custo. &c. Nemo est qui pudicitiam possit custodire, aut in seipso, aut in alio, nisi per Deum. Sed si ipse habitauerit in nobis, poterimus per ipsum, quod non valemus per nos. Sic ergo studeamus uiuere, ut nos in ipso & ipse in nobis dignetur habitare, vt iusti & casti possimus esse per ipsum, qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De correctione fratrum. Cap. VII.

Etsi hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrū aduerteritis, statim admonete ne cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si autem & post admonitionem iterum vel alio quocunque die idipsum eum facere videritis, iam uelut vulneratum sanandum prodat, quicunque hoc potuerit inuenire. Prius tamen est alteri vel tertio demonstrandum, vt duorum vel trium possit ore conuinci, & competenti seueritate coerceri.

A ¶ Hæc sententia verbis apostolicis concordat & euangelicis. Ait enim B. Paulus. Si fuerit homo præoccupatus in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et Dominus in euangelio. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe tibi duos uel tres, ut in ore duorum uel trium stet omne uerbum. Summa quidem diligentia inuestiganda & corrigenda est culpa. Nam si eam non emendamus in hoc seculo damnabimur in futuro. Vnde Apostolus. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Melius est ergo hic emendare uitam quàm tunc perire. Qui amat corripi sapiens est. Vnde scriptum est. Corripe sapientem & amabit te. Stultus autem si corripitur irascitur. Sed quid dicit Apostolus ad discipulum? Insta inquit, opportune, importune. 2.Ti.4. Opportune dicebat propter eos, qui libenter audiebant uerbum prædicationis. Importune propter eos, qui inuiti audiebant. Similiter eos qui culpas redarguunt, quandoque oportet esse importunos, sed ista importunitas non est ex ira, sed ex charitate, & sæpe is qui conturbatur quia corripitur, cum cogitare cœperit quanto eum amore frater suus reprehenderit, gaudet de reprehensione, & quod deliquit studet emendare.

Nec vos iudicetis esse maleuolos quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros quod indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore quod velit occultari, cum timet secari, nonne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius debes manifestare, ne deterius putrescat in corde?

B ¶ Si crudelis est qui uulnus in corpore fratris celat, multo magis crudelis est, qui peccati uulnus in anima fratris non indicat, & reus mortis illius existit, quem tacendo perire permittit. Sicut enim ille ex opere, ita iste damnatur ex taciturnitate. Quia si is crudelis est qui culpam non detegit, econtra ille misericors est qui eam non abscondit. Nec maiorem potest erga miserum misericordiam agere, quàm pereunti uitam præstare. Magna quoque illi merces debetur Matt.5. ab omnipotente à quo dictum est. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiā consequentur. Et Iacobus ait. Qui conuerti fecerit peccatorem Iaco.5. ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinē peccatorum. Quo autem ordine culpa debeat demonstrari, ostendit cum subiungit.

Sed antequam alijs demonstretur per quos conuincendus est si negauerit, prius Præposito debet ostendi si admonitus neglexerit corrigi, ne forte possit secretius correctus non innotescere cęteris.

C ¶ Culpa cum occulte committitur, ab alijs fratribus, qui eius culpæ conscij sunt, hic qui deliquit frater secretò debet corrigi, quos si neglexerit audire, patri monasterij debet indicari, ut & ipse fratrem secretò corrigat, quatenus culpa quæ adhuc latens est, si forte secretius corrigi potuerit, non omnibus innotescat. Si autem negauerit, tum testes adhibeantur, ut conuictus districtius iudicetur. Et hoc est quod subditur.

Si autem negauerit, tunc neganti adhibendi sunt alij etiam coram omnibus, vt possit non ab vno teste argui, sed à duobus vel tribus conuinci. Conuictus vero secundum arbitrium præpositi vel etiam presbyteri ad cuius dispensationem pertinet arbitrium, debet emendatoriam subire uindictam.

¶ Qui blande castigatus non corrigitur, necesse est vt acrius corrigatur. Cum dolore enim abscindeoda sunt quæ leniter sanari non possunt. Qui autem admonitus secreto de peccato corrigi negligit, publice arguendus est, vt vulnus quod occulte sanari nescit, manifeste valeat emendari. Manifesta autem peccata non sunt occulta ratione purganda. Palam enim arguendi sunt qui palam peccant, vt dum sanantur aperta obiurgatione, ij qui eos imitando deliquerunt corrigantur. Hic ergo qui secreto corrigi noluit, publice conuictus debet emendatoriam subire vindictam.

Quā si ferre recusauerit etiā si inde nō abscesserit de vestra societate proijciatur. Non enim & hoc fit crudeliter sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.

D ¶ Melius est enim, vt pro multorum saluatione cōdemnetur vnus, quàm per vnius exemplum plurimi periclitentur. Hinc Dominus ait in euangelio. Si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi vt vnum membrorum tuorum pereat, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizauerit te, abscinde eam & proijce abs te. Per dextrum oculum aut dexteram manum possumus intelligere aliquem nostrum necessarium amicum. Qui prouidet in caussis, oculus noster est. Qui ministrat in necessarijs, manus oostra est. Qui si etiam prouidet in spiritualibus, noster dexter oculus est, aut dextra manus. Talis & tam necessarius si cæteros in Dei seruitio scandalizauerit, de corpore idest, de societate est abscindendus. Melius est enim vnius solatium perdere quam per vnum totum corpus perire.

Matt. 5.

Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, iudicandisq; peccatis diligenter & fideliter obseruetur cum dilectione hominum & odio vitiorum.

E ¶ Hinc idem beatus doctor alibi dicit. Sic diligēdi sunt homines vt nō diligantur eorū errores. Aliud est enim amasse quod facti sunt, aliud vero odisse quod faciunt. Sunt nōnulli qui aliorū redarguūt culpas nō tā ex charitate quā ex odij amaritudine, non tā vt eos corrigi velint, quàm vt odium quod in corde gestāt exercere valeant. Et hoc non est secundū Deū. Magis aut ad vindictā pertinet quàm ad disciplinam. Caueant ergo vt neminem cum ira & indignatione, sed potius cum dulcedine & charitate redarguant. Et si aliquando culpa exigente sonat in voce asperitas, semper tamen maneat in mente lenitas. Iuxta quod apostolus præcipit dicens. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Bene autem subiungit. Considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Attende enim teipsum qui alium reprehendis, quia peccator existis & fragilis, ne grauiter tenteris si quē reprehendere conaris indignando potius quàm compatiendo. Fiat ergo cum dilectione hominum & odio vitiorum, ita vt amor seruetur in corde erga hominem, & odium aduersus vitium, quia districtio debetur vitijs, compassio vero naturæ. Sequitur.

Galat. 6.

Quicunq; autem in tantum progressus fuerit malum, vt occulte literas ab aliquo vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro cōfitetur, parcatur illi & orēt pro illo.

¶ Ideo progressum esse in malum magnum dicit fratrē qui occulte aliquid recipit, quia aliquid occultare est ordinem infringere. Magnum malum incurrit qui ordinis sui præuaricator existit. Nisi propheta sanctus magnum malum esse sciret quod Giezi discipulus suus à Naaman syro munus occultum accepisset, nequaquam eum tam terribiliter passione lepræ percuteret. Exemplo itaq; suo nos docuit graui correctione dignum esse qui committeret simile peccatum. Tamen si hoc vltro confitetur, parcendum est ei & orandum pro eo. Nam culpa leuior efficitur quę confessione voluntaria humiliter aperitur. Vnde Dauid dicit. Dixi confitebor, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. F

Exemplū notabile.

Psal. 31.

Si autem deprehenditur & cōuincitur, secundum arbitrium presbyteri vel præpositi grauius emendetur.

¶ Quia si grauior est culpa, grauior competit disciplina. Grauiter quippe & mortaliter offendit, qui malum quod agit etiam abscondit. De occultis literis & munusculis Beatus Hiero. ita scribit. Occultas, inquit, literas & sudariola & crebra munuscula sanctus amor non habet. Quisquis talibus delectatur, magna uanitate seducitur. Et quo plus delectatur infimis, eo amplius eijcitur à supernis. Ex huiusmodi autem mala gratia solent generari. Sed qui perfecte vitia cauere desiderat, non solum studet vt ea quæ per se mala sunt caueat, sed etiam illa refugit, vnde etiam vel praua actio, vel mala opinio procedere possit. Nos vero quos oportet bene viuere & bonum exemplum alijs demonstrare, non conuenit talia agere, vnde quis possit uel malam suspicionem habere. G

Qui à mulierū conuersatione munuscula exigūt, verba Hieronymi pōdera re habēt.

De custodia rerum communium.
Cap. VIII.

VEstes vestras in vnum habeatis sub vno custode, vel duobus, vel quot sufficere possint ad eas excutiendas ne à tinea lædantur. Et sicut pascimini ex vno cellario: sic induamini ex vno vestiario.

H ¶ Qui vestes præcipit reponi sub vno custode, vel pluribus, duę videntur causæ. Prima videlicet, ne per incuriam neglectæ à tineis corrumpantur. Secunda ne frater hanc ipsam vestem quam habet, in propriam se habere crederet, si in proprio loco sibi reponere liceret. Huic autem sententiæ videntur verba concordare, quę sequuntur, ait enim.

Et si fieri potest ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur: vtrum hoc recipiat vnusquisque, quod deposuerat, an aliud, quod alter habuerat: dum tamen vnicuique prout cuique opus est non negetur.

I ¶ Ideo ait si fieri potest, vt si cui videatur difficile, liceat ipsum, quod deposuerat vestimentum suscipere. Ad maiorem enim perfectionem perueniret si ad tantum contēptum sui quis peruenisset: vt eo solummodo, quod opus est corpori contentus esset, iuxta quod ait Apostolus. Habentes victum, & vestitum his contenti esse debemus. Non determinat quantum vel quale: sed tantū ea notat quæ sufficiāt naturę. Nā in imperfectis plus semper voluptas appetit, quàm necessitas. Sicut autem ait B. Augustinus. Humana natura modico cōtenta est: sed consuetudo multa addidit: voluntas atque voluptas plura copulauit. Si quis Deum perfecte diligeret, si carnalibus desiderijs omnino renunciaret: multa resecaret superflua, quæ modo tenet quasi necessaria. Discamus ergo Deū toto corde diligere: quatenus per ipsius amorem studeamus, & contenti esse necessarijs, & superflua resecare: vt dum quod opus est vnicuique non negatur, vltra quod opus est à nemine requiratur. Charitas non quærit quæ sua sunt: Charitas communia anteponit: Charitas facit esse abiectum in domo Dei. Hanc si quisquam perfecte possedit, etiam ex eo, quod opus erit sibimetipsi, resecabit.

1. Tim. 6.

Si autem hinc inter vos contentiones, & murmura oriuntur, cum queritur aliquis se deterius accepisse quàm prius habuerat, & indignum se esse qui non ita vestiatur sicut alius frater eius vestiebatur: hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis.

¶ Habitus cordis vestri sanctificatur per gratiam Dei: per inhabitationem Spiritussancti: quādo inest pax, charitas, bonitas, humilitas, patientia, concordia, mansuetudo, & alia huiusmodi. Hæc sunt nostrę interiores diuitię, scilicet boni mores, & virtutes. Sed si incipimus inter nos contendere, murmurare, & litigare: statim ab his spiritualibus bonis vacui remanemus. Virtutes enim cum vitijs remanere non possunt. Nam fermentum modicum totam massam corrumpit. Hinc se debet quisque probare, & sollicite pensare quantum illi intus desit, & quàm magnum damni in incurrit, qui pro rebus transeuntibus, hoc vnde debet esse beatus, perdit. Valde ergo nobis cauendæ sunt lites, & contentiones. quia hæc sunt opera carnis: Et sicut ait Apostolus, qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Ideo nos admonet in alio dicens. Nihil per contentionem aut inanem gloriam: superiores sibi inuicem arbitrantes, non ea quę sua sunt singuli cogitantes, sed ea, quæ sunt alterius. Plurimum enim valent hęc duo ad remouendas lites, & generandam concordiam: cum quis se inferiorem omnibus iudicat, & ea quæ sunt alterius magis, quàm sua propria pensat. In his enim duobus humilitas, & charitas commendatur: quę non solum non discordare solent: sed etiam discordantes ad concordiam reducere. Et quia hęc quę dicta sunt ad perfectiores pertinent: propter minus perfectos temperat sententiam cum subiungit. K

Galat. 5.
Philip. 2.

Tamen si vestra toleratur infirmitas, vt hoc recipiatis, quod deposueritis, in vnum tamen locum sub communibus custodibus habere, quod ponitis.

¶ Vt videlicet dum in communi loco reponitur hoc ipsum, quod in proprium vsum suscipitur, non proprium esse, sed commune credamus.

Ita sane, vt nullus sibi aliquid operetur: sed omnia opera vestra in vnum fiant maiori studio, & frequentiori alacritate, quàm si vobis singulis faceretis propria.

¶ Et inde apostolicam sententiam apponit, & exponit dicens.

Charitas enim de qua scriptum est, quod non quærit, quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit.

¶ Hæc est causa quare nullus sibi operetur, sed in communi fiant maiori studio, & frequentiori alacritate, quàm si essent propria. Hæc causa inquam, quia charitas non quærit, quæ sua sunt, sed communia proprijs anteponit. Si charitas Christi non quærit, quę sua sunt, nullus nostrum debet operari sibi. Et si Christi charitas communia

proprijs anteponit, ergo maiori studio & frequẽtiori alacritate debemus agere cõmunia quàm sit essent propria. Maior est enim fructus charitatis quàm proprietatis. Nam quod oculus non vidit nec auris audiuit, hoc præparauit Deus diligentibus se.

Et ideo quanto amplius rem cõmunẽ quàm propria uestra curaueritis, tãto amplius uos proficere noueritis, ut in omnibus, quibus utitur transitura necessitas, supereminecat, quæ permanet, charitas.

M ¶ Transitura quippe necessitas vtitur temporalibus rebus, tẽporalibus studijs, inquibus debet semper charitas eminere, quia nullus potest placere Deo sine charitate. In cunctis ergo quæ ... necesse est vt semper emineat charitas, ... quia est mater virtutum, ipsa est radix omnium bonorum. Hec est via sublimior qua tenditur ad cælũ, de qua Paulus Apostolus ait. Adhuc excellentiorem vobis viam demonstro. Multum proficit in hac charitate qui pro amore Dei cuncta quæ huius mundi sunt despicit, nihil sibi retinere appetit, quicquid habet in commune diuidit. Vere per excelsam viam graditur, qui calcatis terrenis mente & desiderio ad cęlestia subleuatur. Charitas in amore Dei constat & proximi. Amor autem Dei tribus modis exprimitur, vt nihil remaneat in homine quod non diuinæ dilectioni subdatur. Nã Deum præcipimur diligere ex toto corde, videlicet vt omnes cogitationes nostras referamus ad Deum. Ex tota mente, vt omnem rationem qua intelligimus & descernimus habeamus in ipsum. Ex tota anima, vt omnes affectiones animæ dirigamus ad Deum. In dilectione proximi duo seruanda sunt. Vt quod tibi non vis fieri alijs ne feceris. Et quæ vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. Ex hac gemina virtute dilectionis in proximum omnes virtutes oriuntur, quibus aut vtiliter quæ sunt appetenda cupimus, & quæ vitanda sunt vitamus. Ex his duobus articulis congrue diligitur proximus, dum & beneficijs souetur & nulla malitia læditur. In omnibus ergo quibus vtitur trãsitura necessitas, debet semper eminere charitas. Quia quicquid agimus aut

N loquimur ad Dei charitatem debet respicere aut proximi, ut in omni nostra conuersatione, nostræ intentionis summa versetur semper in charitate. In his autem duobus præceptis tota lex pendet & prophetę.

1. Cor. 13.

Amor Dei tribus exprimitur modis nota bilibus.

O Consequens ergo est ut etiam cũ quis suis filijs aut aliqua necessitate ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquã contulerit vestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur, sed sit in potestate Præpositi, ut in rem communem redactum, cui necesse fuerit præbeatur.

¶ In omni enim vita nihil licet occulte recipere uel recipi, nihil proprium retinere, sed si quid alicui datur reddendum est præposito, ut cui necesse fuerit præbeatur. Sic extinguitur auaritia, si superfluitas resecatur. Sic nutritur charitas & paupertas sancta custoditur, quia dum non licet terrena retinere, cogitur animus cęlestia cogitare. Sed sunt quidam qui grauiter conturbantur, cum ea quę ab alijs suscipiunt, eis nõ permittuntur rëtinere. Amant munuscula, delectantur in proprijs. Et sæpe ex paruis & vilibus rebus tanto inardescunt desiderio, vt earum occasionibus concordiam fratrum soleant conturbare. Quod persuasione diabolica fieri dubium non est. Callidus enim hostis omnium mores nouit & qualitates, atque eorum affectus discernit, & in eo vnumquenque tentet in quo se magis pręualere cognoscit. Nec curat vtrum ex magno uel ex paruo decipiat, tantum ut charitatem fratris corrumpere valeat. Debemus contra hostem callidum cauti & uigilantes esse, atque eius laqueos in omni rerum materia pręcauere, & omnia terrena quibus decipere potest, animi virtute calcare, vt possimus cantare cum propheta. Laqueus cõtritus est & nos liberati sumus. Sed quia quidam in hoc capiuntur, Ideo subiunctum est.

P

Laquei diaboli præcauendi.

Psal. 123.

Quòd si aliquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.

¶ Apostolus dicit. Fures & latrones regnum Dei non possidebunt. Furtum enim criminale peccatum est, sicut scriptum est. Non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices &c. Quia ergo inter criminalia mala deputatur iuxta canonum sententiam, sic iudicare debet quisque de furto, quomodo de adulterio, quomodo de homicidio, quumodo de falso testimonio. Frater qui rẽ sibi collatam celauerit, Iudę traditoris locum tenet in ecclesia sancta, qui fur erat & latro & loculos habens, & ea quę mittebantur Domino, asportabat & abscondebat. Qui tanto cupiditatis & auaritię uitio exarsit, ut Dominum suum sicut diabolus in cor miserat, venderet & traderet. Sed appetendo lucrum inuenit mortem, sicut scriptum est. Dum sitit lucrum peruenit ad laqueum. Tales sunt fructus auaritię. Caueant ergo fratres ne lucra appetant, ne quamlibet rem abscondant, ne dum suadente diabolo detestabilem perpetrãt culpam, iusto omnipotentis Dei iudicio mortis & damnationis perpetuę incurrant pœnam.

Q

1. Cor. 6.

Exo. 20.

De munditia vestium, & corporum.

Cap. IX.

Indumenta vestra secundum arbitrium præpositi lauentur siue a uobis siue a fullonibus, ne interiores animæ sordes contrahat mundæ uestis nimius appetitus.

¶ Quare

R ¶Quare vestimenta lauari secundum arbitrium præpositi iusserit, ipse idem causam exponit; ne videlicet frater sordes in animo contrahat, si vltra modum vestes mundas habere concupiscit. tanto enim quisque polluitur intus, quanto ad inanem gloriam foris mundatur. Curare ergo debent prælati ne per nitorem vestium delinquant subiecti. Non enim nitor vestium, sed morum honestas ornat clericum. Vnde Apostolus
Rom. 12. nos admonet dicens. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Nam qui formam huius sæculi appetunt, formam interioris hominis non requirunt. Et quanto exterior pulchritudo diligitur, tanto inte-
Esa. 1. rior minus curatur. Hæc est autem vera, & spiritualis munditia quam requirit in nobis Deus dicens. Lauamini mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Non enim ait. Beati mundo corpore, sed beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et ne quis putaret curam carnis similiter esse resecandam, adiungit.

Lauacrum etiam corporis cum infirmitatis necessitas cogit minime denegetur. Fiat autem sine murmure de consilio medicinæ: ita etiam si nolit iubente præposito faciat, quod faciendum est pro salute. Si autem velit & forte non expedit, suç cupiditati non obediatur.

S ¶Hæc sententia verbis Apostolicis videtur concordare: quæ carnis curam fieri prohibet in desiderijs non in necessitate. Multum enim interest inter necessitatem, & cupiditatem. Nam quod ex necessitate est, vtile est, quòd autem ex cupiditate vitium est. Sunt autem quidam qui dicunt religioni non competere corporalem medicinam. Sed si diligenter attenderent ipsi recognoscerent, quia hoc quòd manducamus, & bibimus, quòd vestibus operimur, & terrenis rebus ad necessitatem vtimur, corporis medicina est.

Fiat ergo sine murmure de consilio medicinæ.

T ¶Et bene ait: nolens in necessitate cogatur volens ex cupiditate reprimatur, quia necessitati non cupiditati obediendum est. Nam aliquando etiã si noceat, prodesse creditur, quod delectat. Ecce quare homo suæ cupiditati obedire non debet: quia sępe sic ipse sua cupiditate decipitur, vt credat id sibi prodesse, quod nocet. Sic fallit homines mala cupiditas: sic simulat bonum esse, quod malum est & perniciosum est. Ecce quare adeo damnant cupiditatem sacrę scripturę, & carnalem delectationem, quia ad mortem trahunt homines dum ipsi nesciunt.

Aliquando etiam si noceat: prodesse creditur quod delectat.

V ¶Sed iuxta Apostoli vocem oportet nos abstinere à carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam: quia caro quidem concupiscit aduersus spiritum. Sed per disciplinam spiritus reprimẽda est concupiscentia carnis. Sed sunt quidam qui rigorem spiritus: alij qui mollitiem carnis supra modum sectantur. Illi dum spiritualiter viuere appetunt, aliquando cum vitijs, & carnem extinguunt. Sed sciendum est quia virtus si modũ non habeat in vitium vertitur. Illi vero qui carnaliter volunt viuere, cum cura carnis student & propria desideria nutrire. Ponendus est igitur vtrisque modus, & cogendi sunt illi facere, quod faciendum est, pro salute. Hi vero reprimendi sunt ne faciant, quod carnaliter concupiscunt. Salus quidem corporis ad seruiendum Deo seruanda est: cupiditas vero carnis extinguenda est. Et quia de manifesta infirmitate locutus est: de latenti dolori subiungit, dicens.

Denique si latens est dolor, famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur.

X ¶Iure enim credendus est, quem boni mores, & conuersatio sancta famulum Dei esse commendant. Non enim ex ore loquentium cognoscitur veritas aut falsitas, sed à fructibus eorum cognoscetis eos dicit Dominus. Non sunt fallaces, non sunt duplices: non sunt ex illis, qui in corde, & ore locuti sunt falsa. Famuli Dei quales sunt in corde: tales sunt in ore. Bona vita fidem dat verbis. Mala vita etiam ipsam veritatem facit esse ambiguam. Sine dubitatione ergo credantur qui sine dubitatione sunt boni. ¶ Alio modo. Si latens est dolor, sine dubitatione credatur. Famulus enim Dei timet Deum offendere non solum in opere, sed etiã
Y in sermone. Tales nos exhibere debemus, vt quicquid dixerimus sine dubitatione credamur. Vita debet commendare sermonem, & opera bona testimonium perhibere veritati: sicut Saluator noster de se dicit. Si mihi non creditis: vel operibus credi- Ioan. 10.
te. Opera, inquit, quæ facio, ipsa testimonium perhibent de me. Multi enim sunt quibus non creditur etiam si verum dicant, quia illi mali sunt, aut in suspicione habentur ne mali sint. Sed si nostra vita sine suspicione cœperit esse bona, mox verba nostra sine dubitatione credentur esse vera. Quanto quisque minus bonus est tanto minus ei creditur: Quanto cęperit esse religiosior, tanto verbis eius maior fides pręstatur. Sed quia infirmitatis necessitas aliquando appetit ea, quæ sibi ipsi sunt contraria, ideo adiungit.

Sed tamen vtrum sanando illi dolori, quod delectat expediat, si non est certum, medicus consulatur.

Z ¶Credendum est eorum verbis: nec tamen statim acquiescendum est eorum desiderijs. nam & famulos Dei illicita tentant desideria. ergo si non est certum, medicus consulatur. Quæratur ille qui de incerto faciat certum. Nec mirum si medicorum consilia quærimus, cum Apostolum Paulum consilio medicinæ vsum fuisse legamus. Nam per Epistolam suam Disci-

pulo suo Timotheo præcepit dicens. Modico vino vtere propter stomachum & frequentes tuas infirmitates. A rigore ergo abstinentiæ discretus magister discipulum temperat, ne scilicet frequentibus passionibus fractus à bono prædicationis elanguescat. Bonum quippe erat vt discipulus ex infirmitate patientiæ fructum redderet, sed vtilius esse prouidebat apostolus si vsu medicinæ aliquantulum conualescens animas Deo lucrifaceret. Ex diuersis autem bonis vtiliora eligenda sunt. Hac autem auctoritate fulti ad hæc medicinam corporalem quærere debemus, vt inde maiorem fructum Domino referamus.

Nec eant ad balnea, siue quocunq; ire necesse fuerit, minus quàm duo vel tres.

A ¶ Prouideamus bona (ait apostolus) non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia bona sufficit nobis, propter alios fama nostra non pollui sed pollere debet in nobis. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, crudelis est, maxime in hoc loco positus, de quo dicit apostolus scribens ad discipulum. Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum. Rursus alibi dicit. Spectulum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Qui nos amant quærunt quid in nobis laudent, qui verò nos odiunt detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio constituti adiuuante Domino nostro Iesu Christo & vitam & famam nostram sic custodire debemus, vt non erubescamus à detractoribus laudari. Simul ergo ire debent duo vel tres, & propter solatium & propter bonæ famæ testimonium. Vnde Salomon ait. Væh soli, si ceciderit non habet subleuantem: Si fuerint duo, souebuntur mutuo. Bene autem ait, cum quibus præpositus iusserit ire debet, scilicet vt à prælato prouideatur securitas personæ & à subdito seruetur virtus obedientiæ.

2. Cor. 8.

Titum 2.

Eccl. 4.

Aegrotantium cura siue post ægritudinem reficiendorum, siue aliqua imbecillitate siue etiam febribus laborantium, alicui debet iniungi, vt ipse de cellario petat quod cuique opus esse prospexerit.

B ¶ Eligendus est frater timens Deum qui circa infirmos curam maximam gerat, & quod opus eis fuerit ministrare eis studeat, & eo studio & affectu eis deseruiat, ac si ipsi Domino Iesu Christo deseruiret. Ipse enetim dicturus est in iudicio. Infirmus fui, & visitastis me. Et iterum. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Debent ergo fortiores imbecillitatem portare infirmorum. Sic enim diuina charitas adimpletur teste Apostolo qui ait. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex Christi est dilectio. Dilectionis officium est inuicem onera nostra portare. Diuersa vero tempora & diuersæ infirmitates faciunt vt onera nostra portemus inuicem. Nihil autem sic probat amicum quã oneris amici portatio. Sed & ipse infirmus cui pro Dei amore seruitur, debet pensare, & summopere cauere ne superfluitate sua aut impatientia sibi seruientem contristet. Studeat autem Deo gratias agere, ne infirmitas quæ data est ei ad purgationem animę, vertatur ad augmentum culpę.

Gala. 6.

Siue autem qui vestibus siue qui codicibus præponuntur, sine murmure seruiant fratribus suis.

¶ Tales se exhibeant, & ea charitate fratribus suis deseruiant, ne ipsi de ministerio sibi commisso peccent in murmure, nec alios per suam negligentiam faciant murmurare. Graue peccatum est murmuratio testante Grego. qui ait. Regnum cœlorum nullus qui murmurat accipit, nullus qui accipit murmurare poterit. Et Salomon. Pręcordia fatui sicut rota carri fœnum portat & murmurat. Tales ergo sunt in congregatione qui carne subdati non cessant à murmuratione. Apostolus. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. Quare a serpentibus, nisi quia serpens venenosus est, & omnis qui murmurat venenum diaboli habet in lingua: Iaco. Lingua inquietum malum, plenã veneno mortifero. Cauendum est ergo nobis à murmure, ne mortifero & diabolico pereamus veneno. C

Eccl. 33.

1. Cor. 10

Iaco. 3.

Codices certa hora petantur, extra horam qui petierit non accipiat.

¶ Superius præcepit instare orationibus temporibus constitutis. Tempora ergo sunt distinguenda quibus debemus orare, & quibus debemus legere. De opere quoque alibi admonet vt nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in vnum fiant. Hæc tria commendat nobis regula quæ animę nostrę valde sunt necessaria, scilicet orationem, lectionem, operationem. Nam oratione mundamur, lectione instruimur, operatione beatificamur, sicut spiritus sanctus dicit in Psal. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Quia autem dicit vt codices singulis diebus petantur, frequentia legendi commendatur. Frequenter debet legere seruus Dei. Valde enim est vtilis diuina lectio. Nam per lectionem discimus quid cauere, quid agere, quo tendere debeamus. Hinc Psalm. ait. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Per lectionem sensus & intellectus augentur. Lectio ad orationem nos instruit & ad operationem, & nos informat ad contemplatiuam vitam & actiuam. Ideo Psal. Beatus vir scribitur, qui in lege Domini meditatur die ac nocte. Hæc sunt arma, videlicet oratio, lectio & operatio quibus diabolus expugnatur. Hęc sunt instrumenta quibus ęterna beatitudo acquiritur. His armis vitia comptimuntur, his alimentis virtutes nutriuntur. Sed etsi a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia ociositas inimica est animę, & antiquus hostis quem a lectione siue ab oratione vacantem inuenerit, facile ad vitia rapit. Per vsum nanque D E

Psal. 127.

Psal. 118.

nanque lectionis defcetis qualiter, & vos viuatis & alios doceatis: Per manuum operationem, & corporis macerationem, & vitijs alimenta negabitis, & vestris necessitatibus subuenietis, & habebitis vnde necessitatem patientibus aliquid porrigatis.

Vestimenta verò, & calciamenta quã do fuerint indigentibus necessaria dare non differant sub quorum custodia sunt, quæ poscuntur.

¶Hoc est quod superius dictum est: vt sine murmure seruiant fratribus suis. Ne quando differunt necessaria dare, faciant fratres murmurare, & sint occasio peccati. Studeant ergo seruire fratribus suis propter Deum, & necessaria congruis temporibus ministrare. Et hoc faciant sine murmure, sine tristitia, sine dilatione, cum gaudio, & hilaritate: quia hilarem datorem diligit Deus, vt omne quod opus est eis secundum modum congregationis, & possibilitatem loci habeant. & eis qui seruiunt sit maior ex inde merces à Domino. In indumentis verò & calciamentis clericorum congruus seruandus est modus: ne preciosa, vel nitida sint supra modum aut nimis abiecta & vilia: nec habentia compositionem plusquam decet, nec incompositionem vltra quàm oportet. Talia ergo sint, vt religionẽ simul commendẽt & honestatem. Caueant ergo fratres quibus necessaria ministrantur, ne quid expetant importune, aut quod non deceat eorum religionem. Nam quicquid superfluum habent, mortiferum est illis. Perpendant ergo quoniam ea, quæ expendunt oblationes sunt fidelium pro redemptione peccatorum. Et ideo non glorientur talibus vti, sed magis timeant, quod in veteri testamento de sacerdotibus dictum est, iniquitatem populi eos debere portare. Et ideo cum magno timore soliciti sint super eos, quorum donis participant, quia magnum est periculum. Salubrius est autem pauperes Christi (sicut iam prędictum est) semper minus egere, quàm plus habere. Nam vnde pauperes erimus nisi penuriam propter Deum æquanimiter portemus? Quantum ergo meminimus nos illicita commisisse, tantum oportet à licitis abstinere. Per angustam enim portam intrare debemus, vt ad latitudinem cœlestium gaudiorum pertingere valeamus. Nam quanto arctiorem vitam hic agimus, tanto maiorem gloriam possidebimus in cœlo.

Lites autem nullas habeatis aut quàm celerrime finiatis, ne ira crescat in odiũ, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis. Qui odit fratrem suum homicida est.

H ¶Sic paulatim sępe crescunt vitia. Sanè cum ab ocioso verbo linguam restringere nolumus, ad noxia dilabimur. inde aliquando ad murmura, & detractiones decidimus: plerunque et iam vsque ad lites, & contentiones: inde ad iram, & odium: & iuxta Salomonis vocem dum negligimus corrigere minima, prolabimur ad maiora. Dum ergo vitium ex vitio oritur, iniquitas prolongatur. Hinc propheta ait. Vęh qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Et Psal. Prolongauerunt iniquitatem suam: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Primum est ergo omnino cauendum peccatum. Melius est enim precauere, quàm emendare. Quia si per fragilitatem peccare contigerit: facile culpa corrigitur, quæ cito cognoscitur. Hinc est, quod Dominus de muliere ad serpentem dicit. Ipsa conterit: caput tuum: caput serpentis conteritur, quando peccatum ibi corrigitur vbi nascitur. Debet ergo quisque esse solicitus, vt mox ibi se studeat emendare vbi se nouerit deliquisse. Quantum interest inter festucam & trabem, tantum interest inter iram & odium. Odium enim est inueterata ira, quę quasi ex vetustate tantum accepit vt merito vetus appellaretur. Fieri enim potest vt si irascaris homini velis etiã corrigi: si autem oderis non potes eum velle corrigi. Per iram mentis oculus turbatur: per odium etiam extinguitur. Vnde Apostolus. Qui odit fratrem suum in tenebris est. Nulli irascenti videtur ira sua iniusta. Vnde de omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in eius odium transit cui non celeriter ignoscitur. Vnde subditur.

Esa. 5. Psal. 128. Gen. 3. *Differentia inter odium, & iram.* I 1. Ioan. 2.

De venia postulanda, & offensa remittenda. Cap. X.

Vicunque conuitio, vel maledicto, vel etiã criminis obiectu aliquem læserit: meminerit, satisfactione quàm primum curare quod fecit: & ille qui læsus est sine disceptatione dimittere.

¶Grauiter offendit, qui conuitio, vel maledicto aliquem lædit. Apostolus ait. Maledici regnum Dei non possidebunt. Et Dominus in Euãgelio. Qui dixerit fratri suo fatue: reus erit gehennæ ignis. Debet ergo sicut grauiter deliquit, grauiter pęnitere: atque ab eo quem læsit toto corde tota humilitate veniam postulare: Et ille qui læsus est sine disceptatione dimittere. Isidorus. Qui fratrem suum tardius reconciliat, Deum sibi tardius placat. Frustra enim sibi Deum reconciliari atque propitiari quærit, qui cito placare suum proximum negligit. Sed sunt quidam qui de suis meritis confidentes pigre in se delinquẽtibus veniam præstant: sed nihil proficit esse illæsum qui non est paratus ad veniam: dum potius hæc magna sit culpa quando tardius laxantur fraterna delicta. Veritate testante didicimus quia seruus, qui decem millia talenta debebat, cum pœnitentiam ageret, absolutionem debiti à Domino accepit: sed quia con seruo suo centum denarios sibi debenti debitum

K 1. Cor. 6. Matt. 5.

bitum non dimisit, & hic est iussus exigi quod
ei fuerat iam dimissum. Ex quibus verbis con-
stat, quia si hoc quod in nobis delinquitur ex
corde oon dimittimus, & illud rursum exigitur
quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuis
se gaudebamus.

Si autem inuicem se læserint: inuicem sibi debita relaxare debebũt propter orationes vestras: quas vtiq; quãto crebriores habetis, tãto saniores habere debetis.

L ¶ Quotidie dicimus Deo, dimitte nobis debi-
ta nostra sicut & nos dimittimus debitoribus no
stris, quod si debitoribus nostris, idest eis qoi in
nos peccant non dimittimus: cum dicimus Deo
dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit-
timus, ipsa nostra oratione inculpamur, &
Deum aduersum nos ad iracundiam incitamus,
& ipsi super nos inducimus maledictionem po-
tius quam benedictionem. Sicque fit vt oratio
quæ debebat nobis esse salubris, sit noxia, & pec
cata nostra quæ debuimus minuere orando au-
geamus. De quotidianis autem leuibus breui-
busq; peccatis sine quibus hæc vita non ducitur
quotidiana oratio fidelium satisfaciet. Eorum est
enim dicere. Pater noster qui es in cœlis, qui
iam tali patri regenerati sunt ex aqua & spiritu
Sancto. Delet omnino hæc oratio minima quo-
tidianaque peccata. Delet & illa à quibus vita fi-
delium etiam scelerate gesta sed pœnitendo in
melius mutata discedit. Sed quemadmodum
veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra
(quoniam non desunt quæ dimittantur) ita
veraciter dicatur, sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris. Idem fiat quod dicitur. quia
& ipsa eleemosyna est veniam petenti homini
M ignoscere. Multa quidem genera sunt eleemosy
narum quæ cum facimus adiuuamur vt dimit-
tantur nobis peccata nostra. Sed ea nihil est ma-
ius qua ex corde dimittimus quod in nos quisq;
peccauit. Minus magnum est erga eum beneuolũ
esse siue etiam beneficum qoi tibi nihil mali fe-
cerit, illud multo grandius & magnificentissimæ
bonitatis est vt tuum quoque inimicum diligas,
& ei qui tibi malum vult semper bonum velis, fa-
Matt. 5. cias quoq; ꝗ possis audire dicentẽ Iesum. Diligi-
te inimicos vestros, benefacite his qui oderunt
vos, & orate pro eis qui vos persequuntur. Sed
quoniam perfectorum sunt ista filiorum Dei
quo se debet omnis fidelis extendere, & huma-
num animum ad hunc affectum orando Deũ &
N secum agendo luctandoque perducere: Tamen
quia hoc magnum bonum tãtæ multitudinis nõ
est quantum nos credimus exaudiri cum in ora-
tione dicitur, dimitte nobis debita nostra sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris, procul
dubio sponsionis huius verba implentur si ho-
mo qui nondum ita proficit vt etiam diligat ini-
micũ, tamen quando rogatur ab homine qui pec
cauit in eũ vt ei dimittat, dimittit ex corde, quia
etiã sibi rogãti vtiq; vult dimitti cũ orat & dicit:
dimitte nobis sicut & nos dimittimus debitori-
bus nostris, idest sic dimitte nobis rogantibus
debita nostra, sicut nos dimittimus roganti-
bus debitoribus nostris. Iam verò qui eum
in quem peccauit hominem rogat, si peccato suo
mouetur vt roget, non est adeo deputandus ini- Matt 6.
micus, vt eum sic diligere sit difficile, vt diffi-
cile erat cum inimicitias exercebat. Quisquis au-
tem roganti & peccata sua pœnitenti ex corde
non dimittit, nullo modo existimet a Domino
peccata sua dimitti, quoniam mentiri veritas
non potest, quæ ait. Si dimiseritis hominibus
peccata eorum, dimittet vobis & pater vester cæ
lestis delicta vestra.

Melior est autem qui, quamuis ira sæpe tentetur, tamen impetrare festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam, quã qui tardius irascitur & ad veniam petendam tardius inclinatur.

¶ Nonnullos ira citius accendit & facilius de O
serit, nõnullos verò tarde commouet sed diutius
tenet. Alius autem (quod nequius est) & citius
iracundiæ flãmas accipit & tardius deponit. Nõ-
nulli verò has & tardius suscipiũt & citius amit
tunt. In quibus nimirum liquido lector agno-
scit quia ad tranquillitatis bonum vltimus plus-
quam primus accedit, & in malo secundum ter
tius superat. Quanta sit ergo iracundiæ culpa
pensemus, per quam dum mansuetudo amitti-
tur, similitudo supernæ imaginis vitiatur. Per irã
iustitia relinquitur, sicut scriptum est. Ira iusti- Iaco. 1.
tiam non operatur. Per iram gratia vitæ so-
cialis amittitur, sicut scriptum. Noli esse assi- Prou. 22.
duus cum homine iracundo, ne forte discas se-
mitas eius & sumas scandalum animæ. Nam qui
se humana ratione nõ temperat, necesse est vt be-
stialiter solus viuat. Aliquando autem ira manus
non exerit, sed in maledictionis iacula linguam
vertit. Nonnunquã vero dum accẽsus animus à P
consueta locutione restringitur, per accessum tẽ-
poris penitus à proximi dilectione separatur, &
acriores stimuli ad mentem veniunt, causæque
quæ grauius exasperent oriuntur, atq; in irati o-
culo festuca in trabem vertitur dum ira in odiũ
permutatur. Veremur à proximis despici, dedi-
gnamur iniurias verbi tolerare, si contingat iur-
gium fortasse cum proximo, erubescimus prio-
res satisfacere. Cor quidem carnale dum huius
vitæ gloriam quærit, humilitatem respuit, & ple-
runque ipse homo qui irascitur discordanti si-
bi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum
prior erubescit. Pensemus ergo facta capitis no-
stri, vt videamus quo iaceant nostræ prauitatis er
rores. Ecce inter nos & Deum peccando discor-
diam fecimus, & tamen ad nos Deus suos lega-
tos prior misit, vt nos ipsi qui peccauimus ad pa-
cem Dei reuocemur. Erubescat ergo humana su-
perbia, & confundatur quisque si non satis- H
faciat proximo, quoniam post culpam no-
stram vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui
offensus est legatis interuenientibus obsecrat
Deus.

Qui autem non uult petere ueniam aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde proijciatur.

Q ¶ Cum Dominus tantum curæ reconciliationis nostræ habeat, ut patiatur munera sua derelinqui ante altare & imperfecta manere atque interrumpi ministeria sua, donec eas & resoluas iracundiam & disiungas inimicitias cum fratre tuo, nec nos ipsum erubescimus, sed dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus sicut funẽ longam discordiam. Non iracundos tantum & malitiæ mores punit Deus, sed & eos qui irascentes offendunt aut placare negligunt atque cõtemnunt. Quoniam quidem hi qui passi sunt & videntur pati iniurias, necessario dolent & irascuntur, qui verò fecerunt, nec doloris aliquid nec
R iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber est adducit ad illum qui in dolore est, & liber non est, ostendens quia criminis huius noxa penes hunc magis est qui causam peccati dedit. Sed nec sic quidem emendamur. Persistimus enim pro rebus nullis contristare fratres nostros, & quasi nil mali fecerimus de satisfactione negligimus, & obliuioni tradimus culpam, atque in lõgum tempus protrahi patimur, ignorantes quòd tanto largior nobis erit pœna quanto largior discordia. Vbi enim amicitia permaner, nihil facile recipitur, nihil facile creditur quod dissidium possit operari. Si vero semel inimicitiæ occupauerint, omnia quæ fiunt, quæ dicũtur, quæ audiuntur, ita accipiuntur & ita intelliguntur vt ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid autem mali, hoc solum creditur
S & confirmatur. Iubet ergo Dominus relinqui donum ante altare & prius reconciliari fratri, ut ex hoc discamus quia si nec illo in tempore quo ad ministerium Dei iubemur accedere, reconciliationem dissimulari ac differri patitur Deus, quanto magis curanda sit hæc in alijs temporibus. Si forte accidat irasci, mandatur vt sub die aut iracundiam nostram uel inimicitias nostras finiamus. In hoc constringimur præcepto quo ait,
Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nos contrà nec hoc contenti sumus ut iracundiam ultra solis terminum producamus, sed & insidias inuicem instruimus siue rebus siue uerbis supplantare cupientes proximos, mordentes inuicem & comedentes, quod utique aperta insania est. Quid enim aliud faciunt insani & dæmone repleti, nisi membra sua morsibus dilaniant? Frustra est ergo in monasterio qui discordat cũ fratre suo, quia nec Deum placat sacrificijs nec proficere ualet operibus bonis.

Proinde uobis à uerbis durioribus parcite.

T ¶ Salomon. Responsio mollis frangit iram,
Prou. 15. sermo durus excitat furorem. Itemque. Dulce
Eccl. 6. verbum inimicos mitigat, & amicos multipli-
Gal. 6. cat. Et Paulus. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Caueant ergo uiri Sancti à uerbis duris.

Quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ore proferre medicamenta, unde facta sint uulnera.

¶ Primum quidem summopere caueamus ne duris uerbis aliquem conturbemus, quòd si aliquando peccamus ex fragilitate, oportet continuo ad satisfactionem uenire, & contra sermonẽ durum proferre dulcem atque placabilem, ut vulnus commotionis sanet medicina humilis confessionis. Sed sicut prædiximus melius est ante cauere vitium, quàm postea emendare commissum. Ideo seruus Dei debet semper ponere custodiam ori suo, ut non delinquat in linguà sua, & tunc maxime quando aduersus eum consistit peccator, uidelicet aliquis calumniosus ac iniuriosus, sicut scriptum est. Sunt multi superbi & inuidi qui non cessant irritare famulos Dei. V
Ergo si est tibi intellectus, respõde proximo tuo. Eccl. 5.
Sin autem, sit manus tua super os tuum ne capiaris uerbo indisciplinato & confundaris.

Quando autem necessitas disciplinæ moribus coercendis dicere vos dura uerba compellit, si etiam ipsi modum uos excessisse sentitis, non à vobis exigitur vt à uobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dũ nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.

¶ Plerunque hoc magnis Doctoribus contingit ut dum coacta correctione feruent, modũ correctionis exaggerent, & lingua aliquid quod non debet dicat, quia mentem dilectio quantum debet non inflammat. Vnde bene per Moysen X
Dominus præcepit dicens. Si quis abierit cum amico suo simpliciter in syluam ad cędenda ligna, & in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicũ eius percusserit & occiderit, hic ad unam supradictarum vrbium confugiet & viuet, ne forte proximus eius cuius est effusus sanguis, doloris stimulo prosequatur & apprehendat eum & percutiat animam eius. Ad syluam quippe cum amico imus quotiens cum quolibet proximo ad intuenda delicta nostra conuertimur, & simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium uitia pia intentione resecamus. Sed securis manum fugit, cum sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem protrahit. ferrumque de manubrio prosilit, cum de correctione sermo durior excedit, & amicum percutiens occidit, quia auditorẽ suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correcti namque mẽs ad odiũ proruit si hunc immoderata increpatio plusquam debuit addicit. Sed is qui incaute lignũ percutit & proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat vt in vna earum defensus viuat. Quia si ad pœnitentiæ lamenta conuersus in vnitate sacramẽti Deut. 19. Notabilis figura. Y Z

sub spe, fide, & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur, eumque extincti proximus cum inuenerit non occidit. Quia & iustus ille iudex qui se pro nobis per naturæ suæ consortium coniunxit, ab eo proculdubio vindictam de culpæ reatu non expetit, quem sub eius venia fides spes & charitas abscondit. Ideo subiungitur.

Sed tamen petenda est venia ab omnium domino, qui nouit eos quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis.

A ¶ Aliquando exceditur modus zelo malitię, aliquando zelo iustitię, plerunque ex studio per deliberatam locutionem, plerunque per excessum locutionis. Dominus verò non tam attendit sermonem quàm intentionem. Citius ergo culpa dimittitur quæ nequaquam malitiæ studio perpetratur.

Non autem carnalis sed spiritualis inter vos debet esse dilectio.

B ¶ Sunt nonnulli qui diligunt proximos sed per affectum cognationis & carnis, quibus tamē in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur naturæ, aliud quod ex præceptis dominicis ex charitate debetur obedientię. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, quia amorē suum nō spiritualiter sed carnaliter impendunt. Omnipotentis Dei esse discipulos sola custodia charitatis probat. Vnde ipse ait. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinuicem. (Ioãn. 13.) Quæ dilectio si cor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi solet, si amicos in Deo & inimicos diligimus propter Deum. Sæpe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, seque illum diligere falsò arbitratur. Sed tunc inimici dilectio veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur nec de ruina lætamur. A duobus quidem pręceptis incipit charitas, sed sese ad innumera extendit. Huius nanque initium dilectio est Dei & proximi, sed Dei dilectio per tria distinguitur; quia ex toto corde & ex tota anima & ex tota fortitudine conditor diligi iubetur.

C ¶ Qua in re notandum est quòd diuinus sermo cum Deum diligere præcipit, non solum narrat sed etiam informat ex quanto cum subiungit. Ex tota fortitudine, vt videlicet qui perfecte Deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi aūt dilectio ad duo præcepta deriuatur. Vnde dicit. Quod tibi nō uis fieri vide ne tu alteri facias. Et per se metipsam veritas dicit. Quæ uultis vt faciant vobis homines & vos facite illis. (Matt. 7.) Quibus duobus scilicet vtriusque testamenti mandatis per unum malitia compescitur, per aliud benignitas prærogatur, vt quod non vult malum pati quisque, non faciens cessat à nocendi opere: Et rursum bonum quod sibi fieri appetit, impendens ad utilitatem proximi exerceat ex benignitate. Sed hęc nimirum duo dum D solicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne uel ad inferenda quę non debet in desiderijs inquieta mens ferueat, vel erga exhibenda quę debet ocio resoluta torpescat. Nam cum cauet alteri facere quod nequaquam vult ab altero tolerare, solicita se intentione circumspicit, ne superbia eleuet & vsque ad despectum proximi animum deijciens exaltet. Ne ambitio cogitationum laniet, cumque hanc ad appetenda aliena dilatat anguster. nec luxuria polluat & subiectum desiderijs per illicita corrumpat. Ne ira exasperet & vsque ad proferendam contumeliam inflammet. Ne inuidia mordeat, & alienis felicitatibus ęmula sua se face consumat. Ne immoderate linguam loquacitas pertrahat, eamque ad lasciuiam obtrectationis extendat. Ne odium malitia excitet, & os vsque ad iaculum maledictionis iritet. Rursumq; E cum cogitat vt ea alteri faciat quæ sibi ab altero fieri expectat, nimirum ut malis bona, vt bonis meliora respondeat, vt erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat, vt malitię peste languentibus gratiam benignitatis impēdat, vt discordes pace muniat, vt concordes ad concupiscētiam veræ pacis accēdat, vt indigentibus necessaria tribuat, vt errantibus viā rectitudinis ostendat, vt afflictos verbo & compassione mulceat, vt accensos in huiusmodi desiderijs increpatione restringat, vt minas potētium ratiocinatione mitiget, vt oppressorum angustias quanta præualet ope leuet, & foris obsistētibus opponat patiētiam, vt intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinā, vt erga subditos sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitiæ studio non declinet, sic ad vltionem zelus ferueat, ne tamen pietatis limitem feruendo transcendat, vt ingratos quosque ministerijs in amorem attrahat, vt proximorum mala cum corrigere non valet taceat, vt quæcunque corrigi possunt consensum esse silentium pertimescat, vt sic ea quæ tacet toleret, ne tamen in animo virus doloris occultet, vt sic maleuolis mun⁹ begnitatis exhibeat, ne tamē per gratiam a iure rectitudinis excidat, vt cuncta proximis quæ præualet impendat, sed impendendo non tumeat, vt sic in bonis quæ exhibet tumoris præcipitium caueat, ne tamen & boni exercitio torpescat, vt sic quæ possidet tribuat, vt quanta sit largitas remunerantis attendat, ne cum terrena largitur suam plus quàm necesse est inopiā cogitet, & in oblatione muneris charitatis lumen tristitia obscuret. Bene ergo lex F Dei multiplex dicitur, quia nimirum vna eademque charitas si mentē plene ceperit, ad innumera opera multiformiter accēdit. Multiplex ergo ista lex est Dei quæ singulis hic rerum articulis non permutata congruit, & causis se variantibus non variata coniungit. Cuius nimirum legis multiplicitatē bene Paulus ostendit, dicens. Charitas patiens est, benigna est &c.

¶ De

¶ *De obedientia*. *Cap.* *XI*.

PRæposito tanquam patri obediatur, multo magis presbytero qui omnium uestrũ curam gerit.

G ¶ Obedientia sola virtus est quæ cæteras virtutes inserit menti, insertasque custodit. Samuel. Melior est obedientia quàm victimæ: quia per vi-
1.Reg 15 ctimas aliena caro, per obedientiam vero uolun-
Prou. 21. tas propria religatur. Salomon. Vir obediens loquitur victorias, quia dum voci alienæ humiliter subdimur, nos in corde superamus. Nobis quippe obedientia vsque ad mortem seruanda præcipitur. Per obedientiam malum nunquam fieri, aliquando autem etiam debet per obedientiam bonum quod agitur, intermitti. Sed quia nonnunquam nec iubentur aduersa, sciendum summopere est quòd obedientia aliquando si de suo habeat aliquid nulla est, aliquãdo autem si de suo non habeat aliquid, minima est. Nam cum huius mundi successus pręcipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hęc ex proprio desiderio anhelat, obedientiæ
H sibi virtutem euacuat. Rursum cum mundi despectus præcipitur, cum probra & contumeliæ adipisci iubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientię sibi meritum minuit, quia ad ea quę in hac vita despecta sunt, inuitus nolensque descendit. Debet ergo & obedientia in aduersis aliquid ex suo habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnino non habere, quatenus & in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur, & in prosperis tanto sit uilior, quanto à pręsenti ipsa, quam diuinitus percipit, gloria funditus ex mente separatur. Innocuis autem mentibus ornamentum semper obedientię iungitur, Domino attestante qui ait.
Ioan. 10. Oues meę vocem meam audiunt, & ego agnosco eas & sequuntur me. Profecto redemptori obedit qui innocens est: Et innocens esse non potest qui obedire contemnit.

Vt ergo cuncta ista seruentur, & si quid minus seruatum fuerit non negligenter prætereatur, sed ut emendandum corrigendumque curetur, ad Præpositum præcipue pertinebit, ut ad presbyterum, cuius est apud uos maior auctoritas, referat quod modum uel uires eius excedit.

I ¶ Ad hoc quidem data sunt ista regularia pręcepta vt cuncta seruentur, & si quod minus seruatum fuerit, oportet ut cito emendetur. Non enim possumus aliquid pręterire negligenter sine periculo animę nostrę. Etenim uouimus specialiter
Psal. 118. tenere, & secundum ea uiuere iurauimus. Et Psal.
Iaco. 2. ait. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et apostolus. Si quis autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Pertinebit ergo ad præpositum & ad eum qui custos est ordinis. vt ad presbyterũ cui maior est auctoritas, idest ad abbatem referat quicquid per se secundum canonicam regulam non potest definire. Quod si in congregatione vbi est ordo canonicus non est abbas sed episcopus, ipse episcopus presbyteri nomine designatur. Ad hoc enim pręlati constituti sunt in ecclesia vt bene ordinata custodiant, errata corrigant, vitam & mores subditorum verbo & exemplo componant, Apostoli formam sectantes qui ait. Argue, obsecra, increpa. Im- 2. Tim. 4.
miscentes temporibus tempora, terroribus blandimenta, indisciplinatos & inquietos debent durius arguere, obedientes mites & patientes vt in melius proficiant obsecrare. Negligentes contemnentes & superbos aut increpent aut puniant. Neque dissimulent peccata delinquentium, sed mox vt cœperint oriri, radicitus vt præualent amputent, memores periculi Heli sacerdotis de filijs suis. Honestiores atque intelligibiliores prima & secunda admonitione corripiant, Improbos & duros corde, superbos & inobedientes verbere & castigatione coerceant, reducentes illud in memoriam. Stultus verbo non corrigitur, percute filium Prou. 13.
tuum virga, & liberabis animam eius à morte.

Ipse uero qui uobis præest non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente felicem.

Nam qui ita pręsunt ut gaudeant de potestate L
dominij, non sunt veri pastores sed mercenarij. Hi magis pręesse appetunt quàm prodesse, non quęrunt animarum fructum sed temporale lucrum, non cęlestem gloriam, sed terrenum hono-
rem. De talibus ait Dominus in euangelio. Amen Matt. 6.
dico vobis receperunt mercedem suam. Qui vero ita pręsunt vt gaudeant de seruitute charitatis, ipsi tenent exemplum veri pastoris, qui non venit ministrari sed ministrare & animam suam dare redemptionem pro multis. Illi vere pręlati sunt & secundum Deum curam regiminis agunt, qui ad hoc tãtum laborant, ut plures ad Deum secum trahant, quos delectat onus non honor, charitas non potestas, seruitus impensa alijs, non suscepta
ab alijs, Iuxta quod Apostolus ait. Cum essem li- 1. Cor. 9.
ber in omnibus omnium me seruum feci, vt omnes lucrifacerem. Qui tamen propter auctoritatẽ regiminis honorandus est a subditis. Vnde & subditur.

Honore coram uobis prælatus sit vobis.

¶ Ideo scilicet, honorari debet, quia Christi vi- M
cem in monasteriu tenet. Vnde & ipse Dominus Lucę. 10.
pastoribus ait. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Debẽt ergo serui Dei suum honorare magistrũ, cuius pro amore Dei supra se susceperunt magisteriũ. Qui tamẽ quãto plus honoratur exterius, tanto oportet ut amplius timeat, atq; semetipsum despiciens eos à quibus honor impendit sibi in cogitatione ꝑponat. Vnde subiũctũ est.

Timore

Timore coram Deo sit substratus pedibus vestris.

N ¶ Hinc scriptum est. Quanto maior es humilia te in omnibus. Et iterum. Fili te ducem constituerunt, noli extolli, sed esto in eis quasi unus ex illis. Et Dominus in euangelio. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Tanto quippe est maior quisque apud Deum, quanto humilior fuerit apud semetipsum. Sed qualis debeat esse in moribus audiamus. Ecclef. 3. Eccle. 32. Luc. 18.

Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum.

O ¶ Sicut enim præcellit honore & dignitate & ordine, ita eos præcedere debet sanctitate, vt eius exemplo discant subditi qualiter viuere debeant.

Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes.

P ¶ Qui locum tenet regiminis, mala inferre non debet sed tolerare, vt ex sua mansuetudine iracundos valeat mitigare. Quia medicus animarum contra passiones vitiorum debet opponere medicamenta virtutum, ita scilicet, vt prius mores omnium diligenter inquirat, vt quid cuique inferre debeat agnoscat.

Disciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamuis vtrunque sit necessarium, tamen plus à vobis amari appetat quàm timeri, semper cogitans Deo se pro uobis redditurum esse rationem.

Q ¶ Oportet vt doctor ecclesiasticus sapiens sit & disciplinatus, quia tunc alijs rectè disciplinam imponit, cum ipse disciplinate viuit, ex seipso trahit magisterium quod exercet in alio. Verba sunt apostoli dicentis ad Hebræos. In disciplina perseuerate, tanquam filijs offert se vobis Deus. Et quis filius quem non corripit pater? Sunt autem hæc duo necessaria vt rector suis exhibeat subditis, timorem scilicet & amorem. Timorem ijs qui superbi ac rebelles & duræ mentis sunt. Amorem vero eis, qui libenter, humiliter & deuote seruiunt Domino Deo. Hebr. 12.

Et quamuis vtrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat quàm timeri.

R ¶ Quia prælatus quanto plus diligitur tanto plus auditur. Et magis placet Deo illa seruitus, quæ ex voluntate & amore fit, quàm illa quæ fit ex timore. Propterea dulcis magister discipulis suis ait. Iam non dicam vos seruos sed amicos. Non enim vult Dominus vt eum tanquam Dominum timeamus, sed vult vt eum diligamus tanquam patrem filij, & vt præcepta eius faciamus, non timore pœnæ sed amore iustitiæ. Hoc semper autem cogitare debet qui iudex est animarũ, quia super se iudicem habet Deum, vt regiminis curam tanto solicitius agat, quanto strictius se redditurum rationem pro sibi commissis apud districtum iudicem pensat. Valde enim solicitus debet esse quisque in bono opere, vt in cunctis quæ agit semper cogitet de extremo fine. Vnde scriptum est. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Ioan. 15. Ecclef. 7.

Vnde vos magis obediendo non solum vestri sed etiam ipsius misereremini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in maiori periculo versatur.

¶ In periculo magno versatur, quisquis in regiminis loco sublimatur. Nam quanto superior gradus, tanto periculosior casus, & cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur. Grande periculum est sibi & alijs viuere, temporalia simul & spiritualia prouidere. Sic debet sui curam agere vt alios non negligat, sic de alijs cogitare, vt semetipsum obliuiscendo non derelinquat: Sic temporalia procurare, vt non refrigescat a spiritualibus. Sic inardescere ad spiritualia, ut sit solicitus de temporalibus. Inde ergo magis subditi prælato obedire debent, vnde magis eum pro ipsis vident laborare. Quod cum faciunt non sui, sed etiam ipsius magis obediendo miserentur. Sui videlicet: quia animas suas saluant. Scriptum est enim. Miserere animæ tuæ placens Deo. Ipsius quoque qui præest miserentur: quia onus eius alleuiant obediendo. Cum enim scriptum sit, Filius sapiens lætificat patrem: tanto plus gaudent & liberius laborant patres spirituales per filijs: quanto magis eos vident spiritualibus obtemperare disciplinis. S Eccle. 30. Prouer. 10

Donet dominus vt obseruetis hæc omnia tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes: non sicut serui sub lege, sed sicut filij sub gratia constituti.

T ¶ Apte subditur post lectionẽ oratio. Sic enim est legere & prædicare, quomodo agrũ seminare: Sic orare, quomodo semen operire. Sicut qui seminant in agro si hoc operire dissimulauerint, veniunt volucres, & totum quod seminatum esse videbatur diripiunt: Ita quidem isti qui in agro sui cordis semina verbi dei psallendo, legendo, prædicando, aspergerint: nisi postea orando in corde recluserint & quodammodo tepelierint, veniunt volucres, id est cogitationes huius sęculi uolatiles inanes & vacuę, & rapiunt quod in corde fuerit seminatum. Ideo post lectionem & prędicationem semper orandum est, vt virtus uerbi Dei maneat in corde, & fructus spiritualis crescat in operatione. Bene autem ait.

Tanquam spiritualis pulchritudinis amatores.

¶ Nõ enim possunt implere hęc omnia regularia pręcepta nisi per amorem iustitiæ, quæ est spiritualis pulchritudo animæ. Nemo enim inuitus

bene

bene agit: etiam si bonum est quod agit. Quod vero subdit.

Et bono Christi odore de bona conuersatione fragrantes.

V ¶Pertinet ad bonam vitam & bonam famam.
2.Cor.2. Vnde Apostolus. Christi bonus odor sumus Deo
in omni loco. Serui sunt sub lege, qui ex timore
Domino seruiunt. Liberi sub gratia: qui ex amore implent diuina mandata. Gratia Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: implet legem. Iusto non est lex posita: vbi enim spiritus Domini, ibi libertas. Sic autem viam mandatorum Dei curremus libere, si dilatatum cor nostrum in charitate Dei habeamus.

¶ De iugi meditatione regulæ.
Cap. XII.

VT autem vos in hoc libello tanquam in speculo possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur.

X ¶Ideo legi præcipitur: quatenus memoriter lectus teneatur. Beatus enim Iacobus dixit. Qui
perspexerit in lege perfectæ libertatis: & manserit in ea: non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Et bene hunc libellum dicit speculum: quia in eo tanquam in speculo inspicere possumus quales sumus, siue pulchri, siue fœdi, siue iusti, siue iniusti: vtrum quisquam nostrum regulariter viuat: vtrum proficiat, an deficiat: vtrum Deo placeat an displiceat. Scriptura quippe nobis sacra nostram interiorem repræsentat imaginem: ostendit quid formosum quid deforme sit in anima: & qualiter pulchritudo iustitiæ debeat obseruari: qualiter debeat virtutum decor componi: quomodo vitiorum ma-
Y cula debeat abstergi. Prauorum vsus est mala semper tegere: & quæ egerint nunquam retractare. Quicquid faciunt cæca mente pertranseunt. At contrà sancti viri in scripturis sacris quotidie non cessant inspicere vitam suam: moresque suos vigilanter pensare. Et si quid deforme vel incompositum aut inordinatum inuenerint, mox quod secundum scriptum vident, reformare & componere se studeat: quatenus sancti & immaculati coram Deo tam in corpore inueniantur quàm in
Psal. 118. anima. Ideo Psalmista ait. Tunc non confundar
cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et
Ephe. 4. Apostolus admonet dicens. Renouamini spiritu mentis vestræ. Et iterum. Noster homo interior renouatur de die in diem. Vnde aperte subiungitur.

Et vbi vos inueneritis ea quæ scripta sunt facientes, agite gratias Deo bonorum omnium largitori.

Z ¶Gratiarum actiones patri luminum semper a nobis debentur: a quo omne datum optimum & omne donum perfectum scriptura teste descendit. Nemo est enim donis Dei beatus qui donanti existit ingratus. Et Apostolus. Quid habes quod
non accepisti? Merito ergo Domino Deo nostro 1.Cor. 4.
gratias agere admonemur: vt agnoscat homo si quis bene viuit gratia Dei se habere: & apostolicatur in dilectione iustitiæ non aliunde consecutum. Quę cogitatio pium facit. Ipsa est enim sapientia quæ pietas vocatur: qua colitur pater luminum. Colitur autem sacrificio laudis gratiarumque actionibus: vt cultor eius non in se ipso sed in domino glorietur.

Vbi autem sibi quicunque vestrum videt aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro: orans vt ei debitum dimittatur, & in tentationē non inducatur.

M. HVGONIS DE SANCTO VICTORE CANONICI

Regularis Lateranensis.

DE INSTITVTIONE Nouitiorum Liber Optimus, Cuius hæc sunt Capita.

Sequitur

Sequitur igitur iam dictus Prologus.

A
Via fratres largiente Domino de vana conuersatione huius sæculi per desiderium sanctum conuersi estis, & ad ipsum qui fecit vos tota mentis intentione ac voto redire disponitis, oportet vos nũc ipsam viam discere per quam possitis ad illum quem quæritis peruenire. Ipse est enim vera & sempiterna vita, extra quem sicut nemo viuere potest, ita quicunque in ipso & cum ipso viuit, beatus est. Si igitur Deum quæritis (imino quia quæritis) veram pro fectò ac perpetuam beatitudinem habere desideratis. Ad beatitudinem autem nemo venire potest nisi per virtutem, & virtus non alio modo veraciter appræhenditur, nisi disciplina virtutis non negligenter custodiatur. Vsus enim disciplinæ ad virtutem animum dirigit, virtus autem ad beatitudinem perducit. Ac per hoc exercitium disciplinæ esse debet vestra inchoatio, virtus perfectio, premium virtutis æterna beatitudo. Hęc est fratres via, & ista est patria, per quam currimus
Psal. 118. & ad quam peruenire desideramus. Hanc viam & hanc patriam Psalmista videtat cum dicebat. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.
Psal. 17. Hanc viam & hanc patriam viderat cum dicebat. Disciplina tua correxit me in finem. Disciplina nanque Dei in finem corrigit, quia plene & perfectè hominem reformans, per virtutem ad bea-
Psal. 118. titudinem perducit. Hanc viam & hanc patriam tunc etiam viderat cum dicebat: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Considerauit nãque quod per bonitatem venitur ad beatitudinem, atque ideo bonitatem doceri se petit, quia per hanc ad illam peruenire concupiuit. Sed quia rursum vidit quòd ad bonitatem obtinendam disciplina necessaria esset, adiunxit & dixit, disciplinam doce me. Paratus, enim erat disciplinam seruare, & non solum ad illam seruandam spontaneum se obtulit, sed vt illam quoque acci-
B pere mereretur, supplicauit. Postremo quia vidit neminem seruare posse disciplinam boni operis, qui non habeat scientiam verę discretionis, hãc quoque sibi dari quasi quoddam fundamentum & principium sanctæ conuersationis postulauit. Bonitatem inquit & disciplinam, & scientiam do-
Psal. 118. ce me. Et vt se idoneum ad hæc discenda ostenderet, nouissime secutus adiunxit. Quia mandatis tuis credidi, ac si diceret Deo. ideo docere me debes qualiter tibi seruire debeo, quia præceptis tuis iam per contumaciam non resisto. Credo bonum esse quod præcipis, credo verum esse quod promittis: Acquieui iam propter te mea relinquere, & idcirco quæso per te merear tua bona obtinere, quia mandatis tuis credidi. Sic & vos fratres gratia Dei iam credidistis mandatis eius, reliquistis vestra propter ipsum, quærite nunc sua ab ipso vt mereamini per sua venire ad ipsum. Credidistis mandatis eius dicentis. Si vis perfectus esse, Matt. 19.
vade & vende omnia quæ habes, & veni, sequere me, & habebis thesaurũ in cœlo. Fecistis qd præcepit, speratis quod promisit, petite nũc ab ipso qd ad id obtinẽdũ expedit. Nullus iã carnalis affectus à percipienda gratia eius vos impedit, reliquistis patrẽ & matrem, fratres & sorores, cognatos & affines, & præcinxistis uos ad currendam viam eius. Nihil iam amori illius prępositis, illum solum quæritis pro quo lucrificando omnia huius mundi blandimenta quasi absinthium amara, & omnem gloriam atque decorem quasi stercora reputatis. Intrate uiam eius, & currite ad ipsum, tanto citius ad eam peruenietis. Via ad ipsum sunt scientia, disciplina, bonitas, per sciẽtiam itur ad disciplinam, per disciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem itur ad beatitudinem. Hoc est propter quod uobiscum loqui cœpimus, ut quantum Dominus dederit, de hac uia qua ad ipsum itur uos instruamus.

Quibus modis inueniatur recte viuendi scientia. Cap. I.

C

Rimum igitur scire debetis quod hãc scientiam quæ ad institutionem recte & honeste viuendi pertinet multis modis hominem colligere, & cõparare sibi oportet, partim exemplo, partim meditatione sanctarum scripturarum, partim assidua inspectione operum ac morum suorum. Ratione quidem hoc modo. Debet siquidem diligenter considerare, & quantum ualet per semetipsum di cernere, quid liceat & quid non liceat, quid deceat, & quid non deceat, in omni actu, & in omni loco, in omni tempore, erga omnem personam.

Quid in omni actu agendum. Cap. II.

D

N omni actu, hoc est qualiter sacra & diuina mysteria impleri oporteat qualiter humana officia, & quæ ad usum corporis pertinent exercere conueniat. Quàm timoratum, quàm solicitum, quam deuotum ac religiosum in Dei seruitio homo exhibere se debeat, quàm spontaneum, quàm hilarem, & quàm paratum offerre in subleuãdis necessitatibus proximorum. Quàm parcum, quàm honestum, & quàm nulli importunum in iis quæ ad se pertinent quærendis ac perficiendis præstare, vt semper & sibi sit parcus, & proximo promptus, & Deo deuotus. Qualiter assuescat suas in omnibus uoluntates frangere, & alienis se uoluntatibus (quãtũ fas, & decens esse cõstiterit) per omnia dulcius inclinare. Qualis sedens, qualis tacens, qualis ambulans, qualis loquens, qualis tacens, qualis comedens, qualis ieiunans, qualis denique aliquid agens, & qualis uacans esse debeat.

Quid in singulis locis agendum.
Cap. III.

E Non solum autem quid agat, sed etiam in quo loco quid agere debeat, considerat necesse est. Alius est modus habendi in eo loco vbi Deus adoratur, alius in eo vbi corpus reficitur. Alius in eo qui locutioni deputatus est, alius in eo vbi silētium custoditur. Alius denique intus, alius foris, alius in secreto, alius in publico. Et quamuis in nullo loco disciplinam suam homo deserere debeat, diligentius tamen & magis solicite ibi conseruanda est, vbi vel neglecta pluribus generat scandalum, vel custodita bonæ imitationis exemplum. Discernendum est igitur quę sint illa quæ in custodienda disciplina nusquam intermitti possunt, & quæ rursum illa sint quæ pro loco & tempore nunc intermitti, nunc exerceri volunt. Sæpe tamen illa quæ in publico necessaria sunt, quendam prius in secreto exercitationis vsum exposcunt, quia si ea prorsus in occulto negligimus, vt postmodum eis dum opus est in publico non valemus. Et tunc aut prorsus à disciplina deficientes, intuentibus scandalum facimus, aut inepte id quod in nobis non est simulare conantes, irrisionem excitamus.

Quid singulis temporibus agendum.
Cap. IIII.

F Similiter quoque & tempora agēdi discernenda sunt. Alius est modus viuendi in nocte, alius in die. Nox tempus est silentij & quietis. Dies tempus laboris, & motionis, & operis. In nocte secum debent esse homines, & aut fessa mēbra somno reficere, aut orationibus vel meditationibus sanctis in silentio animum exercere. In die vero de secreto suo in vnum coeunt, & mutuo videndos se & imitandos ostendunt. Tunc exempla bonorum operum, tunc exhortationes verborum dare & accipere alium alij & alium ab alio licet. Tunc qui alienos actus scrutatur, impudens iure dicitur, tunc qui alienos actus (quantum expedit) imitari dissimulat, torpens & inutilis merito nominatur. Sed nec eadem esse debet facies nostra postquàm refecti sumus, quæ fuit priusquàm cibum sumpsimus. Ante sumptum cibum magis hilares nos esse conuenit, ne ipsa nostra abstinentia grauis & molesta videatur: post vero magis modestos & tacitos, ne per gulæ vitium crapula nos inflammasse putetur. Ante sumptum cibum, doctrinæ & orationis tempus est, post vero operis, quia & tunc exercendus est animus, dum adhuc
G ad studium spiritale leuis est, & tunc reprimenda est caro, quando calor incentiui eius per cibum amplius excitatus est. Sic & festi dies aliud studiū & alium conuersationis modum exigunt, atque alium ij in quibus operari licet, exposcunt. In illis nos oportet ad ecclesiam studiosius & alacrius cōuenire, & ad celebranda diuina mysteria deuotius intendere, atque in oratione diutius perseuerare, habitu, incessu, & actu maiorem deuotionem erga cultum diuinum demonstrare, nihil non sanctum, nihil non diuinum, nihil non ordinatum agere, linguam à vaniloquio cohibere, pedes ab excursu & discursu stringere, oculos comprimere, vultum inclinare, mentem erigere, omnem denique actum & omnem motum cordis pariter & corporis ministerio diuino mancipare, atque (vt ita dicam) quadam conuersationis nouitate festos dies honorare. In cæteris vero diebus quibus operari licet, nullus omnino ociosus apparere, sed vnusquisque in eo quod sibi iniunctum fuerit, non quod ipse elegerit, opere (quantum scientiæ & virium suarum possibilitas suppetit) sese debet exercere. Quantum enim decoris addit diebus festis quies vacationis, tantum ornamenti confert diebus cæteris labor operis, ita, vt & in illis quisquis noluerit esse quietus, index sit vanitatis suæ, & in istis qui non fuerit studiosus, testis pigritiæ. Carnales siquidem mentes, ne vel in illis diebus quiescant, vanitas exagitat, vel ne in istis in bono opere exerceant, pigritia ligat. Quapropter nō negligenter quidem habenda est in bono opere discretio temporum, quia sicut malum opus nullo tempore laudabile est, ita bonum opus quodammodo reprehensione dignum iudicatur, si tempore opportuno factum non est.

Quid erga singulas personas agendum.
Cap. V.

Discretio personarum quantum quidē pertinet ad dilectionem, secundum meritum, quantum vero ad venerationem, secundum ætatem & officiū habenda est. Meliores diligere, superiores honorare debemus, quia par contumacia est siue in eo qui propter inferiorem gradum, in homine virtutem despicit, siue in eo qui propter vitam inferiorem, gradum superiorem cōtemnit. Istis ergo honor, illis amor impendatur, sic tamen vt & honor istorum sit voluntarius, & illorum amor venerandus. Reuerentia enim sine amore magis seruilis est, & amor sine reuerentia puerilis iudicari debet. Cum tanta igitur humilitate & reuerentia melioribus exhibendum est beneficium dilectionis, vt illis quasi ex necessitate uideamur esse subiecti, & cum tanto affectu atque hilaritate superioribus soluendum est obsequium subiectionis, vt solo potius dilectionis debito illis credamur astricti. Istis sic reddamus sua quasi nostrum impenderemus, illis sic exhibeamus nostra, quasi suum redderemus. H

¶ Sex denique modis discretionem personarum habendam ex his colligimus, tribus secundum dignitatem, & tribus secundum conuersationem. Alij nanque secundum dignitatem superiores sunt, alij æquales, alij inferiores. Superioribus obedientiam, timorem, obsequium, & uenerationem debemus exhibere. Cum æqualibus pacem I

cem & concordiam custodire, inuicem obsequio beneficio & honore preuenire, in omni actione & verbo superiorem eis locum tribuere. Et si quã do fortassis in aliquo negocio eos preire cogamur, cum omni humilitate & reuerentia quæ facienda sunt non præcipere sed demonstrare, & si vt ipsi nos præcedant contigerit, cum alacritate & deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire Inferioribus semper beneficium & auxiliũ impendere, nunquam improperare, sine contumelia corripere, sine superbia gubernare, sine crudelitate castigare, cum pietate fouere. Venerationem nõ exigere, societatem atque æqualitatem amare, maioribus per timorem subdi, æqualibus per charitatem obsequi, minoribus per humilitatem coæquari, præcipientibus parati, obedientibus modesti, maledicentibus taciti, laudantibus verecundi.

K Item secundum conuersationem alios nobis quasi superiores, alios quasi æquales, alios quasi inferiores debemus attendere. Illorum conuersatio inferior est nobis, quorum facta etsi condemnare non præsumimus, imitari tamen non debemus. Illorum conuersatio par nobis est, quæ sic nostræ infirmitati contemperata est, vt & virtutis exemplum præbeat, & cooperandi facilitate in consortium nos suæ exercitationis admittat. Illorum conuersatio supra nos est, quam venerari quidem & admirari possumus, imitari autem non valemus. Illorum conuersatio superior nobis est, qui per longũ disciplinæ exercitium intantum profecerunt, vt virtutem illorũ nostra infirmitas quamuis incipiat per amorem appetere, per imitationem tamen non valet coæquare. Illorum conuersatio quasi par nobis est, quorum operã ita nostris viribus contemperantur, vt in eis nihil sit quod possibilitatem nostram excedat, & tamen deuotio nostra satis in eis quod imitari possit inueniat. Illorum conuersatio quasi inferior nobis est, qui vel tanta nequeunt, quanta nos facere possumus, vel talia faciunt qualia nos imitari non debemus. Proinde in his, talis habenda est discretio, vt superioribus quidem in omni loco & in omni opere vel sermone exhibere studeamus reuerentiam, & quicquid egerint aut vbicunque fuerint, non præsumamus impudenter eis nos quasi coæquando ingerere. Sic nanque debemus in eiusmodi, virtutis exemplum quod imitemur, quodammodo taciti & à longe considerare, vt tamen consortium cooperandi nunquam præsumamus expetere, quatenus dum eis vbique cedimus, facile ex nostra modestia clareat, quàm humilia de nobis, & quàm sublimia de illis sentiamus. Negligentes vero & maxime eos quorum opera vel studia reprehensione digna apparent, tali nos cautela declinare oportet, vt & fugiamus quod faciunt, & tamen iudicare non præsumamus quod faciunt. Cogitemus in eiusmodi, nobis neque dari exemplum neque permitti iudicium, quia hoc in eis fortassis ignorantia aut infirmitas excusat, quod si a nobis fieret, excusationem non haberet. Itaque necesse est vt sicut perfectorum societatem propter reuerentiam appetere non præsumimus, ita quoque istorum consortium propter cautelam fugiamus, illos honorando, quia talibus sociari digni non sumus, istos cauendo, quia talibus sociati facile corrumpi possumus. Præterea sicut is qui superio L ribus semper sociari appetit, se elatum esse indicat, ita qui cum peioribus assidue conuersari concupiscit, deprauatum se esse demonstrat. Et ideo cum malorum consortium appetere nolumus, duplex nobis vtilitatis fructus prouenit, quia & culpam fugimus, & innocentiæ nostræ testimonium perhibemus. Quotidiana igitur & frequens conuersatio nostra cum medijs & æqualibus nobis esse debet, ita vt inter eos etiam quoscunque in bono opere feruentiores cernimus, eorum societatem atque familiaritatem auidius appetamus. Cum his vero tanta nobis pacis & concordiæ seruandæ diligentia sit, vt in nullo vnquam negocio quantum in nobis est, fraterna dilectio perturbetur. Studeamus eis iniuriam nunquam inferre aut molestiam, illatam vero nobis propter amorem fraternę charitatis æquo animo sustinere, nihil contentiose aut arroganter erga eos agere, sed parati semper in omni opere & pertinaciter insistentibus cedere, & laborantibus libenter subuenire. Et quia inter pares nonnunquam peruersa quedam virtutis æmulatio esse solet, vt videlicet sibi inuicem de successũ virtutum inuideant, & ob hoc in exercendo bono opere tantum ne inferiores videantur, alter alterũ præuenire contendant, tanto nos discretionis moderamine cõtinere necesse est, vt operam nostram (sicut dictum est) neque ingeramus nolentibus, neque petentibus subtrahamus, quia in vtroque liuoris suspicio esse potest. Siquando autem in aliquo forte negocio laborantibus opem ferre cupimus, tanta hoc humilitate & mansuetudine faciendum est, vt ijsdem ipsis manifestum sit, quòd non excellentiam operis sed consortium M quæramus laboris. Ceterum quantum pertinet ad nos summopere nitendum est, nequando vel in labore minus patientes, vel in obedientia præceptorum minus alacres, vel in charitatis operibus exequendis minus inueniamur feruentes, quatenus bona conuersatio nostra eisdem præbeat incitamentum virtutis, a quibus formam & exemplum sumpsit boni operis. Ista fratres si assidue volueritis cogitare, scietis & cito intelligetis quæ sit via disciplinę, quę vos per exercitium boni operis ducat ad cõsummationẽ bonitatis. Sed & si forte ad hocc inuestiganda atque discernenda quantum expedit per vos minus sufficitis, habebitis Domino adiuuante doctrinam & exempla bonorum, vbi & facienda audietis & facta videbitis. Et ne in hac etiam parte vobis ministerium nostræ exhortationis desit, ostendam nũc breuiter quales vos vel ad percipiendam doctrinam, vel ad imitanda exempla bonorum exhibere debeatis.

¶ *Quales*

Quales se debeant exhibere qui per doctrinam proficere volunt. *Cap. VI.*

N Voniam igitur ad scholam virtutum erudiendi acceditis, scire debetis cō tentiones verborum nullo modo deinceps ad vos pertinere, quia spiritualis doctrinæ studium oon litigantes, sed auscultantes requirit, sicut per Mosen Deut. 6. populo in lege Dei erudiendo dicitur. Audi Israel & obserua vt facias, non dixit, & loquere, sed potius tace. Et sicut Apostolus Iacobus admonet dicens. Iacobi. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Et videte quam conuenienter postquam multiloquium prohibuit, etiam de cauenda ira præceptum subiunxit dicens. tardus ad loquendum, & tardus ad iram, vt patenter ostenderet, quod qui linguam suam à multiloquio non vult compescere, non poterit diu animum suum à furore iracundiæ illę sum custodire. Multiloquium enim contentiones generat, contentiones vero ad iurgia & maledicta linguam excitant, maledicta autem ad iracundiam & (quod adhuc grauius est) ad fraternum odium animum inflammant. Proverb. 10. Propterea scriptura dicit. In multiloquio peccatum noo deerit, & in multiloquio peccatum non effugies. Iacobi. 3. Et Iacobus Apostolus omne genus bestiarum domari posse asserit, linguam, pestem esse indomabilem, quæ vniuersam rotam natiuitatis oostræ inflammat, & ob hoc perfectum esse virum qui in lingua sua non offendit. Nam quin rixæ & cō tentiones de pest. fera semper radice oriantur, dubium non est, quoniam nisi cor prius iotrinsecus per elationem intumesceret, nequaquam lingua foris à custodia humilitatis suæ in contumeliam verborum se relaxaret. Sed dum superbe præ alijs sapientes videri volumus, erubescimus vel nostram ignorantiam ab alijs argui, vel aliorum sapientiam quasi ad nostram depressionem approbari. Sicque nonnunquam contra conscientiam nostram, vel nostrum errorem impudenter defendimus, vel alterius veritatem malitiose impugnamus. Hæc est sapientia huius Iacobi. 3. mundi, quam idem Iacobus Apostolus carnalem vocat & diabolicam, quæ versuta est & maligna, illas solummodo astutiæ vias exquirens quibus possit errorem suum tegēre, & alienam veritatem quamuis manifestam, in opinione stultorum & O insipientium hominum deprauare. Sed non talis est sapientia quæ desursum venit, quę nescit etiā semetipsam contra veritatem diligere, semper parata vel bonum quod non habet ab habentibus libenter petere, vel malum quod sustinet cum alijs & coram alijs veraciter accusare. Propterea de ipsa idem Iacobus Apostolus sic ait, Iacobi. 3. Sapientia autem quæ desursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Proinde fratres charissimi linguam vestram à superfluitate non solum inanium verborum restringite, sed in ipsis etiam quæ recta sunt mensuram & modum tenere, & in collatione sanctorum magis auditores quàm doctores esse eligite. Os clausum & aures apertas habete, & quanto estis ad loquendum modestiores, tanto estote ad intelligendum sagaciores. Sufficiat uobis (si forte res sic exigat) quod sapiris petentibus humiliter insiouare, cootra resistentes autem nunquam præsumatis pertinaciter dicta vestra defendere, quia sicut iam vobis prędiximus, multarum molestiarum causas iurgia ministrant, & mox vt lingua indiscrete ad multiloquium resoluitur, ad disturbandam pacem cordis vestri quasi ianua hosti aperitur. Restat ergo fratres P vt si vere discipuli ueritatis esse cupitis, tales uos studeatis exhibere quibus veritas facile persuaderi possit, quia & ipsa doctrina veritatis tales auditores amat, qui eam & à sapientibus exhibitam humiliter suscipiunt, à simplicioribus quoque administratam arroganter non contemount, qui in scientia Dei hoc est in peritia bene agendi cunctos prudentiores & sapientiores quàm se esse existimant, nec erubescunt magistros habere omnes, à quibus discere possunt quod ignorant, qui bene dicta omnium libenter approbant, errores uero alienos (quantum ad se pertinere cognouerunt) pro tempore student uel modeste corripere, uel prudenter dissimulare. Qui denique studium scientiæ morum disciplina exornant, & mansuetudinem ac modestiam mentis suę non solum in custodia oris, sed etiam in habitu & gestu corporis sui demonstrant. Sed & de bonorum exemplis quę io pręsenti uobis dicenda existimo, paucis ounc (si potero) verbis demonstrabo.

De exemplis sanctorum imitandis. *Cap. VII.*

Q Vare putatis fratres uitam & conuersationem bonorum imitari pręcipimur, nisi vt per eorum imitationem ad noue uitę similitudinē reformemur? In ipsis siquidē similitudinis Dei forma expressa est, & idcirco cum eis per imitationem imprimimur, ad eiusdem similitudinis imaginem nos quoque figuramur. Sed sciendum est quod nisi prius cera emollita fuerit, formam non recipit, *Pulchra similitudo.* sic & homo quidem per manum actionis alienę ad formam uirtutis non flectitur, nisi prius per humilitatem ab omni elationis & contradictionis rigore molliatur. Neque enim per exemplum alterius aliquando in melius reformari poterit, qui adhuc per elationis uitium & bona aliena oppugnat, & sua mala defendit. Necesse est ergo ut si ueraciter bonos imitari uolumus, prius per ueram humilitatem ad obedientiam corda oostra temperemus, quatenus uita nostra tanto citius ad nouitatem redeat, quanto promptius in omnem quam uiderit uirtutis speciem, per uoluntariam obedien-

tiam se inclinat, & tanto altius ei vestigium alienæ bonitatis incipiat inhærere, quanto arctius studet bona aliorum imitari potius quàm carpere. Aliam nobis adhuc non contemnendam considerationem ad præsens negocium forma sigilli exhibet. Figura nanque quæ in sigillo foris eminet, impressione ceræ introrsum signata apparet, & quæ in sigillo intrinsecus sculpta ostenditur, in cera exterius figurata demonstratur. Quid ergo aliud in isto nobis innuitur, nisi quia nos qui per exemplum bonorum, quasi per quoddam sigillum optime exsculptum reformari cupimus, quædam in eis sublimia & quasi eminentia, quædam vero abiecta & quasi depressa operum
R vestigia inuenimus? Sanctorum quippe opera quæ quantum ad existimationem hominum non ad dignitatem, sed ad vtilitatem pertinent, illa in conuersatione eorum quasi deorsum pressa tacent. Quando uero talia operantur quæ humanas mentes in admirationem sui pertrahunt, quasi quasdam in se eminentes sculpturas ostendunt. Quod ergo in illis eminet, in nobis introrsum recondi debet, & quod in illis depressum est, in nobis est erigendum, quia nos cum facta eorum ad imitationem trahimus, sublimia quidem in abscondito & abiecta in manifesto facere debemus, ne vel ista si ostendantur per amorem accepti fauoris inani gloriæ seruire incipiant, vel ista si abscondantur per timorem vilitatis, præmium retributionis amittant. Nescio quam homo deinceps habeat excusationem ignorantiæ, cui tot iam viæ demonstrantur, quibus possit ad scientiam veritatis peruenire. Ecce post discretionem rationis propriæ per quam dirigitur, post doctrinam sapientium per quam eruditur, post exempla bonorum quibus instruitur, adduntur etiam præcepta scripturarum, quibus ad omnem viuendi rationem informatur. Postremo adiunguntur tentationes, quibus exercitatus per quotidianam experientiam de veritate præceptorum certior efficitur.

¶ *De ijs quæ in sacris scripturis sunt attendēda. Cap. VIII.*

S NOs autem fratres qui scholam disciplinæ iam intrastis, in lectione diuina prius debetis quærere quod mores vestros instruat ad virtutem, q̄ quod sensum acuat ad subtilitatē, magisque velle informari præceptis scripturarū, q̄ quæstionibus impediri. Cū igitur diuinas scripturas legitis, solerter perpendite quid ibi dictū sit ad excitādū in vobis amorē Dei, q̄d ad cōtemptū seculi, quid ad cauēdas insidias inimici, quid ad bonos affectus nutriendos & praua desideria extinguenda valeat, & quid cinus cor per compunctionis ardorem accendat. Quid disciplinam in opere, quid humilitatem in cogitatione, quid patientiam in aduersis habere doceat, quid denique ad agenda bona securum, & ad mala cauenda doceat esse circunspectum. Hoc modo lecta scriptura intelligentiam confert salutarem, & hanc ipsam sapientiam (quam pro uirtute libenter despicitis) melius postmodum per virtutem inuenitis.

Quid in sacra scriptura meditandū.

¶ *Quomodo in omnibus operibus suis debeat homo esse circunspectus. Cap. XI.*

RESTAT hoc nouissimum & maxime T
fortassis præ cæteris necessarium, vt videlicet homo in omnibus operibus suis sit circunspectus & prouidus, quotidiana discussione cogitationes, locutiones pariter, & facta sua apud semetipsum examinet. Sapientes quippe semper agendo discunt, & per exercitium bonorum operum quotidianis profectibus in maiorem virtutis agnitionem excrescunt. Per experientiam nanque eorum quæ faciunt, ad ea quæ postmodum agenda erunt, cautiores fiunt. Videt enim quòd sæpe opus quod bona intentione inchoari creditur, tanto citius hominem in deceptionis laqueum præcipitat, quanto de intentionis suæ principio securus finem actionis minus obseruat, & imprudens quasi via plana ad foueam currit, quia videt quid faciat, sed quid factum suum sequi debeat, non attendit. Item non considerat quòd nonnunquàm euenire solet, vt affectus animi ita ambiguus sit, vt nisi ex fine operis discernere non possit homo qualitatem suæ intentionis. Si vero diligenter consideret ad quem finem tendat mentis affectio, tunc iam plane vitium esse dignoscit, in quo prius sibi animus falsò de virtute blandiebatur. Et rursum inuenitur aliud V
adhuc esse propter quod circunspectio homini vbique necessaria est, quoniam ad id etiam quod bonum est, agendum tanto magis homo peritus efficitur, quanto diligentius facta sua circunspiciens, seipsum quotidie in proficiendo superare conatur, cum solicite attendit quid agat, quid agere debeat, vtrum id quod faciendum est, faciat, vtrum quantum & qualiter faciendum est faciat, vtrum bono operi malum aliquod non admisceat, vtrum bonum, quod agit quanta oportet deuotione impleat, vtrum alterius ut suum bonum diligat, vtrum suum ut alterius malum reprehendat. Per singulos dies ui- X
tam suam ad iudicium vocat. mane quando surgere debet considerat quid egerit per noctem, in vespere quando cubitum vadit, cōsiderat quid egerit per diem, quantum ad bona agenda solito alacrior, quantum ad mala vincenda solito constantior. Si quid ex ijs quæ agenda non erant præsumpserit, si in aliquo opere suo insidijs inimici supplantatus sit, qualiter demum per indicium transactæ deceptionis futuram illius fraudem cauere possit, quatenus eum nec superueniens tentatio improuidum ad malum opus deijciat,

neque

neque indiscretum in bono opere præsens negligentia fallat. Quisquis cor suum in eiusmodi studio exercet, existimo quod cito ad illam bonam & salubrem scientiam perueniat, quàm (sicut supra diximus) ad seruandam disciplinam & bonitatem Psalmista dari sibi postulabat. Restat igitur nunc vt ea quoque, quæ de disciplina nobis demonstranda sunt, proferamus. Docebimus ergo vos primum quid sit disciplina, deinde quid valeat, postremo quomodo obseruari debeat.

¶ *Quid sit disciplina, & quantum valeat.* Cap. X.

Y Disciplina est conuersatio bona & honesta, cui parum est mala non facere, sed studet etiam in iis quę bene agit, per cuncta irreprehensibilis apparere. Item disciplina est membrorum omnium motus ordinatus, & dispositio decens in omni habitu & actione. Audistis quid sit disciplina, nunc attendite quàm vtilis & quàm necessaria sit. *Disciplinæ vtilitas mira.* Disciplina est compes cupiditatis, malorum desideriorum carcer, frenum lasciuię, elationis iugum, vinculum iracundię, quę domat intemperantiam, leuitatem ligat, & omnes inordinatos motus mentis atque illicitos appetitus suffocat. Sicut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis, ita quoque dũ corpus per disciplinam stringitur, animus ad cõstantiam solidatur. Et paulatim intrinsecus mens ad quietem componitur, cum per disciplinę custodiam mali motus eius foras fluere non sinuntur. Integritas ergo virtutis est, quando per internam mentis custodiam ordinate reguntur membra corporis. Interior namque est custodia, quæ Z ordinata seruat exterius corporis mẽbra. Sed qui statũ mẽtis perdit, subsequenter foras in inconstãtiam motionis defluit, atque exteriori mobilitate indicat quòd nulla interius radice subsistat. *Prouerb. 6.* Vnde per Salomonem dicitur. Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat. Propterea enim hũc talem (quẽ de indisciplinę & discordia pariter notare voluit) prius apostatam nominauit, quia nisi prius intus à conspectu conditoris auersione mentis caderet, foris postmodum ad incõstantiã & seminãda iurgia nõ veniret. Ligãda ergo sunt foris p disciplinã mẽbra corporis, vt intrinsecus solidet status mentis, quatenus dũ vndique exterior custodia interiori mobilitati coercendæ opponitur, tandem mens ad pacem in semetipsa colligatur. Omnium namque vitiorum motus disciplina coercet, & quantum mala desideria foris coercendo comprimit, tantum per eam bonum desiderium interius conualescit. Paulatimque eadem virtutis forma per consuetudinem menti imprimitur, quæ foris per disciplinam in habitu corporis conseruatur. Ecce vidimus quantum valeat disciplina, nunc qualiter custodiri debeat consideremus. Quatuor sunt præcipue in quibus seruanda est disciplina, in habitu, in gestu, in locutione in mensa, id est comestione.

¶ *De disciplina seruanda in habitu.* Cap. XI.

In habitu quinque modis disciplina custoditur, in genere & qualitate, in colore, & formatione, & coaptatione vestimentorum. In genere, scilicet ne sint vestimenta A nostra nimis preciosa. In qualitate, ne nimis sint subtilia vel mollia. In colore, ne nimis sint nitida, siue quolibet alio modo supra quam proposito religiosæ conuersationis expetit fuscata. In formatione, vt sint decenter & religiose composita, & humilitatis signum habentia idest non nimis magna aut dependentia, aut fluxa, nec nimis stricta, siue quolibet alio modo secundum seculi vanitatem detorta. Coaptatio ad modum B portandi pertinet, nam sunt quidam stulti qui stultis placere cupientes, quodam artificio vestimenta sua circa se componunt. Alij vero maiori scurrilitate ridiculose transuertunt, alij autem vt pompam de se faciant, explicant ea, & quantum possunt latius distendunt. Alij temere corrugata in vnum colligunt, alij contorquentes & complectentes inuoluunt. Alij toto conamine stringentes & findentes ea, omnia corporis sui lineamenta, inuerecundissima quadam turpitudine aspicientibus numeranda exponunt. Alij iactando & ventilando pannos suos, leuitatem mentis suæ ex ipsa habitus sui mobilitate ostendunt. Alij incendentes sinuoso syrmate terrã verrunt, & limbis dependentibus immo retro consequentibus caudis in similitudinẽ vulpiũ vestigia sua obducunt. Bene profectò, vt postq̃ pt̃ransierint, pereat memoria eorum, ne sint amplius in recordatione in terra viuentium. Qui vt ostendant se de numero illorum se esse, de quibus psal. dicit. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ, quacunque perrexerint, quasi turbo tempestatis puluerem concitant, & ipsi filij tenebrarum illud lumen foris oculis hominum subtrahunt, quod intus cæcata mente perdiderunt. *Psal. 1.* Est tamen in quo de eis etiam in præsenti vita vindictam capimus, quia iisdem suis pannis quibus nebulam pulueris luminibus nostris iniiciunt, ad complanandam viam pedibus nostris, lutum platearum abstergunt. Quid amplius dicam? Tædet me omnia vanitatis ostentamenta numerare, in quibus stulti & vecordes, mulieribus immo meretricibus, studia sua auferunt, & tanto dedecore quanta superstitione cum habitu pene sexum mutauerunt. Alij sunt mille modi quibus homines vanissimi & superstitiosissimi spectaculum de se intuentibus præbere concupiscunt. Sed hęc omnia seruus Dei magna debet constantia despice-

re, cum videat nullos nisi stultos & irrisione dignissimos studijs talibus deseruire. Hæc enim omnia veræ religioni contraria sunt, & omnes qui studium & curam his adhibeant, quantum à religione alieni sint, patenter ostendunt. Sed

C gratia Dei omnes qui modò in religione constituti talibus student, & per hæc hominibus placere cupiunt, omnibus hominibus magis viles & cõtẽptibiles fiunt. Et econuerso qui hæc propter Deũ despiciunt, non solũ corã Deo, sed etiã corã hoib⁹ chariores & honorabiliores existunt. Eant ergo nũc miseri & stulti ac oĩs honestatis ignari, eant & comãt pãnos suos, qui nõ itelligũt q̃ iuste in viris religiosam vitam ꝓfessis cult⁹ p̃ciosarum vestiũ rep̃hẽdit, qui p Apostolũ Paulũ etiã fœminis ꝓhibet, non inquit in veste p̃ciosa. Videant er-

1. Tim. 2. go quanta non dico rep̃hensione sed confusione, immo potius quãta dãnatione digni sunt, qui in proposito religionis, cultui preciosarum vestium student, quia diues ille qui in euangelio purpura & bysso induitur, postea in tormentos inferni

Luce. 16. æternaliter cruciandus sepelitur. Quid autem in purpura nisi color & precium, & quid in bysso nisi mollities reprehenditur? Cum ergo carni suæ & in purpura decorem, & in bysso mollitiem adhibuisse dicitur, proculdubio superbus simul & luxuriosus fuisse comprobatur. Qui ergo corpori suo prius illicite fomenta vitiorum exhibuit, iure postmodũ hoc cruciandũ flãma tormentorũ accepit. Et tñ diues iste nondũ ꝓprijs rebus abrenunciauerat, sed quia in ijs quæ possidebat temperantiam seruare noluit, post illicitum vsum rerum temporalium ad pœnam sempiternam peruenit.

D Si igitur ille quia proprijs abusus est, tantã damnationem meruit, quid putamus isti facient, qui propria non habentes alienam eleemosynam cultui suæ elationis impendere non pertimescunt?

Osee. 4. Væh eis quia ipsi (sicut per prophetã dicitur) pec-

Osee. 5. cata populi comedũt, & victimas in profundũ declinant, quia quod alij pro redẽptione animarum

Esa. 28. suarum offerunt, hoc ipsi accipientes per illicitũ vsum ad dãnationẽ animarum suarum cõuertũt. Væh coronæ superbiæ effraim & flori decidẽti, quia omnis caro fęnum & omnis gloria eius qua-

Esa. 40. si flos agri. Exsiccatũ est fœnũ & cecidit flos, quia spiritus iracundiæ domini exsufflauit in illud. Exsiccatum est fœnum & cecidit flos, verbum aũt

Eccl. 10. domini manet in ęternũ. Quid igit superbit cinis & puluis, fumus euanescens & uapor ad modicũ

Iacobi. 4. parens? Quid est homo nisi putredo, & filius ho-

Eccl. 10. minis nisi vermis? Vermis ipse, & vermis hæreditas eius, hę reditabit enim homo vermes, bestias, serpentes. Quantumcunque excolatur & ornet, quid est aliud caro quàm caro? Quid igit prodest in habitu qui foris ad tẽpus adhæret, gloriã quærere, & corruptionis putredinẽ, quæ in nobis est & semper permanet, nõ cõsiderare? Propterea debẽt amatores religionis opere demonstrare quantũ ipsi terrena despiciant, nec carnem quæ moritura est cultu superstitioso excolere, sed pompæ indumentorum, morum ornamenta anteferre. Vestimenta plus vilia quàm preciosa, plus grossa quàm subtilia, plus aspera quàm mollia, plus fusca quàm nitida, plus neglecte quàm accurate composita vel adaptata amare, quatenus si non possint in vestimentis suis per omnia commoditatem abscindere, nunquam tamen pręsumant eis vti ad ostentationem. Poterant hæc fortassis beneuolis ad eruditionem modestiæ & humilitatis sufficere, sed scio duros & rebelles animos, nisi ad hęc mordacioribus lupatis frenati fuerint, non facile à via pristini erroris declinare. Quos quidem oportet in cunctis obseruationibus vsque ad vnguem stringere, & vt nullus deuiandi locus tergiuersationi relinquatur, ad singula vestigia determinatis præceptionibus obligare.

¶ *De disciplina seruanda in gestu.*
Cap. XII.

Estus est modus & figuratio membrorum corporis, ad omnem agendi & habendi modum: hic sex modis reprehensibilis inuenitur, scilicet, si est aut mollis, aut dissolutus, aut tardus, aut citatus aut procax, aut turbidus. Mollis significat lasciuiam, dissolutus negligentiam, tardus pigritiam, citatus inconstantiam, procax superbiam, turbidus iracundiam. Nam quòd inordinati motus corporis, corruptionem & dissolutionem indicent mentis, superius iam demonstratum est, vbi Salomonis testimonio virũ apostatam exterioribus indicijs auersionẽ animi sui promentem ostendimus. Ait enim. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, quia videlicet cum mens interius à custodia sui soluitur, membra foris ad omnem actum inordinate commouentur. Et velut corpus paralytici motum quidem habet, sed officia membrorum in suis actionibus seruare non ualet, sic istæ impatientia quidem & fluctuatione mentis ad quęlibet præceps impellitur, sed in omnibus quæ agit nullo rationis moderamine gubernatur. Sed sciendum est quòd in his vitiosis gestibus quidam inter se similes quodammodo esse videntur, & quemadmodum vitia de quibus nascuntur, inter se non multum discrepant, ita ipsi quoque motus exteriores quandam inter se concordiam peruersitatis obseruant. sicut similes sunt gestus mollis & procax, dissolutus & tardus, citatus & turbidus, quia & uitia ipsa inter se similia sunt, sicut & lasciuia & iactantia, negligentia & pigritia, inquietudo & impatientia. Propterea omnes isti inordinati gestus, quia de interioribus animæ prodeunt corruptionibus, in multis scripturarum locis grauiter argui & reprehendi, inueniuntur: quæ etsi per singula enumerare non possumus, ne tamen pro nihilo rem in tantum exaggerare videamur, quædam ex his exempli causa reuoluemus. De molli & procaci gestu lasciuam & arrogantem animam Dominus per Esaiam prophetã

E

Gest⁹ cõsiderationes pulchra.

Prouerb. 6.

arguit

Esa.47. arguit dicens. Descende, sede in puluere virgo
filia Babylonis, sede in terra, non est solium fi-
liæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mol-
lis & tenera. Tolle molam, mole farinam, de-
nuda turpitudinem tuam, discooperi hume-
rum, reuela crura, transi flumina. Et post pau-
ca. Sede, tace, intra in tenebras filia chaldęo-
rum, quia non vocaberis vltra domina regno-
rum. Quæ ergo descendere præcipitur, de pro-
caci gestu, & typo arrogantiæ increpatur. Vnde
& bene subiungitur, non est solium filię Chal-
dæorum: quia sæpe homo apud alios tanto ma-
gis despectus habetur, quanto magis apud se-
ipsum per tumorem arrogantiæ extollitur, vt
impleatur illa sententia veritatis qua dicitur.
Luce. 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui
se humiliat exaltabitur. De quo adhuc subinfer-
tur cum dicitur. Sede, tace, intra tenebras filia
chaldæorum, quia non vocaberis vltra domina
regnorum. Magna etenim tunc hominem confu-
sio sequitur, quādo se ab alijs despici videt, etiam
G pro eo in quo ipse gloriatur. Sed quia lasciuia &
mollities amica est procacibus & superbis, incre-
pata arrogantia, lasciuiam etiam arguit cum sub-
Esa.47. iungit. Tolle molam, mole farinam, denuda tur-
pitudinem, discooperi humerum, reuela crura,
transi flumina, quia vltrà non vocaberis mollis
& tenera. Quàm sit ergo odibilis apud Deum la-
sciuia & procacitas, ex hoc patenter ostenditur,
quod scriptura tam districta animaduersione &
deiectionem arrogantibus, & asperitatem mol-
libus superuenturam comminatur. Hinc est rur-
Esa.3. sum quòd per eundem Esaiam contra lasciuos &
procaces dicitur. Hæc dicit Dominus. Pro eo
quòd eleuatæ sunt filiæ Sion & ambulauerunt
extento collo, & nutibus oculorum ibant &
plaudebant, ambulabant, & pedibus suis compo-
sito gradu incedebant, decaluabit Dominus verti
cem filiarum Sion. Ambulabant extento collo
& nutibus oculorum, hic notatur arrogantia.
Pulchra considerationes. Ibant & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis
composito gradu incedebant, hic notatur lasci-
uia. Sequitur. Decaluabit dominus verticem fi-
H liarum Sion, hæc est pœna arrogantium. Et Do-
minus crinem earum nudabit, hæc est pœna la-
Esa.3. sciuorum. Et quia hæc vitia luxus preciosarum
vestium sequi solet, pœna quoque eius subinfer-
tur cum dicitur. In die illa auferet Dominus or-
natum calceamentorum & lunulas, & torques
& monilia, & armillas, & mitras, & discri-
minalia, & periscelidas, & murenulas, & olfa-
ctoria, & inaures, & anulos, & gemmas in
fronte pendentes, & mutatoria, & pallia, lintea-
mina, & acus & specula, & sindones & vittas, &
theristra, & erit pro suaui odore fœtor, & pro zo
na funiculus, & pro crispanti crine caluitium, &
pro fascia pectorali, cilicium. Ecce quam diligen-
ter omnia vanitatis insignia enumerat, vt hæc in
quibus homines nullam vel admodum paruam
culpam esse putant, quàm districte à Deo pensen
tur, ostendat.
Prouerb. 24. ¶ Dissolutum & tardum Salomon arguit di-
cens. Per agrum hominis pigri transiui, & per
vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant
vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ, &
maceria lapidum destructa erat. Quod cum
vidissem, posui in corde meo & exemplo di-
dici disciplinam. Vsquequo piger dormis, vs-
quequo de somno non consurgis? paululum
dormies, modicum dormitabis, pauxillum
manus conseres vt quiescas, & veniet quasi cur-
sor egestas tua, & mendicitas tua quasi uir arma
tus. Et rursum. Vade ad formicam o piger & Prouerb.
considera vias eius & disce prudentiam, quæ 6.
cum non habeat ducem nec præceptorem nec
principem, parat æstate cibum sibi, & congre-
gat quod comedat in hyeme. Item de pigro.
Sicut acetum dentibus & fumus oculis, sic pi- Prouerb. 10.
get ijs qui miserunt illum. Et de dissoluto. Ma- Prouerb.
nus fortium dominabitur, quæ autem remis- 12.
sa est tributis seruiet. Et iterum de pigro. Vult Prouerb.
& non vult piger, anima autem operantium im- 13.
pinguabitur. Rursum de dissoluto. Qui mol- Prouerb.
lis & dissolutus est in opere suo, frater est sua 18.
opera dissipantis. Item de pigro. Abscondit pi- Prouerb. 19.
ger manum suam sub ascella, & laborat si ad os
suum applicuerit eam. Item. Desideria occi- Prouerb. 21.
dunt pigrum, noluerunt enim quicquam ma-
nus eius operari. Et iterum. Dicit piger, leo Prouerb.
est in uia, in medio platearum occidendus sum. 26.
Item. Sicut ostium in cardine suo, sic piger ver- Ibidem.
titur in lecto. Et in libro ecclesiastico de pigro,
tardo & dissoluto dicitur. In lapide luteo lapi- Eccle.22.
dabitur piger, & omnes loquentur super asper-
nationem illius. De stercore boum lapidabi-
tur piger, & omnis qui tetigerit eum, excutiet
manus suas. Multa sunt alia si enumerare ue-
lim, quæ ad increpationem, uel ad irrisionem
horum in scripturis dicuntur, de quibus hęc ad
exhortationem pręsentē uobis dicta sufficere pn̄t.

¶ Citatus uel inquietus simul & turbidus ge-
stus per Salomonem iterum reprehenduntur,
ubi (sicut iam in superiori exemplu demonstra-
uimus) de uiro apostata dicitur. Homo apo- Prou.6.
stata uir inutilis graditur ore peruerso, annuit
oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde
machinatur malum, & omni tempore iurgia se-
minat. Huic extemplo ueniet perditio sua, nec
habebit ultra medicinam. Quàm sit enim perdi-
tioni proximus, ipse sua actione satis demon-
strat, qui per inquietudinis vitium in semetipso
pacem perdit etiam priusquam foris obsistentem
inueniat. Et quo præcipitandus sit patet, si occa-
sionem furoris inuenerit, quem nullo turbante
exterius sua intus leuitas & impatientia ad furo-
rem pręcipitem rapit. Vnde bene postquā incon-
stantię & leuitatis signa enumerauit dicēs, annuit
oculis, digito loquitur, terit pede, nouissime indi
cium furoris expressit, dicens, omni tempore iur-
gia seminat. Quia sicut dictum est, primū per le-
uitatis uitium & inquietudinem pax internę tran
quillitatis dissoluitur, ac sic deinde agitata mens
in foueam furoris pręcipitatur. Quāuis enim id
ipsum quod dixit, graditur ore peruerso, annuit

oculis, terit pede, digito loquitur, tam furoris quàm inquietudinis signum sit, tamen hic esse solet ordo perditionis, vt primum homo per inquietudinem, constantiam grauitatis deserat, ac sic tandem vsque ad impatientiam furoris erumpat. Habet etiam hic gestus, id est citatus siue inquietus, cum molli ac procaci affinitatem, quia leuitas aliquando lasciuiam, aliquando impatientiam designat. Inquietus gestus lasciuo & procaci concordat, sicut per Salomonem dicitur.

Prouerb. 7. De fenestra domus meæ per cancellos prospexi, & video paruulos, considero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus alienæ graditur in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci

Ibidem. vultu blanditur. Statim eam sequitur quasi bos ad victimam ductus, & quasi agnus lasciuiens & ignorans, & nescit quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, veluti si auis festinet ad laqueum, & nescit quia de periculo animæ illius agitur. Viæ inferi domus eius, penetrantes inferiora mortis. Nemo ergo deinceps putet parum delinquere eos qui contra disciplinam ad turpes motus, & inordinatas gesticulationes membra sua inflectunt, quia nunquam scriptura tam seuere istos exteriores corporis motus in nobis reprehenderet, nisi omnis exterioris hominis inhonesta figuratio & motio indecens, ab interiori mentis corruptione manaret. Propterea multum valet disciplina ad coercendos prauos motus animi, quatenus mala desideria dum per custodiam disciplinæ stringuntur ne foras effluant, tandem aliquando etiam interius surgere ac moueri omnino desuescant.

K Quia igitur vitia gesticulationum descripsimus, ordo exigit, vt nunc quis sit in omni gestu modus disciplinæ, definiamus, quod etsi fortasse per singula facere non possumus, magis tamen expedit aliquid inde ad eruditionem dicere, quam omnino silere. Primum ergo diligenter obseruandum est, vt singula membra suum teneant officium, neque vsurpent alienum, deinde vt vnumquodque suum opus tam decenter ac modeste impleat, quatenus per indisciplinam aspicientium oculos non offendat. Nam in quolibet horum peccetur, dignum reprehensione est, siue scilicet membra inter se actus suos confundant, siue id quod iuste agere debent, recte non expleant. Discretio actionum in membris conseruanda est, vt scilicet id agat vnumquodque membrum ad quod factum est, vt neque loquatur manus, neque os audiat, nec oculus linguæ officium assumat. Sunt enim quidam qui nisi buccis patentibus auscultare nesciunt, & quasi per os sensus ad cor influere debeat, palatum ad verba loquentis aperiunt. Alij (quod adhuc peius est) in agendo vel audiendo quasi canes sitientes linguam protendunt, & ad singulas actiones velut molam labia torquendo circunducunt. Alij loquentes digitum extendunt, supercilia erigunt, & oculos in orbem rotantes, aut profunda quadam consideratione defigentes, cuiusdam intrinsecus magnificentiæ conatum ostendunt. Alij caput iactant, comam excutiunt, vestimenta adaptando componunt, & latera cubitando, pedesque extendendo ridiculam satis ostentationis formam fingunt. Alij quasi ambæ aures ad audiendum factæ non sint, alteram tantum collo detorto voci venienti opponunt. Alij typum nescio quem figurantes, oculorum inter videndum alterum claudunt, alterum aperiunt. Alij maiori ridiculo dimidiato ore loquuntur. Sunt præterea mille laruæ, mille subsannationes & corrugationes narium, mille valgia & contortiones labiorum, quæ pulchritudinem faciei & decorem disciplinæ deformant. Est enim facies, disciplinæ speculum, cui tanto maior custodia adhibenda est, quanto minus si quid in ea peccatum fuerit, celari potest. Temperanda est igitur facies & modificanda in gestu suo, ita vt nec proterue exasperetur, nec molliter dissoluatur, sed semper habeat & rigidam dulcedinem, & dulcem rigorem. Alij nauigant brachijs incedentes, & duplici quodam monstro, vno & eodem tempore pedibus deorsum in terra ambulant, & lacertis sursum in aere volant. Quod est quæso monstrum hoc, quod simul in se fingit & hominis incessum, & nauis remigium, & auis volatum? Libet in hoc, poeticæ illius subsannationis elogio proclamare.

Humano capiti ceruicem pictor equinam. Horatius in arte.
Iungere si velit, & uarias inducere plumas
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Certe tale mihi videtur hoc portentosæ figurationis schema, cuius velut ægri somnia vanæ finguntur species, vt nec pes nec caput vni reddatur formæ. Sed ne forte satyram potius quàm doctrinam edere videamur (cum plurima adhuc enumeranda supersint) modestiæ hic quoque obliuisci non debemus. Etiam sic fortassis negligentibus & indisciplinatis quantum ipsi in his erubescere debeant, melius silendo ostendemus. Scire tamen debent vnum L esse vitium quod prius intrinsecus statum mentis dissipat, ac postmodum extrinsecus in membris ordinem actionis perturbat, sicut iam sæpius memorato Salomonis testimonio comprobatum est, vbi in apostata homine prius quidem mentis auersio atque defluxio præcessisse dicitur, ac postmodum confusio atque perturbatio actionis subsecuta memoratur. In eo enim quod dicitur, homo apostata vir inutilis, notatur defluxio mentis; in eo Prouerb. 6. autem quod dicitur, graditur ore peruerso, terit pede, annuit oculis, digito loquitur,

demon-

demonstratur confusio actionis. Hinc etiam est
Eccle. 19. illud quod dicitur in libro Ecclesiastici. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enunciant de illo. Quia videlicet per illud, quod foris siue bene siue male agitur, interior animi qualitas intuentium oculis patenter indicatur. Et idcirco oportet vt ad hanc perturbationem sedandam custodia disciplinæ opponatur, quæ vnumquodque membrum ad unum officiũ restringat, quatenus dum alterum membrum operatur, alterũ aut omnino quietum maneat, aut si forte eius opera illi necessaria esse cognoscitur, suo motu ad cooperandum illi decenter & ordinate moueatur. Ita vt nihil confuse, nihil præposterum in membris corporis agatur, sed vt sciat vnumquodque in quo alteri debeat succurrere, & in quo dum aliud mouetur, se debeat quietum custodire. Est enim quasi quædam respublica corpus humanum, in quo singulis membris sua officia distributa sunt. Dum ergo vnum membrum alterius membri officium inordinate sibi vendicat, quid aliud quàm concordiam vniuersitatis perturbat? Dumque aliud suo motu alterius motum impedit, certe illi quam natura moderatur, dispositioni contradicit. Prima igitur est custodia disciplinæ in gestu, vt vnumquodque membrum in eo ad quod creatum est officio se contineat, neque alterius membri ministerium sui admixtione confundat. Id est vt oculi videant, aures audiant, nares olfaciant, os loquatur, manus operentur, pedes ambulent, quatenus neque transmutentur officia membrorum, neque inordinate permisceantur. Secunda est custodia disciplinę in gestu, vt vnumquodque mẽbrum id quod faciat, eo modo atque mensura faciat quo faciendum est, id est nec plus nec minus, nec aliter quàm oportet, faciat. Quatenus in actu suo sic & dirigatur & moueatur, vt in nulla vnquam parte temperantię limitem aut formam honestatis excedat, hoc est (vt id paucis exemplis probemus) ridere sine apertione dentium, videre sine defixione oculorum, loqui sine extensione manuum & intentatione digitorum, sine contortione labiorum, sine iactatione capitis, sine eleuatione superciliorum, Incedere sine modulatione gressuum, sine ventilatione brachiorum, sine gesticulatione scapularum, Sedere sine diuaricatione crurum, sine alterutra superiectione pedum, sine extensione vel agitatione tibiarum, sine alterna accubitatione laterum, iacere sine disiectione membrorum. Et vt tandem de hac parte finem loquendi faciamus, gestus hominis in omni actu esse debet gratiosus sine mollitie, quietus sine dissolutione, grauis sine tarditate, alacer sine inquietudine, maturus sine propteruia, & sine turbulentia seuerus. Mollem gestum temperat turbidus, & turbidum mollis, dissolutum procax, procacem dissolutus, citatus tardum, & tardus citatum, quia inter vitia contraria medius limes virtus est. Hæc de gestu ad præsentem doctrinam dicta sufficiant. Si qui vero tam duri cordis fuerint, vt his admonitionibus informari nequeant, illos quidem acrioribus stimulis vrgeri oportet, vt quod sponte facere nolunt, faciant vel inuiti. Scio enim quàm difficile sit, cor malitia induratum ad formam disciplinæ & speciem honestatis incuruare, sed necesse est vt dura materia cum facile ad formam non flectitur, ei & acrioris flammæ incendium, & mallei grauioris tunsio adhibeatur.

Margin notes: M. Prima lex. Secũda.

De disciplina in locutione seruanda: Et primo quid loquendum. Cap. XIII.

IN locutione quinque res sunt obseruandæ, hoc est quid dicatur, cui dicatur, vbi dicatur, quando dicatur, & quomodo dicatur. Quid autem dicendum sit, hoc primum generali distinctione discernitur, vt videlicet nunquam in sermonibus disciplinatis ociosa adhibeantur. Ociosa autem sunt omnia, quæ sunt aut nociua, aut inhonesta, aut inutilia. Inutilia autem sunt, quæ nec loquentibus nec audientibus prosunt. Inhonesta sunt, quæ uel illius qui loquitur, uel illius cui loquitur, uel illius de quo loquitur dignitati non conueniunt. Nociua sunt quæ suis suasionibus animos auditorum siue ad errorem siue ad prauitatem inducunt. Hæc autem tria, id est nociua, inhonesta, inutilia, duobus modis discerni possunt, id est secundum qualitatem rerum de quibus locutio fit, & secundum qualitatem personarum per quas, vel ad quas, uel de quibus locutio fit. Qualitas personarum quatuor modis consideratur, id est secundum ętatẽ, secundum sciẽtiam, secundum officium, secundum conditionem. Secundum ætatem, quia aliud conuenit locutionibus senum, aliud locutionibus iuuenum. Secundum scientiam, quia aliud conuenit locutionibus sapientium, aliud locutionibus simplicium. Secundum officium, quia aliud conuenit locutionibus eorum qui negocia exteriora tractant, aliud locutionibus eorum qui secretiori vitæ quieti & studio contemplationis inuigilant. Secundum conditionem ac statum, quia aliud conuenit locutionibus eorũ qui sunt prælati, aliud locutionibus eorum qui sunt subditi. Senes loqui debent de discretione bene consulendi. Iuuenes de instantia benefaciendi. Sapientes de mysterijs scripturarum. Simplices de exemplis bonorũ operum. Ii qui exteriora tractant negocia, de solertia acquirendi, ij qui quietam uitam ducunt, de disciplina viuendi. Prælati de prouisione rerum, subiecti de obedientia præceptorum. Et vnusquisque qui loquitur secundum qualitatem personę suę, qualitatem materiæ inquirat congruam de qua loquatur.

Margin notes: N. Quid loquendũ. Qualitas psonarũ.

& prouisione sermones admittātur. Loca in quibus vana & superflua dici debeant, inuenire non possum. Neque igitur in diuinis & sacratis locis confabulationes inducere, neque in aliis locis vbi de disciplina agendum est, quæstiones aut contentiones verborum ventilare, neque in illis vbi de intelligentia diuinarum scripturarum tractandum est, exteriora negocia admiscere debemus, nec ea quæ sunt pluribus dicenda, in occulto edere, nec ea quæ sunt paucis reuelanda, in manifesto propalare.

¶ *Quando tacendum & quando loquendum.* *Cap. XVI.*

Q Varta loquendi discretio est quando quid dicendum sit attendere. Est tempus quando nihil, & est tempus quando aliquid dicendum est, nullum vero tempus est quando dicenda sunt omnia. Tempus est quādo nihil dicendum est, quia tempus tacendi: & tempus quādo aliquid, quia tempus loquendi: tempus vero quādo omnia, nunquam, quia sicut idem Salomon
Prouerb. 25. ait, Mala aurea in lectis argēteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Habet igitur omne verbū tēpus suum quando proferri debeat, tempus quando taceri. Quando autem loquendum sit, melius ostendemus, si prius quando tacendum sit demonstremus. Tempus enim tacendi tempus lo-
Tacendi tempus. quendi debet præcedere, quia prius per silentium tempore tacendi discitur, quod postea per verbū tempore loquendi proferatur. Propterea non ait Salomon, Tempus loquendi & tempus tacen-
Eccl. 3. di, sed tempus tacendi & tempus loquendi, quia prius (sicut dictum est) in silentio forma loquendi sumitur, quæ postmodum tempore loquendi in voce teneatur. Aliquando tacere debemus propterea quòd alter prior loqui cœpit, ne forte si sermonem eius verborum nostrorum prolatione interrumpimus, & eum qui loquitur, & eos qui audiunt pariter offendamus.

Aliquando tacendum est propterea, quia ad id quod dicere volumus, animos auditorum paratos adhuc non esse consideramus. Aliquando tacendum est propter multiloquium vitandum, vel etiam propterea quòd ipsi qui locuturi sumus, nondum apud nosmetipsos congruam loquendi formam inuenimus, quia profectò animus auditorum magis offenditur, si sermo qui ædificare debet, confusus & inordinatus proferatur. Aliquando tacendum est propterea quòd ij, qui præsentes habentur, nequaquam tales sunt, ad quos verbum debeamus facere; quod duobus modis fieri potest, scilicet dum vel reuerentia dignitati personæ impenditur, vel malitia incorrigibilis atque ideo indigna admonitione existimatur. Singula hæc exemplis scripturarum probare possumus, quia non vno sed multis singula quæque confirmari scripturarum testimonijs inuenimus. Quòd sermonem eorum qui priores nobis loqui cœperant, nō debeamus interrumpere, sed semper loquentes alios & præcipue eos qui vtilia & recta loquuntur, propter custodiam disciplinæ reuerenter sustinere atque expectare, sanctus Iob nobis ostendit, qui cum de sua disciplina & de aliorum erga se reuerentia loqueretur, inter cætera sic ait. Qui me audiebant, expectabant Iob. 29.
sententiam meam, & intenti tacebant ad consilium meum, verbis meis addere nihil audebant, super illos stillabat eloquium meum.

Item sæpe propter infirmitatem auditorum tacendum esse, Dominus suo exemplo docet, qui cum Apostolos adhuc imbecilles & ad sublimioris doctrinæ eruditionem impares aspiceret, ait. Adhuc multa habeo vo- Ioan. 16.
bis dicere, sed non potestis portare modò.

Item aliquando tacendum esse propter præcipitationem loquendi vitandam, Salomon in prouerbijs ostendit dicens. In multiloquio peccatum non deerit, qui autem moderatur Prouerb. 10
labia sua, prudentissimus est. Item, Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruer- Ibidem.
uersa. Item, Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat & confusione Prouerb. 18.
dignissimum. Item in libro Ecclesiastico. Ne ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via, sic enim peccator probatur Eccle. 8.
in duplici lingua. Esto mansuetus ad audien- Ibidem.
dum verbum Dei vt intelligas, & cum omni sapientia proferas responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo, sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato. Item sæpe propter reueren- Eccle. 2.
tiam personæ tacendum esse, in eodem demonstratur cum dicitur. Priusquàm interroges ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iuste. Priusquam audias ne respondeas verbum, & in medio seniorum ne adijcias loqui. Item sæpe propter malitiam auditorum Prouerb. 23.
tacendum esse, Salomon docet dicens. In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui. Item Ne conten- Prouerb. 24.
das cum pessimis, & ne æmuleris impios. Item. Vir sapiens si cum stulto contenderit, Prouerb. 29.
siue irascatur siue rideat, non inueniet requiem.
R Loquēdi tempus. Quisquis hæc impedimenta loquendi cauere voluerit, facile fortassis & sine difficultate quando sit loquendum agnoscet, si tamen hoc attendit, quia aliud tempus est quādo ei qui voluerit loqui conceditur, aliud est tempus quādo ei qui noluerit loqui pro culpa reputatur. Sapiens autem æque cauet, vel ne eo tempore quando loqui debet, per negligentiam sileat, vel ne omni tempore quando loqui licet, per licentiam concessam in multiloquium cadat. Rectè ergo tempus loquendi discernitur, si homo nec vnquam quando loqui debet, sileat, nec semper quando licet, loquatur. Restat nunc vt, postquam ostendimus quid vel cui & vbi & quando loquendum sit, etiam qualiter loquendum sit, demonstremus.

Quomodo loquendum sit. Cap. XVII.

S QValitas, id est modus loquendi in tribus constat, hoc est quo gestu, quo sono, qua significatione quid dicatur. Disciplina iubet, vt loquentis sit gestus modestus, & humilis, sonus demissus, & suauis, significatio verax, & dulcis. Modestiam debet habere gestus loquenos, vt nec inordinate, nec impudice, nec turbulente inter loquendum membra moueat, neque oculorum nutibus, aut indecenti conformatione siue transmutatione vultus, placorem sui sermonis imminuat. Humilis debet esse gestus loquentis, vt apud auditores gratiam sermo eius inueniat. Sonus loquentis esse debet demissus, ne strepitu, & immoderata clamositate auditores suos aut iniuste terreat aut iuste offendat. Suauis debet esse, ne prolationis asperitate tanto fiat animis audientium onerosior, quanto ad aures durior venit, & iniucundior. Significatio, id est sententia sermonis, ideo debet esse vera, quia fallax verbum etiam si facunde aut composite dicitur, nihilominus tamen ab auditore aut noxium aut ociosum (si fuerit intellectum) reputatur. Sed & cum veritate necesse est, vt sermo loquentis dulcedinem habeat, quia sæpe etiam veritas auditori amara efficitur, si aut sine ratione, aut sine dilectione, hoc est, vel importune, vel impie contra eum proferatur. Sin-

Placoré, gratiam aut comitatem.

T gula hæc scripturæ sacræ testimonijs comprobemus. Quòd habitus indisciplinatus sermonem contemptibilem faciat, Salomon ostendit di-

Prou. 17. cens. Non decent stultum verba composita. Et iterum. Non est speciosa in ore stulti para-

Prou. 16. bola. Et iterum. Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum fatuitas. Et iterum. Do-

Prou. 12. ctrina sua noscitur vir, qui autem vanus, & excors est, patebit contemptui. Item. Quomo-

Prou. 26. do pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. Quòd vero typus elationis sermonem hominis ingratum auditoribus reddat: Salomon iterum testatur di-

Prou. 24. cens. Excelsa stulto sapientia, in porta non ape-

Prou. 18. riet os suum. Et iterum dicit. Cum obsecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide. Quantum autem sermo clamosus à discipli natis cauendus sit, ipse auctor disciplinæ osten-

Esa. 42. dit, de quo per Esaiam scriptum est. Non clamabit neque accipiet personam, neque audietur foris vox eius. Verbum autem asperum, & rixosum omnino sermonibus disciplinatis secludendum esse, per eundem probatur cum dici-

Prou. 18. tur. Labia stulti immiscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. De verbo etiam mendaci quantum sit cauendum, idem ipse insinuat dicens.

Prou. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Sed & verbum dulce, quantum valeat in sermone, liber Ecclesiasticus patenter demonstrat vbi dicit.

Eccle. 6. Verbum dulce amicos multiplicat, & inimicos mitigat, & lingua eucharis in bono viro abundat.

De disciplina in mensa seruanda, & primo in habitu & gestu. Cap. XVIII.

INmensa est duplex custodia disciplinæ. Ibi enim debet homo seruare disciplinam in habitu suo, & disciplinam in cibo suo. Disciplinam in habitu tribus modis, in disciplina tacendi, in disciplina videndi, in disciplina continendi se se. Taciturnitas inter epulas necessaria est idcirco, quoniam lingua quæ omni tempore prona ad peccatum labitur, periculosius cum per crapulam inflammata fuerit, ad loquendum relaxatur. Propterea enim diues qui inter epulas loquacitati seruierat, post in inferno positus vehementius in lingua ardebat. Custodia oculorum inter epulas propterea necessaria est: quia non decet ibi præcipuè, vt vagos homo habeat oculos, neque curiose, & (vt amplius aliquid dicam) impudenter ea, quæ apud alios aguntur circunlustrando prospiciat, sed vt potius pudice demissis luminibus ea tantum quæ sibi anteposita, & apposita sunt attendat. Custodia quoque continendi se se ibi negligenda non est, quatenus videlicet neque in habitu, neque in gestu indeceos aliquid aut inhonestum agatur. Nihil cum strepitu aut tumultu fiat, sed omnia membra cum modestia, & tranquillitate in disciplina contineantur. Non sicut quidam faciunt, qui cum ad sedendum assederint, inquieta quadam agitatione, & confusione membrorum intemperantiam animi sui designant. Caput excutiunt, brachia exerunt, manus in altum expandunt, & non sine magna turpitudine quasi totum epulum simul sint absorpturi, ingentes quosdam conatus, & gestus satis indecoros ostendunt. Anhelant, & suspirant præ angustia, ita vt existimes eos alium rugienti ventri patentiorem aditum quærere, quasi angustia faucium non possit esurienti stomacho satis sufficientem abundantiam ministrare. In vno ergo loco sedentes, oculis, & manibus quæ prope, quæ longe, omnia circuncurrunt, simul panes comminuunt, vina in Calices, & pateras effundunt, discos in gyrum circunducunt, & velut Rex super obsessam ciuitatem assultum facturus, dubitant vbi primum expugnationem aggrediantur, dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt. Plus iusto fortassis ista dicentes, verecundiæ obliti sumus, sed nescit aliquando impudentia erubescere, nisi fuerit manifestè confusa. His igitur tribus modis debet quisque inter epulas conseruare disciplinam in semetipso, videlicet vt & linguam suam à loquacitate restringat, & oculos suos à circunspectione cohibeat, & vt cætera membra omnia cum modestia & quiete contineat.

V

Lucæ 16.

¶De triplici obseruatione disciplinæ in cibo, & primo quid comedendum.
Cap. XIX.

X SEquitur etiam triplex obseruatio disciplinæ in cibo, obseruatio in eo quid sumat, obseruatio in eo quantũ sumat, obseruatio in eo quomodo sumat. Obseruatio in eo quid sumat, id est vt neque nimis pretiosa & delicata expetat, nec nimis rara & insolita requirat, nec nimis laute, & accurate præparata concupiscat. In primo enim luxus arguitur, in secundo curiositas, in
Nimis delicata. tertio superstitio notatur. Sunt namque quidam quorum fauces satis ridiculo infirmitate ęgrotãt, quę nisi pinguia & delicata deglutire nõ possunt. Et siquando eis parci aut frugales cibi oblati fuerint, statim aut indigestionem stomachi aut pectoris siccitatem, aut oppilationẽ capitis, aut si qua sunt talia, vel friuolas excusationes prętẽdũt. Alij delicias, & luxum ciborum magna cõstantia aspernantur, sed ab eis iterum non minori aut tolerabiliori petulantia communium cibariorum
Nimis rara. vsus omnino despicitur. Noua quędã, & insolita ciborum genera exquirunt, ita vt sępe propter vnius ventrem hominis per omnes circum pagos turba famulorum discurrat, & vix tandem vel ignotas de desertis procul mõtibus radices euellendo, vel pauculos de imis gurgitibus profunda scrutatione pisciculos trahendo, siue intempestiua de arentibus rubetis arbuta colligendo, vorius appetitus petulantiam compescere queat. Et sane mihi non satis patere potest, quod vitium istos exagitet, nisi forte quia per quandam animi insolentiã multos in suo obsequio occupari gaudeant, siue quia per timorẽ elationis cæteris omnibus quãtum cibo dissimiles sunt, tãtũ merito dis-
Nimis exquisite cocta. similes videri volũt. Alij superstitiosum nimis in præparandis cibis studium adhibent, infinita decoctionũ & frixurarũ & condimẽtorũ genera excogitãtes, modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo elixa, modo assa, modo pipere, modo allio, modo cimino, modo sale cõdita, secundũ consuetudinẽ prægnãtium mulierũ desiderantes. Hi profectò non solum arguendi sed etiam deridendi sunt, qui quasi caupones ad omnem clepsydram eliciendi gustus gratia palatum extendunt. Igitur contra hæc vitia sananda necessarius est rigor disciplinę, qui istas gulæ petulãtias intra certum limitem cohibeat, quatenus se neque ad immoderatas delitias, neque ad nouitates, neque ad superstitiosas præparationes ciborum appetendas diffundat.

Secundo, quantum comedendum. Cap. XX.

Y DEinde sequitur custodia disciplinę in eo quantum quis sumere debeat, cuius mensura hęc mihi esse videtur, vt neque contra honestatem neque supra necessitatem. Nõ omnis venter idem capit, alius sic contentus, alius vero sic. Cui minus sufficit, iste priusquàm ad turpitudinem edacitatis perueniat, in superfluitatem offendit. cui multum opus est, in eo sæpe honestas comedendi læditur etiam priusquàm ad superfluitatem veniatur. Ergo ille cui parum satis est, magis superfluitatem caueat, ille vero cui multo opus est, magis ad honestatem attendat, quia neque ille nisi temperantiæ metas transierit, ad turpitudinem veniet, neque iste nisi prius honestatis oblitus fuerit, in superfluitatem impinget.

Tertio, quomodo comedendum.
Cap. XXI.

POstrema est obseruatio in cibo, quomodo quis cibum sumere debeat, Z
hoc est quàm munde & quàm temperate. De immunditia comedendi pauca exempla proferre sufficiat, vt dum in quibusdam suis partibus cernitur, facile per similitudinem vbique caueatur. Quidam inter comedendum dum scutellas exonerare volunt, quadrata ferculorum frusta adipem siue saginam superrorata distillantia mensalibus inuoluunt aut superinijciunt, donec iterum euisceratis interioribus ea quæ remanserant, in pristinum locum reponant. Alij bibentes, digitos mediotenus poculis immergunt. Alij vnctis manus ad vestimenta sua detergentes, rursus ad cibaria tractanda redeũt. Alij nudis articulis coclearis vice olera sua piscantur, ita vt in eodem iure & manus ablutionem & venter refectionem quærere videantur. Alij semicorrosas crustas & pręmorsas collyridas cibarijs iterando infigunt, & reliquias dentium suorum offas facturi in poculis demergunt. Hæc sicut supra diximus dicentibus erubescenda fuerant, si à facientibus præsumpta non fuissent. Nũc autem sustineat in audiendo verecundiam, qui noluit in faciendo habere disciplinam. Verum tamen hæc de immunditia indisciplinate manducantium ad exemplũ dicta sufficiant. Temperantiam manducandi intelligimus in eo, si tractim homo & non cum nimia festinatione comedat. vbi nos quidem quantum fieri potest modum & mensuram omnes tenere suademus, legem tamen nullam dare prosumimus, quia (sicut iam supra diximus) alius sic & alius sic. Hæc vobis fratres de scientia & disciplina interim nos diximus: Bonitatem vero orate vt vobis det Deus. Amen.

M. Hugonis de Sancto Victore Canonici Regularis Lateranensis Libelli de Institutione Nouitiorum Finis.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis (vt nonnullis persuasum est) primi quatuor librorum de claustro animæ post Prologum Capita.

¶ Libri Secundi post Prologum Capita.

¶ Libri Tertij post Prologum Capita.

¶ Libri Quarti post Prologum Capita.

Titulus

FINIS INDICIS.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, in Librum Primum de Claustro Animæ Prologus.

ROgasti nos frater amantissime, quatenus aliqua remedia tentationum, videlicet spiritualis delectationis fercula, fratribus vobiscum commorantibus quærerem ac propinarem. Quæsiui frater, & inueni. In solitudine etenim veteris testamenti pauculas radices salutiferas repperi. Ex terra vero Euangelij bene culta, quosdam fructus boni saporis attuli. Ex libris autem expositorum & aliorum quorundam sapientum, quasi ex agricolarum hortis quosdam flores collegi, vt in vnum congesta locum, suauem reddant odorem. Ex radicibus itaque, id est ex sententijs veteris testamenti, aliquod remedium sanitatis infirmi ruminando possunt percipere. Fortiores vero, ex fructibus euangelij tanquam ex opere bono reficiantur. Delicati autem, diuersis expositionũ floribus meditãdo delectẽtur. Sic Paulus Apostolus apud Miletam insulam egressus de mari, collegit multitudinem sarmentorum, vt socijs qui secum de maris periculo euaserant, ignem propter frigus accenderet. Vnde Beda super Actus Apostolorum. Sarmenta inquit, sunt dicta quęlibet exhortationum, quæ ad accẽdendam charitatẽ valentia, integritate decerpta scripturatũ, quasi frondibus, sunt excisa ramorum. Moraliter igitur mare, mundũ, nauis huius seculi vitam, naufragium, vitæ periculum, egressio de mari, renunciationem mundi, insula quæ mari supereminet, portum rectæ conuersationis significat. Paulus illos verbo prædicationis frigidos ac pigros fratres, & ex vndis mundanæ tempestatis abstractos, excitat ad amorẽ Christi. Sarmenta exhortationis sunt verba, ignis charitatem designat. Per viperã vero quę processit pulsa ab ignis calore, immundi spiritus siue detractores veritatis designantur. Quæ inuadit manum Pauli, id est opus doctrinæ spiritualis impedire nititur, detractionis morsus inferendo, & inuidię virus infundendo. Hanc viperam frater exhorresco, & ne virus detractionis inferat, cõgruũ est vt euitemus. Nulli ergo nostrum frater patefacias nomen, ne ex insipientia auctoris & personæ vilitate, operis nostri labor vilescat, & ne vipera cuius manum inuadere debeat, agnoscat. Placet quoque opusculi huius spatium in quatuor libellos releuandæ mentis gratia scindi, quia vt ait Beatus Augustinus, ita libri termino reficitur lectoris intentio, sicut labor viatoris hospitio. Primus quidem quid noceat claustralibus vel mundo renunciare volentibus, continet. Secundus vero claustri materialis ordinationem, in quo tenetur ho-

[Margin: A — Actu. 28. — Beda. — Pulcha moralitas — B — August.]

mo exterior, docet. Tertius animæ claustrum ordinat. Quartus, claustri non manufacti habitationem quæ est in cœlo, commendat appetendam. Summi quoque Abbatis scilicet Christi pacem quam ibi habet cum subiectis, hic hortatur cum fratribus exhibendam.

DE CLAVSTRO Animæ. Cap. I.

Quòd incipientibus ædificare, quærendus sit locus fundamenti. Cap. I.

C INcipientibus ædificare, quærendus est locus fundamenti, ne superpositi parietis congeries inclinet se ad ruinam. Solent enim ex hoc rationabiliter qui firmiter ædificare volunt, euersa, & eiecta terra, super firmam petram licet nimio labore quæsitam, ædificij sui ponere fundamentū. Diuersa est tamen diuersorum ratio ædificiorū. Ampla etenim palatia reges sibi ędificant, sed domus illorum sepulchra eorum in æternum.

Psal. 48.

Turres firmas in summis montium locāt, vallant aggere, & muro cingunt, montes non suis, sed pauperum manibus transferunt, circumductis solo imperio fluminibus, excludunt hostium vires. nihil tamen horum morti contradicere potest. Episcopi domos non impares ecclesijs magnitudine cōstruunt, pictos delectantur habere thalamos, vestiuntur ibi imagines preciosis colorum indumentis. Pauper autem sine vestibus incedit, &

D vacuo ventre clamat ad ostium. O mira, sed peruersa delectatio. Troianos gestat paries pictus, purpura, & auro vestitos, christianis panni negantur veteres. Græcorum exercitui dantur arma, Hectori clypeus datur auro splendens, pauperi vero ad ianuam clamanti non porrigitur panis, & vt verum fatear, pauperes spoliantur sæpe, & vestiuntur lapides, & ligna. Ornant prætoria columnis, fores domibus anteponunt, quæ vtinam pauperes includerent non excluderent. Ciues vrbium suarum munitiones studiose disponunt, vt sic incursus hostium repellant, excubias ordinant, vectes ferreos portis inserunt, portas suas muniunt custodibus. Sed tu ò Domine pone custodiam ori meo, vt non delinquam in lingua mea. Monachi faciunt sibi claustra quibus homo exterior teneri possit: sed vtinam claustra facerent quibus homo interior ordinate teneretur. Sic fratres, sic quidam turres ædificant, vt securius rapiant, alij sola delectatione, & superfluitate gaudent. Alij necessitate, & timore, ne opprimantur à potentibus, (vt diximus) laborare non desinunt. Claustra vero quasi castra Domini, alij Domino componunt, & sicut regum ministri turrium instaurata munitione securius fraudes inimicorum excludunt, sic homo interior, & homo exterior intra munimina claustrorum positi, antiqui hostis

Practica pulcherrima procōcionatoribus.

Psal. 140.

insidias, & temporalium rerum fragiles casus effugiunt. Vile igitur esse credimus, vt introducantur duæ personæ, & quod in rebus subtilioribus obscurum latet, per res oculis subiacentes liquidum fiat. E Sicut etenim accidit si duo socij aliquod castrum intrarent, cum ab hostibus oppugnari deberet, quorum vnus esset discretus siue prudens, alter indiscretus siue imprudens, vnus piger, alter expeditus, sic homo interior, & homo exterior. Discretus in die munitiones parat, erigit propugnacula, defensionis loca singulis assignat, officia præessendi iniungit quibusdam sociorum, concordiam docet, ieiunandi tempus indicat, ne fames, quæ clausis intrat portis, inter armatos victoriæ obtineat principatum, fraudem damnat, ne per aliquem hostis ingrediatur, sed ante omnia perseuerantem patientiæ constantiam habendam fore prædicat, & hortatur. In nocte vero excubias ponit, discurrit per vigiles, somnolentos increpat, & præ cæteris sæpissime socium excitat, quia piger est, & docet, quia indiscretus est. Si autem propius hostes accedant, machinamenta belli præparat, aries ianuam pulsat, tunc exit armatus, sustinet hostes, viribus hostium incursus repellit, quia expeditus est, prouidentia machinamenta dissipat, quia discretus est. Sic agit discretus non ad tempus, sed assidue, ne aduersarijs tradatur castrum, ne & ipse capiatur, & tradatur exactori, mittatur in carcerem, trahatur ad tormenta. Istius vita mores instruit audientium, loqui de eo etiam debilium mentibus præbet affectum. Audire enim diligenter bonum, & velle fieri, magna pars bonitatis est. Hoc est fratres officium discreti, & expediti. Indiscreti autem & pigri officium est, impedire discretum, tardare expeditum. Hunc talia agentem, labor expediti, discreti docta prouidentia facit participem laudis, & gloriæ. Quando autem liberatur ab hostibus castrum, cum socio Domini sui gratiam recipit, & remuneratur cum eodem. Sic contingit quandoque fratres, vt piger trahatur ad præmium, sed sæpius inuenisse contrarium in hac societate cognouimus. Mira res. Iste, qui talis antè fuerat, cuius probitas licet damno saeris extitisset, ab hostibus tamen laudari meruit, cuius prouidentia, sociorum murus extiterat, iste talis dico assiduitate quadam à socio victus, pigro consentit, indiscretum patitur, vagantem sequitur. Ecce fratres piger expeditum luctando deijcit, discretum indiscretus decipit. Sic vagantes extra castrum ab hostibus capiuntur, recipiunt pro munere pœnam, pro labore supplicium. F Adaptetur igitur proportionalis similitudo, ostendatur in homine interiori, & exteriori, quod contigisse potuit in duobus prædictis. Hominem enim exteriorem, videlicet carnem nostram, nemo dubitat indiscretum esse, & pigrum, animam vero id est hominem interiorem, & natura sua discretum, & expeditum, benignitas creatoris plasmauit. Ecce claustrum, id est Dei castrum intrauerunt ambo.

bo. ecce vndique hostium turbæ conclamant, quidam minantur, vt terreant, blandiuntur multi, vt decipiant, promittunt etiam aliqui, vt peruertant, insidiantur fere omnes, vt rapiant, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Extra, mundus totus exeuntibus obstrepit: intus vero sagittantur in occulto recti corde, volant ignea tela, confligunt hostes eminus, moriuntur multi: nullus sine vulnere, vnius diei periculum euadere potest. Sicut diximus: diabolus per quosdam de exercitu suo claustralibus minatur vt terreat eos: per alios blanditur vt decipiat, per alios promittit vt peruertat, per reliquos insidiatur vt rapiat. Sed qui sunt, qui minantur homini interiori & exteriori intra claustri iā munitiones positis, vel etiam aliquibus alijs de renunciatione seculi cogitantibus: in primis audiat bonitas vestra. Cū aliquis fratres charissimi claustrum intrauerit: vel cum adhuc positus in hoc sæculo admonente Spiritussancti gratia, de renunciatione mundi huius aliquid cum amaritudine mentis cogitare ceperit: tunc mundi huius princeps per delectationem temporalium minas incutit, per voluptatum varietates terrores accumulat. Qualiter autē per delectationem temporalium antiquus hostis minari non desinat: notum fieri forsitan non erit inutile.

Psal. 13.
Pro concionatoribus notabilia.

Qualiter per delectationem temporalium diabolus minari non desinat. Cap. II.

G IN primis etenim exteriorem hominem id est carnem nostram (quam pigro & indiscreto socio superius comparauimus) delectatione diabolus aggreditur. Inducit ei religionis formam & consuetudines eiusdem aduersantes carni: ostendit ei propositi difficultatem. Et cum hoc fecerit: quātum sit ad lapsum prompta humanæ naturæ fragilitas, prætendit: vestis asperitatem, lecti duritiam, vilium ciborum assiduitatem, laboris intolerantiam, prælatorum crudelitatem, fratrum discordiam, mentis ponit ante oculos. Addit etiam longa vigiliarum nocturnarum spatia, claustri tędium, constitutas silentij horas, ieiunij diuturnitatem, & ciborum licet vilium subtractionem. Et vt grauius terreat, & si fieri possit ad desperationem pertrahat, quid ex istis euenire mali queat, diligenter inquirit, & annunciat. Omnia ista imbecillitati carnis aduersaria esse testatur: & verum dicit, sed voluntarie patimur ista: quoniam ex his præmium æternæ beatitudinis expectamos. Ex istis ęgritudines insanabiles oasciturus affirmat. Non esse bonum, naturę complexiones turbare: cum ex subtractione ciborum mutentur complexiones, ex mutatione complexionum conturbatio naturę contingat: ex conturbatione naturę; infirmitas: ex infirmitate, mors. Ecce fratres diabolus Physicam docet: ecce medicus factus est, de complexionibus loquitur: infirmitates diuersas, si teneatur religio,

H
Minæ diaboli notabiliter descripta.

generari prædicat. Sed quare hoc? Non vt mederi velit: sed vt occidere possit. Non vt ęgritudines curet: sed vt securius inferat mortem. Videt ex subtractione ciborum, luxuriæ vires posse minui: & ideo non tardat minari ægritudinem. Timet ocium perire & somnolentiam destrui: & ideo laboris intolerantiam, & protensa vigiliarū spatia prętendit. Credit ex paupertate humilitatem nutriri, & ideo quęrit occasiones quibus humilitatis impediat aduentum. Paupertas enim (ut ait Beatus Gregorius) bonis mentibus solet esse custos humilitatis. Hæc assidue replicare claustralibus non desinit, hæc pluribus de renunciatione mundi cogitantibus ante ponit. O calliditas antiqui hostis: o ingenium sine sapientia, sed non sine malitia. abstinentiam & ieiuniū, & cętera quæ superius diximus, damnat, & per ista, naturā carnis deficere astruit, & tamen superfluitatis vitium tacet, per quod natura suffocatur, uel excedit terminos suos. Sic o fratres mū di huius princeps homini exteriori, id est carni p delectationem temporalium minatur vt terreat, sic locum munitionis aggreditur in quo nouit eē se debiliorem. Sed homo interior discretus, & expeditus, scilicet anima, excitatus tumultu minarum, sine mora socio ad defensionem adiungitur, implens illud quod Beatus Ambrosius dicit de arca Noe. Boni custodis præsentia (inquit) ibi frequentior est, vbi mori fragiliores sunt. Pigrum socium, ne deficiat, hortatur. Salomonis utitur consilio dicentis. Fili accedens ad seruitutē Dei, prępara animam tuam ad tentationes. Docet rationabiliter indiscretū, qualiter sustinere debeat minas hostium: religionis bonum commendat, delectationis uero pessimæ vitium damnat: monet eum ne exhorreat fluctuationem vitę huius, quia ad tempus est, sed ponat anchoram spei, & dicat. Expectabo eum qui saluum me fecit a pusillo animo & tempestate, non dabit enim in æternum fluctuationem iusto. Hortatur iterom illum ne contristetur in exercitatione sua, ne conturbetur a voce inimici, & a tribulatione peccatoris, sed dicat. Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. His & alijs multis incitamentis homo interior consolatur exteriorem, licet cum eo impugnetur, & conturbetur in exercitatione sui. Cum enim caro in se affligitur, vel sę cularium hominum patitur conuicia, tūc homo interior (vt ait Beatus Augustinus) affectus tædio, & multorum rabie circunlatratus, reluctatur odio, vt perficiat dilectionem, & in ipsa lucta contristatur, & ideo dicat cum Propheta. Exaudi Deꝰ orationem meam, & ne despexeris deprecationē meam, intende mihi, & exaudi me. Conturbatus est in exercitatione sua Petrus, cum ambularet inter vndas: vidit ventum validum venientem, & cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine pereo, salua me. A quo vento valido turbatus est Petrus? ait Beatus Augustinus, cum exponeret illum locum, turbatus inquit, est a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. Sic tētat Diabolus quolibet per huiusmodi tentationes a charitate remouere,

Grego.
I
Ambro.
Ecclesi.2.
Psal.54.
Psal.118.
August.
Psal.54.
Matt.14.

mouere, cui contradicimus cum Apostolo dicentes. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an aliquid eorum quæ sequuntur? Nemo igitur a charitate nos separet. Qui enim charitatem habuerit, annqui hostis minas timere non poterit, quia charitas foras mittit timorē, nec impugnationibus delectationum cedet qui charitatis vtitur clypeo, quia charitas patienter omnia sustinet. Hoc igitur clypeo homo interior & exterior vtantur ad defensionem, ne vel terreantur minis, vel impugnationibus cedant. Et hęc de prima propositione sufficiant.

Roma. 8. — 1. Ioan. 4. — 1. Cor. 13.

Quomodo blanditur diabolus vt decipiat.
Cap. III.

K PRimum per delectationem temporalium antiquus hostis minas prætēdit, nunc vero per pulchritudinem rerum temporalium homini blanditur vt decipiat. Pulchritudini enim adiūcta est delectatio, ita vt ipsa pulchritudo sit delectationis causa. Ad hoc illud pertinere credimus, quod in veteri testamento legimus scriptum de Patriarcha Abraam, a quo cum separari vellet Loth, & daretur ei à patruo eligendæ possessionis libertas, leuauit oculos & aspexit omnem regionem Iordanis, quæ irrigabatur, priusquàm euerteret Dominus Sodomam, & Gomorram, sicut Paradisus Domini. hanc elegit, sed postea inter diuersos reges ortum est bellum, & a quatuor regibus captum Loth, narrat historia. quo comperto Abraam numerauit vernaculos, & cum trecentis decem, & octo viris adeptus victoriam, nepotem liberauit. Notate fratres, cum separari vellet Loth ab Abraam, regionem aspexit Iordanis, quæ irrigabatur sicut Paradisus Domini, & loci pulchritudinem vtilitati prępoluit. Infirmior enim (vt ait Beatus Ambrosius) amœna eligit, vtilia fastidit. sic non tantum captus loci pulchritudine, ad amœna Iordanis descendit, sed etiam ab hostibus captus ibidem esse cognoscitur. Doceat igitur Loth hominem exteriorem, ne princeps mundi huius per pulchritudinem rerum blandiatur ei,

Gen. 13 — Gen. 14. — *Pulchra figura diligenter, & accurate, cōtemnibus accommodanda.* — Ambro.

L ne discedens a socio capiatur ab hostibus. Placeret forsitan alicui, si de adducto exemplo exquisitius loqueremur. Audiat ergo diligens lector qui non quos vult vel quando vult, explanationum potest habere libros, audiat non me, sed Beatum Ambrosium, cuius auctoritatem hic sequi uolumus, uel sensum nerbis alijs, uel eiusdem uerba ponentes. Et ut ad maiorem instructionem loqui valeamus, interpretationes nominum non sit annotari difficile. Abraam enim interpretatur pater, Loth vero declinatio, Iordanis autem descensio. Hæc omnia in homine possunt adaptari. quia mens iusti hominis, pater esse dicitur. Sicut enim pater filijs præsidet, sic mens iustis cogitationibus præsidet, & vagos sensuum motus, quasi quodam paternitatis dulci regit affectu. Loth autem declinatio dicitur. Separatur ergo Loth ab Abraam, quando aliquis a iustitia suæ mentis declinat. Duobus autem modis declinatio dicitur. Vnde Beatus Ambrosius ait. Cum Loth inquit declinaret malum, hoc est errorem, flagitium, crimen, tunc iungebatur patruo. cum autem declinaret bonum, hoc est iustum, innocentem, sanctum, sociebatur flagitio. Separari dicitur Loth ab Abraā, quia terra nō poterat eos recipere. Vt enim Beatus inquit Ambrosius, vna anima motus diuersos non recipit naturaliter sibi repugnantes. Sic per terram anima designatur, per Loth vero, motus quidam vitiorū declinantes a iustitia mentis, per Abraam, mentis perfectio. Nō potest enim eadem anima & mentis perfectionem & vitiorum multitudinem simul capere, quin ibidem separationem fieri contingat. In separatione vero, ipsi Loth datur electio. sed vt dicitur, deflectenubus a vero, amica est iactātia. Hinc est quòd Diabolus cum in prima creatione a veritate, id est a Deo discederet, primum superbię reatum incurrisse legitur. Inde etiam Loth leuauit oculos, quod est arrogantiæ signum. Sublimes enim oculos, scriptura superbiæ demonstrat esse notam. Discedens a veritate Diabolus, descendit de cœlo, discedens ab Abraam Loth, descendit ad oppida Iordanis. Descendit enim ad oppida Iordanis, quia (vt ait Ambrosius) virtutis consortium deserit, qui speciem eligit non veritatem. Sequitur autem, esse captum Loth, & quinque reges a quatuor esse superatos. Sed qui sunt illi quatuor reges qui de quinque triumpharunt, & adduxerūt totum equitatum Sodomorum, qui ceperunt etiam Loth filium fratris Abrææ? Quinque reges (ait Beatus Ambrosius) quinque sunt corporis sensus: visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quatuor reges, illecebræ corporales atque mundanæ sunt, quoniam & caro hominis & mūdus, ex quatuor constant elementis. Merito reges dicuntur, quia habet suum culpa dominatum, habet regnum grande. Vnde Apostolus. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sensus igitur nostri facile corporalibus delectationibus, & sæcularibus cedunt, & a quadam eorum potestate capiuntur. Corporales autem delectationes, & illecebras sæculi huius non vincit nisi mens, quæ fuerit spiritualis, adhærens Deo, & se totam a terrenis separans. Deflexio omnis his capitur. Vnde quod Ioannes ait, Væ habitantibus in terra, non vtique omnes homines comprehendit. (Sunt enim quidam in terris positi, quorum conuersatio in cœlis est,) sed eos quos terrenæ conuersationis affectus, atque huius vincit sęculi gratia. Ergo fratres, non habitatores sed accolæ simus terrę huius. Accola (vt ait Beatus Ambrosius) temporalis diuersorij speciem gerit. habitator autem omnem spem atque vsum suæ substantiæ illic collocat, vbi habitandum putauerit. Itaque qui est terræ accola, habitator est cęli. Qui autem habitator est terræ, possessor est mortis. Sic Loth id est declinatio capitur: dum habitaret in Sodomis.

Ambro. — Prou. 6. — M Gen. 14. — Rom. 6. — Apoc. 8. — Accola. Habitator.

mis. Habeat ergo, fratres, homo exterior, Loth & Abraam ante oculos, & hoc vtatur exemplari, ne pulchritudine rerum transeuntium tractus, à socio id est ab homine interiori separetur.

De quatuor causis tentationum, quæ omni homini fugiendæ sunt, & maxime renunciantibus huic sæculo habendæ despectui. Cap. IIII.

N

SVnt autem quatuor diuersitates rerum, quæ ad pulchritudinem pertinent, quas vocamus causas tentationum, quæ omni homini fugiendæ sunt, & maxime renunciantibus huic sæculo habendæ despectui. Sed quæ sint hæ causæ tentationum, & quare & quomodo fugiendæ, audientium mentibus pro captu nostro patefaciamus exemplis. Prima autem harum quatuor est loci amœnitas, vt ciuitates & oppida, quæ non tantum ex situ loci amœnitatem recipiunt, sed etiam ex inhabitantium gratia. Secunda vero causa est locus diuitiarum, vbi enim diuitiç, ibi periculum. Tertia vero causa est preciosus ornatus, vt est equorum cura pinguium, & vestimentorum exquisita varietas. Quarta autem est mulierum species, quarum (vt dicitur) uox blanditur auribus, & facies oculis. Ecce quę sint illæ quatuor tentationum causę, audiuimus, nunc autem quare fugiendæ sint, re-

O stat vt dicamus. Ideo etenim fugienda sunt ista, quia ex pulchritudine mulierum, voluptas carnis nascitur. Ex varietate vero vestimentorum, affectus placendi subministratur. Locus autem idest vrbes & oppida, dant opportunitatem impetrandi quod placet. Per diuitiarum vero affluentiam, quod placet impetrari solet. Sic fratres confluunt omnia ista vt perficiatur tentatio, & ideo dicuntur tentationum causę. Confert enim pulchritudo delectationem, ornatus affectum, locus opportunitatem, diuitiæ effectum.

Pulchra consideratio. Hę sunt illæ quatuor, quarum illa est prima cum qua fit tentatio, secunda propter quam fit, tertia in qua fit, quarta per quam ducitur ad actum. Cum muliere etenim speciosa, delectatio carnalis, quæ cum turpi non fieret, perficitur. Propter ornatum corporis placet, quę sine ornatu uidentibus displiceret. In opportuno vero loco res ad finem trahitur, quam importunitas impediret. Sed licet illa tria confluant, licet pulcher sis, & perornatis vestibus incedas, si tamen desit pecunia, inuenietur ab illa competens dilationis occasio. Restat igitur ut per pecuniam, cœpta tenta-

2. Reg. 11 Bersabee. David. tio finem recipiat. Bersabee Vriç Ethei uxor, cum lauaret se in solario domus suę, propter pulchritudinem placuit Dauid, placuit & traxit ad crimen: fuit igitur Bersabee causa cum

Gen. 38. Iudas. Thamar. qua fieret tentatio. Iudas cum in Thamnas iret ad tondendas oues, Thamar nurum suam in meretricio habitu sedentem in biuio reperit, cum reperta rem habuit. Quid ergo fratres? Placuit Iudę Thamar, num propter pulchritudinem, cum etiam quęnam esset ignorabat? Consequens ergo est ut ornatus meretricij habitus sit aliqua causa propter quam Iudas compleslet delectationem carnalem. Am- *Ammon. Thamar. 2. Reg. 13* mon uero filius regis Dauid, cum vehementer Thamar sororem suam diligeret, opportunitatem loci quę fuit & inuenit, infirmum se esse mentitus est, impetrat à patre suo sororis aduentum, solus solam aggreditur, poscit coitum, negat illa, negantem opprimit, vim inferens oppressæ. Doceat igitur nos Thamar opportunitatem loci fugere, ne in ipso fiat præmeditata tentatio. Si- *Matt. 26.* militer Iudas Scariotes opportunitatem quærebat, vt Iesum Iudæis traderet. Per pecuniam etiam Iesum Iudęis traditum esse nouimus. No- *Matt. 27.* uimus etenim Iudam furem esse & loculos habere, quod per hoc etiam euidentius ostenditur, P quòd triginta argenteos remisisse in templum, & ibidem proiecisse legitur. Timeat ergo vnusquisque nostrum ne per pecuniam decipiatur, cum vnus ex duodecim, illum, qui diligendus est super aurum & topazion, qui mundi etiam precium tam paruo mutauerit precio, vendiderit. Au- *Attendāt Monasteriorū procuratores Verbis Hosce exemplaribus.* diant igitur hæc vt sibi caueant, illi, qui loculos portant, qui pecunias seruant, qui nundinas & fora pro necessitatibus fratrum frequentant, qui sæcularium domos & curias perlustrant. Deuitent ergo huiusmodi fratres solarium Bersabee, biuium Thamar, thalamum Ammon filij regis Dauid, deuitent etiam personas infames, hospitia suspecta, munuscula dare & accipere, pecuniam plurimam congregare, ne in ipso laqueus lateat, in quo cum alio pereant. Ecce, quæ sint illę quatuor tentationum causę, & quare sint fugiendę, præmisimus. Nunc Q autem qualiter vitari queant, pro modulo nostrę imbecillitatis assignemus. Pulchritudinem igitur mulierum & delectationem carnalem, quę inde procedit, per oculorum & cordis pudicitiam ne noceat vitare possumus. Ad hoc pertinet illud quod in regula clericorum scri- *August.* ptum à Beato Augustino legitur. Impudicus (inquit) oculus, impudici cordis est nuncius. Qui damnat impudicitiam, pudicitiam laudat. Sunt enim contraria immediata, & necesse est alterum inesse circa suum susceptibile. Pudicus oculus, ianitor est cordis, sedet ad ianuam, nec permittit intrare quod noceat, nihil nuociat nisi quod deceat, quicquid indecens esse nouerit, excludit & eliminat. Impudicus vero quęrens quod placeat, per omnia discurrit, volentes intrare pariter, nolentes vero monet & hortatur. Vnde scriptura dicit. Oculi prima tela sunt *Eccl. 26.* adulteræ. Solent homines tribus generibus armorum vti ad defensionem, telis videlicet hasta & gladio. Longe positi vulnerantur telis, in illos qui cuspide tangi nequeunt, vibratur hasta, cum pugnatur comminus, officium suum gladius implet. Similibus armis utitur impudicitia ad expugnandum hominem exte-

exteriorem, quod in Ioseph Patriarcha veteris te-
Gen. 39. stamenti contigisse narrat historia. Ait enim scri
ptura. Et immisit vxor domini sui oculos suos in Ioseph. Hæc sunt impudicitiæ tela, quibus vulnerantur multi licet longe positi. His telis, oculorum pudicitiam opposuit. Scriptum est enim. Noli intendere mulieri fallaci, ne capiaris oculis,
Prouerb. 5. neque rapiaris palpebris eius. Petulans enim libido est. De qua petulantia oculorum dicit Bea-
August. tus Augustinus in regula clericorum. Si hanc petulantiam in aliquo vestrum aduerteritis, statim amouete ne cœpta progrediatur, sed de proximo corrigatur. Nec tantum petulans est libido,
Gen. 39. sed etiam procax. Ait enim vxor domini Ioseph ad ipsum Ioseph. Dormi mecum. Hæc est vibratio hastæ, blandientis adulteræ sermo. Huic
Vide quã lepide discurrat. opponitur cordis munditia. Venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas, sed audit scripturam dicentem. Non te seducat mere-
Prouerb. 5. trix multo blandimento sermonis, nec laqueis labiorum suorum te alliget. Nec tantum petulans & procax libido est, sed & importuna. Tenuit enim vxor domini sui vestem Ioseph, & ait Am-
Ambro. brosius. Teneri veste potuit, qui teneri non potuit animo. Hic est gladius, quo configitur comminus, mollis scilicet adulteræ tactus. Huic resistit Ioseph per munditiam cordis & corporis, respuit enim adulteræ tactum, rupit fimbriam
Prouerb. 5. ne serperet contagium, & ideo scriptum est. Ne motus fueris ad alienam, neque contineas amplexibus non tuam. His igitur modis docet nos Ioseph, ne per pulchritudinem mulierũ ad dele-
R ctationẽ trahamur. Vestium vero ornatum & affectum qui inde subministratur, vilis habitus amor exterminat. Nemo enim qui vere habet proprij habitus contemptum, alieno delectatur ornatu. Sed & loci opportunitatem, ne tentationi sit congrua, claustri assiduitas excludit. Qui enim discurrunt per alienas domos, qui assiduitate secularium gaudent hominum, qui fotis spectacula sequuntur, qui non ad necessitatem communem, sed ad propriam voluntatem sunt parati, qui causas itineris sui non habent sed fingunt, tales dico sicut sunt faciles ad discurrendum, ita forsitan proni sunt ad ea quæ loci opportunitas subministrat. Secura est ergo claustri assiduitas, quam cura rei familiaris non turbat, quam non solicitant accessus hominum. Ibi inter fratres, alterius ad alterum diligens habetur custodia, ibi prælatorum subiectis discreta prouidet solertia, ibi silentium aufert locum confabulationibus, lectio assi-
Prouerb. 30. dua extinguit iram. Scriptum est enim. Ira prolata crescit, dilata minuitur. Ibi disciplina cæteros motus cordis seruire cogit munditię, & omnis opportunitas, quę est ad malum, per claustri assiduitatem excluditur. Per paupertatem verò voluntariam, pecunię affectus (de
S quo superius locuti sumus) exurpatur. Restat igitur vt per pudicitiam cordis & oculorum, delectatio carnalis excludatur, per amorem vilis habitus, vestium preciosarum varietas subtrahatur, per claustri assiduitatem, opportunitas quę est in malum priuetur, per voluntariam paupertatem, affectus pecunię annihiletur. Istis vtatur homo interior & exterior ad defensionem, ne per pulchritudinem rerum temporalium (quæ per illa quatuor blanditur ei) decipiatur. Anteponat cœlestia terrenis, ęterna transitorijs, decoris pulchriora, bonis meliora. Terrena corrumpuntur, finem expectant, pulchritudinis amittunt florem, bonitatis fructu priuantur. Cœlestia vero termino carent, non corrumpuntur infirmitate, non franguntur senio, non annihilantur vetustate. Felix ęternitas quæ corruptione caret, infelix illa quam comitatur ęternaliter corruptionis defectus, quę ideo durat vt crucietur, ideo ęternaliter cruciatur, quia sine fine peccarent homines si possent. Decipitur igitur qui pulchritudinem temporalium blandientem sibi sequitur, sed anteponat spiritalem, vt videat regem in decore suo.

¶ *Quomodo promittit diabolus vt peruertat.* Cap. V.

Ontingit quandoque vt qui minis T
terreri nequeunt, nec blandimentis acquiescunt, promissis citius flectantur muneribus. Ideoque tertio loco competentius, qui sunt illi, qui promittunt homini interiori vt eum peruertant, videamus. Prudentia mundi ipsa est, quę promittit vt peruertat. Promittit enim duo, preciosa videlicet & sublimia, hoc est diuitias & honores. Alterum cupiditatis, alterum superbię. Hęc sunt latera scalę, per quam diabolus descendit de cęlo ad inferos. Promittit nobis mundi prudentia, sed nihil dat, & si aliquando recipiunt homines quod promittit, non datur illud sed emitur. Dat mundus opes, sed non gratis. Qui enim efficitur seruus peccati pro ipsis, non accipit gratis. Dat honores, sed non sine precio. Quibus promittit mũ- *Promissiones mundi vanæ.*
dus opes, & cuius sunt opes quas promittit? Quomodo dat, & vbi dat quod promittit? Raptoribus promittit agricolę substantiam, oues viduę, agros pupilli: Fœneratori, vicini sui domum, amplitudinem possessionis, diuitiarum affluentiam. Ecce quibus promittit, & cuius sunt quę promittit. Stulta est hæc prouidentia, quæ thesaurizat & ignorat cui congreget ea. Militibus promit Psal. 38.
tit inter enses lucra, inter telorum grandinem, sub metu carceris, sub mortis periculo: Negociatoribus vltra mare promittit lucrum per mortis fauces, ibi naufragij timor, ibi vento commendantur opes & animæ. Ecce quomodo dat & vbi dat quod promittit. In vtroque periculum, in vtroque difficilis acquirendi modus. Ibi promittit lucrum, vbi dare queat sepulchrum. Claustralibus uero uagandi licentiam, quam rigor claustri abstulerat, repromittit: fabulosas vero confessiones ociolorum, platearum plausus, fori spectacula, ciborũ af
fluen-

fluentiam, vestis mollitiem, & vt cuncta compleam, libertatem, faciendi quod placet, supradictis accumulat. Ecce pugna difficilis. Ecce Iabin rex Asor pugnat contra filios Israel. Ecce ad Chananeos mittit qui habitant in maritimis & per montana & per campos, ad regem † Simeon, & in † Fennendor, sed & multos alios congregat, quos est enumerare difficile. Sed quid ait Dominus ad Iesum filium Naue qui principatum post Moysen susceperat? Ne verearis (ait Dominus) faciem illorum, quia crastina die ad hanc horam tradam eos sauciados ante faciem Israel, & equos eorum subneruabis, & currus eorum igne combures. Audiat hoc qui est de exercitu Iesu, non filij Naue, sed filij Dei. In vno enim quoque homine bellum hoc reperiri potest. Iabin enim rex Asor congregat exercitum. Iabin autem interpretatur sensus sine prudentia. Asor vero aula, id est mundus. Mittit ergo ad Chananeos qui habitant in maritimis locis, vicinos fluctibus, qui in montibus & fluctibus permouent cuncta, qui sunt ex genere Chanaan, filij Cham, filij Noe. Cham interpretatur calor. Chanaan vero commotio. Qui autem calet, cito commouetur. Mittit & ad montana, id est ad illos qui gloriantur in sublimibus, & ambulant in magnis & mirabilibus super se. Mittit & ad campos, id est ad eos qui terrena sapiunt, qui planitie voluptatum delectantur, qui sunt quasi pecora campi, proni ad vitia. Mittit & ad regem Simeon, qui interpretatur exauditio. In bonam quandoque partem ponitur exauditio, vt cum dicitur. Vocem fletus mei exaudiuit Dominus, secundum quod Simeon vnus de Patriarchis nomen accepit. Exaudierat enim Dominus precem matris eius. Dicitur autem e contrario exauditio, quando quis exaudit præceptum Diaboli. Solet enim dicere. Si procidens adoraueris me, dabo tibi hæc omnia. Et ad Euam dixisse legitur. Eritis sicut dij. Promisit esse Deos vt faceret reos. Et inde dicitur Simeon, quia qui sic exaudiunt Diabolum, cum rege Asor occurrunt Israelitis. Mittit & in Fennendor. Fennendor interpretatur conuersio. Conuersio dupliciter dicitur. Est enim conuersio qua quis ad Deum conuertitur. Est & alia de qua Apostolus ad Galathas dicit. Currebatis bene, quis nos impediuit, id est à cursu bono & opere recto conuertit? Hi sunt qui sequuntur Iabin regem Asor, id est prudentiam mundi. Prouideant igitur sibi homo interior & exterior, vt superatis huiusmodi hostibus equos eorum subneruare non differant, sed & currus eorum igne comburant. Est in hoc exercitu elationis currus, in quo per similitudinem rotas quibus feratur, equos qui ipsum trahant, aurigam qui regat, quive sedeat in ipso curru, assignare possumus.

[Margin notes: Iosue. 11. — † Semeron. — † Cenero th. — Iosue. 11. — Pulchra Côtionato re figura. — X — Psal. 6. — Genes. 29 — Genes. 3. — Matt. 4. — Gala. 5.]

¶ *De curru elationis.* Cap. VI.

Quatuor enim sunt qui trahunt currũ elationis, id est amor dominandi, amor propriæ laudis, contemptus, & inobedientia. Rotæ vero sunt iactantia mentis & arrogantia, verbositas & leuitas. Auriga in hoc curru potest esse spiritus superbiæ. Amatores mundi sunt qui feruntur in hoc curru. Infrenes sunt equi, volubiles rotæ, auriga peruersus, & qui portatur infirmus. In vtroque periculum, quia semper casum & ruinam minatur superbia. Rotæ sequuntur equos. Præcedit enim amor dominandi, iactantiam, amor propriæ laudis, arrogantiam, contemptus leuitatem, inobedientia verbositatem. Solent enim inobedientes in verba defensionis prorumpere. Præcedentes huius currus rotæ altiores sunt posterioribus, & ideo descendere nouit non ascendere, viam nouit ad inferos non ad montem domini. Similiter currum voluptatis & equos luxuriæ, & quælibet vitia quibus trahuntur homines quasi equis ad peccatum, subneruare non differamus. Possunt enim huiusmodi equi vigilijs & orationibus, ieiunijs & labore continuo subneruari. Currus vero igne sancti spiritus comburi possunt. Hic est ignis, hæc sunt arma claustralium. Hi sunt qui interficiunt Iabin, qui Chananeorum habitantium in maritimis commotionem non timent, qui superbis habitantibus in montanis non cedunt, nec voluptuosis camporum planitie gaudentibus commiscentur, à quibus non exauditur supradictus Simeon, nec conuertuntur cum illis de Fennendor, sed interficiunt regem cum exercitu, subneruant equos & comburunt currus. Ascendamus ergo summi regis currum, & persequamur hostes. Habet enim equos suos Christus, de quibus dicit propheta. Ascendisti super equos tuos & quadrigæ tuæ saluatio. Horum (vt ait Beatus Ambrosius super Beati immaculati) frena pacis, habenæ sunt charitatis, constrictæ inter se concordię vinculis, & iugo fidei subiectæ, quatuor rotis euangelij bonum aurigam portantes verbum Dei. Cuius flagello fugantur illecebræ seculares, & mundi istius princeps exterminatur. Mira res. Rota intra rotam currebat, & non impediebatur currus celeritas, id est nouum testamentum in veteri testamẽto, intra illud currebat, per quod annunciabatur.

[Margin notes: Y — Quid mo-dernos Con-cionatores inuectiuã fin dissime sabidat. — Z — Abac. 3. — Ezec. 1.]

¶ *Quomodo insidiatur Diabolus vt rapiat.* Cap. VII.

Nunc autẽ vltimo loco de superbia quæ isidiat vt rapiat, est agẽdũ, quæ licet peccati initiũ fuerit, tamẽ (vt ait beat' Augustin') prima fuit, & vltima delebitur. Hæc est quæ seculares possidet & retinet, nouiter cõuersos vexat & reuocat, iustos vero tentat & illaquat. In secularibus appa-

[Margin notes: A — Superbia.]

blanditur, & peiores efficimur. Quid promittit Christus? vitam æternam. Quid minatur? ignem æternum. Quomodo blanditur? expectando per misericordiam. Non promittit vt peruertat, sed conuertat. Eijcitur tamen, & contingit illud quod

Matt. 21. scriptum est in euangelio: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Fit igitur mens hominum quandoque spelunca latronum, fit domus negociationis; fit meretricis prostibulum. Fit spelunca latronum, quando aliquis inuidendo fratri suo vt detrahat insidiatur, & virtutum spoliat indumentis. Fit domus negociationis, quandò pro

K ijs quæ agimus, humani fauoris forum frequentamus, & ibidem ementes & vendentes, laudem pro bono opere quasi stulti mercatores recipimus. Fit meretricis prostibulum, quando in thalamo castæ mentis, lupanar libidinosæ delectationis erigitur. Hoc quod dico sæculares pertimescant, & similitudinem quam de duobus socijs assignauimus prætendat, ne cum intrauerint religionis claustrum, iterum impugnati, anqui

F hostis ditioni subdantur. Nunc autem fratres nos qui claustrum intrauimus, aliquid pro exhortatione sæcularium contra ea, quæ superius minatus est diabolus per delectationem temporalium, pro modulo imbecillitatis nostræ dicamus. Audiant igitur sæculares quos temporalis delectatio retinet, qui religionis abhorrent habitum, quàm suauis sit veræ religionis cohabitatio. Audiant pauperes & lætentur: mediocres, & hortentur alios: diuites & confortentur. Abundans est enim religio pauperi, mediocri sufficiens, tolerabilis diuiti, infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, pœnitentibus misericors, peruersis seuera, bonis optima. Hæc autem sunt nouem beneficia religionis. Immoremur igitur diligentius in singulis, ut ex beneficijs suis bonitas religionis agnoscatur.

Quòd abundans pauperi sit religio. Cap. IX.

G Abundans est inquam pauperi religio. Audiant igitur pauperes & lætentur, audiant & obediant. Paupertatis sunt tres species. Sunt enim quidam qui rebus temporalibus egent sed inuiti, & hæc vocari solet egestas. Egent enim rebus & egent bona voluntate, qua diuius nihil esse potest. Nihil enim diuius bona voluntate. Sunt & alij qui rebus abundant, sunt tamen pauperes spiritu, & hæc est aurea paupertas, quia licet affluant diuitiæ, corda tamen nolunt apponere. Hæc & illa periculum habent, sapiens autem periculum vitat. Sapiens autem erat Salomon, qui

Prouerb. 30. aliam paupertatem desiderabat. Quam? Illam quæ daret victui necessaria. quæ est illa? mediocritas. Est enim hæc tertia species, hanc vocant philosophi frugalitatem. Vnde Seneca in epistola ad Lucilium cum laudaret paupertatem voluntariam ait: Frugalitas est voluntaria paupertas. Sunt enim quidam de hoc sæculo venientes ad religioné vel ecclesiam, quorum paupertas (Beato Augustino attestante) talis erat quando foris erant, quòd nec ipsa inuenire poterant necessaria. Quorum cellario non hæreditas, non patrimonium, sed manuum labor annonam præbebat, & si cessaret manus, panis deficeret. Quibus pœnuria, quę nihil penè tribuit, vestes qualescunque ministrabat. Tales quandoque ecclesias intrant quę largis abundant possessionibus, vt in ecclesia possint honorari, qui in sua domo non nisi contemptibiles esse potuerunt. Qui si forte ecclesiam in qua paupertas amatur intrauerint, illico de discessu cogitant, causas fingunt, intolerabilem dicunt illius loci consuetudinem, nimiam prelatorum seueritatem prætendunt, aliqua de fratribus opponunt sibi, quę cum nolint pati, dicunt quòd non possunt, & hoc totum callide machinantes, vt competentius ad ditiorem valeant transire ecclesiam, quasi humiliter rogant à vinculo professionis absolui, miscentes blandis aspera: minantur enim scandalum, si male discesserint & iurant in alia ecclesia se quietę mentis esse posse, in sua vero nunquam. Si vero ad vltimum negetur quod postulant, tunc audires qualiter erigunt ceruices contra eos, ad quos foris accedere non audebant. Tunc videres qualiter illic diuites humiliantur, & pauperes illic inflantur. Respondentes abbati suo fronte libera, accusant fratres quosdam, criminosos vocant, iustos quosdam per ironiam, quos vero iustos negare non possunt, inuidentes bono, nimium iustos appellant. Quid plura? Tandem fracto propositi sui voto discedunt, honorari gaudent, abiectionis pristinę obliuiscuntur, genus suum erubescunt, proprio nomine nolunt appellari, amant nomina dignitatum. Si vocentur abbates, si prępositi, si priores, arridet oculus, hilarescit facies, apparent in vultu signa conscientię, & sic nunciat animus quid optat. H Huiusmodi pauperibus non promittit Christus regnum sed infernum. Sunt tamen alij qui ex paupertate ad ecclesiam venerunt, quibus si dentur necessaria, ex humilitate putant esse superflua, ocium diei vnius putant esse sacrilegium, saturari vilibus cibis arbitrantur vitium, nulli se ęquales esse, ex debito cunctis seruire existimant, aliquantulum bonas erubescunt vestes habere, & nisi condiret humilitatem discretio, vti licitis licitum esse dubitarent. Tales sequuntur Christum pauperem itinere recto, quia pauperes pauperem, humiles humilem sequuntur. His dantur ad necessitatem temporalia, & promittuntur ad ęternitatem cœlestia, hoc est enim primum religionis beneficium, vt egentibus necessaria pręstet, & nulli sit ingrata.

Considerēt ista prelati pauperes & superbi.

Quod ſufficiens ſit mediocri religio. *Cap. X.*

I SVfficiens eſt mediocri religio. Sufficere debet, quia neceſſaria præbet. Dat ſatis, dat gratis. Sed forte dicat aliquis. Nec dat ſatis, nec dat gratis. Non dat inquit gratis, quia cum neceſſaria largiatur ac impendat, laborem exigit. Noluit Deus vt pro labore dentur neceſſaria, ſed pro labore temporali quies æterna promittitur & datur. Dat ſatis, vt diximus. Duobus enim (vt diximus) modis egena eſt humana conditio, vno quo natura deficit, altero qui naturam afficit. Fame natura deficit, frigus naturam afficit, ſed mediocritas vtrumque reficit. Dat enim quo natura caleat, & quo conualeat, & hoc ſufficit naturæ. Non enim ad hoc vt ſatisfiat humanæ naturæ, color ſed calor, non delectatio ſed ſuſtentatio naturæ quæritur. Dat igitur mediocritas ſatis, & dat gratis. Mediocritas eſt quaſi via plana, in qua nec celſitudo diuitiarum lapſum minatur aſcendentibus, nec profunditas egeſtatis cadentibus reſurgendi ſpem negat. Hæc eſt via regia, de qua dicit Dominus ad Moyſen vt incederet via regia, nec declinaret a dextris ſiue à ſiniſtris.

Deute. 5.

K Tres ſunt viæ, & tres qui gradiuntur per illas: Egeſtas, mediocritas, diuitiæ, pauper, mediocris, & diues. Mediocritas eſt via media, quæ tenenda eſt, quæ ducit ad ciuitatem ſummi regis, à dextris vero & ſiniſtris ſunt egeſtas & diuitię. Mediocritas vero quaſi menſura quædam, qua totius bonitatis ſpatium terminatur, verbi gratia. Cum aliquis à iuſtitia deficit (ſicut de Heli ſacerdote legitur) tunc vt ita dicam quaſi curtitudine quadam deficit à menſura bonitatis. Cum vero vſque ad crudelitatem per intemperantiam iuſtitia protenditur, tunc quaſi longitudine quadam, bonitatis excedit menſuram: & hęc eſt menſura ſufficiens mediocri, quia nec ſubtrahit neceſſaria, nec impendit ſuperflua. Primum igitur beneficium fuit neceſſaria dare egentibus, ſecundum verò eſt mediocri neceſſaria non ſubtrahere.

Mediocritas eſt via Regia.

Tres viæ incedendi, in hoc mundo.

1.Reg.2.

Quod tolerabilis ſit diuiti religio. *Cap. XI.*

L TOlerabilis eſt diuiti religio, portari poteſt. Iugum, taurorum ceruices humiliat, onus quod trahitur, ſuperbiam carnis (quę quaſi ex adipe procedit) domat. Sic iugum Chriſti ceruicoſitatem noſtram inclinat, ne ſimus quaſi bos cornupeta, qui effundit ſanguinem. Onus autem eius carnem noſtram macerat, ne laſciuiens in luxuriam defluat, aut vagabunda inſequatur ocium. Onus noſtrum, vita Chriſti, doctrina vero eius, quaſi iugum nobis imponitur, alterum leue eſt, alterum ſuaue. Sed dicet forſitan aliquis. Onus Chriſti non eſt leue ſed graue, iugum eius non eſt ſuaue ſed aſperum. Vita enim Chriſti eſt opprobria pati, nihil poſſidere, affligere corpus, mori pro proximo. Sed cui eſt hoc onus leue? Audiant cui. Cupio (inquit Paulus) diſſolui & eſſe cum Chriſto, & alibi. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar. Mira res. Hęc abhorrent quotidie ſęculares, & hæc quotidie patiuntur. Timent opprobria pati pro Chriſto, pro mundo autem patiuntur opprobria ſempiterna. Mori pro Chriſto pertimeſcunt, & pro temporali lucro quotidie moriuntur. Nonne eſt leue mori pro proximo, & eſſe cum Chriſto? Spes muneris laborem imminuit. Vere onus leue vita Chriſti, quia nec multa portat, nec diu portat. Terminus enim mortis prope eſt, & caret pondere diuitiarum religio, non acquirit cũ cupiditate, non poſſidet cum amore, non dolet ſi amiſerit. Iugum vero Chriſti ſuaue eſt. M Doctrina enim eius quaſi iugum, quia ſubiugare ſolet colla ſuperborum: vinculum vero dilectio. Audi quàm ſuaue iugum imponitur ceruicibus noſtris. Dilige, inquit, proximum tuum ſicut teipſum, & alibi. Diligite inimicos veſtros, benefacite ijs qui oderunt vos. Ecce fratres iugum cum vinculo, hoc eſt doctrina de dilectione. Iungit dilectio iugum ceruicibus, quia doctrinę tunc iugo ſubijcimur, quando doctrina cum dilectione recipitur. Iugum vero diaboli grauat & opprimit. Iugum eius peccatum eſt, vinculum eius conſuetudo peccandi, onus quod portatur, pœna peccati. Sub hoc iugo tenentur duo, caro ſcilicet & ſpiritus. Hoc iugo premuntur diuites, multa enim patiuntur diuitum ſuperbia, vincula, carceres, frigus, famem quandoque tolerant. Nouimus fratres diuitum menſas, nouerunt & aliqui veſtrũ. Proteruitas acquirit ibidem ſibi locum, non ſimplicitas, quibuſdam datur ibi cibus abſque potu, & econuerſo. Multi vero ieiuni ſurgunt à menſa, & tamen læti vrbanitate quadam, famem ſuam conſolantur. Iã cœperunt prandia diuitũ nõ pręcedere cœnã: cœna enim diuitum aut tenuis aut nulla. Menſa vero religionis ordinata, ſufficiens, non ſuperflua. nullus amittit locum ibi cum rubore, quia omnia diſponit humilitas. Ieiunant etiam milites vt aliena bona rapiant, ſimiliter ieiunant ſcholares vt ſubtiliores fiant, & nolunt ieiunare vt audiant, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Dicit Chriſtus reficiam, dicit homo deficiam. cui credam? Credo quia qui potuit hominem facere, poſſit & reficere. Venite inquit qui laboratis, laboratis dico in luto & latere. Lutum Aegypti tenax, fœtidum, mixtum ſanguine, lateres eius indiſſolubiles, igne cupiditatis & flamma libidinis cocti. In his laborant diuites. N Labor diuitum grandis, vigilant inſidiantes pauperi. Hinc frigus, hinc ieiunes pauperi. Hic loricæ pondus ſuſtinet, ille graditur inermis inter tela. Leuior eſt labor clauſtri, & tamen timetur. Leuius eſt pondus tunicę quam loricę. Tutius eſt clauſtrum quàm caſtrum. Tutior abbatis obedientia, quàm regis iuſſio.

Philip.1.

1.Corin.9

Practica pulchra ad ſæculares.

Matt. 22.

Matt.5.

Pulchra de iugo vinculo, & onere diaboli.

Matt. 11.

Exod. 1.

Magnum diſcrimen inter clauſtrum, & ſæculum.

Hic

Hæc inter gladios mittit, illa periculum vitat. Laborant multi, sed non prodest eis. Laborauit
1.Reg.15 Saul & Agag rex Amelech, sed labor eorum cassus. Laborauit Dauid & Salomon, hic pugnando, ille ædificando, vtris labor vtriusque. Pugnauit Dauid vt vinceret, ædificauit Salomon vt requiesceret. Pugnemus cum Dauid, non contra Dauid in Iudæa, vt habitemus in Hierusalem cum eo. Multa passus est Dauid. Cum ad-
1.Reg.17 huc esset in domo patris sui, vicit leonem & vrsum. In exercitu Israel Goliam interfecit. Dum vero seruiret Saul & obediret ei egrediens ad imperium regis, cogitabat tamen Saul in-
1.Reg.18 terficere eum. Porrò Dauid obtinuerat gratiam Ionathæ, qui nunciabat ei regis animum. Cum vero mortuo Saule Dauid regnum susciperet, impugnatus à filio suo Absalon, cum senioribus
2.Reg.15 populi fugiendo periculum vitauit, nec exoptauit filij mortem, sed & filium & Regem mor-
2.Reg.18 tuum planxit. Patet moralis sensus. Dauid enim
O cum puer esset in domo patris sui, vicit leonem & vrsum. hoc autem fit cum aliquis adhuc positus in seculo, superbiam ac luxuriam in se destruit. Post hæc in exercitum Israel veniens Goliam interfecit, id est congregationi fidelium fratrum adiunctus, Diabolum superat. Obediens fit prælatis licet peruersis, & hoc est ingredi & egredi ad imperium Saulis. Inquietatur à Saule Dauid, sed Ionathæ gratiam obtinet qui consolatur eum, quia spiritus sancti donum habet à quo consoletur. hoc enim interpretatur Ionathas, columbæ id est spiritus donum. Mortuo Saule Dauid quem elegerat Dominus, à populo sublimatur in regnum, quia qui humiliter subesse didicit, ad prælationis honorem erigitur. Persequitur Absalon patrem, multa enim prælati à filijs spiritualibus patiuntur. Plangit Dauid persequentem filium, quia quilibet pater spiritualis de peruersitate filiorum (quæ est mors animę) contristatur. Tres planxit Dauid, filium, amicum, & ho-
Nota hac extimatur. stem, id est Absalon, Ionathan, & Saulem. Implet Dauid omnem legem, scilicet naturalem, scriptam, & euangelicam: naturalem, cum plangit filium, scriptam, cum dolet pro amico, id est pro Ionatha: euangelicam, cum plangit hostem id est Saulem. Qui talis est non abhorret claustri labo-
2.Reg.6. rem, sed saltat cum Dauid nudus ante arcam. Labor claustri tolerabilis est, quia mediocritas laborem temperat, nec aufert diuiti nisi superflua. Religio quod nocet aufert, quod necesse est ministrat, & ideo tolerabilis est diuiti.

¶ *Quòd larga sit infirmis religio. Cap. XII.*

P Arga est infirmis religio. Quatuor autem sunt infirmitatis species. Quidam enim sunt qui infirmatur ex senio, alij vero ex membrorum lęsione, alij ex infirmitate ad tempus recedente, alij vero continuo deuinentur languore. Sunt autem aliqui quorum senectus est garrula, iracunda, plena prouerbijs, fabulis vacans, & licet oculus eorum cęcutiens tenebrescat, licet manus tremebunda cesset ab opere, licet officium suum pes ignoret, licet totus corpore & animo curuus incedat, tamen vt ait Beatus Augustinus in libro de duodecim abusionibus sęculi, cum de sene irreligioso loqueretur, cor & lingua eius non senescunt. Hi sunt qui gloriantur cum male fecerint, qui gloriantur se fuisse diuites, bella principum sęcularium non pacem sanctorum recitant, ad cantas vocari volunt quia pręterita nouerunt. Tales accusarent Susannam, si laudare velles, & laudarent Iezabel mulierem fornicariam, & ideo iudicium eorum reuertetur in caput suum, & descendet angelus Domini vt secet eos medios. Sunt & alij qui cum terram non videant oculis, mente cœlum considerant, qui licet pedibus offendant, licet toto corpore nutent, non offendunt tamen lingua, non nutant animo, tacent noxia, quod instruit narrant, hominem interiorem labori supponunt, cum non possint exteriorem supponere. Instant orationi, recogitant omnes annos suos in amaritudine animę suę, & ideo renouabitur vt aquilę iuuentus eorum. Illorum verò qui membrorum lęsionem siue molestiam corporis sui siue languorem patiuntur, sunt quidam ęgre ferentes corporis anxietatem, consulunt medicum, si statim non conualeant, irascuntur infirmitati, desperant de sanitate. Sed quid dicam fratres de ijs? Dolorem capitis non patiuntur benigne, & pro Christo capitis tormenta quomodo sustinerent? flagellum timent, & quomodo pro Christo capitis abscisionem paterentur? Sunt alij qui non seruiunt carni, sed volunt vt seruiat caro spiritui, qui non quęrunt medicum nisi Christum, clamant cum propheta. Sana me Domine & sanabor, soli portant infirmitatem suam, quia non inquietant aliquem querimonijs, non sunt querulosi, sicut illi de quibus locuti sumus. Quatuor sunt vnde conqueruntur infirmi, scilicet de infirmitate, de medicina, de cibo, de ordine. De infirmitate ideo quidam conqueruntur, quia pondus infirmitatis inuiti portant. Alij vero sunt qui conqueruntur, eo quod fratrum labori interesse nequeant. De medicina vero quòd non subueniatur eis (vt ipsi dicunt) charitate fraterna, quidam conqueruntur. Alij quòd dispendium patiatur ecclesia pro infirmitate eorum, contristantur. De cibo autem quidam querimoniam faciunt, eo quod non sufficienter vel quomodo vel quando volunt ministretur eis. Alij vero dolent eo quòd delicata comedant nihil operátes, & quòd aliquis eis seruiat & ipsi nulli seruiant. De ordine autem quidam conqueruntur, imputantes ordinis grauitati infirmitatis suæ causam, & sic quod bene egerant, male perdunt. Sunt autem alij qui ideo conqueruntur de ordine, quia à conuentu fratrum separati delicatius tractentur. Si autem à lectulo, fratrum in choro psallentium voces audierint, suoc psalmos ruminant, orantes in cubiculo cor-

Right margin notes: *Senibus quibusdam modernis applicabile.* (beside "vacans ... Beatus"); Prouerb. 2. (beside "qui gloriantur"); Danie.13 (beside "descendet angelus ... medios"); Psal.102. (beside "renouabitur"); Hier. 17. (beside "propheta. Sana me"); R *Infirmi de quatuor conqueruntur.* (beside "Quatuor sunt vnde conqueruntur").

dis clausis ostijs: & licet totam noctem per uigilem duxerint, doloribus suis agitati, illos tamen beatos iudicant qui per partem noctis Deo seruientes laborabant. Spondam lectuli non egrediuntur: & tamen illos qui tedium claustri benigne ferunt, felices esse putant, nihil de ordine implere se fatentur, sed nisi fallor implet totum. Infirmitatis claustro coarctantur, disciplinantur anxietatum virgis, & spinis dolorum: ieiunant, vigilant, laborant, quia cibum, somnum, quietem infirmitas negat. & tamen si paretur lectulus suauior, si cogantur sine caligis dormire: quasi aliquid criminale fecerint, in huiusmodi vitam timent finire. Tales indigent consolatione, ne molestia corporis, vel interioris hominis afflictione deficiant. Audiant isti quid dicat Angelus Petro. Præcingere, & calcea te caligas tuas. Vnde Beda super actus Apostolorum. Tunicæ inquit sibi Petrus ligamenta propter rigorem carceris ad horam relaxauerat, vt tunica demissa circa pedes, frigus noctis vtcunque temperaret: Exemplum præbens infirmis, quòd cum molestia corporali vel iniuria tentamur humana, liceat nobis aliquid de nostri propositi rigore relaxare. Vtantur igitur sapientum consilio, ne deficiant, scripta enim sunt ad nostram doctrinam. Hæc sunt quæ de infirmitatis diuersitatibus vtcunque diximus, nunc quomodo infirmis sit larga religio, breuiter ostendamus. Ait Beatus Benedictus. Super omnia & ante omnia, agenda est cura infirmorum. Ecce quomodo larga est religio infirmis. Ante omnia inquit: hoc est velocius quàm alicui de omnibus fratribus, debet infirmo fratri parari quod postulat. Super omnia, id est abundantius, quàm cæteris: vt si dentur alijs necessaria, infirmis plura & delicatiora quærantur. plura, vt ex multis aliquid placeat: delicatiora, vt cum gustauerint, reficiantur ex aliquo.

Conciũ caligis olim dormiebant, vel saltē de Monachis intendit. *Actu. 12.* T *Benedict.*

¶Quòd compatiens sit delicatis religio. Cap. XIII.

V DElicatis est compatiens religio. Quatuor sunt delicatorum species: scilicet voluntate, vsu, genere, & natura. Voluntate delicati sunt illi qui cum grossioribus cibis vti possunt nolunt: sed diuersa & exquisita fercula quærentes, respondent ventri & petenti obediunt. Respondeo fratres mei & ego ventri: & si clamauerit, non pane sed virga compesco, id est non saturitate sed abstinentia. Sicut enim pater filij lenocinantis prauos mores virga castigat: sic per abstinentiam, ventris & gulæ voluptuosus restringitur affectus. Solicitum me reddit cura ventris, nunc hos nunc illos exoptans cibos. At ego illi, quid petis venter? Num mihi soli quandoque fercula plura parabuntur? & vnum multis fratribus dabitur? multis vnum, & vni plura? Absit. Quid ergo? Necesse est igitur, vt non ad ingurgitationem ventris (vt ait Beatus Gregorius) vtamur: sed discamus satiari & esurire, & abundare & penuriam pati cum Beato Paulo: ne plus carni tribuamus quàm necessitas petat, & sic excludatur delicata voluptas. Vsu vero delicati sunt multi, licet sint de plebe: qui cum in sęculo essent, seruiebant ventri: in ecclesia vero positi, vsum soliti cibi mutare nolunt, ne sequatur infirmitas. Infirmitatem timent, & animæ suæ mortem inferunt. Impossibilitatis suæ, vsum vitæ præcedentis esse causam testantur: sed vt dici solet, malus vsus abolendus est. Genere delicati sunt filij nobilium: qui sicut fuerunt in sęculo nobiliores dignitate generis: ita in conuentu fratrum nobiliores haberi volunt ciborum lautitijs. Sæpe tamen nobiles genere, nobiliores sunt boni processu operis. Iactant se non esse delicatos, humiles sunt verbo, vestitu, & opere, amabiles ad societatem, tractabiles si corrigantur, honesti consilij, fratrum cōsolatores. Hi sui generis auctoritatem non prætendunt, ut honorari queant in ecclesia, non de parentum suorum dignitate gloriantur, sed occultant causas superbiæ, ne pes eorum labatur in vitium. Natura vero delicati sunt, quorum complexio talis est, vt pondus laboris, ieiunij, & vigiliarum ferre non valeat, qui etiam cibos exquisitos fastidiunt, qui sunt oneri sibi, qui calore solis dissoluū, cito lassantur, & frigore statim torpescunt. Tales etiam quosdam de populo natura plasmauit. Omnibus his compatiens est religio. Est & vera, & falsa compassio, vtraque tamen tribus modis fieri solet, scilicet ore, corde & opere. Ore ficta compassio fit, quando aliquis flebilibus verbis damnum alterius consolatur. Corde vero, quando aliquis qui abundat diuitijs, alicui oppresso ægritudine vel egestate occurrit, & pietate motus, compatiendo mentis affectum inclinat, transiens autem non succurrit egenti. Hæc compassio sterilis concepit, sed non peperit. De conceptu enim veræ compassionis solet nasci eleemosyna, sed tanquam venefica mulier auaritia iugulat partum, ne prodeat in lucem. Hæc eleemosynæ fructum impedit, & conceptum compassionis de semine pietatis prolapsum, a corde hominis uelut a matrice mulieris mortuum eiecit. Illa quæ ore fit tantum, adulatoria est, hæc autem sterilis nuncupatur. Sequitur alia, quæ multa tribuit sed ideo ut laudetur, aut plus recipiat. Hæc pondus veræ compassionis non portat, sed vanæ gloriæ leuitate sustollitur, nec compatitur sed gloriatur, & ideo superbia vocari potest. Sic vna earum adulando dicit se amicam esse, alia vero fingendo lachrymas, etiam sapientes decipit, tertia vero multa tribuens, maiora recipit. Accipiuntur & hę tres in bonam partem compassionis species. cum aliquis fratrem suū benigne cōsolatur, uel quādo vere cōpūgitur corde, aut pauperi quādo miseretur, & cōmodat, nec retributionē sequitur, sed solo pietatis affectu trahitur ad munus. Vna ex istis consolatoria, altera est pietatis, tertia est refectionis. Sunt quidā qui compatiuntur sibi, quidā cōpatiuntur fratri, quidam vero magistro. Primum modestię est, secundum dilectionis, tertiū prudentiæ.

Attende, quomodo delicatus uolūtate, usu, genere, & natura distinguūtur. *Phili. 4.* X Y *Psal. 3.* *Compatiētiū distinctio.*

tię. Quoſdam enim verecundia ſiue deſiderium carnis affligendę reprimit, ne carnis indigentiæ & neceſſitati compati velint, qui ſi modeſti eſſent, compaterentur ſibi, ne interficiant ciuem. Alios vero cogit dilectio compati fratri ſuo, ſed quia non habent vnde compaſſionis opera compleant, prælatis (quorum eſt prouidere & impendere neceſſaria) qualis ſit & quid poſſit frater ille, diligenter intimant. Compatiuntur & magiſtro, ne qui præire debet, deficiat in via. Vnde quidam vſus inoleuit in conuentu quorundam fratrum, vt aliquem de fratribus abbati ſuo præponant, cui obediat in agenda ſui cura, vt cum viſum fuerit fratri congruum, abbatem ſuum in eſu carnium ſeu in aliquo tali ſibiipſi condeſcendere faciat, ne rigor prælationis frangat humanam fragilitatem, & hæc eſt compaſſio pruden-

Z tiæ. Tria ſunt per quæ probatur vera compaſſio, ſcilicet occulta beneficia, paupertas, & mors. Beneficium enim ſi impendatur occulte, humanę laudis fauorem extinguit. Quando autem pauperi miſeretur aliquis, temporalis remouet ſpem retributionis. Cum pro proximo mortem pati non renuit, amorem mundi non præponit. Hæc ſunt enim tria illa quę ſolent eneruare compaſſionis membra, humanus fauor, temporalis retributio, & amor mundi. Qui mortem patitur pro proximo, vere compatitur, ſic Chriſtus pro nobis paſſus eſt, quia vere compaſſus eſt.

Compaſſionis probatio.

¶ *Quòd moderata ſit religio fortioribus. Cap. XIIII.*

A FOrtioribus moderata eſt religio. Tenendus eſt in omnibus modus, quod enim excedit modum, excedit & vires. Modus ſeruat rem incolumem, quã immoderatio confundit. Modus ęqua lance librat onera fortiorũ ſicut debilium, ne grauentur fortiores, aut debiles opprimantur ſub onere. Tres ſunt enim ſpecies fortiũ. Sunt enim quidã fortes animo, alij vero corpore, alij ſcientia. Sciẽtia ſunt fortes quidam, qui licet diligentis affectu animi careant, licet fortitudo corporis non ſuppetat ipſis, tamen rationabili quadam ſcientia (qua creatoris ſui benignitatem & ſuam negligentiam cognoſcunt) inclinant animi rigorem, & corpus cogunt ſeruire ſuo creatori, onera fraterna conſolando portant, corruentes alleuant docendo, & ſi corruerint ipſi, cito reſurgunt, ne ſcandalum generent, quia ſapientes ſunt. Duo grauia portant, animum videlicet labentem, carnemq́ue infirmam, tegunt occulta cordis & animi, & regunt opera carnis ſola diſcretione, & ſic diſcunt bene amare, quia ſciunt

Tres ſpecies fortium.

B bene operari. Corpore ſunt fortes, quos natura ſolidauit ad tolerandos labores, quorum quidam quod profit operari poſſunt, ſed nolunt, alij poſſunt, & volunt, alij vero plus volunt quàm pati poſſunt. Potuit ſed noluit bene operari Golias, cum eſſet corpore fortis. Potuit & voluit ſeruire Dauid creatori ſuo. Volunt pluſquam pati queũt ipſi iuſti quandoque, qui ſic edomant carnis ſuperbiam, vt virtus deficiat cum laborare velint, ſi ieiunant, ſtomachus languet, ſi legunt, vertiginem, ſiquid laboris agunt, capitis dolorem patiuntur. Et hoc ideo quia habuerunt zelum, ſed non ſecundum ſcientiam. Sunt enim quędam in quibus maxime debet haberi ſcientia, ſcilicet ieiunium, vigilię & labor. Niſi enim labori ſuccedat quies & refectio, non poteſt humana natura laborem tolerare, ſed moderatus labor, & abſtinentia cibi delicati, & ſtatutę a ſanctis patribus vigilię, corpori & animę medelam conferunt ſanitatis. Qui autem ſic viuunt, fortitudinem, & animę & corporis habent ſecundum ſcientiam.

Sunt autem alij qui corpore fortes, debiles autem animo, parcunt ſibi, ſeipſos amantes, ſectantur ocium, vacant fabulis. Tales accuſantur de furto, de rapina, de mendacio. Fures ſunt quia communi neceſſitati ſubtrahunt quod commune fecerant cum renunciarent mundo, ſeipſos abnegantes. Raptores ſunt coram Deo, quia eo vidente qui nouit abſcondita cordium, communi vitę quod ſciunt aut poſſunt violenter auferunt. Mentiuntur autem corã Deo & hominibus, quia quod vouerant reddere poſſunt, ſed nolunt. Sic igitur corã fratribus ſuis fures, corã Deo raptores, corã hominibus & corã Deo mẽdaces ſunt. Decipiunt ergo fratres ignorantes quod poſſint, offendunt Deum, oculis cuius nuda & aperta ſunt omnia, non Deo reddunt quod coram fratribus vouerunt. Hoc eſt enim proprium furti, rapinę & mendacij, vt vnum occulte, alterũ aperte, D tertiũ vero aliter quã promittitur eueniat. Reſtat nunc vt de illis qui ſunt fortes animo, aliquid dicamus. Sunt enim quidam fortes, alij fortiores, alij fortiſſimi. Fortis Tobias, fortior Iob, fortiſſimus Abraam. Duobus modis ꝓbatur animi fortitudo, cupiditate ſcilicet & carnalitate. Non ceſſit Tobias cupiditati, quando Gabelo conſobrino ſuo egenti pondus argenti commiſit, nec plus amauit pecuniam quàm proximum. Amiſit Iob ſubſtantiam, ſed quid ait? Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt. Sit nomen Domini Benedictum. Dimiſit Abraam quod poſſidebat, & obediuit voci Domini, non coactus ſed ſponte. Tobias commiſit, Iob amiſit, Abraam dimiſit, hic pecuniam, iſte ſubſtantiam, ille terram domum & cognationem, vnus in ſpe, alter patienter, alius vero ſponte, primus egenti compatiendo, ſecundus vero patienter tolerando, tertius iubenti obediendo. Sic non cedunt cupiditati, quæ in tribus conſiſtit, id eſt in amore poſſidendi, in dolore amittendi, in coactione deſerendi. Sed ſimiliter expellunt tres tria, quiſque ſuum: nec cedunt carnalitati. Non plus enim amauit Tobias filium quã debuit, nec carnalitatem præpoſuit ſed ſuppoſuit ſpiritualitati, præſentem filium bona docuit, orabat pro abſente. Iob vero de morte filiorum non doluit pluſquàm neceſſe fuit, pro morte eorum lachrymas fudit, reddens proximo compaſſionis debitum. Cum viuerent autem, conſur-

C (margin, at "Sunt autem alij")

Fortitudinis animi probatio.

Tobie. 1.

Iob. 1.

Gen. 12.

Tob. 4.

gens

gens Iob diluculo, offerebat per singulos holocausta,& sic faciebat Iob cunctis diebus. Abraam vero nõ tantũ Hysmaelem expulit, sed etiã Isaac, quẽ in senectute sua de sterili coniuge genuerat, qui erat amor patris (ipse est enim quem diligebat, Isaac) matris solatium, gaudium vtriusque, illum dico talem, ad immolandum Deo obtulit.

Iob.1. Gen.21. Gen.22.

E Sic fratres debemus esse animo fortes vt Tobias. Si loquatur aliquis nostrum cum amico suo, doceat eum bona, si vero absens fuerit, oret pro absente. Si autem fortior esse voluerit, cum auferuntur sua, non persequatur hostes. Non enim Iob persecutus est hostes Chaldæos, cum auferrent sua. Tribus modis persequimur hostes, scilicet manu, lingua, & animo. Manu persequimur hostes, quando illud quod vi raptores abstulerant, vi recuperamus contradicente apostolo qui dicit, ne repetas tua. Qui enim repetit cum litigio, male repetit. Lingua persequimur, quando conquerendo siue accusando apud potentiores vt nostrã recipiamus, proximos nostros licet mali sint, sub articulo mortis vinctos relinquimus, non dantes locum iræ, vt ait apostolus, sed vindicantes nosmetipsos. Animo autem persequimur, quando hoc quod vi aut circumuentione non possumus, odio & proteruitate miseræ mentis persequi non desistimus. quod apostolus prohibet dicens. Cũ omni inquit pacem habentes. Quid ergo fratres dicam de ijs qui pro boue aut asino proximum persequuntur? Quid facerent, si mortem filij nũciares? Et quid si septem filiorum: (sicut Iob nunciatum est), autumares euentum? Instruit igitur

Tribus modis persequimur hostes. 1.Cor.6. Rom.12. Ibidem.

G Beatus Iob claustrales de patientia, qualiter damna rerum temporalium sustinere debeant, qualiter pro morte amicorum carnalium dolere conueniat, vtrunque benigne portans, qui nec pro damno rerum persecutus est hostem, nec pro morte filiorum ad odium (quod est mors animæ) cor inclinauit. Qui vult autem fortissimus esse sicut Abraam, qui non amisit sua sed dimisit, qui non sic amauit filium suum vt dei filium offenderet, talis dico renunciet omnibus quæ possidet, & im meliori gladio verbi dei illos quos carnaliter diligebat vel carnali amabat affectu.

F Fortissimus Abraam, sed Beatus Laurentius fortior fortissimo. Audiamus qualiter. Abraam sua dimisit. Laurẽtius sua dispersit & dedit pauperibus. Abraam filium suum deo obtulit. Laurẽtius seipsum pro filio Dei. hic ignem parat, colligat filium, gladium euaginat, sed Angelum audit prohibentem ne perficiat. Ille ad ignem positus Christum prædicat: carnifices vrgentes carbones ministrantes verbis non exasperat: efficitur holocaustum Domino, id est totum incensum, intus igne charitatis, exterius vero flamma tribulationis. Hic quia obediens efficitur, filium recipit incolumem. ille quia perseuerat in tormentis, a Dei filio recipitur ad salutem. Hæc est fortitudo charitatis. De hac scriptum est. Fortis vt mors dilectio, & vt verum fatear, fortior dilectio. Nihil enim separat a charitate Christi. Sunt igitur (vt supra diximus) tres species fortium: corpore scilicet, & animo, & scientia. In his autem consistit fortitudo totius religionis. Qui scit enim & vult & potest bene operari, si modum teneat, perfectus est.

Cant.8.

¶ Quòd pœnitentibus sit misericors religio. Cap. XV.

POEnitentibus est misericors religio. Tribus modis pœnitet homo: ore tantum, aut corde tantum, aut ore & corde simul. Saul ore, Petrus corde, Dauid ore & corde simul pœnituit. Tria commisit Dauid erga seruum suum Vriam, scilicet perfidiam, homicidium, adulterium cum vxore eius, & tamen accusante Nathan propheta, semetipsum iudicauit in corde, & voce dixit peccaui Domino. Quia corde pœnituit audiuit ab eodem, dimissum est peccatum tuum. Ter negauit Petrus, & tamen respexit eum dominus quia fleuit amare, Lauit enim lachrymis fœdæ contagia linguæ. Tribus modis peccauit Saul. per superbiam, per inobedientiam, per excusatiõnem peccati. Per inobedientiam peccauit: quando peccatores Amelech non interfecit, quod præceperat dominus, sed versus ad prædam fecit malum in oculis Domini. Per excusationem peccauit, cum diceret Samuel. Quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus, aut armentorum quam ego audio? & ait Saul. De Amelech adduxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolaret Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus. Seipsum Saul excusat sed populum accusat. Populus inquit pepercit, quod Dominus non præcepit, nos autem reliqua occidimus, quod præceperat Dominus. Vnde Beda super Samuelem. Saul inquit ea quæ Domino iubente occisa sunt, se cum populo occidisse: his vero quæ contra interdictum eius reseruata sunt, non se sed populum pepercisse testatur.

G Tribus modis pœnitet homo. 2.Reg.11. 2.Reg.12. Lucæ.22. Tribus modis peccauit Saul. 1.Reg.15 Ibidem. Beda.

H Per superbiam peccauit, cum demum diceret Samueli, Peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei & coram Israel. Immo erat a Saulis superbia, sed moderata Samuelis humilitas. Honorari reprobus quærit, & honorat propheta reprobũ. Sic etiã nostris tẽporibus inueniũtur multi, qui a magistris spiritualibus redarguti, pœnitentes ore tantum, tenent honore priuari. Si quidem inter nos tales uidemus, aut pati nolumus, aut accusamus, quia incorrigibiles. Samuel autem non tantum patitur, sed etiam honorat. Vnde Beda super Samuelem. Nos quoque in exemplum Beati Samuelis decet erga tales mode ste agere. Neque eos oportet traducere, quos incorrigibiles & diuino iudicio non dubitamus damnandos, maxime illos quos aliquo gradu ecclesiastico (quem eiusdem Saulis unctio non indecenter exprimit) cognouerimus insignitos. Sunt enim multi qui detrahunt prælatis, qui quamuis detrahant eis, uellent tamen esse quod illi sunt. Si autem contingat quod uolunt, illis quos iudicauerant, meliores non sunt. Sicut igitur,

1.Reg.15 Beda.

I ut diximus supra, peccauit Saul per superbiā, per inobedientiam, per excusationem peccati: superbięque diaboli, præuaricationis Adæ, excusationis Euæ particeps efficitur. Adam contra patrem, Eua contra filium, diabolus contra spiritum sanctum peccauit. Adam patris bonitatem, Eua filij sapientiam, diabolus spiritus sancti benignitatem accusauit. Adam patris bonitatem, cum diceret. Mulier quam dedisti mihi, seduxit me. Eua filij sapientiam redarguit, quòd non sapienter egerit, quia posuit serpentem in paradiso a quo decepta est. Diabolus autem benignitatem Spiritus sancti ignorat, dum desperando de venia, in delicto maximo perseuerat, id est in superbia. Vnde Psalmista. Et emundabor a delicto maximo. Vbi Beatus Augustinus Delictum inquit maximum, est superbia. Hi tres sunt qui testimonium dant aduersus Saul in cœlo, scilicet pater & Filius & Spiritus sanctus. Pater qui est veritas, de mendacij excusatione. Filius qui est patri obediens vsque ad mortem, de inobedientia. Spiritus sanctus, de perseuerantia peccati testimonium profert. Cauēdum igitur nobis est, qui culpas nostras excusamus, qui sumus inobedientes, & superbi, ne aduersum nos dent hi tres testimonium in cœlo. Superiori non obediuit Saul, nec pepercit inferiori sed sibi, dum populum sibi subiectum accusat, dum seipsum excusat, & recusat præceptum Samuelis. Contra superiorem enim peccat, id est

K contra Samuelem, quicunque laicus Sacerdotem dehonestat. Dignius est enim Sacerdotium regno. Quod in passione Domini figuratum nouimus esse per seruum Pontificis, cui Petrus abscidit auriculam, huic nomen erat Malchus, quod interpretatur rex. Seruiebat enim Malchus Pontifici, quia dignius est sacerdotium regno. Mirantur aliqui, forsan dubitantes de damnatione Saulis, hoc quod diximus. Legant Hieronymum contra Iouinianum, & inuenient ibidem tres hominum ordines: arietes scilicet, oues, & hœdos. Inter arietes Dauid numeratur, inter oues Ionathas, inter hœdos Saul. Ad sinistram ergo Saul, quia hœdi ad sinistram. Ionathas ad dextram, quia inter oues reperitur. De illo dicit ibidem Hieronymus, quòd amore prophetæ dignus erat.

Adā contra patrē, Eua cōtra filiū, diabolus contra spiritū sanctū peccauit.

Gen. 3.

Psal. 18.

Ioan. 18.

Saulis dānatio secū dum Hieronymum.

¶Redeamus nunc ad propositum nostrum, & videamus quomodo pœnitentibus sit misericors

L religio. Tribus modis pęnitet homo, & tribus miseretur deus. Peccantem expectat, desperantem consolatur, & congaudet pęnitenti. Peccantem reuocat dono gratiæ, desperantem consolatur per spem veniæ, pęnitentem roborat ex promissis gloriæ. Miseretur & homo homini tribus modis. Miseretur enim prælatus Discipulo, Discipulus prelato, & discipulus quandoque Discipulo. Miseretur quandoque prælatus Discipulo: dum peccantem verbis benigne corrigit, desperantem ad spem per exempla misericordiæ erigit, & correctum post commissa diligit. Hæc ideo dico, quia nonnulli sunt, qui cum aliquem familiarem habeant, si peccet, despiciunt, & hoc quod peius est, fatentur quòd non diligant eos sicut prius. Peccauit Petrus, sed Christus eum non despexit, sed respexit & dilexit. Miseretur & prælato discipulus tribus modis, dum irato non resistit magistro, aut peccanti non detrahit, vel peruersum patitur. Iratum enim Saul fugiebat Dauid, purgantem in spelunca ventrem, cum posset, non occidit, peruersumque passus est quamdiu vixit. Miseretur itidem Discipulus Discipulo: dum peccanti orando compatitur, aut quando inter se & illum corripit, aut quando peccanti in se benigne dimittit. 1. Re. 24.

Tribus modis miseretur Deus peccatoris.

Miseretur homo homini.

¶*Quòd peruersis sit seuera religio. Cap. XVI.*

Peruersis est seuera religio. Seruat enim honestatem seueritas, leuitatem castigat, timetur ab indoctis, ipsa est decor senum, iuuenum virga, ornat prælatorum personas, colorat speciem virtutum. Sicut enim rubor mixtus candori, si competenter disponatur, faciem gratam reddit aspicientibus, sic seueritas mixta rectitudini, si dulcedine condiatur, vultum religionis decorat. Dulcedo prælati ad pœnitentiam trahit, peccantem discipulum seueritas corrigit, rectitudo dat legem delinquenti. Sic nec seueritas leuitatem patitur, nec dulcedo dissolutionem, nec rectitudo lineam iustitiæ transgredi permittit. Vnde Psalmista. Dulcis & rectus dominus. Volunt quidam esse seueri, sed nesciunt, & dum volunt esse seueri, crudeles efficiuntur. Iram pro seueritate, amaritudinem pro dulcedine, pro rectitudine crudelitatem ostendunt, & sic confunditur vultus religionis, vbi ex flamma crudelitatis ignescunt oculi, pallor miscetur liuori, quæ procedunt ex ira & amaritudine. Ira prælati peccantem turbat, amaritudo persequitur, crudelitas affligit. Ira prælati casum dat peruerso, iustum vero prouocat ad iram. Duæ sunt species peruersitatis, scilicet apertę & occultæ. Sunt quidam adeo peruersi, vt quod ipsi male operantur, defendant aperte, quod autem bene alij faciunt, detestentur & impugnent: Incorrigibiles sunt. hoc solū quod volunt, esse bonum credunt, obedientiam autem nunquam aut negligenter implent, humiles fratres prouocant, turbant silentium. Talium figuram gestabat Philisteus ille, qui egressus de castris philistijm, prouocabat filios Israel. Cuius magnitudo & armorū diuersitas, moraliter statum peruersorum (qui magni sunt apud semetipsos) & qualitates morum designant. Ad hunc Philisteum expugnandum venisse Dauid legitur. Sed hoc bellum tribus modis fit: historialiter scilicet, mystice, & moraliter: id est inter Goliam & Dauid, inter Christum & diabolum, inter quemlibet iustum & aliquod diaboli membrum. Præcessit in re, contigit in mysterio, habetur & nunc in moribus. Cum igitur mitteretur Dauid a patre suo Isai ad visitandos fratres suos, qui erant in exercitu Israel: miserat enim eum (vt narrat historia) pater suus dicens, Fratres tuos visitabis si recte agant

M

Pulchrum simile.

Psal. 24.

Notabile prælatis.

N

Notabile subditis.

1. Reg. 17.

agant & cum quibus ordinari sunt disce. Venit ergo in Magala ad exercitum, qui egressus, vociferatus erat in certamine. Direxerat, enim Israel aciem, sed & Philistijm ex aduerso fuerant pręparati. & cucurrit Dauid ad locum certaminis, interrogans si omnia recte agerentur erga fratres suos. (Ibidem.) Cumque adhuc loqueretur Dauid, apparuit vir ille spurius ascēdens Goliath nomine, philisteus de O Geth ex castris Philistinorum. Fratres tuos visitabis si recte agant, dicit historia, & cum quibus ordinati sunt disce. Et Dominus in carne veniens visitauit nos, diligēter quęque recte agere, vel cum quibus ordinate viuere debeamus, docens. Quòd & moraliter quotidie euenire cernimus, dum pręlati quique subiectos suos rectitudinem bonæ operationis docent, vel cum quibus ordinem bene viuendi tenere debeant, instruunt: ne cum peruerso peruersus, vel cum tepido fratre nouiter cōuersus societur. Venit Dauid ad exercitum Israel: & inuenit eos vociferatos ad prelium, & philistijm ex aduerso pręparatos. Veniunt, & inueniunt prælati quandoque fratrum discordiam. Et cucurrit Dauid ad locum certaminis, & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos. Currunt prælati tam mentis affectu quàm gressibus pedum, soliciti de salute suorum, inuestigantes si recta sunt opera eorum, an adhuc corrigenda videantur. Inquirunt mores, discunt visu & auditu quæ sit discordiæ causa. vnde Beda super Samuelem. Nunc quoque inquit per sua mēbra dominus idipsum agere non cessat, cum bonos a malis discernens, his sua munera partitur, P illos dimittit inanes. Cum adhuc loqueretur Dauid, apparuit ille vir spurius ascendens, Goliath nomine philisteus de geth ex castris philistinorum. Loquente vero aliquo iusto & docente quę recta sunt, & inquirente quid noceat, apparet ille spurius, id est diabolus in corde alicuius descendens. Vnde? A cogitatu maligno ad verba conuicij, a verbis conuicij ad opera peruersa. Goliath nomine, id est reuelatus. Quibus? Illis qui dicere possunt, non enim ignoramus cogitationes eius. Philisteus de Geth. Philisteus, cadens potione interpretatur. Cadens ab altitudine superbiæ, potione desperationis imbutus, & oblitus misericordiæ. Geth quod interpretatur torcular (Beda attestante) aptissime multitudinem prauorum designat, ciuitatem videlicet diaboli, ad bonorum in hoc sęculo tormenta semper exercitatam. Sicut enim in torculari premitur vua, premitur & exprimitur, separatur vinum ab acinis, vinum transit ad conuiuium domini, acinis autem datur locus in sterquilinio, sic a multitudine prauorum iusti calcantur. & sicut in torculari ab acinis vinum separatur, sic in tribulatione probantur iusti, iniusti autem tempore tentationis recedunt. De Geth igitur philisteus erat, vnus de multitudine prauorum. Et cassis ęrea super caput eius, & lorica hamata induebatur: & ocreas ęreas habebat in cruribus, & clypeus eius ęreus tegebat humeros eius. Cassis, lorica, ocreę & clypeus, diuersa defensionis sunt genera, quibus sui ipsius (qui est caput omnium impiorum) diabolus stultitiam defendere conatur. Moraliter autem peruersi casside caput Q tegunt, dum peruersæ actionis intentionem laudant. Sinistrum vero latus obumbrant clypeo, dum sinistram prauæ actionis excusant partem. Ocreas habent in cruribus, quæ est quasi extrema pars corporis; quia vsque ad finem in obstinatione perseuerant. Lorica induuntur, qua totum tegitur corpus, quando totam defendunt actionem. Hæ siquidem species armorum ex ęre factæ perhibentur esse, metallo videlicet cęteris amplius canoro. Quia quicquid agit peruersus, non humili confessione profitetur, nec ratione veritatis, sed clamoso strepitu secularis eloquentiæ defendit, & per exempla reproborum confirmat. Vnde sequitur, & armiger eius antecedebat eum. Armiger Goliæ, quilibet reprobus esse potest, exempla cuius antecedunt & adiuuant ad confirmandam peruersorum malignitatem. Ex his auctoritas trahitur, ex his sumuntur defensionis arma, & hęc est peruersitas aperta. Vnde sequitur. Stans clamabat aduersus phalangas Israel. Stans clamat, quia in elationis monte peruersus positus, voce detractionis, blasphemię, & scandali humiles fratres qui Deum mente considerant, prouocare non cessat. Sic igitur peruersitatis caput, est intentio prauę actionis, sinistrum latus, pars sinistra, crura, finis actionis, corpus actio tota, cassis vero, intentionis commendatio, clypeus, sinistrę partis excusatio, duæ ocreę, perseuerantia & obstinatio, lorica, totius actionis aperta defensio. His armis cognoscitur philisteus, cum procedit ad prælium. Sunt autem alij quorum peruersitas est occulta, R qui consilio suo fratres promouent ad iram, excitant ad rixas, qui consilio suo faciunt insurgere Absalon contra Dauid idest filios spirituales contra eorum patres ad discordiam promouent, qui machinātur vt moriatur Dauid in castris sicut de Achitophel legitur. (2 Reg. 17.) Sed vtrisque seuera debet esse religio, vt aperte peruersis resistat in faciem, & occultorum consilia mutet. Sic Dauid philistei frontem lapide comminuit, sic Chusi consilium destruxit Achitophel. Frons philistei est cognitio peruersitatis. Percutitur ergo philisteus in fronte, quando peruersitas insipientis agnita, reuerberatur a sapiente. Chusi autem interpretatur silentium. Achitophel vero ruina fratris. Destruxit ergo consilium Chusi cōsilium Achitophel, quia per silentiū, eorū qui sunt quasi ruina fratrum, annihilatur consilium. Prouidet Chusi ne turbetur exercitus Israel, quia per silentium, impetus & incursus sermonum, a conuentu fratrum Deum videre cupiētium rationabiliter arceantur. Hæc duo ad seueritatem, rarus scilicet S sermo & rigor sermonis, pertinent. Rarus enim sermo concordiam seruat, rigor sermonis corrigit emendanda. Affabilis est seueritas non garrula, asperitatem monstrat, sed non est litigiosa. Seueritas a crudelitate differt. hæc corrigit, illa cruciat. hæc iustis conuenit, illa peruersos comitatur. Minatur seueritas, sed non maledicit. Maledixit philisteus Dauid, sed non maledixit Dauid philisteo. (1. Reg. 17.)

Tu ve-

Tu venis, inquit, ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autē venio ad te in nomine Domini exercituum. Maledicunt philisteo multi, nec veniunt ad eum in nomine Domini. Maledicit ille philisteo, qui cum ad aliquem cadentem ponone diaboli properat corrigendum, non humilitatis verba sed superbiæ, non exhortationis sed iracundię, non blandimenta sed opprobria profert. Nec venit in nomine Domini ad philisteum, qui religioni vel nobilitati suæ, seu etiam scientiæ literarum qua præualet, & non diuinæ gratiæ tribuit quòd peruersum corrigit. Sic multi veniunt, & ideo nō tradit Deus philisteū in manus eorum. Quòd non maledixit Dauid philisteo, benignitatis est, quòd Deo ascripsit sui aduentus efficaciam, humilitatis, quòd autem minatus est, seueritatis. Sed quid minatur? Auferam inquit caput tuum a te, & dabo cadauera castrorum philistijm auibus cęli & bestijs terrę. Caput philistei, diabolus dicitur, cadauera vero castrorum philistijm, carnales affectus reproborum (qui sunt castra diaboli) moraliter designant. Cadauer est quasi caro data vermibus. Sicut enim caro putrida, vermibus nutrimentum præstat, sic carnales affectus cogitationes peruersas nutriunt. Aues cœli illos designant, qui alis contemplationis ad cogitanda cęlestia sub leuantur. Bestijs terræ coaptantur illi qui terram suam nouerunt excolere, qui necessitati fratrum terrena ministrant, rei familiaris curam gerentes, quos alibi designant Rachel & Lya, Martha & Maria. His auibus cœli & his bestijs terræ cadauera castrorum philistijm, id est carnales affectus reproborum, dantur ad corrigendum. Sic igitur corrigit aperte religio peruersos, sic occulte peruersorum prouidet consilio.

1. Reg. 17

Gen. 29. Lucæ. 10.

Quòd bonis sit optima religio. Cap. XVII.

T BOnis est optima religio. Bonos facit rerum distributio, meliores mundi renunciatio, optimos autem, religionis cohabitatio. Mundus bonis est pessimus, religio vero bonis & malis est optima. Facit enim quandoque de malo bonum, de bono meliorem, de meliori optimum & hoc fit quando visitat impium Deus. Vnde psalmista. Visitasti terram & inebriasti eam. Visitat Deus & bonam & malam terram, terrā meliorē, & terram optimam. Per timorem terram malā visitat, bonam per incipientem charitatem, meliorem per abundantem, optimam per perfectam. Visitat Deus terram malam, quando aliquis timore iudicij compungitur, & ab illicitis abstinet. Bonam vero per incipientem charitatem visitat, quādo sua distribuit aliquis, renunciat mundo, mutat habitum, tenet pacem cum fratribus suis nisi calumnietur ab aliquo: si autem calūnietur calumniam non patitur, sed adhuc leuiter turbatur, irascitur, & odit. Claustri tædium non æquanimiter portat, vilitatem & identitatem ciborum abominatur. Cibus vero animæ, quod est verbum Dei amarus videtur ei, si aliquoties arctius corrigatur. Sic filij prophetarum cum venissent ad domū Helisei, præcipit Heliseus coquo suo vt refectionem eis pararet. Cum autem gustassent illi pulmentum in herbis coctum, & inuenissent amarissimum, cœperunt clamare, Mors est in ola homo Dei, mors est in ola homo Dei. Ola Helisei differt ab Aegyptijs olis. Illæ quidem carnium sunt, hæc pulmentorum herbaceorum. Illæ adipe pinguiū condiuntur, vnde procedit iniquitas. hęc Helisei farina dulcoratur, quæ est charitas. Illarū dulcedinem sequitur amaritudo, huius vero amaritudinem sequitur suauitas. Surgens Heliseus accepit farinam quam ipse habebat, & posuit in olam, & sic factum est dulce, quod prius amarum extiterat. Heliseus qui solans interpretatur, Christum designat, cocus doctores, pulmentū verbum Dei, farina charitatem. Ponit ergo Heliseus farinam in pulmento, quando aliquis per abundantem charitatem visitatur a Domino, vt cui grossior cibus fastidio prius extiterat, vel qui leuiter irasci consueuerat, aut obedientiæ contradixerat, nunc obediat frugalitatem sequatur, inimicum diligat. Abundat enim charitas, cum diligitur inimicus, sed non est perfecta, nisi parata sit mori pro proximo. Nemo enim charitatem habet maiorem, quàm vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Perfecta vero charitas inimicum diligit, pro proximo mori non pertimescit, hæc foras mittit timorem, hæc Dominum diligit & sustinet. Vnde Psalmista. Expecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Expecta per spem, ne despe res per timorem, viriliter age per incipientem charitatem, & confortetur cor tuum per abundantem vt sustineas Dominum per patientiam perfectæ charitatis. Sic igitur bonis est optima religio, quia ducit ad perfectionem. Sufficiant nunc quæ de nouem beneficijs religionis dicta sunt, vt adhuc aliquid quasi in transitu de cohabitatione eiusdem breuiter tangamus.

Psal. 64.

4. Reg. 4.

Pulcherrima figura. Exo. 16.

V

Ioan. 15.

Psal. 26.

Quatuor sunt in religione diligenter notanda. Cap. XVIII.

X QVatuor sunt in religione notanda. Suauis est enim, & mitis, quieta, & secura. Suauis est in cohabitatione, mitis in sermone, quieta in mente, secura in actione. Nec tamen sic sua uis est vt sit indiscreta, nec sic mitis vt patiatur iniusta, nec sic mente quieta, vt bonum nō cogitet, nec sic secura vt Dominum nō timeat, sed sic secura, vt pro timore humano ab opere bono non desistat. Religio assimilatur mulieri castę, quę ab aliquo diligitur vt ducatur in vxorem, ideo scilicet quòd pulchra sit, quòd diuitijs abundet, quòd de genere nobilium sit, quòd sapiens sit, vt in pulchritudine illius delectetur, & de nobilitate filiorum glorietur, vt augeantur sua illius censu, & seruentur sensu. Huic mulieri assimilari potest religio, quæ pulchra est in contemplatione, sapiens est in circunspectione, nobilis quia libera a peccati seruitute, diues hæreditate, cuius hæreditas est

Simile pulchrum de Religione.

est regni cœlestis æternitas. Amat luxuriosus speciosam, sed non amat castam. Sic quandoque carnalis animus tactus pulchritudine religionis, eius induit habitum. Cum autem castitatis munditiā
Genes. 12 reperit, displicet qd placuerat. Sic vxorē Abrææ, quam rex Aegypti propter pulchritudinem rapuerat, intactam reddidit marito dicens. Ecce inquit vxor tua ante te, accipe eam recede hinc. Super hunc locum Beatus Ambrosius in secundo libro quem fecit de Abraam, Intueamur, inquit, animo aliquem intemperantem, qui inuitus castitatis gratiam quodam eius captus decore sequendam putet, deinde pedissequas eius nesciens quibus incedit comitata, sobrietatem scilicet & modestiam ac verecundiam, parsimoniam cibi, fugam lasciuiæ, seriam cautionem, solicitam custodiam, subito que ebrietatis succensus calore, aut ipsius carnis æstu, aut occursa formæ decentioris, nequaquàm se teneat, nec carnis legi repugnet, nonne dicit, Putabam rem faciliorem castimoniam sequi. Supra humeros meos, supra vires meas est, rarus cui ista iungatur. Recedat ergo, recedat de finibus sensuum meorum. Et conuersus ad aliquem monitorem sui, qui studuerit in eius mentem inducere assuetudinem castimoniæ dicens nō arduam fore nec impossibilem, sed pluribus sociam, finitimam studiosis, conuenientem voluntariis. Quid hoc inquit fecisti mihi? quare non dixisti mihi quia vxor tua est? hoc est quòd non perfunctorie sed legitimo teneatur coniugio, sed dixisti sororē
Y tuam? Quis ignorat fratres nostris temporibus hoc in ecclesijs euenisse? Sunt enim nonnulli qui delicatam ac voluptuosam esse credunt religionē, expertem laboris, vacantem ocio, habitum religionis indiscrete capiunt, votum faciunt, professionis vinculo cōstringuntur. Cum autem religionis ordinem & consuetudines eiusdem aduertantes carni nouerint in hęc verba prorumpunt. Putauimus (inquiunt) pondus religionis leuius esse. Quis enim potest ferre claustri tędiū diuturnitatem silētij, pondus laboris, parsimoniā cibi? Sic ergo vxorem suam reddūt Abrææ, expellentes eam vt liberę remaneant in Aegypto. Abijciunt enim habitum religionis, & in desiderijs suæ carnis perseuerant. Abraam vero ascēdit ab Aegypto in Bethel. id est carnalium voluptatum consortia deserens, in domo Dei manet. Hoc enim interpretatur Bethel domus Dei. Abraam religionis est forma, exemplum cohabitantium. Tria sunt, quę pacem
Z cohabitantium turbare solent, idest quando aliquis mouetur ad iram pro seipso, vel pro amico, vel pro commodo. Hæc tria remouit Abraam dum habitaret cum nepote. Primum remouit dicens, non sit rixa inter me & te. Secundum, cum diceret, neque inter pastores meos & pastores tuos. Tertium posuit, ecce, inquit, tota terra ante te. hoc est, si de me, si de amico, si de possessione dissensio est, omnibus cedo, si autem moribus non conuenit, discede à me. O quanta promisit nepoti Abraam, ne cogeretur à nepote discedere. Sed etiam virtutis est hoc, ac disciplinæ. Dixit enim ante nos quidam philosophus, quatuor hęc

Tria pacem cohabitantium tollere cōsueuerūt. Genes. 13

bono viro inesse, ut laboret. Primum, vt omnes sibi amicos faciat. Secundum, vt si non potest facere amicos, non faciat inimicos. Tertium, vt si istud non suppetit, sententia communi discedat. Quartum autem, vt si quis cedentem persequatur, vindicet se vt potest. Sed illa tria superiora in operibus Abrææ cognoscimus, quartum autum non ita est, quando etiam circa cedentem seruauit affectum parentis, vt eum non solum nō persequeretur, sed etiam captum liberaret ac erueret. Denique cum Apostolus tria illa doceat, quæ tum præceptis suis soluit, quod addiderat philosophia. Ait enim cum Discipulum, vel pacificum populum informare vellet. Si fieri potest cū omnibus hominibus pacem habentes. Deinde si hoc non potest, certe nec discordias nec inimicitias. Ideoque addidit. Non vindicantes charissimi. In quo tertium illud concluditur, vt vindicare nos nequaquam velimus, sed date, inquit, locum iræ. Habes & quartum, vt discedas magis, & vindictam Deo committas, quàm tibi exigas. Nunc autem fratres, quia primi libelli spatium dilataui mus, in pace cohabitantes, & nosmetipsos per patientiam inuicem supportantes, Deo autem vindictam committentes, finem ponamus.

Apostolus philosophia. Rom. 12.

Ibidem.

LIBRI PRIMI FINIS.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, in Librum Secundum de Claustro Animæ Prologus.

Occurrtis carissime de ijs quæ ad ædificationem claustri materialis pertinent, quibusdam forsitan solito grauior apparebo, neminem tamen condemnans, sed eos, qui remotiores sunt à seculo, laudans, monens eos, qui multa & periculosa possident, docens illos, qui paupertate & humilitate gaudent. Scio tamen multos esse in maioribus ecclesiis, qui licet multa possideant, in alijs tamen paupertatem amant, possident ea tanquam non possidentes, vtuntur possessis quasi non vtentes, exempla paupertatis diligunt, & ea, quæ de paupertate scripta sunt, studiose legunt, legentes, seipsos conspiciūt, & sub onere diuitiarum gemunt. Hi sunt pauperes spiritu, non habitu. Nos autem ad oculum pauperes sumus, locum mutauimus, non animū, vestem, non mentem. Sunt etiam in maioribus ecclesiis aliqui sublimes oculis, inflati superbiæ spiritu, qui pauperes fratres, cū superuenerint, ex latere respiciunt, dirident eos, detrahunt illis, vacites ocio, ponentes symbolum, quasi canes dente liuido ossa pauperum fratrū corrodentes, odientes A

tes

tes ſaccum Hieronymi, tunicam Benedicti, matulam Eulalij, lachrymas Arſenij, nuditatem Pauli, olam Eliſei. Ab his igitur frater chariſſime, ſicut ſuperius oraui, longe fac nomen tuum.

¶ De ædificatione clauſtri materialis. Cap. I.

B QVoniam de ordinatione clauſtri materialis, frater, aliquid mediocritatem ſectando dicturi ſumus, ordine congruo conſideranda vobis quatuor occurrunt, ſcilicet qui ſint, qui teneant ordinem, aut quid teneant, vbi maneant & vnde viuant, vt plures ſint & boni propoſiti, vt cohabitandi ſuppetant ædificia, & victui habeant neceſſaria. Sit tamen in numero circunſpectio, in propoſito deuotio, in ædificijs mediocritas, in rebus poſſeſſis frugalitas, ne ſi creuerit turba, naſcatur turbatio, aut pro difficultate propoſiti ſubrepat deſperatio, ne ex ædificiorum magnitudine ſubintret elatio, aut ex abundantia rerum ſe inſerat tentatio. Qui enim volũt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueum Diaboli. 1. Tim. 6.

¶ De numero fratrum recipiendorum. Cap. II.

C TEnenda eſt (vt diximus) primum circunſpectio in numero fratrum, vt tot ſimul habitent, qui ordinate viuere poſſint, ne vel excuſante paupertate irregulariter viuant, vel pro multitudine cohabitantium, neceſſitati eorum illicita quærant. Qui enim multos congregant, neceſſe eſt, vt eorum victui multa quærant. Sed dũ quærunt plura, creſcit exteriorum cura, ſparguntur per diuerſas regiones eccleſiæ beneficia, ſparguntur & fratres, ſoli inter ſeculares habitant, nolentes pati fraudem, ſed iudicio contendere parati. Qui verò per cellulas duo, vel tres, vel etiam quatuor, aut quinq; ſimul habitant, clauſtrali nõ coarctantur lege, loquuntur & quando, & cui, & quomodo volunt. Nec horum tamen, ſiue illorum vitam accuſo, ſed quid in vtraſque periculi lateat, annuncio. In his autem quidam monachi, quos hæredes Beati Benedicti nouimus eſſe, diſcretionem ſeruant, vt ſi fratrum ſuperabundet numerus, & detur eis poſſeſſionis locus remotior, non minus quàm duodecim fratres tranſmittunt, ne religionis opus paucitatis negligentia corrumpatur.

¶ De temperantia & compaſſione erga fratres habendis. Cap. III.

D PRopoſiti noſtri deinde temperanda eſt inſtitutio, ne vel diſſoluti viuamus in delicijs, aut arduitate propoſiti deſiſtamus à cœpto. Ait enim Beatus Ambroſius ſuper Pſalmum Beati immaculati. Quid dicam de his? Sunt enim Pſal. 118. in nobis qui habent timorem Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora præcepta, quę non poſſit humana conditio ſuſtinere. Timor in eis eſt, quia videntur ſibi conſulere, ſed inſcientia in eis, quia non comparantur naturæ, nec æſtimant eius poſſibilitatem. Comparíamur itaquę naturæ, non eſt enim extra naturæ ordinem compati, nec ſic tamen vt ſit ad nimiam delectationẽ carnis compaſſio, ſed ad ſuſtentationem. Eſt & compaſſio de propoſito noſtro. Ait enim Beatus Auguſtinus in regula, quam nobis tenendã propoſuit. Si ijs, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monaſterium, aliquid alimentorum, veſtimentorum, operimentorumve datur, quod alijs fortioribus & ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de ſua ſeculari vita illi ad iſtam deſcenderint, quãuis vſque ad aliorum, qui ſunt corpore firmiores, frugalitatem peruenire nequiuerunt. Ordinet igitur noſtri propoſiti legẽ mediocritas, quæ nouit ęqualiter omnibus ſua partiri.

¶ Vt ædificatio fratrum extra cohabitationem ſecularium fiat, & ſit modeſta. Cap. IIII.

CONgruum videntur nobis ędificia fratrum extra cohabitationem ſecularium debere conſtitui, ne ſilentiũ clauſtri, ſiue dormitorij quies tumultantis populi ſtrepitu conturbetur, ne dum lingua tacet, reſpondeat cor, uel dũ corpus quietem recipit, animus ſit inquietus. E Aedificia fratrum non ſuperflua ſint, ſed humilia, non voluptuoſa, ſed honeſta. Vtilis eſt lapis in ſtructura, ſed quid prodeſt in lapide cęlatura? Vtile hoc fuit in conſtructione templi, erat enim forma ſignificationis & exempli. Legatur geneſis in libro, non in pariete. De picturis. Veſtitur Eua in pariete, pauper autem iuxta parietem nudus accubat. Datur Adę tunica pellicea, fratrum vero multitudo coarctatur hyemali moleſtia. Liceat hoc (ſi cui licitum eſſe debeat) illis, qui in vrbibus, aut in vicis morantur, ad quos confluit populi frequentia, vt ſimplicitas eorum teneatur delectatione picturę, qui non delectantur ſubtilitate ſcripturę. Nobis autem, qui ſolitudine delectamur, vtilior eſt equus, aut bos in agro, quàm in pariete. Hic ſatiant oculos videndo, ibi laborant neceſſitati ſubueniendo. Hoſpitum domos duas eſſe volumus, vnam, quę fratribus qui religionis habitum gerunt, ſiue etiam quibuſdam perſonis ſecularium (quos abbatis, ſeu fratrum prouidentia ibidem ſuſcipiendos decreuerit) deputetur, aliam verò domum remotiorem illis ſuſcipiendis uolumus eſſe deputatam, qui lingua vel habitu clauſtralium pacem turbare poſſunt. Sic igitur ſeruanda ſunt tria in ędificijs, id eſt poſitio, diſpoſitio, compoſitio: ut poſitione ſua remoueantur à ſecularibus, diſpoſitione vero, ſeculares remoueant, compoſitione non ſuperflua ſint ſed vtilia.

¶ Quæ

¶ *Quæ fratribus possidere liceat. Cap. V.*

F Agros, vineas, pecorum greges, hortos, prata, lacus nutriendis piscibus aptos, fratribus habendos concedimus, hæc enim uictui necessaria præbent. Decimas uero non recipiant, nisi de illis, quos incolunt, agris, non uillas, non earum reditus, non iura fori, non telonei nummos, non transeuntium mercatorũ laboriosos (ut ita dicam) recipiant obolos. Quę enim iustitia est, ut si vendiderit ouem uidua, iure fori nummum reddere cogatur? Nun obtineant iudicis uices, nec more principum miliubus dominentur, sed oppressis subueniant, & pauperum fratrum ministrent obsequijs. Quatuor sunt nobis in rebus possessis obseruanda, scilicet ne licita iniuste acquiramus, aut iniuste acquisitis illicite perfruamur, ne multa quamuis licita possideamus, aut illicita licite defendamus. Male enim acquirere, aut male uti acquisitis, de licito facit illicitum. Multa uero possidere, propinquum est cupiditati, & sic quandoque quod nimiũ diligitur,

Quatuor in rebus possessis obseruanda.

G male defendi solet. Duo sunt, quæ illicite acquirere solent id est cupiditas & superbia, & duo, quæ male fruũtur acquisitis, id est gula & luxuria: duo sunt quæ male possidere volũt, id est prodigus & auarus, vnus vt congreget, alter vt dissipet: & duo, quæ possessa defendũt, id est intẽperantia & prudẽtia mũdi. Superbia diabolo clausit cœlũ, gula primo parẽti abstulit paradisum, auaritia diuiti aperuit infernum, intemperantia vero adhuc corrumpit mundũ. Hæc omnia frater diuitias sequũtur. Est enim vitijs locus in diuitijs, virtutũ vero sedes humilitas, humilitatis autem locus est paupertas. De qua beatus Gregorius. Paupertas, inquit, bonis mẽtibus solet esse custos humilitatis.

¶ *Quòd tria sint in cibis consideranda. Cap. VI.*

H Quoniam per esum primi parentis, culpa sumpsit initium, ideo cauendũ nobis est, ne sicut ille per escam paradisi meruit expulsionem, ita & nos arceamur ab ingressu. Sunt igitur tria in cibo consideranda, id est quid, & quando, & quãtũ comedamus, scilicet cibi species, hora, & mensura: ne illicitũ, aut extra horã, aut ultra mensurã, aliquid sumamus. Illicitũ comedit Adã in paradiso, & expellitur: extra horã Ionathas, à patre maledicitur: populus vero Israel ad sepulchra cõcupiscẽtię vltra mẽsurã, & occiditur. Trãsgreditur Adã præceptũ Domini, frangit Ionathas quod obseruabat multitudo populi, decipitur Israel in saturitate cibi. Sic igitur transgressio meruit expulsionem, negligentia voti communis maledictionem, saturitas mortem. In his frater quotidie decipimur, dum murmurantes in deserto cum Israele, ad ægyptias carnes & ollas suspirantes, & præcepta prælatorum transgredimur, & quod communiter à fratribus tenetur, negligenter obseruamus. Nunc transeamus ad ea, quæ necessitati fratrum mediocritas concedit habenda.

Gen. 3.
1 Reg. 14
Num. 11.
Num. 11.

I Fructibus arborum, & terræ nascentibus vtantur, butyro, aut oleo seu lacte, non sagimine eorum pulmenta condiantur. A carnibus abstineant, nisi aut necessitate, aut dispensatione extra conuentum alicubi concedatur. Vino liceat vti fratribus in conuentu, sed tamen utendum summopere nobis esse credimus (quod cum verecundia dictum sumus) ne scilicet quod misericorditer conceditur, sic à quibusdam fieri solet, quasi ex debito requiratur. Non enim promittimus, sed concedimus. Si autem locus aut paupertas quod concedimus negauerit, ijs, quæ regio aut possessio ministrauerit, sine murmure vtantur. Nemo igitur nostri propositi abhorreat, abstinentiam, quæ de omnibus ciborum generibus solum carnis excludit vsum, cętera vero concedit, & benigne subministrat. In ijs ciborum generibus, quæ necessitati

K fratrum licita esse diximus, tria sunt obseruanda idest modus, mensura, & numerus: modus, ut moderate utantur appositis, mensura, ut apposita sustentationi non delectationi sufficiant, numerus, vt ex aliquo appositorum reficiantur, ne abstinentia nimia caro afflicta deficiat, aut saturitate luxurietur. In mensura debet esse æqualitas, nõ quantitatis sed sufficientiæ. Vnde Beatus Augustinus. Non æqualiter, inquit, omnibus, quia nõ æqualiter omnes valetis. Hęc æqualitas est non quantitatis sed sufficientię. Tunc enim res æqualiter diuiditur, cum ille, qui diuidit, prout cuiq; opus est, singulis partitur. In hoc multi multoties decipiuntur, cum delicatiori alicui usum cibi lautioris cõcessum viderint. Non est (inquiunt) hęc æqua religio, quæ personas recipit, diuites honorat: & sic contingit (vt ait Beatus Augustinus) detestanda peruersitas, vt in monasterio vbi (quantum possunt) fiunt diuites laboriosi, fiant pauperes delicati. Hi mensuram quærunt voluptatis, non necessitatis. Quatuor per similitudinem dicuntur

L esse mensuræ, id est mensura auaritiæ & voluptatis, mensura dispositionis & necessitatis. In his lex, quę inter ementes & vendentes habetur, per similitudinem potest assignari. Auaritię mensura est nimia parcitas, mensura vero voluptatis, superfluitas, mensura dispositionis, benignitas, mensura necessitatis, si fiat cum æqualitas. Auaritia subtrahit necessitati, voluptas excedit necessitatem, dispositio necessitati misericorditer addit, necessitas debitum indigentię requirit. Solent mercatores quandoque duabus mensuris uti, una, qua uẽdentes sua distribuunt, quę minor est, altera vero, qua ementes aliena recipiunt, sed hęc maior est, maior est ipsis, minor est proximo. Sic quidam pręlati auaritię & voluptatis mensura vtentes, nimię parcitatis vasculo subiectis ministrant, ipsi autem pleno superfluitatis vtuntur modio. Parcitatem prædicant subiectis, sed ipsi voluptatem sequuntur. Sunt & alij mercatores, qui rectis vtẽtes mensuris ementi munus ex sola benignitate misericorditer impẽdunt, quibus benignitas quorundam prępelatorum comparatur, qui cum subiectis

Quatuor per similitudinem dicuntur esse mensuræ.

ctis necessaria prouideant, addunt etiam quandoque minus perfectis aliqua voluptuosa, ne deficiant. Vtamur igitur in domo religionis mensura discretionis, hęc est enim mensura, quę singulis sufficiens est.

¶ *De numero Ferculorum. Cap. VII.*

M DE numero autem ferculorum diligens est habenda consideratio, ne si multis offeras vnum, alicui sit ingratum, aut si numerositatem ferculorum concedas, vitium superfluitatis incurras. In diebus igitur ieiuniorum, duo fercu-
Bñdict. la cocta sufficiant, vt (sicut ait Beatus Benedictus) qui non possunt ex vno, ex alio reficiantur. Tertiũ vero ex terrænascẽtibus, seu ex alio aliquo, quod crudum vesci possit. In cęteris vero diebus propter causam, quam supra diximus, in hora prandij duo fercula cocta, in cœna vero vnum crudũ, seu coctum pro voluntate disponentis habere liceat. Pręter hæc autem sunt & alia pietatis fercula, quę ad pręlatorum dispensationem pertinent, licet enim pręlatis pręter hęc, quę concessa sunt, aut fratribus generaliter, aut alicui de mensa sua, aliquod ex condescẽsionis benignitate transmittere, nec tamen eis iniustum videri debet, quos fecit aliqua consuetudo fortiores, si minus pati valentibus, siue illis, qui nimium patiuntur laborem, aliquoties pietas magistri prouideat.

¶ *De habitu, & numero vestium. Cap. VIII.*

N VObis fratres dicitur. Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Quatuor autem sunt in habitu religio-
Quatuor in habitu Religiosis notabilia. nis notabilia idest, vilitas & superfluitas, paucitas & preciositas. In vilitate vana gloria & simulatio, in preciositate superbia aut delectatio, in paucitate intolerantia aut desperatio, in superfluitate vero amor seculi non amor Dei, amor palatij non amor paradisi notantur. Vtamur igitur mediocritatis mensura, & audiamus Apo-
1. Tim. 2. stolum dicentem. Non in veste, inquit, preciosa.
Hiero. Et Hierony. contra Iouinianum monachum. Grãdis, inquit, exultatio est animę, cum paruo contentus fueris, mundum habere sub pedibus, & omnem eius potentiam, epulas, libidines (propter quę diuiuę cõparantur) vilibus mutare cibis, & grossiori tunica compensare. De diuersitate vestiũ a diuersis diuersa dicuntur. Volunt enim quidã inter purpurã & saccũ, inter sericũ & ciliciũ linũ esse medium. Nos autẽ, qui non sumus de domo regia, sed de ecclesia, in medio lanam locamus, quæ nec asperitate nimia quenquam perurget, nec multum recedit à suauitate lineæ vestis. Qui enim induuntur mollibus, in domibus regũ
Matth. 11 sunt, in deserto vero non vestis suauitas, sed asperitas quæri debet. Vnde Beatus Augustinus fateor, inquit, de veste pretiosa erubesco. Et Beatus Hieronymus saccus, inquit, & ieiunium, arma sunt pœnitentiæ, & remedia peccatorum, quia inanis venter, & habitus luctuosus ambitiosius Deum deprecantur. Sufficiant igitur vnicuique fratrum nostrorum tunicæ duæ, pellicea vna, super pellitium, pelles siue pallium, cappa, fœmoralia, caligæ, pedules, & propter laborem scapulare. Lectualia vero huiusmodi erunt, culcitra de floccis linea, capitale linteum, auricularium, cingulum, cultellus, pecten, acus.

¶ *De ijs, qui vagi & ociosi fratribus laborantibus detrahunt. Cap. IX.*

LAbores manuum tuarum quia manducabis: Beatus es, & bene tibi erit. O Psal. 127.
Quid autem erit illis, qui in labore hominum non sunt? Ipsi non flagel- Psal. 72.
labuntur leuibus pœnis, sed tormentis grauioribus cruciabuntur. Quid autem dicam de eis, qui vagi & ociosi vacantes fabulis, & inundantes animę verborum, fratribus labori manuũ statutis horis instantibus subsannantes detrahũt? Nũquid non labor labiorũ ipsorũ operiet eos? De
his inordinate, & non secundum formam aposto- Psal. 139.
licam ambulantibus, ad Thessalonicenses scribit
Apostolus dicens. Denunciamus vobis fratres in 2. Thes. 3.
nomine Domini, nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione die ac nocte laborãtes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatẽ, sed vt nosmetipsos daremus formam vobis ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quòd si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operãtes, sed curiose agentes. His autem, qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent.

¶ *Vt prælatus sit sapiens, non negligens. Cap. X.*

POssunt hæc omnia, quæ superius diximus, ordinari, ordinata seruari, P
nisi negligentia prælatorum præpediantur. Si enim caput languidum fuerit, cætera quoque membra erũt debilia. Caput membra sequuntur, & Discipuli magistrum. Tria sunt autem capita, scilicet corporis, congregationis, & mentis. In singulis siquidẽ capitibus aures sunt & oculi, habet enim prælatus oculos, quoslibet fratres discretos, qui quod in subiectis vident, renunciant. Habet & ratio mentis
oculos, actuum scilicet & contemplationum. De- Eccl. 2.
bet igitur prelatus sapiens esse, nõ negligẽs. Oculi aũt sapiẽtis in capite eius, id est in Christo, vt se talẽ subiectis exhibeat, qualẽ se Christus Discipulis præbuit imitandum, vt cũ Apostolo dicere possit.

1.Cor. 4. Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti. In tri-
Q bus maxime prælati Chriſtum imitari debent
(quia in loco Chriſti ſunt) id eſt in dignitate,po
teſtate,& officio. Fuit Chriſtus ſacerdos , rex , &
miniſter . Sacerdos , cum in ara crucis ſeipſum
hoſtiam daret. Rex , cum à ligno regnaret. Mi-
niſter , cum Petri pedibus aquam miniſtraret.Sa-
cerdoti igitur dignitas , regi poteſtas , miniſtro
competit officium , dignitati debetur reuerentia,
poteſtati obedientia , officio cura. Duo igitur ex
his debentur prælatis , tertium ſubiectis. Reue-
rentia & obedientia prælatis exhibenda eſt à ſu-
biectis, cura vero ſubiectis impendenda eſt à præ
latis. Quid ? non ne in his ſubiecti prælatos imi
tari debent ? Non . Sed cum videant prælatos in
dignitate humiles , in poteſtate mites,in admini-
ſtratione curæ ſamiliaris feruentes , ſint ipſi hu-
miles , mites, iniuncta officia benigne ſuſcipien-
tes. Sunt enim quidam , qui prælatorum occu-
pationem accuſant , ingreſſus & egreſſus eorum
damnant. Cauſas eorum ignorant , & ſi cogno-
uerunt , turbant . Conſilijs ſe ingerunt , cur,
quomodo , à quo factum ſit quærunt , Sic Ma-
Luc. 10. ria, quæ in ſilentio debet eſſe, Marthæ detrahit,
& quæ verba Domini audire conſueuerat , ver-
R boſitati ſeruit. Hęc eſt falſa Maria . Eſt enim vera
Maria & falſa Maria: vera Martha et ſalſa Martha.
Vera Maria tacet, audit, lachrymatur, falſa Maria
conqueritur,quòd non egrediatur, quòd exterio
ra non ordinet, quòd ſecularibus non admiſcea-
tur . Vera Maria emit vnguentum, frequentat ſe-
pulchrum, vt vngat mortuum. Emit pretio boni
operis , frequentat deſiderio deuotionis , vngit
verbo conſolationis. Falſa Maria vendit,frequen
tat non ſepulchrum , ſed forum . Timeo autem,
Matt. 25. ne cum redierit , cum fatuis virginibus clauſam
inueniat ianuam . Vera Martha cõqueritur,quòd
ſola miniſtret , quòd ſolicitudine rei familiaris
turbetur , quòd cum ſorore verba Domini non
audiat . Sed quid dicit ei Dominus ? Martha ſo-
licitas es , & turbaris erga plurima . Porro vnum
eſt neceſſarium . Docet Chriſtus quid ſit neceſſa-
rium,vnum inquit,id eſt vt idem ſemper ſit ani-
mus , ne frangatur aduerſis , ne proſperis eleue-
1. Reg.1. tur . Hinc & de Anna dicitur , & vultus eius non
ſunt amplius in diuerſa mutati. Vultus in diuerſa
Ioan. 5. non mutantur,quando mens poſt virtutes ad vi-
tia non inclinatur. Sic & poſt aquę motum in pi-
ſcinam multi deſcendebant,& ſanabatur vnus. Et
Pſal. 26. Pſalmiſta . Vnam petij à Domino. Vnitas igitur
vitæ,ſanitas eſt animæ. Falſa vero Martha , quòd
ſola miniſtret,non conqueritur,ſed ſolis exterio-
ribus delectatur. Sed quia ſimilis ſimilem quæ-
rit,vult tamen habere ſociam falſam Mariã. Qui-
bus licet vnum eſſet neceſſarium , vnum tamẽ eſt
contrarium , quia cum vnitatem ſeruare debe-
rent,detractioni ſtudent. Tales prælatorum di-
gnitatem non reuerentur,nec poteſtatem timent,
ſed abutuntur lege clauſtrali, & clauſtri ſtatuta
turbant.

¶ Quòd duodecim ſunt abuſiones clauſtri.
Cap. XI.

S

DVodecim autem ſunt abuſiones clau
ſtri , quibus tota religionis ſumma
turbatur , id eſt prælatus negligens ,
Diſcipulus inobediens, iuuenis ocio-
ſus , ſenex obſtinatus , monachus
curialis, monachus cauſidicus, habitus precioſus
cibus exquiſitus , rumor in clauſtro,lis in capitu-
lo , diſſolutio in choro , irreuerentia iuxta altare.
Immoremur igitur in ſingulis , de ſingulis pauca
diſſerentes .

¶ De prælatis negligentibus . Abuſio prima.
Cap. XII.

SVnt quidã, qui ſciunt,& poſſunt, & T
volunt pręeſſe,quidã,qui ſciunt, &
poſſunt,ſed nolunt,quidã , qui nec
ſciunt,nec poſſunt,ſed volunt,qui-
dã qui nec ſciunt,nec poſſunt,nec
volunt . Scire , & poſſe , & velle , charitatis eſt
vel ſuperbię,ſcire, & poſſe, & nolle, humilitatis
vel inertię,nec ſcire,nec poſſe,ſed velle,cupidita-
tis & ſtultitię,nec ſcire,nec poſſe,nec velle, diſcre
tionis & prouidẽtię.Qui enim ſciunt , & poſſunt,
& volunt pręeſſe,ſi velint ꝓdeſſe,charitatis eſt, a-
lioquin ſuperbię.Qui vero ſciũt,& poſſunt,& no
lunt,humilitatis eſt quòd renuunt,inertię vero cũ
ſciant ſi omnino deſiſtunt . Qui aũt nec ſciunt ,
nec poſſunt,ſed volunt , ambitionis videtur eſſe,
quòd volunt, ſtultitię, ſi velint , quod nec ſciunt,
nec poſſunt.Illi ſiquidem,qui nec ſciunt,nec poſ-
ſunt,nec volunt,prudẽter agunt.Summa eſt enim
diſcretio,nolle quod non potes , prouidere quod
neſcis , Quatuor ex his , quę prędiximus , id eſt V
ſtultitia & inertia,ambitio & ſuperbia , negligen-
tiam generant . Reliqua vero quatuor, id eſt pro-
uidentia & diſcretio , humilitas & charitas , ip-
ſam negligentiam , etiam ſi nutrita fuerit , eli-
minant. Ad prouidentiam ſiquidem pertinet con
ſiliũ,ad diſcretionem iudicium, ad humilitatẽ cu
ſtodia, ad charitatem diligentia.Conſilium proui
dentię ſeparat à bonis mala,iudicium diſcretionis
eligit quę meliora ſunt, humilitatis cuſtodia vir-
tutum euitat damnum , diligentia periculum . In
his negligentia locum non habet. Illos vero , qui
prouidentiæ oculos ſtultitiæ caligine coopertos
habent, qui ab exercitio boni operis inertes tor-
pent, qui per cupiditatẽ ad voluptuoſa diſtrahun
tur,& per ſuperbiam humilibus non condeſcen-
dunt,illos, dico,negligentia poſſidet, & eorũ diſ-
ſoluit actiones. Per ſtultitiam intrat negligentia ,
per inertiã manet , ambitionis deſiderio paſcitur,
per ſuperbiam regnat . Audiat igitur negligens
paſtor , quid ſibi , & diligenti paſtori dicatur.
Bonus paſtor (inquit) animam ſuam dat pro
ouibus ſuis , mercenarius vero fugit . Animam Ioan. 10.
ſuam pro ouibus ſuis ponit, qui periculoſum re-
giminis aſcendens locum , clauſo ſilentij oſtio ,
clauſtralium gregem in pace cuſtodit . Animam
ponit , qui ad ſuſtinenda iurgia cauſa rei fami-

liaris solus exit, qui inter adulantium & de-
trahentium linguas medius incedit, qui pro infir
mis laborat, & laborantes pascit, consolatur pusil-
lanimes, & cum superbis increpando contendit.
X Talis pastor dicere potest: Cognosco meas, &
Ioan. 10. cognoscunt me meæ. Cognoscunt oues pasto-
rem, quem sæpe vident præsentem, quem familia
ritas notum, beneficentia reddit amicum. Oues
vero pastor agnoscit, dum subiectorum mores &
Prouerb. 27. actus diligenter attendit. Vnde scriptum est. Con
sidera diligenter vultum pecoris tui. Vultum pe-
coris considerat, qui quid singuli subiectorum
possint, non ignorat, cui per confessionem corda,
per circunspectionem opera, per experientiam
quid possi[n]t, per effectum, quid velint, ratio ma-
Ioan. 10. nifestat. Et vocem, inquit, meam audiunt. Tres
sunt pastoris voces, suauis scilicet, dulcis, alta. Sua
Tres pastoris voces. uis ad infirmum, ad morientem dulcis, ad sur-
dum pertinet alta. Infirmatur autem qui tentatur,
moritur qui desperat, surdus est qui non audit,
audiunt autem, qui obediunt. Audit enim quan-
doque infirmus vocem suauem consolationis,
desperans dulcedinem obsecrationis, surdus aspe
ritatem increpationis. Et sequuntur me meæ.
Oues pastorem sequuntur. Quem? Illum qui præ-
cedit. Quò? Ad vitam, si diligens, ad mortem, si
Matt. 15. negligens præcedat. Si enim cęcus cęcum ducat,
Y ambo in foueam cadunt. Quomodo præcedunt?
vita & doctrina. Sic fiet vnum ouile & vnus pa-
stor: pastor vnus debet esse in se, & vnus cum gre-
ge, vnus in se, vt quod docet verbis, impleat ope-
re, vt per iracundiam non mutetur a mansuetudi-
ne, non eleuetur prosperis, non frangatur aduersi-
tate, sed idem permaneat patientia perseuerante.
Tenet autem pastor vnitatem cum grege, quando
non diuiditur a subiectis per pretiosiorem habi-
tum, vel per delicatiorem cibum, dum fit vnus
per compassionem cum infirmis, per dispensa-
1. Cor 9. tionem cum delicatis, vt cum Apostolo dicere
possit. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lu-
crifacerem. Pastor vero negligens fugit. Sunt qui-
Matt. 23. dam pręlati, qui fugiunt quod præcipiunt. Cum
onera grauia & importabilia imponunt, & ea di-
gito mouere nolunt, fugiunt quod præcipiunt,
fugiunt, cum se subtrahunt, fugiunt, cum per alie
nas domos vagantes discurrunt, fugiunt, qui quæ
sua sunt quærunt, fugiunt, licet præsentes sint,
qui cum negligentias viderint, se sub silentio
abscondunt, fugiunt, qui remoti a conuentu sub
ocio viuunt, qui a communi fratrum concilio re-
cedunt, qui praua agunt & reprehendi nolunt.
Vnde Beatus Gregorius. Liberi, inquit, vt dum li-
center etiam illicita faciunt, subditorum nemo
contradicat. Et in eodem. Cunctis se existimat
prælatus amplius sapere, quibus se videt amplius
posse. Hoc amant, scilicet, videri sapientes, & esse
potentes, hæc causa fuit angelicę & humanę rui-
Esa. 14. nę. Ponam (inquit Angelus) sedem meam ad
Aquilonem. Et homini dixit: Eritis sicut dij scien
Gen. 3. tes bonum & malum. Timeat igitur prælatus,
quod meruit homo & Angelus. Angelus enim
cum vellet esse potentior, corruit, homo cum vel-
let videri sapientior, desipuit. Sunt & tres species
negligentium prælatorum scilicet qui bene vi-
uunt, & subiectos male viuere permittunt, qui-
dam male viuunt, & subiectos bene viuere co-
gunt, quidam male viuunt, & subiectos ma-
le viuere volunt. Qui bene itaque viuunt, &
subiectos male viuere permittunt, exemplo
quidem præcedunt, sed dum corrigendo non
increpant errantes, delinquunt. Licet enim
bene viuant, necesse tamen est, vt de grege si-
bi commisso, gregis Domino rationem red-
dant. Cur suscipiunt curam gregis, & fugiunt
pondus laboris? Si nesciunt, cur suscipiunt?
si sciunt & peccare permittunt, cum soli bene vi-
uere possent, cur mortem incurrunt? Tales præ-
lati nutriunt filios Heli, qui cum mulieribus, 1. Reg. 2.
quæ obseruant ad ostium tabernaculi, dormiunt,
qui venientes in Sylo sacrificare non permit-
tunt, sed antequam incendatur adeps, carnem
crudam rapiunt. Quasi filij sunt Heli, qui sub
prælatis bene viuentibus male viuunt. Qui cum
mulieribus dormiunt, cum vel hoc realiter
agunt, vel cum carnis desiderijs se coniungunt.
Illos, qui veniunt in Sylo, ne sacrificent im-
pediunt, cum nouiter conuersos verbis & exem-
plis ab exercitio bonæ actionis auertunt. Ac-
cendi non permittunt adipem, quia extincto
charitatis igne non infundunt bonæ actioni
cordis dulcedinem. Carnem crudam, non co-
ctam quærunt, quia tribulationis ignem fu-
gientes, paupertati & labori se subtrahunt. In
camino etenim paupertatis decoqui solent vi-
tia carnis. Carnem crudam idcirco desiderant,
vt quando, & quomodo, & quantum velint
sibi coquant. Tales sunt quidam, qui mo- Z
rantur in claustro quasi in Sylo, qui nihil
aliud faciunt, nisi quod, vel quomodo, vel
quantum volunt. Illi vero, qui male viuunt &
subiectos bene viuere cogunt, errantes reuocant,
sed fortes occidunt. Reuocant verbis, occidunt
exemplis. Religiosi videri student, quia religio-
sos sub se habent. Gloriantur de eorum patien-
tia, non de sua. Quod operari nolunt, imperant,
operantur ipsi, quod alijs operari licitum non
esse putant, subiectos cogunt, & a nemine cogi
volunt.

¶ *De discipulo inobediente. Abusio secunda. Cap. XIII.*

Nobedientiæ morbus ex superbiæ A
tumore procedens, sicut sanies ex
vulnere, sic ex vlcere contemptus
emanat. Morbus inobedientiæ
languor est animæ. Qui enim
operari non vult & potest, viuit, sed languet.
Viuit potestate, sed languet voluntate. Hoc Gen. 1.
morbo primus homo languit, qui cum viueret
potestate, & sanus esset volũtate, bestijs terræ præ
positus fuit, per inobedientiæ vero culpam sup-
positus, etiam nunc muscis, & culicibus per po-
steros seruit. Quando infirmitas carnis adiungitur

in tumorem, contingit quandoque vt generet lánguorem. Mens enim carnalis per tumorem super biæ incurrit sępissime languorem inobedientiæ. Duæ autem sunt tumoris species, dura videlicet & mollis. Duritia tumoris in carne, est obstinatio carnalium in conuersatione. Huic autem tribus modis mederi solent, emplastro scilicet, vnguento, & ferro, idest exemplo boni operis, verbo commonitionis, disciplina correptionis. Cũ enim mens non emittit saniem per cõfessionem, vel ex commonitione non permittit emendationem, restat vt ferri recipiat incisionem, idest correptionem disciplinę. Est autem tumor mollis, cũ mens inflata delectatur voluptuosis, cum sectatur ocium, somnolentia torpescit. Ex his igitur languor animæ nascitur, quãdo duritia obstinationis pressa, vel mollitie dissoluta, mens superba nihil operatur. Assumit sibi inobedientia quandoque nomen obedientiæ, vt solo nomine glorietur. Sed B quia obedientia multis modis dicitur, expedit vt sermo de ea habitus alti is repetatur. Imponitur enim nomen obedientiæ, præcepto, facto, & loco, vt designet quod præcipitur, monstret quod agitur, nominet locum in quo quis moratur. De præcepto enim dicitur, iniungit ei obedientiam, de facto, compleuit eam, de loco, apud illam moratur obedientia, cum aliquam temporam seruat villam aut cortem. Prima est facilis, secunda grauis, tertia ad vtrumque se habet. Leue enim est præcipere, sed labor est implere. Locus vero aliquando placet, aliquando displicet. Placet quibusdam, non quia abundet fratribus, sed piscibus. Placet, quia famulis abundat & tabulis. Placet, quia solus cuncta possidet, & sic fit, vt vocetur obedientia cum non sit. Hanc obedientiam multi desiderant, vt extra obedientiam esse C queant. Multis autem modis hæc obedientia quæri solet, idest auxilio, consilio, & ingenio. Auxilio videlicet parentum, consilio fratrum, simulationis ingenio, vt quod minis parentum, vel exhortationibus fratrum non potest obtineri, saltem simulationis ingenio possit adipisci. Hæc autem obedientia, quæ conceditur alicui, parentũ exactione, seu fratrum seductoria exhortatione, vel etiam boni operis simulatoria ostensione, obedientiæ nomen habet, sed re caret. Ad hanc etiam obedientiam alijs modis peruenitur, vt quod illis tribus præcedentibus non potest, promissione muneris obtineatur. Sic adhuc cum Petro Simon magus moratur in ecclesia, & Saphyra cum Anania, per Petrum boni [illegible], per Simonem, Ananiam, & Saphyram mali [illegible] de[illegible]itur. Voluit emere Simon gratiam, illi obedientiam. Ananias & Saphyra abscondentes partem substantiæ [illegible] vero negoc[illegible] incumbit [illegible] acquirendæ pe[illegible]. Hæc est obedientia cum simonia. Est & alia species inobedientiæ, quæ ta D men obedientia vocatur, de qua dicitur: Quia obedisti voci vxoris tuę plus quam meę, maledicta terra in opere tuo. Quatuor sunt [illegible] voces, scilicet vxoris, mundi, diaboli, & Dei. Audiam igitur quid loquatur in me Dominus Deus, non

Discurrit pulcherrime.

Actu. 8.
Actu. 5.

Genes. 3.

Psal. 84.

quid loquatur diabolus, non quid loquatur caro, aut mundus. Vox vxoris, vox carnis. Vox autem carnis, voluptas. Vox mundi, vanitas. Vox diaboli iniquitas. Vox Dei, bonitas. Voci vxoris obediunt, qui carnis suggestionibus non contradicunt: & plus voci vxoris obediunt, quàm voci creatoris. Est autem vox creatoris ad subiectos de prælatis dicens. Quæ dicunt, facite, quę autem faciunt, facere nolite. Vt peruersis obedias prælatis innuit, qui etiam male operantibus obedire iussit, vt sic ingrediaris, & egrediaris cum Dauid sub Saule, & eundem honores licet reprobum cum Samuele. Inobedientes igitur & superbos seipsos esse testantur, qui prælatis licet peruersis non obediunt, & eos non venerantur. Nec bonis tamen obedias in malo, nec peruersis contradicas in bono.

Matt. 23.

1. Reg. 18
1. Reg. 15

¶ *De iuuene ocioso. Abusio tertia.*
Cap. XIIII.

Ocium stultitiam, labor scientiam generat. Est autem labor & ocium interioris hominis, est labor & ocium exterioris. Labor interioris, labor scientię, labor exterioris, exercitium E operationis. Scientię labor in tria diuiditur, id est in laborem disciplinę, exercitij, & doctrinę. In pueritia labor disciplinæ, in iuuentute exercitij, in senio doctrinæ, vt qui nescit, in pueritia discat: quæ didicit, in iuuentute ad vsum ducat: quod ad vsum duxit, in senio doceat. Est & alius labor interior, scilicet cogitationis & meditationis, vt ad requiem perueniat contemplationis, vt si quid per obliuionem sub nube dubitationis lateat obscurum, fiat cogitatione liquidum, meditatione liquidius, contemplatione liquidissimum. Cum enim aliquid de cœlestibus offert memoria menti, prius quasi confusum in cogitatione cernitur, postea vero meditatione discernitur, ad vltimum vero contemplatione dignoscitur. Accenditur [illegible] consideratione cogitatio, inflammatur di[s]cretione meditatio, illuminatur cognitione contemplatio. Est enim cogitatio in mente, quasi fumus in igne, meditatio, quasi flamma cum fumo, contemplatio, ignis cum flamma sine fumo. Cum autem mens ad consideranda cęlestia laborat, tunc cogitatio occupatione [illegible] ralium impeditur, meditatio ocio co[illegible], contemplatio curiositate reuocatur, & sic fit quandoque, vt mens ociosã voluptate torpescat. Cum igitur homo interior iacet in lectulo voluptatis, dum somno torpescit inertiæ, & somnis deluditur curiositatis, conuocat & h[illegible] exteriorem, vt inclinet aurem rumoribus, loquatur vana, mollibus induatur, mane comedat, gallus cœnæ terminet lectiou[illegible] cum [illegible] dormitum surgentes ad vigilias obuient fratres, vigilantibus illis dorm[illegible], redeuntibus surgant. Sed melius fortasse esset, si nihil dicerent, quam si subtractis syllabis, aut dictionibus, oscitando psalmos decantarent. F

Hec

Hæc est tarditas ociosorum, qui nihil operantur ad horam, sed semper comitantur moram. Hi sunt, qui expectant cum asino, nec ascendunt cũ
Gen. 22. Isaac in montem: portantes paleas & stimulum, quæ ad asinum pertinent, non ignem & gladium quæ pertinent ad sacrificium. Ait enim Abraham ad pueros suos. Expectate hic cum asino, ego & puer cum adorauerimus, reuertemur
Pulchra figura. ad vos. Pueri sunt pueriles sensus animi, qui cum asino expectant, quia tarditatem semper
G amant. Duo dicuntur esse pueri, ociosi videlicet & tepidi, portantes stimulum carnis, & paleas leuitatis. Abraham vero, qui interpretatur pater multarum gentium, id est animus genitor multarum cogitationum, ascendit cum puero, id est cum corde puro, portans ignem & gladium in manibus. Per ignem charitatem, per gladium, prædicationis verbum intelligimus, portat igitur ignem & gladium in manibus, qui quod amat & quod prædicat, implet operibus. Ego, inquit, & puer reuertemur ad vos. Necesse est, vt ambo redeant, id est vis rationis & puritas mentis, vt reuertantur ad agendam curam carnis, non in desiderijs, sed in necessarijs. Semper enim caro quærit affluentiam cibi, libertatem ocij. Necessaria vero impendenda sunt non subtrahenda. Sed ne vacet ocio, dum impenditur cibus, sequantur quæ conueniunt asino, virga scilicet & onus, virga correctionis, & onus laboris. Inter virgam siquidem & onus,
Eccl. 33. non est ocio locus. Laboret igitur homo in-
Matt. 20. terior & exterior, ne dicatur eis. Quid hic stans tota die ociosi? Tota die ociosi stant, qui omni tempore vitæ suæ cessantes a bono opere, in foro vanæ gloriæ torpentes perseuerant. Audiant tamen prælati causam ocij. Nemo, inquiũt, nos conduxit. Non episcopi, non presbyteri populum, non abbates, non priores conuentum. Quo enim conducerent? Ad quærendum forsitan honorem non ad laborem, ad curiam non ad vineam. Ibi agitur de pondere pecuniæ, non de quantitate culpæ, de examinatione argenti, non de purgatione peccati. Sunt tamen boni prælati, qui operarios ad laborem conducunt,
H uerbo enim docent, & exemplo præcedunt. Ad hunc laborem diuersi veniunt, id est pueri, iuuenes, & senes, & diuersis temporibus, scilicet vespere, & mane, & meridie. Mane pueri, meridie iuuenes, vespere senes: Mane Maurus, meridie Paulus, vespere Gentianus. Hic large accipimus iuuentutem, vt non tantum adolescentiam, sed etiam maturam comprehendamus ætatem. Hæc est æ-
1.Cor.4. tas labori congrua, in hac ætate Paulus volens redimere tempus, non solum instabat contemplationi, sed etiam labori. Sic etiam Iacob cum Lia
Gen. 31. & Rachel reuertitur in patriam, sic Mariæ & Mar-
Ioan. 11. thæ precibus adiunatur Lazarus ad vitam. Cum Rachel & Lia Iacob reuertitur, quando aliquis desiderio bene operandi gradiens, actiuæ & contemplatiuæ vitæ sociatur. Lazarus vero, adiutus interpretatur. Qui tunc resuscitatur, quando aliquis hinc bonis operibus, hinc lachrymis à morte peccati liberatur. Nemo igitur à labore excusatur, non pueri, non iuuenes, non senes, sola tamen iuuentus portat pondus diei & æstus, portat materialiter pondus laboris, & æstum solis, portat moraliter pondus carneæ fragilitatis, sustinet æstum libidinis. Labore igitur manuum annihilatur pondus tẽtationum, ocio multiplicatur tentatio, labore caro affligitur, ocio nutritur. Iuuenis autem in ocio, quasi iuuencus sine iugo, qui dum non tenetur obedientiæ vinculo, in æqualitate fraternæ societatis, quasi bos lasciuiens, discurrit per desideria propriæ voluntatis.

¶*De sene obstinato. Abusio quarta. Cap. XV.*

Nter abusiones huius sæculi sola maior est senis obstinatio, qui morti proximus, mortis aduentum non exhorret, qui quasi ad ostium mundi huius positus foris spectat, nec tamen vitæ præsentis attendit egressum, nec ingressum futuræ considerat: audit nuncios mortis, & credere non vult eis. Tres sunt enim nuncij mortis, casus, infirmitas, senect⁹. Casus dubia, infirmitas grauia, senectus certa denunciat. Casus mortem denunciat latentem, infirmitas apparentem, senectus præsentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate dolor, ex certitudine senectutis non obstinatio, sed humilitas I
sequi deberet. Sed forsitan funiculus triplex, quo Eccl.4.
ligatur senex, difficile rumpitur. Triplex funiculus, est prauæ consuetudinis vsus, qui ex tribus conficitur, quando meditatio sermoni, sermo operationi ab ociosis complicatur. Dum enim à pueritia in mente senis per cogitationem semitam fecerit voluptas, in sermone vanitas, in opere peruersitas, quid aliud agitur, nisi quòd in consuetudinem quasi in funem hęc tria torqueantur? Est autem laqueus in fune, dulcedo temporalis in consuetudine, circundatio funis, impedimenta sunt carnis. Dulcedine igitur decipimur, consuetudine ligamur. Ille autem laqueum euaserat, & funiculum ruperat, qui dicebat. Anima mea erepta est de laqueo venan- Psal. 123.
tium, laqueus contritus est, & nos liberati su- 2.Reg.18.
mus. Absalon vero crinibus inhærens quercui, duritiam designat cuiuslibet obstinati, qui dum patris exercitum fugeret, contigit vt condensæ quercui crinibus inhæreret. Absalon pax patris interpretatur, quia pater eum licet persequentem patiebatur: non pax filij, qui patrem nolebat pati. Quercus, intus durior, externis vero fragilior esse comprobatur. Cui Absalon suspensus inhęret, quia interius obstinationem mẽtis, externus vero fragilitatem carnis comitatur. Crinibus inhærens suspenditur, quia superfluitatis amore detinetur. Mulus autem, cui insederat, pertransijt, sed ipse quercui suspensus inhæsit, quia luxuria & dolus, cui semper studuerat, perijt, sed pœna peccati mansit. Tribus lãceis, idest

idest auaritia, superbia, & luxuria cor eius perfo-
2 Reg. 18 ratur: vnde & vsque in hodiernum diem aceruus lapidum magnus super eum proijcitur, quia peccatorum siue suppliciorum multitudine grauatur. Nec mirum, si magnus aceruus lapidum super eum fuerit, qui per obstinationem vsque in fi-
M nem cor impœnitens gessit. Sũt etiam tres species obstinatorum. Prima scilicet eorum, qui non penitus obstinari ex correctione proficiunt. Secunda eorum, qui ex commonitione deteriores fiũt. Tertia eorum, qui emendationem promittunt, sed non faciunt. Ex correctione Manasses factus
2. Para. 33 est melior: Nabal ex commonitione deterior. Pha-
1 Reg 25
Exod. 8. rao ex afflictione durior. Manasses in carcere positus, catenis & compedibus constrictus Deum cognouit, quẽ prius liber cognoscere noluit. Tales sunt quidam claustrales, qui quandiu sui iuris sunt, peruerse viuunt, dum vero in claustro quasi in carcere tenentur astricti catenis obedientiæ scilicet & timoris, dum compedes etiam adduntur, quia vagari vel egredi foras non permittuntur, fit quandoque, vt Deum, quem prius despexerant, correpti diligant, & qui fecerant de libertate seruitutem, faciant de necessitate virtutem. Quos igitur peruersos propria fecit voluntas, deuotos reddit per correptionem aliena potestas. Nabal vero designat quosdam doctores, qui ex commonitione subditorum fiunt deteriores, qui pueris Dauid cibum negant, qui pure viuere volentibus verbum Dei non propinãt. Tonsoribus vero suis conuiuium parant, quia vacantes ocio, adulantium confabulationes amãt.
N Accusat Nabal Dauid, & dicit. Hodie increuerũt
1. Reg. 25 serui, qui fugiunt dominos suos. Peruersi quidem prælati dolent, cum viderint numerum religiosorum multiplicari, timent cum videant Dauid, id est bonus subditos vngi in regem, & Saul deijci, idest peruersos prælatos honore prælationis priuari. Sed quare timent? ne & ipsi priuentur honoribus, ne loco eorum restituatur aliquis melior. Et indicauit Abigail Nabal omnia verba, quę audierat à Dauid, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Boni siquidem subditi peruersos magistros de negligentia commonent, sed ex cõmonitione deteriores fieri quandoq; solent. Et emortuum est cor Nabal, & factus quasi lapis, cum aliquis morte perpetua induratur in peccatis. Post mortem Nabal, Abigail regina constituitur, quia qui sub peruerso magistro bene vixerit, citius ad regimen animarum sublimari promeretur, vt cum Dauid obtineat regnum, & cum Christo regnet in æter-
1. Reg. 25 num. Misit enim nuncios Dauid ad Abigail, ipsa autem secuta est eos. Nuncios Dauid Abigail sequitur, dum quilibet fidelis, ecclesiæ doctores vita & moribus imitatur. Sed & quinque puellæ pedissequæ ierunt cum illa. Quinque pedissequæ eius, sunt quinque corporis sensus, qui quasi puellæ pedissequæ cum Abigail gradiun-
O tur, dum per munditiam continentiæ cuilibet iu-
Exod. 8. sto seruientes obsequuntur. Pharao vero, qui populum Dei Moysi dimittere promisit, nec tamen dimisit, illos designat, qui vitæ melioris emendationem promittunt, nec culpam dimittũt, nec tamen in columbino spiritu contritionem, sed in voce coruina dilationem quærunt. Quorum terra diuersis plagis affligitur, nec emollitur, sed ex consuetudine peccandi magis ac magis induratur. Tũc enim Dominus aquas in sanguinem conuertit, cum de rerum causis aliquis carnaliter sentit. Terra ranas producit, cum in aliquo garrienti dominatur vana loquacitas. Cynomyia siquidem & ciniphes, sunt importuni mentis impetus & canini mores. Mors pecorum, mortem designat cogitationum, quæ pecoribus assimilari solent, quando rationabili intellectu carent. Sic enim homo comparatus est iumentis in-
sipientibus, & similis factus est eis. Sexta plaga Psal. 48.
est cum tument vesicæ, & corrumpuntur viscera, quod fit, dum interiora mentis tument odio & ebulliunt ira. Plaga vero grandinis in fructibus, iniquitatem manifestam designat in operibus. Plaga locustæ, est instabilitas animæ, quæ ore lædit, cum detrahit, dat saltus, dum ad carnales se extendit affectus. Plaga siquidem tenebrarum, cæcitatem designat animarum, quæ palpabiles comprobantur, dum peruersa, quæ mens cogitat, opere perpetrantur, hoc enim palpabile est, quod manu tangi potest. Nota, quod inter plagam grandinis, & plagam tenebrarum, media ponitur plaga locustarum. Ab iniquitate enim, quæ designatur per grandinem, fit quasi saltus locustarum ad æternæ damnationis cæcitatem. Nouissima vero plaga est mors primogenitorum. Primogenita siquidem mentis, sunt moraliter voluntas & intentio cuiuslibet operationis, dum enim voluntas & intentio corrumpuntur, quasi primogenita Aegyptiorum morte percutiuntur. His igitur plagis affligitur obstinatio lenis, qui carnalibus delectatur, loquacitate gaudet, importunus & grauis est omnibus, more pecorum pronus ad vitia, iracundia tumens, ad iniurias manifestus, ad omnia mobilis, luce veritatis carens, & ideo seipsum palpans.

¶ *De curiali monacho. Abusio quinta.*
Cap. XVI.

QVoniã de curiali monacho pauca di- P
cturi sumus, notãdum fateor, vt de canonico seu cõuerso curiali eadem sentiamus. Licet enim diuersus sit habitus, idẽ tamen debet esse religionis affectus, vt non affectent vestibus placere, sed moribus. Cum ergo dicitur curialis monachus, ex adiuncto designatur aliquid leuitatis. Qui enim secularium hominũ consortia diligũt, qui se cõsilijs principũ libenter ingerũt, qui secretorum cõscij sunt & internuncij, curiales possunt appellari. Cõsilia principũ peruersa, si ea scias, & inter-
nuncius fias, timeo ne cõsentias. Ordo claustri & Psal. 9.
ordo curię diuersus est valde. Ibi sedes in insidijs cũ diuitibus in occultis, vt interficias innocentẽ: hic audis, Non sedi cum consilio vanitatis, & cũ

impijs

Pſal. 25. impijs non ſedebo. Ibi dextera tua repleta eſt
munenbus, hic lauas inter innocentes manus
tuas. Ibi pauperum res uiolenter auferuntur, hic
Pſal. 9. à pauperibus ſponte offeruntur. Ibi laudatur
peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus be
nedicitur, hic autem benediciiur iuſtus. Si uis
igitur eſſe monachus curialis, laudas quod non
debes, defendis quod expedit, opetaris quod
Q non licet, loqueris quod non decet. Duæ ſunt
tamen curiæ principum ſæcularium, quorun-
dam ſcilicet, qui eccleſias conſtruu nt, & quo-
rundam, qui deſtruunt. Ad vtranque neceſſarius
eſt religioſorum acceſſus, curialium vero mo-
nachorum inutilis & periculoſus. Hæc eſt curia
Dauid, illa vero Abſalon. In vtraque neceſſarium
2. Reg. 15 eſt conſilium Chuſai. Lego Achitophel conſilia-
rium Dauid quandoque fuiſſe, ſed tamen receſ-
ſiſſe ab eo, & cum Abſalon permanſiſſe. Locus
eſt forſitan, vt exquiſitius de adducto loquamur
teſtimonio. Duæ ſunt enim curiæ, Dauid ſci-
licet & Abſalon. In vtraque prætaluit conſilium
Pſal. 139. Chuſai, non conſilium Achitophel. Chuſai ſilen-
tium, Achitophel ruina fratris interpretatur. Vir
enim linguoſus non dirigetur in terra: virum in-
iuſtum mala capient in interitu. Si autem diligis
Pſal. 33. videre dies bonos, prohibe linguam tuam à ma
lo, & labia tua ne loquantur dolum. Hoc eſt
cõſilium Chuſai, illud Achitophel. Lingua enim
ſedet in vdo, & facile labitur. In illa, ruina fra-
trum, in ſilentio vero pax nutritur, ſeruatur Da-
uid ne moriatur. Erat autem Chuſai, vt ſcriptum
2. Reg. 16 eſt, amicus Dauid. Sed quomodo amauit eum?
Pſal. 38. Obmutui (inquit Dauid) & humiliatus ſuum, &
ſilui à bonis. Sic enim fructum ſilentij iuſtus
amat, vt etiam à quibuſdam bonis taceat. Sic a-
mat conſilium Chuſai, vt ponat ſilentium ori ſuo
cuſtodiam, dum non loquitur niſi per licentiam.
Cantat Dauid pſalmum pro verbis Chuſai. Ver-
R ba Chuſai, verba ſilentij, velamen myſterij. Tria
ſunt tamen ſilentia. Silentium oris, tranquilli-
tas mentis, velamen myſterij. Verba primi ſi-
lentij, diſcreta, ſecundi, ſecreta, tertij, manife-
ſtatio myſterij. Hiſtoriam noſti, nota myſterium,
aſſigna moralitatem. Perſequebatur Abſalon
Dauid, Iudas Chriſtum, appetitus carnis, ani-
2. Reg. 15 mum. Aeſtuabat Abſalon amore regnandi, hæc
1. Tim. 6. eſt radix omnium malorum cupiditas, ipſa eſt ca-
put, ex quo pendet vitiorum cęſaries. Hęc eſt cę-
2. Reg. 14 ſaries, quam nutriebat Abſalon, & grauabat eum,
& non niſi ſemel in anno tondebatur, & tunc cri-
nes ſuos ponderabat ducentis ſiclis pondere pu-
blico. Abſalon, pax patris interpretatur. Ipſe & Iu-
das eſt. Audi pacem patris. Qui mecum (inquit)
intingit manum in parapſide, hic me traditurus
Matt. 26. eſt. Audi pacem filij. Quemcunque oſculatus fue
ro, ipſe eſt, tenete eum. Oſculo pacem promittit,
Ioan. 12. & affligit. Comam nutriebat, ſed quomodo? Fur
erat, & loculos habebat. Et ſemel in anno tonſus
eſt, quando ſemel triginta argenteos retulit, & in
templo proiecit. Crines ducentis ſiclis pondera-
uit, qui numerus eſt immundorum, quia pœ-
Matt. 27. nitentia ductus ait: peccaui, tradens ſanguinem
iuſtum. Si ſciret ponderis iuſtitiã, id eſt pretium
ſanguinis, non ad laqueum curreret, ſed ad crucẽ
Domini humilis properaret. Ponderauit autem
pondere publico, non pondere ſanctuarij. Poſuit
enim talentum plumbi, ſuper quod ſedet diabo- Zach. 5.
lus, non leue pondus miſericordiæ, cui Dominus
ſupponit manum ſuam. Poſuit pondus deſpera-
tionis, non miſericordiæ, hoc pondus apud ſe ha-
bebat, illo carebat, & ideo forſitan, quia miſereri
noluit, miſericordiæ veniam quęrere dubitauit.
Audi pondus ſanctuarij. Peccaui, delictum meũ Pſal. 31.
cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non abſcõ-
di. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam
meam Domino, & tu remiſiſti impietatem pecca
ti mei. Iuſtum pondus abundans miſericordia,
delictum ſuum cognitum facit, confitetur iniu-
ſtitiam, & quo plus peccatum detegitur ab eo,
tanto plus tegitur à Deo. Audi pondus publi-
cum, pondus Cain, ait enim. Maior eſt iniqui- Geñ. 4.
tas mea, quàm vt veniam merear, plus ſuam ma
litiam, quàm Dei miſericordiam ponderauit.
Sed & appetitus carnis cæſariem nutrit, quia co-
gitationum ſuperfluitatem producit. Quæ cęſa-
ries grauat mentem, dum deprimit terrena inha-
bitatio ſenſum multa cogitantem. Qui tonſus Sap 9.
ſemel in anno ducentis ſiclis crines ponderat,
quando in omni ſpatio vitæ ſuæ cupiditatibus ſe
culi ſemel renunciat, & hoc in fine. Tunc enim
tantum ab ijs, quæ poſſidet, ſpoliatur, quando
ſucciſione mortis vltimæ à terrenis ſeparatur.
Ponderat autem plus terram quàm cœlum, plus
enim amat eſſe in domo lutea quàm in non ma-
nufacta, quæ eſt in cœlis: in tranſitoria, quàm in
æterna, & hoc pondere publico, non pondere
ſanctuarij. Audi pondus ſanctuarij, pondus Pau-
li. Cupio, inquit, diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Au Philip. 1.
di pondus publicum. Væh habitantibus in terra, Apo. 8.
non illis, qui corpore habitant, ſed qui corde a-
mant. Amet igitur monachus conſilium Chuſai,
ideſt ſilentium clauſtri. Reſpuat autem conſilium
Achitophel, vt non amet negocia principum, nec
ſecularium vagus quærat acceſſum.

¶ De Monacho cauſidico. Abuſio ſexta. Cap. XVII.

Contingere quandoq; ſolet, vt mona S
chi, qui curias frequentãt, cauſas au
diant, iudicia perquirãt, & ſi aliquã
do propriꝫ cauſꝫ neceſſitates occur
rant, ad curiã ſecuriores recurrant.
Nec tantũ ſuas, ſed etiã alienas defendunt cauſas,
hoc amant, hoc frequentant. Amãt decreta conci-
liorum, non ſecreta myſteriorũ. Decreta, non pſal
mos ruminant, fiunt oratores in cauſis, rhetoricis
vtuntur coloribus: Laudari appetũt, quia pro mul
tis loquuntur. Sed monachus multum loquens,
multis diſplicet. Coniugia copulant illicita, licita
quandoq; diſſoluunt, quorum non nouerunt pa-
tres, atauos nominant, cõſanguinitatis ordinẽ nar
rant, hunc ex illo deſcendiſſe confirmant, dꝫ in-
certis iudicant, teſtantur ſæpiſſime quod ignorãt.

Si vero aliquoties illicita connubia coniungunt, communem vtilitatem prętendunt, ecclesiarum quietem promittunt, pacem populi, patrię salutem. Si vero res sic ad effectum peruenire non valeat, monachus causidicus tunc parat, ut quod alibi fieri non potuit, Romę fiat. Pro principe igitur sęculari Alpium frigus, Italię calorem libenter patitur, qui prō magistro spirituali molto leuiora forsitan inuitus pateretur. Oneratur chartulis, auctoritatibus fultus reuertitur, ponit diem causę, personas inducit, quę si uelis, paratę sunt iurare quod est, & si uelis, iterū iurare quod non est. Hæc sunt principum negocia. Audi iudicium

Marc.6. Ioannis Baptistę in consimili causa. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quid igitur dicam? Nonne magis amat monachus esse causidicus de simul discumbentibus cum Herode, quàm in vinculis & carcere teneri cum Ioanne? In quo conuiuio licet non videat caput Ioannis in disco, tamen videt quæ effuso sanguine acquiruntur, vaccam viduæ, & porcum pauperis. In carcere principis pauper moritur, & tamen de substantia pauperis comedens monachus principi blan-

T ditur. Sed & ego ipse, charissime, quandoq; cum Herode in conuiuio moraliter discumbo, saltantem puellam considero, caput Ioannis truncatum in disco conspicio. Herodes siquidem pel-

Psal.44. lis gloria interpretatur. Omnis enim gloria filiarum Sion abintus: gloria vero filiarum sæ-

Pulchra Figura. culi deforis est. In conuiuio igitur cum Herode sedeo, cum in delectatione vitiorum, vanæ glorię fauorem quæro, saltantem conspicio filiam Herodis, dum mihi placet vanitas curiositatis. Hæc sunt illa duo, quæ auferunt caput Ioannis vanitas scilicet & curiositas. Ioannes, gratia Dei interpretatur. Huius gratię Deus caput est. Caput igitur à corpore separatur, quando aliquis non Deo, sed sibi ascribit bonum quod operatur. Tales apud Deum gratiam non inueniunt, quia nec quærunt. Superbi enim apud homines, apud Deū humiles gratiam quęrūt. Vn-

1.Cor.15 de & Paulus. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia Dei in me vacua non fuit. Audit monachus causidicus Apostolum dicentem, ne repe-

1.Cor.6. tas: audit, & determinat. Ne repetas (inquit) cum litigio, non cum molestia prosequaris, & tamen si quid ei auferatur, subire iudicium non recusat, periculum periurij, cum vel aliquis pro seipso vel pro alio iuret, non euitat. Inde conqueritur Apostolus, quòd fraudem pati nolumus,

Rom.12. quòd iudicijs contendamus, quod ira succensi nosmetipsos vindicamus, dicens. Non nosmetipsos defendētes charissimi, sed date locū iræ. Proh dolor. Vbi vera religio? vbi perfectionis integritas? vbi charitatis inuenitur fundamentum? Forsitan in claostralibus, qui seipsos iudicantes quotidie accusant, summi iudicis sententiam formi-

Psal.142. dant dicentes. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Scrutantur enim claustrales iudicia Domini uera, non secularia, legem Domini custodiunt viuendo, meditando, amando. Viuendo puritas conscientiæ, amando charitatis perfectio solet adipisci. Habet enim lex claustralium V

iudices & testes, atque consiliarios suos. In lege etenim Domini duo testes sont, vita & conscientia, duo iudices, meditatio & scientia, duo consiliarij, amor proximi & amor Dei. Bonus testis bona vita. Corā Deo testis est conscientia, coram hominibus vita. Concordant autem in iudicio scientia & meditatio, dum quod fit aut quod dicitur diligenti consideratione prouidetur. Tota vero iustitia prędictę legis pendet ex duobus pręcedentibus consiliarijs. Ex his duobus man- Matt. 22.

datis tota lex pendet & prophetę. Si quid igitur in hoc sęculo perfectionis est, in claustralibus reperiri potest. Nec tamen seruari potest integritas, nisi diligatur paupertas. Qui enim diuitijs abundant, si cor apponant, grauantur curis, implicantur negocijs.

¶ *De habitu pretioso. Abusio septima. Cap. XVIII.*

IN viuendo docet Apostolus qualis X

esse debeat religionis habitus, ait e-

nim. Nō in veste pretiosa. Qui mol- 1. Tim. 2.

litiei mulierum pretiosam vestē negat, putasne monacho pretiosiorem habitum concedat? Plus amat sponsus sponsæ castitatem quàm pretiosam vestem, plus simplicitatem quàm tortum crinem. Sic immortalis sponsus plus amat interiorem habitum quàm exteriorem. Molles mollia quærunt, elati pretiosa, delicati speciosa. Exterior ergo superfluitas, animi nunciat vanitatem. Iuxta regulam, quod vilius occurrerit, non quod carius fuerit, emendum puto, vt sit diuersitas inter indumentum palatij & mona-

chi. Qui enim mollibus vestiuntur, in domibus Matt. 11.

regum sunt. Loquor qualiscūq; canonicus de mo-

nachis. Sed quid dici debeat de quibusdam no- Y

stri ordinis canonicis? & mens, & facies vehemēter erubescunt. Lectuli eorum culcitris fulciuntur plumeis, linteis, & lodicibus accurate parantur, cortinis teguntur & opertorijs, quod si forte videres, lectulum sponsæ, quæ sponsum desideret, forsitā æstimares. Cappa canonici, & cuculla mo- *Cappa canonici Cuculla monachi.*

nachi nō differūt à pallio militis, sed (vt ait quidā sapiens) miles & monachus ex eodem panno partiuntur cucullam, & chlamydem. Non multum differt habitus canonici regularis & secularis, sed si forte regularem videas, archidiaconum vel episcopum te vidisse contendas. Sed forsitan dices, delicatis delicata conueniont, ex regula testimonium proferens. Ait enim Beatus Augustinus. Si eis, qui venerunt ex moribus delicatis ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorū, operimentorumve damr quod alijs fortioribus, & ideo felicioribus non datur, cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua seculari vita illi ad istam vitam descenderint. Consentimus auctoritati, vt detur delicato quod sufficiat ne deficiat, non quo superbiat. Audi & tu charissime Beatum Augustinum. Non contingat, inquit,

quit, detestanda peruersitas, vt in monasterio (vbi
quantum possunt, fiunt diuites laboriosi) fiant
pauperes delicati. Mentior, si non vidi quosdã,
quorum paupertas talis erat, quando foris erant,
quòd nec ipsa necessaria poterant inuenire. Et quia
inuenerunt victum & tegumentum, quale foris
inuenire non poterant, erigentes ceruicem, nolue
runt sociari eis, ad quos foris accedere non ualebant, sed egressi de paupere ecclesia circuierunt
ditiores, ut ibidem reciperentur, & qui semper ue
teres pannos aut uiles habere consueuerant, nunc
semper nouos aut preciosos habere contendunt,
& qui ante conuersionem lectulum proprium
nusquam habebant, nunc si forte uoluntas eis
Z fuerit eundi aliquò, ornaméta lectuli secum portant. Timeo autem, ne in huiusmodi lectulis ui-
deantur somnia uanitatis, ne in eisdem patiatur
animus illusionem carnis. Sicut in exteriori le-
ctulo caro molliter uolutatur, sic & in uoluptatis
lectulo anima spoliata uirtutibus eneruiter dele-
ctatur. In lectulo igitur fluxę mentis dum dile-
Matt 9. ctus quęritur, non inuenitur. In hoc lectulo iacet
paralyticus omni compage membrorum dissolu-
tus, id est animus in omni actione dissipatus in le
Geñ. 28. ctulo Iacob ad caput ponitur lapis, non pluma le
uitatis quę uento superbię ad aquilonem rapitur,
Esa. 14. cum dicitur. Ponam sedem meam ad aquilonem,
similis ero Altissimo. Iacob in itinere sub capite
Pulchra fi lapidem posuit, & dormiuit, scalam vidit, Ange-
gura. los ascendentes & descendentes, & Dominũ in-
nixum scalæ. In itinere dormit, qui in transitu vi-
tæ præsentis oculos (quos ad concupiscendum
aperuerat) ab appetitu secularium claudit. Vi-
Psal. 13. det Angelos, quanto desiderio super se Deo in-
hæreant, quanto charitatis affectu nobis infirmis
condescẽdant. Videt etiam Dominum innixũ sca
læ, vt videat, si est intelligens aut requirens Deũ.
Nec mirum si hoc videat, qui caput in lapide po-
suit, id est mentem in Christo. Audistis de lectu
Geñ. 27. lo, audite de vestimento. Et induit, inquit, eum
mater sua vestibus Esau valde bonis, quas apud
se habebat. Forsitan cum audis, quòd induit eũ
mater sua vestibus valde bonis, similiter pretiosis
Geñ. 37. vestiri quæris, dum legis tunicam Ioseph fuisse
1.Cor.10 talarem, conaris & tu habere longiorem. An ne-
scis, quòd (vt ait Apostolus) omnia contingebant illis in figura? An ignoras, quòd in Iacob
fragrantia vestimentorum famam designat vir-
tutum: in Ioseph tunica talaris perseuerantiam
longanimitatis? Hæ sunt igitur uestes, quas apud
se habebat Rebecca, & quibus induit Iacob cũ à
patre benediceretur, quia perseuerans patientia
custos est virtutum, vt in fine quilibet benedi-
ctione perfruatur. Inter illos etiam, qui tunicis in-
duuntur, voluptas pedem posuit, nõ quòd camisiis vtantur, sed quodam delicato panno, qui vul-
go saia dicitur. In ostensione igitur laneæ vestis,
asperitatem conuersationis ostendunt, sed in de-
lectatione delicati panni suauitatis mollitiẽ quę
runt. Vidi & ego (nisi fallor) monachũ camisiam
indutum, iocantem & dicentem. Carior est sta-
minia quã camisia, tunica vero vestiri magna est

difficultas. Sed forsitan dices, quòd infirmus fuit
huiusmodi, immo sanus & petulans, & pingui
residens equo, abundans rebus, & curias fre-
quentans. Qui tamen ante cõuersionis habitum,
pedes ire consueuerat, nec semper lineis induebatur. Et ideo hæc abusio non tantum claustri, sed
etiam abusio seculi potest appellari.

¶ *De cibo exquisito. Abusio octaua.*
Cap. XIX.

NOn negat religio quod requirit ne- A
cessitas naturæ, prohibet tamẽ quod
appetit superfluitas gulæ. Causari
etenim solent quidã seculares, quòd tã
diuersis & tã delicatis vtuntur cibis,
quod tã magno labore cibus cõficitur, & tam cito
deglutitur. Nec minus forsitan causari debẽt qui-
dam religiosi, qui delicatiores possint appellari.
Qui enim delicatiora quærunt, delicatiores dici
possũt. Cũ enim legas deliquisse Ionathã in gustu 1 Reg. 14
mellis, Esau in edulio lentis, Sodomitas in saturi- Geñ. 25.
tate panis, putasne sine periculo esse tot carniũ fer Ezec. 16.
culis, tot piscium generibus, tot frixurarũ diuer-
sitatibus delectari? Nõne sic differt palatiũ à refe Exod. 16.
ctorio, sicut Ægyptus à deserto? Si igitur in deser
to sumus, mirandum ne est si ollas carniũ suspira
mus? Ollas carnium suspirat, quẽ carnis desideriũ
tentat. Isti autem quare suspirent, qui ollas car-
nium semper habent? Adhuc escæ (inquit) eorũ Psal. 77.
erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super
eos. Esca enim ventri, & venter escis, Deus autem 1. Cor. 6.
& hunc & has destruet. Occidit enim pingues eo
rum, & electos Israel impediuit, & quorũ Deus
venter est, & gloria in confusione eorum. Per si-
militudinem sæpe scriptura loquitur, vt quod Philip. 3.
in re aliqua discerni non potest, in consimili di-
scernatur. Per similitudinem Deo venter cõpara- B
tur, cum dicitur, quorum Deus venter est, & glo- *Per simili*
ria eorum in confusione. Solent enim dijs tem- *tudinẽ uẽ*
pla construi, altaria erigi, ministri ad seruien- *ter Deus cõ*
dum ordinari, immolari pecudes, thura concre- *paratur*
mari. Deo siquidem ventri templum est coqui- *pulchre.*
na, altare mensa, ministri coqui, immolatæ pecu-
des, coctæ carnes, fumus incensorum, odor sapo-
rum. Hæc in Hierusalem non construuntur, sed
in Babylone, quia quorum Deus venter est, &
gloria eorum in confusione, Ipse est enim prin- 4. Re. 25.
ceps coquorum, qui muros Hierusalem destru-
xit, qui transtulit vasa Domini in domum regis
Babylonis, & fecit vasa templi, vasa palatij, & (vt
verius dicã) vasa mensæ diuinæ fecit vasa coqui- 1. Cor. 3.
næ. Ait enim Apostolus. Templũ enim Dei san-
ctũ est, qđ estis vos. In hoc tẽplo vasa sunt corda,
quæ tunc sunt vasa tẽpli Domini, cũ plena virtuti
bus placent diuinę voluntati, fiunt autem vasa
palatij, quando placere desiderant cuilibet hu-
manę potestati. Fiunt etiam vasa coquinę, dum
cor, qđ prius sobrietati seruierat, postea seruit gu Thre. 4.
lę. Vnde Hieremias. Qui nutriebantur (inquit)
in croceis, amplexati sunt stercora. Crocus in
oriente nascitur, & colorat & saporat. In cro-

ceis

ceis igitur nutriuntur, qui in initio conuersionis suę interius sapore virtutum reficiuntur, exterius vero boni operis exemplo colorantur. Sed hi, qui sic nutriuntur in croceis, amplexātur stercora, dum post sobrietatis & continentię vitam, reuocat eos ventris cura. Et fit quandoque, vt qui in sua domo ante conuersionem sobrie vixerat, postmodum in monasterio gulosus fiat. Placatur Deus venter diuersorum hostijs ferculorum, inclinat aurem rumoribus, excitatus saporum generibus, demulcetur consabulatione non oratione, ocio gratulatur, somnolentia delectatur. Per similitudinem igitur Deo venter assimilatur, dum ei tanta deuotione per omnia seruiatur. Habet itaque monachus canonicos & conuersos, qui ei obnixius seruiant, eos videlicet, qui sub ocio in ecclesia Dei remisse viuunt, qui non quærunt secretas orationes, sed fabulosas ociosorum confessiones, inter quos non audiuntur singultus & suspiria compunctæ mentis, sed risus & cachinnationes, & ructus ingurgitati ventris. Miserabilior inter alias abusiones hęc abusio, vt delicatius in ecclesia quàm in domo propria vixisse conuincaris, & dicatur de
Iob. 24. te, Pauit sterilem, quæ non parit, & viduę bene non fecit. Sterilis quę non parit, caro est,
Ioan. 6. quę iuxta verbum Domini, non prodest quicquam. Vidua vero est anima, quę sponso viduata est cœlesti. Cui bene non facit, qui inutilis carnis concupiscentijs deseruit, & animę curam in excolendis virtutibus non attendit.

¶ *De rumore in claustro. Abusio nona. Cap. XX.*

C Norunt aliqui, q̄ affluētiā ciborū comitari solet inundatio verborū. Norunt etiā multi q̄ saturitatē vētris sequitur leuitas operis, & vanitas mētis. Scriptū est enim. Sedit populus
Exo. 32. mādúcare, & bibere, & surrexerunt ludere. Ludere, inquit, non legere. Sunt enim quidā, qui post delicati cibi diuersa fercula, cū in claustro sedeāt, nō lectioni & silētio, sed rumoribus & curiositati vacant, qui locum & tempus loquendi & tacendi nusquam & nunquam seruant, sed instabiles & ociosi nunc hos, nūc illos ad colloquiū vocant.
Psal. 140. Pone (inquit Psalmista) custodiā ori meo, & ostiū circunstātię labijs meis. Ostiū dixit, nō murū. Si enim murus poneretur, loquēdi licentia omnino negari videretur. Sed ostiū ponitur, qd tempore & loco clauditur & aperitur. Est tēpus & locus loquendi & tacendi. Aperitur itaque ostiū in claustro hora constituta lectioni, in capitulo confessioni, in ecclesia orationi. Clauditur iterū in claustro consabulationi, in capitulo excusationi, in ecclesia vanę modulationi. Hoc ostium clauditur sępius fratribus nouiter cōuersis, tepidis, & peruersis. Aperitur tamen eisdem propter necessitatem operis, vel ad doctrinam ordinis, seu ad ædificationem mentis. Potest hoc ostium appellari licentia loquendi, quę aperitur, aut clauditur, cum datur aut negatur. Per hoc ostium sępe intro eunt, qui ostium mentis frangunt, fascinatio enim nugacitatis seducit cor. Cauendum est tamen, ne hoc ostium pateat vento venienti D
Iob. 1. à regione deserti, ne domus quatuor angulis concussa subuertatur, & filij Iob oppressi moriantur. Deserti regio, est dęmonum seu peruersorum fratrum à Deo derelicta multitudo, à quibus ventus venit, id est grauis tentatio irruit, quę à tranquillitate conscientiam subuertit. Domus vero mentis, quę quatuor angulis, id est prudentia, tēperantia, fortitudine, & iustitia constituitur, quādoque vento tentationis, seu turbine verborum quassata, turbatur. Sæpe etenim per ignauiā prudentia, per delectationem temperantia, fortitudo per timorem, iustitia per amorem franguntur, quibus quassatis, virtutes animi, scilicet sapientia, intellectus, cōsilium, fortitudo, sciētia, pietas, & timor moriuntur, quando à suis contrarijs feriūtur. Obruitur enim sapientia per stultitiā, intellectus per hebetudinem, consilium per præcipitationem, fortitudo per timorem, scientia per ignorantiam, pietas per duritiam, timor per superbiā. Sed ab hac ruina puer euadit, qui Beato Iob nunciet, id est discretio mentis, quæ cum animo agit, vt quod perdere cœperat, pœnitudo conseruet. Hi sunt rumores claustralium, ad quos non pertinent bella principum secularium, sed pugnæ tētationum. Delectare igitur charissime his rumoribus, non exterioribus. Venerat & alius nuncius E
Iob. 1. ad Beatum Iob, qui diceret. Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros occiderunt gladio, & effugi ego solus, vt nunciatem tibi. Chaldæi feroces, *Pulchra figura.* id est dæmones. cameli bonas terrenarum rerum dispensationes, pueri custodes solicitas circunspectiones, nuncius qui euadit discretionem designat animi. Camelus partim mundum animal, quia ruminat, partim immundum, quia vngulam non diuidit, bonas terrenorum dispensationes innuit, quas diabolus modo torpenti, modo præcipitata actione ferit, modo pigra vel immoderata locutione confundit, penè autem semper nimijs cogitationum molibus præmit. Sic igitur Chaldæi tribus turmis camelos rapiunt, quando illicita cogitatione, superflua operatione, inordinata locutione curas dispensatorum confundunt. Sæpe autem quid sibi, quid proximis debeat, attendit, nec per immoderationem solicitudinis aliorum, se negligit, nec per sui curam, aliorum postponit, sed cum hæc vtraque solerter agit, aliqua subito causa emergit, quæ omnes circunspectiones obruit, & sic sola discretio animo damna nunciat, & quasi dominum ad lamenta vocat. Audi igitur charissime quid tibi nūciet puer, qui euasit, id est puritas discretionis quid nunciet mēti. Audi damna camelorum, & casum puerorum. Hi rapiuntur, illi moriuntur. Auferuntur curæ dispensationum, dum per negligentiam perit puritas circunspectionum. Gaudent multi claustralium cum de regibus fabulantur, dum casus militum narrant, dum pro illis loquuntur, a qui

bus

bus non agnoscũtur, multorum partes defendũt, pro multis irascuntur, pro multis litigant, ignorant tamen quod negant aut affirmant. Si autem de regibus sermo est, docet lectio claustri regum certamina, casus & euentus bellorum, quomodo moriatur Saul, quis eius mortem nunciauerit Dauid. Cum enim reuerteretur Dauid à cæde Amalech, & maneret in Siceleg, venit homo de castris Saul ad Dauid, dixitque ad eum Dauid. Vnde venis? De castris Israel, inquit, fugi. Quod est verbum, inquit, quod factum est? Qui ait. Saul & Ionathas filius eius interierunt. Vnde scis, inquit, quòd mortui sunt? Et ait adolescens. Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suam, & conuersus post tergum suum, vidensque me vocauit. Cumque respondissem adsum, dixit. Quisnam es tu? & aio ad eum. Amalechites ego sum. Sta, inquit, super me, & interfice me: & interfeci eũ. Hi sunt rumores ruminandi claustralibus. Cum enim reuerteretur Dauid à cæde Amalech, venit ad eum homo de Castris Saul, quia dum post mortificationem vitiorum iterum carnis appetitus non tantum proprios lapsus nunciat, sed etiã defectus aliorum narrat, fit vt per exempla maiorum ad voluptatem carnis inclinet mentes aliorum. Quos enim Saul, nisi superbos in ecclesia prælatos significat? qui ab humero & sursum eminere sibi videntur super vniuersum populũ. Qui in monte Gelboe ab Amalechita percussus occumbit, dum in monte superbiæ posita, per diuersa carnis desideria mens fluxa decurrit. Super Saul, vt eum occideret, Amalechites stetit, quia animus, cui carnis delectatio dominatur, cito perit. Sed tu charissime præcipe vni de pueris tuis, id est spiritui puræ discretionis, vt interficiat in te Amalechitam istum, qui ausus est manum mittere etiam nunc quotidie in Christum Domini. Hæc enim multum nocent prælatis, amor scilicet propriæ excellentiæ, & voluptas carnis. Audire forsitan velles charissime rumores pacis non belli, concordiæ non discordiæ. Regina Saba nouit rumores huiusmodi, quæ audita fama Salomonis ingressa Hierusalem, locuta est ei vniuersa, quæ habebat in corde suo, & ille docuit omnia, quæ proposuerat, vidensque ciuitatem, quã ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordinem ministrantium, & vestes eorum, & pincernas, & holocausta, quę offerebat in domo Domini, verus est, inquit, sermo, quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & sapientia tua. Non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd dimidia pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia, & opera tua, quã rumor, quẽ audiui. S.-ba, captiua, vel (vt quidam volunt) conuersio vel incensio interpretatur. Dũ enim aliquis sub lege peccati adhuc in seculo positus tenetur, audita fama Salomonis per verbum prędicationis ad Dominum conuertitur, conuersus, igne charitatis accenditur. Et ingressa Hierusalem cum incipit diligere pacem, locuta est ei vniuersa, quę habebat in corde suo per confessionem, & ille docet omnia verba, quę proposuerat, si pœniteat, habere remissionem. Videt regina Saba sapientiam veri Salomonis, quam ostendit nobis per humilitatem filij, videt domum ecclesię, quam quotidie ędificat per gratiam spiritus sancti, videt cibos mensę, & habitacula seruorum, id est intellectus diuersos scripturę, & congregationes religiosorum, videt ordinem ministrantium, id est statuta rectè viuentium. Considerat etiam vestes, martyrum scilicet, & confessorum carnes, has purpureas rubore proprij sanguinis, illas vero nigras exercitio laboris, seu pallidas mortificatione carnis. Videt pincernas, qui cum cibo prędicationis propinant vinum compunctionis. Accendit etiam holocausta, quę offeruntur in ara cordis cõtribulati. Sed cum hæc videt animus non iter cõuersus, dicitur de eo quod sequitur, & nõ habebat vltra spiritũ. Habebat, & nõ habebat. Habebat enim spiritũ humiliatũ non elatũ, spiritũ gratiæ non nequitiæ, spiritum Dei non spiritum mundi. Verus est (inquit) sermo, quem audiui in terra mea, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nunciata non fuerit. Parum itaque videtur captiuo liberato, conuerso, & accenso audire prędicationem, nisi veniat per affectum: videre per cognitionem, nisi probet per effectum. Cum enim videt in domo conuersionis bona cõtemplationis, & recogitat in se ea, quæ audierat adhuc in seculo positus de bonis actiuæ vitæ, opera scilicet misericordię, benignitatis, & concordię pondus laboris, afflictionem carnis, vilitatem cibi, quietem silentij, & iterum attendit per contemplationem, futuræ vitę præmia, vbi erit iustis æterna bonitas, felix æternitas, gaudium sine dolore, quies sine labore, cum, inquam, hæc videt, dicit. (Lucæ. 10.) Media pars mihi nunciata non fuerat. An nescis, quia Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea? Quanto meliorem & longiorem, tanto maiorem. In actiua siquidem vita finis est in labore, in contemplatiua vero nec defectus in bonis, nec terminus in dilectione.

(Margin: F beside "ignorant tamen"; 2. Reg. 1. beside "nunciauerit Dauid"; G beside "Audire forsitan"; 3. Reg. 10 beside "nouit rumores")

De lite in capitulo. Abusio decima. Cap. XXI.

INfirmitati mortalium omnipotens Deus benigne prouidẽs, in ecclesijs instituit tria, scilicet medicos, loca, remedia. Hæc tria designantur per Samaritanum, per stabulum, per vinum & oleum. Medici sunt prelati, loca capitula, modi pœnitentiæ remedia. Attende igitur in Samaritano prælatum, in stabulo capitulum, in infusione vini, & olei fomentum consolationis, & asperitatem correptionis. In hoc capitulo est etiam piscina cõpunctionis, in qua sanatus est infirmus post commotionem veræ confessionis. Nec tamẽ sanatur nisi vnus. Nisi enim adsit vnitas, deest sanitas. Qui igitur amant litem destruunt vnitatem. Intolerabilis igit' hæc abusio, vt ibi litiges, vbi te-

(Margin: H beside "INfirmitati"; Lucæ. 10. beside "per Samaritanum"; Ioan. 5. beside "post commotionem")

ipsum

ipsum accusare debes, vt ibi augeatur culpa, vbi
Lucæ. 10. deleri potest, vt vbi contemnis vicarium Christi,
contemnas Christum. Ait enim ipse de prælatis.
Qui vos spernit, me spernit. Sed forsitan dicet ali-
quis. Religiosum pati possum magistrum, sed cũ
negligentiam prælatorum considero, obedire con
temno, cum video fratres meipso deteriores, accu
sationes eorum pati nolo. Cum dicis fratres teipso
deteriores, deterior factus es. Quare contemnis
Matt. 27. magistrum? An nescis Christum coram Pilato iu-
dicatum? An nescis regem cœli a militibus in ter-
ra flagellatum? Tulit Christus crucem pro pecca-
tis tuis, non pro suis, & tu virgam renuis? Flagel-
lari non erubuit coram populo, & tu dedignaris
spoliari corã magistro? Accusatur Christus, & ta-
cet coram militibus, vt daret nobis exemplum pa
tientię, accusaris & tu, & litigas, vt sis exemplum
fratribus peruersitatis & malitię. Quare ergo resi
stis Spiritui sancto? Spiritui sancto resistunt, qui
obdurata mente pœnitere nolunt, qui veritati con
tradicunt, & humilitatem confessionis spernunt.
Si in hoc perseueras, in Spiritum sanctum peccas.
Lucæ. 12. Sed qui peccat in Spiritum sanctum, non remitte
I tur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Quare
ergo in loco remissionis inducis litem contradi-
ctionis? Hic est locus diabolo præ cęteris odiosus
hic amittit quos alibi acquisiuit, hic est enim lo-
cus Spiritui sancto consecratus. Vbique Pater, vbi-
que Filius, vbique Spiritus sanctus, sed tamen (vt
diximus) iste locus Spiritui sancto dicitur esse de-
putatus. Possunt enim quędam de personã filij di
ci, quę nõ debent dici de persona Spiritus sancti.
Incarnatio siquidem pertinet ad filium, nec incar-
natum legimus Spiritum sanctum. Sic etiam ad
Spiritum sanctum proprie pertinet remissio pecca
torum. Diuersę personę, idem Deus, vna essentia,
& ideo secundum diuersitatem personarum, di-
uersa singulis assignantur officia. Consideratur et-
enim in Patre pietas miserationis, in filio affectus
redemptionis, in Spiritu sancto benignitas remis-
sionis. Motus siquidem Pater pietate misit filium
vt redimeret, promisit etiam Spiritum sanctum in
quo peccata dimitteret. Videsne quomodo perti-
net ad Patrem potestas mittentis, ad filium humi
litas obedientis, ad Spiritum sanctum remissio
pœnitentis? Est igitur capitulum officina Spiritus
sancti, in qua filij Dei congregantur, vt ei recon-
cilientur. Noli esse frater quasi Sathan inter filios
Iob. 1. Dei. Inter filios Dei Sathan dicitur, qui fratres
K suos detrahit, & eisdem maleuolus insidiatur. Sa-
than, aduersarius interpretatur. Et Sathan est, qui
magistro contradicit, & fratribus aduersatur. Ad
quem dicit, Vnde venis? De eo quæritur vnde ve
niat, qui nunquam est stabilis, sed semper instabi
litatẽ amat. Vnde & subditur. Circuiui terram, &
perambulaui eam: hoc enim solent peruersi fra-
tres facere, officinas, parentum domos, vicinas ec-
clesias vagando circuire. Sed cum Sathanas a fa-
cie Domini exijt, Beato Iob, & substantię eius mo
lestus fuit, quia quidam fratres peruersi & cum re
manent in claustris, & cum exeunt, bene viuenti-
bus intus & exterius molesti fiunt, Scito tamen,

quòd quicquid intus & exterius delinquitur, in ca
pitulo per confessionem relaxatur. Hæc est do-
mus vicina Paradiso. De domo etenim confessio-
nis fit transitus ad beatitudinẽ æternæ pacis. Tres L
sunt itaque domus, in quibus hospitamur egressi
de carcere antiqui hostis, domus scilicet misericor
dię, domus obedientię, domus indulgentiæ. In
domo misericordiæ, apud Patrem suscipimur per Nota contemnentes.
pietatem visitati, in domo obedientiæ, apud Filiũ
per passionem redempti, in domo indulgentiæ,
apud Spiritum sanctum per gratiã a peccati iugo
liberati. Prima domus, renũciantibus peccato af-
finis est Aegypto. Secunda domus, proficientibus
in bono proxima est deserto. Tertia, delectanti-
bus in Domino coniuncta est paradiso. Esto igi-
tur humilis, vt sis in paradiso sublimis. Noli quę
so esse in capitulo sicut Sathan in cœlo, vel sicut
Adam in paradiso. Vnus enim desperat, alter ex-
cusat. Tanto autem Sathan deterior, quanto despe
ratior. An nescis Sathan expulsum a capitulo cœ-
li, Adã a capitulo paradisi, Iudam a capitulo Chri-
sti? Primum capitulum fuit in cœlo, Secundum
in paradiso, Tertium in horto. In vnoquoque ta-
men pręerat Deus. In primo, prima culpa super-
bię. In secundo, inobedientię. In tertio, auaritiæ
& infidelitatis. De primo dicitur, ponam sedem Esa. 14.
meã ad aquilonẽ, & ero similis Altissimo. De secũ Gen. 2.
do dicit de ligno boni & mali ne comedas. De ter
tio dicitur, & retulit triginta argenteos, & proiecit Matt. 27.
in templo. Pęna culpę primę casus: secũdę, labor:
tertiæ laqueus. De prima dicitur. Vidi Sathanam Lucæ. 10.
quasi fulgur de cęlo cadentẽ. De secunda, in sudo
re vultus tui vesceris pane tuo. De tertia, Laqueo Gen. 3.
se suspendit, & crepuit medius. His tribus tres Matt. 27.
claustralium assignantur ordines, hi videlicet, qui
sedem pręlationis quærunt, & illi, qui nec pręesse
possunt, nec obedire volunt, alij autem, qui fa-
miliares magistris loculos portant, & in occulto
detrahentes magistros cruciant. Quid? nocet ne M
dignitas, potestas, & familiaritas? Creatus in tanta
dignitate Angelus vt Lucifer vocaretur, non at-
tendens dignitatem creatoris, casurus sedem
quæsiuit elationis. Sic quidam claustralium dũ
generis nobilitate præeminent, dum literarum
scientia pollent, dum voce modulationis pla-
cent, dum in qualibet artium cæteros fratres
præcellunt, elationis sedem petunt, & qui ex
dono tanti muneris humiliores esse deberent,
contra debiliores & illiteratos superbi tument.
Nostis etiam potestatem primi parentis, qui cum Psal. 48.
in honore esset non intellexit, sed dum suo crea-
tori obedire contempsit, creaturæ, cui præpositus
erat subditus fuit. Sic quidam ex data sibi po-
testate quandoque superbiunt, & licet eis alij o-
bediant, ipsi tamen obedire prælatis nolunt. Vn-
de igitur processit deiectio in dignitate, vnde sub
iectio in potestate, vnde turbatio in familiaritate?
Vnde iterum malum in angelo, cum nec præcessis
set, nec tunc esset? vnde peccatum in primo ho-
mine, cum melius deberet credere præcepto crea-
toris, quàm suggestionibus antiqui hostis? Quo-
modo contigit vt Iudas, qui intãtum fuerat fami-
liaris,

liaris, in malum conſenſerit Iudęis? Quare iterum
Chriſtus intantum fecit eum familiarem ſibi, quē
nouerat inter diſcipulos deteriorem? Q[illegible]o d[illegible]e-
dior [illegible] Quo aſcendo? Aluoris eſt enim hoc o[illegible]ens
& ſubu[illegible], S[illegible], quod ſi veniret [illegible]thanas
ad capi[illegible] impetrare poſſet indul-
gen[illegible]m [illegible]ſſi[illegible]n[illegible] S[illegible]d ne deſperaret homo, cū
audiret An[illegible]lum tantæ dignitatis deſperaſſe, ho
minem tantæ po[illegible]eſtat[illegible] pec[illegible]e, Diſcipul[illegible] tantæ
familiari[illegible] ap[illegible]t[illegible]e, oſt[illegible]it nobis Deus exē
pla quo[illegible]n[illegible]uerunt, [illegible] d[illegible] peraue-
Matt. 26. ru[illegible], ſed am[illegible] Pe[illegible]it. An ignoras Petri ne
Ioan. 20. gationem [illegible] nel[illegible] T[illegible]næ dubitationem? Non
Lucæ. 7. ne poſt [illegible] pa[illegible]xi[illegible] Mariam? A[illegible] Chriſtus cō
fiten[illegible]um hu[illegible]tem, non ſuperborum obſtina
tionem, q[illegible] declinant cor [illegible]uum i[illegible] v[illegible]b[illegible] malitiæ
Pſal. 140. ad [illegible]as excuſationes [illegible] pe[illegible] S[illegible] be
ni[illegible] D[illegible]e[illegible]na cor in[illegible] en-
das [illegible]ſtific[illegible]nes tuas in omni tempore, ne de-
Prouerb. 18. cline[illegible] cor meum in verba malitiæ ſed iuſtitiæ. Iu-
ſtu[illegible] enim in [illegible]utio accuſator eſt ſui. Quid eſt qd
celare vis illi, quem nihil latet, cui om[illegible]e cor pa-
te[illegible], [illegible] vi[illegible]et in [illegible]b[illegible]condito, qui non[illegible] cog[illegible]tio-
Geñ. 3. n[illegible] hominum [illegible] Abſcond[illegible]t ſe Adam in paradiſo
poſt [illegible]lpam, ſed [illegible] bſ[illegible]ondi non potuit, qui nudus
Hebr. 4. fuit. Oculis enim omnipotentis Dei nuda & aper
N ta ſunt om[illegible]ia. Solent etiam ex nimia ſimplicita-
te prælator[illegible], vel peruerſitate ſubditorum, in ca
pitulo [illegible] p[illegible]cari: quia vbi deeſt ſeueritas
diſciplinæ, oriuntur iurgia, creſc[illegible]nt rixæ. Loquū
tur de exterioribus negotijs in domo confeſſio-
nis, adducunt oues & boues in [illegible]pitulum, vt vbi
haberi deberet ſe[illegible]o[illegible]e animabus, habeatur cu-
ra de bobus. Co[illegible]ouet[illegible] inter huiu[illegible]modi ver-
ba ſimplici[illegible]es [illegible]rbant [illegible]eti, habent
iracundi locum, peruerſi tempus loquendi. Con-
Lucæ. 10. quæritur Martha, reſp[illegible]t M[illegible], [illegible]uia nō eſt qui
reſpōdeat pro ea. Vbi enim nimia ſimplicitas præ
l[illegible]rum non ſeruat pacem clauſtralium, vel non
increpat [illegible]p[illegible]s n[illegible]ſtran[illegible]um [illegible] ibi nec Martha
compeſ[illegible] nec M[illegible] ſ[illegible]e[illegible] c[illegible]o [illegible]
Leg[illegible] que[illegible]u[illegible], [illegible]d non [illegible]pō[illegible]tonē
Mariæ, lego tamen Chriſtum pro hac ad illam re
ſpondiſſ[illegible]. In [illegible]eſponſi[illegible]ne ſiquidem Chriſti doce
ri poſſunt prælati. Hortatur enim Martham, lau-
dat Mariam. Illam [illegible]e[illegible] deſiſtat a bona operatione,
iſtam vt perſeuere[illegible] [illegible]te[illegible]none. Pulcher or
do recte viuen[illegible]um, ut [illegible] cap[illegible] turbato[illegible] fratri
non reſpondeat, niſi qui [illegible]cit quid debet, & quid
deceat. In his tribus per[illegible]nis d[illegible]gnari poteſt for
ma perf[illegible]tæ religionis. In Martha mini[illegible]ſtrantium
in Maria clauſtralium, in Chriſto [illegible]ræ[illegible]torum. In
capitulo itaque, in quo diſcreti p[illegible]ic[illegible]ti-
tas prælat[illegible] n[illegible]i[illegible]lus loq[illegible], [illegible] vel [illegible]ro
clamet ali[illegible], vel de ordin[illegible], vel [illegible]pā
ſuam humi[illegible] co[illegible]tur. In h[illegible] [illegible]u[illegible]er[illegible] ſer-
uandi [illegible]mus eſt medi[illegible] & [illegible]erit[illegible]ta medi[illegible]-
na, [illegible]uetus magiſter no[illegible] crudelis, & rationabilis
d[illegible]a. Si enim aliquis emen[illegible]tiam vindi-
ctam ſerre recuſauer[illegible] n[illegible] [illegible]es ſed etiā
m[illegible]ſis & [illegible]it.
etiam ſi non abiceſſerit, de veſtra ſocietate proij-

ciatur. Non enim (vt ait Beatus Auguſtinus) hoc
fit crud[illegible], ſed miſer[illegible]rditer, ne contagione
peſ[illegible]era plurimos perdat.

¶ *De diſſolutione in choro. Abuſio vndecima.*
Cap. X X I I.

CVm non ſolum in cæteri[illegible] officinarū O
locis, verum etiam in omnibus mo
tibus nihil fiat, quod cuiuſq[illegible] of-
fendat a[illegible]pectū, congruu[illegible] n[illegible]h[illegible]ore
vide[illegible]t, vt maxime in ec[illegible]l[illegible]ia[illegible]m
ad[illegible] ve[illegible] fuer[illegible]t, humilitatis honeſtas
d[illegible]ſeruet[illegible] v[illegible]ui in eccleſiam ante
con[illegible]pec[illegible] Dei [illegible]o[illegible]us, ne ibidem deterio
res ſint. Sunt e[illegible]m [illegible]lan[illegible]u[illegible] mente vagi, at-
toni[illegible], [illegible]bit[illegible] parietum pro
ſp[illegible] c[illegible]uſt[illegible] & ali[illegible] o-
gitant. In[illegible] n ſor[illegible]ente,
nunc in[illegible]s ſ[illegible]t[illegible] f[illegible] e[illegible]t, nec t[illegible]-
tus d[illegible]lu[illegible], ſed e[illegible]um ext[illegible] cu[illegible]o-
ſi. Pſalmodiæ verba proferunt, ſed pſalmodiæ
ſenſum non attendunt. Vnde Beatus Gregorius.
Vox, inquit, pſalmo[illegible]iæ cum per intentionem cor
dis agi[illegible]ur, per hanc o[illegible]ipote[illegible]ti Deo ad cor iter
p[illegible]ratur, vt intentæ [illegible]e[illegible] c[illegible] propheticæ m[illegible]ſte[illegible]
vel gratia compuncti[illegible] n[illegible] [illegible]fatur. I[illegible]em t[illegible] eo
dem, dum inquit per pſalmodiam [illegible]mpunc[illegible]
effunditur, via nobis in corde fit, per quam [illegible] Ie-
ſum in fine peruenitur. Sunt etiam al[illegible] voce diſſo
luti, qui vocis ſuæ modulatione [illegible]loriantur, nec
tan[illegible] g[illegible]udent de dono gr[illegible]t[illegible], ſed etiam alios
ſpernunt tume[illegible]es elatione [illegible] aliud [illegible]m
l[illegible]bri habeant, & [illegible] ſo[illegible] iterum d[illegible], ſi
ſint illud idē iterum cant[illegible] Tanta eſt leuitas
voci[illegible], ſ[illegible] ritan & mentis. Can[illegible]nt [illegible]rlitan, vt pla-
ceant populo [illegible] De[illegible]. Q[illegible] ſic cantant,
Exod. 15. non [illegible]tant cum Maria ſ[illegible]ore Mo[illegible], ſed in pala
Marci. 6. t[illegible] Herodiade [illegible]ce[illegible]t d[illegible] be[illegible]
vel Herod[illegible]. T[illegible]m [illegible]a[illegible] ne ſ[illegible]t d[illegible]l
titud[illegible] ne voci[illegible], delecte[illegible] e[illegible]ione [illegible].
Nemo tamen altiu[illegible] eo, [illegible] Do[illegible]
dire[illegible] ueuit de mo[illegible]te [illegible]o [illegible]o, [illegible]
qua[illegible] cui Dominus inclinat aurem ſuam. [illegible]ce
Pſal. 3. mea (in[illegible]ui[illegible] Dauid) ad Dominum clamaui, & ex
audiuit me de mōte ſanc[illegible]io. Eſto [illegible]e
humilitatis [illegible]n m[illegible]te [illegible]cto exa[illegible] me ea-
ris. Si cantas, vt ab al[illegible]udē quæras, vocē tuam
vendis, & faci[illegible] eam non tuam [illegible] emonti ſuam.
Attendāt Muſica vacantes. Caue ne monaſte[illegible]m vertas in theatrum. Habes
in poteſtate tua [illegible]em tuam, habeto & animum,
fran[illegible] vocem [illegible] & vo[illegible]u[illegible]tatem, ſeruas con-
[illegible]a & [illegible]cordiam mo[illegible],
vt per exemplu[illegible] [illegible]ncor[illegible]o, & per vo-
lu[illegible]tem Deo per [illegible]bed[illegible]o, [illegible] eſt
P c[illegible]rdia m[illegible]rum. S[illegible] e[illegible]am [illegible]es [illegible]pecies ſono-
ru[illegible], quæ ſu[illegible]t [illegible]lu[illegible] flatu, & cantu. A[illegible] c[illegible] ha[illegible] m
pe[illegible]tinet pu[illegible], [illegible] organum flatus, & ad v[illegible]em
[illegible]n[illegible] Aſſi[illegible]ri poteſt hæc conſonantia [illegible]oru
e[illegible]ncor[illegible] mo[illegible], ſi ref[illegible]ul
ſ[illegible], manuum operatio, a[illegible] m[illegible]
gani, mentis deuotio, ad cantum vocis, ſermonis
exhortatio.

exhortatio. Percute igitur chordas citharæ manu bonę operationis, vt [illegible] cordes proximo per exemplum mortificatæ carnis. Imple o[illegible] [illegible]rdi[illegible] tatit, id est spiritu Sanctæ inspiration[illegible]us, vt reddas Deo dulce sonū piæ deuotionis. V[illegible]terum cōcordes magistro, canta canticum nouum, canticum obed[illegible], non canticum con[illegible]ad[illegible]tioni[illegible] & inobedient[illegible]. Quid prodest dulcedo vocis siue dulcedine co[illegible]? Sicut per ascen[illegible] mus[illegible] frangis & eleua[illegible] vocem, sic per ascen[illegible] [illegible] vir tutum [illegible]angas & eleues men[illegible]n. Frangas descendens ad compassionem [illegible]xi[illegible], eleues ascendens ad contemplatione[illegible] D[illegible]. No[illegible] re[illegible] Lu[illegible] in cœlo, se[illegible] [illegible] P[illegible]adiso sed cantes in t[illegible] [illegible] vé-

Matt. 21. dent[illegible] & ement[illegible] [illegible]tes d[illegible]tā granam, & ement[illegible] [illegible] dia-

Q boli cupiditas, cantu[illegible] [illegible] sec[illegible]di ch[illegible]tas. In ca[illegible] [illegible]tres fal[illegible]

Conceptus pulcher pro Concionatoribus. voce[illegible], & [illegible] [illegible]lonę & d[illegible]des. I[illegible] [illegible] vox est elationis, [illegible] [illegible]o-nis. Similiter & [illegible]u pr[illegible] h[illegible] prima vox est delectatio[illegible] [illegible] [illegible]excusatio. Ex his sex u[illegible] [illegible] discordię [illegible]tus. Musica diaboli ab al[illegible] voce cantare cœpit, in[illegible]auit enim [illegible] cœlo antiphonam elation[illegible], dicens. Ponam sed[illegible] [illegible] aquilo[illegible]em, & ero si[illegible] [illegible]ssimo. Al[illegible] ig[illegible] inchoauit quā de-

Esa. 14. buit. Si enim non excederet regulam subiectionis cantaret cum alijs Angelis canticum perpetuę felicitatis. Descende[illegible] vero de cœlo inch[illegible]uit antiphonam [illegible]estio[illegible] paradi[illegible] desper[illegible]o in [illegible]o. Diff[illegible] [illegible]usica C[illegible]

Differentia Musicæ Christi & Diaboli. diaboli, [illegible] enim [illegible] uoce [illegible]tori[illegible] hęc autem [illegible] humil[illegible]. Audi[illegible]ur doctor[illegible] de musica spiritual[illegible] do[illegible] facien[illegible]. Discite,

Matth. 11 inquit, a me quia [illegible] & hu[illegible] corde, & inueni[illegible] requie[illegible] ani[illegible]us est[illegible]. Vid[illegible]ne [illegible] [illegible] [illegible]m [illegible] [illegible] vo ce[illegible] [illegible] & [illegible]. Pr[illegible] concor[illegible] [illegible]x est n[illegible] [illegible] [illegible] ca-ti[illegible] tertia [illegible]ssio, quarta [illegible] [illegible]in ta[illegible]tio, sexta deuotio. Nota ergo quo[illegible] in co[illegible]a morum sunt d[illegible] [illegible]ensus vi[illegible]. Nota [illegible] o[illegible]do [illegible] [illegible] mortific[illegible] [illegible], [illegible] [illegible]o [illegible]iont, [illegible]no d[illegible]u [illegible]oni. Nota [illegible] in de cen[illegible]u, qu[illegible] tineat deuotio ad [illegible]rati[illegible]m, [illegible] [illegible]t[illegible]mer, conf[illegible]an[illegible] [illegible] [illegible]n[illegible] [illegible] a-[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]me[illegible] d[illegible]us, con-[illegible].

De irreuerentia iuxta altare. Abusio duodecima. Cap. XXIII.

VLtimam de duodecim abu[illegible]bus claustri h[illegible]ben[illegible] in manibus, ad eam discutiendam [illegible] dic[illegible]us accedo, qui me [illegible] inter cæteros in hac parte [illegible]iorem reperio. Qui licet ablutis manibus, lot[illegible] facie[illegible], [illegible] vest[illegible] indutus accedam ad altare, [illegible]men per[illegible] [illegible]pere, [illegible]re pollutus, im[illegible]undus corde, Christi [illegible]pus [illegible]n pertim[illegible]o manibus tractare. A[illegible] h[illegible]lē elatus, iratus ad mitem, crudelis ad misericordem: & tamen patitur hu[illegible], [illegible] iratum, crudelem misericors. Acce[illegible] ad Dominū, R

Irreuerentia sui ipsius accedentis ad sacramentum Altaris. non amore, sed timore, non deuotione, sed vsu. Acc[illegible] ad Dominum, cuius percussi f[illegible], ad patrem ac[illegible]o, cuius occidi filium. Percussi verbo, occidi exemplo, nec tamen pertimesco Dominum, nec reuereor patrem. Manens in turba fratrum, turban[illegible] [illegible]os, & ab [illegible] turbat[illegible] quandoque acced[illegible] ad pacificum. Appr[illegible] quo etiam tali ad osculum pacis, qui prius reconciliatus accedere debuissem ad osculum turbati fratris. In altari illum eundem conspicio, quem Simeon suscipiens [illegible]bu[illegible] gratias agens benedixit in tem-

Luc. 2. plo. Bonum est Saluatorem puerum portare in manibus, & fructum sal[illegible] habere in operibus. Qui enim portat puerum in [illegible]is, id est puritatem in operibus, cum orat exau[illegible]tur, vt in pace dimittatur. Cum offerebantur in templo pueri, offerri sole[illegible]t in hac purificatione agnus, turtures, & colum[illegible]bæ. [illegible]o a[illegible] off[illegible] cum nullū istorum habere queam. Off[illegible]n ne porcum de S his, q[illegible] tan[illegible]iu paui? Offer[illegible] [illegible] merulam beati Benedicti, quæ toties & tam importune mihi volit[illegible] currit? Offeram struthionem, quem nu[illegible] o[illegible] uer[illegible]ionem. Offeram fortassis porcu[illegible] [illegible]æ pro [illegible]gno inn[illegible]en[illegible]æ, merulā v[illegible] p[illegible] [illegible] e[illegible]strat[illegible], [illegible]hi[illegible]nem simulati[illegible] [illegible]. Quid est enim moraliter p[illegible] verten[illegible] [illegible] lutabro luti, nisi peccator reuertens ad imn[illegible] [illegible] ditiam peccati? Et quid est merula v[illegible]litan[illegible] ni[illegible] voluptas per su[illegible]ne[illegible]n t[illegible]? Vel quid est struthio in deser[illegible], [illegible]no [illegible] conue[illegible]so? Adhuc mecum habeo [illegible]iquas [illegible]bi[illegible] [illegible] p[illegible], q[illegible] adhuc in ore meo r[illegible]so[illegible] secular[illegible] fabulæ, [illegible] sunt quasi [illegible]bum [illegible]pirituum imm[illegible]. S[illegible] si cut scrip[illegible] [illegible] genus est legumini[illegible] [illegible]us max[illegible] [illegible] son[illegible]rum, sed grano[illegible]m p[illegible]ate st[illegible]e & pe[illegible] [illegible]m. I[illegible] [illegible] [illegible] gn[illegible]tur [illegible] [illegible]tes ster[illegible] [illegible]te [illegible] tes. Cum [illegible] [illegible] a [illegible] & sicut porci [illegible] leq[illegible] [illegible]. Heu quam sæp[illegible] [illegible] mihi mer[illegible] [illegible] & tam ta[illegible] cu[illegible] d vep[illegible] & [illegible] ep[illegible]o nis. Cu[illegible] be[illegible]tum B[illegible] Beati G[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ens v[illegible]n & ve[illegible] [illegible] [illegible] ticeta, nu[illegible] [illegible] ca[illegible]um incé[illegible] proie[illegible], [illegible] per [illegible]

xit vulnus mentis, quia voluptatem traxit in do-
lorem. Talis ad altare potest accedere, cui cum oc-
currerit merula voluptatis, currit humilis ad aspe-
ritatem correptionis. Ego autem quomodo acce-
dam? qui porto plumam struthionis in habitu re
ligionis, vt placeam non moribus sed vestibus,
Quasi enim struthio volatum simulo, sed tamen
pedibus terram tango: Volito habitu, sed terram
tango affectu. Penna siquidem contemplationis a
terrenis non eleuat, quem corpulentia carneæ fra
Iob. 39. gilitatis pondere suo grauat. Vnde Beatus Iob, pen
na, inquit, struthionis similis est pennis herodij,
& accipitris. Dicitur esse similis penna struthionis
pennæ herodij, & accipitris, cum aliquis habitu si
mulat, quòd vitam alicuius antiqui patris habeat.
In pennis igitur similes sunt, sed corpore differũt,
quia struthio corpore maior est, & ideo a terra
nõ potest eleuari. Qui enim terrena sapiunt, & ter
Matt. 7. renis inhiant, carnis desiderio solẽt aggrauari. Vn
de & veritas dicit, Hi sunt, qui veniũt ad vos in ve
stimẽtis ouium, intrinsicus autẽ sunt lupi rapaces.
Exterius autem cõtegor ouis vellere, intus autem
sæuio cupiditate. Coram Domino consisto ad al-
tare extensis manibus quasi crucifixus, crucem si-
mulans, & tamen non portans. Cuius crucem? for
sitan latronis, sed vtinam illius, cui dictum est; ho
Lucæ. 23. die mecum eris in paradiso. Tres sunt siquidem
T cruces, prima latronis desperantis, secunda oran-
tis & dicentis, memento mei Domine cum vene-
ris in regnum tuum, tertia autem Christi. Primus
meruit crucem, sed non profuit ei ad salutem. Se-
cundus vero meruit, sed tamen ad salutem pro-
Nota de triplici Cruce. fuit. Tertius non meruit, portauit eam tamẽ, sed
nobis profuit. His tribus assimilari possunt tres
species hominum, quorum hi primi sunt, qui por
tant crucem mortificando carnem, & tamen non
prodest eis, quia nõ pœnitent. Sunt autem & alij,
qui mortificant carnem, & prodest eis ad salutem,
orant & exaudiuntur, audiunt etiam quod dicitur
hodie mecum eris in paradiso. Quando autem
hoc audiunt? Cum euangelium legentes dicunt,
Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est re-
gnum cœlorum. Sunt etiam alij liberi a pœna pec
cati, nullis criminibus implicati, subtrahentes se a
peruerso opere, ab ocioso sermone, ab immunda
cogitatione, in quorũ manibus labor est assiduus,
oratio in lingua, puritas in mente, portantes alie
na peccata quasi sua, hi sunt, qui portant crucem,
non pro suis sed pro peccatis alienis. Prima igitur
crux diaboli, secunda cuiuslibet iusti, tertia vero
Christi. Prima malitiæ, secunda pœnitentiæ, ter-
tia iustitiæ. In vnaquaque quatuor sunt dimensio
2. Thess. 2. nes. In cruce etenim diaboli est altitudo, qua ex-
tollitur super omne quod colitur. Profundum est
desperatio, de qua dicitur, peccator cum in pro-
Prouerb. 18. fundum venerit malorum, contemnit. Latitudo
in carnalibus, qui latã & spatiosam viam sequun-
tur. Longitudo vero pertinacia. In cruce vero iu-
sti profundum est humilitas, Longitudo assidui-
tas laboris, altitudo contemplatio, latitudo oratio
quæ non tantum latitudine sua complectitur ami
cũ, sed etiã inimicũ. Crux autẽ Christi habet pro-
fundum timoris, altitudinẽ spei, latitudinẽ charita
tis, longitudinẽ perseuerantiæ. In prima cruce cru
cior, ad secundam tendo, pro tertia suspiro. Pri-
mam timeo, secũdam quæro, tertiam desidero. In
prima pœna tãtum, in secunda pœna cum venia,
in tertia gloria. Ad crucem malitiæ pertinet pœ-
na, ad crucem pœnitentiæ pertinet venia, ad
crucem vero iustitiæ gloria. Timeo igitur pœ- V
nam, quæro veniam, desiderio gloriam. Sed
forsitan quæris, vtrum reperire possis mensuras
vtriusq; crucis? Dominicæ crucis profundum ha-
bet Beatus Iob, altitudinem Dauid, latitudinem
Petrus, longitudinem Naboth. De profundo ti- Iob. 1.
moris dicitur, erat vir rectus, & timens Deum. Psal. 30.
De altitudine spei dicit Dauid, in te Domine spe-
raui, non confundar inæternum. Petrus vero ostẽ 1. Pet. 4.
dit nobis latitudinem charitatis dicens, ante om-
nia mutuam in vobis charitatem continuam ha-
bentes, quia charitas operit multitudinem pecca-
torũ Audis latitudinem cum dicit, operit multi-
tudinem peccatorum. Hoc est etiam latum man Prouerb. 10.
datũ, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum
De longitudine vero scriptum est. Cum Achab 3. Reg. 21
rex Israel vineam Naboth vertere vellet in hortũ
quod ille moraliter intelligens mori maluit quã
consentire, vt labor excolendę carnis verteretur in
hortum voluptatis, voluit esse in bono perseue-
rantię mensuram longitudinis terminum mortis,
Supra profundũ igitur timoris altitudo spei loca-
tur, ne per timorem ad desperationẽ animus per-
ducatur. Post spem charitas, post charitatem perse
uerantia ponitur, vt qui sperat amet, qui amat, in
hoc quod amat perseueret. Primæ igitur & secun
dæ crucis mensuras diligens lector assignare po-
test cum voluerit. Nos autem reuertamur ad ea,
quæ cœpimus, vt sacrificium dignum Deo offer-
re valeamus. Tria sunt autem sacrificij genera. V- X
num dominici corporis, alterum contriti cordis, *Tria sacrificij genera.*
tertium mortificatæ carnis. Oportet igitur præce-
dere sacrificium humilitatis in mente, afflictio-
nis in carne, vt habeatur deuotio in dominici cor-
poris consecratione. Cum obtulisset Abraam sa- Gen. 15.
crificium Domino post victoriam quinque re-
gum, vaccam triennem, & capram triennem,
& arietem triennem, columbam quoque & tur-
turem, animalium corpora diuisit, aues vero
indiuisas dimisit. Descendebant autem volucres
super corpora diuisa, sed Abraam abigebat eas.
Aues sunt spirituales, animalia corda carnalia. Ad
uersus se inuicem animalia diuiduntur, dum per-
uersa desideria distrahuntur. Porro aues indiuisæ
remanent, quia spiritales semper vnitatis vincu-
lum tenent. Super corpora vero diuisa volucres
descendunt, quia in diuisione carnalium dæmo-
nes desiderij sui pastum quærunt. Sunt & aliæ vo
lucres, importunæ scilicet cogitationes, quæ in ip
so nostræ orationis sacrificio quandoque se inge-
runt, & quod in nobis Deo immolamus, hoc ra-
pere, vel commaculare volunt. Sed Abraam abigẽ
te diffugiunt volucres, quia manus sanctæ discre-
tionis intus fugat immundos spiritus, & peruer-
sas cogitationes. Per vaccam (vt quidam volunt)

quę graue est animal, sensualitas, per capram, quę altum petit, & clarum habet visum, intellectualitas, per arietem, qui ceruicosum est animal, carnalis imaginatio signatur, quæ cornibus superbiæ spiritui reluctatur, hæc trium annorum dicuntur esse, vt indiuiduæ Trinitatis imbuantur amore.
Ego autem nō tantum grauor accessu volucrum, sed etiam inquietor importunitate muscarum, quæ venientes ex Aegypto adhuc sequuntur sacrificantes in deserto. In illis timeo rapinam, in his maculam. Tres sunt autem muscæ Aegypti, id est vanitas, curiositas, & voluptas. Musca vanitatis inquietat, & maculat sacrificium humiliati cordis, musca curiositatis sacrificium orationis, musca voluptatis sacrificium mortificatæ carnis. Accedo igitur ad altare vanus, curiosus, voluptati subditus. Sunt etiam multi alij in sæculo, qui non tantum vani, curiosi, & voluptuosi, sed etiam cum am
Mat. 27. bitione non cum deuotione accedunt ad mensam Christi, qui non accederent, nisi seipsos aliquid accepturos sperarent. Accessit ad Iesum Petrus, accessit & Iudas, accesserunt & milites crucifigentes, accedunt quotidie ad corpus Christi religiosi, accedunt & peruersi sacerdotes, qui ea, quæ offeruntur ad mensam Christi, offerunt in mensa diaboli. Ipsa est alea fati, in illa Deum inuocant, in ista periurant, non enim orationi vacant, sed lusibus exultant, legem Dei nec sciunt nec discunt, vacantes ocio comessationibus & ebrietatibus student, terrenis inhiant, terrena sapiunt: assidui in plateis, in ecclesia rari, tardi ad inuestigandam culpam peccatoris, parati ad inquirenda vestigia leporis, velociores ad congregandos canes, quàm ad conuocandos pauperes, libentius porrigunt panem cani, quàm pauperi, plures seruiunt eis ad mensam,
Z ad missam nullus, famulas aut famulos habere secum volunt, sed clericos habere non possunt,
Thre. 4. quia nolunt. Hi sunt, quorum thalamus ornatior est ecclesia, equus carior est missali, cappa, casula pulchrior, camisia delicatior alba. Ecce quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Obscuratum est aurum fuligine peccatorum, mutatus est color decoris & sanctitatis in fœditatem vitiorum. Qui sunt isti lapides sanctuarij dispersi in capite omnium platearum, nisi (vt quidam sapiens dicit) sacerdotes Christi & ministri sacri altaris, & canonicorum sancta & Deo consecrata societas, necnon & virginum & sanctimonialium numerositas, qui semper apparere debent in secreto Dei conspectibus, quos nūquam necesse est foris conspici, nunquam extraneis & sæculi actibus occupari. Sed quod grauius est, ideo dispersi deplorantur quasi lapides sanctuarij in capite omnium platearum, qui dum per vitam & orationem intus esse in contemplatione Dei semper debuerant, per vitam reprobam foris passim vacant. Ecce iam penè nulla est sæcularis vitæ actio, quam sacerdotes Christi non administrent, nulla mundi negocia, in quibus ministri altaris se non occupent, nulla rerum improbitas, qua monachicus ordo se non implicet, penè nulla illecebrosæ vitæ blandities, qua se castitas sanctimonialium non commaculet. Sanctuarij ergo lapides dispersi sunt in plateis, cum religiosi quique lata mundi itinera sectantur. Et non solum in plateis, sed in capite omnium platearum disperguntur, dum per desiderium huius mundi opera peragunt, & tamen de religioso habitu culmen honoris vel laudis quærunt. In capite ergo platearum dispersi sunt, quia & iacent per ministerium operis, & honorari volunt de imagine sanctitatis. Quid est igitur cum tales ad altare accedunt, qui nihil aliud nisi temporalia quærunt? & quæ maior aut grauior abusio in claustro vel in sæculo potest esse, quàm quòd ad sacrificium Dominici corporis accedas sine reuerentia ac sine deuotione? Possunt ea, quæ diximus, animum legentis instruere, si caueantur quæ noxia sunt, si teneantur vtilia: vt prælati subditos diligenter custodiant, subditi prælatis benigne obediant, deuoti sint senes, laboriosi iuuenes, sit honestas in habitu, mediocritas in victu, in claustro assidui, ad curiam rari, vt non sint curiales, sed claustrales, sint intenti psalmis, non causis, in claustro non sit rumor, sed lectio, in capitulo non lites, sed confessio, sit in choro seuera simplicitas, circa altare reuerentiæ honestas. Ex his igitur obseruantiæ mandatis pendet summa totius religionis.

SECVNDI LIBRI FINIS.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, in Tertium Librum de Claustro Animæ Prologus.

NOsti charissime, quod ea, A
quæ de ordinatione claustri materialis diximus, non solū scripta, sed etiā pro loco, & tempore, & personis sunt ordinata, & executioni apud nos mādata. Sed forsitan dubitas, vtrum omnes consenserint, an non consentientes recesserint aliqui. Nullus recessit, omnes consenserunt, exceptis quibusdam laicis, qui adhuc iugum portant & murmurant, & tales qui in sæculo pauperiores vixerant quàm nunc viuant, & nunc in monasterio quęrunt quæ nec foris habere potuerunt. Sic cum
Dauid ad debellandos proficisceretur Amalechi- 1. Reg. 30
tas, quidam abierunt, quidam remanserunt ad sar
cinas. Ad sarcinas vestis & cibi remanent inertes B
& infirmi, ad bellum vero expediti & fortes ire
non timent. Qui igitur vestes cibos & quietem Notabile.
carnis diligunt, ad debellandos Amalechitas, id est ad destruendas carnis delectationes non procedunt. Hoc enim interpretatur Amalech, popu-
lus lambens. Sic filij Gad, & filij Ruben, & dimi- Num. 32.
dia tribus Manasse renuunt transire Iordanem,

& ad bella cum fratribus procedere: sed magis amant terram Lazer aptam nutriendis animalibus obtinere. Qui terram Lazer animalibus quærunt, hi sunt qui motus animi irrationabiles in desiderijs carnis pascunt. Nullus clericorum charissime modo discordat, sed vnusquisque pondus religionis benigne portat, & quibus prius fuit grauior, nunc est gratior. Pro hoc igitur laboro, vt cum ipsis semper quietus viuam, & cum ipsis in pace moriar, cum ipsis & sub ipsis frater & conseruus. Nunc autem ad ea, quæ de claustro sunt animæ dicenda, transeamus.

¶ *Quòd claustrum animæ contemplatio dicitur. Cap. I.*

C Animæ claustrum contemplatio dicitur, in cuius sinum dum se recipit animus, sola cælestia meditatur, separatur a terrenis, a turba cogitationum carnalium longe ponitur, dulces carnis refugit affectus, vagos sensuum motus restringit, in Domino delectatur, angelica fruitur dulcedine, legit in libro vitæ, pro silentio pacem tenet, in choro virtutum seruat concordiam morum, summi Patris bonitatem, angelicæ creaturæ beatitudinem contemplatur, attendit bonitatem, cui nihil deest, beatitudinem, quæ nullo indiget, Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritussancti benignitatem considerat. Dum hæc tria contemplatur, tribus modis consolatur. Peccauimus enim contra Patrem, peccauimus contra Filium, peccauimus contra Spiritumsanctum. Ex infirmitate contra Patrem peccauimus, quasi contra potentiam, ex ignorantia contra Filium, quasi contra sapientiam, ex malignitate contra Spiritumsanctum, quasi contra benignitatem. Consolatur igitur nos potentia Patris, qua peccata puniuntur, vt fortitudinem capiamus contra fragilitatem carnis, consolatur sapientia Filij, quæ reficit quod per ignorantiam deficit, consolatur benignitas Spiritussancti, ne subD intret desperatio. Huius claustri ambitus, virtutum columnis decoratur, sustentatur patientiæ basibus, ac regula iustitiæ quadratur, virtutum coadiacentibus officinis munitur, muro boni operis, claustri septa forinsecus ambiuntur, quæ clauso silentij ostio vagæ mentis gressum prohibent. Ab hoc claustro egressa est Dina filia Iacob, vt videret mulieres regionis alienæ. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor, adamauit, & rapuit, & dormiuit cum illa, & conglutinata est anima eius cum ea, tristemque blanditijs deliniuit. Audi beatum Gregorium. Dina, inquit, vt mulieres videat regionis alienæ egreditur, quando vnaquæque mens sua studia negligens, alienas actiones curans, extra habitum atque ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terræ opprimit, quia inuentam in curis exterioribus diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius cum ea, quia vnitam sibi per iniquitatem recipit. Sed quia cum mens a culpa resipiscit, atque admissum flere conatur, corruptor & spem, & securitatem ante oculos reuocat, quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat, recte illic subditur. Tristemque blanditijs deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora, modo nil esse quod perpetratum est, modo misericordias Domini loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur. Sic charissime quandoque mens egreditur, & egressa curis secularibus implicata capitur. Fratres autem Dinæ sororem suam in aliena domo diu morari non permittunt, sed interfecto Sichem cum reliquis masculis, vrbe depopulata sororem suam tollunt, vxores vero eorum captiuas ducunt. Sororem suam filij Iacob, cum reliquis masculis interfecto Sichem, reducunt, quando viriles animæ motus contra vitia luctantur expulso diabolo, & maioribus vitijs extirpatis, mentem a carnali desiderio violatam, secum quasi vi ab hostibus ereptam manere cogunt. Mulieres vero captiuæ ducuntur, dum delectationes animi extra terram carnis exulantes a desiderijs carnalibus priuantur. Sic igitur congregati filij Iacob a finibus illius exeunt cum sorore, quia dum mens post lapsum resipiscit, virtutum collectis agminibus, ne iterum capiatur a carnalibus desiderijs, longius recedit, nec tantum longius recedit, sed etiam altius ascendit. Ascendit enim in Bethel. Sed hoc fit, quando mens ascensiones virtutum in se disponit. Sic igitur in Bethel peruenitur, quando cor cuiuslibet, domus Dei (quod interpretatur Bethel) efficitur. In hac domo altare Domino erigitur, in hac domo claustri spiritualis ordo stabilitur.

De contemplatione eleganter disserit.

Gen. 34.

Grego.

Gen. 34.

Gen. 35.

¶ *De quatuor lateribus claustri. Cap. II.*

Sicut ex quatuor lateribus claustri materialis structura fieri solet, sic in quatuor virtutibus animi quadratura claustri spiritualis per similitudinem assignari potest; quæ sunt contemptus sui, contemptus mundi, amor Dei, & amor proximi. Ex his quatuor lateribus vnum vergit ad occidentem, alterum ad septentrionem, tertium ad orientem, quartum ad meridiem. Dum enim defectus carnis assiduos cernimus, dum quotidianos occasus animi videmus, tunc quasi in latere claustri, quod ad occasum respicit, sedemus. Quid enim aliud nisi occasum cernimus, dum in nobis subtractis radijs superni solis, diẽ diuinæ cognitionis deficere sentimus? Recedente sole crescunt tenebræ, minuitur claritas, sic recedente sole iustitiæ, miseræ mentis cæcitas aduenit. Ille vero, qui profundæ noctis tenebras, id est secularium difficiles culpas, & eorum corda frigida, gelu desperationis concreta consi- E

derat, quasi in latere claustri sedet, quod ad septentrionem spectat. Post tenebras vero profundæ noctis, idest post cupiditatis & odij cæcitatem, aurora iustitiæ superni solis radios expandens, mentis illuminat secretum, fugat nubes tentationum, torporem frigoris expellit, dilectionis calorem nutrit, inuitat ad amorem proximi. Sicut lucifer præcedit solem, sic amor proximi amorem Dei. Hoc igitur latus claustri spiritualis, ortum respicit charitatis. Tunc enim incipit diligi Deus, cum incipit diligi proximus. Et sicut sol oriens ascendit ad australem plagam, sic per amorem proximi fit ascensus ad charitatem Dei. In latere vero claustri, quod ad meridiem respicit, sumus, quando ardente charitatis sole, diuinæ maiestatis lumen præ nimia claritate tenuiter videmus. Licet enim radius contemplationis recto tramite illuminet terram cordis, licet mens aut minimas, aut nullas habeat tentationum vmbras, tamẽ cum videre plenitudinem Deitatis volumus, impeditur ratio ne possimus. Non est igitur quò diuertat animus, qui inter hæc quatuor virtutum munimina manet constitutus. Non enim ad carnis voluptatem, non ad mundi vanitatem, non ad odium proximi, non ad contemptum Dei.

De quatuor ordinibus columnarum, & quòd ex contemptu sui duodecim columnarum ordo procedit. Cap. III.

F IN his quatuor claustri lateribus quasi quatuor ordines columnarum disponuntur. Ex cotemptu etenim sui duodecim columnarum ordo procedit scilicet humiliatio cordis, & afflictio carnis, sermo humilis, abiectio vestis, cibus tenuis, pondus laboris, amor subiectionis, cõtemptus honoris, laudem fugere, alterius consiliũ suo præferre, subditis obedire, de se diffidere. Hæ colũnę secantur, sculpuntur, & poliuntur. Secãtur quando discretione virtutes a vitijs separantur. Sculpuntur, quando ea quæ mens cogitat, manus operatur. Sic Salomon in templo cęlaturas prominentes fecisse legitur. Prominent cælaturę, dum mentis cogitationes exterius apparent in exemplo & operatione. Sed quomodo poliuntur? Quando tribulationis aduersitate feriuntur. Quod politur, æquale efficitur. Æquale non elatum, læue non asperum. Prima igitur columna idest, humiliatio cordis politur, dum ęqualitatem seruat, dum non exasperatur per iram, nec inæqualitatem recipit superbiæ, quæ sibi nullum existimat ęqualem, sed efficitur cor. Deo subditum, proximo G amicum, in se modestum. Æqualitas mentis lineam seruat religionis. Sunt enim quidam, qui nunc afflictione carnis macerantur, nunc ad carnis voluptatem reuertuntur, sępe vigilant alijs dormientibus, sed sæpius dormiunt alijs vigilantibus. Nunc humilia, nunc sublimia, nunc blanda, nunc aspera loquuntur, nunc de fratribus, nunc de parentibus gloriantur, nunc nihil nisi ordinis statuta perstrepunt, nunc nihil nisi fabulas audire volunt. Nunc albas, nunc nigras, nunc medio colore coloratas delectantur habere cappas, nunc vilis placet habitus, nunc mediocris, nunc superfluus. Nunc dant illis olera pastum, aqua potum, nunc vero exquisitis ferculis, nunc diuersis poculis vtuntur. Nunc laborant, nunc labor displicet. Amant subesse, vt possint præesse, honores fugiunt, vt honoribus occurrant. Hæc est inæqualitas columnarum, hæc est asperitas earum. Paulus Apo- H
stolus ęqualitatem & † læuitatem docet. † Lęuitatem cum dicit. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Et in eodem. Non vosmetipsos defendentes, inquit, charissimi, sed date locum irę. AEqualitatem vero vbi ait. Scio humiliari, scio & abũdare, vbique institutus sum, & in omnibus, & satiari & esurire, & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me cõfortat. Vnde beatus Gregorius. Qui (inquit) acceptis rebus non extollitur, qui eas ad vsum vanæ gloriæ non intorquet, qui solus non possidet quod accepit, sed hoc misericorditer cum indigentibus diuidit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris vtitur, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit quàm necessitas petit, scit saturari. qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat, nec pro necessitate victus aliquid agit, vnde anima peccati laqueum incurrat, scit esurire. Quem ergo in abundantia superbia non eleuat; nec in necessitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Cum autem diceret omnia possum, ne per elationis tumorem excederet æqualitatem, statim subiunxit, in eo qui me confortat. Qui enim quod faciunt, Deo ascribunt, & humiliter sentientes de se diffidunt, talibus non euanescit fructus sui laboris, quia nec extollitur in auras vanæ gloriæ, nec vento rapitur elationis.

De cõtemptu sui facilis cõciemnatori materia.

1. Reg. 6.

† Leuitatem.

† Leuitatem.

Ro. 12.

Phil. 4.

Grego.

De basibus columnarum: Quòd tres in scripturis basium species inueniuntur. Cap. IIII.

SIcut bases suppositæ columnis materialibus portant ędificij sui põdus, sic patientiæ virtus, ędificij spiritualis sustinet onus. Tres autem in scripturis basium species inueniuntur, scilicet ęnea, argentea, & aurea. AEnea fortitudinem, argentea cum fortitudine claritatem, aurea cum fortitudine & claritate fulgorem tenet. Fortitudo in opere, claritas in sermone, fulgor in mente. Qui in his tribus patientiam bene seruat, quasi basis aurea virtutum structuram firmiter portat. His tribus vsus est Moyses in constitutione tabernaculi, ęnea scilicet, argentea, & aurea. AEdificauit Moyses tabernaculum, quod moraliter designat claustrum animę. Tria possumus K assignare tabernacula, scilicet materiale, mysticum, & morale idest, tabernaculum Moysi, taber-

I

Exo. 36.

Omnia hæc optime Concinatori Notabilia.

tabernaculum Chriſti, tabernaculũ cuiuſlibet iuſti. Tabernaculũ Moyſi fuit ex diuerſis ornamẽtorũ generibus conueniens ſtructura. Tabernaculũ Chriſti eſt eccleſia. Tabernaculũ iuſti quælibet fidelis anima. Vnum fit ex lignis Sethim imputribilibus, alterum ex Sanctis infatigabilibus, tertium ex virtutibus. Moyſes ſuũ in eremo erexit, Chriſtus in mũdo, iuſtus in anima, omnes tamẽ in deſerto ædificauerunt. Eremus deſertũ vocatur, quia ab hominibus nõ habitatur. Mundus vero dicitur deſertum, quia deſeruerat Chriſtũ, ſimiliter & anima deſertũ nuncupatur, quãdo ſpiritus ſancti gratia nõ fœcundatur.

Exo. 36.

Poſuit Moyſes in tabernaculo ſuo arcã, Chriſtus in ſuo carnẽ propriã, iuſtus vero cõſciẽtiã. Arca Moyſi decoratur auro mundiſſimo intus & exterius. Caro Chriſti deauratur intus diuinitate, foris miraculorũ claritate. Cõſciẽtia iuſti interius fulget ſplendore puritatis, exterius vero operibus charitatis. Poſuit Moyſes tabulas per circuitũ tabernaculi ſtantes, & binæ incaſtraturæ erãt per ſingulas, vt altera alteri iungeretur. Duæ baſes ſub vna tabula ponebãtur ex vtraque parte angulorũ, vbi incaſtraturæ laterũ in angulis terminãtur. Tabulæ, quæ diſponũtur per circuitũ, deſignãt moraliter ordinẽ virtutũ. Binæ vero incaſtraturę, quę erãt in ſingulis tabulis, ſunt affectus mẽtis & exhibitio operis. Dũ enim mens operi cõcordat, ne tabula tabulã excedat, incaſtraturæ firmitas ſeruat. Duæ vero baſes ſub ſingulis, ſunt perſeuerã-

L

tia & longanimitas in proſperis & aduerſis. Sunt & aliæ baſiũ ſpecies, quæ nũc in noſtris ædificijs reperiuntur, ſcilicet lignea, lapidea, & picta, ſed hæ fragiliores ſunt præcedẽtibus, citius enim deſtrui poſſunt. Igne enim lignea comburitur, lapidea gelu frangitur, picta nihil portat, ſed ab alio ſuſtentatur. Hæc aũt in ædificio noſtræ mẽtis, oculo intelligibili quandoq; diſcerni poſſunt. Dum enim facibus iracũdiæ ſeu luxuriæ flãmis accẽdimur, quid aliud in nobis quàm patiẽtiæ baſis vel abſtinẽtiæ fortitudo deſtruitur? Dũ charitas in nobis frigeſcit, & mẽs ad diuerſa deſideria partitur, nõne lapidea baſis frigore tentationis in partes diuiditur? Baſis vero picta eſt patiẽtia ficta, quæ ſimilitudinẽ tenet nõ veritatẽ, colorẽ non fortitudinẽ. Simulationis etenim patiẽtia in oſtẽtatione eſt, nõ in operatione. Erigamus igitur in ædificio noſtræ mẽtis baſes perſeuerãtis patiẽtię, erigamus baſes, quæ nequeant gelu frangi aut igne comburi, quæ portẽt tabulas virtutum, quæ ſuſtineant pondus columnarum, id eſt obedientiam prælatorum.

¶ *De hoſpitum domo, Quòd mens ſapientis hoſpitalis eſſe debet. Cap. V.*

M

INter coadiacentes ſpiritualis ædificij officinas, hoſpitũ domus prima occurrit, quæ peregrinãtibus in regionẽ longinquã, cũ ad clauſtra animæ redierint, apertis miſericordiæ ianuis patet. Hoſpitũ ſiquidẽ domus, mens compatiens appellari poteſt. Vnde Ambroſius. Mens, inquit, ſapientis hoſpitalis eſſe debet. Mens enim hoſpitalitatis officio fungitur, cũ delinquẽtiũ fratrũ culpis benigne compatitur.

Ambro.

Habet hæc domus miniſtros ſuos, qui hoſpitib⁹ ſeruiãt. Pulſanti etenim peregrino ianuã charitas aperit, intrantẽ hilaritas recipit, receptũ affabilitas detinet, eſuriẽte collatio paſcit, feſſo humilitas ſeruit. Hæc hoſpiti debẽtur, hęc reuertẽti filio (qui luxurioſe viuẽdo partẽ ſubſtãtiæ diſſipauerat) paterfamilias exoluit.

Lucæ. 15.

A longe enim veniẽtẽ cũ videret, occurrit, amplectitur, occidit vitulũ ſaginatũ, ordinat chorũ, Symphoniam tangit. Sic & ſpiritualiũ patrũ pietas, quæ quaſi paterno affectu præſidet ſubiectis, delinquentẽ Diſcipulũ (cũ per pœnitẽtiã redierit) longe venientẽ videt compatiẽdo, occurrit indulgẽdo, amplectitur familiarẽ ſe illi faciẽdo, occidit vitulũ, carnis mortificationẽ prædicãdo, chorũ ordinat, ſymphoniã tãgit morũ cõcordiã & vnitatẽ docẽdo.

Delinquẽs ad pœnitentiã veniẽs, quomodo acceptandus.

Inuitat igitur pietas deſperantẽ, trahit charitas inuitũ, iratũ miſericordia pacificat, hilaritas ſecurum reddit, affabilitas familiarẽ, familiaritas ſecretũ aperit, aptio ſecretorũ amicitiã ſeruat, prędicatio inſtruit morum cõcordia facit amicũ proximo, humilitas Deo.

N

Lucæ. 15.

Sed dũ hæc fiunt, timeo ne frater ille, qui foris erat, ſuperueniat & dicat. Pater ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatũ tuũ pręteriui, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquàm hic filius tuus, qui deuorauit ſubſtãtiã ſuã cũ meretricibus, venit, occidiſti ei vitulũ ſaginatũ. Reuera ille dicitur eſſe extra domum compaſſionis, qui neſcit beneficium conſolationis, qui tãtũ nouit increpare non obſecrare. Sic tamẽ tẽperãda eſt miſericordia regentis, ne impunita remaneat culpa delinquẽtis. Sic quãdoque ſpiritales patres quoſdã delinquẽtes recipiunt, quos fratres deſpiciunt, qui domum compaſſionis intrare dedignantur, & ſic extra morantur, & qui fratribus compati debuerunt, crudeliores prælatis fiunt. Ouem perditã Chriſtus ad caulas violenta manu non reduxit, ſed humeris proprijs impoſitã reportauit. Sed & Angeli ſup vno peccatore pœnitentiam agente gaudent.

Lucæ. 15.

Quid igitur chariſſimi? Concordat Angelus & creator cum conuertitur peccator, & frater fratri dedignatur cõpati, dũ pater ſpiritualis miſericorditer ignoſcit filio delinquenti. Deſcendit Samuel de excelſo in oppidũ, vt in regẽ Saulem vngeret.

1. Reg. 9.

Deſcenſus Samuelis, exemplũ deſignat condeſcẽſionis, per vnctionem vero demonſtratur, vt qui deſcendit miſereatur, vt qui præbet effectum compaſſionis, vngat blandiens oleo conſolationis. Deſcendit ſuperior ad inferiorem, vt ſublimet ad honorẽ, vt qui ſequebatur aſinas, regat animas, ideſt qui carnis affectus quærebat irrationabiles, eligatur vt eoſdẽ regat & obtineat ſpiritales.

O

Qui iacet, non erigitur, niſi qui iacentem erigit, inclinetur. Vnde Beatus Gregorius. Iacentem, inquit, non erigit, niſi qui ſtatum ſuæ rectitudinis per compaſſionem flectit. Tales quandoque eriguntur per amorẽ, quandoque vero per timore. Sed qui per timorẽ diſciplinæ erigitur, quaſi per ſe ſurgere cogitur, qui vero per amoris dulcedinẽ trahitur, quaſi per compaſſionẽ blandientis adiuuatur. Amor erigit, tra-

Grego.

trahit,& sustētat,timor cogit,erigit,sed cruciat.Ad
hoc pertinet,qđ per Beatū Augustinū ad prælatos
August. de subiectis dicitur.Plus,inquit,à vobis amari ap
petant,quā timeri.Nec tamen nimiū parcat amor,
nec nimium terreat timor,sed sic amorem timor
comitetur, vt nec timor odiū pariat,nec amor ne-
gligentiā patiatur. Hinc per Beatum Iob dicitur.
Iob.29. Cum sederē quasi rex circunstante exercitu,erā ta
men mœrentiū consolator. Ecce timor ex auctori
tate regiminis, amor autē ex dulcedine consola-
tionis.Sic & vulneribus illius, qui incidit in latro
Lucæ.10. nes, Samaritanus vinū & oleum infudit, in vino
scilicet designans seueritatē districtionis, in oleo
vero molliē pietatis.Vnde per Beatum Gregoriū
Grego. dicitur. Faciendum est quoddā ex vtroq; tēpera-
mentū,vt neq; multa asperitate exulcerentur sub-
diti,neq; nimia benignitate soluantur. Sed & in
Hebr.9. arca tabernaculi virga simul & manna erant, idest
virga districtionis,& māna dulcedinis. Hinc Psal.
Psal.22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Virga enim percutimur,baculo sustentamur.Hæc
est virga directionis per correptionem,hic est ba-
culus sustentationis per consolationem.Sed (vt su
perius dictum est) plus amari à subiectis prælati
appetant quàm timeri, ne seueritatis tumor vul-
tus eliminet, quos compassionis benignitas per
consolationem fouere debet.

¶ *De capitulo animæ. Sicut fratres in capitulum conueniunt, vt errata corrigant, sic ratio cogitationes conuocat.* Cap. VI.

P Sicut fratrum multitudo,vt errata cor-
rigat, statutis horis ad capitulū con
fluit, sic mētis ratio cogitationes di-
uersas ad secretū cordis quandoque
cōuocat,vt incorrigibiles eijciat,cor
ripiat inquietas,negligentes emēdet,erudiat sim-
pliciores, mitiget iracundas, voluptuosas restrin-
gat,pigras excitet,cōsoletur pusillanimes, doceat
indiscretas.In hoc spirituali capitulo,abbatis locū
ratio possidet, conscientia culpas accusat,peruersi-
tas excusat,superbia reatū defendit,innocentia cō
fitetur,humilitas seipsam iudicat,arrogantia vero
alienos. More peruersorum fratrum vitia præce-
ptis contradicunt, more vero simpliciū virtutes
obediunt, seipsas tamē quandoq; virtutes inuicē
accusant.Accusat enim misericordia iustitiam,iu-
stitia misericordiā, honestas humilitatē,humili-
tas honestatē. Accusat misericordia iustitiā, quod
manus vsq; ad crudelitatē extēderit,quòd iracun-
dię verba protulerit, quod mansuetudinis vultum
mutauerit. Iustitia vero misericordiam accusat,
quod seueritatis vultū nō induerit, quod peccatū
impunitū dimiserit,quod delinquentē saltem ver
bis nō increpauerit. Accusat humilitas honestatē,
ꝙ excedat mediocritatē,quod sequatur superflui
tatem, quod nō tantū vtatur honestis, sed etiā vo
luptuosis.Honestas vero accusat humilitatē,quod
nimiā diligat paupertatem, quod non impendat
corpori necessitatem,sed amet nuditatem,panno
sitatē,& egestatem.Agit enim quādoq; misericor
dia remissius, iustitia crudelius, humilitas par-
cius, honestas abundantius, nec tamen desinunt
esse virtutes, licet imperfectæ sint.Dum enim ac-
cusantur,quasi ad suscipiendam disciplinam de-
nudantur. Sed quomodo denudantur? Quando Q
per confessionem vitiorum occulta declarantur.
Duæ siquidem sunt species disciplinæ,interior sci
licet,& exterior. Interior disciplina est per distri-
ctionem cordis, correctio morum: exterior vero
per afflictionem carnis,correctio actionum.Exte-
rior quandoq; generat interiorem,quia dū mens
non spargitur ad exteriora,reuertitur ad quietis a-
morem.Ad hoc pertinet, quòd Lamech Noe ge- Gen.5.
nuit,idest disciplina requiem. Interpretatur enim
Lamech percutiens,quod proprium est discipli-
næ.Noe vero requies interpretatur,qui tunc nasci
tur,quando mēs ab exterioribus per disciplinam
reprimitur.Hic est Noe,qui cōstruit arcam, id est Gen.6.
ædificat animam, quæ irrationabilia animalia in
inferioribus ordinat,homines & volatilia in supe
riori parte locat,id est motus carnales subijcit,spi
rituales superponit. Si autem inūdauerit diluuium
carnis,tunc intrat arcam mentis, & licet circum-
fluant torrentes iracundiæ,fluenta luxuriæ, vora-
gines gulæ, licet ebulliant fontes delectationum,
abyssus cupiditatum, maria conturbationum,in-
trat tamen Noe securus arcam,id est quietus ani-
mus clauso foris silentij ostio possidet animā.Sed
& Lamech interfecisse Cain legitur. Cain autem Gen.4.
possessio interpretatur. Cuius? diaboli nō Dei, sui
non magistri, proprij non communis.Inter folia
iacens Cain occiditur, quia peruersus in leuitate
cordis & multiplicitate verborum volutatur. Sic
igitur per Lamech Noe generatur, quia quādoq;
peruersus per disciplinā eijcitur, & per disciplinā
nutritus,quietæ mentis efficitur. Accusatur Cain
de morte fratris.Qui enim nulli obediunt,qui se-
ipsos possident, qui exemplum prauæ operatio-
nis fratribus ostendunt, quid aliud quàm fratris
animam proprijs manibus,idest proprijs actibus
occidunt?Quid igitur vtilius disciplina,quę quie
tem generat,peruersos necat?

¶ *De opere spirituali. Post capitula exeunt fratres ad laborem, sic & animus egreditur à contemplatione cęlestium ad meditationem scripturarum.* Cap. VII.

Post capitulum ad laborem manuum R
fratres egredi solēt, sic post quietem
contēplationis egreditur animus ad
prouidendū laborē corporeæ necessi
tatis.Egreditur à cōtemplatione, qui
cęlesti fruebatur delectatione.Egreditur,& descē-
dit,quò,& quomodo? Egreditur à contēplatione
cęlestiū ad meditationē scripturarū, & ibidē mo-
rā faciens audit vitę præsentis miseriā, futuræ ve
ro beatitudinem, considerat prēmia iustorū, atten
dit & pœnā damnatorū. Deinde premiorū amore
tractus & pœnarum timore tactus, descendit ad
suorum

suorum memoriam delictorum. Qui dum culpã propriam cognoscit, alienę citius ignoscit, & ideo post memoriam delictorum descendit ad compassionem proximorum, inde vero progreditur ad agendam curam eorum. Potest & hoc per similitudinem demonstrari, cum aliquis egreditur de thalamo in domum, à domo in porticum, à porti

Pulchra pro Concionatore. cu in vicum, à vico in agrum. Egreditur siquidem à cõtemplatione cœlestium ad meditationem scripturarum, quasi à thalamo in domum: à meditatione scripturarum ad memoriam delictorũ, quasi à domo in porticum: à memoria delictorum ad compassionem proximorũ, quasi a porticu in vicum: à compassione proximorum ad agẽdam curam eorum, quasi à vico in agrum. In contemplatione igitur quies est, in cæteris labor. In meditatione scripturarum laboramus, timentes ne præmia iustorum amittamus, in memoria delictorũ laborantes gemimus, ne cum damnatis simus. In cõpassione vero proximorum labor est operationis. In primo monemur, in secundo docemur, in tertio mouemur, in quarto meremur. Monet scriptura quid agere debeamus, docet memoria delicti, vt pœniteamus, mouemur compassione, vt diligamus, opus vero bonum meretur, vt nobis, qui

S alijs succurrimus, succurratur. Exit & animus in hortum, vt videat hortulanum videlicet Christũ, qui plantat gramina virtutum. Exit & olera rigare, idest fragilitatem carnis deplorare lachrymis.

Pulchrũ de effectu lachrymarum. Sed sicut sol post pluuiam clarior fulget, sic Christus post irrigationem lachrymarum benignior apparet, extendens radios suę cognitionis, & illu-

Ioan. 20. minans corda verbo consolationis. Exierat Maria Magdalene ad sepulchrum quasi in hortum, vt plantaret, & irrigaret, inuenit eum, qui dat incrementum, & audit. Mulier quid ploras? Quem quęris? Ecce post pluuiam compunctionis, irradiat claritas consolationis. At illa audito quid quæreret, existimãs quia hortulanus esset, ait. Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego tollã eũ. Desperabat Maria de fructu laboris, quia dubitabat de veritate resurrectionis. Vnde dicitur, quòd conuersa est retrorsum. Cõuertitur retrorsum, quæ in Domini faciẽ per dubitationẽ miserat dorsum. Plãtauerat Maria per amorẽ, sed de fructu resurrectionis dubitabat propter resurrectionis dilationem. Cũ autem cognoscit Christũ, colligit fructũ. Quid enim prodesset semen corruptionis, quid flos natiuitatis, quid maturitas passionis, nisi sequeretur fructus speratę resurrectio-

T nis? Egreditur iterũ animus, vt circumfodiat ficul-

Lucę. 13. neã, vt quæ sterilis erat, fructuum ferat, vt cophinum stercoris mittat, idest vt memoriam peccati fœtentem reddat. Intrat & in vineam, vt circunfodiat eam, vt succidat sarmenta, idest superfluitatis incremẽta, vt quod luxuriat in palmitibus, re-

Cant. 7. dundet in fructibus. Vnde in canticis canticorum. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas videamus etiam si floruerit vinea, si flores fructus parturiunt. Egrediamur, inquit, in agrum. Egreditur animus à contemplatione ad sui circonspectionem, egreditur à cura sui ad agendam curam proximi, vt consoletur pusillanimes, corripiat inquietos, vt fiat ager virtutum, qui prius fuerat vepriũm & spinarum. Commoremur, inquit, in villis, id est in illis, qui sunt villani, id est rudes & tardi ad percipienda documenta curiæ Christi. Sunt enim quidam claustrales quasi curiales, quidam vero villani, id est inordinati, qui non quærunt ædificationem mentis, sed repletionem ventris, terrenis inhiant, terrena sapiunt. In his necesse est, vt faciamus moram per doctrinam, per disciplinam. Mane surgamus ad vineas. Qui enim volunt succidere sarmenta vinearum, id est superfluitates animarum, oportet vt surgant mane, id est non pigre, sed præcedant exemplo & operatione. Videamus an floruerit vinea, an flores fructus parturierint, id est videre faciamus, an bonis cogitationibus animus floreat, an boni operis fructus gignat. Quid? Nonne inter opera quiescendum? Dicat igitur animus. Si- V

cut malus inter ligna syluarũ, sic dilectus meos in- Cant. 2.

ter filios. Sub vmbra illius, quem desideraui, sedi. *Nota Concionator.* Tria sunt in malo cõsiderãda, videlicet vmbra grata, fructus bonus, odor suauis; Dat enim Christus vmbram præceptorum, quæ defendit ab æstu vitiorum, vt per diem non vrat sol, neq; luna per

noctem. Habet fructum inter folia, idest bo- Psal. 120.

num opus inter verba. Scriptum est enim de eo,

fecit quod docuit. Odor vero fructus illius est sua- Actu. 21.

uis, idest fama bonæ operationis. Sub vmbra igitur, quam desiderat, sedet animus, qui vult esse quietus. Sed quandoque sedet super fœnum, quandoque super scabellum, quandoque super scamnum, quandoque super cathedram. Super fœnum sedet, cum carnem subijcit, super scabel-

lum, cum subijcit mundum. Vnde Beatus Hiero- Hiero.

nymus. Magn. , inquit, exultatio est animæ, mundum habere sub pedibus. Cum vero sedet super scamnum, nouissimum eligat locum, vt audiat, amice ascende superius, ne cum rubore descendat & audiat, da huic locum. Qui humilitatem sequitur, ad superiora vocatur, qui vero superba eligit, ad inferiora descendit. Super cathedram sedent non iustitiæ sed pestilentiæ, de quibus dicitur.

Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere no- Matth. 23

lite. Post pausationis quietem iterum surgit ani- X

mus ad laborem, vt colligat botros de vineis Engaddi non de vinea Sodomorum, de vinea Sorec non de suburbanis Gomorrhæ, vt inter vbe-

ra sua comportet myrrhæ fasciculos, vt in a- Ruth. 2. Cant. 2.

gro Booz recipiat spicas, quæ messorum manus effugerant. De vineis Engaddi, & de vinea Sorec animus botros colligit; cum fructus pœnitentium vel electorum præmia requirit. Engaddi, fons hœdi, Sorec electa interpretatur. In hunc fontem qui descendunt hœdi, ascendũt agni nouelli. In fonte etenim compunctionis abluuntur sordes carnis, abluitur fœtor hœdi, idest voluptas peccati; hœdi petulantia, id est carnis luxuria. Ex vineis Engaddi vinum bonum, ex vineis Soreth vinum optimum, illo inebriantur chari, isto charissimi. Illud aqua mixtum,

istud est purum. Illud adhuc turbatur fęce naturali, id est voluptate carnali, istud vero non turbatur etiam qualibet tribulatione temporali. Illud veterum vasorum retinet saporem, id est memoriam peccati, istud redolet munditiam, id est dulcedinem cordis purificati. Vinum igitur de vineis Engaddi, & de vinea Soreth conditur pigmentis & melle, viuum de vinea Sodomorum, & de suburbanis Gomorrę, venenis & felle. Fel enim draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Gomorra, siccitas, Sodoma, sterilitas interpretatur. Qui enim remoti sunt à fonte compunctionis, qui non humectantur pluuia prædicationis, qui non suffunduntur cœlestis aspersione roris, idest subtilitate contemplationis, quid mirum si sunt sicci aut steriles? Humor enim generat fœcunditatem. siccitas sterilitatem. Myrrhæ vero fasciculos inter vbera sua portat, qui corde compatiens & manuum laborem impendens, proximorum necessitates sustentat. Myrrhæ fasciculos portat, qui carnis voluptatem per afflictionem, videlicet ieiunando, vigilando, laborando, domat. Myrrhæ fasciculos inter vbera sua portat, qui lapidationem Stephani, ignem Laurentij, crucem Petri, mortem Christi in corde (quod est inter vbera) compatiendo locat. Vnde in Canticis. Quasi fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Inter vbera sponsæ quasi fasciculus myrrhæ dilectus commoratur, dum in corde cuiuslibet Christi passio cum amaritudine per memoriam renouatur. In agro vero Booz quæ messorum manus euaserant, spicas colligit, qui sententias à magnis doctoribus intactas diligenter inquirit. Sic Ruth moabitis, anima scilicet peccatrix, secuta nurum suam venit in Iudæam confessionis terram. Ibi in agro Booz sequens post terga metentium, ne à doctrina aberret, eorum spicas, idest sententias colligit, quas lex in cibum viduæ, pupilli, & aduenæ remanere præcepit. Deinde messem suam virga, idest subtili discretione discutiens, inuenit tres modios, qui sunt triplices intellectus secundum mensuram donationis Christi. Ex his igitur sustentamur tempore famis, vt viuat anima nostra.

Deut. 32 · Y · *Quis ille sit, qui Myrrhæ fasciculos portet.* · *Cant. 1.* · *Ruth. 2.* · Z

De refectorio animæ. Quòd in refectorio spirituali ponuntur tres mensæ, in quibus Christus ministrat. Cap. VIII.

A Sicut homo exterior in refectorio materiali ad horam cibo, potuq; reficitur, sic homo interior in refectorio sanctæ meditationis potatur vino cõpunctionis, & diuersis exemplorũ saginatur ferculis. In hoc refectorio tres ponuntur mensæ, idest triplices intellectus diuinæ scripturæ, videlicet historialis, mysticus, & moralis. Prima mensa simplicibus, secunda doctioribus, tertia cõmunis est vtrisque. In prima cibus grossior, in secunda subtilior, in tertia dulcior. Prima saporem continet exemplorum, secunda vim mysteriorum, tertia dulcedinẽ morum. In vna Christus vinum ministrat, in secunda frangit panem in tertia docet. Prima pascit miraculis, secunda figuris, tertia verbis. Res miraculorum corroborat fidem, impletio figurarum spem, doctrina morũ charitatem. Dum enim aqua in vinum mutatur, dum Lazarus suscitatur, leprosus mundatur, cæcus illuminatur, tunc simplicior turba miratur, sed fides inde crescit, quia Deus hoc fecisse creditur. Dũ vero discipulis panis frangitur, & corpus Christi esse perhibetur, dum templum destrui, & post triduum sub figura resurrectionis reędificari promittitur, cum hoc euenisse cernitur, nonne de gloria venturæ resurrectiones spes inflámatur? dicebat enim de templo corporis sui. Dũ Christus in parabolis loquitur, dum semen seminãtis quibus terris congruat assignatur, quid aliud in mentibus hominum nisi verbi Dei amor ordinatur? Ponuntur itaque mensæ, ponuntur & panes. B
Affert Moyses conspersum, Apostoli ordeaceum, Elias subcineritium. Hordeum tenacissima palea tegitur, in quo vetus testamẽtum figuratur, quod legalibus obseruantijs obumbratur. Per conspersum designatur panis lachrymarum, qui populo Dei in cibo conceditur, dum de Aegypto egreditur. Per panem vero subcineritium notatur vita peccatorum, qui tandiu supra se cinerem portát, quandiu carnalium voluptatũ desiderio flagrant. Vnde scriptum est. Ephraim factus est subcineritius panis, qui nõ reuersatur. Panis subcinere partem subtus, habet mundiorem, illam, quæ supra est, sordidiorem. Sic mens terrena cogitans, super se cinerem portat. Si autẽ panis reuersetur, excusso cinere, totus extat mundus. Hoc pane subcineritio nondũ bene a cinere excusso pastus est Elias, dum fugiens a facie mulieris fornicarię, venit in Bersabee Iuda, vbi puerum suum dimittens perrexit in desertũ viam vnius diei, sedensq; subter iuniperum, proiecit se, & obdormiuit, & ecce ad caput eius subcineritius panis, & vas aquæ. Fugit igitur, qui mundo renunciat, fugit mulierẽ fornicariã, qui fugit luxuriam. Venit in Bersabee Iuda terram cõfessionis, & puerum suum ibi dimisit, qui pueriles actus deserens, ad viriles ascendit, pergit in desertũ viam vnius diei, qui seruata vnitate cõmunis vitæ mundanis renuncians, spiritualia quęrit. Subter vnam iuniperum sedet, qui nolens aculeos peccati sustinet. Vnde Apostolus. Condelector legi Dei secundum interiorẽ hominẽ, video autẽ aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ. Proiecitq; se, & obdormiuit, cum ab amore superni luminis deficiens, in fomite peccati quasi sub vmbra iuniperi requiescit. Ab angelo excitatur quando à sermone Dei (qui media nocte a regalibus sedibus venit) suscitatur. Et ecce ad caput eius subcineritius panis. Caput mentis, ratio est. Ibi subcineriti⁹ panis inuenitur, quia nondũ mens à memoria peccati ex toto mundatur. Surrexit, & comedit, & rursum obdormiuit, non in vmbra iuniperi vt prius, sed in amore mysterij, non iam comedens panem subcineritiũ, sed fortem ac solidum cibum, liquet quia fortem, ambu-

De sacra scriptura pulchra. · *Conuiuii lentescu... mũ potest hinc Conuiuator discernere, quod recumbentibus non erit ingratum.* · *Ioan. 2.* · *Matt. 26.* · *Ioan. 2.* · *Lucæ. 8.* · *3. Reg. 19* · *Exod. 12.* · *Oseæ. 7.* · *3. Reg. 19* · *Rom. 7.* · *Sap. 18.*

ambulauit enim in fortitudine cibi illius quadra-
ginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad
1. Cor. 13 montem Dei Oreb. Fortis cibus est charitas. Cha
ritas enim omnia suffert, omnia sustinet, & vs-
que ad altitudinem diuinæ contemplationis ani-
mum prouehit, & sustollit. Surgentes autem mi-
nistri diuersa genera apponunt vini, Stephanus
scilicet vinum passum. Esaias aquâ mixtum. Ine-
briantur autem duo: Noe requies, Loth vero de-
clinatio interpretatur. Est autem requies mẽtis, &
requies carnis. Qui quęrunt requiẽ carnis, inebriã
tur vino aqua mixto, qui vero requiẽ mẽtis, uino
Rom. 14. passo. Apponit Paulus olera, tres pueri legumi-
Danie. 1. na ministrant. Paulus infirmis per olera, tres
pueri vero per legumina delicatis dãt exemplum
C seruandę sobrietatis. Sequuntur autem tria gene-
ralia fercula, scilicet caro agnina, arietina, & vac-
cina. Abel agnum, Abraham arietem, Iosue vac-
cam apponit. Agnus obtumescens coram ton-
dente, est Christus humilis in passione, nos pa-
tientes in tribulatione. Aries adhęrens inter ve-
pres cornibus, Christus in cruce manibus, nos
obedientię operibus. Aries pręcedens gregem,
Num. 19. Christus vita plebem, pręlati exemplo congrega-
tionem. Vacca occisa extra castra, Christum ex-
tra Hierusalem, nos extra mundi vanitatem mor-
tificari designat. In agno simplicitas cordis, in arie
te fortitudo operis, in vacca lac prędicationis.
Non sit autem in nobis simplicitas sine discretio-
ne, nec discretio sine lacte doctrinę, sed simus si-
cut illi, qui vt nubes volant, prudentes sicut serpẽ
Matt. 10. tes, & simplices sicut colũbę, ne sit nubes sine plu
uia, serpens sine prudentia, colũba sine simplicita
te: sed careat colũba felle, serpẽs veneno, nubes sic
citate, vt sit simplicitas iusti sine amaritudine, pru
D dẽtia sine malignitate, doctrina sine vanitate. Post
carniũ fercula tres pisciũ diuersitates apponũtur,
scilicet pisces de mari, de flumine, de stagno. Pi-
sces de mari sæculares, pisces de flumine docto-
res, de stagno claustrales. Tales tamẽ apponantur,
squamas & pinnulas habeant, idest asperitatem
rectæ conuersationis & alas contemplationis. Pi-
scis de mari Cornelius, de flumine Paulus, de sta-
Actu. 10. gno Maurus. Apponit igitur Petrus ad mensam
Actu. 9. Cornelium, Ananias Paulum, Benedictus Mau-
rum. Cum enim leguntur opera Cornelij, conuer
sio Pauli, vita Mauri, quid agitur, quàm quòd ex
eorum exemplis animus saginatur? Huiusmodi
ergo pisces sunt comedendi, id est vita & mori-
bus imitandi. Imitandus est enim Cornelius fide
& opere secularibus, Paulus vita & doctrina do-
ctoribus, Maurus humilitate, & obedientia clau-
stralibus. Quòd enim aqua Mauro se calcabilem
prębuit, virtus obedientię, & magistri meritum
fuit. Quòd virtutem miraculi magistro ascripsit
humilitatis officium docuit. Afferunt & alij alios
E pisces. Afferunt enim pisces de mari Iacobus &
Andreas, de flumine Tobias, de monte Honora-
tus. Iacobus supplantator, Andreas virilis inter-
pretatur, Qui enim vitia supplantant, idest qui vi-
riliter agunt, exemplo bonę operationis pisces
de mari, idest seculares ad littus conuersionis
trahunt. Tobias vero, qui descendit ad flumen, Tobi. 6.
Christus est descendens ad mundum, iustus ad
lachrymas: Tobias, vt lauaret pedes, Christus
vt ablueret peccata, iustus vt carnales mundaret
effectus. Inuenit Tobias piscem, Christus diabo-
lum, iustus quodlibet diaboli membrum. Pi-
scem Tobias extrahit, diabolum Christus eie-
cit, iustus impium conuertit. Exenerat To-
bias piscem interiora proijciendo, Christus diabo
lum malignitatem eius aperiendo, iustus per con-
fessionem occulta pectoris eijciendo. Non carent
isti sale, quo pisces suos aspergant, habet enim
Tobias materialem, Christus mysticum, iustus
moralẽ. Tobias igitur non caret sale materiali quo
piscis condiatur, Christus sale sapientiæ, quo dia
bolus caueatur, Iustus sale doctrinæ, quo noui-
ter conuersus doceatur. Affert & Honoratus pi-
scem de monte, exemplum scilicet sobrietatis &
abstinentiæ. Affert & Moyses diuersas ferculo- F
rum species, mel scilicet de petra, oleumque de Deut. 32.
saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de
ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorũ
Basan, & hircos cum medulla tritici, & sangui-
nem vuæ meracissimum. Audis petram, & sa-
xum durissimum, petra erat Christus ante passio
nem, saxum durissimum post resurrectionem. Pe
tra prius propter patientiæ firmitatem, saxum ve-
ro durissimum postea propter immortalitatis æ-
ternitatem. Petra enim erat, frangi poterat, quia
adhuc mortalis fuerat, nunc autem saxum durissi
mum est, quia factus immortalis, iterum mori
non potest. Per mel igitur de petra, designatur
melliflua doctrina prædicationis, per oleum ve-
ro de saxo durissimo, ab eodem procedens spiri-
tus consolationis. Hæc est enim effusio olei, re-
missio peccatorum per gratiam Spiritus sancti.
Si habes igitur charissime apud te vas mundum,
immo quia habes, accipe mel de petra. Ait e- Matt. 11.
nim. Discite à me quia mitis sum & humilis cor-
de, & inuenietis requiem animabus vestris. Ec-
ce mel humilitatis cum dulcedine mansuetu-
dinis. Sicut mel concordat in confectionibus
medicinæ cum omnibus diuersitatibus specie-
rum, sic & humilitatis dulcedine condiuntur
omnia genera virtutum. Per butyrum vero de
armento, signatur in patriarchis & prophetis do-
ctrinæ spiritualis pinguedo, quia sicut pinguedo
lactis in vasis supereminere cognoscitur, sic & in
verbis propheticis sensus de diuinitate & hu-
manitate spiritualiter superabundans reperitur.
Sed hæc pinguedo, butyri speciem non reci-
pit, nisi quando prius agitata tunsionibus in-
durescit. Sic & Deus in homine non cognosce-
retur, nisi prius Deus homo flagellis cæsus, cruci
affixus, per potestatem diuinitatis a mortuis su-
scitaretur. Hoc igitur butyro pascimur, dum
in verbis propheticis contemplatione diuinita-
tis delectamur Per lac vero de ouibus, desi- G
gnatur innocentia cordis in simplicibus. Vnde Psal. 77.
& propheta. Pauit eos in innocentia cordis sui,
& in intellectibus manuũ suarũ deduxit eos. Ad
cor pertinet innocentia, ad corpus, operũ mundi-

tia, vt innoctus habeamr intentio cordis, & munda sint opera carnis. Hæc sunt lac & lana, hoc lacte debemus pasci, hac lana vestiri. Hæc igitur ad simplicitatem claustralium pertinent, qui mundi tia carnis vestiuntur, & nulli nocent. In adipe vero agnorum & arietum, designatur in prælatis di
Deut. 32. lectio fratrum. Hi enim dicuntur filij Basan, id est pinguedinis, in quo demonstratur dulcedo charitatis. Per hircos siquidem figuratur vita pœnitentium, qui sunt imitatores Christi passionum: hoc est enim, quod dicitur, hircos cum medulla tritici, pœnitentes videlicet mortificando carnem suam, & imitatores passionum Christi. Sanguis vero vuæ meracissimus, sanguis est Christi, nulla peccatorum fæce turbatus. Qui igitur vsq; ad effusionem sanguinis peruersis resistunt, quem pro nobis Saluator bibit, pro calice calicem bibentes
Psal. 115. reddunt. Vnde & propheta. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.
H Sunt & alij cibi Aegyptij summopere vitandi, quia sæpissime generant infirmitatem, & quando
Num. 11. que mortem. Si queras qui sint, vt vitari possint, hi sunt cibi noxij, allia videlicet, cæpe, & porri,
Exod. 16. hæc filij Israel in deserto cum ollis carnium suspirabant, quæ tamen comesta grauiter inflant, & vẽ tositatem generant, cerebrum turbant, oculos grauant, lachrymas prouocant. Aegyptiæ carnes sunt mundanę delectationes, in quibus infirmitates animę latent, quę postea per effectus & operationes exterius apparent. Inflat enim elatio, ventositatem generat verborum inundatio, turbat cerebrum iracundia, cordis oculos grauat inertia. Hęc igitur prouocant pœnit nnę lachrymas, si ante mentis oculos in manu discretionis ponas.

Vt tu igitur sanus iusto moderamine viuas,
Noxia deuitans alimenta, salubria sumas.

¶ *De dormitorio animæ.* Cap. IX.

I Potest mẽtis tranquillitas, animę dormitorium per similitudinem nũcupari, in qua ponitur lectus conscientię, substernitur fœnum carnis, carpitur pacis somnus. In his siquidem dormit anima, dormit & quiescit. Custodi igitur charissime, ne dormitorij tectum discooperiatur turbine tentationum, compone lectum conscientię, ne mens incomposita cesset à quiete. Substerne fœnum carnis, vt animalitas subiaceat rationi mentis, compesce turbam vitiorum, ne impediat quiescentis somnum. Ordo siquidem dormitorij talis esse debet, vt claustralium nullus aliquid proprium circa lectum repositum seruet. Sic & conscientię lectus talis sit si requiratur, vt nihil in ea proprię voluntatis inueniatur. Oportet etiã ne sub
Psal. 4. fœno carnis absconditum lateat, quod oculos ab-
Psal. 33. batis omnia videntis offendat. Vt autem in pace & in idipsum dormias & requiescas, inquire pacem & persequere eam. Ipsa enim sicut somnus ab oculis, ita euanescit ab intuitu mentis.

Quatuor igitur sunt attendenda, quę solent inquietare pacis somnum, videlicet hostis, seruus, vxor, & vicinus. Hostis est diabolus, seruus mundus, vxor caro, vicinus quilibet proximus. Cum ergo diabolus eijcitur, mundus subijcitur, *Quatuor inquietãt pacis somnum.* caro affligitur, proximus diligitur, quid aliud agitur, nisi quòd pax ex omni parte stabilitur? Inter hæc igitur non habet animus quò se diuertat, non enim ad odium fratris, non ad amorem carnis, non ad superbiam mundi, non ad malitiam diaboli. Ecce quomodo Salomon habet pacem ex 3. Reg. 4. omni parte per circuitũ. In circuitu pacem habet, qui nõ turbatur memoria præteritorũ delictorũ, nec inquietatur desiderio futurorũ, non frangitur aduersis, nec eleuatur prosperis. Hæc est vera pax. Est enim vera pax, & falsa pax. De falsa pace dici- Hier. 6. tur. Pax, pax, & non erat pax. De vera pace dicitur ab Abisai ad Dauid, Pax, pax tibi & pax adiutori 1. Para. 12 bus tuis. Falsæ vero pacis tres species sunt. Est enim pax opinata, pax simulata, pax imperata. Dũ enim inter seculares pacẽ quærimus, dum discordes ad concordiam reuocamus, opinantur seculares, quòd pacem inter nos habeamus, dum in vestimentis ouium foris incedimus, & intus quasi Matt. 7. lupi rapaces gregem simplicium fratrum laceran do dispergimus, pacem simulamus, sed non habemus. Dum vero prælati pacem subditis imperant, & eos disciplinæ legibus non coarctant, solummodo pacem docent, sed non tenent. Non enim sufficit (vt ait Beatus Gregorius) vt pacem Grego. tantum doceas verbis, nisi adhibeas etiam manũ correctioni. Videsne quomodo cum non sit in nobis, opinentur pacem seculares, simulent peruersi claustrales, imperent & non teneant tepidi doctores? Sic igitur existimatur à nescientibus, simulatur à non habentibus, imperatur à non tenentibus. Veræ siquidem pacis tres species esse M perhibentur. Est enim pax probata, pax confirmata, pax certa. Pax, enim Dei hominibus quandoque datur, data probatur, probata confirmatur, confirmata certificatur. Probatur tentatione, confirmatur tribulatione, certificatur cohabitatione. *De pace optime disseritur.* Cohabitatione siquidem pax vera cognoscitur, quam lingua & habitus exterius simulatione loquuntur. Dicunt enim quandoque lingua & habitus, pax pax, si autem requiratur animus, respondet quòd nõ sit pax. An vera enim sit pax animi, assiduæ cohabitationis spatium demonstrat, vt sit pax in opere non in ore. Lingua quandoque pacem prædicat, sed sæpius turbat. Cum autem habitus, cor, & lingua concordant, pacem seruant. Vbi vero lingua dissoluta discurrit, pacem soluit. Ad hoc pertinere moraliter videtur, quòd N cum tribus Dan possessionem sibi quæreret, vt in Iudi. 18. ea habitaret (vsque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat) venerunt de filijs Dan ad domum Michæ, & inuenerunt ibi ephor, & sculptile, atque conflatile. Dan interpre- Prouerb. 18. tatur iudicium. Iustus enim in initio accusator est sui. Filij Dan quærentes sibi sortem hęreditatis, designant quosdam de seculo prouidentes sibi ad habitandum domum conuersionis. Inuenerunt

igitur

igitur ibi quandoque ephot. idest habitum religionis, & cum eo sculptile peruersi operis, & cõflatile confabulationis. Nostis fratres, quòd cum fieri debeat conflatile, metalli species circumpositis follibus ponitur in igne, fit tumultus follium attracto & emisso aere, commouentur cineres, crescit flamma, vollant scintillæ. Sic in quibusdam ecclesiis euenire solet, dum simul in aliquem locũ conueniunt ociosi fratres. Ponunt igitur in medio metallum, idest materiam rumorum. Aerem folles attrahunt & emittunt, cum rumores audiunt fratres & dicunt. Auditur ibi tumultus follium, id est dissensio impatientium, commouentur cineres, quia cito turbantur leuiores, crescit flamma dum succenditur ira, volant scintillæ, id est verba Exod. 32. discordiæ. Sic Aaron, vt faciat vitulum conflatilẽ, à filijs Israel petijt inaures. Inaures sunt rumores, quia sicut inauris imponitur auri, sic rumor audi tui. Ex his igitur procedit vitulus petulantiæ, qui si præcedat, aufert à nobis rectitudinem viæ. Non enim grauiter incedit, sed ludendo discurrit. Cũ igitur aliqui de seculo ad domum religionis veniunt, & hæc inueniunt, domum Michæ se reperisse credunt. Michas enim interpretatur, quis est hic? dum autem inueniunt ephot, id est habitum religionis, & conflatile, id est verba detractionis, exeunt quandoque, & recedunt, & admirantes huiusmodi conuersionem, quis est hic, dicunt. Multi siquidem istorum societate peiores fiunt, multi vero ab eis discedentes ad meliora transeendunt. Hæc sunt charissime, quæ pacem spiritualis dormitorij solicitant, quia tranquillitatem quietæ mentis turbant. Incipientem etenim dormire rumor exagitat, curiositas excitat, & sic de vno latere in alterum latus dormiens vertitur, dum cu- O riositatibus distrahitur atque conturbatur. Dum autem renunciat curiositatibus mundi, quietus Ezech. 4. dormit. De his igitur Ezechiel propheta dicit. Et tu dormies super latus tuum sinistrum. Cum hoc Propheta dicit, personam cuiuslibet nouiter conuersi moraliter inducit. Super latus enim sinistrum dormit, qui quęlibet sibi aduersantia sub se æquanimiter premit. Sed cum iniquitates domus Israel super se portat, & meritis suis ascribens peccata quæ fecerat, elationem quæ de contemptu uitiorum nascatur præmit, dum annos iniquitatis sub certo numero dierum portat, licet diu peccato seruierit, tamen post laborem pęnitentiæ veniam sperat. Audi igitur quod sequitur, & cum compleueris hæc, dormies super latus tuum dextrum. Cum enim uitia succumbunt, dũ virtutes obediunt, tunc de sinistro latere in dextrum se uertit, & cui uitia prius resistebant, amanti quietem virtutes obsequia præstant. Felix anima, cui uitia seruiunt, uirtutes obediunt, quæ in dormitorio trãquilitatis ordinauit lectulũ mẽtis, ut somno frueretur pacis, quę non egreditur sub obscuritate noctis, idest non recedit tempore tentationis, quæ non discurrit per plateas ciuitatis, nec intrat lupanar luxuriosę uoluptatis, quę capta non trahitur ad obscuritatem carceris, idest ad obliuionem mentis, nec iacet in grabato dissolutionis, in uoluptate videlicet dissolutę carnis. Homo siquidem interior indutus uestibus egreditur, quando per plateas ciuitatum secularium meditando delectatur. Ad hoc forsitan pertinet, quòd scriptura sacra quosdam dormire dicit in puluere, quosdam in gremio mulieris, quosdam in grabato, quosdam in carcere: Iob in puluere, Iob. 7.
Samson in gremio mulieris. Petrus in profundo Iud. 16.
carceris, Paralyticus in grabato iacuisse referuntur. Actu. 12. Matt. 9. Ait enim Beatus Iob. Ecce nunc in puluere dormiam. Dormit in puluere, qui gaudet leuitate. De Samsone uero dicitur, quòd in gremio dormiens mulieris amiserit effectum virtutis. Nihil enim mentem citius eneruat, quàm cum aliquis ad luxuriam affectum cordis inclinat. Petrus vero dormit in carcere, id est in obliuione sui, & Notabilia concionatori. ignorantię cęcitate. Inter duos autem milites dormit, uidelicet inter uitia carnis, & uitia mentis, quæ aduersus animam militant, quia contra virtutes semper uitia pugnant. Paralyticus iacet in grabato dissolutus omni membrorum compage, id est dissipatus in omni actu suo & cogitatione. Videsne frater charissime, quomodo ad nostram doctrinam scripta sunt hæc omnia? Videsne, q per puluerem designatur leuitas; per gremium mulieris uoluptas, per profundum carceris ignorantię cęcitas, per grabatum paralytici conturbatio fratris dissoluti? Excutere igitur charissime de puluere, consurge de gremio mulieris, solue uincula colli tui, tolle grabatum tuum & ambula. Si autem quæras quò pergere debeas, vtere consilio Q Rebeccę, discede ab Esau, vade cum Iacob, diuerte ad domum Laban, ut ibidem Lię & Rachelis Geñ. 27. vtaris coniugio, ut liberis & ouium gregibus ditatus reuertaris ad patriam. Si vero reuertenti tibi occurrerit Esau, si amplexabitur stringens collum tuum, & osculatus fuerit, caue, ne decipiatis. Geñ. 33. Si dixerit tibi, gradiamur simul, ne consentias, ipse enim cum impetu graditur, paruulos autem tuos & ouium greges suauiter oportet incedere T Rebecca, multa patientia interpretatur. Consilium siquidem Rebeccæ est exhortatio patientię, ut ab his, in quibus animę periculum times, cedens declines. Duo enim Rebecca pręcepit Iacob, uidelicet vt recederet ab Esau, & seruiret Laban. Hoc idem pręcepit Dauid. Diuerte inquit à malo, & Psal. 33. fac bonum. Per Esau vero designatur carnalis affectus. Ab Esau igitur discedit, qui carnalibus desiderijs non consentit. Cum Iacob vero graditur, qui contra uitia luctando, ambulans in uia immaculata, in lege Domini meditatur die ac nocte. Laban siquidem seruiunt, qui Deo obediunt. Hęc enim tria fecit Iacob (ut ait Beatus Ambro.) obediuit matri, cessit fratri, seruiuit auunculo. Ambro. Quàm dulce est commorari in domo Laban etiam laboranti? Nihil est amanti difficile, nihil est graue desideranti venire in amplexus Ra- Geñ. 29. chelis, videntur enim pauci dies laboris pręmoris magnitudine. Recepit ergo Iacob Rachel & Liam idest actiuam vitam & contemplatiuam. Ditatur autem liberis & gregibus ouium, dum bonis operibus abundat, & multitudine simplicium cogitatio-

gitationum. Sed huic reuertenti, ad patriam, quē
R prius fugerat frater occurrit. Mira res, etiam perfe
ctis quandoque blāditur affectus carnis. Ecce quo
Gen. 33. modo Iacob ambulat cum Esau, amplexatur &
stringit, osculatur & plorat? Ambulatio spiritua-
lis Iacob & carnalis Esau, est animi voluntas, am-
plexus voluptas, strictio cupiditas, osculum adu-
latio, fletus carnalis affectio. Ambulat itaque pedi-
bus, amplectitur brachijs, manibus stringit, labijs
osculatur, oculis plorat. Duo pedes quibus Esau
ambulat idest carnalis affectus cum animo spiri-
tuali, sunt leuitas & vanitas voluntatis. Duo bra-
chia deliciæ & diuitiæ voluptatis. Duæ manus qui
bus stringit, sunt rapacitas & tenacitas cupiditatis.
Duo labia, sunt captatio beneuolentiæ & ostensio
carnalis amicitiæ, quæ pertinent ad adulationem.
Duo oculi, sunt societas & consanguinitas, quæ
respiciunt carnis affectionem. Hæc sunt, quæ blan
diuntur nobis ambulātibus in via Domini. Igitur
charissime si occurrerit tibi Esau, roga vt discedat,
fuge peruersum fratrē, vt habeas pacē, vade cum
Iacob, cum eo enim paruuli ambulant. Qui enim
vitia supplantant, humilitatis societatem semper
S amant. Quære ergo lectum Iacob, ipse enim in spi
rituali dormitorio lectum suum posuit. Ibi dor-
mit Samuel, ibi dormit Ioseph. Ioseph dormit in
Matt. 2. domo, Samuel in tēplo Iacob in itinere. Videt Io-
1. Reg. 3. seph Angelū sibi in somnis apparentē, audit Sam
Gen. 28. uel Dominum sibi colloquentem, Iacob vero nō
tantum videt Angelos ascendentes & descenden-
tes, sed etiam videt, & audit Dominum respicien
tem & loquentem ad se. Audit Ioseph Angelum
monentem, Samuel Dominum corripientem, Ia-
cob Dominum promittentem. Audit Ioseph, Ac-
cipe puerum, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vs-
que dum dicam tibi, futurum est enim vt Hero-
des quærat puerum ad perdendum eum. Audit
Samuel, Prædixi Heli, quòd indicaturus essem do-
mum eius in æternum propter iniquitatem, eo ꝙ
T indigne agere filios suos nouerat, & non corri-
puit eos. Audit Iacob, Terram, in qua dormis, tibi
dabo. Possunt per hos tres homines, tres hominū
species designari moraliter. In Ioseph incipien-
tium, in Samuele proficientium, in Iacob perfe-
ctorum. Monetur incipiens vt fugiat, docetur pro
ficiens vt corripiat, inuitatur perfectus vt recipiat.
Ioseph dicitur accrescens, idest, incipiens. Tunc
enim incipiens crescit, cum in initio conuersionis
nouiter conuersus de virtute in virtutem proficit.
Accipit puerum, dum nouæ vitæ tenet institutū.
In puero enim habetur spes crescendi, & in nuper
conuerso spes proficiendi. Nec tantum iubetur ac
cipere puerum, sed & matrem, idest, bonam vo-
luntatem. Mater etenim boni propositi, bona vo-
luntas potest appellari. Fuge, inquit, in Ægyptum,
id est attende mundū, considera teipsum, reduc
ad mentem tenebras veterum delictorum, vt si va
næ gloriæ stimulis inciteris, qualis in mundo fui-
sti humiliter mediteris, & esto ibi vsque dum dicā
tibi, idest, non auertas oculos mentis ab intuitu
mundani casus, & defectu propriæ fragilitatis, do
nec de Ægypto ad Hierusalem reuoceris idest, à
consideratione veterum delictorum ad contem-
plandam beatitudinem supernæ pacis. Futurum
est enim, vt Herodes quærat puerum ad perden-
dum eum. Mentes siquidem nuper conuersorum V
vana gloria (quæ per Herodem designatur) quan
doque vexat, vt bona initia perdat. Hoc enim in-
terpretatur Herodes, pellis gloria. Omnis enim Psal. 44.
gloria filiarum Dei abintus, omnis gloria filiarum
seculi extrinsecus apparet. Sicut enim caro anima
lium exterius pelle tegitur, sic animalis spiritus ap
petitu vanæ gloriæ ad exteriora se spargens, forin-
secus delectatur. Hic est Herodes, qui clam Ma-
gos vocat, ut ab eis tempus stellæ diligenter inqui
rat. Clam vocat, quia in occulto vana gloria men Matt. 2.
tem vexat. Vana siquidem gloria mentes quæren-
tium Dominum tentat, vt ab eis modum & inten
tionem conuersionis subtilius discat, quam scili-
cet intentionem mens habuerit, quando illi spes
appetendæ religionis apparuit, vtrum sapiens ali
quis conuersus confidat in proprio sensu, an glo-
rietur diues in oblato censu, vtrum fortior de la-
bore, an nobilior pro genere glorietur, vtrum tem
poralia an spiritualia spiritus attēdat, vtrum respi
ciat intuitu appetendæ religionis commodum be
neficij temporalis. In his igitur ab Herode quo-
tidie nobis, idest à vana gloria consilium datur,
vt per eum transeant singuli, & per eum reuertan-
tur. Defuncto Herode monetur Ioseph, vt redu-
cat puerum cum matre. Puer cum matre, puritas
est in voluntate. Quę reuertitur cum Herodes mo
ritur. Dum enim mundus despicitur, dum caro
affligitur, & in nullo istorum animus gloria lau-
dis inflatur, scito quòd tunc inanis gloria prorsus
annihilatur. Vt igitur seruetur humilitas incipiē-
tium, fugiamus in Ægyptum.

¶ Si autem sequi volumus altitudinem profi-
cientium, ascendamus in excelsum, ascendamus X
in Silo, ibi enim moratur Samuel in templo. Qua
tuor autem modis proficiunt homines, videlicet *Quatuor*
in se, iuxta se, super se, sub se. In te est animus, *modis pro*
iuxta te proximus, super te prælatus, sub te Disci- *ficiunt ho-*
pulus. In te igitur proficis per bonam vitam, in *mines & pulchre.*
proximo per doctrinam, in magistro per admoni
tionem, in subditis per correctionem. Ecce quo-
modo Samuel habitat in templo, ecce quomodo 1. Reg 3.
loquitur ad Heli verba Domini, quomodo post
eum præponitur multitudini filiorum Israel, Ha-
bitas in templo, dum cor tuum sanctis meditatio
nibus exerces. Aperis ostia templi, dum proximū
doces. Loqueris ad Heli verba Domini, dum de
emendatione fratrum magistrum mones. Regis
multitudinem filiorum Israel, dum subditos tibi
disciplinæ lege coerces. Hęc est vita proficientiū. Y
In Iacob autē, ut diximus, figuratur vita perfecto
rum. Nota vitam Beati Iacob. filius fuit Isaac &
Rebeccæ, idest risus & patientiæ, gaudij vide-
licet spiritualis, & patientiæ temporalis, vt sit
gaudium in contemplatione, & patientiæ virtus
in tribulatione. Vnde dicitur. Spe gaudentes, in
tribulatione patientes. Hæc est hostia cum cau- Ro. 12.
da. Cauda siquidem hostiæ, est in bonis actibus
consummatio perseuerantiæ. Hæc est ænea ba-
sis,

sis, hæc est tunica talaris, hæc est longitudo dominicæ crucis, in quam Christus ascendens termina
Lucæ. 21. uit spacium vitæ temporalis. In hac nobis posses-
Z sio animæ promittitur cum dicitur: In paœntia vestra possidebitis animas vestras. Extende igitur charissime mẽbra tua in longitudine crucis, id est in perseuerantia bonæ actionis, vt cum Christo in pace dormiens moriaris. In imo, id est in humilitate, spiritualis ædificij locus queritur, fundamentum in latitudine, id est in charitate disponitur, in altum vero bonorum operum paries erigitur, sub spe diuinæ protectionis tectum desuper locatur, sed necesse est vt in longitudine paoentię perficiatur. Qui igitur in pace perseuerat, in dormitorio spirituali, id est in trãquillitate mentis lectum suum locat. Dulce id animo spirituali, immo nihil dulcius esset ei quàm in dormitorio trãquillæ mentis commorari, in lectulo mundæ conscientiæ velut in albis linteis delectari, nisi surgendum nobis esset, & orandum.

¶ De oratorio animæ. Cap. X.

A
Congruũ nobis charissime videtur, vt de dormitorio tranquillæ mẽtis trãseamus ad oratorium piæ deuotionis. Surgam igitur, & egrediar, ingrediar, & prosternar. Surgam de lectulo mundæ conscientiæ, vt prosternar in oratione, egrediar de domo Salomonis, vt ingrediar tẽplum Saluatoris. Qui enim habitat in domo pacis, transire merebitur ad beatitudinem æternę salutis. Attendamus igitur humanam fragilitatẽ, attendamus & diuinam pietatem. His duobus pedibus itur ad templum, his duobus pedibus calcatur caput, & cauda serpentis antiqui. Caput serpẽtis antiqui est elatio, cauda desperatio. Per recordationem igitur propriæ fragilitatis calcamus caput elationis, per spem vero diuinæ miserationis calcamus caudam desperationis. His pedibus ambulamus super mare. Est autem mare, cor tumidum, cor carnale. In hoc autem mari surgunt vndę, impetus videlicet iræ, incursus luxuriæ, vorago gulæ, ventus turbinis, id est turbatio commotæ mentis. Profunditas huius maris est voluntas cuiuslibet peccantis. Cuius profunditatis finis vix reperiri potest, quia semper peccaret homo si liceret. Super mare igitur ambulamus, dum carnem
B subijcimus. Qui autem orat, in spe oret. Cum igitur oramus assistentes coram summi iudicis maiestate, tria sunt attendenda, videlicet insinuatio, captatio, postulatio, vt insinuemus miseriam, captemus beneuolentiam, postulemus veniam. Hic est ordo supplicantium, vt respiciat miseriam misericordia, beneuolentiam diligentia, veniam gratia. Sunt autem quædam in oratione ad memoriã reducenda, id est oppressio, liberatio & iustificatio. Ad insinuationem miseriæ siquidem pertinet memoria oppressionis, ad captationem beneuolẽtiæ pertinet memoria liberationis, ad postulationem veniæ memoria iustificationis. Insinuemus igitur humiliter misericordi iudicis diuersas oppressiones, quibus grauamur. Ipse enim respexit Psal. 101.
in orationem humilium, & non spreuit precem C
eorum. Tria sunt autem, quibus opprimimur videlicet carcer, captiuitas, & infirmitas. Grauatur infirmus debilitate & dolore, incarceratus catenis & compedibus, captiuus seruitute & labore. Hæc iterum insinuanda sunt pio iudici quia ipse de Ibidem.
cœlo interram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Qua- D
tuor autem sunt in captiuitate, quatuor in carcere, & quatuor in infirmitate notanda. In captiuitate siquidem sunt locus, & tempus, pondus laboris, & crudelitas exactoris. Locus, dum in Ægypto sumus, tempus quandiu male viximus, pondus laboris, quantitas operis, crudelitas exactoris, pertinacia Pharaonis. Sic igitur sub Pharaone, id est sub diabolo in conficiendis lateribus dum sub peccato sumus, tenemur in mundo. De ijs vero, quæ ad carcerem pertinent, dicit propheta. Seden- Psal. 106.
tes in tenebris & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro. Sedent in tenebris, qui morantur in ignorantia propriæ fragilitatis. Vmbra mortis, ipsa est imago futuræ damnationis. Vmbra corpus sequitur, & imaginem vitæ vitiosæ mors æterna comitatur. Mendici vero vocari possunt, qui per alienas domos discurrentes, ostiatim victui necessaria quærunt. Sic & nos mendici sumus, quia pro timorũ res, quas habere non possumus, desiderio & affectu animi mendicantes concupiscimus. In hac autẽ mendicitate ferro ligamur, quia duris & opprimentibus culpis aggrauamur. Ferrea etenim & in dissolubilia vincula, sunt grauia & inseparabilia peccata. Ad infirmitatem vero pertinent quatuor, de quibus propheta dicit. Esurien- Psal. 106.
tes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et Ibidem.
iterum, Omnem escã abominata est anima eorũ. Audis quòd esuriunt & sitiunt, abominantur & fastidiunt. Esuriunt, & sitiunt infirmitati contraria, abominantur, & fastidiunt sanitati conuenientia. Esuriunt enim curiositatem, sitiunt voluptatem, abominantur, & fastidiunt verbũ Dei, quod est robur animæ, & alimonia spiritualis. In fame igitur & siti generatur desiderij tormentũ, in fastidio nouimus esse defectum. In se ergo per se deficiunt, quia ipsi per se sibi non sufficiunt. Ne igitur omnino in seipsis remanentes deficiant, in Deum proficiant. De talibus enim propheta dicit. Psal. 106.
Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Insinuaui- E
mus igitur charissime ea, quæ pertinẽt ad miseriã, captemus amodo beneuolentiam. Ipse est enim, de quo dicitur. Eduxit eos Dominus de tenebris, Psal. 106.
& vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. Satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. Misit verbum suum, & sanauit eos, misit verbum, vt sanaret infirmum, id est iussionem de qua dicitur. Dic verbo, & sanabitur puer meus. Matt. 8.
Laudanda est igitur potentia, annuncianda sunt beneficia liberationis, vt captetur beneuolentia liberantis. Ipse eos eduxit nos, reduxit, deduxit, & induxit, de carcere ad patriam, per uiam rectã,

in ci

in ciuitatem habitationis. Eductos de carcere redemit pretio sui sanguinis, vt irent in viam rectã, præcessit exemplo boni operis, comitatus est euntes, factus particeps tribulationum, manentes in
Psal. 56. Psal. 17. domo propria sanauit medicamine virtutum. Clamabo igitur ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. Ipse enim eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab ijs qui oderunt me. Sunt autem fortes inimici, sunt fortiores, sunt fortissimi. Fortes inimici sunt vitia carnis, fortiores vitia mentis, fortissimi sunt diaboli. Hi autem, qui me oderunt, sunt falsi fratres, seu quilibet proximi, qui mihi detrahunt. Sed forsitan dicet aliquis:
F Nõ te eripuit Dominus ab his? Eripuit quidẽ Dominus voluntate, licet aliquando subiaceam ex præcedenti vsu peccandi & assiduitate, licet aliquãdo detinear animi vanitate, licet aliquando succumbam per carnis infirmitatem, licet aliquando decipiar per diaboli calliditatem. Sed iterum dicet. Non te eripuit ab his, qui te oderunt, quoniã confortati sunt super te? Eripuit quidem per patientiam, vincendo malitiam. Cum enim per patientiam peruersos porto, licet grauiter afflictus tamen exuperans vinco. Scriptum est enim de ea.
Lucæ. 21. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Possidet igitur, qui sustinet. Audisti charissime igitur quanta fecit Deus animæ meæ. Non enim amo-
Psal. 65. uit orationem meam, & misericordiam suam à me, sed factus est Dominus protector meus. Insinuata itaque miseria nostra per enumerationem tribulationum, captata beneuolentia per recorda-
G tionem beneficiorum, postulanda est venia de
Iob. 14. perpetratione peccatorum. Vestigijs igitur pedũ
Psal. 117. pij iudicis obuolutus, clamabo & dicam. Operi manuum tuarũ porrige dexteram. Dextera enim Domini exaltabit me, non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Obsculabor igitur pedes Domini, ne moriar per culpam, erigam me ad osculum manuum, vt bonis operibus viuam, innixus pedum summitatibus & manibus reptans, extẽdam me, vt osculum oris sumam. Osculum oris est reconciliatio generis humani facta per incarnationem mediatoris. Ad pedes igitur cognoscitur miseria, ad manum datur venia, ad os gratia. In vno itaque inuenitur pius, in alio largus, in tertio gratus. Habes, nunc, vbi seruus se deijciat pro culpa, vbi pauper recipiat manus à diuite, vbi amicus ab amico honeretur. Circa pedes puluis, acce-
Quam eleganter describit. de ad manum, ipsa te excutiet, ipsa te sustentabit, ipsa te trahet ad osculum oris. In primo suspirium doloris, in secundo exercitium laboris in tertio indicium amoris. Hoc est Mariæ suspirium, iste est labor Marthæ, ille Ioannis amor, hic prolat Maria, ibi Martha conqueritur, illic Ioannes quiescit.
H In his tribus possunt denotari tres animi affectus, videlicet affectus confitentium propriam miseriam, affectus agentium pœnitentiam, affectus quærentium gratiam. Affectus cognosces per effe-
Lucæ. 7. ctus. Maria lauat pedes Domini lachrymis suis, capillis tergit, labijs osculatur. Videsne in affectu confessionis effectum compunctionis? Videsne quomodo crines spargit ad tergendũ, quos prius ordinare consueuerat ad placendum? Non effundit aquam de vasculo, sed de oculo, non panno tergit, sed crine, in quibus mundo placuit, in his
Deo seruit. Tria possumus similiter assignare in I
Martha, solicitudinem, turbationem, & questum.
Solicita est, ne quod agit fiat pigre, turbatur, ne Lucæ. 10.
fiat tepide, conqueritur vt adiuuetur, ne fiat tarde. Tales enim debent esse affectus pœnitentiam agẽtium, vt si quid eis præcipiatur, solliciter perficiatur. Turbantur etiam si eis aliqua occurrerint, in quibus aliquando casu vel infirmitate peccantes offenderint. Conqueruntur vt adiuuentur, quia religiosorum preces & suffragia sibi propitiari ob-
nixius deprecantur. Nota iterum in Ioanne affe- K
ctum quærentium gratiam, attende iterum effectũ vt cognoscas affectum. Carnales (vt aiunt) nu-
ptias deseruit, supra pectus Domini in cœna recu- Ioan. 13.
buit, pendenti in cruce cum Maria matre eius præ- Ioan. 19.
sens affuit. Quærit igitur donum gratię per effectum munditiæ, per exhibitionem præsentiæ, per assiduitatem frequentiæ. Munditia siquidẽ Deũ, præsentia tangit, frequentia cognoscit. Consequitur itaque visio beatitudinem, tactus sanitatẽ,
cognitio consolationem. De primo dicitur. Beati Matt. 5.
mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. De Matt. 9.
secundo. Tetigit fimbriam, & cessauit sanguinis
fluxus. De tertio. Frequentabat Maria sepulchrũ, Ioan. 20.
& cognouit Dominum consolantem & dicentem sibi. Mulier quid ploras? quem quæris? Præsentat igitur Ioannes munditiam, frequentat præsentiam, vt recipiat gratiam. Confidant in his, qui voluptates euaserunt carnis; qui in pectore ecclesiæ requiescunt, qui dominicæ passioni quotidie deuoti assistunt. Confidat etiam in his, sed ante alios munda iuuenum societas, qui cum Ioanne blanditijs miseræ carnis renunciauerunt, qui cum iu-
sto Loth declinãtes ab impijs, sulphureas & ideo Gen. 19.
fœtentes Gomorrheorum euaserunt flãmas, qui in pectore Iesu dormiunt, qui in ministerio scripturæ sacræ imitando mentem ponunt, qui & in animo tenent memoriam dominicæ passionis, & in carne portant crucem mortificationis, qui per omnia placent mundo, & tamen mundum fugientes seruiunt Deo. In hac siquidẽ ætate flauescunt crines, caro nitescit eburnea, oculorum gemmis facies rosea decoratur, valetudo corpori vires subministrat, iuuenilis ætas longioris vitæ spatium repromittit. Tunc enim viget ratio, vigent etiam corporis sensus. Tũc etiam visus acutior, auditus promptior, incessus rectior, vultus iucũdior. Qui igitur in hac ætate se domant, & Deo se sociant, præmium Ioannis expectãt. Huiusmodi discipulis affectum suæ dulcedinis Dominus præbet, sic affectis seipsum familiarem pręcęteris exhibet, & sicut Ioanni virgini virginem commendauit, ita istorum mundo cordi sociat mundam carnem. Tales offerunt hostiam viuentem, Deo placentẽ, immaculatam, non aure, non oculo, non pede,
non cauda carentem. Audiat hoc senum sera con- L
uersio, quibus ex defectu senectutis aures obturãtur, turbantur oculi, & vt cuncta breuiter perstringam, ipsi in se per se deficiunt. Hi non offerunt

agnum

agnum immaculatū, sed (vt ita dicā) porcum curtatum. Sicut enim porcus in immunditijs, sic & senex iacuit in vitijs, & sicut porcus siliquis pascitur, sic & senex fabulis & rumorib° delectatur. Simul autem quandoque & conuertitur, & moritur, & ideo hoc sacrificium caudæ caret officio in hoc vitæ spacio, nisi forte dicas, quòd habuerit caudam in capite, id est principium conuersionis in fine. Amant huiusmodi senes hæredes, quos reliquerunt, quandoque carnaliter, amant insipienter, amant eneruiter. Nimis enim carnaliter diligunt, quos adhuc secum spiritualiter conuerti nolunt. Amant insipienter, quando hoc, quòd peruersè acquisierunt, peruersis relinquunt. Eneruiter iterum alios amant, quorum damna & tribulationes non æquanimiter portāt. Amauit Ioannes dulciter, sed non insipienter. Amauit Ioannes dulciter, quoniam sicut clauus clauo expellitur, ita dulcedine dulcedinem, spirituali carnalem expulit. Amauit sapienter. Nemo enim prudentius diligit, quàm qui consilio sapientię & veritatis se Ioan. 19. ipsum committit. Nec tantum dilexit sapienter, sed etiam fortiter amauit, quia pendente in cruce Domino, dilectus cum dilecto commorari non dubitauit. Habet itaque mundicia dulcedinis affectionem, præsentia sapientiæ discretionem, frequentia patientiæ compassionem. Caue igitur ne consentias carni blandienti, ne credas mundo decipienti, ne credas diabolo persequēti, sed oppone vitam Christi voluptatibus, quia Christū induisti prætende vitam Christi falsis mundi promissionibus, quia teipsum mundo non credidisti, præpone virtutem Christi persecutionibus, quia crucem Christi nō erubuisti. Delectare itaque in pulchritudine mūditiæ, in rectitudine iustitiæ, in fortitudine patientiæ. Hic est lectulus contemplantium, hic requiesces, hic dormies, hic quæres gratiam, & inuenies, hic in candidis munditiæ linteaminibus, & quasi in molli patientiæ culcitra, & in lectulo conscientiæ veræ pacis capies somnū.

Lectulus Contemplantium.

Tria sunt autem, quæ huius quietis pacem conturbant, videlicet pannorum immunditia, somnia, lecti duritia. Pannorum immunditia est carnis spurcitia, somnia mundana gaudia, lecti duritia impatientia. In his siquidem pannis sunt propriæ carnis vermes, videlicet immundę carnis affectus, & mentis corruptæ cogitationes. Pungit culicis more stimulus luxuriæ, mordet appetitus gulæ, sollicitat ornatus superbiæ. Somnijs vero deluditur, dum fauoribus gaudet, dum honoribus extollitur, dū personarum sublimium familiaritate gloriatur. Transeunt hæc omnia quasi somnia, velut aura pertransiens, velut hospes vnius noctis, summo mane recedens. In duro siquidem lecto iaces, dum tribulationis asperitatem patienter sustinere non vales. Ad abluendos igitur huius lectuli pannos Maria Magdalene præbuit aquam, eosdem extorsit Martha manibus vt siccarentur, accendit Ioannes ignem. Illa scilicet aquam mœroris, ista extorsionem laboris, Ioannes ignem amoris. Conueniunt igitur hæc tria ad mundiciam faciendam videlicet aqua, manus, ignis, id est mœror, labor, & amor. Aqua siquidem abluit sordes, manus exprimit, ignis exiccat. Mœror abluit fœtorem, labor extrahit humorem, calor præstat odorem. Prima aqua fordida, secunda turbida, tertia liquida. Sordida pro peccati perpetratione, turbida pro recordatione, liquida pro depositione. habet enim sordes culpa, turbationem pœna, hilaritatem venia. Prima lauat pedes, secunda manus, tertia faciem. Pedes sunt animi affectus, manus opera pœnitentiæ, facies intentio pura. Lauantur siquidem pedes, id est affectus coinquinati sorde peccati. Lauantur manus, id est opera pœnitentiæ, quæ quandoque sunt aspersa puluere, id est vanitate. Facies vero quamuis munda lauatur, dum intentio pura desiderio veniendi ad Deum inflammata lachrymatur. Isti sunt pedes cuiuslibet fidelis animæ, hæ manus, hæ facies. Hi sunt pedes Iacob, Gen. 31. quibus egressus est de Mesopotamia Syriæ, id est de altitudine superbiæ. His manibus luctabatur, Gen. 32. hac facie intendebat in faciem Domini. His pedibus renuit ire Iacob cum Esau, id est cum carnali Gen. 33. affectu. Hæ sunt manus, quibus tenebat virgam & baculum, virgam directionis per correctionem & baculū sustentationis per consolationem. Hāc faciem auertit a facie Esau. Faciem Iacob ab Esau auertit, cum iustus quilibet carnalibus desiderijs non consentit. De his etiam pedibus propheta dicit. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi Psal. 72. sunt gressus mei. Sed tu Domine tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. quæ autem maior gloria potest esse homini, quā ipsum hominē cū verbo vniri? Quæ maior gloria seruo, quā vt vestiatur seruus & filius ex eodē panno? Ecce videmus filiū sedentem ad dextram patris, coopertum pallio nostræ carnis, Ecce super Angelicam naturā videmus exaltari nostram. Hæc est gloriatio mea, hæc est exaltatio capitis mei. Quid ergo mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Nihil aliud nisi adhærere Deo, & ponere in Domino Deo spem Psal. 72. meam. Huic assiste charissime quotidie pręsens, in oratorio puræ deuotionis, flexo genu obedientiæ, eleuatis bonorum operum manibus, humilia to vertice mentis, non differas, sed accelera, discurre per altaria templi, ingredere sancta sanctorum. Ibi est enim altare æneum, ibi est altare aureū, ibi sancta sanctorum. In altari æneo immolentur carnes, in aureo thymiamata, in Sancta sanctorum sunt tabulæ legis. Immola igitur carnes, si apud te adhuc aliquas habeas, accende thymiamata, intende legi Dei. In immolatione carnis, intelligitur carnalium desideriorum mortificatio, in odore thymiamatis oratio, in tabulis legis diuinæ sapientiæ contemplatio. Hic quidem habes, quem, & vbi, & pro quibus ores, id est pro delictis miseræ carnis, in ara cordis, misericordiā diuinę maiestatis. Sed quoniam de templo mentionē fecimus, & nosipsi (ut ait Apostolus) templum Dei sumus, placeret forsitā tibi charissime, vt de ipso templo materiali exponendo aliquid diceremus, vt hæc, quæ facta sunt in tēplo materiali, assignare possemus in mystico vel morali.

Tria ad munditiā conueniūt

¶ De

¶ *De templo Salomonis. Cap. XI.*

Q NOtandum est igitur à quo, quibus au
xilijs, vbi, & quando, quantum, &
quale factum fuerit hoc templum,
vt breuiter edisseramus. Fundatum
3. Reg. 6. est enim à Salomone, Hiram rege
Tyri auxiliante, in monte Moria, in area Ornam
Iebusæi, quadringentesimo & octogesimo anno
egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, specio
sum valde, marmoreum, cedrinis tabulis, & auro
purissimo decoratum. Potest itaque hoc templum
referri ad ipsum Christum mediatorem Dei &
Ioan. 2. hominum, qui ait. Soluite templum hoc, & in tri-
bus diebus excitabo illud, dicebat enim de tẽplo
corporis sui. Pertinet etiam ad ipsam ecclesiam,
1. Cor. 3. vel moraliter ad quãlibet fidelem animam. Vn-
de dicit Apostolus. Nescitis quia tẽplũ Dei estis,
& spiritus sanctus habitat in vobis? Ecce quomol
do per assumptã carnem factus est nobis tẽplum,
ecce quomodo nos illi per inhabitantem Spiritũ.
Est ergo vnusquisque nostrum spirituale templũ.
Hoc autem templum Salomon ædificauit, qui in-
terpretatur pacificus, animus videlicet vacans sibi
liber a forensi cura, seipsum possidens, tranquillus
3. Reg. 5. & quietus. Refert historia, quòd Salomon ædifi-
caturus templum Domino, quæsierit auxilium
ab Hiram rege Tyri, qui erat amicus Dauid omni
R tempore, miseritque Hiram ipsi artifices, ligna, &
aurum. Hiram interpretatur excelsé viuens. excel-
se viuunt, qui remoti a plano voluptatum, per ar-
ctam & arduam viam, quæ ducit ad vitam, ad emi
nentiam virtutum conscendunt. Hi sunt, qui habi
Psal. 120. tant in montibus Israel, vnde veniet auxilium no-
bis. Qui igitur sic viuunt, ligna de Libano cedrina
verbo prædicationis succisa transmittunt. Ligna
de Libano sunt hi, qui sublimes & gloriosi fue-
runt in mundo. Cum enim videmus eos, qui fue
rãt in seculo diuites, in monasterio fieri pauperes,
nobiles seruire, & esse humiles, potẽtes subditos,
sapientes vultu & habitu despectos, nonne isti
per exemplum bonæ operationis ponuntur in ędi
ficio templi spiritualis? Trãsferuntur itaq; de mõ-
te superbiæ ad montem iustitiæ, de sylua tortuosæ
ſęcularitatis ad rectitudinem vitæ, & ad habitacu-
lum sanctitatis.

¶ *De artificibus templi. Cap. XII.*

S MIsit etiam Hirã artifices, quia de clau-
stris excelsé viuentiũ ad alia claustra
mittuntur quandoque religiosi fra-
tres, qui arte regendi & disciplina
discretionis ędificãtes domum Do-
mini superinducant ibidem formam veræ religio
nis, qui lapides de monte cæsos, sed adhuc inæ-
quales & asperos, artificio veræ sapientiæ reddant
æquales & politos, id est iracundos & incorrigibi
les fratres, arte disciplinæ faciunt mansuetos & mi
tes. Cedrinas tabulas superponunt marmori, sub
linea iungentes æqualitatis, dum coarctant fratres
sub æqualitate fraternæ societatis. Sculpunt eas
disciplina, pingunt doctrina. Misit & aurum, vt
per fulgorem metalli & puritatem, illam, quæ su-
pereminet cęteras virtutes, doceamur habere cha-
ritatem. Pro quibus Salomon Hiram plurimos 3. Reg. 5.
tritici & olei coros in cibum domui suæ singulis
annis præbebat. Accipiunt igitur vnde viuant, &
vnde videant. Recipiunt enim triticum, partem
videlicet fructuum bonæ operationis, quos in il-
lis seminauerant per exercitium disciplinæ, & per
verbum prædicationis. Recipiunt & oleum, qui
enim alijs præesse cupiunt, ex hoc prouidentię & T
discretionis lumen acquirunt. Nec prætereun- 3. Reg. 5.
dum est quòd ad Hiram Salomon dicit. Præcipe,
inquit, vt præcidant mihi cedros de Libano, & ser
ui mei sint cum seruis tuis. Serui Hiram vt ligna
præcidant, serui Salomonis vt mensuram ponant
Ligna cædere, est vitia in hominibus resecare. Mẽ
suras ponere, in corrigendo modum tenere. Hoc
etiam est, quod superius diximus, vt qui sibi vo-
lunt spirituale templum construere, ex illis, qui
excelsé viuunt, aliquos secum saltem per exem-
plum velint habere. Non est, inquit, in populo 3. Reg. 5.
meo vir, qui nouerit Ligna cædere sicut Sidonij.
Sidonij interpretantur venatores. Hi sunt, qui per
sequuntur non tantum in se, sed etiam in alijs, mo
tus animales, qui bestiarum vestigia indagare no-
runt, id est actiones occultas hominum per conie-
cturas, & signa conscientię prudenter discunt. In-
uentas vero bestias percutiunt sagittis, quia facta
carnalium, antiquorum patrum damnant aucto-
ritatibus & dictis. Tales dico quotidie occidunt,
& eosdem in cibum sumunt, quia carnales quos-
que mundo mortuos, in corpus ecclesiæ prædi-
cando conuertunt. Vnde & Petro dictum est, ma Actu. 10.
cta, & manduca.

¶ *De operarijs templi. Cap. XIII.*

ELegitque Salomon operarios de om- V
ni Israel, & erat indictio triginta mil 3. Reg. 5.
lia virorum, mittebatque eos in Li-
banum decem millia per singulos
menses, ita vt duobus mensibus es-
sent in domibus suis. Numerus triginta continet
in se ternarium atque denarium. Triginta enim,
ter decem sunt. Tria siquidem denunciant sanctę
Trinitatis in confessione veræ fidei cognitionem.
Decem euangelici denarij remunerationem. Triũ
vero mensium, quæ singulis lignorum cæsioni-
bus erat attributa, distinctio, sunt mystice tres vir
tutes euangelicæ videlicet eleemosyna, ieiunium,
& oratio. Vnus autem mensis, in quo ad cędenda
ligna templi egredimur, est eleemosyna, in qua
per opera misericordiæ in cura proximi labora-
mus. Duo vero reliqui menses, quibus in domi-
bus suis morantur operarij sunt ieiunium & ora-
tio, in quibus quilibet spirituales castigando car-
nem intus cõuersi ad Dominum vacant sibi. Pos-
sunt etiam moraliter isti tres menses tres virtutes
designare, id est lectionem, meditationem, & præ
dicationem, Mensis vnus, quo ligna cędimus, est
prędicatio, secundus, & tertius est meditatio, & le

ctio. In vno itaque foris laboramus, in duobus reliquis domi sumus, quiescimus, reficimur, ferramenta paramus. Super mensam enim scripturæ reficimur in lectione, ferramenta acuimus in meditatione, securim tenemus laborantes in prædicatione. Hic cędimus ligna, id est vitia, ibi ferramenta acuimus, id est ingenia, illic cibū capimus, exēplo gustando moralia. Hi sunt menses morales, hi proprie pertinent ad claustrales, hi sunt operarij
3. Reg. 5. templi, de quibus dicitur. Adoniram erat super huiuscemodi indictione. Per Adoniram (qui Dominus meus excelsus interpretatur) ille Dominus excelsus, qui humilia respicit, veraciter designatur. Ipse itaque huiusmodi operarijs præponitur, dum per eum quibus horis lectioni vacent, quibus meditationi, & prędicationi insistere debeant, ordinatur. Ex solo enim gratiæ suæ dono datur nobis affectus, & consequitur effectus.

¶ *De ijs qui portant onera.* Cap. XIIII.

X
3. Reg. 5. Fuerunt etiam Salomoni septuaginta millia eorum, qui portarent onera, octo millia latomorum in monte, absque præpositis qui præerant singulis operibus numero trium millium trecenturū præcipientium populo, & ijs qui faciebant opus. Habuisti superius cæsores lignorum, habes & nunc cæsores lapidum. Latomi etenim cæsores lapidum solent appellari. Sunt & alij qui onera portant, quia alios sustentant. Portat enim humilitas ligna, patientia lapides, stabilitas sabulum seu arenas, mansuetudo calcem, continentia aquam. Portant enim de monte superbiæ ad ædificium spirituale humiles elatos, patientes duros, stabiles leuitati deditos, mansueti igne iracundiæ dissolutos, continentes in lapsu positos. Audis proceritatem lignorum, duritiam lapidum leuitatē sabuli, ardorem calcis, effluentiam aquæ. Cum autem aqua cum calce & sabulo miscetur, iam aliud quàm prius esset efficitur, fit enim cæmentū, vnde lapides in ædificio colligantur. Quę enim prius leuia & dissoluta fuerant, iam sunt in ipsa coniunctione aliquantulum solidata. Dum autem cæmentum inter lapides ponitur, magis ac magis induratur, & sic quandoque fit, vt lapides velocius frangi possint, quàm ipsum cæmentum conteri. Hoc idem in ecclesia quotidie solet fieri, vt in seculo qui fuerant instabiles, & dissoluti, in congregatione etiam inter perfectos fratres stabiles inueniantur & firmi. Potest etiā cæmentū moraliter intelligi cōcordia morū. Hi autē, qui opus faciūt, lapides in cæmentū ponunt. Et sicut lapis sine cæmento non potest in altū erigi, sic & paries virtutū sine cæmento cōcordię nō potest eleuari.

¶ *De præpositis operum.* Cap. XV.

Y Præpositi vero operum sunt doctores scripturarū, qui docent qualiter debeamus onera portare propria seu aliena, qualiter inscios docere, contēptores corrigere. De quibus Apostolus dicit. Corripite inquietos, consolamini pu-
1. Thes. 5. sillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Pręcepitque rex, vt tollerent lapides gran- 3. Reg. 5.
des pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos. In ædificanda domo Domini in primis fundamentum ponitur, quod non nisi euersa & eiecta terra firmum reperitur, ne ædificemus super terram, sed supra petram. Petra autē erat Chri- 1. Cor. 10
stus. In quo fundamento lapides pretiosi, & grandes tolluntur, id est vita grandes & fama, suo conditori adhęrentes disponuntur. Prius tamen debent lapides quadrari, & sic in fundamento poni. Quadraturæ lapidum potest assimulari stabilitas electorum. Electi siquidem quadrātur, dum inter quatuor virtutes, prudentiam scilicet & temperātiam, fortitudinē & iustitiam constituuntur. Tunc enim quocunque vertatur electus, firmus manet, *Pulcher conceptus.*
ne ad ignauiā prudentia, ad delectationem temperantia, fortitudo ad timorem, iustitia ad amorem se inclinet. Habent etiam quadrati lapides sex superficies, inferius, videlicet & superius, ante & retro, dextrum & sinistrum, id est prælationem & subiectionē, occulta & aperta, prospera & aduersa. Si igitur quadratus lapis fueris, in quocūque latere iaceas firmiter stabis. Quos dolauerunt cæmentarij Hirā, & cæmentarij Salomonis. A cęmentarijs Z
Salomonis, & a cæmentarijs Hiram lapides pretiosi dolantur. Non enim ab alijs, nisi ab ijs, qui pacem tenent, & mortificant carnem, electorum vita quadratur. Si enim districte viuas, & pacem nō teneas, vel si pacem teneas, & dissolute viuas, non bene lapidem dolas. Sic cāta in tympano, vt cātes in choro. In tympano cātant, qui carnē mor- Psal. 150.
tificant. In choro cantant, qui cōcordiam morum seruant. Porrò Biblij pręparauerunt ligna & lapides. Biblos ciuitas est Phœniciæ, pro qua in hebræo gobel siue gebal continetur, quod definiens siue determinans interpretatur. Qui enim mentes hominum fidelium ad spirituale ædificium volunt instruere, tales debēt esse, vt quid faciendum sit, quid reijciendum, sciant diffinire, terrenis adhærentes a mundo abstrahere, abstractos instruere. Qui enim opus templi spiritualis præparant, necesse est vt prouideant, quas virtutes in fundamento humilitatis prius ponant.

¶ *Quando factum sit templum.* Cap. XVI.

Factum est igitur quadringentesimo & A
octogesimo anno egressionis filiorum 3. Reg 6.
Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense zio (ipse est mēsis secūdus regis Salomonis super Israel) ædificare cępit domū Domino. Audis quòd longe post egressionē filiorum Israel de terra Aegypti, posuit Salomō fundamētū tēpli. Nō enim quàm cito mundo renuncias, ædificij spiritualis templi fundamenta locas. Adhuc enim superest transitus maris rubri, habens in se colorem sanguinis, & cōmotionem turbationis. Adhuc enim turbaris, adhuc & gloriaris. In pace autem debes esse, & in humilitate. In deserto autem prius reperis aquam, sed amarissimam. Dum Exod. 15.
enim peccata deseris, adhuc gemis: fit autem aqua

pota-

potabilis impoſito ligno crucis. Cum enim ad me moriam paſſio Chriſti reducitur, dulceſcit animus dum eidem morte Domini Saluatoris peccati re-
Exod. 17. miſſio promittitur. Adhuc bella ſuſtines & contra
Exod. 16. dictiones, ne tranſeas, adhuc ollas carnium ſuſpiras. Cum vero appropinquas ad terram promiſſionis, bibis aquam fluminis, aquam Iordanis, aquam dulcem, non tamen cum ſilentio currentẽ.
Ioan 9. Dum autem ex aquis Siloe, quæ cum ſilentio currunt, oculos lauas vt videas, tunc appropinquas ad montem viſionis, in quo ædificij tui fundamenta ponas. Non igitur hoc facis ſub Moyſe, ſed ſub Salomone. Non etiam primo regni ſui anno,
B ſed in quarto. Anni, menſes, dies, & noctes humanæ vitæ ſunt diſtinctiones. Habet enim quælibet fidelis anima moraliter annos, menſes, dies, no-
Nota Concionator. ctes: quibus deſignat ſuas actiones. Primus igitur annus regis Salomonis ſuper Iſrael, eſt abiectio ſui, ſecundus ſubiectio mundi, tertius eiectio diaboli, Quartus dilectio proximi. In primo humilia
Psal. 83. tur, dum eligit & exoptat abiectus eſſe in domo Domini magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. In ſecundo ſubijcit ſibi regnum, id eſt hunc mundum. In tertio eijcit hoſtem id eſt diabolum. In quarto acquirit pacem, dum diligit proximum. In tribus primis materiam præparat, in quarto ædificat. Nec etiam in primo menſe anni, ſed in ſecundo. Primus menſis in menſibus anni apud Hebræos erat Aprilis, ſecundus vero Maius. In Aprili ſiquidem innouatur terra: in eodem fiebat paſcha, id eſt phaſe, quod interpretatur tranſitus. Dum enim de vitijs ad virtutes recenter tranſeas, dum adhuc nouellus ſis in dilectione, nondum potes fundamenta templi ponere. Cum autẽ diligis inimicum, tũc quaſi in ſecundo menſe ponis fundamentum. Primus enim menſis in dilectionis anno eſt diligere amicum, hoc etiam ethnici faciunt. Secundus vero diligere inimicum
Matt. 5. Tertius diligere Deum. Dum ergo inimicũ diligis, fundamẽtum latum diſponis. Dum diligis Deum ædificij ſpiritualis parietes erigis in altum. In his vero menſibus & in his annis dies & noctes poſſunt aſſignari. Habet enim anima diem, contemplationis lucem, noctem, tentationum caliginem. Iſtum illuminat ſol indeficiens, illam luna decreſcens. Hic vides Deum, ibi offendis proximum. In
Thren. 1. die rides, in nocte ploras Vnde Hieremias. Ploras plorauit in nocte. Mens enim, quæ tentationum turbine quandoque concuſſa dolet, exhilarata radio contemplationis poſtmodum gaudet. Habes nunc chariſſime fundationis tẽpus: reſtat etiam vt eiuſdem tẽpli determinetur, locus, de quo in Paralipomenon manifeſte dicitur.

¶ *Vbi fundatum ſit templum.* Cap. XVII.

C
3. Para. 3. Cœpit Salomon ædificare templum in Hieruſalem in monte Moria, qui demõſtratus fuerat Dauid patri eius in loco quem præparauerat Dauid in area Ornam Iebuſei. Ædificanda eſt itaque domus Domini in Hieruſalem in monte, id eſt in pacifica mẽte, in eminentiori videlicet hominis parte. Qui mons Moria vel viſionis nuncupatur, quia in mente pacifica Dominus habitat, & in eadem oculo contemplationis videri deſiderat. Qui demonſtratus fuerat Dauid, & quem præparauerat. Demonſtratur enim manu forti, id eſt bene operanti per ſpiritum, præparatur ab eodem per deſiderium. In area Ornam Iebuſei quæ mundanda eſt ventilabro diſcretionis a palea vanæ cogitationis. Ornam illuminatus Iebuſæus conculcatus interpretatur. Habet enim mens quãdoque lumen diſcretionis, & lucem ſcientiæ, ſed tamen adhuc conculcatur a ſpiritibus immundis, & implicatur ſecularibus curis. Cum vero Iebuſæus locum areæ ſuæ Dauid regi venderet, in qua templum Domini Salomon ædificaret, nõ iam Iebus, ſed Hieruſalem nuncupatur. Mens enim, quæ renunciat omnibus, quæ poſſidet, conculcatore diabolo ſuperato, Deum quem deſiderauerat, in pace videt. Recipit ergo pro loco areæ, regnum felicitatis æternæ. Quia vero ſecundum ſitum loci D
menſurari ſolet quantitas ædificij: ideo congruum videtur ſubiungi de tribus dimenſionibus templi.
Habebat enim ſexaginta cubitos in longitudine, 3. Para. 3.
viginti in latitudine, centum autem & viginti cubitos habuit in altitudine. Longitudo domus eſt longanimitas boni operis in exilio huius peregrinationis. Latitudo eſt charitas, quæ non tantum de proſperitate gaudet amici, ſed etiam damno compatitur inimici. Celſitudo altitudinis eſt ſpes de præmio æternæ retributionis. Sic fit vt moraliter ſis in bona operatione longus, in miſericordia latus, in deſiderio altus: ita ſcilicet vt perſeuerantia duret vſque ad vltimum vitæ finem, miſericordia dilatet manus vſque ad pauperem, altitudo vero deſiderij guſtet æternitatis dulcedinem. In hac igitur longitudine, latitudine, altitudine parietum diſponuntur diuerſi ordines lapidum. In myſtico ſiquidem diſponuntur homines, in morali virtutes. Tria enim aſſignauimus templa, vide- *Tria ſunt templa.*
licet materiale, myſticum, & morale. Primum in monte, ſecundum in mente, tertium in congregatione. Vnum de lignis & lapidibus, alterum de virtutibus, tertium de iuſtis hominibus. Habes nunc vtriuſque templi locum & materiam, artificem & menſuram. Sed quoniam de morali templo & ſpirituali loqui ſuſcepimus, idcirco ad ædificationem clauſtralium interponentes aliquid de myſtico, quæ reſtant aliquantulum latius exponendo moraliter tranſcurramus. Aedificemus igitur ſpirituale templum, id eſt cor noſtrum ad Deum conuerſum. Habemus enim (vt ſuperius diximus) mõ E
tem in Hieruſalem, locum videlicet ædificij, pacificam mentem. Habemus materiam ligna & lapides, id eſt diuerſas virtutes. Habemus & artificem, intellectum rationabiliter ſingulà diſcernentem. Habemus etiam menſuras longitudinis, latitudinis, & altitudinis, id eſt perſeuerantiam boni operis in peregrinatione huius exilij, largitatem vel latitudinem beneficij, ſpem deſiderij. Ordo ſi quidem lapidum eſt proceſſus virtutum, qui in altum dirigitur, dum mens de virtute in virtutem

ad perfectionis culmen sublevatur. Ex his erigun tur templi parietes, rectæ videlicet operationes. In ædificio mystici templi primus lapis Abel in ordine ponitur, a quo vsque ad vltimum iustum linea iustitiæ protenditur. Abel interpretatur luctus siue vanitas, vel vapor seu miserabilis. Attendamus igitur interpretationem nominis ad quid respiciat, vt ipsius moralitatis diuersitas ad bene operandum mentem cogat. Vanitas enim respicit ad mundum, luctus ad peccatum, vapor ad teipsum, miserabilis ad Deum. Fuge igitur, luge, attende, & deprecare. Fuge mundum, quia vanitas est. Luge peccatum, quia iniquitas est. Attende carnem tuam, quia fragilis est,
Iaco.4. & quasi vapor ad modicum parens est. Deprecare Deum, quia miserabilis es tu, & ipse misericors & clemens est. Hic lapis primus ponitur in porticu templi, primus enim extitit inter patres veteris testamenti. Ponitur etiam lapis iste in porticu morali, porticus enim templi designat moraliter renunciationem mundi. Si hanc igitur porticum ædificas, congruum est, vt ad significationem nominis supradicti accedas; & sic in primis tibi placeat vanitatem mundi fugere, iniquitatem peccati deflere, fragilitatem miseræ carnis attendere, & quia sic miserabilis es, ad ipsum misericordem Deum questum dirigere. Hæc igitur ponenda sunt super fundamentum humilitatis, disposita in latitudinem charitatis,
F vt omnia in charitate fiant. Habes nunc moraliter porticum, quæ est ante templum, renunciationē mundi, mysticam vero, patres veteris testamenti. Cor autem ad Deum conuersum, est morale templum, ecclesia, mysticum. In hoc templo quasi primus beatus Stephanus ponitur, vt ab ipso regula iustitiæ dirigatur. Stephanus autem interpretatur norma nostra, sed norma nostra est regula iustitiæ, in qua dirigitur æqualitas lapidum, id est ordo virtutum. Secundum rectitudinem huius regulæ in ædificio cordis tui virtutes dispone, hoc autem facis, dum tribulationes libenter pateris, dum inimicum diligis, dum pro persequentibus fundis preces. Vnde cum Stephano oculo contemplationis, iam proximus oraculo,
Actu.7. filium patris ad dexteram stantem vides. Vides enim stantem non quasi sedentem, sed velut ædificanti auxilium præbere volentem. Si enim oraculum intraueris, quietum videbis. Oraculum moraliter est contemplationis secretum, mystice vero significat cæleste regnum. In quo seraphin ponitur quasi lapis primus, quia in fundamento diuinæ maiestatis per amorem hæret propinquus. Seraphin incendentia siue incensi dicuntur, incensi ab illo igne, de quo dicitur.
Leui. 10. Qui approximant mihi, approximant igni. Hic ignis accenditur in aqua, ardet in turbine, lucet in occulto. Hic ignis est ardor dilectionis, accenditur in aqua compunctionis, ardet inter turbines tribulationis, lucet in occulto contemplationis. Videsne quomodo lapis iste in ordine suo concordet secundo lapidi & primo? Abel enim designat moraliter pœnitentiæ luctum, Stephanus patientiam tribulationum, seraphin amoris incendium. Hic est incipientium dolor, proficientium labor, perfectorum amor. Fecit enim Salomon ostium in porticu, in templo, in oraculo. Ostium porticus mystice (vt ait Beda) sermo est propheticus. Ostium templi, Christus, ostium oraculi, patriæ cælestis introitus. In porticu vero renunciationis moraliter est ostium cognitio mundi, in templo conuersionis, cognitio sui, in oraculo vero contemplationis, cognitio Dei. Dum enim in te casum mundi attendis, videlicet quòd sis positus in incerto diuitiarum, in lapsu voluptatum, in periculo dignitatum, tunc ad ostium porticus accedis. Dum vero propriæ carnis attendis defectum, ortum pueritiæ, iuuentutis momentum, vesperam senectutis, dum hæc consideras, per ostium templi transire festinas. Cum autem bonitatem Dei attendis, bonitatē cui nihil deest, beatitudinē quę nullo indiget, & accedis ad videndū in bonitate electorum suorum, ad lætandum in lætitia gentis suæ: dum hæc facis, per ostium intrare paras oraculi spiritualis. 3.Para.3.

De æquinoctio, sub quo arcam testamenti sol in templo ter irradiabat. Cap. XVIII.

Ota quoque (vt legimus) quòd sol æquinoctialis directis radiorum suo rū lineis per illa tria ostia videlicet porticus, tēpli, & oraculi, arcā testamēti illuminare solebat. A sole enim intelligentiæ directus radius considerationis, nubes cogitationum penetrans, quæ discurrunt per aerem meditationis, per supradicta tria ostia illuminat arcam, id est conscientiam. Hoc autem fit quoties æquinoctium euenire contingit. Fit autē æquinoctium, cum dies noctibus & noctes diebus æquales fiūt. Habet animus noctes & dies morales, prospera scilicet & aduersa, dāna & lucra, tristia & læta, mentis puritatem & perturbationem, lucem contemplationis, & caliginem tentationis. Dum hęc animus deliberat, quasi sub æquali mēsura dies & noctes librat. Duo sunt autē æquinoctia, vernale scilicet & autumnale. Sunt etiam anni quatuor tēpora, ver, æstas, autūnus, & hyems. In vere intelligitur temperantia mentis, in æstate feruor charitatis, in autumno tepor, in hyeme torpor: tepor in mente, torpor in opere. Ab autumnali æquinoctio incipiunt crescere noctes, a vernali dies. In hyeme enim torporis crescunt caligines tentationis, in æstate vero feruoris multiplicantur illuminationes contemplationis. In quorundam autem mente fit æquinoctium autumnale. Sunt nanque multi quamuis tepidi, qui attendunt miseriam mundi, defectum carnis, beatitudinem æternitatis, & sic sol iustitiæ & intelligentiæ directis per supradicta ostia radijs considerationis, illuminat arcam conscientiæ. Ab hoc æquinoctio minuuntur dies, & noctes crescunt, quia tepidi licet hæc omnia considerent, tamen tempore tētationis recedunt. G

Pulchra pro concionatore.

Comitatur etiam longas noctes frigus hyemis, id est desidia mentis & corporis. Crescunt noctes, dum multiplicantur tentationes. Has noctes percurrit luna negligentiæ, cooperta obliuionis nube, obtenebrata nubilo ignorantiæ. Sunt autem alij frigore hyemis egressi quasi in æquinoctio vernali constituti, in quibus ver oritur, in quibus
Psal. 73. æstas sequitur, de quibus etiam dicitur: Aestatem & ver tu plasmasti ea. In vere enim omnia renouantur, in æstate vero maturantur. In vere ornatur terra floribus, & in nouiter conuerso vita moribus. Ab æquinoctio itaque vernali crescūt dies vsq; ad perfectum diem æternæ beatitudinis: ab autumnali vero crescunt noctes vsque ad continuam noctem æternæ damnationis. Hanc diem nulla nox interpellat, illam noctem nullius lucis splendor illuminat.

¶ *De fenestris templi. Cap. XIX.*

H
3. Reg. 6. Fecit etiam Salomon obliquas fenestras in templo. Obliquæ fenestræ sunt doctores ecclesiæ, qui dum fideles in ecclesia verbo prædicationis docent, qua si suscepto solis lumine, templi penetralia claritate replent. Hi siquidem obliquæ fenestræ dicuntur esse, quia sinum mentis dilatant in dilectionem, dilatant ad compatiendum proximo, ex tendunt in contemplando Deo. Sunt etiam in templo cuiuslibet fidelis animæ septem aliæ fenestræ, septem videlicet dona Spiritus sancti, quę sunt spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris Domini. Per fenestram siquidem timoris, intrat lumen confessionis. Per fenestram pietatis, lumen condescensionis. Per fenestram scientiæ, lumen circunspectionis. Per fenestram fortitudinis, exemplum bonæ operationis. Per fenestram consilij, radius deliberationis. Per fenestram intellectus, lumen discretionis. Per fenestram sapientiæ, lux ædificationis. Sapientia enim ædificat, illuminat: per ipsam siquidem oritur in mente sol iustitiæ Christus Deus noster, doctrina enim & exemplo conuersationis Christus replet luce sapientiæ secretum cordis nostri. Audi fenestrarum obliquitatem, audi diffusam luminis claritatem. Nihil enim latet occultum in abscondito mentis, quod non appareat in luce veræ confessionis.

In templo animæ septem fenestræ notabiles.
Esa. 11.

¶ *De parietibus templi. Cap. XX.*

I
3. Reg. 6. Aedificauit Salomon parietes tēpli intrinsecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vsq; ad summitatem parietū, & super tabulas cedrinas induxit aurum. Mystici tēpli parietes sunt populi fideles, qui ad similitudinem parietū per successionem temporis sese inuicem subsequentes, quasi ordines lapidum dirigūtur in altū. Fiunt autem ex marmore, decorātur tabulis cedrinis, auro superuestiūtur. In fortitudine siquidem marmoris, fides: in altitudine cedri, spes, in pretiositate auri, quæ virtutes supereminet cæteras, intelligi potest charitas. Substernitur itaque firmitas fidei, vt vestiatur sublimitate spei, vt decoretur auri pretiositate, id est charitate. Teguntur autem parietes templi cedro, a pauimento vsque ad summitatem parietum, quia spei perseuerantia nullū debet habere finem in hac vita, sed à primo iusto vsque ad vltimum iustum, sub tutela spei instruere debet ecclesia bonis operibus, & studio virtutū. Moraliter autem in spirituali tēplo structura parietum est processus virtutum. Fit igitur de marmore pario, vestitur cedro, decoratur auro. Marmor parium candidum esse dinoscitur, cedrus odore suo serpentes fugat, aurum puritate sua metallorum omnes exuperat species. In marmore itaque pario candorē, in cedro reperimus odorē, in auro splendorem: candorem videlicet munditię, odorem bonæ famę, splendorem bonæ conscientiæ. Candor igitur in marmore, est quasi mūditia in mente, odor in cedro, suauitas famę procedens ex bonæ operationis exemplo, splendor vero in auro, est quasi puritas conscientiæ in animo.

¶ *De cælaturis varijs, & torno. Cap. XXI.*

Sed & omnes parietes tēpli per circuitum sculpsit cælaturis varijs, & torno. Mystice parietes tēpli varijs cælaturis sculpuntur, dū diuersis fidelibus per spiritū diuersæ donationes attribuuntur, ita vt detur alij sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij gratia curationum, alij interpretatio sermonū. Sculpuntur etiā parietes cū torno, cum omnibus, quæ diuina scriptura præcipit, nullus fideliū cōtradicit, sed ex animo clamat cū Psalmista. Paratus sum & nō sum turbatus, vt custodiam mādata tua. & alius propheta. Ecce ego, mitte me. In torno sunt, qui mandatis diuinis obediunt. Moraliter verò varijs cælaturis sculpuntur templi parietes, dum per diuersa loca diuersarum rerum imprimūtur imagines, vt habeant singulæ virtutes iuxta moralitatis intuitum formas sibi cōuenientes. Attende igitur in quolibet loco intelligibilis templi, bonis imaginem, id est mansuetudinem. Imprime, & alibi figuram leonis, rigorē videlicet seueræ districtionis. Imprime columbā, simplicitatis formam. Adde & turturem, id est castitatem. Adiunge arietem, ouium scilicet ducē; id est magistrum verbo & exemplo præcedētem turbam discipulorum. Interpone munditiam lilij, seu rosam martyrij. Habes igitur in tēplo spirituali diuersas cælaturas, dū intrinsecus in animo virtutum diuersitates locas. Sculpuntur etiā morali torno, dum in volubilitate obedientiæ virtutes animi disponuntur sub prædicationis ferro. Doctrina enim verborum, potest appellari tornatoris ferrum. Tornator est in mente discretionis vigor, qui ante se dicitur habere tornum, id est rationabilem intellectum. In torno autē quatuor cōsiderantur, ferrū, virga, corrigia, lignū sub pede per quod instrumentum mouetur. In ferro igitur doctri-

K
3. Reg. 6.
1. Cor. 12
Psal. 118.
Esa. 6.
L
Pulchra ad Discretionem apta

doctrina, in virga disciplina, in corrigia animalis
mortui mortificatio carnis intelligitur, in qua
animus spiritualis inuolutus detinetur. Per li-
gnum vero quod mouetur sub pede designari
potest velocitas obedientiæ. Cita enim debet es-
se obedientia & quasi sub pedibus posita, vt fiat
Canti. 5. cum humilitate & sine tarditate. Vnde & in Can-
ticis canticorum. Manus eius tornatiles, aureę, ple
næ hyacinthis. Fiunt manus tornatiles, dum affe-
ctus animi facile diuertuntur ad quaslibet opera-
tiones. Sunt aureæ, dum affectiones animi ab om
ni appetitu carnalis desiderij redduntur puræ.
Plenæ sunt hyacinthis, dum ęstuant amore & de-
O siderio cœlestis patriæ. Duo vero acumina fer-
ri, in quibus ponitur quicquid in torno volui-
tur, sunt timor & amor: timor pœnæ, & amor bea
titudinis æternæ. Inter hæc igitur animum habe-
mus fixum, non ita tamen quin teneat volubilita
tis suæ cursum. Nota quoque, quòd doctrinæ ver
bo velut tornatoris ferro, superflua docendo rese
cantur. Virga vero desuper inclinans se & eleuans
percutientis more disciplinam minatur. Corrigia
autem ligatur in summitate virgæ, & ligno quod
tenetur sub pede, hæc enim carnem mortificant,
& mentem domant, labor videlicet obediéoæ, &
correctio disciplinæ. Lignum sub pede premitur,
virga desuper minatur, quia ad obedientiam cogi
mur, dum disciplinæ legibus coartamur. A duo-
bus acuminibus ferri animus pūgitur, inter quæ
duo ponitur, vnum ne ad seculum redeas, aliud
vt ad regnum transeas. Timor enim compellit,
Psal. 107. amor vero trahit. Inter hæc itaque voluitur, qui
in torno spirituali ponitur, & dicit. Paratum cor
meum Deus, paratum cor meū. Bis dicit paratū, id
est interius in mente, & exterius in operatione,
intus ad cogitádū recta, foris ad faciendum vtilia.

¶ *De cherubin, & palmis, & varijs picturis in parietibus templi. Cap. XXII.*

M
3. Reg. 6. ET fecit in eis cherubin, & palmas, &
picturas varias, quasi prominentes
de pariete, & progrediétes. Facit Sa-
lomon cherubin in parietibus tēpli
mystici, dum quoslibet fideles scri-
pturæ præcepta, in qua est scientiæ multitudo, do
cet imitari. Cherubin facit, dum fieri docet in ter-
ris, quod angeli tenent in cęlis, dum docet huma
nam creaturam, angelicam possidere vitam, dum
etiam cęteros in mundo multitudine scientiæ prę
cellunt, qui Deum prę cæteris diligunt. Nonne &
nunc vides aliquos a seculo longe remotos, tan-
ta scientia præditos, vt scientia secularis subdatur
eis, vt nō tātum vocentur ad consilia principum,
sed etiam intersint negocijs regum, vt qui cœpe-
runt dominari proprijs moribus, dominētur etiā
alienis, & honorentur a personis sublimioribus?
Hi sunt, qui loquuntur inter philosophos sapien-
tiam, quorum rhetores mirantur eloquentiam.
Quos enim nullis seu paucis artibus imbutos in
seculo viderunt, nunc de singulis loquentes au-
diunt, & ad tantā scientiæ multitudinē eos perue-
nisse cognoscunt, vt sapientibus huius mundi di-
uinæ scripturæ profunditatem, & secreta cœlestia
verbis pandant. Palmas facit, dum spem & memo
riam retributionis ęternæ post agonem legitime
certantibus sine dubitatione habituros repromit-
tit. Facit picturas prominentes de pariete, & egre-
dientes, cum ad hoc electi ex bona consuetudine
perueniunt, vt quid dicendum vel quid facien-
dum, non ab alijs sed a seipsis proferentes quæ-
runt. Moraliter vero cherubin facit in pariete, N
dum per spiritum scientiæ, qui nouit omnia pru-
denter disponere, virtutes ordinat in mente, dum
duabus alis a terrenis se alleuat, & duabus alis, ne
oculo vanæ gloriæ videatur, corpus velat. Zelum
quoque secundum scientiam habeat, & modum
teneat, vt sciat pati penuriam & abundare, satiari Phili. 4.
& esurire: vt sit in eo multiplex supradicti angeli
scientia, intus videlicet in ordinandis ac disponē-
dis virtutibus, exterius in multiplicandis bonis
operibus. Palmas facit, dum in conflictu vitio-
rum de diabolo triumphans victor existit. In pal-
ma siquidem notatur victoria, palma enim post
victoriæ finem ornamus manum victricem. Quo
tidie etenim pugnamus, & quotidie vincimus,
quia quotidie nobis lucta est cū diabolo, & quo-
tidie diabolum superamus. Tenemus itaque quo
tidie palmam in manu, id est victoriam de confli
ctu. Habemus etiam difficilem pugnam aduersus
carnem & sanguinem, vt quæ nolumus aliquan-
do ea faciamus. Sed cum Deo annuente vinci-
mus, palmam in manu tenemus, & pertingimus
ad victoriam per patientiam. Scriptum est enim:
In patientia vestra possidebitis animas vestras. Fe- Lucæ. 21.
cit quoque picturas varias prominentes de pa-
riete, & egredientes. Prominent picturæ variæ de
pariete, & egrediuntur, dum ea, quæ cogitantur
in animo, vt luceat lux vestra coram homini- Matt. 5.
bus, opere perficiuntur. Hoc autem fit, cum
apparet misericordia in effectu, benignitas in
vultu, humilitas in habitu, modestia in coha-
bitatione, patientia in tribulatione. Si autem
velis cognoscere effectum misericordiæ, ipsa
est, quæ compatitur miseris, succurrit egenis,
ex dulcedine vero benignitatis efficitur man-
sueta facies & mitis. Si autem fuerit animus
humilis, fit & habitus exterior eidem animo si-
milis, pannosus scilicet, abiectus, & vilis. Gestus
siquidem modestiæ demonstratur ex habitu con
scientiæ, vt talis appareat foris, qualis est & in-
tus. Effectus autem veræ patientiæ prominet &
egreditur, dum prospera & aduersa toleras cum
hilaritate.

¶ *De pauimento templi. Cap. XXIII.*

SEd & pauimentum domus texit O
auro interius & exterius in ora- 3. Reg. 6.
culo, & in templo: id est in contem-
platione coram Deo, & in actio-
ne coram proximo. Est autem my-
sticum pauimentum, humilis concordia fratrum,
qui in spirituali fraternitate sub magisterij regula

humiliter selpsos prosternunt calcandos etiã persequentibus, concordi societate, ne in dispositione pauimenti scientia, quæ inflat, inter fratres inæqualitatis offendiculum ponat, ne in aliquo nobilitas generis scrupulum faciat elationis, ne is, qui de seculo ad monasterium aliquid de proprio attulit, remissior in labore, paratior in habitu, delicatior in victu, honoratior præ cæteris esse velit, sed ordinatis statribus in pauimento beneuolæ subiectionis, detur vnicuique sicut opus vnicuique fuerit, iuxta constitutum apostoli-
2. Para. 3. cæ dispositionis. Texit itaque pauimentum auro, prius tamen marmoreos lapides super terram sternens, deinde vero marmori tabulas superponens abiegnas: In marmore videlicet fortitudinem fidei, in abiete altitudinem spei, in auro pretium charitatis designans. In his igitur est ambulandum desideranti peruenire ad regnum cœleste. Sed & moraliter pauimentum domus intrinsecus, & extrinsecus auro tegitur, ita scilicet vt prius marmor, ac deinde tabulæ abiegnæ superponantur. Intelligitur itaque in marmore propositi infirmitas, in abiete, desiderij proceritas, in auro intentionis puritas. Habes nũc abietem in medio cum marmore & auro, vt si quid desideres, in puritate vitæ firmiter consertes. Est igitur morale pauimentum, humilis concordiæ morum. Intrinsecus & extrinsecus vestitum auro, interius scilicet intentionis puritate, exterius bonorum exemplorum splendidissima claritate. Hoc enim aurum fulget in pauimento templi contemplationis, & in oraculo piæ conuersationis. Super hoc pauimentum calcas, dum in proposito & in puri-
P tate superni desiderij firmiter ambulas. Istud est charissime oratorium animæ. In hoc oratorio si pronus ores, aurum non terram vides. Vbi est enim puritas mentis, non apparet puluis terrenæ cupiditatis. Nihil enim erat in interioribus templi, quod non tegeretur (vt ait scriptura) puritate auri. Si enim respicias sursum, vides aurum, quia dum cõtemplaris cœlestia, pure diligis Deũ. Dum respicis parietes, aurum vides, quia dum diligis proximum, vt pure diligas ipsum, diligis
3. Reg. 6. propter Deum. Nihil erat in templo, quod non tegeretur auro, quia in perfectorum mẽte nihil est, quod nõ vestiatur supereminentis dilectionis pu-
Prouerb. 18. ritate. Sed quia nemo cito fit summus, & iustus initio accusator est sui, & iterum ad ędificiũ, quod est in monte, oportet per gradus ascendere, idcirco si ad pulchritudinem tantæ sublimitatis ascendere festinas, necesse est vt per gradus virtutum pedetentim ascendas. Attende igitur dispositionem ædificij materialis, vt in te disponere
2. Para. 4. possis materiam & ordinem spiritualis. Erat enim in materiali ędificio templi atrium exterius, quod in lib. Paralipomenon vocatur basilica grandis, in quam conueniebat vulgus. In eam siquidem adducebantur pecudes, vt de manu populi susci-
2. Para. 4. perent eas sacerdotes. Erat autem & aliud atriũ, quod vocabatur sacerdotum, in quo erat mare æneum positum ad abluendas manus & pedes sacerdotum. Ibidẽ erant luteres ad abluendas hostias, ibi altare æneum ad immolandum eas. Se-
quitur. Et porticus templi, in qua Salomon duas columnas æreas fixit, inde & templum, in quo 3. Reg. 7.
mensæ aureæ, & candelabra aurea, in quo & altare aureum ante ostium oraculi positum. Erat etiam in interiori domo oraculum, in quo erat arca fœderis, in qua erant tabulæ legis. Immoremur itaque in his, quæ prælibauimus, vt ex ipsis aliquid ad ædificationem claustralium extorquere valeamus.

¶ De atrio exteriori. Cap. XXIIII.

FEcit Salomon basilicam grandem, id est exterius atrium, in quo designa- Q 2. Para. 4.
tur corda carnalium: Qui per hoc quod in communi & simplici fide manent, ad ędificiũ templi pertinẽt. Néc tamen tales sunt, vt per se hostias immolent, sed in manu sacerdotũ eas offerũt, ut pro eis offer. Hostias etiam offerunt, dum ex abundantia rerũ, quas possident, egentes quosq; siue ministros ecclesiæ offerendo pascunt. De infimis ad Dominũ clamant, dum de profundo terrenæ habitationis erui toto desiderio mentis exoptant. Longe à templo remoti sunt, & tamen in templum intuitum dirigunt. Auri fulgorem, & pulchritudinem operis admirantur, dum virorum sublimium vitam, quam attingere nequeunt effectu, pię deuotionis venerantur affectu. Sed exterius atrium moraliter designat recordationem peccatorum. Adducuntur eodem, vt sacerdotibus offerantur pecudes dum ad memoriam recordationis reducũtur motus animales. Hoc autem fit, cum animus ad memoriam reducit vitulum petulantiæ, hœdum lasciuiæ, taurum superbiæ. Sæpissime enim gaudet animus vanitate, carnis desiderio delectatur, inflatur scientia, honoribus sublimari desiderat. Offert autem hæc omnia animus summo sacerdoti in manu misericordiæ, vt in holocaustum ponãtur super contritionis; altare. Intuetur etiam M
oculo discretionis licet longe positus (dum aperitur templum) ipsius templi pulchritudinem, dũ in conuersis quibuslibet per exemplum boni operis foris apparentem attendit morum venustatem. Ad Dominum clamat, dum pro ijs, in quibus iacet, ad Dominum suspirans anhelat.

¶ De atrio interiori. Cap. XXV.

AEdificauit quoq; Salomõ atriũ intrinsecus tribus ordinibus lapidum politorũ, & vno ordine lignorũ cedri. Interius atriũ vitã designat illorũ, qui nõ tantũ hostias offerũt, sed etiã immolãt, & occidũt. Affligunt enim carnẽ suã in laboribus & ieiunijs, incendunt igne tribulationis. Tres antẽ ordines politorũ lapidũ sunt tres diuersitates hominũ, videlicet credentiũ, sperãtiũ, amãtiũ. Vnus vero ordo lignorũ cedri bene operantibus per similitudinẽ põt assignari. Fides enim sine operibus mortua est. Et recte politorum dicit, vt
R 3. Reg. 6.
Iaco. 2.

crede-

credere, q̃d sperare, vł diligere debeat vnusquisq; dinoscere possit : ne inueniatur in fide scrupulus erroris, in spe defectus terroris, in charitate offendiculum rancoris : Sed poliatur fides boni operis exercitio, spes æternitatis desiderio, charitas exhibitionis obsequio. Iunge igitur lignum lapidi, cedrũ marmori, fidem operi, ne sit fides ficta, spes cassa, charitas infructuosa. Dum hæc igitur attendis, lapidem polis, cedrum marmori coniungis.

S Ædificauit etiam Salomon moraliter atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. Interius atrium, est moraliter confessio delictorum. Vnus ordo cedri, est in pœnitentia lõganimitas perseuerandi. Tunc enim cedrus coniungitur marmori, dum pœnitentiæ perseuerantia continuatur veræ confessioni. Tres
Notabilia vero ordines lapidum politorum in atrio confes-
pro Concio sionis, sunt tres qualitates in ædificio mẽtis, id est
natore. timor, dolor, pudor. Hi igitur lapides inæqualitate sui sæpius exasperãtur, & ideo necesse est vndiligenter & artificiose poliantur. Exasperatur enim timor propter peccati magnitudinem, dolor propter multitudinem, pudor propter turpitudinem. Dum enim animus attendit turpia quæ gessit, dõ etiam eorundẽ in secreto conscientiæ nullo vidente perhorret recordari, non est mirum si alteri hęc eadem pudor sit confiteri. Cum autem cõsiderat, quòd quamuis turpia tamen perpetrauit multa, non est mirum si multũ doleat animus multis vitiorũ irretitus nexibus. Cũ iterũ nõ tãtũ recogitat multitudinẽ turpiũ delictorũ quæ gessit, sed etiam magnitudinẽ eorũ ante oculos mentis ponit, si timeat & abhorreat nõ est mirãdũ, sed summopere ne desperet est euitandũ. Poliẽdi sunt igitur lapides, ne exasperentur per desperationẽ fideliũ mẽtes. Poliẽdus est siquidẽ timor benignitate misericordiæ, dolor assiduitate pœnitẽtiæ, pudor puritate conscientiæ. In poliẽdis enim lapidibus tria sunt assignanda, scilicet, oleũ, lapis, & manus. Infunditur enim desuper oleum, lapis durior in superficie voluitur, manus vero lapidẽ premit, & premendo trahit. Benignitas itaque misericordiæ quasi oleũ asperitatẽ lapidũ lenit: assiduitas pœnitẽtiæ velut lapis peccatorũ scrupulos terit: puritas vero consciẽtiæ quasi manus ad vltimum peccati sordes tergit. Istud est oleũ spiritus, hic est lapis angularis, hæc est dextra Dei patris. Primum lenit, secundũ premit, tertium trahit. Rogo benignissime pater, vt dolorem meum lenias, animi mei timorem premas, operi manuum tuarum dexteram porrigas, iacentem erigas, erectum trahas. Dum enim Sancti spiritus oleum infundis, cordis duriciem mol
Iob. 14. liendo dissoluis. Dum vero humilitatem & patientiam filij prætendis, in nobis tumorem superbiæ ipsius exemplo premis. Et sic ad dextram, quam diu per expectationem porrexisti, accedimus, vt cum electis ad dextram patris simus. Hæc igitur consideranda sunt in atrio confessionis, ordinata sub regula iustitiæ, & sub funiculo prædicationis. Dicitur etiam hoc atrium interius, vocatur & atrium sacerdotum. Et rectè dicitur interius, quia quicquid per confessionem manifestatur, occultum debet esse sicut erat prius. Sed & atrium sacerdotum dicitur esse, quia specialiter in atrio confessionis sacerdotibus licet ministrare.

¶ *De mari fusili in templo. Cap. XXVI.*

FEcit quoque mare fusile decem cubi T
torum à labio vsque ad labium, ro- 3. Reg. 7.
tundum in circuitu. Sicut superius per atrium sacerdotum moraliter designatur confessio, ita per mare æneum designari potest cordis compunctio. Sicut enim in mari æneo lauari solebant sacerdotes, ita in amaritudine compunctionis lauantur quotidie fidelium mentes. Hoc autem vas, maris nomine meruit appellari, quia propter amaritudinẽ delictorum comparatur mari. Appellatur etiam æneum. Aes enim super cęteras species metalli est valde sonorum. Aes siquidem, quando ab aliquo tangitur, stridet, ac velut plangentis more cõqueritur. Dum enim vas compunctionis tangitur manu proprię reprehensionis, reddit tinnitum, dũ emittit questum. Erat autem vas illud fusile, quod fit dum materia metalli ponitur in ignem, defluẽs per ductum canalis ad perfectionem formę. Ignis, est ardor tribulationis, metalli materies, est peccati species: quod per recordationis tractum, quasi per canalis ductum in formam vasis traijcitur, cũ mens emollita per ardorem Sancti spiritus, ad efficiendum vas compunctionis eliquatur. Erat etiã decem cubitorum à labio vsque ad labium. In denario siquidem numero spes intelligitur, quæ laborantibus promissa datur. A labio igitur, id est ab initio primæ conuersionis vsque ad labiũ perfectæ per mortem separationis veniam sperat, quicunque vas compunctionis intra mentis suæ ambitum format. Lauat enim lachryma sordes criminis, ita dico si ponatur intra atrium verę confessionis. Et erat rotundum in circuitu, quia non tantũ prętérita & futura, sed & prospera, & aduersa debent irrigari fletu. Rotunditas, siquidem maris designat ambitũ discretę cõpũctionis, quę cũ ea, quę ante & retro, à dextris & à sinistris sunt, respicit, & nihil absque compunctionis amaritudine transire permittit, quid aliud agitur, nisi quòd mari ęneo rotunditas circunspectionis imponitur? Et altitudo eius erat quinque cubitorum. Ipsa est sublimatas quinque sensuum corporeorũ. Sed quia varietas sensuum per diuersa mundi oblectamen-
ta defluit, conuenienter auctoritas subiungit. Et re 3. Reg. 7.
sticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. Resticula est pręceptorum disciplina, qua fluxa restringimus, quoties à nostris voluptatibus opera & cogitationes religamus. Quę nimirum resticula triginta dicitur esse cubitorum, quia cum ad triginta annorum terminum perueneris, tu qui ante in annis iuuenilibus remissior fueras, saltem cum ad perfectam ætatem perueneris, fluxa voluptatis restringas.

¶ *De decem luteribus templi. Cap. XXVII.*

V FEcit quoque Salomon in interiori atrio decem luteres ad abluẽdas hostiarum carnes. Sicut enim sacerdotes lauabantur in mari ęneo, sic in luteribus hostiarũ caro, vt quæ offerebãtur, & qui offerebãt mundi essent. In mari æneo manus & pedes sacerdotũ mundabantur a puluere, in luteribus vero hostiarum carnes exprimebãtur à sanguine, à puluere vanitatis, à sanguine voluptatis. In mari igitur æneo, & in luteribus duas compunctionis species intelligere debemus, timoris videlicet & amoris. In vno siquidem lauantur operationes manuũ, in altero vero carnis delectationes. Sic hostiæ lotæ in lutere cõpunctionis, & expressę manu rectę operationis, deferuntur à sacerdote, vt accendantur super contritionis altare.

3. Reg. 7.

¶ *De altari æneo in templo. Cap. XXVIII.*

X ET pulchre altare æneum contritioni cordis simule esse dicitur, quod in contritione cordis desideria carnis flamma tribulationis accenduntur. Hoc autem altare ęneũ, magnitudine sui, specie metalli, positione loci aliquid designat. Erat enim amplum, quia plures sunt, qui carnis cõcupiscentias deflent, quã qui puritate cœlestis desiderij gaudẽt. Erat etiam æneum, quia multi sunt, qui dicunt: Mẽte seruimus legi Dei, carne autẽ legi peccati. Erat ante fores templi porticus, quia pauci sunt, qui renuncient omnibus, quę possident, ut ad ostiũ porticus appropinquent. Porticus siquidem templi est (vt superius diximus) renunciatio mũdi. In hac porticu duę eriguntur columnę vna castitatis, altera sobrietatis, vt qui mundo renunciant, sobrie & caste Deo viuant.

Roma 7.

¶ *De altari aureo, & mensa aurea, & candelabris templi. Cap. XXIX.*

Y POst porticũ renuntiationis sequitur templum rectæ conuersationis. In hoc templo est altare aureũ, est mensa propositionis aurea, sunt & cãdelabra de auro purissimo facta. In altari accendebantur thymiamata, in mensa panes ponebantur, in candelabris lucernæ. Altare aureum, sunt corda electorum: thymiamata, bona opera: odor thymiamatum, boni operis exemplum. Fumus qui ascendit superius, est intentio orationis, quæ ex affectu cordis ad desideranda cœlestia tendit. Mensa vero aurea est diuina scriptura, panes sunt apostoli siue eorum successores ex quorum actibus tanquam ex panibus reficiuntur fidelium mentes. Qui panes propositionis conuenienter possunt appellari, quia ad imitandum proponuntur vniuerso orbi. Decem candelabra, sunt decem legis præcepta, lucernę lumen doctrinæ. Possunt & hæc aliter dici. Sit igitur altare dilectio, mensa lectio, candelabra meditatio. Puritas auri in altari, est animus perfectus in dilectione. Puritas auri in mensa, sanus intellectus in lectione. Puritas auri in candelabris, purus affectus in meditatione: ut nihil carnale quęrat dilectio, nihil hęreticum doceat lectio, nihil terrenum optet meditatio. In altari accendũtur thymiamata, in mensa ponuntur panes, in candelabris lucernæ: thymiamata orationis panes refectionis, lucernæ cognitionis. Per orationem enim quæritur Deus, per refectionem gustatur, uidetur in lumine cognitionis. Quærendo desideratur, gustatus dulcescit, cognitus amatur. Habent thymiamata odorem, panes saporem, cognitio amorem. Oratio siquidem redolet Deũ, panes sapiunt, cognitio diligit. Infundit aũt Deus odori suauitatẽ, sapori dulcedinẽ, amori dilectionem: ut sit odor suauis, gustus dulcis, amor delectabilis.
Hæc omnia debẽt esse in conuersione. Hæc mini- Z
strãtur à sacerdotibus, & leuitis in tẽplo cõuersio-
nis. Si autẽ oraculũ intrare desideras, intra in san- Psal. 72.
ctuariũ Dei, ut intelligas in nouissimis eorũ. Eorũ
videlicet, qui perierunt propter iniquitatẽ suã, & Psal. 115.
eorum quorum mors pretiosa est in conspectu Domini. Ibi enim intelliges & præmia iustorũ, & pęnas damnatorũ. In hoc oraculo posuit Salomõ arcã fœderis, & in ea tabulas legis. Est autẽ oraculũ diuinæ reuelationis secretũ. Ibi Salomon arcã posuit, & ibidẽ qui pacẽ desiderat, mentem ponit. In ea sunt tabulæ legis, scientia videlicet diuinæ districtionis. Huc solus pontifex intrat. Sunt enim pauci, quibus reuelatur consilij diuini secretum. Hic solus ores, si solitarius esse desideras, si suauitatem quietis amas. Attende ergo ut oratio tua sit discreta & secreta, dulcis & humilis. Discreta propter idiotas, secreta propter hypocritas, dulcis affectu, humilis appetitu, ut quod appetit diligat, nihil altum sapiens humilia concupiscat. Sit pura & tranquilla, nec quicquam commodi temporalis oratio postulet, nec tranquillitatem orationis curiositas conturbet. Si igitur talis esse desideras, ad illud claustrum non manufactum, quod est in cœlis, peruenire festinas.

FINIS LIBRI TERTII.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, in Quartum Librum de Claustro Animæ Prologus.

Rogas charissime, rogas, & obnixius deprecaris, vt A solito festinantius exequar quod promisi. Libelli siquidẽ, quẽ claustrum animæ vocas, ultimam idest quartam requiris partem, ut quasi integrum de manu nostra recipias panem. Mirum tamen est, quid de manu pauperis panem requiris, nisi forte quòd panis grossior quibusdam solet esse salubrior. Non enim habeo panem alium, nisi per ostia mendicatum idest

per

per ora docentium nobis aliquãdo prædicatum: vel de ſpicis in alieno agro collectis, de ſententijs videlicet in campo diuinæ ſcripturæ congregatis
Eſa.38. Sic enim viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei.
Pſal.41. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam. Non eſt mihi panis de ſimila ingenij ſubtilitate diſcuſſus, ſed ſimplicitate eloquentiæ per cribrum groſſioris ſenſus exagitatus. Non enim græcas, aut barbaras, vel inuſitatas, quæ turbant ſimplices, interpoſui dictiones: ſed etiam ea, quæ ab alijs obſcure dicta repperi, ſimpliciori ſtylo, & verbis planioribus dilucidare curaui. Simplicibus itaque placere deſidero, & ideo quibus eis pla-
Lucæ.2. cere valeam verbis, quæro. Sic Chriſtus inter duo animalia poſitus, vilibus eſt pannis inuolutus. Ponitur Dei ſapientia inter bouem & aſinum, vt erudiret rudem moneret tardum: rudem ſenſu, tardum intellectu, erudiret ſimplicitatem per humilitatem. Qui igitur inuolui ſe permiſit in vilibus pannis, permittet forſitan, vt de eo loquar
Matt.2. ſimplicibus verbis. Similiter qui Magis per ſtellam oſtenditur, per angelum Paſtoribus nuntiatur, vt qui ſapientibus loquebatur per ſignum, ſimplicioribus innoteſceret per ſimplex verbum. Nunc autem de ijs, quæ ad clauſtrum non manu factum (quod eſt in cœlis) pertinent, pro modulo imbecillitatis meæ aliquid dicere vltra non differam, vt ex ipſo ordine, & dilectione illius ſummi abbatis, & ipſorum ſpirituum ſupernorum, doceri & inſtrui poſſit prælatorum diligentia, & humilitas ſubditorum. Sequar igitur poſt terga meten-tium, ne ab errare videar à doctrina priorum.

¶ *De ciuitate magna Hieruſalem. Cap. I.*

B Ciuitatis magnæ Hieruſalem quædam pars adhuc in terris peregrina ducitur, quædam vero pars in cœlis firmiter locata ſtabilitur. Hæc autem Hieruſalem ad illam cœleſtem quandoque tranſiet, in qua nemo morietur, ſed in æterna felicitate ſine fine viuet. Nemo enim ad illam felicitatis ęternitatem tranſire merebitur, niſi qui ſe ciuibus illius patriæ bene viuendo in ſęculo hoc moribus conformabit. Sed qui in hoc ſeculo præſenti cælibem vitam ducere cupiunt, in futura vita ſupernis ciuibus conformes erunt. Quatuor ſiquidem ciuitates in diuina ſcriptura fuiſſe perhibentur, quarum vnaquæque Hieruſalem nuncupatur, id eſt materialis, & myſtica, moralis, & anagogica. Materialis Hieruſalem eſt quędam ciuitas in Iudęa poſita, myſtica vero eſt eccleſia, moralis quælibet fidelis anima, anagogica cœleſtis patria. Prima conſtat ex lapidibus & lignis, ſecunda ex iuſtis & iuſtificandis, tertia ex virtutibus, quarta ex angelis & hominibus. Materialis aliquando deſtruetur, myſtica transferetur, moralis ædificabitur, anagogica vero in ęternum non commouebitur. Prima cõtinet res geſtas, ſecunda myſteriorũ figuras, tertia exempla morum, quarta diuerſitates cœleſtium manſionum. Reſtat igitur, vt de ijs, quæ præmiſimus, ad ædificationem clauſtralium aliquid diſſeramus.

¶ *Quòd Hieruſalem ſit in Iudęa hiſtorice. Cap. II.*

Sicut diuina ſcriptura teſtatur, in regio C
ne Iudęæ Hieruſalem fundata fuiſſe 2.Par.36.
memoratur. Ferunt autem hanc ciuitatem habuiſſe muros & portas, vectes, & ſeras, vicos & plateas. Iudæa confeſſio, Hieruſalem pacis viſio interpretatur. In Iudæa ergo Hieruſalem ponitur, quia in confeſſione veræ fidei pax eccleſiæ ſolidatur. Qui enim Chriſtum confitetur eſſe Deum, pacem eccleſiæ prędicat, & in ędificanda Hieruſalem myſtice laborat. Qui vero in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcit, & in potentia maieſtatis adorat vnitatem, eiuſdem fidei firmitate ab omnibus aduerſitatibus eccleſiam munit. Pulcher ordo, vt prius agnoſcat, poſtmodũ adoret, ad vltimum vero ſigno crucis ſe munire feſtinet. Licet enim agnoſcat Trinitatem, & adoret vnitatem, niſi Chriſtum Deum & hominem eſſe, & poſt mortem à mortuis reſurrexiſſe crediderit, eccleſiam
deſtruit, non munit. Non agnoſcit Iudæus Trini- Gen.18.
tatem, nec Gentilis vnitatem, & tamen Abraham Pſal.74.
tres vidit, & vnum adorauit. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuũ. Confitebimur perſonam Patris, confitebimur perſonam Spiritus ſancti, ſed familiarius inuocando confitebimur perſonam Filij, videlicet Ieſu Chriſti. Ieſus enim (ſicut dicitur) ſaluator interpretatur. Sub hoc nomine credimus Chriſtianos eſſe ſaluandos. Si igitur aliquando homo delinquit, mirandum nõ eſt ſi ad hominem Deum homo delinquens ſecurus recurrit. Ipſe eſt e-
nim Dei & hominum mediator, homo Chriſtus 1.Tim.2.
Ieſus. Ad hunc igitur chriſtiani recurrunt, quia per ipſum Deo ſe reconciliari poſſe credunt.

¶ *Item de eadem moraliter. Cap. III.*

Moraliter Iudæa confeſſionem pecca- D
torum deſignat, in qua fidelis animus ſeipſum iudicans humiliter accuſat. In hac ſiquidem Iudæa Hieruſalẽ fundata eſſe dicitur, quia in con
feſſione peccati peccator pœnitens Deo reconci- Pſal.74.
liatur. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. Per hoc quòd dicit confitebimur, confeſſio neceſſaria eſſe perhibetur. Quòd autem confitebimur replicat, miſericordiam diuinæ pietatis demonſtrat, & ne deſperes innuit, qui iterum peccantem ſi pœniteat,
non repellit. Eamus iterum, ait Dominus, in Iu Ioan.11.
dæam. In Iudæam iterum Dominus ire diſcipulos hortatur, vt ſi quis peccauerit, pœniteat, & iterum peccatum humiliter confiteatur.
In quacunque enim hora peccatum con- Eze.18.
fitendo peccator ingemuerit, ſcriptura teſtante proculdubio ſaluus erit. Attende qualiter

diligit, qui toties & tam benigne peccantem recipit. Si hæc attendis, Domini misericordiam cognoscis. Notus, inquit, in Iudæa Deus. In Iudæa Deus cognoscitur, quia in confessione peccati misericordia Dei manifeste demonstratur. Per pietatem siquidem peccantem reuocat, per patientiam sustinens expectat. In Bethleem Iudæ Christus nascitur, sed in Nazareth nutritur, & tamen non Bethleemites, sed Nazaræus appellatur. In Bethleem Iudæ Christum natum scriptura fuisse meminit, quia per confessionem spiritualiter ad hominem Deus descendit. Nazareth, flos siue munditia interpretatur. In Nazareth igitur nutritur & habitat, qui in flore munditiæ delectatur, & eam semper amat.

Psal. 75.

¶ *Quòd multi sint, qui Iudæam, & Hierusalem destruunt.* *Cap. IIII.*

E MVlta sunt, quæ confessionem impediunt. Multi siquidem hostes Iudæã inuadunt, nec Hierusalem quietam manere permittunt. In libro siquidem Machabæorũ scriptum reperi, quòd rex Demetrius Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam, datis mãdatis vt ipsum Iudam Machabæum caperet, & eos qui cum eo erant dispergeret. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, sanguine iudiciũ facere metuebat. Quamobrem misit nuntios, vt darent dextras, & acciperent. Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium vna fuit sententia, amicitijs annuere, & congruum consilium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Hierosolymis, & nihil inique agebat, gregesque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimisit. Exasperatus itaque Demetrius scripsit Nicanori dicens grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen ut Machabæum citius vinctum mitteret Antiochiam. Venit igitur Nicanor ad sanctissimum templum, & à sacerdotibus iussit sibi tradi Iudam. Et extendens manum ad templum iurauit: Nisi mihi vinctum Iudam tradideritis, istud phanum in planitiem deducam, & altare effodiam. Comperit autem Nicanor Iudam esse in locis Samariæ, & cogitabat die sabbati cum omni impetu bellum committere, tamen non obtinuit consilium, vt perficeret. Cum summa autem superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda. Machabæus autem confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturũ; & hortabatur suos ne formidarent. Singulos autem illorum armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus & hortationibus. Nicanor autem, & qui cum eo erãt, cum tubis & canticis sese admouebant. Iudas vero, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt, manu quidem pugnantes, sed corde Deum orantes. Prostrauerunt autem triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati; & cognouerũt Nicanorem ruisse cũ suis armis. Præcepit autem Iudas caput Nicanoris & cum humero manum abscissam Hierosolymas perferri; linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari. Patet moralis sensus. F Demetrius siquidem interpretatur nimium persequens, Nicanor lucerna stans, Iudæa confessio, Iudas confitens interpretatur. Quem igitur per Demetrium persequentem nimium possumus intelligere, nisi diabolum? Et quem per Nicanorem lucernam stantem, nisi mentis elationem? Nicanor itaque elephantorum turmis præponitur, quoties incorrigibilium mentibus superbia dominatur. Ossa siquidem crurum elephantorum iuncturis carent, vnde superbis assimilantur, qui à suo proposito flecti nequaquam valent. Mittitur itaque Nicanor à Demetrio, id est spiritus elationis à diabolo. Mittitur in Iudæam, vt destruat confessionis terram, vt Iudam capiat, & eos qui cum eo sunt dispergat: vt eos scilicet, qui peccata sua cõfitentur, curiositate teneat, & peruersa consuetudine liget: & eos, qui confitentes consolantur, impediat, orationem & cogitationem turbet. Audiens tamen Nicanor virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, sanguine iudicium facere metuebat. Habet Iudas comites, diuersas videlicet corporis & animæ virtutes. Habet enim comitem, cordis gemitum & contritionem. Habet socium etiam laborem & ieiunium. Habet & alios comites innumerabiles, opera scilicet pœnitentiæ, & humiliatæ mentis cogitationes. Contra comites ergo Iudæ Nicanor sanguine iudicium facere metuit, quoniam superbiæ spiritus huiusmodi viribus non resistit. Hęc enim sunt, quæ carni & sanguini contradicunt. Quamobrem Nicanor tres nuntios misit, qui dextras darent & acciperent. Tres nuntios mittit, quoties peccator in aliquo bono cogitationis, locutionis & operationis confessioni consentit. Dextras dant & accipiunt, quando inuicem bonis operibus se consentire promittunt. Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium fuit vna sentẽtia amicitijs annuere. Diu consilium agitur, vt Iudæ Nicanor reconcilietur. Hoc enim uix aut nunquam euenit, G vt superbus confessioni humiliter sociari possit. Sed cum res ad hoc perducitur, vt amicitijs annuatur, tunc diem constituerunt, quo secreto inter se agerent. Inter Iudam & Nicanorem dies constituitur, quando cuiuslibet animus confitendi peccata desiderio inflammatur: dies constituitur, dum ad lucem confessionis peccator inuitatur. Et tunc secreto inter se res agitur, quando aliquis pœnitens peccatum humiliter confitetur. Et congruum colloquium fecerunt Iudas & Nicanor, dum peccator quod male gesserat detegit, & ille, cui confitetur, diuersos pœnitentiæ modos imponit: dum iste se humiliter iudicat, & ille ne desperet confortat: dum alter malis, quæ gessit, renuntiat, alter vero bonis, quæ facere debeat, pœnitentem informat. Morabatur autem Nicanor Hierosolymis, & nihil inique agebat, gregesque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimisit. In Hierosolymis Nicanor manet, quãdo

1 Ma. 14.

2. Mac. 15.

2. Mac. 15.

post

post pœnitentiam pacem peccator tenet, & nihil inique agit, quia ab ijs, quæ malefacere consueuerat, in pace quiescit. Gregesque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimittit, quia de præteritis turbari nequit, sed ea, quæ prius ægre tulerat post confessionem æquanimiter portat. Habebat autem Iudam semper charum, & ex animo erat viro inclinatus. Nicanor Iudam diligit, dum peccator ea quæ recolit, de ijs quæ male gesserat diligenter attendit. Et ex animo inclinabatur viro. De ijs enim, quæ prius erecta ceruice se fecisse recolit humiliato mentis vertice, in confessione se postea substernit. Et exasperatus rex Demetrius scripsit Nicanori dicens grauiter se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamē vt Machabæum vinctū citius mitteret Antiochiam. Dum Nicanor cum

H Iuda in bonum pacis inducitur, tunc Demetrius rex exasperatur: quia dum peccator ad pacem confessionis redit, diabolus grauiter insurgit, iubet, vt Iudas vinctus Antiochiam citius mittatur, vt per hoc absque mora bonum confessionis impediatur. Ligari Iudam postulat, vt opus pœnitentiæ, quod confessionem sequitur, debilitare queat. Solent enim qui alios captos tenent, hoc habere consuetudinis, vt transuersis post tergum manibus eos ligēt. Per manus bonas operationes intelligere

Psal. 46. solemus. Vnde scriptum est: Plaudite manibus, id est operibus. Post tergum igitur manus ligatas gerit, qui bonum opus, quod ante oculos habere cōsueuerat, obliuioni tradit. Hoc enim Demetrius agere non cessat, quin peccatorum funibus ligatum Iudam, id est aliquem peccata sua confitentē, a bonis operibus, si possit, expertem reddat. Venit Nicanor ad sanctissimum templum in Hierusalē, non vt conseruet, sed vt destruat pacem: & a sacerdotibus virum sibi tradi præcipit, vt eorū, ad quos confessio pertinet, confessionis vires eneruare possit. Manum contra templum iratus extendit, quia superbus ea, quæ sunt religioni contraria, facere nō omittit. Nisi, inquit, tradideritis mihi vinctum Iudam istud Dei phanum in planitiem deducam. Immo si Iudam traderent Nicanori, non remaneret lapis super lapidem in constructione templi.

1. Cor. 3. Templum, inquit, Dei sanctū est, quod estis vos. Si enim destrueretur confessionis virtus, destrueretur quilibet fidelis animus. Nec remaneret lapis super lapidem, quia superbiæ spiritus subuerteret confessionis humilitatem. Et altare, inquit, effodiā id est deuotionem cordis (in qua orationum thy-

I miamata cremantur) omnino subuertam. Cōperit autem Nicanor Iudam esse in locis Samariæ, & cogitabat in die sabbati cum omni impetu committere bellum. Sabbatum requies, Samaria custodia interpretatur. Loca igitur Samariæ sunt loca custodiæ, sabbatum cor quietum. Cum enim aliquis in bono opere quiescit, & seipsum solerti circunspectione custodit, tunc Nicanor idest spiritus superbiæ nō obtinet, vt consiliū perficiat, & cū Iuda die sabbati in locis Samariæ præliū cōmittat. Erectus autē Nicanor cū summa supbia, cōmune trophæū cogitauerat statuere de Iuda. Cōmune trophæū de Iuda Nicanor statuit, quoties nō priuatā gloriam, sed communem superbus de subuersione confessionis quærit: Dum enim peccator culpam suam defendit & excusat, tunc de Iuda Nicanor omnino triumphat: Sed dum seipsum iudicat & affligit, tunc Iudas de Nicanore triumphans humiliter vincit. Machabeus autem cōfidebat cum omni spe auxilium sibi a Deo affuturum. Non solum Iudas in præsentibus spem ponit, sed etiam de futuris Deo auxiliante confidit, & illum securius inuocat quem futurum sibi propitium post mortem patienter expectat. Nec tantum munitione clypei & hastæ socios armat, sed sermonibus optimis & hortationibus eorundem animos informat. Nicanor autem, & qui cum eo erant, cum tubis & canticis sese admouebant. Tuba intus est vacua, & si ex ære, metallo videlicet valde sonoro, signat autē seculi vanitatem. Sed vt tubā sonum reddere valeat, necesse est, vt aliquis eam ori suo iungat, ventum attrahat & emittat. Ori suo tubam vt resonet apponit, qui per secularis eloquentiæ dulcedinē aliorum fauorem quærit. Ventum attrahit, qui vanæ gloriæ desiderio inflatus superbit. Ventū emittit vt tuba resonet, quoties aures audientium iactātiæ verbis superbus inflat. Cum tubis igitur & canticis Nicanor, & qui cum eo erant sese admouent, dum vanæ gloriæ seu iactantiæ mentes audientiū delectatione demulcent. Iudas vero, & qui cum eo erāt, inuocato Deo, per orationes cōgressi sunt manu quidem pugnantes, sed corde Dominum orantes. Hæc tria sunt confessori necessaria, lingua videlicet, & cor, & manus: vt in corde contritio, in lingua sit oratio, in manu operatio. In contritione autem cordis deleat peccator culpam, in oratione petat veniam, in operatione agat pœnitentiam. Et cognouerunt Nicanorem fuisse cum armis suis. In hoc bello Nicanor moritur, dum in corde culpa cognoscitur, dum lingua veniam deprecatur, dum quod per pœnitentiam iniungitur, manus humiliter operatur. Cum hoc agitur, Nicanor moritur, quia tunc superbus ad humilitatem reuocatur. Præcipit autem Iudas caput Nicanoris, & manū cum humero abscissam Hierosolymas perferri: Linguam etiam Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari. Caput Nicanoris, est intentio peruersæ operationis, manus peruersum opus, lingua detractionis verba. Caput Nicanoris amputat, qui intentionem peruersæ operationis damnat: Manum abscindit qui peruersum opus iudicat & reprehendit. Lingua præciditur, dum ociosus sermo per silentium amputatur. Lingua Nicanoris auibus particulatim dari præcipitur, cum a pœnitente pro ijs, quæ male gesserat, sanctorum suffragia quæruntur. Sed & aues sunt quilibet viri spirituales: Aues enim sunt, qui remoti a terrenis sublimiter viuunt. Huiusmodi auibus linguam diuidit, qui pro diuersis peccatis diuersas orationes fundit. Hæc autem Iudas Hierosolymis perferri iussit. Nihil enim prodesit, nisi pacem teneat, qui peccata præcidit.

Pulchra comparatio.

¶ De

¶*De ijs, qui defendunt Iudæam & Hierusalem. Cap. V.*

I Longe frater digressi sumus vt aliquid de cõfessione ad ædificationem claustralium diceremus, sed nec adhuc distuleram, quin de confessione sub breuitate aliquid dicã. Ipsa est enim initium, & finis humanæ conuersationis, nec ad Hierusalem mysticam, vel moralem, vel etiam cælestem peruenire poterit, qui confessione fidei, vel confessione peccati dum vixerit, & in mortis articulo carebit. Exeuntibus autem de seculo, & exeuntibus de corpore necesse est, vt exeant Iuda duce idest confessione præcedente. Primus Iudas
1.Mac.3. Machabęus inter fratres ducatum tenuit. Prima tribus Iuda per turmas exercitus sui ad Orientem ta-
Num.2. bernaculi fœderis tentoria fixit. Primus iuxta imperium Domini Iudas per turmas suas castra mo-
Num.7. uit. Primo die Naason filius Aminadab de tribu Iuda oblationem suam obtulit. Primus inter fratres Iudas Machabæus ducatum tenuit, quia inter cæteras virtutes confessio primatum tenet, & du-
1.Mac.5. cit ad salutem. Exijt inquit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrũ est. Iudas exit, dum quod in corde latet, confitendo per os procedit. Et expugnat filios Esau, quãdo carnales affectus extirpat bonę operationis manu. Maxime autem eos, qui sunt in terra, quæ est ad Austrum destruxit, quia eos, qui carnis desiderio feruent, citius extinguit. Sed & fratres eius cum eo exeunt & pugnãt, quoties virtutes confessioni
K affines, opus confessionis iuuãt. At Machabæus (in-
2.Mac.8. quit) congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur, & superueniens castellis & ciuitatibus, improuisus succendebat eas, & opportuna loca occupans, nõ paucas hostium strages dabat. Iudas multitudinem congregat, quia confessio multas virtutes sibi sociat. Et fit gentibus intolerabilis idest vitijs animæ, & affectibus carnis. Superueniens castellis & ciuitatibus, improuisus succendit eas. Castella sunt corda rebellione plena, ciuitates sunt mundanæ voluptates plenæ vitijs, quia abũdant diuitijs. In has autem superueniens Iudas improuisus intrat, quando præcedente spiritus sancti gratia, corda sublimium voluptati dedita confessio ad humilitatem inclinat. Intrat & succendit, quia quos Spiritus sancti gratia replet, ardẽtes facit. Opportuna loca occupat, vt ex opportunitate locorum hostibus sine periculo superior fiat. Loca opportuna Iudas occupat, dũ loca quæ religioni conueniunt, pœnitentibus assignat. Non paucas hostium strages facit, quando in confessione vitiorum multitudo succumbit. Primus exit & vltimus a bello reuertitur, quia non tantum voluntarios, sed etiam ad confessionem tardos expectat, & eis in fine sociatur. Erat (vt refert historia)
1.Mac.5. Iudas congregans extremos, & hortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda. Cum reuerteretur Iudas a prælio, quod contra Timotheum gesserat, extremos congregare non cessat. Timotheus interpretatur beneficus. Habet enim diabolus quosdam ministros, quos dicunt esse beneficos, qui subiectos sibi in ocio & voluptate nutriunt, & eosdem peruerse viuere permittunt, & quia hoc agitur, a quibusdam benefici vocantur. Cum autem Timotheus trans torrentem L
castra poneret, & Iudas ad torrentẽ aquæ veniens appropiaret, ait Timotheus principibus exercitus 1.Mac.5.
sui. Si Iudas ad nos prior transierit, nõ poterimus sustinere eum: si vero timuerit transire, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Et transfretauit ad eos Iudas prior, & cõtritę sunt gentes. Torrentem aquę Iudas prior transire non timuit, quando aliquis peccata sua confitens, ad confessionem cum lachrymis accedit. Sed vtinam Timotheus aquæ torrentem ad Iudam transiret, vt qui voluptuose viuere consueuerat, cum lachrymis pœniteret. Primus igitur Iudas non timet transire fluuium, & cũ reuertitur, extremus sequitur exercitum. Dispersos congregat, quia diuersos animi motus ad vnitatem mentis reuocat. Fessos erigit, dum consolatur eos, quos itineris protensi labor frangit. Tardos increpat, & eorum pigritiam ne ab hostibus capiantur, accusat: vulneratos ne desperent instruit, sed ad spem salutis reuocat & accendit: oneratos subleuat, & ne succumbãt onori, verbis & exemplis iuuat. Dispersi sunt, qui dissolute viuunt, fessi, quibus est tædio vita Christi, tardi sunt, qui ad bene operandum, a nemine cogi possunt. Vulneratos illos esse dicimus, quos diaboli iaculis percussos esse videmus. Onerati sunt, qui sub onere longæ conuersationis dolentes gemunt. Sequitur: Hortabatur autem populum per M
totam viam, donec veniret in terram Iuda. Per totam viam populum Iudas hortari nõ desinit, quia peccator pœnitens per totam viam orationum suffragijs incumbit, donec ad terram Iuda perueniat idest in firmitate boni operis per confessionem stabilis existat. In primis tribus Iuda (sicut superius Nume.2.
diximus) exiens de Aegypto per turmas exercitus sui ad Orientem tabernaculi fœderis tentoria fixit In primis castra mouit. Primo die Naason filius Nume.7.
Aminadab princeps de tribu Iuda oblationes obtulit. Tribus Iuda in primis tentoria figit, quia qui confitetur peccata sua, in misericordia Dei spem ponit. Non enim hic habet manentem ciuitatem. Hebr.13.
sed futuram inquirit. Ad orientem tentoria figere dicitur, quia in initio confessionis radio cognitionis illuminatur. Cognoscit & iudicat quod male gesserat, præuidet & discernit quod in futuro sine culpa fieri possit. In primis castra mouere festinat vt ad terram promissionis per gradus virtutum peruenire queat. Primo die Naason filius Aminadab princeps de tribu Iuda oblationem obtulit, quia qui sponte seipsum offerre desiderat, ad offerẽdum citius accedit. Naason, serpentinus, Aminadab, pater meus spontaneus interpretatur. Serpens (vt dicitur) per angustum foramen transire nititur, vt pelle veteri spolietur. Sic peccator per angustum foramen confessionis egreditur, vt veterem exuat hominem, & induat nouum, qui de die in diem renouatur per confessionem. In hoc siquidem foramine districtæ confessionis remanere

dicitur

dicitur pellis, id est gloria mundanæ conuersationis. Ibi enim serpentis pellis remanet, vbi per humilitatem confessionis superbia relicta iacet, & ibi pellis relinquitur, vbi peccator à peruersa consuetudine per districtionem disciplinæ separatur. Vi-
N des ne quomodo hi, qui ad Iudam pertinent, in omni negotio primatum tenent? Audis ne quali-
Iudi. 1. ter in libro Iudicum post mortem Iosue Iudas obtinuit principatum? Ait enim scriptura. Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel Dominum dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæū, & erit dux belli? Dixitq; Dominus, Iudas ascēdet: & ecce tradidi terram in manum eius. Iosue, Saluator interpretatur. Mors Iosuæ, est priuatio spiritualis vitæ. Filij Israel Dominum consulunt, quando ij, qui Deum videre desiderant, ducem veniendi ad terram promissionis quærunt. Quis ascendet ante nos (inquiunt) contra Chananæum, & erit dux belli? Ascendit, qui de virtute in virtutem proficit. Contra Chananæum ascendere nititur, qui contra mundana negotia totis viribus præliatur. In mundanis siquidem negotijs quotidie bellum geritur: quia de ijs, quæ mens cogitat, vel manus agit, multoties animus gloriatur. Sed ad hæc expugnanda Iudas eligitur, vt quod in mundanis negotijs delinquitur, in virtute confessionis deleatur. Iudas (inquit Dominus) ascendet, quia qui peccata sua humiliter cōfitetur, populum virtutum ad terram promissionis deducet. Et ecce in manum eius terra traditur, cum terrenis desiderijs virtus confessionis dominatur. Chananæus, negociator siue humilis interpretatur, quia animus multoties etiam de humilitate gloriatur, & efficitur longo tempore humilis, vt postea possit fieri sublimis, mutuata humilitate
Iudi. 1. pro sublimate. Et ait Iudas Simeoni fratri suo. Ascende mecum in sortem meam. Iudas cōfessio, Simeon exauditio interpretatur. Qui enim peccata confitetur, necesse est, vt à Domino exaudiri mereatur, vt contritionem veræ cōfessionis sequatur deuotio faternæ orationis, & qui se in confessione coram Deo humiliat, suffragia sanctorum, & orationes fratrum sine cessatione quærat. Ecce qualiter Iudas cum Simeone, id est confessio cum fraterna oratione contra Chananæum pugnant, vt eum deleant, & terram promissionis obtinere queant. Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradētes cunctam incendio ciuitatem. Hierusalem, visio pacis interpretatur. Est autem vera pax, & falsa pax. Oppugnant igitur filij Iuda Hierusalem, dū ij, qui peccata sua confitentur, habuisse cum fratribus seipsos accusant falsam pacem. Oppugnant & capiunt, dum qui falsam pacem tenuerant, veræ paci non contradicunt. In ore gladij eam percutiunt, quando gladio doctrinæ verbi Dei vitia succidunt. Tradentes (inquit) incendio cunctam ciuitatem. Incendio Hierusalem à filijs Iuda traditur, cum post confessionem cor cuiuslibet conuersi gratia Spiritus sancti inflammatur. Sic igitur filij Iuda Hierusalem possident, ædificant pacificā mentem moribus, firmant bonis operibus, & veræ pacis concordiam tenent, & qui fictam pacem cum fratribus habere consueuerant, totis animi medullis fratres veraciter amant. Ex ijs, quæ diximus, satis aperte conijcimus, quòd quando filij Israel exierunt de Ægypto, facta est Iudæa sanctificatio eius.
In exitu siquidem Israel de Ægypto facta est Iudæa Psal. 113.
sanctificatio eius Israel potestas eius. Narrat pro- O
pheta nobis exitum Israelitici populi de Aegypto, vt per historialē intelligamus mysticum, & moralem. Mysticus Israelitici populi exitus, est exitus totius ecclesiæ de potestate diaboli. Exitus vero moralis fit, quoties per pœnitentiam a peccatis exiitur quælibet anima fidelis. Audis quòd Iacob & Israel de Aegypto exeunt. Sunt enim quidam, qui adhuc contra vitia luctari non desinunt: sunt & alij, qui subactis vitiis Deum videre cōtendunt. Domus (inquit) Iacob de populo barbaro. Barbarus a barba & rure dictus est. Vnde Cassiodorus ponens huius dictionis significantiam dicit. Barbarus a barba & rure dicitur, qui nunquàm in vrbe vixerit, sed semper vt fera in agris habitasse noscatur. De populo barbaro igitur domus Iacob exire nititur, quando ab incultis moribus, & a feritate cordis animus separatur. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Ne timeat qui contra vitia luctatur, quando de Aegypto egreditur, quia Iudæa, id est confessio sanctificat illum, qui luctando vitia supplantat. In exitu Israel de Aegypto confessio iustum facit de impio. Cum vero ab Aegypto discesserit, in via gradientē per desertum ab hostium incursione defendit. Cū autem ad terram promissionis peruenerit, incolumem custodit. Adhuc plura libenter de confessione dicerem, nisi delicato lectori tædium inferre timuissem. Deo tamen annuente, quamdiu vixero, in Iudæa manens inseparabilis Iudæ comes ero.

De Hierusalem mystice, & allegorice. Cap. VI.

Mystice Hierusalem est ecclesia per or- P
bem terrarum vbique diffusa. Ipsa enim Hierusalem designat ecclesiæ pacem. Sub interpretatione siquidē huius nominis intelligere solemus visionem pacis. Habet autem ciuitas ista plures inimicos, multos scilicet diuersi generis hæreticos, qui non tantū ecclesiæ pacem suis incursionibus turbant, sed etiam totis viribus conantur, vt eam à statu suæ rectitudinis subuertant. Sunt & huius ciuitatis ciues & amici, quilibet viri catholici, qui non solum hæreticis verbo contradicunt, sed etiam vsque ad sanguinem certantes, eis resistere non desistunt. Multis modis Arrius, Hebion, & Cherintus, & alij hæretici pacem ecclesiæ suis assertionibus subuertere sunt conati. Sed contra Beatus Augustinus, Hieronymus, & Ambrosius, & cæteri viri catholici, Sancti spiritus gratia roborati, occurrerunt eis in faciem, vt defenderent ecclesiæ pacem. Vsque ad sanguinem Stephanus certasse legitur, qui norma nostra interpretatur. Normam siquidem iustitiæ Stephanus nobis

pro

propofuit,qui primus mori pro Domino non dubitauit. Mortem enim, quam Saluator pro omnibus dignatus eft pati, hanc ille primus reddidit Saluatori. Lapidatur Stephanus,crucifigitur Petrus,& impletur quod dicitur: fequere me. Imita-
Ioan. 21. tur enim Petrus Chriftum per mortem confimilem ideft per crucis paffionem. Simon, non tan-
Q tum Petrus,fed etiam Cephas appellatur. Cephas (vt quidam volunt) caput interpretatur. Vnde acephali, fine capite folent appellari. Simon vero obediens interpretatur. Sicut enim membra fubiacent capiti, fic & prælatis debent obedire fubiecti. Petrus vero interpretatur agnofcens. Diffolutionem Petri cognofcimus, fi eius trinam negationem diligentius attendamus. Si vero attendimus Petri recordationem,fcire poterimus negatio
Lucæ. 22. nis agnitionem. Recordatus enim Petrus verbi, quod dixerat Dominus, Prinfquam gallus cantet, ter me negabis, exiuit foras, & fleuit amare. Ter Petrus Chriftum negaffe dicitur, & ne defperet, ter vtrum diligat Chriftum, à Chrifto Petrus interrogatur. Amas, amas, amas? Amo, amo, amo,Pafce,pafce,pafce. Amas patrem, amas filiū, amas Spiritum fanctum? amo, amo, amo: corde,ore,& opere. Pafce,pafce,pafce: vita,doctrina, & exemplo. Ecce quomodo difcutitur Petrus, vt ei grex dominicus pafcendus tribuatur. Ecce qui ad vocem ancillæ prius Chriftum negauerat,nunc fratres confirmat, & qui mulieris uerba tolerare non potuit,pro Domino crucem portare non renuit. Sunt igitur ciues Hierufalem,qui defendunt
2. Reg. 5. ecclefiæ pacem. In hac ciuitate, Dauid rex fuiffe legitur,quæ tunc temporis inter cæteras vrbes fublimior habebatur. Dauid manu fortis interpretatur.In hac igitur ciuitate ille manu fortis primatum tenuit,qui mortem moriens ftrauit.

§ De Hierufalem tropologice. Cap. VII.

R Vælibet fidelis anima Hierufalem dicitur; quæ contemptis fecularibus curis meditando cœleftia contemplatur. Hæc autem ciuitas abundat multitudine ciuiū, id eft fimpliciū cogitationum copia, & abundantia virtutū. Sunt etiam in hac ciuitate viri robuftiffimi, viriles fcilicet affectus animi. Principatum huius ciuitatis obtinuiffe dicitur Dauid manu fortis. Virtutem fiquidem boni operis imitari folet multoties abun-
3. Reg. 2. dantia veræ pacis. Inde eft, quòd poft Dauid Salomon in Hierufalem regnum obtinet, quia animus,qui bonis operibus abundat, in pace manere
3. Reg. 1. folet. Viuente autem Dauid Salomon in regem vngitur, quia vigente boni operis affectu, animus quietæ mentis dominatur. Vnxerunt (inquit) Salomonem Sadoc facerdos, & Nathan propheta regem in Gihon. Sadoc iuftus, Nathan, donans, Salomon, pacificus, Gihon lucta interpretatur. In Gihon Salomon in regem vngitur, quia cum magna difficultate agitur, vt animus fibi ipfi etiam in pace dominetur, vt regat in pace fubiectum populum ideft diuerfos motus carnis, & turbas multiplicium cogitationum. Salomon non vngitur, nifi quando ad culmen prælationis fublimatur. Honores (inquit) mutant mores. Tunc enim Salomon ideft pacificus animus vnctione indiget, quia locus prælationis aut vix aut nunquàm elationis tumore caret. Neceffe eft igitur vt Salomon vngatur,ne pellis ficca rumpatur, id eft ne populus a rege feparetur,fed regentis animus humilitatis oleo molliatur. Salomon in regem vngitur, quando pacificus animus gratia Spiritus fancti fœcundatur. Eft autem locus Sancti fpiritus, animus humilis & quietus. Pellis peruncta abfque lefione patitur, S
vt in longum vel in altum fæpius extendatur. Sic pacificus animus ad quælibet opera mifericordiæ trahitur, fi oleo veræ humilitatis aliquoties perungatur. Vnxerunt, inquit, Salomonem Sadoc facerdos, & Nathan propheta. Sadoc & Nathan Salomonem in regem vngunt, quando iuftitia, & mifericordia animum cuiuflibet potentis modeftum reddunt, vt extendi valeat per difpenfationem, ne ipfe vel per iram rumpatur, vel alios a feipfo feparet per nimiam crudelitatis oppreffionem. Ecim- 3. Reg. 1.
pofuerunt eum fuper mulam regis. Mula ex equa & afino nafcitur. Vnde hoc animal ex velocitate equi, & tarditate afini naturaliter temperatur: & ideo per mulam intelligimus temperantiam. Super mulā fedens Salomon in Gihon ducitur, quia neceffe eft vt qui ad luctam regiminis trahitur, per temperantiam moderetur. Vtinam tales effent, qui in ecclefia, primatum tenent, vt in Gihon luctantes contra vitia laborarent: ad compaffionem vero fratrum vncti oleo Sancti fpiritus extendi poffent, vt inter Sadoc & Nathan medij incederent: & fic ex vna parte iuftitiam, ex alia vero mifericordiam haberent, federentque fuper mulam regis, vt in omnibus tenerent modum temperantiæ & difcretionis. T
Roboam filius Salomonis poft mortem patris populum non diuideret, fi fuper mulam, quam Dauid Salomoni reliquit, humilis fediffet. Si enim teneret modum, non diuideret regnum. Venit autem 3. Reg 12
Roboam in Sichem. Illuc enim congregatus fuerat omnis Ifrael ad conftituendum eum regem. Venit ergo omnis multitudo Ifrael, & locuti funt ad Roboam dicentes. Pater tuus duriffimum iugum impofuit nobis: Tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriffimo, & de iugo grauiffimo, quod impofuit nobis, releua nos, & feruiemus tibi. Qui ait eis. Ite vfque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Iniit itaque cōfilium cum fenioribus. Qui dixerunt ei. Si obedieris hodie populo huic, locutufque fueris ad eos verba lenia erunt tibi ferui cunctis diebus. Qui dereliquit confilium fenum, & adhibuit iuuenes, qui cum eo nutriti fuerant: & dixerunt ei iuuenes. Sic loqueris populo huic. Pater meus aggrauauit iugum veftrum, ego autem addam iugo veftro. Videns autem populus quia noluiffet eos audire rex, refpondit ei, dicens. Quæ nobis pars in Dauid? aut quæ hereditas in filio Ifai? Reuertere in tabernacula tua Ifrael. Cum moritur Salomon, Roboam filius eius ad regnum promouetur. Congregatur etiam omnis

nis Israel in Sichem, vt constituat eum regem. Salomon pacificus, Roboam latitudo populi, vel
impetus populi interpretatur. Tunc enim Salomon idest pax in animo cuiuslibet hominis moritur, dum in qualibet mente impetus iracundiæ, vt
regnare debeat, radicatur. Congregatur etiam omnis Israel in Sichem, vt inclinet humerum ad laborem. Conqueritur quòd ei grauissimum iugum imponitur. Sed Roboam vsque ad tertium diem inducias postulat, vt interim de prædictis consilium
sumat. Sed impetus iræ, qui nunquam maturo
consilio nouit consentire, iuuenile consilium sequitur, quia iuuenilis impetus leuitatem per omnia comitatur. Tertia die populus ad Roboam redijt, populo Roboam durè respondit. Pater meus
3.Reg. 12 inquit, cecidit vos flagellis, ego cædam vos scorpionibus. Audit populus quod antea metuebat,
sed ne impetus iracundiæ vsq; ad crudelitatem procedat: ideo fugiens quod metuit populus ab Roboam, id est ab impetu iræ, videntium Deum simplicitas recedit. Audis quòd post mortem Salomonis Roboam regnauit in Hierusalem, quia im
V petus iracundiæ illam, quæ diu pacem tenuerat,
3.Reg. 14 in habitat mentem. In anno quinto regni Roboam
ascendit Sesac rex Aegypti in Hierusalem, & tulit
thesauros domus Domini, & thesauros regios, &
vniuersa diripuit, & scuta aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea. Sesac interpretatur byssus cilicij. Cilicium est vestis
pœnitentium. Hac enim veste se induunt, qui peccata plangere nouerunt. Byssus vero est genus pan-
Matt. 11. ni subtilitate & mollitie dilicati. Qui enim in domibus regum sunt, mollibus vestiuntur, & voluptuosa quærunt. De cilicio igitur byssum faciunt,
qui asperitatem vitæ in voluptatem vertunt. Tulit
autem Sesac thesauros de domo Domini, id est secreta diuini consilij. Sed & thesauros regios abstulit, quia discretas dispensationes voluptas dissoluit
Thesauros, quos Salomon, id est pacificus animus
fortsitan congregauerat, regnante Roboam Sesac
rex Aegypti, id est voluptas seculi dissipare non cessat. Scuta vero aurea sunt sacræ scripturæ verba.
Scuta sunt, quia veræ fidei firmitatem defendunt.
Aurea, quia ex puritate procedunt. Quæ scuta, inquit, Salomon fecerat, quia quietus animus contra hæreticos in pace verba defensionis parat. Pro
quibus rex Roboam scuta ærea fecit. Scuta ærea,
sunt secularia verba. Scuta sunt, quia multoties veritati resistũt: fiunt ex ære, id est ex sonora materia
secularis eloquentiæ. Aes enim quando tangitur,
procul auditur, quia impetuosus animus cum manu reprehensionis tangitur, ad lites & iurgia prouocatur. Aurum vero, dum tangitur, non clamosa
vocis sonoritate stridet; sed etiam fortiter percussum silet. Similiter animus pacificus etiam conuicio tactus, conuicium patitur tacitus. Et vniuersa
(inquit) diripuit. Vniuersa Sesac rex Aegypti
diripit, quia voluptas carnis quicquid alij congregant, in vsus proprios consumit.

De muro Hierusalem mystice, & moraliter.
Cap. VIII.

Hierusalem mystica idest ecclesia, dicitur habere diuinæ scripturæ murum X
per quem repellat subtiles insidias,
& apertos insultus hæreticorum. Super muros tuos Hierusalem consti- Esa. 62.
tui custodes: non cessabunt die ac nocte laudare
nomen Domini. Custodes murorum sunt doctores scripturarum. Qui muros custodiunt, quia diuinæ legi vigilantes intendunt. Die ac nocte nomen Domini laudare non cessant, quoniam in
prosperis, & in aduersis ad Deum clamant. Hoc
nomen, quod inuocant, dicitur Iesus. Iesus autem
Saluator interpretatur. Qui enim nomen Saluatoris inuocant, hi sunt, qui desiderant, vt omnes homines salui fiant. Moraliter autem murus animæ Y
fidelis, est structura bonæ operationis; Custodes
murorum, solers custodia circunspectionum. Quæ
in nocte negligentiæ per prouidentiam vigilant,
in die vero discretionis munitiones parant. Nomen Domini laudare non cessant, quia pro salute
animæ assiduis desiderijs ad Deum clamant. Clamant ciues, clamant & hostes. Longe tamen diuersus est clamor hostium a clamore ciuium. Clamant enim catholici, clamant & hæretici. Clamauit (inquit Hieremias) cor eorum ad Dominũ Thre. 2.
super muros filiæ Sion. Clamauit cor eorum. Quorum? hæreticorum. Murus vero filiæ Sion sunt qui
veritatem fidei defendunt. Super muros hæretici
clamant, qui se dicere potiora gloriantur quàm
catholicæ fidei doctores dicunt. Super muros clamant, quia superiores in conflictu disputationum
doctoribus ecclesiæ se esse putant. Clamant ad Dominum non in contritione cordis, sed crudelitate
iniquitatis. Super muros hæretici sunt, dum præualent & destruunt. Cor eorum ad Dominum clamat, quando per elationem cordis diuinæ potentiæ derogat. Moraliter autem per hostes, animæ carnales affectus possumus intelligere, per cor hostũ,
delectationem carnalium, per murum, ordinem
virtutum. Cor igitur ad Dominum clamat, quia
delectatio carnis ad hoc laborat, vt ordinem virtutum interrumpat. Hunc murum pro culpa ciuium
Dominus dissipare permittit, dũ vel ecclesia hæreticis, vel qualibet anima fidelis vitijs non resistit.
Vnde Hieremias. Cogitauit, inquit, Dominus
dissipare murum filiæ Sion. Murum filiæ Sion Do- Ibidem.
minus dissipare cogitat, quamdiu peccantium culpas per patientiam portat. Cogitat & destruit, dum
eos, quos patienter expectauerat, puniendos hostibus relinquit. Nec tantum muros ciuitatis destruit
sed etiam muros turrium in manus inimicorum
tradit. Vnde prædictus propheta, Tradidit (inquit) Ibidem.
Dominus in manus inimici murus turrium eius.
Muri turrium sunt ij, qui in sublimitate vitæ alios
præcellunt. Sunt etiam muri turrium, quæ supereminent alias virtutes, discretæ circunspectiones
virtutum. In manus ergo inimici muri turrium
traduntur, cum vel doctores ecclesiæ hæreticis, vel
summæ virtutes animæ vitijs subijciuntur. Cum
hoc

hoc ergo agitur, absque muro Hierusalem inhabi-
Zacha.2. tatur. Vnde dicitur. Absque muro inhabitatur Hierusalem. Murus autem Hierusalem incolumis stare dicitur, dum diuinæ scripturę verbis ecclesia nullo contradicente munitur. Stant etiam muri turrium, dum vita & moribus commendatur doctrina prælatorum.

¶ *De portis Hierusalem moraliter. Cap. IX.*

Z Habet etiam Hierusalem portas, exhortationes videlicet sanctorum patrum discretas, per quas ingredimur in ecclesiã & egredimur ad æternam vitam. Attol-
Psal.23. lite, inquit, portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Principes sunt boni vel mali doctores. Malorum portæ sunt peruersæ suggestiones, bonorum vero sanctæ exhortationes. Per istas itur in cœlum, per illas descẽditur ad infernum. Istæ grauantur, illæ eleuantur. Istæ æternales sunt, quia ad æternitatem perpetuæ felicitatis ducunt: illæ sunt portæ mortis, quia perducunt ad abyssum perpetuæ damnationis. Per istas introibit rex gloriæ, per illas diabolus rex su-
Thre.2. perbiæ. Defixæ sunt in terra (inquit Hieremias) portæ eius. Defixæ in terra portæ Hierusalem esse referuntur quoties amore terrenarum rerum prælati ecclesiæ delectantur. Et erectæ sunt, quoties cę-
Exec.9. lestia quærunt. Vnde per Ezechielem prophetam dicitur. Porta, inquit, respiciebat viam Aquilonis. Via Aquilonis est vita peccatoris. Viam Aquilonis porta respicit, quando quilibet doctor spiritualis considerat, & reprehendit vitam peccatoris. Porta enim doctor esse dicitur, quia per ipsum ad ęternã vitam recto tramite peruenitur. Sed & per portas animę designare possumus diuersos corporis sensus. Portę enim sunt, quia per eas intrant & exeunt, qui ciuitatem subuertunt. Exeunt & intrant, qui ciues eiusdem ciuitatis quandoque muniunt, & conseruant. Hæ siquidem portę tunc in terra defixę iacent, quando sensus corporis terrenibus desiderijs penitus inhęrent. In vectibus vero erectę pendent, quoties corporis sensus diuinæ contemplationi patent.

Porta bonorum & malorum.

¶ *De portis Hierusalem ex verbis Nehemiæ. Cap. X.*

A IN verbis Nehemiæ filij Elelchiæ de portis Hierusalem legisse me recolo, quod huic operi ad ædificationẽ claustralium inserere volo. Egressus
Neem.2. sum (inquit) per portã vallis nocte & ante fontem draconis, & portam stercoris: & considerabam murum dissipatum, & portas eius combustas igni. Et transiui ad portam pontis, & aqnęductum regis, & non erat locus iumento, cui sedebam, vt transiret: & ascendi per torrentem Cedron, & considerabam murum, & reuersus veni ad portam vallis, & redij. Porta vallis, est virtus humilitatis. Per portam vallis Hierusalem ingreditur, cum aliquis corde humilis ad pacem rediẽs, mente Deo reconciliatur. Per portam vallis egreditur, vt destructionem ciuitatis videat, qui ruinas ecclesiæ, vel lapsus animę humiliter reparare festinat. Et ante fontem draconis. Fons est origo flumi- B
nis: & diabolus initium angelicæ, & humanæ defluxionis. Per fontem diabolus intelligitur. Vnde diabolus deorsum fluens interpretatur. Deorsum fluit, quia a Deo corde & opere recedit. Est autem diabolus fons draconis, id est initium elationis. Ab ipso enim diabolo culpa superbiæ sumpsit exordium. Vnde post elationis inundationem, ruinæ meruit lapsum. Draco cæteris serpẽtibus maior esse dicitur, quia caput superbiæ etiam cœlũ tetigisse memoratur. Ante fontem igitur draconis transit, quia ruinam angeli, & lapsum hominis ad memoriam reducit. Et ad portam stercoris. Porta stercoris, est virtus cõfessionis. Sicut enim per portam fimus extra ciuitatem vehitur, sic per cõfessionem, peccati fœtor a mente necesse est vt eijciatur. Et considerabam murum Hierusalem dissipatum, & portas eius igni exustas. Murum Hierusalem dissipatũ considerat, & circuit, qui lapsus carnis, & scissuras mentis diligenter attendit. Considerat portas igni exustas: sensus videlicet corporis igne C
luxurię, & flammis iracundiæ consumptos. Et transiui ad portam pontis. Pons ibi construitur, vbi de vno loco ad alterum transitur. Pontem facimus, cum pœnitentiam agimus. In ponte ligna ponimus, dum transeunti animę carnem subijcimus. Pontem transimus, quando de vitijs ad virtutes trãsmigramus. Si vero porta fontis legitur (sicut in quibusdam codicibus scriptum reperitur) non est mirum si portam stercoris sequitur porta fontis, vt fœtor criminis mundetur lachrymis. Et ad aqnęductum regis. Aquæductus, est desiderium contemplandi Deum. Aqua, gratia. Aquęductus dicitur esse regis, id est rationis suo iudicio cuncta regentis. Et non erat (inquit) locus iumento, cui sedebam, vt transiret. Cum ad aquæductum regis perueniret, non erat iumento locus, vt transire posset. Iumentum est hebetudo mentis, siue sensualitas carnis. Si igitur aquæductus regis est amor contemplationis, si aquæductus gratia Sancti spiritus si iumentum hebetudo mentis, vel sensualitas carnis: non est mirum sit sensualitas carnis tam cito non transeat ad gratiam contemplationis. Et Ascendi (inquit) per torrentem Cedron. Cedron interpretatur tristis vel mœror. Anima de captiuitate reducta, id est aquiter ad Deum cõuersa, in initio conuersionis mœrens & tristis, ascendit per torrentem compunctionis. Hic est enim ordo conueniens, vt prius defleat quod male gesserat, post ad gaudium diuinæ contemplationis ascendat. Et considerabam murum. Iterum considerat murum. Murum destructum iterum considerat, qui lapsus corporis, & animæ ruinas in mente per recordationem sæpius retractat. Et reuersus veni ad portam vallis, & redij. Ad portam vallis, per quam exierat, reuertitur. Per hoc enim innuitur, ut quicquid agitur, humilitatis beneficio condiatur.

¶ De

De seris portarum Hierusalem mystice, & moraliter. Cap. XI.

D HAbet Hierusalem in portis seras, auctoritates videlicet scripturæ firmas, quæ quod dicunt, firmiter asserunt. Psal. 147. Lauda Hierusalem Dominum lauda Deum tuum Sion: Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Seras portarum confortat, qui quod docet, auctoritate confirmat. Laudet igitur Hierusalem Dominum, laudet Deum suum Sion: Quoniam confortauit seras portarum vtriusque. Quicquid enim de Christo prophetia prędixerat, auctoritas euangelij factum fuisse demonstrat. Habent autem seræ portarum clauem, & pessulum. Qui clauem custodiunt, ij sunt qui ecclesiæ curam gerunt. Clauis est potestas regentis. Per pessulum accipere possumus obedientiæ præceptum. Clauis pessulum impellit, & retrahit, quia potestas prælatorum quosdam intrare prohibet exclusos, & quosdam intus manere compellit. Nempe ingressos ne exeant prohibet: exclusos ne in-E trent ab ingressu potenter arcet. Moraliter autem anima in portis seras habet, quia sensus corporis, ne pateant hostibus, id est vitijs, clausos tenet. Aperit, quoties venienti dilecto cordis secretum pan-Cant. 5. dit. Vnde in Canticis dicitur. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Habet ostium hoc clauem, & pessulum. Clauem scilicet discretionem, pessulum discretionis modũ. Ratio portat clauem, vt quod nocet, ab ingressu mentis arceat, quod autem decet per clauem discretionis intrare permittat. Sed quandoque seræ inueniuntur obseratæ, vt si dilectus aduenerit nequaquam intrare possit, & si ratio quæ clauem gerit accedat, intrare non valeat. Hoc autem fit, quoties animus discretionis modum excedit. Sed tandiu ratio foris expectat, donec (si fieri possit) pessulum tentando retrahat. Clauem discretionis apponit, monendo vertit, nec tamen animũ conuertit. Cum autem intrare non valet, qui clauem portat, necesse est vt pessulum obstinationis, disciplinæ securis frangat: vt quod monitionibus fieri non poterat, viribus disciplinæ post modum fiat. Contingit etiam quandoque, vt qui clauem portare debuit, clauem perdere sæpius consuerit. Oportet igitur vt ijs, qui clauem discretionis sæpius amittunt (quia curam sui gerere nesciunt) aliquis discretus prouideat, qui de secretis eorum, cũ tempus aduenerit, curam gerat.

De vectibus portarum Hierusalem. Cap. XII.

F SIcut superius diximus, portæ sunt exhortationes sanctorum patrum discretæ. Vectes portarũ, statuta eorũ. Vectes sunt, quia portas vehunt. In vectibus portæ pendent, nec sic tamen, quin moueri possint, vectibus inhęrent. In vectibus portæ mouentur, vt clausæ teneantur, vel vt aperiantur. Similiter statuta patrum aliquando stricte seruantur, aliquando per dispensationem temperate laxantur. Nota etiam, quod seræ portis semper inhęrent, portæ vero circa vectes mobilitatem tenent. Sic auctoritates sanctorum patrum inmobiles esse debẽt, statuta vero pro tempore, & loco, & persona interdum mutari solent. Possumus etiã per vectes portarum intelligere consilia Iudæorũ, de quibus per prophetam dicitur. Perdidit & con-Thre. 2. triuit vectes eius. Vectes eius perdidit & contriuit, quando consilia eorum ad effectum venire nõ permisit. Erat eorum consilium, vt occiderent Christum. Consilium eorum perdidit & cõtriuit, quia quod facere cogitauerant ad nihilum redegit. Ad nihilum redegit, quia Christus a morte resurrexit. Cõsilium eorum perdidit, cum eos a terra procul eiecit. Consilium eorum contriuit, dum diuersis gẽtibus subiectos per diuersas regiones dispersit. Moraliter. Et contriuit vectes eius. Vectes sunt quę-G dam animæ virtutes, quæ portas sustinent, ne sensus corporis a sua stabilitate vacillent. Vectes perdidit & contriuit, quando virtutes vitijs sublato robore mentis diuina permissione subiecit. Sed & de vectibus alibi dicitur. Quia cõtriuit portas ęreas Psal. 106. & vectes ferreos confregit. Vnde Cassiodorus super psalterium, Portæ inquit æreæ, sunt hominum cõsuetudines vitiosæ: Vectes vero ferreos, spiritus immundos non improbe videmur accipere. Hæc enim duo metalla pro fortitudine delictorum videntur adhibita. Sed ista viribus hominum desperata, virtus diuina confregit, quando periclitantes aduentus sui lumine miserata respexit. Vectes etiã in diuina scriptura possunt accipi, quibus arca per eremum a filijs Israel solebat deportari. Facies (in-Exo. 25. quit) vectes de lignis Setim, & operies auro: inducesque per circulos, qui sunt in lateribus arcæ, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquàm abstrahentur ab eis. Arca, est ecclesia, vectes, ecclesiæ doctores. De lignis Setim vectes fiunt, quod genus ligni albę spinæ simile esse dicunt. De lignis igitur imputribilibus vectes fiũt, id est de viris, qui corruptioni non succumbunt. Auro vectes operit, qui virtutem boni operis certius per exemplum proximis ostendit. Vectes per circulos inducit, qui quatuor euangeliorũ verbis mentem attentius apponit. Nec ab eis vnquam extrahitur, sed in Psal. 1. lege Domini die ac nocte meditatur.

¶ De vicis Hierusalem. Cap. XIII.

FErtur habere prædicta ciuitas vicos, H & plateas. Vici sunt in ecclesia continentes, & coniugati. Sicut enim in materiali vico duo sunt ordines domorum, sic in vico ecclesię sunt duo ordines, videlicet continentium & coniugatorum. In libro Esdiæ scriptum repperi, quod Melchias filius Herem ædificauit in Hierusalem mediam Neem. 3. partem vici. In Hierusalem mediam partem vici ædificat, qui coniugatorum legitime iura conseruat. Alteram vero partem eiusdem vici ille ædificare dicitur, a quo munditia continentium per omnia custoditur. Inter hos ordines domorum est quasi via media, actiua vita. Per hanc igitur ambu-

lant,qui ad cæleſtem Hieruſalem peruenire feſti-
nant. Sunt autem in Hieruſalem maiores & mino
res vici. Maiores vici ſunt actiui & contemplati-
ui.Minores vero ad illos pertinent, qui ex illis de-
I riuantur,vel ipſis inhærent. Sunt & in anima qui-
dam vici morales, diuerſæ videlicet virtutum ſpe-
cies.Sicut enim in materiali vico ſunt diuerſi ordi-
nes hominum,ſic in vicis animæ ſunt diuerſitates
morum. Habet autem anima vicum timoris, & vi
cum amoris. Vicus timoris deſcendit ad portam
vallis, id eſt humilitatis. Vicus amoris ducit ad
portam pontis,id eſt ad contemplationem futuræ
retributionis.In vico timoris habitãt ſerui & mer-
cenarij. In vico uero dilectionis habitant, qui pa-
trum hæreditates expectant. Serui præ timore pœ
næ ſeruiunt, mercenarij pro labore mercedem
quærunt,filij pro ſola dilectione laborant, non vt
ſoli hæreditatem poſſideant, ſed vt cum patre ſi-
K ne fine viuant. Sed & in Hieruſalem morali alij vi
ci poſſunt aſſignari,id eſt vicus ſacerdotum, & vi-
cus ſcuta vendentium. Vicus ſacerdotum, eſt vi-
cus ſanctæ exhortationis,qui ducit ad portam ſter
quilinij,id eſt ad portam confeſſionis. Sicut enim
fimus eijcitur per portam ſterquilinij, ſic etiã per
portam confeſſionis eijcitur fœtor peccati.Eſt etiã
vicus ſcuta vendentium. Sunt enim quidam, qui
ſcuta emunt,& ſcuta gerunt,quia in neceſſitate fra
tres defendunt. Sunt & alij, qui ſcuta faciunt, &
ſcuta vendunt,quia licet ingenium, & poteſtatem
iuuandi alios habeant, non tamen abſque pecunia
fratres in neceſſitate iuuant. Scuta, ſunt defenſio-
nis verba. Scutum manu tenet, qui quod ore lo-
quitur, operibus implet.Scutum contra hoſtes ele
uat,qui in defenſione pauperum auxilium pro vi-
ribus præſtat. Scuta martyres emerunt, quia pro
defenſione diuinæ legis corpora ſua ad ſupplicia
tradiderunt. Scuta Iudas Machabæus, & fratres
eius emerunt, quando poſſeſſiones ſuas pro defen
ſione fratrum depopulandas hoſtibus reliquerũt.
Emerunt autem Machabæi ſcuta aurea. In hiſtoria
ſiquidem legitur Machabæos habuiſſe clypeos au
1. Mac. 6. reos. Refulſit (inquit) ſol in clypeos aureos, & re-
ſplenduerunt montes ab eis.Sunt autem clypei au
rei,auxilia defenſionum, quæ ſunt abſque commi
xtione temporalis lucri.In his igitur clypeis ſol re-
fulget.quia in puritate cordis per exemplum bo-
næ operationis iuſtitia clarior apparet. Et reſplen-
duerũt montes ab eis. Montes ſunt homines vita
S & moribus ſublimes. A clypeis ergo aureis mon-
tes ſplendorem recipiunt, quia cum aliquis iuſtus
bene operatur,cæteri viri ſublimes per famã bonę
opinionis clariores fiunt. Sed & in exercitu regis
Antiochi multi fuerant,qui clypeos aureos ſecum
habebant. Sunt autem (ſicut ſuperius diximus) aurei clypei, verba quæ in defenſione pro-
ximi proferuntur abſq; commixtione temporalis
lucri. Sed iſtorum clypei ideo aurei ſunt, quia cũ
proximis verba defenſionis proferunt, non pro
pretio, ſed pro iuſtitia ſe loqui dicũt. Cum autem
ſol iuſtitiæ in his clypeis reſplendet, tunc veritas
apparet.Et ſic montes ab eis ſplendorem recipiũt,
quia contra eorum falſitatem montes, id eſt iuſti
luce veritatis clariores fiunt. Nota etiam quod
in Hieruſalem domus ſcuta vendentium eſſe dici L
tur, ne alicui,quod diximus, mirum videatur.Ait
enim ſcriptura.Aedificauit Melchias filius aurifi-
cis vſque ad domum Nathinæorum: & ſcuta ven Neem. 3.
dentium contra portam iudicialem. Scuta ven-
dunt, qui pro iuſtitia munera libenter accipiunt.
Sed domum ſcuta vendentium contra portam
iudicialem eſſe, ſcriptura dicit. Illos enim,qui iu-
ſtitiam vendunt,conſcientia reprehendit: & cõtra
portam iudicialem domus eorum poſitæ ſunt,
quorum mens & conſcientia veritati contradicũt.
Hoc autem toties myſtice, vel moraliter agitur,
quoties aliquis vir eccleſiaſticus cupiditate vin-
citur, vel quoties animus adulationis laude remu
neratur. Nec mirum ſi in Hieruſalem,id eſt in ec- M
cleſia vel in anima,iſtud agitur,cum econtrario in
Damaſco, id eſt in ſeculo vel in ſeculari animo, vi
cus rectus & domus Iudæ reperiatur. Dixit enim Actu. 9.
ad Ananiam in viſu Dominus. Surge, & vade in
vicum,qui vocatur Rectus, & quære in domo Iu-
dę Saulum nomine Tharſenſem, ecce enim orat.
Ananias,gratia Domini, Iudas confeſſio, Saulus
tentatio reſpiciens. Tharſenſis exploratio gau-
dij interpretatur. Ad Saulum Ananias mittitur,
quando ad eum, qui peccatum conſiderat, gratia
pœnitendi tribuitur. Tentationem conſiderat &
reſpicit, qui tempus & locum, delectationem &
conſenſum tentationis attendit. Talis in domo Iu
dæ quæritur,& inuenitur,qui in domo confeſſio-
nis,adhuc manens in ſeculo,demoratur. Ponitur
autem hęc domus in vico, qui vocatur Rectus.
Qui enim in domo confeſſionis manet, procul du
bio metam recte viuendi tenet. Sed qui Tharſen-
ſis eſt vitam cęleſtem in terris tolerat, vt poſtmo-
dum cœleſtis gaudij explorator fiat.

¶ *De plateis Hieruſalem. Cap. XIIII.*

IN Hieruſalem plateæ dicuntur eſſe. N
Vnde per Hieremiam dicitur, cum
in lamentationibus ſuis de ciuibus
Hieruſalem loqueretur. Cum defe- Thre. 2.
cerũt (inquit) quaſi vulnerati in pla-
teis ciuitatis. Habet igitur Hieruſalem ciues bo-
nos & malos, habet paleas & areas. Habet in hor-
reis grana cum paleis. In plateis Hieruſalem boni
ſunt, ſed non deficiunt,quia vanitatibus ſeculi de-
diti non ſuccumbunt.Mali vero in plateis ciuitatis
ſunt,& deficiunt,quia vagi & inſtabiles voluptati-
bus carnis non reſiſtunt. Plateę ſunt vię latę, quę
per eas gradientes ducunt ad mortem. Cum defi-
cerent (inquit) quaſi vulnerati in plateis ciuitatis.
Peccata ſunt quaſi vulnera.Quaſi vulnerati in pla-
teis deficiunt,qui deficientes in bono a delectatio
ne peccati non reſipiſcunt. Ad hoc etiam pertine-
re videtur,quod in eodem ſcriptura reperitur. Cũ O
deficerent (inquit) paruulus & lactans in plateis Thre. 2.
oppidi.Paruulus,eſt ſimplex & rudis populus.La
ctans,eſt doctor carnalia prędicans. Plateę oppidi
ſunt delectationes huius mundi. In plateis igitur
oppidi paruulus,& lactans deficiunt, quando prę
lati

lati cum subiectis cessantes à bonis operibus, passim carnalia quærunt. Huiusmodi plateæ quandoq; lutum habent, quandoq; puluere, & siccita-
Psal. 17. te scatẽt. Vnde Psalmista. Et comminuam, inquit, eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutũ platearum delebo eos. Puluis, est dissolutio humanę fragilitatis, ventus, superbiæ spiritus. Ventus suo impetu puluerem subleuat, quoties aliquis vitam cuiuslibet dissoluti verbis adulatorijs laudat. In puluere vero turbinẽ generat, dum dissolutas actiones impetus elationis turbat. Vt puluerem ergo inimicos suos Dauid comminuit, quando ille manu fortis actiones peruersorum dissolutas remanere permittit. Vt lutum platearũ delebo eos. Lutum in plateis, est immunditia carnis. Habet igitur Dauid inimicos, id est luxuriantes, & lubricos. Et delebo inquit eos. Vnde? forsitan de libro vitæ.

¶ De quatuor plateis Hierusalem moraliter. Cap. XV.

Vatuor plateæ in ciuitate Hierusalem dicuntur esse, scilicet platea latior, & platea domus Dei, Est etiam platea ante portam aquarum, & alia platea ante portam Ephraim. De platea la-
Neem. 3. tiori dicitur. Et dimiserunt Hierusalem vsque ad murum plateæ latioris. De platea domus Dei dici-
1. Esdræ. 10. tur. Sedit omnis populus in platea domus Dei trementes pro peccato, & pluuijs. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos. Vos transgressi estis, & vxores duxistis alienigenas. De platea, quæ est an-
Neem. 8. te portam aquarum dicitur. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quem præceperat Dominus Israeli. De platea siquidem portæ Ephraim
Neem. 3. dicitur. Egressus est populus, & attulerũt frondes de arboribus, feceruntque sibi tabernacula vniusquisq; in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. Muri Hierusalem à filijs Israel ædificari dimittuntur, quando ad murum plateæ latioris appropinquatur. Latior platea, est secularis vita: murus plateæ, aduersitas vitæ. Inde est, ꝙ
Actu. 9. discipuli qui erant Damasci, per murum submittentes in sporta dimiserunt Paulum. Vnde Beda super actus Apostolorum. Murus, inquit, Damasci (qui sanguinem bibens interpretatur) est aduersitas seculi. Rex Aretha (qui defensio interpretatur) diabolus intelligitur. Sporta, quę iuncis palmisq; solet confici, fidei speiq; cõiunctionem designat. Iuncus enim viriditatem fidei, palma vitæ æternæ spem significat. Siquis igitur se muro aduersitatis cinctum videat, sportã virtutis, qua euadat, festinus ascendat. Sedit omnis populus in pla-
1. Esdræ. 10. tea domus Dei mœrens pro peccato, & pluuijs. Domus Dei, est domus conuersionis. Quæ plateã habere perhibetur, quoties secularibus negotijs exterius implicatur. Sed qui diu per plateam leti discurrere consuerunt, quandoque in eadem platea sedentes ꝓ peccato gemunt, quia qui in domo Dei secularitati studuerant, postmodum ad se reuersi quietæ mentis esse desiderant. Nec tantum pro peccato, sed etiam pro pluuijs foris stare nequeũt, sed totis desiderijs animi interius esse quęrunt. Tempus inquiunt pluuiæ est, & non sustinemus stare foris. Pluuia, est catholica doctrina: foris enim stare non sustinet, quem doctrinæ spiritualis pluuia perurget. Surrexit etiam Esdras sacer- 1. Esdræ. 10.
dos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & vxores duxistis alienigenas, vt adderetis super delictum Israel, & nunc date confessionẽ Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Ecce pluuia, id est correptionũ doctrina. Vxores vero alienigenæ sunt seculares curę. Ex his confessio datur, dum culpa cognoscitur. À populo terrę, & ab vxoribus alienigenis separatur, qui terrena negligit, & cui curæ seculares odio habentur. Sequitur de platea, quę est ante portam aquarum, in qua populus congregatur quasi vir vnus dicentes Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi. Porta Neem. 8.
aquarum est admonitio scripturarum, platea peccatorum memoria. Ante portam igitur aquarum platea esse dicitur, quia per admonitionẽ scripturarum peccatum ad memoriam reuocatur. In qua populus quasi vir vnus colligitur, dum in vnitate perseuerãs, per dilectionem magistris & fratribus vnitur. Et sic librum legis Moysi afferri poscit, vt per legem corrigat quę contra legis præcepta gessit. Platea, quæ est ante portam Ephraim, vltima ponitur. Nihil enim prodest laboranti, nisi fructus operis in fine colligantur. Ephraim enim frugifer interpretatur. Initium igitur boni operis, est porta pœnitentis. Possumus autem hanc plateam vocare, & appellare pœnitentiam. Platea est, quando adhuc in ea plangimus quod deliquimus, sed in ea lutum delemus, dum per pœnitentiam laboramus. De platea quandoque egredimur, & ad eam quandoq; reuertimur: de platea egredimur, cum à seculari vita recedimus: ad plateam vero reuertimur, cum ad ea, quæ male gesta sunt à nobis, mentem reuocamus. Egredimini inquit, in montem, Neem. 8.
& afferte frondes oliuę, & frondes myrti, & ramos palmarum, vt fiant tabernacula. In montem egredimur, quando ad montem misericordiæ precibus subleuamur. Ipse est forsitan mons Oliueti. Afferte, inquit, frondes oliuæ idest opera misericordiæ. † Oleos enim græce, misericordia dicitur latine. Myrtus virtutis temperatiuæ dicitur esse: palma vero in altum crescit. Per oliuã igitur opus misericordiæ, per myrtum virtus temperantiæ, per palmam spes veniæ. His itaque frondibus, & ramis in platea portæ Ephraim tabernacula fiunt, quando prædictæ virtutes à pruina torporis, & calore delectationis vndique defendunt. In platea igitur, quæ est ante portam Ephraim tabernacula ponimus, quando quod male gessimus delentes per opera misericordię, ad spem victorię peruenire desideramus.

† immo ἔλεος eleos.

¶ *Item de quatuor plateis Hieruſalem moralitas. Cap. XVI.*

T MOraliter per plateam latiorem poſſumus intelligere mētis vagationem. Plateæ ſiquidem ciuitatis, ſunt delectationes vagæ mentis. Platea græce, latitudo dicitur latine. Quæ lata eſt in opere, latior in ſermone, latiſſima in cogitatione. Cum enim quod male agimus, verbis defendimus, tunc plateæ latiori appropinquamus. Graue eſt enim peccare, ſed grauius peccatum defendere, grauiſſimū per delectationem peccato conſentire. Cum culpa ergo defenditur, tunc platea dilatatur. Dum autem ædificatur Hieruſalē, & appropinquatur ad plateam latiorē, ædificari ciuitas dimittitur. Et hoc fit, dum culpa verbis excuſatur. Nemo enim ædificare poteſt aliquem reatus ſui culpam defendētem, ſed cum culpa cognoſcitur, tunc ciuitatis murus, id eſt bonum opus ædificari permittitur. In platea latiori (ſicut prædiximus) culpa defenditur, ſed in platea domus Dei accuſatur, & corrigitur. Domus Dei, eſt mens in qua habitat gratia Spiritus ſancti. Platea domus Dei, recordatio peccati. Qui autem per hanc plateam diſcurrere conſueuerant, nunc in ea pro peccato trementes ſedent: & qui ineptæ lætitiæ diu ſtuduerant, peccatum lugent. In hac platea Eſdras ſacerdos, qui carnes immolat, id eſt animus, qui deſideria carnis in ſe mactat, populū increpat, quia præceptum Domini tranſgreſſus fuerat. Separamini (inquit) à populo terræ, & ab vxoribus alienigenis. Populus terræ, ſunt terrenarum rerum concupiſcentiæ, vxores alienigenæ, carnis blanditiæ. Ab his vero mentem ſeparant, qui mundi concupiſcentias negligunt, & blandimentis miſeræ carnis

V mente contradicunt. Sequitur de platea, quæ eſt ante portam aquarum. Porta aquarum, eſt gratia lachrymarū. Platea vero quæ eſt ante portā aquarum, eſt contritio animi pro delectatione peccati. In hac platea populus cōgregatur quaſi vir vnus: populus cogitationum, qui ſe per diuerſa ſparſerat, cum per contritionem in vnum colligitur, ſecretum mentis intrat, librum legis audire deſiderat, vt tranſgreſſionis culpam emendare valeat, & in meditatione diuinæ legis attentus fiat. Ad plateam vero quæ eſt ante portam Ephraim animus ducitur, quando per fructum boni operis ad ſpem veniæ reuocatur. In platea igitur latiori nihil agimus, ſed etiam Hieruſalem ædificare dimittimus. In platea vero domus Dei terram euertimus, & ſeminamus. In platea quæ eſt ante portam Ephraim fructum colligimus. Ibi tabernacula figimus, in quibus per ſpem miſericordiæ frumenta recōdamus. In his etiam plateis ponebantur infirmi in le-

Actu. 5. ctulis, vt veniēte Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Infirmi ſunt, qui laborant morbo peccati. Qui in plateis ponuntur, quando peccatorum ſuorum delectationis recordantur, vt veniente Petro, id agnito per recordationem peccato (Petrus enim agnoſcens interpretatur) ſaltem vmbra illius obumbraret quēquam illorum, vt interceſſio eius refrigeraret animum cuiuſlibet ab æſtu vitiorum. Hæc enim eſt vmbra, quæ infirmum refrigerat, vt ab infirmitatibus liberum ſanitati reddat.

¶ *De ijs qui templum deſtruunt, & de ijs qui templum mundant, & renouant. Cap. XVII.*

IN præcedenti libro de ædificatione templi diximus plura: nunc autem de deſtructione eius quid hiſtoria dicat, breuiter audiamus. Sicut veridica refert hiſtoria, Antiochus illu- X

ſtris filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obſes, 1 Mac. 1.

aſcendit Hieroſolymam in multitudine graui: & intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius: & accepit theſauros occultos quos inuenit, & ſublatis omnibus abijt in terram ſuam.

Poſt duos autem annos miſit rex principem tribu- Ibidem.

torum in ciuitates Iudas, & venit Hieruſalem, cū turba magna, & irruit ſuper ciuitatem repente, & perdidit populum multū ex Iſrael, & accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni, & deſtruxit domos eius, & muros in circuitu: & captiua duxit mulieres & natos, & pecora poſſederunt: & ædificeuerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis: & facta eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gētem peccatorum, & viros iniquos, & poſuerunt illic arma, & eſcas. Aſcendit in Hieruſalem rex Antiochus, quando in eccleſia dominatur diabolus, vel in anima carnalis appetitus. Aſcendit autē in multitudine graui, id eſt in abundantia delictorum, & in grauitate cuiuſlibet criminalis peccati. Intrat in ſanctificationē cum ſuperbia, quando ſanctificata per confeſſionem elationis ſpiritus aperit ſibi corda. Accepit altare aureū, & candelabrum luminis, id eſt puritatem orationis, & lucem diuinæ cōtemplationis. Accepit vniuerſa ſanctificationis vaſa, diuerſa videlicet virtutum genera. Et omnia comminuit, quando virtutum ſpecies diuerſas ad nihilum redegit. Et accepit theſauros occultos quos inuenit: & ſublatis omnibus abijt in terram ſuam. Theſaurus, eſt ſapientiæ intellectus, occultus diabolo, ſed notus Deo. Quem tunc diabolus inuenit, quando per iactantiæ vitium cæteris manifeſtum reddit. Sublatis omnibus in terram ſuam Antiochus abijt, quoties diabolus ſublatis virtutibus ad terrena deſideria mentes fidelium reducit. Poſt duos autem annos miſit principem tributorum in ciuitates Iuda. Cupiditas tributa recipit, quia & in eccleſia, & in qualibet anima exactiones complures agit. Cum magna turba venit Hieruſalem, vt conturbet ſimplicium pacem. Super ciuitatem irruit, & populum ſimplicium cogitationum ex Iſrael perdit. Et accipit ſpolia ciuitatis, quando mētem virtutum ſpoliat indumentis. Et eam igne ſuccendit, dum concupiſcentiæ flammis animū comburit. Interius deſtruxit domos, & in circuitu eius muros, id eſt intus conſcientias, & in circuitu

opera-

operationes perfectas. Et captiuas duxerunt mulieres, imperfectas scilicet mentis affectiones: & natos, id est actus earum imperfectos. Pecora eorum possident, cum diabolus, vel carnis appetitus in potestate sua irrationabiles animi motus retinent. Et quæ filij Israel custodire consueuerant, Antiocheni mactant, & manducant. Ciuitatem Dauid ædificant, dum mentem cuiuslibet manu fortis, id est bene operantis, in contrariam partem mutāt. Muro magno, & turribus firmis muniunt, dum peruersa opera, & eorum defensiones in circuitu ponunt. Et facta est illis in arcem, id est peruersæ mētis elationem. Et posuerunt illic gentem peccatorum, & viros iniquos, in anima scilicet gentem vitiorum, in ecclesia vero hæreticos christianæ fidei graues inimicos. Et posuerunt illic arma, & escas. Arma, sunt defensionis verba, escæ, delectationes terrenæ. Huiusmodi cibis arcem muniunt, qui terrenis delectationibus mentem pascunt. Sed & rex Antiochus ire volens in Persidem reliquit hominem Lysiam nobilem de genere regali super negotia regia: & mandauit ei de omnibus quę volebat, & de habitantibus Iudæam & Hierusalem, vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam virtutem Israel, & reliquias Hierusalem. Et congregauit Lysias electorum virorū sexaginta millia, & equitum quinq; millia: & venerunt in Iudæā, & castra posuerunt in Bethoron. Et occurrit illis Iudas cum decem millibus viris, & commiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinq; millia virorum. Videns autē Lysias fugam suorum, & Iudæorum audaciam, abijt Antiochiā. Lysias ab Antiocho ad destruendam Iudæam, & Hierusalem mittitur, quando spiritus luxuriæ ad subuertendā confessionis pacem à diabolo destinatur. Lysias enim generans interpretatur. Luxuria siquidē plures filios generat, quia diuersos mot⁹ carnis ex se quotidie creat. Et venerunt in Iudęam, & castra posuerunt in Bethoron: veniunt in Iudæam, dum ingrediuntur cōfessionis terram, & in Bethoron castra ponunt, quia per iram terram confessionis inuadunt. Bethoron enim domus irę interpretatur. Est autem Bethoron superior, ira prælatorum: & Bethoron inferior, ira subditorum. Quamuis; istarum alienigenæ obtineant, terram cōfessionis turbant. Et occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. Iudas exercitui Lysiæ cum decem millibus viris occurrit, quando confessio fulta decem præceptis legis, diuersis luxuriæ motibus viriliter resistit. Et commiserunt præliū, & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinq; millia virorum. Iudas cum exercitu Lysiæ prælium committit, cum mens totis viribus luxuriæ contradicit. Et sic de exercitu Lysiæ, quinq; millia occumbunt, dū quinq; sensus corporis in ore gladij confessioni succumbunt. Vidēs autem Lysias suorum fugam, & Iudæorum audaciam, abijt Antiochiam. Antiochiam Lysias abijt, quia luxuria diuitiarum abundantiam quęrit. Antiochia enim, paupertatis silentium interpretatur. Ibi paupertas silere dicitur, vbi diuitiæ dominantur. Postq̄ Iudas missum ab Antiocho fugauit Lysiam, & ille victus abijt Antiochiā, dixit Iudas ad fratres suos: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascēdamus nunc mundare, & renouare sancta. Et ascēderunt in montē Sion, & viderunt sanctificationē desertā, & altare prophanatū, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu, vel in mōtibus, & pastophoria diruta: & sciderunt vestimēta sua, & planxerūt planctu magno. Iudas fugato Lysia, id est destructa luxuria: & contritis hostibus, luxuriæ scilicet operibus, in montē Sion ascendit, dum vera confessio per gradus virtutū sublimia quærit. Ascendit mundare sancta, & renouare. Cor mundum crea (inquit) in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. A vitijs munda, virtutibus innoua. Et viderunt sanctificationem desertā. Sanctificationem desertam conspicit, qui sanctitatem mentis à Deo derelictam esse cognoscit. Templum enim (sicut in eodem libro dicitur) luxuria, & comessationibus Gentium erat plenū, & scortantium cū meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres se vltro ingerebant. Templum luxuria plenum esse dicitur, dū luxuriæ cogitationibus voluptuosis animus delectatur. Comessationes vero in eo fiunt, dū vitia carnis inuicē diuersis delectationū ferculis mentē pascunt. Scortātes cū meretricibus in eo habitāt, dum vitia carnis cogitationibus animi concordant. Sacratis ædibus vltro se mulieres ingerunt, dum mollities, & blandimenta carnis in secreto mentis sese licenter abscondūt. Altare prophanatum, & plenum illicitis esse legitur, dū mēs ea desiderat & exoptat, quæ in lege diuina prohibentur. Portæ combustæ iacēt, dum sensuum aditus ardenti desiderio succensi, ineuntibus vitijs omnino patent. Virgulta vero in atrijs nata, sunt illicita desideria, quæ sicut virgulta nullo colente crescunt, sic in animo sponte surgere non desinūt. Pastophoria diruta, sunt mentis secreta, ab alienigenis, id est à spiritibus immundis destructa. Pastophoria siquidem, sunt cellulę in intimis gazophylaciorum factæ, aut thalami in quibus habitant templorum præfecti. Hæc igitur Iudas à prædictis immunditijs purgat, & quotidie renouare non cessat.

1. Mac. 4. | Z | Psal. 50. | 1. Mac. 3. | 1. Mac. 6. | 1. Mac. 4. | Y

¶*Quòd Iudas ordinauit viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec sancta mundarent. Cap. XVIII.*

Ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec sancta emundarent. Per arcem possumus intelligere mentis rationem, quam toties alienigenæ possident, quoties vitia menti dominantur, vt eam a virtutibus alienent. Mirum est tamen, quòd filij Israel Hierusalem obtinent, alienigenæ vero dominantur in arce, & in eadē potestatem habent: & nisi Apostolus quæstionis nodū solueret, dubitaret forsitā aliquis qualiter hoc fieri posset. Video (inquit Apostolus) aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Ecce alia est lex in membris, & alia est lex mētis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnē. Sic aliquando

A | 1. Mac. 4. | Roma. 7. | Galat. 5.

alienigenæ dominantur in arce: & multi etiam de
populo, qui aduersantur Iudę, manent in ciuitate.
Multa enim cum ipsa confessione in mente sunt,
quæ nocent, & tamen expelli non possunt. Multa
etiam ex mala consuetudine procedunt, quæ ra-
tioni non obediunt, sed quadam assiduitate ratio-
B nem vincunt. Similiter Ephrain Chananæum, qui
3.Reg.9. habitat in Gazer non expulit, vsquequo Pharao
Iosue.16. rex Aegypti Gazer cępit, & eam filiæ suæ in dotē
dedit. Ephrain, fructificans, Pharao, dissipās, Cha-
nanęus motus, Gazer, cōstructio interpretatur. Cū
ijs igitur, qui fructum boni operis colligunt, mo-
tus carnis habitare non desinunt, sed eis sub tri-
buto seruiunt, quamdiu filij Ephrain ciuitati do-
minantur & pręsunt. Sed cum Pharao rex Aegypti
Gazer, id est animam virtutibus constructā capit
& dissipat omnes, qui in ea habitant, id est virtu-
tes animę, trucidare non cessat. Et dedit eā filię suę
in dotē. Filia Pharaonis regis Aegypti, est lex pec-
cati. Gazer igitur Aegypti rex in dotem filiæ suæ
tribuit, quādo lex peccati animā carnaliter viuentē
in dotem sibi cōscribit, & sic Gazer filiæ Pharao-
nis in dotem tribuitur, quādo cōstructio corporis
& animæ, legi peccati subiugatur. Sed & in Hieru-
2.Mac.4. salem Iason frater Oniæ, gymnasiū, & Ephebiam
ędificauit sub arce. Cū enim suscepisset Antiochus
regnum, qui nobilis appellabatur: ambiebat Iason
frater Onię summum sacerdotium. Aditoque re-
ge Antiocho promisit ei argenti talenta trecenta se
xaginta, & ex redditibus alijs talenta octoginta su-
per hoc promittebat & alia centū quinquaginta, si
potestati eius concederetur gymnasiū & ephebiā
sibi construere, & eos, qui in Hierosolymis erant,
Antiochenos scribere. Quod cū rex annuisset, &
obtinuisset Iason principatum, statim ad gentilem
ritum cōtribules suos transferre cępit, & ausus est
sub ipsa arce gymnasium construere, & optimos
C quosq; epheborū in lupanaribus ponere. Ambie-
bat, inquit, Iason frater Oniæ summū sacerdotiū.
Extunc ira tua Domine, extunc venale sacerdotiū,
extunc & nunc. Adhuc enim Iason est in ecclesia
cū Onia: adhuc precibus & pretio quorundam ce-
lebratur electio. Qui hoc ordine in ecclesia magi-
stri fiūt, gymnasium & ephebiam in Hierusalem,
id est in ecclesia, quandoque construunt. Gymna-
sium, est domus in qua fieri solebant ludi Gētiliū.
Gymnasiū in Israel ædificant prælati, qui inter fra-
tres secularia narrant: qui cū suis exhortationibus
auditores ad fletū mouere deberēt, ad risū mouēt.
Ephebiā vero in Israel constituunt, qui secū perso-
nas suspectas & notabiles habere non erubescunt.
Eos, qui in Hierosolymis sunt, Antiochenos volūt
scribi, quia diuites esse cupiūt, & videri. Qui ante
conuersionem seculi cum paucis ire consueuerāt,
nunc in multitudine magna, & apparatu copioso
curias frequētant, & per hoc simplicibus datur in-
D telligi, quod paupertas nō cōueniat prelationi. Mo
raliter autē Iason, desiderās interpretatur. Gymna-
sium vero est locus, vbi Gentilium ludi antiquitus
solebāt fieri. Ephebia est lupanar, vbi ephebi sole-
bant poni Ephebi, sunt viriles affectus animi, quos
Iason assensu regis Antiochi in lupanaribus pone-
re statuit, quia carnale desiderium eosdē affectus
instinctu diaboli libidini quandoque substernit.
Gymnasium vero Hierosolymis ædificant, qui le-
ues & instabiles animo curiositatis lusibus exul-
tant. Antiocheni scribi desiderant, qui diuitiarum
copijs abundant. Ecce & in arce & sub arce sunt,
qui Iudæ, id est confessioni contradicunt. Ordina- 1.Mac 4.
uit Iudas (sicut superius diximus) viros, qui pugna
rent aduersum eos, qui erant in arce, donec sancta
emundaret. Viri, sunt viriles affectus animi, qui ad
uersum eos qui sunt in arce pugnant, quando vir-
tutes vitijs viriliter repugnant. Iudas igitur ad pu-
gnandum viros ordinat, dum vera confessio suis
in locis virtutes ordinate locat. Ponit igitur in pri-
mo loco timorem pœnæ, in secundo dolorem cul
pę, in tertio laborem pœnitentiæ, in quarto fructū
eleemosynæ. Sed ne desperet, adiungit spem venię
timori, consolationem dolori, retributionem la-
bori, eleemosynæ fructum visitationi pauperum.
Adiungit etiam ieiunium compunctioni, vigilias
orationi, lectionem meditationi. Et sic in circuitu
Iudas arcem obsidet, donec ab immunditijs men-
tem confessio purget.

¶ *De Iuda, & fratribus eius Simone, Ionatha, Ioanna, & Eleazaro. Cap. XIX.*

POstquam Iudas missum ab Antio- E
cho fugauit Lysiam, dixit Iudas ad 1.Mac 4.
fratres suos. Ecce contriti sunt inimi
ci nostri: Ascendamus nunc munda-
re sancta, & renouare. Fratres Iu-
dæ quatuor dicuntur esse, id est Simon, & Iona-
thas, Ioanna, & Eleazarus. Hi quinque sunt filij
Mathathiæ. Mathathias interpretatur donum Dei,
Iudas, confitens, Simon obediens, Ionathas co- *Pulchra pro more*
lumba dans, Ioanna Dei gratia, Eleazarus, Dei au- *natura.*
xilium interpretatur. Hi autem filij Mathathiæ
sunt, quia ex dono Dei hæc omnia procedunt. Iu-
das igitur mundat, Simon ædificat, Ionathas reno-
uat, Ioanna ornat, Eleazarus protegit & conser-
uat. Iudas templum mundat, quia confessio
mentem a vitijs purgat. Simon ædificat, quia ad
hoc obedientia laborat, vt ædificium boni operis
in altum crescat. Ionathas sancta renouare non
desinit, quia columbina simplicitas ędificat, quod
calliditas antiqui hostis, id est diaboli quotidie de
struit, & in primo homine destruxit. Ioanna faciē
templi coronis aureis ornat, quia notitiam victo-
riosæ mentis Dei gratia moribus commendat.
Sed hæc omnia nihil proficiunt, nisi per Eleaza-
rum, id est auxiliante Deo & ordinante fiant. Si
enim quod agis non Deo, sed tibi ascribis, non F
ædificas, sed subuertis. Et elegit Iudas sacerdotes 1.Mac.4.
sine macula voluntatem habentes in lege Dei:
& mundauerunt sancta, & ædificauerunt domum
intrinsecus: & ædem, & atria sanctificauerunt, &
fecerunt vasa sancta noua: & intulerunt cande-
labrum, & altare incensorum, & mensam in
templum. Et obtulerunt sacrificium super al-
tare holocaustorum nouum. Sacerdotes sine ma-
cula Iudas eligit, quando virtutes, quæ in ara
cordis

cordis ministrant, immaculatas reddit. Qui in lege Dei voluntatem habent, quia aliter medullatū sacrificium non offerrent, & mundauerūt sancta, id est deuotionem mentis, ab omni malitiæ culpa. Et ædificauerūt intrinsecus domum, ipsam videlicet conscientiam, diuersis qualitatibus morum. Et sanctificauerunt ædem, & atria: intus mentem, & exterius opera. Et fecerunt vasa noua sancta. Vasa noua sancta faciunt, qui in nouitate conuersionis, iuxta præceptum noui hominis, id est Christi, corda sua componunt. Et intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mēsam in templū. Per candelabrum possumus intelligere Dei verbum, per lumen candelabri, doctrinam verbi, per altare incensorum deuotionem orationum, non suauem fumum adulationum, per mensam, diuinæ scripturę memoriam. Sicut enim aliquis in ijs, quæ ponuntur in mensa reficitur, sic animus ijs, quæ ad memoriam reducit, quasi diuersis ferculis saginatur. Et obtulerunt sacrificium super altare holocaustorum nouum. Super altare holocaustorum nouum sacrificant, dum in contritione cordis, carnis desideria mactant. Hæc igitur mentem renouant, & ab immunditijs pollutam purgant. Qui igitur in hac ciuitate Hierusalem, id est in pace manent: qui Iudam, id est confessionem ducē præ cæteris habent: qui templum, id est animum à vitijs mundant, & quæ destructa sunt quotidie restaurant: credo si nō deficiant, quòd ex hac Hierusalem ad cœlestem sine mora transibunt.

¶ *De cœlesti Hierusalem.* Cap. XX.

G Apoc. 21. Lla superna ciuitas, quæ Hierusalem dicitur, inexpugnabili muro perfectæ securitatis vndiq; munitur. In hac ciuitate duodecim portæ sunt, per quas beatorum animæ ad illud claustrū non manufactum, quod est in cœlis, festinanter introire. Ex singulis margaritis singulæ portę fiunt, quoniam per vnitatem fidei, & puritatem mentis ad celestem patriam iusti peruenientes intrabunt. Plateæ eius auro mūdo, & lapidibus preciosis sternuntur, quoniam nihil in ea, nisi puritas inuenitur. Per omnes vicos eius alleluia canitur, quia vbiq; per eam diuinæ laudis gloria prædicatur. In hac ciuitate Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis, fundatur claustrum perfectæ beatitudinis. Hoc claustrum habere dicitur firmæ stabilitatis quadraturā, æquitatis latera, perseuerantiæ bases, columnas virtutum, diuinæ protectionis capitella. In hoc claustro angelorum conuentus residet, & in eo perfectæ charitatis ordinem tenet. Ibi diuersis angelorum spiritibus diuersa cōmendantur officia, singulis singula. Sunt enim ibi angeli, archangeli, throni, & dominationes, principatus, & potestates, virtutes, cherubin, & seraphin. Huic angelorū conuentui Deus Pater omnipotens abbatis more præponitur. Hic conuentus per sapientiam Filij (qui minor est patre secundum humanitatem) more prioris regitur, & Spiritussancti gratia moderatur. Ad hoc claustrum iusti relictis omnibus, quæ possident, peruenire properant: vt in eo perfectæ religionis habitum, id est immortalitatis, & innocentiæ vestem sumāt. Adhuc tamen in locis ad hoc deputatis expectant, donec ad illud magni iudicij capitulū peruenire queant, vt ibi recepturi vestem perfectę religionis audiāt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Matt. 25.

¶ *De pace, quæ in cœlesti Hierusalem est.* Cap. XXI.

Icut superius multoties diximus, Hierusalem visio pacis interpretatur. Pacem tamē multi vident, qui ad eam peruenire non valent. Inquire pacē (inquit) & persequere eam. Amissam quære, fugientem sequere. Quære eam in seculo, sequere eam in futuro. Et nisi eam in præsenti quæsieris, in futuro proculdubio non habebis. Si quęras quomodo pacem sequi debeas, audi Iesum, qui ad cœlos ascendens, pacem discipulis reliquit (vt euangelista Ioannes de eo attestatur) dicens. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Nō quomodo mundus dat, ego do vobis. Audis si attendis esse duo genera pacis. Vnam quam dat Christus, alteram quam dat mūdus. Pax mūdi est, vt à Deo recedas, & diabolo consentias. Pax vero Christi est, vt expellas diabolū, & diligas Deū. Pax mundi est, vt mundus tibi, & tu mundo placeas, vt sic satiatus terrenis voluptatibus, infernai cruciatibus in æternū succumbas. Pax Christi est, vt aduersa mundi vsq; ad mortē patienter toleres, vt sic post mortē, futuræ vitæ felicitatem securius expectes. Hic in pace in idipsum dormies, & requiesces. In pace in idipsum dormit, & requiescit, qui nunq̄ à quiete mentis recedit. Sed quia in hoc seculo non potest hoc fieri, ideo ijs, qui in cœlesti Hierusalem manent, poterit assignari. Ibi enim est pax æterna ab æterno patre. Hæc est Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur: ciuitas cuius participatio eius in idipsum. Scire debemus quòd ista, quę nunc agitur Hierusalem, continet indiscretos populos, illa recipit sine dubitatione perfectos. Ista contrarietatibus quatitur, illa iugi securitate lętatur. Ista plena est lachrymis pęnitentium, illa nescia lachrymarum. Participatio eius in idipsum esse dicitur, quia qui illa perfecta beatitudine participant, nunquam suæ rectitudinis statum mutant, & cum Deo (qui idem ipse est, & anni eius non deficient) incommutabili stabilitate semper manent. Nec spiritus ibi in malo carni cōsentiet, nec in bono caro spiritui contradicet. Nec erit ibi diminutio vel augmentum corporis, seu finis ętatis. Puer ibi in iuuenem non crescet, nec aliquis iuuenis senescet. Non erit ibi senectus, nec senectutis defectus. Nemini conferet ibi timor pallorem, vel ira ruborem, nec labor sudorem, nec infirmitas dolorem. Nec mirum si ij, qui cum incommutabili conditore permanent, formam incorruptę perfectionis semper habent.

H (margin) · Psal. 33. · Ioan. 14. · Psal. 4. · Psal. 121. · Psal. 101.

¶ *Quòd Hierusalem cœlestis sicut mystica vel moralis, esse dicitur in Iudæa. Cap. XXII.*

HÆc autem Hierusalem cœlestis sicut
mystica vel moralis, in Iudæa esse di
citur, quia Iudæa non tãtũ cõfessio,
sed etiam laudans interpretatur. Lau
dans inuocabo Dominum, & ab ini-
Psal. 17. micis meis saluus ero. Laudans Dominum inuo-
cat, qui eum pro suis excessibus humiliter rogat:
qui in omnibus laudem Deo tribuit, nec aliquid
suis meritis ascribit, quia humilitas illuc volens
Psal. 68. ascendit, vnde superbia nolens cecidit. Laudabo
igitur nomen Dei cum cantico, & magnificabo eũ
in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum
cornua producentem, & vngulas. Laudabo nomẽ
Dei cum cantico, id est cum dilectionis modulo:
& magnificabo eum in laude. In laude Deum ma-
gnificat, qui opera potentiæ, & misericordiæ eius
mente diligit, & ea cęteris ad laudem creatoris nar
Pulchra rat. Vitulus autem nouellus, est quilibet nouiter
pro Concio conuersus, qui Deo seipsum immolat, quãdo car-
natore. nis suæ lasciuiam ieiunijs, & orationibus mactat.
Cornua producit, dum contra vitia defensionis vi
res sumit. Producit vngulas, dum processibus boni
operis adiungit circũspectiones discretas. Vitulus
est animal mũdum, ruminat, & vngulam diuidit:
sic nouiter conuersus prius mente cogitat, & retra
ctat, & quid faciendum, vel quid non faciendum
sit, postea discernit. Super sacrificium autem vituli
nouelli cornua, & vngulas producentis placet Do
Psal. 49. mino sacrificium laudis. Sacrificium, inquit, lau-
dis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam il
L li salutare Dei. Est autem sacrificium pecudis, est
& sacrificium laudis. Sacrificium pecudis, est affli-
ctio mortificatæ carnis. Sacrificium laudis, est affe
ctus humiliati cordis. Qui enim Dominum lau-
dat, seipsum humiliat, & Deum honorat. Et illic
iter ad Deum, quia per humilitatem itur ad cœle-
stem Hierusalem. Quo ostendã illi salutare Dei.
In Hierusalem siquidem cœlesti ostendetur iter
laudantis salutare Dei. Per humilitatis etenim viã
reuertimur ad cęlestem patriam. Hoc itinere gra-
Gen. 32. diebatur Iacob, cum de Mesopotamia Syriæ redi-
ret ad terram Chanaan, & fugiens Laban auuncu-
lum suum, & timens Esau fratrem suum, transiuit
vadum Iaboch. Traductisq; omnibus, quæ ad se
pertinebant, remansit solus. Et ecce vir luctabatur
cum eo vsq; mane. Qui cum videret, ꝙ eum supe-
rare non posset, dixit ad eum. Dimitte me, iã enim
ascendit aurora. Respondit. Non dimittam te, nisi
benedixeris mihi. Ait ergo. Quod est nomen tuũ?
Respondit, Iacob. Ait ille. Nequaquam inquit Ia-
cob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Et bene-
dixit ei in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen
loci illius Phanuel, dicens. Vidi Dominum facie
M ad faciem, & salua facta est anima mea. Iacob in-
terpretatur luctator, Israel vidẽs Deum, Mesopo-
tamia eleuata vocatio, Laban candidus, Esau ru-
beus siue vanus, Chanaan humilians siue negotia-
tor. Iacob de Mesopotamia Syriæ redit, dum cu-
iuslibet animus contra vitia luctans ab elatione
recedit. Ad terram vero Chanaan properat, dum
ad peragendum veræ humilitatis negotium festi-
nat. Laban vero auunculum suum fugit, dum deal
bationi vanæ gloriæ non consentit. Esau autem
fratri suo occurrere formidat, ne carnalis affectus
statum mentis vanis delectationibus subuertat.
Vadum transit, quando labentia cuncta contem-
nit. Traductisq; omnibus, quæ ad se pertinent, so
lus remanet, vt collectis secum viribus mentis re-
motus à seculo Dominum securius oret. Ad hoc
pertinet quod sequitur. Et ecce vir luctabatur cum
eo vsque mane. Iacob cum viro luctatur, dum cu-
iuslibet iusti animus Dominum obnixius solito
deprecatur. Et dixit ad eum. Dimitte me, iã enim
ascendit aurora, id est cessa ab oratione, & preci-
bus modo, quia lux libertatis refulget in mente
tua. Quandiu enim cum summis fletibus ad Do-
minum inclinabatur, non poterat ab illo recede-
re. Et benedixit ei in eodem loco. In eodem loco
benedicitur, quia ab identitate boni propositi ne-
quaquam permutatur. Vocauitq; nomẽ loci illius
Phanuel, dicens. Vidi Dominum facie ad faciem,
& salua facta est anima mea. Phanuel, facies Dei
interpretatur. Tunc igitur Iacob benedicitur, cum
Dominus ab eo videtur, quia Dei visio est summa
benedictio. Tunc ex Iacob fit Israel, quia post su-
dores bonę operationis peruenitur ad lucem con-
templationis. Ibi igitur exultabit Iacob, & lętabi- Psal. 13.
tur Israel. Ibi exultabit anima mea in Domino, & Psal. 34.
delectabitur super salutari suo. Tunc Hierusalem
cœlestis in Iudæa posita erit, quoniam angeli-
ca, & humana creatura Dominum tunc in pace
laudabit.

¶ *Quòd murus cœlestis Hierusalem sit ex lapide iaspide. Cap. XXIII.*

ERat structura muri ciuitatis supradi- N
ctæ ex lapide iaspide. Structura mu-
ri ciuitatis, sunt diuersa opera cuius- Apoc. 21.
libet bene operantis. Bona siquidem
opera muri sunt, quia non tantum
diabolo, sed etiam vitijs resistunt. Fiunt de lapide
iaspide, id est de quolibet homine in bono propo
sito perseuerante. Tunc enim lapis in muro boni
operis firmiter iacet, cũ aliquis lineã rectę cõuersa-
tionis tenet. Est autem iaspidis viridis color, quasi
propositi nostri rigor. Sicut enim arbor dũ viret,
naturalis vegetationis vigorẽ tenet, sic viror iaspi-
dis designat rigorem cuiuslibet in bono proposito
perseuerantis. Viridis color aliquando in pictura
est, aliquãdo in tinctura. Nascitur in herbis, creat
in gemmis. In pictura viridi colore lapis vel lignũ
linitur, sed cito color in pictura deletur. In tinctu-
ra colore viridi pannus imbuitur, sed pluuijs aut
nimio calore multoties decoloratur. Cũ herbis vi
ror nascitur, sed hyemis gelu marcescit, vel æstatis
calore siccatur. In quibusdam gemmis creatur co-
lor viridis, nec tamen mutatur longitudine tempo
ris, nec fuscatur nube cuiuslibet obscuritatis. Per O
hos quatuor diuersos effectus colorum possunt
assignari quatuor diuersitates hominum. Sicut
enim

enim quod pingit, leuiter deletur, sic multi sunt, qui quod proponunt, citius relinquunt. Sunt autem alij, qui in tinctura viriditatis aliquandiu perseuerant, aliqua tamen occasione suborta, quasi amisso colore, famã bonæ opinionis mutant. Sed & alios esse nouimus, quos herbę viriditati per similitudinem comparamus, qui cum in pueritia, & iuuentute religiose viuant, cum senectuti approximant, gelu tentationis mentem dissipant, & accensi nimio calore libidinis in senio flagrant, & sic in articulo mortis amisso virore propositi moriuntur cum herbis. Viriditatem vero gemmarũ, quæ creatur in ipsis, & in ipsis permanet, dicitur habere iustus, qui propositi sui rigorem sine defectu tenet. Qui igitur in viriditate boni propositi remanent, quasi iaspis in structura muri prædictę ciuitatis poni debent.

❡ De portis cœlestis Hierusalem. Cap. XXIIII.

P

Apoc. 21.

HAbet prædicta ciuitas in muro duodecim portas. Fiunt autem portæ ciuitatis de duodecim margaritis, ita vt vnaquæq; porta fiat tantũ ex vna margarita. Hoc autem genus lapidis inuenitur in quibusdam piscibus marinis. De cocleis enim marinis legitur: ꝙ in earum carne quasi calculus cãdidus nascitur. De cœlesti siquidem rore calculus gignitur, qui certis anni temporibus à cocleis hauritur. Candidas autem margaritas meliores esse dicũt, quàm eas quæ flauescũt. Illas enim matutini roris conceptio reddit candidas: has senectus, seu vespertinus aer gignit obscuras. Margarita vero mystice significat euangelicam doctrinam, seu dulcedinem cœlestis vitæ. Vnde legitur in euangelica parabola de homine quęrente bonas margaritas, ꝙ inuenta vna pretiosa margarita abierit, & vendiderit omnia quæ habuerit, & emerit illam. Vnde Gregorius. Qui cœlestis, inquit, vitæ dulcedinem, inquantum possibilitas admittit, perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. In comparatione eius vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit. Inardescit animus in cœlestibus, nil in terris libet. Deforme conspicitur quicquid in terra placebat specie, quia sola pretiosæ margaritę charitas fulget in mente. Habes nunc per margaritam, dulcedinẽ cœlestis vitæ, & euangelicam doctrinam. Hæ sunt margaritę, ex quibus fiunt duodecim portæ. Ex rore (sicut superius diximus) margaritæ fiunt, quem certis anni temporibus cocleę hauriunt, quia iusti, qui in mari huius seculi habitant, quandoque dulcedinem diuinæ contemplationis quamuis tenuiter gustant. Vnde Beatus Gregorius. Ros de super & subtiliter cadit. Et toties de rore cœli accipimus, quoties per infusionem cõtẽplationis intimę, de superius aliquid tenuiter videmus. Ex rore igitur creari dicitur, qui in dulcedine diuinę cõtemplationis nutritur. Nota quòd structura prędictę ciuitatis habet colorem perpetuæ viriditatis. Nota etiam quòd margaritæ dicantur esse candidæ. Attende igitur candorem, attende & virorem. Candor in portis, est munditia castitatis. Viror in muro, perseuerãtia in proposito.

Matt. 13.

❡ De seris portarum cœlestis Hierusalem. Cap. XXV.

Q

DE seris portarum cęlestis Hierusalẽ diuina scriptura loquitur, quod ad eandem Hierusalem propheta dixisse memoratur. Confortauit, inquit, seras portarum tuarũ, benedixit filijs tuis in te. Seras confortat, q eas ne amplius aperiantur firmat. Cũ seras confortatas esse dicit, clausas ianuas beatæ ciuitatis ostendit. Sera in porta ponitur, vt intrãdi licentia denegetur, quod illo tempore accidit, quando sponsus intrauit, sicut in euangelio de virginibus dicitur. Et quæ paratæ erãt intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clausa est ianua (vt quidã sapiens dicit) non ad custodiæ pœnã, sed ad beatitudinẽ sempiternam, quia nec inde quisquam sanctorũ vlterius exibit, nec aliquis postea alienus intrabit. Tunc enim erit beatitudo iustorũ secura, quę tali lege probatur fuscipi, vt nunquã possit amitti, quoniã ciuitas illa contuibilẽ Deũ intus habebit. Et ideo nemo inde desiderat egredi, quia pręter ipsum simile nil prę valet intueri. Benedixit filijs tuis in te. Ad Hierusalẽ dicitur: Benedixit filijs tuis in te, id est in pace. Ipse enim pacem fines eius posuit, quia in futura Hierusalẽ discordiæ turbatio nusquam erit. Huius autẽ pacis nõ erit finis. Et adipe frumenti satiat te. Audi quod sequitur, quia iusti ex adipe frumenti in illa ciuitate satiantur. Adeps frumenti, est præsens contemplatio vultus Dei. Vnde sic iustorum sensus reficitur, vt omnẽ satietatẽ superare videatur. Si nos hic corporis sui participatione reficit, quemadmodum ibi satiabit, quos toto lumine deitatis repleuerit? Gustus est hic mirabilis, qui procedit de perfecta cognitione diuinitatis.

Psal. 147.

Matt. 25.

T

❡ De vicis cœlestis Hierusalem. Cap. XXVI.

R

Ioan. 14.

SIcut in domo Dei patris mansiones multæ sunt, sic qui diuinas scripturas spiritualiter intelligunt, in cęlesti Hierusalẽ anagogice diuersos vicos assignare possunt. Diuersitatẽ siquidẽ vicorũ distinguit diuersitas meritorũ. Diuersa etenim merita sequuntur diuersa retributionum dona. In materiali vico alij alios interficiunt: in mystico Christianos hæretici seducunt: in morali vitia virtutes expellunt. In cœlestibus vero vicis nec alius alium interficit, nec Christianũ hęreticus seducit, nec vitiũ virtutes expellit. Et cum horũ nihil agitur, pacis tranquillitas vndique custoditur. Hic quasi hospites censuales censum soluimus, & tributum reddimus: illic libertate donamur, nec aliqua exactione ab aliquo angariati grauamur. Hic fures effodiunt, & furantur, ibi nec fures effodiunt, nec tinea demolitur. In cœlestibus vicis angeli superni ciues habitant, qui nullo indigent, sed diuitijs indeficientibus abundant. Ad illos vicos animæ iustorũ transeunt, cum ab hac valle lachrymarum post mortem recedunt. Ibi sunt nouem vicorum diuersitates, quia nouem sunt Angelorum ordines, id est Angeli,

Matt. 16.

S

archangeli, virtutes, potestates, principatus, domi-
nationes, throni, cherubin, & seraphin. Sed cur
istos (vt ait beatus Gregorius) angelorum choros
enumerando perstrinximus, si non illorū quæq;
mysteria subtiliter exprimamus? Qui igitur mini-
ma nuntiant, angeli, qui vero summa, archangeli
vocantur. Cum autem angeli ad nos aliquid mini-
straturi veniunt, apud nos etiam nomina à mini-
sterijs trahunt. Michael nanq;, quis vt Deus? Ga-
briel autē fortitudo Dei, Raphael vero medicina
Dei interpretatur. Quoties ergo miræ virtutis ali-
quid agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipso
actu, & nomine detur intelligi, quòd nullus potest fa-
cere quod facere præualet Deus. Vnde factum est
silentiū in cœlo dū cōmitteret bellum draco cum
Apoc. 12. Michaele Archangelo: vt qui se ad Dei similitudi-
nē superbus extulerat, per Michaelē peremptus di-
scat, quia ad Dei similitudinē per superbiā nullus
Luc. 1. exurgat. Ad Mariam quoq; Gabriel mittitur, qui
Dei fortitudo nominatur. Illum quippe veniebat
nuntiare, qui ad debellandas aereas potestates hu-
milis apparebat. Raphael vero (vt diximus) inter-
Tob 12. pretatur medicina Dei, qui dū Tobiæ oculos qua-
si per officiū curationis tetigit, cæcitatis eius teno-
bras tersit. Qui ergo ad curandū mittitur, dignum
fuit vt Dei medicina vocaretur. Sed quia illa super-
na ciuitas (vt ait beatus Gregorius) ex Angelis &
hominibus constat, ideo debemus & nos aliquid
ex illis distinctionibus supernorū ciuiū ad vsum
nostræ conuersationis trahere; nosq; ipsos ad in-
T crementa virtutū bonis studijs inflammare. Quia
enim illuc tanta ascensura creditur multitudo ho-
minum, quanta multitudo remansit angelorum;
superest vt ipsi homines, qui ad cælestem patriam
redeunt, ex his agminibus aliquid illuc reuerten-
tes imitentur. Nam sunt plerique, qui parua ca-
piunt, sed tamen hæc eadem parua pie annuntia-
re fratribus non desistunt. Isti itaq; in angelorum
numerum currunt. Et sunt nonnulli, qui diuinæ
largitatis munere referti, secretorum cœlestium
summa, & capere præualent, & nuntiare. Quò er-
go isti, nisi inter archangelorum numerum depu-
tantur? Et sunt alij, qui mira faciunt, signa valenter
operantur. Quò ergo isti, nisi ad supernarum vir-
tutum sortem, & numerum congruunt? Et sunt
nonnulli, qui etiam de obsessis corporibus mali-
gnos spiritus fugant, eosq; virtute orationis, & vi
acceptæ potestatis ejiciunt. Quò itaq; isti meritum
suum, nisi inter potestatū cœlestiū numerum sor-
tiuntur? Et sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus
etiam electorum hominum merita transcendunt,
cumq; & bonis meliores sint, electis quoq; fratri-
bus principantur. Quò ergo isti sortem suam, nisi
inter principatuum numeros acceperunt? Et sunt
nonnulli, qui sic in semetipsis cunctis vitijs, & de-
siderijs dominantur, vt ipso iure munditiæ, dij in-
ter homines vocentur. Quò ergo isti, nisi in nume-
rum dominantium currunt? Et sunt nonnulli, qui
sibimetipsis dominantur. Dumq; se solicita inten-
tione discutiunt diuino timori semper inhærētes;
hoc in munere virtutis accipiūt, vt iudicare rectè,
& alios possint. Quorum profectò mentibus dum
diuina cōtemplatio præsto est, in ijs velut in thro-
no suo Dominus præsidēs, aliorū facta examinat,
& cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid
igitur isti, nisi throni sui conditoris sunt, vel quò,
nisi ad supernarū sediū numeros ascribuntur? Per
quos dū sancta ecclesia regitur, plerunq; de qui-
busdā suis infirmis actibus etiā electi iudicantur.
Et sunt nonnulli, qui tanta Dei, & proximi dile-
ctione pleni sunt, vt cherubin iure nominentur.
Quia enim (vt præfati sumus) cherubin plenitudo
scientiæ dicitur, & Paulo dicente didicimus, quia
plenitudo legis est charitas; omnes, qui Dei, & pro- Rom. 13.
ximi charitate cæteris amplius pleni sunt, merito-
rū suorū sortem inter cherubin numeros percepe-
runt. Et sunt nonnulli, qui supernæ cōtemplatio-
nis facibus accensi, in solo cōditoris sui desiderio
anhelant, nil iā in hoc mundo cupiunt, solo æter-
nitatis amore pascuntur, terrena quæq; abijciūt:
cuncta tēporalia mente transcendūt. Amant, & ar-
dent, atq; in ipso ardore suo requiescunt. Amādo
ardent, loquendo & alios accendunt. Et quos lo-
quendo tangunt, ardere protinus in Dei amore fa-
ciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim? quo-
rum cor in ignem conuersum lucet, & vrit, quia
& mentium oculos ad superna illuminant, & com
pungendo in fletibus, vitiorū rubiginem purgant.
Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflamma-
ti sunt, quò isti, nisi inter seraphin numerū sortē
suæ vocationis acceperunt? Ad hos igitur vicos,
vt in eis sine fine permaneant, peruenient, qui mo-
dum (quem prædiximus) in hoc seculo pro posse
suo tenent.

¶ *De plateis cælestis Hierusalem. Cap. XXVII.*

PLateæ Hierusalem sternentur auro mundo, & lapidibus pretiosis. Pla- V
tea supernæ ciuitatis, est latitudo per- Apoc. 21.
fectæ charitatis. Lapides pretiosi,
sunt iusti empti pretioso sanguine
Christi. Auro ciuitas illa sternit, quia puritate dile-
ctionis vndiq; vestitur. Nec auro tantū (vt ait bea-
tus Ioānes in Apocalypsi) sed auro mūdo simili vi-
tro mundo: vnde beatus Gregorius in moralibus.
Appellatione, inquit, auri in sacro eloquio, aliquā-
splēdor supernæ ciuitatis accipitur. Aurū namq;,
ex quo ciuitas illa constat, simile vitro dicitur, vt
per aurum clara, per vitrum perspicua designetur.
Aurum quippe nouimus potiori metallis omni-
bus claritate fulgere. Vitri vero natura est, vt extrin-
secus visu pura, intrinsecus perspicuitate luceat. In
alio metallo, quicquid intrinsecus continetur, ab-
sconditur. In vitro vero, quilibet liquor qualis cō-
tinetur interius, talis exterius demonstratur. Quid
ergo aliud in auro vel vitro (vt ait beatus Grego-
rius) accipimus, nisi illā supernā patriā, illā beato-
rū ciuiū societatē? quorū corda sibiinuicē, & clari-
tate fulgēt, & puritate trāslucēt. Quia enim oēs san-
cti in æterna beatitudine summa claritate fulgebūt,
instructa auro dicitur. Cum vero ipsa eorū claritas
sibijnuicē in alterius cordibus patet, & cū vnius-
cuiusq; vultus attenditur, simul & conscientia pe-
netratur, hoc ipsum aurum simile vitro mundo
esse

eſſe memoratur. Ibi quippe vniuſcuiuſque mentē alterius oculis membrorum corpulentia non abſcō det, ſed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipſa etiam harmonia corporis. Sic vnuſquiſque tunc erit conſpicabilis alteri, ſicut nunc poteſt eſſe conſpicabilis ſibi. Nam corda noſtra quàmdiu, in hac vita ſumus, quia ab altero in alterum videri nō poſſunt, non intra vitrea, ſed intra lutea vaſcula cō cluduntur. Ciuitas igitur illa, in qua omnes ſancti tanta claritate fulgent, tanta perſpicuitate tranſlucent, quæ ſua ſingulis corda manifeſtat, ex auro dicitur ſimili vitro mundo, vt deſignetur auro clara, vitro perſpicua. Reſtat vt in illa cœleſti Hieruſalē alterius alteri conſcientia pateat, nec in occulto aliquid occultum fiat. In plateis igitur cœleſtis Hieruſalem non erit lutum terrenę voluptatis, nec puluis mundanæ vanitatis, ſed ſternentur auro perfectæ claritatis, ſimili vitro imperturbatæ puritatis.

¶ *De longitudine latitudine, & altitudine cœleſtis Hieruſalem. Cap. XXVIII.*

X LOngitudinem, latitudinem, & altitudinem ſupradictæ ciuitatis nouimus eſſe (ſicut ſcriptura refert) eiuſdem
Apoc. 21. æqualitatis. Vnde Ioannes in Apocalypſi. Longitudo, latitudo, & altitudo ciuitatis æqualia ſunt. Vnde Beatus Gregorius ſuper Ezechielem. Quia ciuitas ſancta Hieruſalem quam inhabitat Deus, ex angelica ſimul & humana natura perficitur: per hoc quòd angelica creatura ſurſum eſt, & humana deorſum, poteſt per altitudinem & latitudinem ciuitatis hæc vtraque creatura ſignari, quoniam adhuc iſta in imis degit, illa vero in ſublimibus permanet. Sed latitudo & altitudo æqualia ſunt, quoniam humilitas hominum quandoque ad ęqualitatem perducetur Angelorū.
Matt. 22. Vnde ſcriptum eſt. Non nubēt, neq; nubentur, ſed erūt ſicut Angeli Dei in cęlo. Vnde etiā per Ioan-
Apoc. 21. nem dicitur. Mēſura hominis quę eſt Angeli, quia vſq; ad altitudinē gloriæ homo perducitur, in qua ſe ſolidatos Angeli lætātur. Latitudo ergo ciuitatis tanta eſt, quanta & altitudo, quoniam electi quique qui modo laborant in imis, quandoque non erunt inæquales illis ſpiritibus ſummis.

¶ *De clauſtro cœleſtis Hieruſalem. Cap. XXIX.*

Y IN cœleſti Hieruſalem clauſtrum perfectæ Beatitudinis ponitur, quod quatuor generalibus officinis vndique munitur. In vno ſiquidem latere ponitur oratorium, in alio cellarium, in tertio refectorium, in quarto dormitoriū: Vt ores, vt abūdes, vt reficiaris, ut quieſcere poſſis. Pax æterna per ſimilitudinem quaſi oratorium dicitur, quia qui vincula ſeu carcerem huius mundi euaſerunt, ad illud confugiunt vt ſaluentur. Huic oratorio perfectæ pacis iungitur cellarium abundantiæ diuinæ ſuauitatis. Cellarium vero abundātiæ diuinæ ſuauitatis ſequitur refectorium ſatietatis æternæ. Sed licet in pace ſis, licet abundes diuitijs, licet fruaris ad libitum poſſeſſis: nihil tamen proderit, niſi quieſcas in dormitorio tranquillæ mentis. Nota quod huiuſmodi officinæ non di- Z
ſcooperiuntur ventorum turbine, nō annihilantur vetuſtate, ſed incolumes & integræ permanent abſque fine, vt ſit pax ſine perturbatione, abundantia ſine diminutione, ſatietas ſine faſtidio, quies ſine tædio. Vides ne qualiter pax pertineat ad oratoriū, abundātia ad cellariū, ſatietas ad refectorium, quies ad dormitoriū? Attēde etiā q̧ oratorio, id eſt æternæ paci, adiacet ſecuritas quaſi latus clauſtri: Cellario vero abūdātiæ quaſi latus clauſtri adiacet virtus ſufficiētiæ. Satietatis refectorio adiacet delectatio. Dormitorio quietis virtus gratitudinis. Vt ſit pax ſecura, abundātia ſufficiēs, ſatietas delectabilis, quies grata. Excludit igitur quies laborem, ſatietas famem, abundantia paupertatem, pax rapacitatem. Qui igitur ad illud clauſtrum perfectæ Beatitudinis peruenire deſiderat, neceſſe eſt vt adhuc in domo probationis manens, ordinem prędicti clauſtri diligenter addiſcat. Domus ſiquidem probationis eſt vita regularis. In hac domo diſcimus, quid in futura facere debeamus. Hic probamur, vt ibi reficiamur. In hac domo habemus Chriſtum magiſtrum nouitiorum. Ipſe enim docet nos ordinem cœleſtis Hieruſalem. Qui igitur pacem diligit, cui quod habet ſufficit, qui ſatiari cęleſti deſiderio nititur, & in eo totis medullis cordis delectatur, qui cum gratiarum actione etiam aduerſa ſuſtinet: talis dico adhuc in domo probationis poſitus, ordinem perfectæ beatitudinis ex parte tenet. Sed cum ad illud clauſtrum peruenerit, non ex parte, ſed ex integro regulam perfectionis obtinebit.

De columnis clauſtri cœleſtis Hieruſalem. Cap. XXX.

IN clauſtro pfectæ beatitudinis ſunt quatuor ordines columnarum diſtincti qua- A
tuor diuerſis proprietatibus colorū. Eſt enim primus ordo croceus, ſecundus ruber, tertius niueus, quartus cæruleus. Primus ſimilis eſt croco, ſecundus roſę, tertius lilio, quartus violę. Hę quatuor diuerſitates colorum deſignant quatuor ordines electorum. *Pulchra pro Concionatore.* Habet enim crocus ſimilitudinem maturi fructus. Similiter antiqui patres mature viuentes, cum de hoc ſeculo ad cœleſtem Hieruſalem tranſeunt, quaſi de viuis lapidibus in clauſtro perfectæ beatitudinis croceæ columnæ fiunt. Et qui diu eccleſiæ fabricam portare conſueuerant, clauſtrum perfectæ beatitudinis ſuo decore quaſi croceæ columnæ decenter ornant. Secundus ordo columnarum roſeo colore pingitur, per quē cruor martyrum non inconuenienter deſignatur. Harū columnarū Angeli mirantur colorē, mirant, & fortitudinē. Mirantur rubrū colorem Stephani, mirātur flammeū colorē Laurentij: mirantur fortitudinem, quę lapidibus frangi non potuit, mirantur fortitudinem, quæ in medio ignis incolumis remanſit. Tertius ordo columnarum eſt niuei co-

loris,& designat munditiam confessionis. Confessorum siquidē vita, ieiunijs, & vigilijs, & assiduis orationibus est vndique polita: & qui munditiam mentis & corporis tenere consueuerant, in claustro futuræ beatitudinis candorem mundinæ sine fine seruant. Quartus ordo columnarum colorem cœli cum serenum est habere dicitur, quia color violæ aeris similitudinem cum floret imitatur. Nec mirū si integritas virginum in cœlo cœli similitudinem tenet, quę in terris integra, & absque carneæ fragilitatis corruptione manet. In feruentis olei dolium Ioānes missus, illinc exiuit illæsus: & qui virginitatis integritatē secū sociā habuit, a corruptione carnis immunis fuit. Nec calor in tormento carni nocuit, quem calor luxuriæ aliquoties non accendit. In primo igitur ordine sunt antiqui patres in secundo martyres, in tertio confessores, in quarto virgines.

¶ *De quadrata claustri.* Cap. XXXI.

B Claustrū perfectæ beatitudinis in quadro ponitur, vt ex omni parte firmitas æqualitatis in eo teneatur, ne eleuetur prosperis, ne frāgatur aduersis ne de præteritis doleat, ne de futuris aliquid sinistrum posse contingere pertimescat. Mensura quadri non recte stat, si vnum latus minus & aliud maius fiat. Oportet igitur vt mensura vniuscuiusque lateris subiaceat lineę perfectę prosperitatis. Habeat autem hæc linea longitudinem perfectæ felicitatis æternitatem. Erit igitur in hac longitudine mensura longitudinis sine fine. In
Ezec. 40. Ezechielis libro scriptū legitur de ædificio, quod in mōte a propheta visum fuisse perhibetur, quod illud ędificium habebat atrium, quod æquis lateribus vndique disponebatur. Dispositioni siquidem atrij assimilatur quadratura supradicti claustri. Est autem (vt ait Beatus Gregorius) hoc atrium amplitudo populorum fidelium, qui dum prudētiam, fortitudinem, iustitiam, atque temperantiam tenent, mensuram spiritualis ædificij per quadrū habent. Longitudo & ęqualitas quatuor laterum, est in quolibet iusto perseuerantia vsque ad mortem quatuor præcedentium virtutum. Sed forsitan aliquis dubitat, an in populo fidelium aliquis perfectus existat, cum Beatus Gregorius in libro
Ezec. 40. super Ezechielem quęrit: vtrum essent aliqui, qui inuenirentur in mandatis Dei viuere perfecti. Respondit. Sunt omnino: Vnde in Ezechiele dicitur. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum p quadrum. Numerus cētenarij per quadrū, qui assignatur atrio, est mensura perfectionis in quolibet iusto. Perfecti igitur sunt, qui in quadratura huius atrij permanent, quia recedentes ab hoc seculo, ad illud claustrum perfectæ beatitudinis peruenient, in quo sine aliquo defectu perdurent. Ibi enim nec prudentia poterit decipi, nec fortitudo frangi, nec iustitia subuerti, nec temperantia minui uel augeri, & erit in hac perfectione finis sine fine.

¶ *De ordine claustri cœlestis.* Cap. XXXII.

In Claustro perfectæ beatitudinis Angeli resident, ut in eodem æternę felicitatis ordinem conseruent. Nullo C
indigent, & ideo non est eis necessarium ut laborent. Non esuriunt neque sitiunt, quia cœlesti pane satiantur, & de torrente voluptatis bibunt: faciem patris semper uident, quia præ cęteris rationabilibus creaturis perfectam de eo cognitionem habent. Amant Deum, & desiderant: nec tamen desiderio cruciantur, nec fastidio laborant. Similiter in materiali claustro multi sunt, qui futurę felicitatis ordinem diligunt. Paucis indigent, quoniam in proprios usus pręter uictum & uestitum nihil habent. Ea etiam, quæ carnis necessitati concessa sunt carni subtrahunt. Naturam uincunt, quoniam cœlestem uitam in terris ducunt, contemplationi uacant, Deum uidere desiderant. Et quæcunque interim contingant, aduentum tamen iudicis patienter expectant. In hac uita quælibet aduersa tolerant, ut æquales Angelis post resurrectionem fiant. Vnde Beatus Gregorius Is, inquit, qui propter nos minor Angelis extitit, æquales nos Angelis uirtute suæ minorationis fecit. Vnde & moriendo docuit mortem non metui: resurgendo, de uita confidi: ascendendo, de cœlestis patriæ hęreditate gloriari: ut quo caput præcessisse conspicitur, illuc subsequi & membra gratulentur. Omnes autē nos, qui in eius fide nati sumus, eius proculdubio corpus existimus. Non ergo fragilitas humana de se desperet, unigeniti sanguinē consideret, & in pretio suo uideat quàm magna est, quæ tanti ualet. Perpendat felicitatē quò caput præcessit, & quæ ad uiuendum in preceptis astringitur, ad sperandum exemplo roboretur. Confidat cœlos, & speret supernam patriam, Angelorum se sociam sciat, atque in suo capite prælatā se Angelis gaudeat. Qui ergo in hoc seculo claustri tędiū seu labores ad tempus sustinent, in claustro non manufacto (quod est in cœlis) cum Angelis quiete sine fine uiuent.

¶ *De libro vitæ.* Cap. XXXIII.

Qui in claustro perfectæ beatitudinis resident, proculdubio diuinę sapientię lectioni student. Nec retrahit eos aliqua necessitas corporis, nec aliquod impedimentum laboris. Qui enim in claustro perfectę beatitudinis manent, nullo indigent, sed postpositis omnibus curis attente legūt in libro vitæ. Quatuor sunt libri vitæ, primus scriptus fuit in paradiso, secundus in deserto, tertius in templo, quartus scriptus ab æterno, & adhuc habetur in cœlesti claustro. primus scriptus est a Deo in corde hominis, secundus a Moyse in tabulis lapideis, tertius a Christo in terra, quartus in præscientia diuina. Primus est liber generationis, secundus correctionis, tertius gratiæ, quartus diuinæ sapientiæ. Liber, qui in paradiso est scriptus, ibidē est corruptus, nec emendatus. Liber a Moyse in de-

Quatuor libri vitæ.

serto

ſerto ſcriptus, multoties corruptus eſt, & multoties emendatus. Liber in templo ſcriptus, eſt a Iudæis accuſatus, non eſt tamen à Deo reprobatus. Liber vero diuinæ ſapientiæ, qui eſt ab æterno ſcriptus à Deo, nunquam eſt corruptus, ſemper idem permanet, nec mendacij maculam in ſe ha-
E bet. Cũ aliquis cogitat quid agere debeat, & hoc rationabiliter diſponit, quaſi in libro rationis legit. Cum vero peccat, & correptus pœnitet, quaſi in libro correctionis legendo ſtudet. Si autem accuſatus ab aliquo audit à magiſtro: Vbi ſunt qui te
Ioan. 8. accuſabant? vade, & iam noli amplius peccare: legit in libro gratiæ. Ieſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terram. Habes nunc ſcriptorem libri, & titulum, habes pennam, & calamum, habes etiam pergamenum. Inclinatio eſt miſerentis Dei condeſcenſio. Scriptor eſt Ieſus, id eſt Saluator. Concurrunt hæc omnia, vt qui ſe inclinat ſaluet, quatenus qui condeſcendit ſalutem
Pulchra pro concionatore. præſtet. Titulus in hoc opere incipit Liber gratię. Non enim præceſſerant merita, vt dimitterentur peccata, ſed dimittuntur præcedente gratia. Penna vel calamus, eſt Dei digitus, id eſt benignitas Spiritus ſancti. Hoc calamo ſcribuntur tabulæ
Exo. 8. Moyſi. De eodem dixerunt in Aegypto magi. Hic eſt digitus Dei. Pergamenum, eſt terra, id eſt corda terrenis deſiderijs plena, deſiccata à ſanguine, & pilis, id eſt à ſuperfluitate, & carnalibus deſiderijs. Libri materia, eſt pœnitentia, ſententia, de miſericordia: Intentio circa cauſam verſatur, ad hoc enim intendit, vt peccatori miſereatur. Si autem cui parti philoſophiæ ſupponatur quæritur, ethi-
F cæ ſupponitur. Ethica eſt moralis ſcientia. In hoc enim libro agitur, vt deſtruantur praui mores, & boni ſuperædificentur. Reddit lectorem beneuolum, docilem, & attentum. Beneuolum reddit, dum peccatum dimittit. Reddit attentum, dum promittit futuræ retributionis præmium. Reddit docilem, dũ cœleſtibus doctrinis inſtruit
Ioan. 8. legentis mentem. Vbi ſunt, inquit, qui te accuſabant? vade, & iam noli amplius peccare: forſitan qui te accuſabant, ſicut tu peccaſti, ſimiliter & ipſi
Roma. 3. peccant. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et exiuit vnus poſt alium, vt ſequerentur præcedentem diabolũ. De eo enim dicitur. Egreſſus eſt Sathan à facie Domini. Egreſſus eſt autem, non vt beatum Iob ſanaret, ſed affligeret. Similiter iſti non ob hoc venerant, vt mulierem in adulterio deprehenſam liberarent, ſed vt lapidarent. Non eſt autem iuſtitia legis, vt aliquem iudicet, quem proprij delicti conſcientia remordet.
Ioan. 8. Vade (inquit) & iam amplius noli peccare. Vade poſt Chriſtum, non poſt diabolum: vade in via mandatorum Dei, vade per ſemitam iuſtitiæ. Noli peccare. Et ſi quandoq; compellat animum carnis fragilitas, repugnet voluntas. Hi tres libri, id eſt liber rationis, correctionis, & gratiæ, ſcribuntur in vno codice. Hic codex eſt diuina ſcri-
Apoc. 10. ptura, de quo per Ioannem in Apocalypſi dicitur. Et vidi Angelum deſcendentem de cœlo, & habebat in manu ſua librum apertum. Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo dulcis tanquam mel. Et cum deuoraſſem librum, amaricatus eſt venter meus. Vnde beatus Gregorius. Librum deuoramus, cum verba vitæ cum auiditate ſumimus. In quo deuorationis verbo quid aliud quàm torpor pigritiæ noſtræ reprehenditur, quia verba Domini, atque myſteria per noſmetipſos non requirimus, & inuiti dicta ab alijs audimus. Librum ergo deuoramus, G
& comedimus, dum verba Dei legimus. Multi enim legunt, & ab ipſa lectione ieiuni ſunt. Multi vocem prædicationis audiunt, ſed poſt vocem vacui, & ieiuni recedunt. Quia etſi mente intellectum ſacri eloquij percipiunt, obliuiſcendo, & non ſeruando quæ audierint, hæc in cordis viſceribus non reponunt. Legunt autem, & ieiuni à lectione non ſunt, qui intelligunt, & ſeruant ea in quibus laborant. Hi ſanctum librum deuorant, & comedunt, & ieiuni non ſunt, quia præcepta vitę, quę ſenſus capere potuit, memoria non amiſit. Et fit quandoq; vt tales quiq; ex dono gratiæ cœleſtis etiam verbum doctrinæ percipiant, atq; de veritatis pabulo, quod ipſi dulciter intrinſecus ruminant, & proximos ſuos ſuauiter paſcant. Et deuoraui illum, & erat in ore meo dulcis tãquam mel. Liber, qui deuoratur, & comeditur, dulcis in ore ſicut mel efficitur. In eius ore ſacra ſcriptura dulcis eſſe dicitur, cuius vitæ viſcera mandatis illius replentur, quoniam ei ſuauis eſt ad loquendum, cũ interius expreſſa fuerit ad inueniendum. Nam ſermonem Dei non habet, quem vita reproba, & conſcientia remordet. Et cum deuoraſſem librũ, amaricatus eſt venter meus. Vnde beatus Gregorius ſuper Ezechielem. In ſacro, inquit, eloquio nonnunquam venter pro mente poni conſueuit. Vnde Hieremias dicit. Ventrem meum doleo. Ventrẽ Hiere. 4.
quippe doluit, qui mentis afflictionem ſenſit. Sed ſciendum eſt, quia cum ſermo Dei in ore cordis dulcis eſſe cœperit, huius proculdubio contra ſemetipſum animus amareſcit. Sunt & alij libri, de H
quibus Ioãnes dicit in Apocalypſi. Et libri, inquit, Apo. 20.
aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Et iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera illorum. Libri aperti referuntur, in quibus mandata cęleſtia opere ſuo expreſſa cernuntur. Et iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, quoniam in oſtenſa vita iuſtorũ quaſi expanſione librorũ legunt iniuſti bonũ, quod noluerunt facere: atq; damnantur ex eorũ cõparatione, qui fecerunt. Et alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Vnde beatus Gregorius. Liber vitæ, eſt ipſa viſio iudicis adueniẽtis: in quo quaſi ſcriptum eſt omne mandatũ, quia quiſquis eũ viderit, mox teſte conſcientia quicquid nõ fecit intelligit. Liber eſſe dicitur, quia iuſtus in libro diuinæ ſapiẽtiæ ſtudens à vitijs liberatur. Dicitur etiã liber vitæ, quia iuſtum liberat ab æterna morte, & in futuro remunerat perpetua libertate. Et quos in præſenti liberat à culpa, in futuro reddet immu- I
nes à pœna. Vnde beatus Iacobus. Sapientia, quæ Iacob. 3.
de ſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica. Pudica, ſicut in paſtorali legit, quia caſte intelligit. Pacifica vero, q. ꝑ elationẽ minime

ſe

se a proximi sui societate disiungit. Qui igitur sapientiam, quæ de sursum venit, diligit, quasi in libro vitæ legit. Cum autem ad claustrum perfectæ beatitudinis peruenerit, in eo assidue legens, in sciētia diuinæ legis perfectus erit. De hoc libro quidā sapiens dixit: cuius origo sit æterna, incorruptibilis essētia, cognitio vita, scriptura indelebilis, inspect° desiderabilis, doctrina facilis, sciētia dulcis, profunditas instructibilis, verba innumerabilia: & tamen vnum verbum omnia. Huius libri literæ in claustro humanitatis Christi sunt scriptæ, sed auro diuinitatis illuminatæ. Qui igitur ad inspectionem illius libri perueniet, eruditus scientia diuinæ legis in æternum viuet.

¶ *De pratello, quod est in medio claustri cœlestis.*
Cap. XXXIIII.

K Viriditas pratelli, quod est in medio materialis claustri, oculos claustralium reficit, & eos alacriores ad legendum reddit. Est eñ natura coloris viridis, vt oculos foueat obtētu suæ visionis. Similiter viriditas pratelli, quod est in medio cœlestis claustri, oculos supernorum ciuium recreat, & eos semper sua nouitate confortat. Amœnitas si quidem futuræ vitæ quasi viriditas pratelli mētes supernorum ciuiū reficit sua nouitate. Nihil enim ibi vetustum vel transitorium erit, sed semper in nouitate suę viriditatis absque dubio permanebit. Nec in vere crescet, nec in autumno deficiet: nec calore siccabitur æstatis, nec marcescet frigoribus hyemis. Ibi enim non erit varietas tēporis, vbi semper est identitas æternitatis. Vnde Beatus Ioannes in Apocalypsi dicit, quia tempus non erit amplius. *Apoc. 10.* Mirum est tamen quod diximus, quia post resurrectionem non erit tempus, & nisi hoc auctoritas diceret, animos simplicium forsitan impediret. Et leuauit (inquit Ioannes) Angelus manum in cœlū, & iurauit per viuentem in secula, quia tempus non erit amplius. *Mora. lib. 4.* Vnde Beatus Gregorius. Tempus nostræ mortalitatis (inquit) quandoque transiturum est vt penitus non sit, Angelo hoc in sacro eloquio attestante, qui ait per viuentem in secula, quia tempus non erit amplius. *Psal. 80.* Nam etsi propheta dicit, Erit tempus eorum in secula, quia per momenta tempus deficit, nomine temporis, eorum defectum vocauit, ostendens quòd sine fine omnimodo defectu deficiunt, ij qui a visionis intimę consolatione separantur. Intelligitur igitur per tempus, mutabilitatis humanæ varius defectus. Non infundetur prędicta viriditas abundātia pluuiæ, sed infusione roris, quia non eget prædicatione, sed rore diuinę contēplationis. Vbi enim vnusquisque omnia scientem sciet, ibi nemo doctrina prædicationis egebit.

¶ *De ligno vitæ quod est in medio cęlestis pratelli.*
Cap. XXXV.

L IN medio cœlestis pratelli (quod futuræ comparauimus amœnitati) ponitur lignum vitę, vt vita sit in amœnitate. Non est enim felix amœnitas, cū vita arctat intra mortis metas. Sed cum vita sine morte fuerit, tunc amœnitas vitæ cum vita felix erit, ita vt audiat homo quod per prophetam dicitur a Domino. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum: longitudo temporis est spatium æternitatis: ostensio salutaris est visio Saluatoris. Hoc autem salutare est lignum vitæ. *Psal. 90.* Diuersa sunt ligna vitę, est enim lignum vitę arbor quędam materialis, quæ a principio fuit in medio paradisi. *Diuersa sunt ligna vitæ.* Est & lignum vitæ quædam iustitia in medio moralis claustri. Est etiam arbor vitæ Christus in medio ecclesiæ. Sed in medio claustri futuræ beatitudinis est quasi lignum vitæ sapientia Dei patris. Ne primi ligni fructum tangeret homo post peccatum, antequàm eiectus esset a paradiso audiuit a Domino: videte ne forte sumat de ligno vitæ. *Gen. 3.* Arbor vero iustitiæ, quæ est lignum vitæ, in claustro animæ ponitur, vt animi virtutes in eo delectētur. Est autem animæ claustrum contemplationis secretum. Plantatur autem arbor iustitiæ in terra bonæ voluntatis, radicatur in profundo humilitatis, crescit per desiderium, expādit ramos per exemplum, dat fructum boni operis, cibat esurientem dulcedine contemplationis. M De hoc ligno per beatum Iob dicitur: lignum habet spem: si præcisum fuerit rursum virescit, & rami eius pullulant. *Iob. 14.* Vnde Beatus Gregorius in moralibus. Ligni nomine aliquando crux, aliquando vir iustus, aliquando vero incarnata Dei sapientia figuratur. In ligno siquidem crucis habemus spem salutis. Quod vero hic de ligno dicitur, iustitiæ cuiuslibet hominis assignatur. Lignum enim habet spem, quia futuræ beatitudinis iustus expectat retributionem. Si præcisum fuerit, rursum virescit. Vnde Beatus Gregorius. Cum in morte passionis pro veritate iustus afficitur, in æternæ vitæ viriditate recuperatur. Et qui hic virebat per fidem, illic virescit per spem. Et rami eius pullulant, quia plerunq; ex passione iusti, fideles quique ad amorem cœlestis patriæ multiplicantur: & viriditatem vitæ spiritualis accipiunt, dum hunc pro Deo fortiter egisse gratulantur. Ex fructu igitur ligni iustitiæ, quod in medio moralis claustri ponitur, anima cum suis virtutibus satiatur. Est & lignum vitę secundum formam humanitatis Christi in medio ecclesię. Hoc autem lignum habet spē. Sicut enim superius dicitur, incarnata Dei sapientia per illud figuratur. Hoc igitur lignum habet spem, quia si præcisum fuerit, rursum virescit: quoniam etsi Christus per passionem occidi potuit, per resurrectionis gloriam rursus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami pullulant, vt ex resurrectione illius multiplicati, longe lateque fideles crescāt. Fructus huius arboris est caro Christi & sanguis. Qui ex hoc fructu seipsos cibant, æternæ vitæ salutem absque scrupulo dubitationis expectant. Lignum vero vitæ, quod est in medio claustri futuræ beatitudinis, id est sapientia Dei patris, fuit ab initio creaturæ cibus Angelorum: incarnata vero Dei sapientia facta est redemptio peccatorum, & salus iustorum. Sub ramis huius arboris, id est sub tutela diuinæ protectionis iusti resident, aspectu eius delectantur, & amœnitate gaudent: satiantur

fructus

fructus dulcedine, id est contemplatione: fructus eius salutem conseruat, & vitam præstat. Hoc est igitur lignum vitæ, quia vitam custodit incolumem sine fine.

§ *De silentio cœlestis Claustri. Cap. XXXVI.*

N A Quibusdam queritur: vtrum in cœlesti claustro silentium ad horam, vel cótinuú teneatur. Sed nihil nos prohibet aliquid de silentio præmittere quod nescientes auctoritas docet &
Apo. 8. elucidat. Ait enim Ioannes in Apocalypsi. Factum est silentium in cœlo quasi media hora. Vnde Beatus Gregorius. Nihil prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis. Qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationis humanæ, & terrenorum desideriorum se inseruerit seu implicuerit, non est in solitudine. Si vero aliquis corporaliter popularibus turmis premitur, & tamen nullos curarum secularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe. De hoc secreto cordis dictū est: Factum est silentium in cęlo quasi media horæ. Cœlum quippe est anima iusti. Anima siquidé iusti, dum ad æterna & sublimia per subleuationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumult⁹ premit, & intra se Deo quoddam silentium facit. Sed quia hoc silentium contemplationis, & hæc quies mentis in hac vita non potest esse perfecta, nequaquàm hora integra factum in coelo dicitur silentium, sed quasi media, vt nec media plene sentiatur, cum pręmittitur quasi: quia mox vt se animus subleuare cœperit, & quietis intimæ lumine perfundi, redeunte motu cogitationum stupidus de semetipso confunditur & confusus cæcatur. Bene ergo factum hoc silentium non integra, sed dimidia hora describitur, quoniam hæc contemplatio nequaquàm perficitur,
O quàmuis ardenter inchoetur. Potest & hæc auctoritas aliter exponi: vt Angelis in cœlo silentium obedientiæ factum ante ruinam diaboli possit assignari. Multitudo siquidem Angelorum ante casum siluit, quamdiu voluntati sui creatoris humiliter obediuit. Sed diabolus silentium rupit, locu-
Esa. 14. tus est superbiam, & in hæc verba protupit. Ponā sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo. Hoc autem silentium in cœlo quasi media hora permansisse dicitur, quia non diu post creationem suam illud diabolus tenuisse perhibetur. Similiter sicut Lucifer in cœlo, sic quidam fratres se habent in materiali claustro. Obedientiæ siquidem silentium tenent, sed sicut Lucifer, nobilitate generis, & scientiæ claritate lucent: & qui cæteros fratres humilitate præcedere debuissent, simplicioribus fratribus exemplum peruersitatis præbent. Magistris æquales videri volunt, simpliciores fratres sibi verbis seductorijs alliciunt. Et sicut Lucifer quasi fulgur de cœlo cecidit, sic a sublimitate sui ordinis vnusquisque superbe cadit. Ira succensi, tonantes verbis, coruscationum præmittentes minas, a claustro quasi a cœlo recedunt, & alios secum trahūt. Cum secularibus habitant, seipsos excusant: ad hoc etiam laborant, vt sicut diabolus homines seducit, sic & eos, cum quibus morantur, sua persuasione peruersos reddant. Obediétiam, quam diabolus primo homini præcepit, seruant: a laude Dei, & præceptis eius inobedientes vacant. Sub silentio igitur inobedientiæ quiete degunt, quia neminem reprehendunt, & ipsi a nemine reprehendi volunt. De hoc quieto silentio in libro sapientiæ dicitur. Cum silentium quietum te- Sap. 18.
nerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo a regalibus sedibus, durus debellator in mediá exterminij terram prosiliuit. Tria sunt silentia. Pri- P
mum silentium fuit Angelis in cœlis, ante diaboli casum. Secundum fuit in terra hominibus, post primi parentis lapsum. Tertium erit in cœlo post resurrectionem, quod nunquam habebit finem. Primum fuit solis Angelis, secundum solis hominibus, tertium erit Angelis & hominibus. Secundum silentium fuit ab Adam vsque ad Christum. Interim tamen lex subintrauit, quædam promisit, sed in promissionem tandem defecit. Ideo homo cōsiderans per legem neminem iustificari posse, siluit. Cum ergo quietum silentium tenerent omnia vere omnia, quia & ea quæ ante legem fuerant, & quæ sub lege erant. Illa enim in peccatione desperabant, ista in promissione defecerant. Mirum est tamen, quòd hoc silentium quietum fuisse dicitur, cum sub dominio diaboli teneretur: nisi forsitan aliquis dicat, quòd ille rem aliquàm quiete possidet, qui absque contradictione eam tenet. Quietum siquidem silentium esse dicitur, quod nullo prohibente possidetur. Et nox in suo cursu mediū iter haberet. Nox, id est peccatum a diabolo cœpit, & descendens ad primum hominem, per singulos actualiter cucurrit. Medium (inquit) iter haberet. Est enim iter sursum, & est iter deorsum. Sursum ad cœlos, deorsum ad inferos. Iter vero medium est præsentis vitæ spatium. Tunc vero nox in suo cursu medium iter tenebat, quia suum erat, & nemo ad cœlos ascendere poterat, sed omnes tam iustos quàm iniustos mors secum trahebat ad infernum. Cum ergo mors omnes secum ad inferos raperet, & peccatum omni spe remota ad summum perueniret, tunc omnipotens sermo exiliens de cœlo a regalibus sedibus venit, silentium rupit, ostendit reuertendi viam, per quam ipse venerat, scilicet patris obedientiam. Vt qui per inobedientiam a via veritatis exorbitauerat, per viam obedientiæ Christum sequens salutem quærat: fecit quod docuit, quia durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit. Durus inquam, quia propter ver- Psal. 16.
ba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Per afflictionem siquidem carnis, per effusionem sanguinis debellauit diabolum, eripuit genus humanum, & hoc in mediam exterminij terram. Terra exterminij dicitur, quia per passionem Christi diabolus eiectus a fidelium cordibus exterminatur. Rex enim noster operatus est salutem in medio ter- Psal. 73.
ræ. Rex erat, & a regalibus sedibus venerat: & cum ad cœlos redijt, quos a seruitute diaboli liberauerat, ad conregnandum secum in cœlestibus sedere fecit.

Tria sunt silentia notabilia.

fecit. Cum ergo homo ad illud beatum silentium futuræ beatitudinis peruenerit, quod petat vlterius non habebit. Tunc enim silebit iniquitas, abundabit charitas: nec quicquam ibi deficiet, vbi
1.Cor.15. vnusquisque omnia habebit in se habebit. Tunc enim erit Deus omnia in omnibus.

§ *Quòd Angeli, & animæ sanctorum loquantur ad Deum. Cap. XXXVII.*

Q VAtrum in claustro futuræ beatitudinis alicui loqui liceat: placeret forsitan tibi frater audire quid auctoritas inde dicat. Vnde Beatus Gregorius.
Mora. lib. 2. Sciendum est, quoniam incorporea natura cum loqui dicitur, eius locutio nequaquam vna eademque qualitate formatur. Aliter enim loquitur Deus ad angelos, aliter angeli ad Deum, aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum animæ ad Deum. Nam quia naturæ spirituali ex corporea oppositione nil obstat, loquitur Deus ad angelos sanctos eo ipso, quo cordibus eorum occulta sua, & inuisibilia ostendit: vt quicquid agere debeant, in ipsa contemplatione veritatis legant: & velut quædam præcepta sint vocis, ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur, quod videntibus inspiratur. vnde cum eorum cordibus contra humanam superbiam animaduersionem vltionis Deus infun-
Gen.11. deret, dixit. Venite, descendamus, & confundamus linguas eorum. Dicitur eis, qui adhærent, venite, quia nimirum hoc ipsum nunquam à diuina contemplatione decrescere, in diuina contemplatione semper accrescere est: & nunquam corde recedere, est quasi quodam stabili motu semper venire. Quibus etiam dicit: descendamus, & confundamus linguas eorum. Ascendunt angeli in eo, quòd creatorem conspiciunt: descendūt angeli in eo, quòd creaturam sese in illicitis erigentem examine districtionis premunt. Dicere igitur Dei, descendamus, & confundamus linguas eorum, est in seipso eis hoc, quod rectè agitur ostendere, & per vim internæ visionis eorum mentibus exhibenda iudicia motibus occultis inspirare. Sed & angeli ad Deum loquuntur, sicut per Ioannem
Apoc.5. in Apocalypsi dicitur. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & diuinitaté. Vox enim angelorum in laude conditoris, est ipsa admiratio intimæ contemplationis. Miracula diuinæ virtutis obstupuisse, dixisse est: quoniam excitatus cū reuerentia motus cordis, magnus est ad aures incircunscripti spiritus clamor vocis. Quæ vox se quasi per distincta verba explicat, dum se per innumeros modos admirationis format. Deus igitur angelis loquitur, dum eis voluntas eius intima videndo manifestatur. Angeli vero loquuntur Domino, cum per hoc, quòd super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt.

§ *Quòd Deus ad sanctorum animas loquatur. Cap. XXXVIII.*

DEus ad sanctorum animas loquitur, & sanctorum animæ ad Deum loquuntur. Vnde in Apocalypsi Ioannis dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei: & clamabát voce magna dicentes. Vsquequo Domine non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? Vnde Beatus Gregorius. Quid est animas vindictæ petitionem dicere, nisi diem extremi iudicij, & resurrectionē extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe clamor earum magnum est desiderium. Tanto enim quisq; minus clamat, quanto minus desiderat. Et tanto maiorem vocē in aures incircunscripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba, ipsa sunt desideria. Nam si desiderium sermo nō esset, propheta non diceret. Desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Sed quomodo dicuntur petere, quas & voluntatem Dei certū est, & ea quæ futura sunt non ignorare? De ipso ergo bibunt, quod ab ipso sitiunt. Discordarent igitur à volūtate conditoris, si quæ eum vident velle, non peterent: eiq; minus inhererent, si volenté dare, desiderio pigriori pulsarent. Sed & Deus ad sanctorum animas loquitur: sicut eis resurrectionem corporum suorum desiderantibus, per responsum diuinum dicitur. Requiescite tempus adhuc modicum, donec cópleatur numerus cóseruorum, & fratrum vestrorum. Desiderantibus animabus, requiescite adhuc modicum, dicere, est inter ardorem desiderij ex ipsa præscientia solatium consolationis aspirare: vt & animarum vox sit hoc, quòd amantes desiderant, & respondentis Dei sermo sit hoc, quòd eas retributionis certitudine inter desideria confirmat. Respondere ergo eius, vt collectione fratrū expectare debeant, est eorum mentibus libenter expectādi moras infundere; vt cum carnis resurrectionem appetunt, ex colligendorū fratrum augmento gratulentur.

R Apoc. 6. Grego. Psal. 9. Apoc. 6.

§ *Quòd post resurrectionem hominibus loquatur Deus. Cap. XXXIX.*

AVctoritate perhibente comperi, qualiter S ad angelos, & ad animas sanctorū Deus consueuit loqui. Adhuc vero scire desidero, quomodo post resurrectionē hominibus loqui debeat: vt quod proposui scribere, auctoritati nō cōtradicat: vnde beatus Gregorius.
Cū nobis post resurrectionē ostēdetur Dñs per speciē, tūc semetipsum quomodo omnibus creaturis pstit nobis insinuabit: tūc detersa nostræ mētis caligine, clara se visione manifestabit, & tūc implebit, quod in euāgelio veritas dicit. Venit hora cū iā nō in prouerbijs loquar vobis, sed palā de Patre annuntiabo vobis. Filius.n. de Patre palā annuntiat, quia per hoc, quòd verbū est ex natura diuinitatis nos illustrat. Palā itaq; de patre annuntiare se asserit, quia p patefactum tunc maiestatis suæ speciē, & quō ipse gignenti

Grego. Ioan. 16.

gignenti non impar oriatur, & quomodo vtrorũque Spiritus vtrique coæternus procedat, ostendit. Aperte namq; tũc videbimus quomodo hoc quod oriendo ab alio est, ei de quo oritur, subsequens non est: quomodo is, qui processione producitur, a proferentibus non præitur. Aperte tunc videbimus, quomodo & vnum diuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria vnum. Apparente igitur in iudicio retributore operum, iam verba cessabunt exhortationum, & nos angustias vitæ præsentis euadentes, in illa quoque suscepti contemplatione gaudiorum, iam nullatenus indigebimus audire verba doctorum.

¶ *Qualia futura sint humana corpora post resurrectionem.* Cap. X L.

T Vm de qualitate corporum qualia per resurrectionem sint quæritur, non ego sed Beatus Gregorius audiatur. Redemptor noster, inquit, resurrectionem, quam in se ostendit, nobis promisit: & quia membra sui sequuntur gloriam capitis, eam in fine mundi facturus est in nobis. Sed ecce resurrectionem audio, effectum tamen eiusdem resurrectionis exquiro. Credo namque quia resurrecturus sum, sed volo vt sciam qualis. Sciendum mihi quippe est vtrum in quodam alio subtili forsitan vel aereo, an in eo quo moriar, corpore resurgam. Sed si in aereo corpore resurrexero, iam ego non ero, qui resurgo. Nam quomodo vera est resurrectio, si vera non potuit esse caro? Aperta igitur ratio suggerit, quòd si vera caro non fuerit, proculdubio resurrectio vera non erit. Hæc enim rectè resurrectio non potest dici, vbi non resurgit, quod cecidit. Credendum est igitur, quia nequaquam corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis subtilius, vel aere. Erit enim subtile quidem per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ. In illa ergo cœlestis regni gloria caro secundum naturam erit, & secundum passionis desideria non erit, quia deuicto mortis aculeo in æterna incorruptione regnabit. Credimus igitur, & fatemur carnem, nostram post resurrectionem futuram, & eandem & diuersam, eandem per naturam, diuersam per gloriam, eandem per veritatem, diuersam per potentiam. Erit itaque subtilis, quia incorruptibilis, erit palpabilis, quia non amittet essentiam naturæ veracis.

¶ *In quibus locis sint animæ iustorum ante resurrectionem.* Cap. X L I.

V Voniam quidem simpliciores fratres de animabus ante resurrectionem quibus in locis sint dubitant, ideo volumus, vt de eis diuinæ scripturæ verbis certiores fiant. Ait enim Beatus

Mora. lib. 8. Gregorius. Cum sanctus, seu malignus spiritus aliquo moriente egredientem animam a claustro carnis acceperit, in æternum secum sine vlla mutatione retinebit: vt nec exaltata ad supplicium proruat, nec æternis mersa supplicijs vltra ad remedium ereptionis ascendat. Nequaquàm enim misericordia redemptoris post mortem liberat, quem ante mortem gratia ad veniam nõ reformat. Item: *Mora. lib.* 4.
Electi Dei, & perfecti viri postquàm de corporibus transeunt, nequaquàm per morarum spatia (sicut antiqui patres) a patriæ cœlestis perceptione differuntur. Mox quippe, vt a colligatione carnis exeunt, in cœlesti sede requiescunt. Hoc autem quod in quarto dialogi libro dicitur, quòd ante restitutionem corporum in cœlo recipiuntur animę iustorum, hoc neque de omnibus iustis fateri possumus, neq; de omnibus negare. Nã sunt quorundam animę iustorum, quę quibusdam adhuc mansionibus a cœlesti regno differuntur. In quo dilationis damno quid aliud innuitur, nisi quòd de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat, quòd perfectorum iustorum animæ mox, vt huius claustra carnis exeunt, cœlestibus sedibus recipiuntur. Hoc autem ipsis iustis pro retributione suæ iustitiæ crescet in die iudicij: quòd nunc animarum sola, postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruentur: vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores cruciatusque pro Domino pertulerunt. Præterea sciendum est, quoniam etsi baptizatos omnes infantes, atque in eadem infantia morientes ingredi regnũ cęleste credendum est, omnes tamen paruulos (qui scilicet iam loqui possunt) regna cœlestia ingredi credendum non est: quia nonnullis paruulis eiusdem regni cœlestis aditus a parentibus clauditur, si male nutriantur.

¶ *De summo abbate, id est Deo omnipotente.* Cap. X L I I.

X Reator omnium Deus pater omnipotens, in quo clamamus abba pater, *Roma.* 8.
qui omnia operatur quietus, nec tamen angustatur intentus: sic exteriora circundat, vt interiora impleat sic interiora implet, vt exteriora circundet: sic summa regit, vt ima non deserat, sic imis præsens est, vt a superioribus non recedat: sic latet in sua specie, vt tamen cognoscatur in operatione: sic in suo cognoscitur opere, vt tamẽ cõprehendi nõ valeat cognoscẽtis ęstimatione: sic adest, vt videri nequeat, sic videri nõ valet, vt tamẽ eius præsentiã ipsa sua indicia testentur: sic se intelligendum præbet, vt tñ ipsum nobis radium sui intellectus obnubilet, & rursum nos caligine ignorantiæ sic reprimit, vt tamen nostræ menti radios suæ claritatis intermisceat, quatenus & subleuata quippiam videat, & reuerberata contremiscat: & quia eum sicuti est videre non potest, aliquando videndo cognoscat. Sunt autem in ecclesijs quidam prælati, qui licet diuersis operibus sint intenti, tamen operantur quieti. Interiora domus suæ implent doctrina, exteriora vero circundant prouidentia: nec tamen sic doctrinæ student, vt a prouidẽtia cessent: nec sic curis exterioribus inhiant, vt a spirituali doctrina refrigescant.

scant. Summa regnnt, & tamen ima non deserunt. Illa cum potestate, ista cum humilitate. Non enim a sapientibus recedunt, sed tamen simplicioribus fratribus condescēdunt: sic latent fratribus in sua voluntate, vt tamen aliquando cognoscantur in operatione: sic cognoscuntur in suo opere, vt vix reprehendi possint cognoscentis æstimatione: sic adsunt quandoque, vt videri nequeāt, quia quamuis remoti sint corpore, adsunt tamen sollicita circunspectione: sic se intelligendos præbent cæteris vt vix intelligi valeant etiam a discretis. Nec tamē sic secretum mentis obnubilant, quin pro tempore & loco quibus congruum viderint, illud dicāt. Et quia summo abbati toto affectu mentis inhærent, adhuc in terris positi formam summi abbatis tenent. A proposito suo flecti nequeunt, & eos qui sub ipsis sunt proposita sua tenere coguntalios reprehendunt, & ab ijs reprehendi volunt. Nihil enī in se habere desiderāt, quod oculis hominū & oculis diuinæ maiestatis nō ostēdāt. Et quia scriptū reperiunt. Mat. 5. Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt, ideo vt Deum in futuro videant, oculum cordis puluere terrenæ vanitatis mundant. In futura siquidem vita Deus videbitur ab ijs, quorum oculi mentis a vitijs purgantur. Vnde Beatus Gregorius. Videbimus, inquit, Deū ipsum, qui erit nostri laboris præmium, vt post huius tenebras mortalitatis gaudeamus luce diuinę contemplationis. Quæ nimirum visio fide nunc inchoatur, sed tunc in specie perficietur, quando coęternam Dei sapiētiam, quam modò per ora prędicantium quasi per decurrentia flumina sumimus, in ipso suo fonte bibemus. In libro etiam dialogi scriptum repperi: quòd sicut mali malos in supplicio, sic boni bonos cognoscent in regno. In qua videlicet cognitione vtriusque partis cumulus excrescit retributionis: vt & boni amplius gaudeant, qui secum eos lætari cōspiciunt, quos amauerant: & mali dum cum eis torquentur, quos in hoc seculo dilexerunt despecto Deo, eos non solum sua, sed etiam illorum cōsumat pœna. Fit autem quiddam mirabilius in electis, quia nō solum eos, quos in hoc cognouerunt mundo, agnoscunt, sed velut visos, ac cognitos recognoscūt bonos, quos nunquàm viderunt. Quia enim illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, non est quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt. Tunc enim in claustro perfectæ beatitudinis Angelis & hominibus Deus præerit quibus nihil deesse poterit, quoniam abbatis more, Dei sapientia omnia omnibus prouidebit. Ibi nullus in suo ordine deficiet, quia in libro diuinæ sapientię, in quo scriptus est ordo naturæ, vnusquisque leget.

¶ *De priore, qui præcessit nos ad labores, & deducit ad requiem.* Cap. XLIII.

Y Sicut sapiens verbis innotescit paucis, & iterum sicut sapiēti sat dictum est, quādo aliquis ei pauca de multis refert, sic quando aliquis simplicibus loquitur, oportet vt eis diffusius, & verbis planioribus loquatur. Ideo tractatum longius extendi, quoniam simplicioribus fratribus intendebam loqui. Priusquam tamen huic operi finem imponam, de inuētore nostri ordinis simplicioribus fratribus aliquid in transitu dicam. Inuentor siquidem nostri ordinis missus fuit a claustro summi abbatis, a sinu videlicet Dei patris. Venit in hunc mundum, induit humilitatis habitum, induit vestem carnis: vocauit peccatores ad claustrum perfectæ religionis. Præmisit gratiam, proposuit misericordiam, promisit veniam. Collegit conuentum, constituit numerum: duodecim scilicet Apostolos, & discipulos complures quasi conuersos. Construxit ecclesiam per totum orbem terrarum diffusam, proposuit communem vitam secundū regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Sicut prior ad laborem cæteros præcedit, & eos post laborē ad quietem claustri reducit, sic Christus post huius mundi laborem, suos deducet ad requiem: post laborem, scilicet mundanæ tribulationis ad requiem diuinæ contemplationis. T Duodecim autem Apostoli, quos recensebo, vt eos possimus saltem in aliquo sequi, hi sunt Petrus, Andreas, Iacobus, Matt. 10. Ioānes, Thomas, Iacobus, Philipus, Bortholomęus Matthęus, Simon, Iudas, & Iudas, Iscariotes. Petrus agnoscens, Andreas virilis, Iacobus luctator, Ioannes gratia, Thomas geminus, Iacobus supplantator, Philippus os lampadis, Bartholomæus filius suspendentis aquas, Matthęus donatus, Simon obediens, Iudas laudans vel confitens interpretatur. Z Qui igitur bonitatem Dei sicut Petrus agnoscunt, sicut Andreas viriliter agunt, sicut Iacobus luctantur contra vitia, adiuuente Ioannis gratia, sicut Thomas etsi aliquando dubitant, postea tamen conuertuntur vt credant, sicut Iacobus vitia supplantant, sicut Philippus aperto ore Deum prædicant, sicut Bartholomæus aquas suspendunt, quia populos in lapsu mundi positos a terrenis sustollunt, sicut Matthęus omnibus quæ possidēt renūciant, & seipsos donant, sicut Simon Deo obediunt, & sicut Iuda confitentur peccata sua, & diuinis laudibus incumbūt: ij a Deo non recedunt, nec sicut Iudas Iscariotes loculos portant, & locum mutant, osculo magistros tradunt, dum illis insidiantes detrahunt. Qui tales sunt a Deo recedūt. Qui autem in tribulationibus cū Christo permāserunt, in futuro cęlestis glorię participes erunt. Et qui secuti sunt eum ad laborem, sequentur ad requiem. Cum ipso erunt in claustro perfectæ beatitudinis, & fruentur dulcedine diuinæ contemplationis. In libro vitæ legent floribus amęnitatis perpetuę delectati. Sub vmbra ligni vitę quasi sub vmbra diuinæ protectionis quiescent. Hęc requies Psal. 131. mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Ibi video Deum Saluatorem meum. Scio Iob. 9. enim, quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū saluatorem meum. Non dixit creatorem, sed redemptorem. Qui enim omnia creauit de captiuitate nostra sua nos passione redemit. Et qui inter impiorum manus occubuit, in cęlo viuit. In nouissimo

Pulchra applicatio nominu 12. Apostolis.

ſimo igitur die reſurgam, vt in carne mea verus homo verum hominem Deum videam. Reposita eſt hęc ſpes mea in ſinu meo. Vnde beatus Gregorius. Nihil certius nos, habere credimus, quàm quod in ſinu tenemus. In ſinu ergo ſpem repoſitã tenuit, qui vera certitudine de ſpe reſurrectionis
Pſal. 145. pręſumpſit. Laudabo igitur Deum in vita mea, vt poſſim eum laudare in futura vita. Laudabo Deũ in opere humanæ creationis, & poſt lapſum humani generis laudabo eum de miſericordia reparationis, laudabo etiam pro bono futuræ reſurre-
Pſal. 70. ctionis. Sed adhuc adijciam ſuper omnem laudẽ iſtam. Poſt primam enim creationem & peccare, & mori homo potuit, poſt reparationem peccare & mori non deſijt, ſed poſt reſurrectionem & mori & peccare ceſſabit. Et hęc laus eſt ſuper omnem laudem, quia non impedietur aliquo caſu, nec ha-
Pſal. 67. bebit finem. Mirabilis ergo Deus in ſanctis ſuis: Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus. In pręſenti mirabilis in ſanctis ſuis in miraculis faciendis, in futuro admirabilis in bonis remunerandis. Ipſe dat in pręſenti plebi ſuæ adhuc in fide firmam virtutem, patientiæ fortitudinem, in futuro autem dabit virtutem incorruptionis, fortitudinem immortalitatis: quam nobis largiatur benedictus per omnia ſecula Deus. Amen.

¶ *Hæc ſunt, quæ de clauſtro animæ, ſub nomine. M. Hugonis à S. Victore Canonici Regularis Lateranẽſis, impreſſa comperimus, quia tamẽ a phraſi eius, & a profeſſione nonnihil diſſident, potius accedam illis, qui Hugonis a Folieto eſſe cenſent: is enim à regula canonica diui Auguſtini ad arctiorem diui Benedicti tranſcripſit, vnde vtriuſque inſtitutionis paſſim meminit. In vetuſto autem exemplari Hugoni priori canonicorum S. Laurentij in pago Ambianenſi aſcripta legi: quocirca mihi quidem adhuc ſub indice lis eſt.*

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranenſis de Anima, & eius ad ſui, & ad Dei cognitionem, & ad ueram pietatem inſtitutione, Libri quatuor. Quorum primus & tertius ob ſummum in eis rutilantem piæ deuotionis affectum, ſub meditationum & de interiori domo titulis, deuoto Doctori beato Bernardo Claræuallenſi aſcripti ſunt. Secundum vero tum propter differendi ſubtilitatem, tum propter dicendi grauitatem, beati Auguſtini opera ſibi perperam vindicarunt; nam & Hugo noſter ſæpe non minus profunde loquitur, & ad Auguſtini patris ſui ſtylum quàm proxime accedit, & quod maioris eſt argumenti, in eo citatur Boetius præter Auguſtini morem, & contra tempora. Quartum ſoli Hugoni comperi aſcriptum, immo omnes quatuor ſub nomine Hugonis noſtri in vetuſto codice conſcriptos, quocirca tametſi in ſtylo varij ſunt, & ab Hugonis phraſi diſcrepantes, ſub eiuſdem curauimus nomine emittendos, citra tamen aſſertionis pertinaciam. Eorum autem primi hæc ſunt Capita.

§ *De miseria hominis, & examinatione extremi iudicij. Cap. II.*

F Secundũ exteriorẽ hominẽ de parentibus illis venio, qui me ante fecerũt dãnatũ, q̃ natũ. Peccatores peccatorẽ in peccato suo genuerũt, & de peccato nutrierũt. Miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerũt, nihil ex eis haben, nisi miseriam, & peccatum, & corruptibile hoc corpus, quod gesto. Ad illos vero festino, qui per mortem corporis hinc exierunt. Quorum cum sepulchra inspicio, non inuenio in eis nisi cinerem, & vermẽ, fœtorem & horrorẽ. Quod ego sum, ipsi fuerunt, & quod ipsi sunt, ego ero. Quid sum ego? homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus, deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est. Postea plorans & eiulans traditus sum huius mundi exilio: ecce iam morior plenus iniquitatibus, & abominationibus. Iam iam præsentabor ante districtum iu-
G dicem, de operibus meis rationem redditurus. Væ mihi misero, cum venerit dies illa iudicij, & aperti fuerint libri, in quibus omnia acta mea, & omnes cogitationes meæ Domino præsente recitabuntur. Tunc demisso capite præ confusione malæ conscientiæ, in iudicio coram Domino stabo trepidus, & anxius: vtpote cõmemorãs scelerũ commissa meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo, & opera eius: reducam ante oculos omnia delicta & peccata mea. Quadam nanque diuina vi fiet, vt cuique sua opera bona, vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset scientia conscientiam: atque ita simul & singuli, & omnes iudicentur.

Iudicium faciet gestorum quisque suorum,
Cunctaq; cunctorum cunctis arcana patebũt.

Quod enim nũc cõfiteri erubescim⁹, tũc omnibus manifestabitur, & quicquid dissimulãdo tegit, totum illic vindex flamma cõburet. Ignis vbique ferox ruptis regnabit habenis. Quantoque diutius Deus nos expectat, vt emendemus, tanto districtius iudicabit, si neglexerimus. Cur ergo tantopere vitam istam desideramus, in qua quanto amplius viuimus, tanto plus peccamus? Quanto est vita longior, tãto culpa numerosior. Quotidie nãq; crescũt mala, & subtrahuntur bona. Assidue variatur homo per prospera & aduersa, & ignorat quã do moriatur. Sicut enim in cœlo stella coruscans
H velociter currit, & repente deficit: & sicut scintilla ignis subito exinguitur, & in cinerem vertitur,

Sic cito finitam datur istam cernere vitam.

Dum enim libenter ac iucũde moratur homo in mundo, diuque se victurum arbitratur,

Ac multa in longum disponit tempus agenda.

Subito rapitur in mortem, & ex improuiso anima aufert a corpore, tuncq; cũ magno metu magnisq; dolorib⁹ anima separat a corpore. Veniũt enim angeli assumere illã, vt perducãt eã ante tribunal iudicis metuẽdi: & tũc illa memorãs opera sua mala & pessima, q̃ die noctuq; gessit cõtremiscit, & quærit illa fugere, induciasq; petere, dicẽs: date mihi vel vnius horę spatiũ. Tunc quasi loquentia simul opera dicent. Tu nos egisti, opera tua sumus, non te de- I
seremus, sed tecum semper erimus: tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoque multis & multiplicibus criminibus eam accusabunt, multaque falsa testimonia aduersus illã inuenient, quanquàm vera ad damnationẽ eius possent sufficere. Dæmones vero terribili vultu, & horribili aspectu eã terrebunt, ingenti furore eam persequentur, & comprehendent tam terribiliter quàm horribiliter, volentes eam retinere & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos, & os aliosq; ne corporis sensus, p quos solebat egredi, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se; & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se. Quia enim pro amore mundi, & carnis voluptate Dei amorem dereliquerat, derelinquetur à Deo misera in hora tantæ necessitatis; atq; dæmonibus tradetur in inferno cruciãda. Sic anima peccatoris in die qua igno- K
rat, & hora qua nescit, rapitur à morte, & segregatur à corpore, pergitq; miserijs plena, tremẽs, & dolens, & cũ nullam excusatione habeat, quã pro peccatis suis possit obtẽdere, cõtabescit, & pertimescit ante Deũ apparere. Ingenti horrore concutitur, & multiplicibus cogitationum æstibus agitatur, cũ vrgente solutione carnis, & subductis è medio omnibus, se & illũ terminũ cõsiderat, cui appropinquat: & post paululum hoc inuenit, quod in perpetuũ mutari nõ poterit. Cõsiderat plane quã districtus veniat æternus iudex, & ante seueritatem tãtæ iustitiæ quas rationes vitę suę ponat. Si enim cũcta opera, quæ intelligere potuit, deuitauit, ventura tamẽ coram districto iudice, illa magis, quę in semetipsa non intelligit, pertimescit. Crescit pauor cum cogitat, quòd viam vitæ huius nequaquã sine culpa trãsire potuit. Nec hoc quidem, quòd laudabiliter vixit, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudice-
tur. Quis enim considerate valeat quãta mala per L
momẽta temporũ perpetramus, & quãta bona facere negligimus? Sicut enim peccatũ est perpetratio mali, sic delictũ est desertio boni. Grauis siquidẽ iactura est, cum nec bona facimus, nec bona cogitamus, sed cor nostrum per vana & inutilia sinimus vagari. Nimis tamẽ difficile est cor tenere, & ab illicita cogitatione seruare. Nimis ẽt difficile est terrenas occupationes absque peccatis ministrare. Quapropter nullus semetipsum diiudicare & cõprehẽdere pfecte pt, sed multis cogitationib⁹ occupatus sibimetipsi aliquo mõ manet incognit⁹ vt omnino qd tolerat nesciat. Propterea vrgẽte exitu subtiliori terret metu, qa etsi illa quę sciuit, nunquã se prætermisisse meminit, formidat tñ ea quę nescit.

§ *De dignitate animæ, & vilitate corporis. Cap. III.*

O Anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, heres bonitatis, rationis particeps: quid tibi cum carne, vnde ista pateris? M

Esa. 64. Propter carnem aliena peccata tibi imputantur,&
tuæ iustitiæ quasi pannus menstruatę reputantur:
atque tu ipsa ad nihilum es redacta,& quasi nihi-
lum & inane reputata. Nihil enim aliud est caro,
cum qua tanta est tibi societas, nisi spuma caro fa-
cta,fragili vestita decore:sed erit quando erit cada
uer miserum & putridum, & cibus vermium : nã
quantumcunque excolatur,semper caro est. Si di-
ligẽter cõsideres quod per os, & nares, cęterosque
corporis meatus egrediatur, vilius sterquiliniũ nũ
quã vidisti. Si singulas carnis miserias enumerare
velis,quàm sit onerata peccatis,irretita vitijs,pru-
riens cõcupiscẽtijs, occupata passionibus, polluta
illusionibus,prona semper in malũ, & in omne vi
tiũ procliuis, plenã omni cõfusione & ignominia
Psal. 143. inuenies. Propter carnẽ homo vanitati similis fa-
ctus est:quia ex illa vitiũ cõcupiscentiæ traxit,quo
captiuus tenetur & incuruatur,vt diligat vanitatẽ,
N & iniquitatẽ operetur. Attende hõ quid fuisti ante
Pulcherri ortũ, & quid es ab ortu vsq; ad occasũ, atq; quid
me discur eris post hãc vitã. Profectò fuit ꝙ nihil eras,postea
rit. de vili materia factus, & vilissimo panno inuolu-
tus, menstruali sanguine in vtero materno fuisti
nutritus,& tunica tua fuit pellis secundina.

Sic indutus & ornatus progressus es ad nos.
Nec memor es quàm sit vilis origo tui.
Forma,fauor populi,feruor iuuenilis,opesque
Subripuere tibi noscere quid sit homo.

Nihil aliud est homo, quàm sperma fœtidum,
saccus stercorum, cibus vermium.

Post hominẽ uermis,post uermem f.tor et horror:
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

O Cur ergo superbis hõ? attẽde ꝙ fuisti vile semẽ,
& sanguis coagulatus in vtero, deinde miserijs
huius vitę expositus,& peccato, postea vermis, &
Eccles.10 cibus vermium futurus in tumulo. Quid superbis
puluis & cinis: cuius conceptus culpa,nasci mise-
ria, viuere pœna,mori angustia?

Vnde superbit homo,cuius conceptio culpa,
Nasci pęna,labor vita,necesse mori?

Cur carnem tuam pretiosis rebus impinguas &
adornas?quam post paucos dies vermes deuoratu
ri sunt in sepulchro : animã vero tuam nõ adornas
bonis operibus,quę Deo & angelis eius pręsentan
da est in cęlis? Quare animã tuam vilipendis, & ei
carnem pręponis?dominam ancillari, & ancillam
P dominari,magna est abusio. Totus quidẽ iste mun
dus ad vnius animæ pretium ęstimari non potest.
Non enim pro toto mundo Deus animam suam
dare voluit, quam pro anima humana dedit. Su-
blimius est ergo animæ pretium, quæ non nisi san
Matt. 16. guine Christi redimi potuit. Quam ergo cõmuta-
tionem dabis pro anima tua,qui pro nihilo das il-
lã? Nonne Dei filius cum esset in sinu Patris a rega
libus sedibus pro ea descendit, vt eam liberaret a
põtate diaboli? Quã cũ vidisset peccatorũ funibus
irretitã, iam iamq; dæmonib' tradendã, vt morte
perpetua damnaretur,fleuit super illam, quæ flere
se nesciebat. Nec solũ fleuit, sed etiã occidi se per-
misit, vt pretioso sãguinis sui pretio eã redimeret.

Aspice mortalis,per quo datur hostia talis.

Agnosce homo quàm nobilis est anima tua,&
quàm grauia fuerint eius vulnera, pro quibus ne-
cesse fuit Christum Dominum vulnerari. Si nõ es-
sent hæc ad mortem,& ad mortem sempiternam,
nunquam pro eorum remedio Dei Filius morere
tur. Noli ergo vilipendere animæ tuę passionẽ, cui
a tãta maiestate tantã vides exhiberi cõpassionem.
Fudit ipse lachrymas pro te, laua & tu per singu- Q
las noctes lectum tuum cordis compunctione, & Psal. 6.
lachrymarum assiduitate. Fudit ipse sanguinẽ suũ,
funde & tu tuum quotidiana corporis afflictione:
quem si semel ponere pro Christo non potes,saltẽ
minori quodam,sed longiori martyrio pone. No-
li attendere quid caro velit, sed quid spiritus po-
scit. Tunc enim gloriosus erit, cum ad Deũ suum
redierit,ita tamen si de corpore nullũ peccatum se
cũ tulerit,& deterserit omne sordidum. Si vero di
cis,dur' est hic sermo, nõ possum mundũ sperne-
re, & carnẽ meam odio habere:dic mihi, vbi sunt
amatores mundi,qui ante pauca tẽpora nobiscum
erant? Nihil ex eis remansit,nisi cineres & vermes.
Attẽde diligẽter quid sunt, vel quid fuerũt. Hoĩes Iob. 21.
fuerunt sicut tu:comederunt,biberũt, riserunt,du
xerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna
descẽderunt. hic caro eorum vermibus, & illic ani
ma ignibus deputatur, donec rursus infelici colle-
gio colligati sempiternis inuoluantur incẽdijs,qui
socij fuerunt in vitijs. Vna nãque pęna implicat,
quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit il- R
lis inanis gloria, breuis lętitia, mundi potentia, car
nis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala
concupiscentia? vbi risus, vbi iocus. vbi iactantia,
vbi arrogantia? de tanta lętitia quanta tristitia? post
tantillam voluptatẽ q̃ grauis miseria? de illa exul-
tatione ceciderunt in magnam miseriam, in grãdẽ
ruinam,& in magna tormenta. Quicquid illis ac-
cidit,tibi accidere potest,quia homo es. Homo de
humo,limus de limo:de terra es,& de terra viuis,
& in terram reuerteris:quando venerit dies illa vl-
tima, quæ subito veniet, & forsitan hodie erit,
certum est quòd morieris,sed incertũ est quando,
aut quomodo, vel vbi, quoniã mors te vbiq; expe
ctat:tu quoque, si sapiẽs fueris,vbique eã expectã-
bis. Si carnẽ sequeris, punieris in carne: si in carne
delectaris, cruciaberis in carne. Si curiosas vestes Esa. 14.
quæris, pro ornatu vestium subter te sternetur ti-
nea:& operimentum tuum erunt vermes. Iustitia
enim Dei aliud iudicare non potest, nisi quod me
rentur opera nostra. Qui enim plus diligit mundũ
q̃ Deum, seculũ q̃ claustrum, gulã q̃ abstinẽtiam,
luxuriã q̃ castitatẽ: sequitur diabolũ, & ibit cũ eo
in supplicium æternum. Quis putas tunc mœror S
erit, quis luctus, quæ tristitia, cum separabuntur
impij a cõsortio sanctorũ,& a visione Dei,& tradi
ti in potestatẽ dæmonũ ibunt cum ipsis in ignem
æternũ,ibiq; semper erunt sine fine in luctu & ge-
mitu? Procul quippe a beata paradisi patria exulã-
tes,cruciabũtur in gehẽna ꝑpetua nunq̃ lucẽ visu-
ri,nunquam refrigeriũ adepturi, sed ꝑ millia mil-
lium annorũ in inferno cruciãdi; nec inde vnquã
liberandi. Vbi nec qui torquet aliquãdo fatigatur,
nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim
ignis ibi consumit, vt semper reseruet, sic tormen-

ta agun-

ta aguntur, vt semper renouentur. Iuxta vero qualitatem culpę pęnam sustinebit vnusquisq; gehennę: & similis culpę rei, flammis similibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur, nisi fletus & planctus, gemitus & vlulatus, męrores atq; stridores dentium: nihilq; ibi videbitur, nisi vermes, & laruales facies tortorũ, atq; teterrima mõstra dęmonũ. Vermes crudeles mordebũt intima cordis.

Hinc dolor, inde, pauor, gemitus stupor, & timor horrens.

Ardebuntque miseri in igne ęterno in æternum, & vltra. In carne cruciabuntur per ignem: in spiritu per cõscientię vermẽ. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis: mors animæ & corporis sine spe veniæ, & misericordiæ. Sic tamen morientur, vt semper viuant, & sic viuent, vt semper moriantur. Ita anima peccatoris aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterum ex duobus eligamus, aut semper cruciari

Eccl. 15. cum impijs, aut perpetuò lætari cum sanctis. Bonum siquidem & malũ, vita & mors ante nos sunt posita; vt ad quod voluerimus manum extendamus. Si tormẽta nõ terrent nos, saltẽ inuitẽt pmia.

De præmio cælestis patriæ. Cap. IIII.

Vide commentator quàm copiose discurrendo materia sibi præbeatur.

PRæmium autem est videre Deum, viuere cũ Deo, viuere de Deo, esse cũ Deo, esse in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deum, qui est summũ bonum. Et vbi est summum bonum, ibi est summa felicitas, felix securitas, & secura æternitas; ibi est vera lætitia, plena scientia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo.

Est ibi pax, pietas, bonitas, virtus, & honestas.
Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis.
Gloria, lux, requies, amor, & concordia dulcis.

Sic cũ Deo homo beatus erit, in cuius conscientia peccatum inuentũ non fuerit. Videbit Deũ ad voluntatẽ, habebit ad voluptatẽ, fruetur ad iucunditatẽ. In æternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatẽ, sic cognoscendi facilitatẽ, & requiescendi felicitatẽ. Ciuis siquidem erit illius sanctæ ciuitatis, cuius angeli ciues sunt: Deus Pater tẽplum; Filius eius splendor, Spiritus sanctus charitas. O ciuitas cœlestis, mansio secura, patria fertilis & ampla, totũ cõtinens, quod delectat sine murmure:

Psal. 86. incolę quieti, homines nullã indigentiã habentes. Quã gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: sicut lętantiũ omniũ habitatio est in te: oẽs lętantur in lętitia & exultatione; omnes delectantur de Deo, cuius aspectus pulcher, facies decora, eloquiũ dulce: delectabilis est ad videndũ, suauis ad habendũ, dulcis ad perfruendum. Ipse per se placet, & per se sufficit ad meritum, sufficit ad præmium; nec extra illum quicquam quæritur, quia totum in illo inuenitur quicquid desideratur. Semper libet eum aspicere, semper habere, semper in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, purificatur affectus ad cognoscendam, & diligendam veritatem. Et hoc est totũ bonum hominis nosse scilicet, & amare creatorem suum. Quę ergo nos tangit vesania, vitiorum sitire absinthium, huius mundi sequi naufragium, vitæ labentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominiũ: & non magis conuolare ad sanctorũ felicitatẽ, ad angelorum societatem, ad solennitatem supernæ lætitiæ, & ad iucunditatem vitæ contemplatiuæ, vt possimus intrare in potentias Domini, & videre superabundantes diuitias illas bonitatis eius? Ibi vacabimus, & videbimus quàm dulcis est Dominus, & quàm magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem, sanctorum splendorem, & regiæ potestatis honorem: cognoscemus patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti benignissimã clementiam, & ita habebimus notitiam illius summæ Trinitatis. Nunc corpora per corpus videmus, imagines etiam corporum spiritu cernimus, tunc vero ipsam Trinitatem puro mentis intuitu videbimus. O beatá visio, videre Deum in seipso, videre in nobis, & nos in eo felici iucunditate, & iucunda felicitate. Quicquid desiderabimus totum habebimus, nihil amplius desiderantes. Et quicquid videbimus, amabimus ipso amore beati. Beati dulcedine amoris, & suauitate contemplationis. Hæc erit summa illius contemplationis, hæc erit summa illius felicitatis, quoniam intelligetur in suo puro esse summa diuinitas, comprehendetur in ea incomprehensibilis Trinitas. Patebunt arcana diuinitatis, videbitur & amabitur Deus, & hęc visio & delectatio totum cor hominis implens & satians, tota erit illius beatitudinis consummatio. Vna erit omnium lingua, iubilatio indefessa, vnus affectus, amor ęternus. Patebit veritas, implebitur charitas, & erit integra corporis & animæ societas. Fulgebit sicut sol humanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & spiritus societas. Angelorum & hominum vnum erit gaudium, vnum colloquium, vnum conuiuium: non languebit amor, nec liquefiet dilectio. Præsentibus omnibus bonis nulla erit dilationis afflictio, quoniam beatifica diuinæ maiestatis præsentia omnibus erit omnia; & erit cõmunis omnium omnipotentia, sapientia, pax, iustitia, & intelligentia. Non erit in illa pace diuersitas linguarum, sed pacifica & concors concordia morum & affectuum: in torrente illius voluptatis nihil vltra appetet cumulata satietas, tanta erit felicitas. Ibi siquidem erit cumulus felicitatis, supereminens gloria, superabundans lætitia. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò verus pœnitens, verus obediens, amabilis socius, fidelis seruus. Verus pœnitens semper in labore & dolore dolet de præteritis, laborat pro futuris cauendis. Vera siquidem pœnitentia est sine temporis intermissione de peccatis dolere, sic plangit commissa, vt non committat plangenda. Irrisor namque est, & non verus pœnitens, qui adhuc agit quod pœniteat. Si ergo vis verus pœnitens esse, cessa a peccato, & noli amplius peccare. Quoniam inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa.

¶ *Quantum valeat abiectio voluntatis, & æstimationis propriæ. Cap. V.*

Y OMnis bonus obediens dat suum velle, & suum nolle, vt possit dicere. Paratum cor meum Deus, paratum cor (Psal. 107.) meum. Paratum quodcūque præceperis facere, paratum ad nutum mutuo citius obedire, paratū tibi vacare, proximis ministrare, me ipsum custodire, & in cœlestium contēplatione requiescere. Amabilis socius, omnibus est officiosus, quia deuotus ad Deum, benignus ad proximū, sobrius ad mundū, Domini seruus, proximi socius, mundi dominus. Superiora habet ad gaudium, æqualia ad consortium, inferiora ad obsequiū. Nulli est onerosus, sed inferiora redigit ad vtilitatē mediorū, & ad honorē superiorum. Superiora sequens, inferiora trahens, ab illis possessus, ista possidens: fidelis seruus est in contemplatione Dei, & custodia sui. Custodiæ ergo tui adhibe om-
Z nē diligentiā. Deinde intelligēs te nūquā posse sufficere ad te custodiēdū tua industria, diuinā implora clemētiā. Itemq; ad cōtēplādā in te creatoris tui volūtatē bonā & beneplacentē, atq; perfectā angelicā exora tutelā, patrociniumq; omniū cū Christo regnantiū super te roga; curre p singulos, supplica (Iob. 19.) singulis, & simul omnibus clama, & dic. Miseremini mei, miseremini mei, saltē vos amici mei: recipite fugitiuū vestrū, sed fratuelē, sed cōsāguineū in sanguine Redēptoris. En pauper stat ad ostium, clamat, & pulsat, aperite pulsanti, & cōducite eum vsq; ad regē, vt prostratus corā eo iudicē ei omnes miserias, & omnes necessitates quas patior. Ad extremū vero prelato tuo, cor tuū cū omni attētione resigna, nullū in eo remaneat peccatū, quod nō pura & integra cōfessione deleatur. Iesum Christū et (*Pulcher cōceptus.*) super cor tuū sicut signaculū pone. Cū enim Christus cordis vsum custodit, & est cordis ostiarius, vt per illū ingrediantur, & egrediantur omnes familiæ cordis, cōsequēter adsunt millia milliū angelorum ad fores exteriorū sensuum excubātiū, nec audet alienigena irrūpere terribiles illas acies propter ostiarij reuerentiā, & angelorum custodiam.

¶ *De quotidiana sui examinatione, & mutua comprecatione facienda. Cap. VI.*

A INtegritatis tuæ curiosus explorator viam tuā in quotidiana discussione examina, Attēde diligēter quantum proficias, vel quantū deficias, qualis sis in moribus, & qualis in affectibus, & q̄ similis sis Deo, vel q̄ dissimilis, q̄ prope, vel q̄ lōge, nō locorū interuallis, sed morū affectibus. Stude cognoscere te, quia multo melior, & laudabilior es, si te cognoscis, q̄ si te neglecto cognosceres cursum siderum, vires herbarū, cōplexiones hominū, naturas animaliū, & haberes omniū cęlestiū, & terrestiū scientiā. Redde ergo te tibi, & si nō semper, vel sæpe, saltem interdū. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus, in te nihil remaneat indisciplinatū, pone omnes trans-
B gressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tāquā ante aliū, & sic temetipsū plāge. Plora iniquitates & pctā, q bus Deū offendisti, īdica ei miserias tuas, ostēde illi malitias aduersariorū tuorū. Cūq; corā eo in lachrymis te maceraueris, p̄cor te, vt memor sis mei. Ego enim ex quo cognoui te, in Christo diligo te, & illuc mentionē tui defero, vbi & illicita cogitatio suppliciū, & honesta promeretur pręmiū. Ad altare nāq; Dei cū peccator sto, sed sacerdos, tui me comitatur memoria. Tu vero mihi vicē reddes, si me amaueris, & orationū tuarū participē feceris: ibi recordatione tecū esse præsens desidero, vbi pro te, & tuis familiaribus deuotas preces corā Deo fundis. Nec mireris si dixi præsens, quoniā si me amas, & ideo amas, quia imago Dei sum: ita tibi pręsens sum, vt tu ipse tibi. Quicquid enim tu es substantialiter, hoc ego sum. Imago em̄ Dei ē omnis anima rationalis. Proinde qui se imaginem Dei quærit, tā proximū q̄ se quærit, & qui illā in se quærendo inuenerit, in omni homine eā cognoscit. Visio em̄ animæ intellectus est. Si ergo te uides, me vides, qui nihil aliud sum, q̄ tu: & si Deum diligis, me imaginem Dei diligis, & ego Deum diligendo, diligo te. Et ita dum unum quærimus, & ad vnum tendimus, semper inuicem pręsentes sumus, sed in Deo, in quo nos diligimus.

¶ *De attentione, orationis tempore habenda. Cap. VII.*

CVm ad orandū, siue psallendū ecclesiam intraueris, fluctuantium cogitationū tumultus exterius relinque, curāq; exteriorum penitus obliuiscere, ut soli Deo (C) possis vacare. Fieri em̄ non pōt, vt aliquando cum Deo loquatur, qui cū toto mūdo etiā tacens fabulatur. Intēde ergo illi, qui intēdit tibi, audi illū loquētē tibi, vt ipse exaudiat te loquētē sibi. Ita fiet, si diuinis laudibus soluendis debita reuerētia & solicitudine assistas, super singula verba diuinæ scripturæ diligēter intēdas. Non ꝙ ego ista faciā dico, sed ꝙ facere vellē, & non fecisse pœniter, & non facere piget. Tu vero, cui maior gratia cōcessa est, votis & deuotis precibꝰ pias aures Dn̄i pulsa, ante eū te flecte, lachrymis & suspirijs pro tuis excessibus illū clemēter exora, atq, cāticis spiritualibus in omnibus operibꝰ suis illū lauda, & glorifica. Nihil enim magis supernis ciuibus spectare libet: nihil regi sūmo iucūdius exhibetur, sicut ipse testatur, sacrificiū (D) laudis honorificabit me. O quàm felix esses, si spiri- (Psal. 49.) tualibus oculis semel ītueri posses, quomodo pręueniāt principes coniūcti psallētibus in medio iu- (Psal. 67.) uencularū tympanistriarū? Videres proculdubio, qua cura, quo ve tripudio intersunt cantātibus, assistūt orātibus, adsunt meditātibus, supersunt quiescētibus, prouidētibus, atq; procurātibus pręsunt: diligūt siquidē suos cōciues supernæ potestates, & pro his, qui hæreditatē capiunt, salutis soliciti congaudēt, cōsortāt, instruūt, protegūt oēs, prouidētq; oībus. Oēs. n. angeli desiderāt aduentū nostrū, qm̄ ipsi de nobis expectāt ciuitatis suæ ruinas instaurari: diligēter querunt, & libenter audiūt bona de nobis, soliciti discurrunt medij inter nos & Deum: gemitus nostros fidelissime ad eū portantes ipsiusque gratiam deuotissime reportantes. Non dedi-

gnabuntur

gnabuntur esse socij nostri, qui iam facti sunt ministri nostri. Exultare eos fecimus, quando cōuersi sumus ad pœnitentiam. Festinemus ergo de nobis eorum lętitiam adimplere. Væ tibi quicunque es, qui desideras redire ad vomitum, reuerti ad lutū. Putasne placatos habebis eos in iudicio, quos tanto, & tam sperato priuare vis gaudio? Exultauerūt quando venimus ad religionem tanquam super his, quos ab ipsa inferni porta cernerent reuocari. Quid vero tunc erit, si ab ipsa ianua paradisi viderint redire, & retrorsum abire eos, qui iam alterū pedem habebant in cęlo? Nā tametsi corpora nostra inferius sunt, corda tamen sursum habemus.

E Curramus ergo non passibus corporis, sed affectibus mentis, sed desiderijs, sed suspirijs, quoniam non solum angeli, sed angelorum creator nos expectat. Expectat nos pater tanquam filios, & hæredes, vt constituat nos super omnia bona sua. Expectat nos Dei Filius tanquam fratres, & cohęredes, vt fructum suæ natiuitatis, & pretium sui sanguinis Deo patri offerat. Expectat nos Spiritus sanct*, ipse siquidē est charitas, & benignitas, in qua ab æterno prędestinati sumus, nec dubium quin prędestinationē suā adimpleri velit. Ergo quia omnis curia cœlestis expectat nos, & desiderat, desideremus eā quanto possumus desiderio. Cum magna namq; confusione, & rubore ad illam veniet, quisquis videre eam vehementer non desiderat. Quicunq; vero iugi oratione, & assidua cogitatione in illa conuersatur, & securus hinc egreditur, & cū magna lętitia recipietur in illam. Vbicunque ergo

F fueris, intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli quærere locum, quoniam tuipse locus es. Si fueris in lecto, aut in alio loco, ora, nam etiā ibi templum est. Frequenter orandū, & flexo corpore mens est erigenda ad Deum. Sicut enim nullum est momentū, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia, sic nullum debet esse momentum, quo eum pręsentem non habeat in memoria. Sed dices. Ego quotidie oro, & orationis meæ nullum fructum video, sed sicut accedo ad illam, sic & redeo: nemo mihi respōdet, nemo mihi loquitur, nemo quippiā donat, sed incassum laborasse videor. Sic loquitur humana stultitia non attendens, quid inde veritas promittat di-
Mar.11. cens. Amen dico vobis, quia quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Noli ergo vilipēdere orationem tuam, quoniam ille, ad quē oras, nō vilipendit eam, sed antequam egrediatur de ore tuo, ipse scribi eā iubet in libro suo. Et vnū è duobus indubitanter sperare debemus; quoniā aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis no

G uerit esse vtilius. Cogita itaque de Deo quicquid melius potes, & de te quicquid deterius vales, de illo amplius credere debes, q̄ cogitare potes. Omne tempus, in quo de Deo nō cogitas, hoc te perdidisse existimes. Omnis siquidem res aliena est à nobis, tempus autem tantum nostrum est. Vaca ergo tibi, salutiq; tuæ, & vbicunq; fueris, tuus esto. Noli te rebus tradere, sed commodare. Quocunq; loco consistis, cogitationes tuas iacta in Deum, & aliquid salutare in animo tuo versa. Omnis siquidē locus ad meditandū cōgruus est. Tota ergo facultate animū tuū colligēs libere tecū habita, & in latitudine cordis tui deambulās, ibidē cęnaculum grande stratū Christo exhibe. Mens namq; sapien- H
tis semper est apud Deū. Illū semper ante oculos habere debemus, per quem sumus, viuimus, & sapimus, ipsum namq;, vt essemus habemus auctorem, ipsum etiam, vt sapientes simus, debemus habere doctorem: & vt beati simus, internæ suauitatis largitorē. Et in hac imaginē eius, hoc est illius summæ Trinitatis in nobis cognoscimus. Nā sicut ille & est, & sapiens est, & bonus est, sic & nos pro modulo nostro & sumus, & nos esse scimus, & id esse & nosse diligimus. Vtere igit̄ teipso velut Dei tēplo propter illud, quod in te simile est Deo. Honor siquidē Deo summus est, illū venerari & imitari. Imitaris, si pius es. Templū enim sanctum est. I
Dei mens pia, & altare optimum cor eius. Veneraris, si misericors es, sicut & ipse omnibus misericors est. Hostia siquidē acceptabilis est Deo, facere bonum omnibus pro Deo. Fac omnia sicut Filius Dei, vt dignus sis eo, qui te dignatus est Filiū vocare. In omnibus vero q̄ agis, Deū esse p̄sentē cognosce. Caue ergo, ne in eo quod male delectat, vel visio tua vel cogitatio tua remoretur, nec dicas, aut facias quod non licet, etiā si libet, ne aliquo facto, vel signo Deū offendas, qui vbiq; p̄sens cernit quicquid facis. Magna custodia tibi necessaria, q̄m ante oculos iudicis viuis cuncta cernentis. Cū illo tñ Ex Boer. j libr. vltimo de cōsol.
semper es securus, si talē te præparaueris, vt tecum adesse dignetur. Si tecum nō est per gratiam, adest per vindictā. Sed væh tibi, si tecum ita est. Immo væh tibi, si ita tecum nō adest. Illi namq; irascitur Deus, quem peccantem non flagellat. Nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat.

¶ *De consideratione mortis. Cap. VIII.*

Certum est, quoniam mors vbique mina- K
tur tibi, diabolus insidiatur, vt rapiat animam tuam, quando egredietur de corpore: tu vero noli timere, quoniā Deus, qui in te habitat (si tamen in te habitat) eripiet te, & a morte, & a dæmone. Fidelis enim socius est, nec deserit sperantes in se, nisi prior deseratur. Deserit̄ autē, dū cor p prauas & inutiles cogitationes vaga mēte discurrit. Idcirco omni solicitudine, & custodia illud custodire, & tenere debes, vt in illo Deus requiescere cupiat. In omni namq; creatura, q̄ sub sole mūdi vanitatib* occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilius, nihil Deo similius reperitur. Quapropter nihil aliud q̄rit a te, nisi cor tuū. Mūda ergo illud p purā cōfessionē, & assiduā orationē, vt mūdo corde Deū videre possis p cōtinuā Dei circūspectionē. In omni loco esto ei subiectus & intētus, & cōpone mores tuos, vt sis in te placatus, dilige oēs hoies, & omnibus te amabilē exhibe, vt sis pacificus, & Dei filius. Sic eris bonus monachus, sanctus, humilis, & rectus, & cū talis L
fueris, memēto mei. Vęh mihi, qui dico, & ista nō facio, & si aliqn̄ facio, nō diu p̄seuero. Ista habeo in memoria, & nō seruo in vita. Hæc in sermonibus, & nō in moribus. Legē in corde, & in ore, tota die

rumino, & cõtraria legi ago. Lego de religione in ea, & plus diligo lectionem quàm orationem: veruntamen nil aliud me docet diuina scriptura, nisi religionem amare, vnitatem seruare, charitatem habere. Ego autem miser & miserabilis citius curro ad lectionem quàm ad orationem, libentius volens legere quàm missas auscultare. Expectat me aliquis volens de necessitate sua mihi loqui, ego vero librum aliquem accipio, quem ille, vel ille vellet habere, lego in eo, & legendo amitto fructus charitatis, pietatis affectus, compunctionis fletus, missarum vtilitatem, cęlestium cõtemplationem. Nihil tamen dulcius in hac vita sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ita mentem ab amore mundi separat, nihil sic animam contra tentationes roborat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne bonum opus, & ad omnem laborem, quàm gratia contemplationis.

¶ *De inattentionis graui periculo. Cap. IX.*

M Miserere mei Deus, quoniam ibi plus pecco, vbi peccata mea emendare debeo: in monasterio nanq; sępe dũ oro nõ attendo quid dico. Oro quidẽ ore, sed mente foris vagante orationis fructu priuor. Corpore sum interius, sed corde exterius, & ideo perdo quod dico. Parum enim prodest sola voce cantare sine cordis intentione. Propterea magna peruersitas, immo magna insania est, quando cum Domino maiestatis loqui in oratione præsumimus, & insensati aurẽ auertimus, & nescio ad quas ineptias cor conuertimus. Magna quoque insania, & grauiter vindicanda, cum vilissimus puluis loquentem ad se audire dedignatur creatorem vniuersitatis. Ineffabilis vero est dignatio diuinæ bonitatis, quæ quotidie conspicit nos infelices, aures auertentes, obdurantes corda, & nihilominus clamat ad nos dicẽs, Esa. 46. Redite præuaricatores ad cor, Vacate, & videte Psal. 45. quoniam ego sum Deus. Loquitur mihi Deus in psalmo, & ego illi, nec tamen cum psalmum dico, attendo cuius psalmus sit. Idcirco magnam iniuriam Deo facio, cum illum precor, vt meam precem exaudiat, quam ego, qui fundo, non audio. Deprecor illum, vt mihi intendat, ego vero nec mihi nec illi intendo, sed quod deterius est, immunda, & inutilia in corde versando fœtorẽ horribilem eius aspectibus ingero.

¶ *De instabilitate cordis humani. Cap. X.*

N Nihil est in me corde meo fugacius, quod quoties me deserit, & per prauas cogitationes defluit, toties Deũ offendit. Cor meum cor vanum, vagum, & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & diuino caret consilio: in seipso non põt consistere, sed omni mobili mobilius per infinita distrahitur, & hac atq; illac per innumera discurrit. Et dum per diuersa requiẽ quęrit, non inuenit, sed in labore miserũ à requie vacuũ manet, sibi nõ concordat, à se dissonat, à se resilit: voluntates alternat, consilia mutat, ædificat noua, destruit vetera, destructa reædificat, eadẽ iterũ atq; iterum alio atq; alio modo mutat, & ordinat, quia vult, & nõ vult, & nunq̃ in eodẽ statu permanet. Sicut enim Iob. 14. O molendinũ velociter voluitur, & nihil respuit, sed quicquid imponitur molit, si aũt nihil apponitur, seipsum cõsumit: sic cor meum semper est in motu, & nunquàm requiescit, sed siue dormiam siue vigilem, somniat & cogitat quicquid ei occurrit. *Pulcherrima similitudo.* Et sicut molendinum arena si imponatur exterminat, pix inquinat, palea occupat, sic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat. Ita cor meum, dum futurum nõ curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cęlestium elongatur, & in amore terrestriũ occupatur. Cumq; elabitur ab illis, & inuoluitur in istis: vanitas illud recipit, curiositas deducit, cupiditas allicit, voluptas seducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracũdia, cruciat tristitia: sicq; miseris casibus submergitur omnibus vitijs, qui vnum Deum (qui ei sufficere poterat) dimisit. Per multa dispergitur, & huc illuc quærit vbi requiescere possit, & nihil inuenit quod ei sufficiat, donec ad ipsum redeat. A cogitatione in cogitationẽ ducitur, & per varias occupationes, & affectiones variatur, vt saltem varietate ipsarum rerũ impleatur, quarum qualitate satiari nõ potest. Sic labitur cordis miseria subtracta diuina gratia. Cumq; ad se reuertitur, & discuuit quod cogitauit, nihil reperit, quia non opus fuit, sed importuna cogitatio, q̃ cõponit multa de nihilo: sic deniq; decipitur imaginatio, quam dęmonum format illusio. Imperat P mihi Deus, vt præbeam sibi cor meũ, & quia imperanti Deo non sum obediens, & subditus, mihi sum rebellis, & contrarius. Vnde mihi subiugari non potero, donec illi fuero subiectus, mihiq; seruiã nolens, qui ei nolo seruire volens. Idcirco plura machinatur cor meum vno momẽto, q̃ omnes homines perficere possint vno anno. Cũ Deo non sum vnitus, & ideo in meipso sum diuisus. Cũ illo vero vniri nõ possum, nisi per charitatẽ, nec subijci, nisi per humilitatẽ, nec vere humilis esse, nisi p veritatem. Expedit ergo, vt in veritate me discutiã, & cognoscã q̃ vilis, q̃ fragilis, & quã labilis sim. Deinde cũ oẽs miserias meas cognouero, necesse est vt illi inhæream, per quem sum, sine quo nihil Q sum, & nihil facere possum. Et quia à Deo peccando recessi, nisi per verã confessionẽ ad illum redire non possum. Fateri ergo oportet (quod nemini fatendum est) q nunq̃ eo modo, aut ea intẽtione, qua peccaui, peccata confessus sum, nec omnia recordatus sum aut propter vetustatem, aut propter multitudinem. Si autem confessus sum, non pure confessus sum, propter turpitudinem. Confessionem etiam meam diuisi, vt diuersis sacerdotibus diuersa manifestarem, & ita venia carui, ad quam per partes peruenire putaui. Execranda namq; fictio est, peccatum diuidere, & superficie tenus radere, nõ intrinsecus eradicare. Non enim vtilis est confessio, nisi sit in oris veritate, & cordis puritate. Et vt tres sint, qui testimonium nobis dent in 1.Ioan.5. cęlo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, addamus

Matt. 18. testes sacerdotes cordi nostro & ori, vt in ore duo-
R rum vel triũ testium stet omne verbum. Sed dicis,
Sufficit mihi, soli Deo cõfiteri, quia sacerdos sine
eo peccatis me absoluere nõ põt. Ad quod nõ ego
sed beatus Iacobus respondet dicens. Confitemini
Iacob. 5. alterutrũ peccata vestra. Conueniens nanq; valde
est vt nos, qui peccando Deo contumaces fuimus,
pœnitẽdo supplices sacerdotibus & ministris eius
simus: vt homo, qui ad gratiam conseruandam
mediatore non eguit, iam eam recuperare, non ni-
si per mediatorem hominem possit. Gemat ergo,
& suspiret, & anxius, pro peccato timeat, & expa-
uescat, sollicitus discurrat, auxiliatores, & interces-
sores quærat: prosternat se humiliter homini, qui
humiliter creatori astare noluit. Nam & hoc salu-
berrimum est, vt homo corde pœniteat, & ore de-
lictum suum confiteatur, quatenus Deus qui pius
adest per gratiam, cor ad pœnitentiam compũgat,
deinde adsit, vt confitenti peccatorum veniam tri-
S buat. Quòd si forte peccator vere pœniteat, sed in-
tercurrente articulo necessitatis ad confessionem
peruenire non possit; confidenter credere debe-
mus, quòd summus sacerdos complet in eo, quod
mortalis non potuit. Et iam apud Deum factum
constat, quòd homo quidem vere voluit, sed non
valuit adimplere, quia confessionem non contem-
ptus exclusit, sed impediuit necessitas.

¶ *De capitulari proclamatione patienter toleranda.* *Cap. X I.*

T IN capitulo, vbi peccata mea emendare debui, peccatis peccata addidi. Cũ de illis accusatus fui, ea aut aliquo modo excusaui, aut ex toto negaui, aut (quod deterius est) defendi, & impatienter respondi, cum nullum sit peccatum, a quo non sim contaminatus, aut contaminari non possim. Iustum est ergo, vt omni excusatione remota emendationem promittam vndecunque, aut a quocunque accuser, quatenus sic liberari valeam a peccato perpetrato, vel perpetrando.

¶ *De graui periculo omittentis correctionem fraternam, & odientis correctionem sui: & de varijs animæ infirmitatibus.* *Cap. X I I.*

V MVltitudinem iniquitatum mearum ex-
pauescens aliorum transgressiones re-
prehẽdere timui, & ideo mortis auctor
extiti: quia virus, quod clamãdo expel-
lere potui, non expuli. Indignatus sum aduersus
alios, qui me de vitijs meis reprehendebant, &
quos amare debui, odiui. Illa, quæ mihi nocebant
vel displicebant, desideraui vt non essent. Sciebam
tamen, quòd in natura sui erant bona, & a bono fa
ctore facta, sed ideo mihi nocebant, quia malus
eram, & male illis vtebar. Nihil enim mihi contra-
rium est, nisi ego ipse. Mecum est quicquid mihi
X nocere potest, & ego mihi ipse sarcina sum. Optaui
etiam, vt Deus peccata mea nesciret, aut punire nol
let, aut non posset, & ita volui Deum esse insi-
pientem, iniustũ, & impotentẽ, quod si esset, Deus
non esset. Non est superbia super superbiam meã: Psal. 31.
propterea longe a salute mea verba delictorum
meorum. Suspecta est siquidem Deo superbia, &
odiosa, nec fieri potest, vt cum ea in gratiam reuer-
tatur. Diuersum vtriusque hospitium, nec in eodẽ
cohabitant animo, quibus non licuit cohabitare in
cœlo. In cęlo nata est, sed velut immemor qua via
inde cecidit, illuc postea redire non potuit.
¶ Dum aer pluuia, vel nimio frigore, aut calore Y
turbatus fuit, contra Deum inique murmuraui.
Omnia nanque, quæ ad vsum vitæ accepimus,
ad vsum culpæ conuertimus. Quapropter iustum
est, vt q in cũctis peccauimus, in cũctis feriamur. Greg.
¶ Sępe ad sacrum mysterium vocem meam fre- Z
gi, vt dulcius cantarem, magis delectabar in vocis
modulatione, quàm in cordis cõpunctione. Deus
vero, cui non absconditur quicquid illicitum per-
petratur, non quęrit vocis lenitatem, sed cordis pu-
ritatem. Nam dum cantor mulcet populum voci
bus, Deum irritat prauis moribus.
¶ Licentiam loquendi, vel aliquid faciendi sæ- A
pe nimia importunitate, vel calliditate a prælatis
meis extorsi, non attendens miser, quoniam ille se
decipit, qui occulte vel aperte satagit, vt hoc ei pa-
ter spiritualis iniungat, quod ipse desiderat.
¶ Acum, vel cultellum, vel aliquid vile multo- B
ties nimium desideraui, nec confessus sum, quia *Pulchra*
peccatum non extimabam propter rei vilitatem. *sui ipsius*
Veruntamen non multum distat quęcunque sub- *confessio.*
stantia vilis, vel pretiosa requiratur, dum æquali-
ter sit corruptus affectus. Non enim cultellus in vi
tio est, sed cultelli appetitus, neque aurum in vitio
est, sed auri cupiditas.
¶ In labore non laboraui quantum debui, vel C
quãtum potui. In silẽtio etiã fui ociosus, quod est
maximum peccatum. In silentio nanque nemo
sic esse debet ociosus, vt in eodem ocio vtilitatem
proximi non cogitet: nec sic actuosus, vt Dei con-
templationem non requirat. Parum enim proficit,
qui alteri non prodest cum potest.
¶ De vitijs meis multoties me iactaui, putans D
esse insigne virtutis, vbi erat lapsus criminis. De
virtutibus etiam vitia feci. Iustitia nanque dum
suum modum excedit, crudelitatis vitium gignit,
& nimia pietas dissolutionem disciplinæ parturit.
sic sæpe vitium, est quod virtus putatur. Sic remis-
sa segnities mansuetudo creditur, & pigritiæ vi-
tium quietis virtutem imitatur.
¶ Finxi me esse quod non eram, dixi me velle E
quod nolebã, vel nolle quod volebam, aliud ore
dicebam, & aliud corde volebam: & ita sub ouina
pelle vulpinam conscientiam conseruabam.
¶ Vulpina planè conscientia est, tepida conuer- F
satio, animalis cogitatio, ficta confessio, breuis &
rara compunctio, obedientia sine deuotione, ora-
tio sine intentione, lectio sine ædificatione, sermo
sine circunspectione. O quàm dura mihi sunt ista,
quæ loquor, quoniam meipsum loquendo ferio.
¶ Veruntamen quia me peccatorem non nego, G
sed peccatum meum cognosco: erit spero apud
Deum pium iudicẽ ipsa cognitio culpę impetratio
veniæ.

veniæ. Dicam ergo, dicam miseriam meam, vt Dei
miseratio amoueat illam. Dicamp eccatum meum,
quoniam confessio peccati inioum est salutis.

H ¶ Magnam porto coronam, & vestem rotun-
dam, regulam seruo ieiuniorũ, statutis psallo horis
sed cor meum longe est a Deo meo. Exteriorem
superficiem mundans, salua mihi omnia arbitror,
non sentiens vermem interiorem, qui interiora
Ose.7. corrodit. Vnde Oseas. Comederunt alieni robur
meum, & ignoraui. Ideo pergens totus in ea quæ
foris sunt, & ignarus interiorum meorum, sicut
aqua effusus sum, & ad nihilum redactus sum,
preteritorum obliuiscens, præsenoum negligens,
futura non prouidens. Ingratus sum ad beneficia,
proous ad mala, & tardus ad bona.

¶ *De negligenti suijpsius examinatione. Cap. XIII.*

I SI me non inspicio, nescio meipsum, si
autem me inspicio, me toletare non
possum. Tanta innenio in me, quæ
digna sunr reprehensione & confu-
sione, & quanto subolius & sæpius
discuoo, tanto plures abominationes in angulis
cordis mei inuenio. Ex quo nanque peccare cępi,
nunquam vnum diem sine peccato transire po-
tuit: nec adhuc peccare cesso, sed de die in diẽ pec-
catis peccata addo, & ea, quæ præ oculis habeo in-
spicio nec gemo: erubescenda video, nec erubesco
dolenda intueor, nec doleo, quod est mortis signũ
& damnationis indicinm. Membrum enim, quod
dolorem non senot, mortuum est, & morbus in-
sensibilis est incurabilis. Leuis sum & dissolutus,
nec me corrigo, sed ad peccata, quę confessus sum,
quotidie redeo: nec caueo foueam, in quam miser
ego cecidi, vel alios cadere feci vel vidi. Cumque
plorare & orare deberem pro malis quæ feci, &
bonis quę neglexi, prò dolor versom est mihi in
contrarium: nam tepui & frigui a seruore oratio-
nis, & iam sine sensu frigidus remansi, & ideo fle-
re me ipsum non possum, quoniam gratia lachry-
marum recessit a me.

¶ *Quòd opera, & conscientia hominis, hominem, semper & quocunque ierit, sequantur. Cap. XIIII.*

K PEccata mea celare oon possum, quo-
niam quocunque vado conscientia
mea mecum est, secum portans quic
quid in ea posui, siue bonum siue
maldm. Seruat viuo, restituet defon-
cto depositum, quod seruandum accepit. Si male
facio, adest illa, si autem benefacere videor, & in-
de extollor, adest illa. Adest viuo, sequitur mortu-
um: vbique mihi gloria, vel confusio est iosepara-
bilis pro qualitate depositi. Sic sic in domo pro-
pria à propria familia habeo accusatores, testes, iu-
Pulcher dices, & tortores. Accusat me conscientia, testis est
conceptus. memoria, ratio iudex, voluptas carcer, oimor tor-
tor, oblectamentum tormentum. Quot enim fue-
runt oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira
in pœna. Nam inde punimur, vnde delectamur.

¶ *De tribus inimicis hominis. Cap. XV.*

ADiuua me Domine Deus meus, quo- L
niam inimici mei animam meam cir
cundederunt corpus scilicet, mun-
dus, & diabolus. A corpore fugere
non possum, nec ipsum a me fugare.
Circunferre illud necesse est, qm̃ alligatum est
mihi, perimere non licet, sustentare cogor, & cum
illud impinguo, hostem meum aduersum me nu-
trio. Si enim satis comedero, & id robustum fuerit
sanitas & fortitudo eius mihi aduersantur. Mun- M
dus vero circuncingit, & obsidet me vndiqne: &
per quinque portas, videlicet per quinq; corporis
sensus, scilicet visom, auditum, gustum, odoratũ,
& tactum, sagittis suis me vulnerat: & mors intrat
per fenestras meas in animã meam. Respicit ocu- Hiere. 9.
lus, & mentis sensum auertit. Audit auris, & inten-
tionem cordis inflectit. Odoratus cogitationem
impedit. Os loquitur, & fallit. Per tactum arbor li-
bidiois pro aliqua parua occasione excitatur: &
nisi illico respuatur, subito totum corpus occupat,
vrit & incendit. Primo carnem cogitatione modi-
cum titillat, deinde delectatione turpi mentem
maculat, & ad extremum per cõsensum prauitatis
sibi mentem subiugat. Porrò diabolus, quem vide- N
re non possum, & ideo minus ab eo mihi cauere Psal.7.
possum, tetendit arcum suum, & in eo parauit sa-
gittas suas, vt vulneret me repente: narrauit mihi fa
bulationes, sed non vt lex Dei: vt absconderet la-
queos suos: & dixit. Quis videbit eos? Laqueũ po
suit in auro, & argento, & in omnibus, quibus
abutimur, cum illis male delectamur & illaquea- O
mur. Nec solum laqueum posuit, sed & viscum.
Viscus est amor possessionis, affectus cognationis,
cupiditas honoris, & carnis voluptas, quibus aĩa
inuiscatur & irretitur, ne pennis contemplationis
per plateas supernę Sion volare possit. Sagittæ dia-
boli sunt ira, inuidia, luxuria, & cętera, quibus ani-
ma vulneratur, vitia: & quis est ille, qui iacula eius
ignea extinguere possit?

Prò dolor his telis superatur sępe fidelis. P
Hei mihi, tot video bella parata mihi.

¶ Vndiq; tela volãt, vndiq; tetamẽta, vndiq; pe
ricula. Quocunq; me vertã, nulla securitas est. Et q̃
mulcẽt, & q̃ tristãt vel molestãt, oĩa timeo. Esuries
& refectio, somnus & vigiliæ, labor & quies pu-
gnant contra me. Non minus suspectus est mihi
iocus quàm ira, multos siquidem iocando scandà-
lizaui. Nec minus prospera vereor quàm aduersa,
prospera nanqne suauitate sua incautũ me faciunt,
& decipiunt. Aduersa vero, quia aliquid amaritu-
dinis habent, velut potiones amarę me suspectum
& timidum faciunt. Magis timeo malum quod fa
cio in abscondito, quàm quod in aperto. Malum
nanqoe, quod nemo videt, nullus reprehendit: &
vbi non timetur reprehensor, securus accedit ten-
tator, & facilius perpetratur iniquitas. Nimirum
vtrobique bellum, vtrobiq; periculum, vtrobiq;

timen-

timendum, & sicut in hostili regione versantibus
hac illacque circunspiciendum & ad omnem stre
Q pitum circumagenda est ceruix. Caro suggerit mi
hi mollia, mūdus vana, diabolus amara. Quia quo
ties carnalis cogitatio mentem meam pulsat de ci-
bo & potu, de somno, cęterisque similibus ad car-
nis curam pertinēnbus, caro mihi loquitur. Cum
de ambitione seculi, & iactantia, & arrogantia, co-
gitatio vana in corde versatur, de mundo est. Quā-
do autem ad iram, superbiam, & per iracundiam
ad amaritudinem animi prouocor, diabolica sug-
gestio est, cui non aliter, quàm ipsi diabolo resistē-
dum est: nec aliter ab ea cauendum, quàm ab ipsa
damnatione. Dæmonum officium est suggestio-
nes malas ingerere, nostrum est illis non consenti-
re. Nam quoties resistimus, diabolum superamus
Angelos lætificamus, Deum honorificamus. Ipse
enim nos hortatur, vt pugnemus: adiuuat, vt vin-
camus. Certantes in bello spectat, deficientes sub-
leuat, vincentes coronat.

¶ *De suggestionibus trium dictorum inimicorum. Cap. XVI.*

R CAro mea de luto est, ideo lutosas, &
voluptuosas cogitationes ab illa ha-
beo, vanas & curiosas a mūdo, a dia-
bolo malas & malitiosas. Isti tres ini
mici me impugnāt & psequunt nūc
aperte, nūc vero occulte: semper autem malitiose,
diabolus nanq; plus confidit in adiutorio carnis,
qm̄ magis nocet domesticus hostis. Illa vero ad
subuersionem meam cum illo fœdus inijt: vtpō-
te de peccato nata, & in peccato nutrita, vitijs cor-
rupta ab ipsa origine, sed multo amplius vitiata
praua consuetudine. Hinc est, quòd tam acriter
concupiscit aduersus spiritum, quòd assidue mur-
murat, & impatiens est disciplinæ, quòd illicita
suggerit, nec rationi obtemperat, nec inhibetur vl-
S lo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac vtitur
tortuosus ille serpens hostis humani generis, cui
nullum aliud est desiderium, nullum negocium,
nullum studium, nisi perdere animas nostras: hic
est, qui iugiter malum machinatur, argute loqui-
tur, artificiose suggerit, callide decipit, illicitos mo
tus insufflat, & venenatas cogitationes inflāmat,
mouet bella, nutrit odia, incitat gulam, mouet li-
bidinē, desideria carnis instigat, & peccati occasio-
nes parat, & mille nocendi artibus corda hominū
pulsare non cessat. Hinc est, quòd baculo nostro
nos cędit, & manus nostras proprio cingulo ligat,
vt caro, quæ data est nobis in adiutorium, fiat no-
bis in ruinam & in scandalū. Grauis lucta, & gra-
ue periculum est aduersus domesticum hostem
pugnare, maxime cum nos aduenæ simus & pere-
grini. Magnum quoque discrimē est aduersus dia-
bolicæ fraudis astutiam tam crebros (immo conti
nuos) sustinere cōflictus, quem astutum fecit tam
natura subtilis, quàm longa exercitatio malitiæ
huius.

¶ *Deprecatio contra tres dictos hostes, & exhortatio ad virtutem capessendam, & de magnitudine beatitudinis æternæ. Cap. XVII.*

ERipe me de inimicis meis De⁹ meus T
& ab his qui oderunt me: quoniam Psal. 58.
confortati sunt super me. Ego vero,
qui vsque ad hunc diem contra me
vixi, iam iam per tuam gratiam mi-
hi viuere incipiam. Sic enim in mundo viuere de-
bemus, vt cum corpus cœperit a vermibus deuo-
rari in sepulchro, anima lætetur cum sanctis in cę-
lo. Illuc spiritus dirigendus est, quò est iturus. Illuc
festinare debemus, vbi semper viuamus, & vbi
mori amplius non timeamus. Si sic amamus labi- V
lem istam & caducam vitam, vbi cum tanto labo-
re viuimus, vbi comedendo, bibendo, dormiendo
vix carnis necessitatibus satisfacimus: multo ma-
gis amare debemus vitam æternam, vbi nullum la
borem sustinebimus, vbi summa semper iucundi-
tas, summa felicitas, felix libertas, & felix beatitu-
do: vbi similes erunt homines Angelis Dei, & ful Matt. 13.
gebunt iusti sicut sol in regno patris sui. Qualis
putatis tunc erit splendor animarum, quando
solis splendorem habebit lux corporum? Nulla
erit ibi tristitia, nulla angustia, nullus dolor, nullus
timor, nullus ibi labor, nulla mors, sed perpetua
sanitas semper perseuerat. Non surgit ibi malitia,
nec carnis miseria. Nulla est ibi ægritudo, nulla
omnino necessitas. Non est ibi fames, non sitis,
non frigus, non æstus, non lassitudo ieiunij, nec
vlla tentatio inimici, non peccandi voluntas, nec
delinquendi facultas, sed totum lętitia, totū exul-
tatio possidebit: hominesque angelis sociati sine
vlla carnis infirmitate in perpetuum manebunt.
Ibi erit iucunditas infinita, beatitudo sempiterna,
in qua qui semper adipiscitur, semper tenetur. Ibi
est requies a laboribus, pax ab hostibus, amœnitas
de nouitate, securitas de æternitate, suauitas atque
dulcedo de Dei visione. Et quis non illic vehemē-
ter habitare desideret? & propter pacem, & pro-
pter amœnitatem, & propter æternitatem, & pro-
pter Dei visionem? Nullus est ibi peregrinus, sed
quicunq; illuc venire merebuntur, securi in pro-
pria patria manebunt, semper læti, & semper sa-
tiati de visione Dei: & quanto quis plus alio, Deo
obediens fuerit, tanto ampliorem mercedem ibi
recipiet, quantoque Deum plus amabit, tāto pro-
pius videbit quæcunque cernere cupit.

¶ *De breuitate vitæ humanæ, & veteris hominis nostri rebellione. Cap. XVIII.*

DIes hominis sicut vmbra super terrā, X
& nulla est mora: & tunc propriе ni 1. Par. 29.
hil est, cum stare videtur. Cur ergo
thesaurizat in terra homo, cum sine
dilatione transeat, & illud quod col-
ligitur, & ipse qui colligit? Et tu homo quem fru-
ctum expectas in mundo, cuius fructus ruina est,
cuius finis mors est? Vtinam saperes, & intellige- Deut 32.
res, ac nouissima prudēter prouideres. Scio quēdā,

qui per annos plurimos tecum familiariter vixit, ad mensam tuam sedit, cibum de manu tua sumpsit, in sinu tuo dormiuit, cum voluit tecum colloquium habuit, hic iure hæreditario seruus tuus est. Sed quia ab ineunte ętate delicate nutristi eum & virgæ pepercisti, contumax effectus est, leuauit calcaneum suum super caput tuum, & te in serui-
Y tuté redegit, & tui crudeliter dominatur. Sed fortasse dices, quis est hic? Vetus homo tuus, qui conculcat spiritum tuum, qui pro nihilo habet terram desiderabilem, qui sola quę carnis sunt sapit. Homo iste a natiuitate cęcus ęst, sed & surdus & mutus inueteratus dierum malorum, rebellis virtuti, & ve-
Psal. 130. ritati, inimicus crucis Christi deridet innocentem, & simpliciter transeuntem, ambulat in magnis & in mirabilibus supra se, arrogantia eius est pluſquàm fortitudo eius, nullum reueretur, dicit in in-
Psal. 13. sipientia sua, non est Deus: tabescit bonis, & malis pascitur alienis, immundis cogitationibus pascitur non fatigabitur in illis transgrediens vsque ad finem, dispergit & dissipat propria sicut prodigus, cupit & rapit aliena sicut auarus, turpitudinem & ignominiam congregat sibi, simulans & callidus prouocat iram Dei. Homo iste totus in peccatis natus est, & sic nutritus amicus iniquitatis, filius mortis, vas irę in contumeliam, aptus ad interitum. Qui cum talis sit, enarrat iustitias Dei, & assumit testamentum eius per os suum. Odit disciplinam, pro-
Psal. 49. iicit Dominum suum post dorsum suum. Cum videt furem currit cum eo: & cum adulteris portionem suam ponit. Aduersus filium matris suæ ponit scandalum super terram, etiam thesaurizat irá in die iræ, vult a te hæreditatem tuam tollere, & de super terram auferre: & tu tantam iniuriam non vindicas, sed dissimulas, nec ei verbum durum loqueris, nec vultum iratum ostendis, sed blandienti tibi arrides. Ludis cum illusore, nescis quia Ismael est, qui tecum ludit. Ludus iste non est pueritiæ, nec simplicitatis, vel innocentiæ, sed illusio est animæ, sed persecutio, sed mors. Iam te in foueam, quam fecit, præcipitauit, iam effœminatus es, iam iugo miserrimæ seruituris pressus, sub pedibus eius misere & viliter conculcaris. O miser & miserabilis homo quis te liberabit de vinculo improperij huius? Exurgat Deus, & cadat armatus iste, cadat & conteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor sui, amator mundi, seruus diaboli. Quid tibi videtur? Si rectè sentis mecum dices, reus est mortis, crucifigatur. Noli ergo dissimulare, noli differre, noli parcere, sed festinanter, audacter, instanter, crucifige hominem istum, sed cruce Christi, in qua est salus & vita: ad quem si ex corde clamaueris, crucifixus tuus audiet te benigne re-
Lucæ. 23. spondens, Hodie mecum eris in paradiso. O Chri-
Z sti pietas, O inopinata salus miseri. Tam gratuita est & probata dilectio Dei, tam stupenda dulcedo, tam inopinata dignatio, tam inuicta mansuetudo, vt qui ad eum clamauerit, exaudiat illum, quoniam misericors est. O quanta est misericordia Dei. quàm ineffabilis mutatio dexteræ excelsi? heri eras in tenebris, hodie in splendore lucis. Heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni, hodie in delicijs paradisi. Sed quid prosunt hæ literæ admonitionis, nisi deleas de libro conscientiæ literas mortis? Quid prosunt hæc scripta, lecta, & intellecta, nisi temetipsum legas, & intelligas. Da ergo operam internæ lectioni, vt legas, inspicias, & cognoscas teipsum: legas vt diligas Deum, vt pugnes, & vincas mundum, & omnem inimicum, quatenus labor conuertatur in requiem, luctus in gaudium, & post tenebras huius vitæ videas ortum surgentis auroræ. Videas etiam meridianum solé iustitiæ, in quo sponsum cum sponsa prospicies vnum eundemque Dominum gloriæ, qui viuit, & regnat per infinita secula. Amen.

FINIS LIBRI PRIMI.

SEQVVNTVR LIBRI SECVNDI CAPITA.

Quod

FINIS CAPITVM.

Sequitur Libri Secundi, qui est de viribus, & affectionibus animæ, Prologus.

A QVoniam dictum est mihi, vt meipsum cognoscā, sustinere nō possum, vt me habeam incognitum. Magna nanque negligentia est nescire quid illud sit, quo cœlestia tam profunde cogitamus, quo naturalia tam subtili indagatione inuestigamus, & de ipso quoque creatore nostro tam sublimia desideramus scire. Non est res peregrina, nec longe quærenda animus, quo ista sapimus: sed semper est nobiscum. Adest, tractat, loquitur, & inter ista nescitur. Datum est illi tam ingentium rerum secreta scire, & seipsum cognoscere non potest. Paucis siquidem licet ipso animo animum cernere, id est vt ipse se animus videat. Fieri autem non potest quadam diuina prouidentia, vt inueniendi facultas desit religiosis animis, seipsos & Deum suum pie, caste, ac diligenter quærentibus. Idcirco reddā me mihi, immo Deo meo, cui maxime me debeo: & videbo quid sit animus, & quæ patria eius.

Quid sit animus. Cap. I.

B ANimus est substantia quædam rationis particeps regendo corpori accommodata. Animus sapientia illustratus & suum principium respicit, & seipsum cognoscit, & quàm sit indecorum, vt extra se quærat quod in seipso inuenire possit, intelligit. Corporeis vero passionibus consopitus, & per sensibiles formas extra semetipsum abductus, oblitus est quid fuit: & quia nil aliud fuisse se meminit, nil præter id, quod videtur esse, credit. Solo sensu circa corpora, & imaginatione circa corporum similitudines atque locorum C versatur: siue vigilando, siue dormiendo. Cum vero ab hac distractione per puram intelligentiam ascendens in vnum se colligit, rationalis dicitur. Ratio siquidem est animi aspectus, quo per seipsum verum intuetur. Ratiocinatio est rationis inquisitio. Quare illa opus est ad videndum, ista ad inquirendum. Animus inuisibilis est, neque enim aliter inuisibilia cernere potuisset: visibilia per corpus videt, & inuisibilia per se. Et in eo se videt, quòd inuisibilem se esse videt. Videtur tamen in corpore per corpus, sicut sensus in litera manet, & per literam videtur. Animus corporis dominator, rector, habitator, videt se per se, per seipsum semetipsum videt. Non quærit auxilium corporalium oculorum, immo vero ab omnibus corporis sensibus tanquàm impedientibus atque perstrepentibus abstrahit se ad se, vt videat se in se, vt noscat se in se, vt noscat se apud se. Et cum vult Deū D cognoscere, eleuat se super se mentis acie. Non enim aliquid tale Deus est, qualis est animus. Non tamen videri nisi animo potest, nec ita videri vt animus potest. Incommutabilis siquidem veritas est sine defectu substantiæ. Non talis est animus, sed deficit, & proficit, nouit, ignorat, meminit, obliuiscitur, modo vult, modo non vult. Diffusis cogitationibus atque consilijs huc atque illuc vagatur, considerando spectat omnia, videt absentia, transmarina visu ambit, & percurrit aspectu. Abdita scrutatur, & vno momento sensus suos per totius orbis fines & mundi secreta circunfert. Descēdit ad inferna, ascēdit inde, versatur in cœlo, adhæret Christo, coniungitur Deo. Ipse siquidē est eius patria & habitatio, ad cuius similitudinem factus est. Quisquis ergo se talem reddi desiderat, qualis a Deo factus est, id est similem Deo, redeat ad se, & stet in se: & sic intra semetipsum apud semetipsum quærat, & videat vnde constet homo, & ex qua parte sui factus sit ad imaginem Dei.

¶ *De potentijs, & affectionibus animæ.* Cap. II.

EX duabus substantijs constat homo, E anima & carne, anima cum ratione, carne cum sensibus suis, quos tamen sensus non mouet caro absque animæ societate. Anima vero rationale suū tenet sine carne. Est siquidem rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Per rationalitatem habilis est illuminari ad aliquid cognoscendū infra se, & supra se, in se, & iuxta se. Cognoscit siquidē Deū supra se, se in se, Angelum iuxta se, & quicquid cœli ambitu cōtinetur infra se. Per cōcupiscibilitatē, & irascibilitatem habilis est affici ad aliquid expetendum vel fugiendum, amandum vel odiendum: & ideo de rationabilitate omnis sensus animæ oritur, & de alijs omnis affectus. F Affectus vero quadripertitus esse dignoscitur, dum de eo, quod amamus iam gaudemus, vel gaudendum speramus: & de eo, quod odimus iam dolemus siue dolendum metuimus. Et ob hoc de concupiscibilitate gaudium & spes, de irascibilitate dolor & metus oriuntur. Qui quidem quatuor affectus animæ omnium sunt vitiorum aut virtutum quasi quædam principia, & communis materia. Affectus siquidē

Affectus quadripartitus.

operi

G operi nomen imponit. Et quoniam virtus est habitus mentis bene compositæ, componendi, & instituendi, atque ordinandi sunt animi affectus ad id, quod debent, & quomodo debent, vt in virtutes proficere possint, alioquin in vitia facile corruent. Cum ergo prudenter, modeste, fortiter, & iuste amor & odium instituuntur: in virtutes exurgunt, prudentiam scilicet, temperantiam, fortitudinē, atque iustitiā quæ quasi origines atque cardines sunt omnium virtutum. Et hæc omnia cum affectuose & virtuose in anima instituuntur per odium mundi & sui, proficit in amorem Dei & proximi, per contemptum temporalium & inferiorum crescit in desiderium æternorum & superH norum. Sensus vero animæ vnus est in anima, & quod ipsi, & cum corpus non sit, corporeus dicitur, quia corpus non transcendit, vel quia corporeis exercetur instrumentis: vnde & ob numerum instrumentorum quinquepartitus dicitur, cum intus nō sit nisi vnus, verūtamen propter varia exercitia variatur, & varie nuncupatur. Dicitur namque sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia, & hæc omnia in anima non aliud sunt, I quàm ipsa. Aliæ & aliæ inter se proprietates propter varia exercitia, sed vna essentia rationalis, & vna anima. Proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna. Secundum exercitium multa sunt, secundum essentiā vero vnum sunt in anima, & quod ipsa. Et sicut mundus iste visibilis quinque partita quadam distinctione est ordinatus, terra scilicet, aqua, aere, siue firmamento, ipso quoque supremo cęlo, quod empyreum vocant: sic animæ in mundo sui corporis peregrinanti quinque progressus sunt ad sapientiam, sensus scilicet, imaginatio, ratio, intellectus, & intelligentia. Quin-K que etenim progressionibus rationalitas ad sapientiam, & quatuor affectibus ad charitatem exercetur: quatenus in nouem istis progressionibus in semetipsa proficiens anima sensu & affectu, quasi interius quibusdam pedibus qua spiritu viuit, spiritu ambulet vsque ad cherubin & seraphin, id est vsque ad plenitudinem scientiæ, & rogum charitatis: habeatque anima per exercitium virtutes, qualiter facultates habet per naturam. Et hos progressus nominibus & ordinibus angelorum comparare prudenti lectori relinquo. Facile siquidem erit ei aptare sensum (qui primus nuntius animæ est) Angelis, qui nuntij vocantur, imaginationem, quæ plura quàm sensus percipit, Archangelis, timorem virtutibus, dolorem potestatiL bus. Qui enim metu supplitiorum perterritus, & dolore peccatorum compunctus, cōtemnit mundum & seipsum, cum Virtutibus facit miracula, atque cum Potestatibus fugat demonia. Magis nāque est contemnere seipsum quàm mūdum, quē multi propter vanitatem contempserunt. Rationē assignamus Principatibus. Nam sicut illi præsunt & principantur subiectis spiritibus, sic ratio sensibus atque affectibus. Amorem siue gaudium Dominationibus: recte namque alijs dominatur, qui omnes amat, & de profectu omnium gaudet. In-M tellectum Thronis: Throni sedes dicuntur, quia in eis Dominus sedet. Intelligere etiam debemus, quoniam Deus in cordibus nostris habitat per fidem, habitat per sanctificationem, habitat per pacem & dilectionem, quoniam Deus est pacis & dilectionis. Intelligentiam aptamus ipsis Cherubin: Illi namque spiritus tanto perfectiore scientia pleni sunt, quanto claritatem Dei vicinius cōtemplantur. Intelligentia quoque ea vis animę est, quæ immediate Deo supponitur. Cernit siquidē ipsum, & quæ in ipso sunt. Spem siue desiderium Seraphin. Deus namque spes omnium fiorum ter ræ, cuius vultum tota terra desiderat, & in quem Seraphin prospicere desiderant, tota spes nostra & desiderium nostrum est.

¶ De anima rationali Dei, & omnium rerum imagine. Cap. III.

Anima ad similitudinem totius sapientiæ facta omnium in se similitudinē gerit. Vnde & à philosopho diffinita est omnium similitudo. Habet siquidem in se vires, quibus omnia inuestigat, & omnibus similis existit cum sit vna. Similis est terræ per sensum, aquæ per imaginationē, aeri per rationem, firmamento per intellectum, cęlorum cęlo per intelligentiam. Similis est etiam lapidibus per essentiam, arboribus per vitam, animalibus per sensum & imaginationem, hominibus per rationem, angelis per intellectum, Deo, per intelligentiam. Et sicut Deus omnibus est capabilis, & participabilis, sic anima omnium capax est. Capabilis & participabilis est Deus omnibus naturali suo munere & vsu, ex munere ab omnibus participatur ad essentiam, qua sunt, & secundum illam ad idoneam speciē, qua ab alijs differunt, & secundum vtrumque ad congruum vsum, quo proficiunt. Tria hæc prunt existenti insinut, quasi quædam vestigia summæ essentiæ, id est imaginis, & muneris, id est Trinitatis patris, & filij, & Spiritus sancti. Aeternitas quippe est in patre, species in imagine, vsus in munere. Aeternitas est in patre, quia pater non habet patrem, de quo sit: filius de patre est, vt sit, atque illi coæternus sit. Imago enim si perfecte implet illud, cui imago est, coæqualis est illi. Species est in imagine, id est pulchritudo, congruentia æqualis, prima & summa similitudo, prima & summa vita, primus & summus intellectus. Vsus est in munere. Munus patris, & filij, Spiritus sanctus est. Vsus ergo in munere est, id est dilectio, delectatio, gaudium, lætitia, felicitas, suauitas. Ille namque ineffabilis complexus patris & imaginis non est sine perfectione, sine charitate, sine gaudio. Sic sic in illa Trinitate summa origo est rerum omnium, perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio, nobis autem omnis diuinitatis vsus est ex munere. Quodāmodo namque quasi propior nobis esse videtur Spiritus sanctus, vt pote patris & filij munus. Ex ipso nimirum est omnis vsus gratiæ cum patre & filio. Ipse enim regit & erudit, consolatur & perducit ecclesiam ad Christum, quoniam

Marginal letters (right column): N, A, O, P, B, Q. Marginal note: Similitudo animæ cum mundo.

niam ipse simul sine macula & ruga tradet regnũ
Deo & Patri: sicut a patre per Filium, & Spiritum
vel potius in spiritu diuina ad nos descenderunt.
Pater siquidem tradidit filium suum, quo redime
ret seruos, misit Spiritum sanctum, quo seruos
adoptaret in filios. Filium dedit in pretium redẽ-
ptionis, Spiritum sanctũ in priuilegium adoptio-
nis: se denique totum seruat hæreditatem adopta
tis. Nemo ergo de Dei pietate diffidat, quoniam
maior est eius misericordia quã nostra miseria: &
quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet
illum quia misericors est. Tardius siquidem vide
tur ei, peccatori veniam dare quàm ipsi peccatori
accipere. Sic enim festinat absoluere reũ a tormen
to conscientiæ suæ, quasi plus cruciet illum com-
R passio miseri, quàm ipsum miserum passio sua. Ca
pax est anima omniũ, quia per rationalitatem ad
cognitionem, & per concupiscibilitatem ad dile-
ctionem vniuersitatis capax inuenitur. Sunt enim
in anima; & sunt id quod anima, naturalis sensus
cognoscens omnia, & dijudicans inter omnia: &
naturalis affectus, quo suo ordine & gradu diligat
omnia. Verũtamen facultates & quasi instrumen
ta cognoscẽdi & diligendi habet ex natura, cogni
tionem tamen veritatis, & ordinem dilectionis ne
quaquàm habet, nisi ex gratia. Facta siquidem a
Deo mẽs rationalis sicut eius imaginem suscipit,
ita cognitionem & amorem. Vasa nãque, quę crea
trix sapientia format vt sint, adiutrix gratia replet,
ne vacua sint, si strenuum operarium inuenerit.

¶ *Descriptiones animæ, & spiritus cum diuersa eorundem ratione.* *Cap. IIII.*

S Anima est substantia rationalis, intelle
ctualis, a Deo facta spiritualis. Non
est ex Dei natura, sed pot⁹ creatura
ex nihilo facta ad bonum malumq;
cõuertibilis. Et ideo aliquatenus est
mortalis, inquantum in deterius mutari, & a volũ
tate Dei (cui⁹ participatione bona fit) alienari põt:
& aliquaten⁹ immortalis, quoniã sensum (quo ei
T post hãc vitã, uel bene vł male sit) amittere nõ po
test. Nõ pro actis ante carnẽ gestis meruit, vt in car
ne includeretur, vt quidã voluerunt, sed nec ideo
põt esse ĩ homine sine sorde peccati nisi a Christo
fuerit liberata. Dei enim nutu anima ad corpus ve
nit, vbi si secundum eius præceptum agere vellet,
mercedem acciperet æternę vitę atq; societatis An
gelorum: si autẽ contẽneret, pœnas iustissimas lue
V ret, siue doloris continui, siue ignis æterni. Anima
ex eo dicta est, quòd ad viuẽdum animet corpus,
hoc est viuificet. Spiritus ipsa est anima, pro specia
li natura, vel pro eo quòd spiret in corpore, appel
latus est spiritus. Anima & spiritus idem sunt ĩ ho
mine, q̃uis aliud anima notet, & aliud spiritus. Spi
ritus nãq; ad substantiã dicitur, & anima ad viuifi
cationem. Eadem est essentia, sed proprietas diuer
sa. Nam vnus & idem spiritus, ad seipsum dicitur
spiritus, & ad corpus anima. Spiritus est inquan-
tum est ratione prædita substantia rationalis: ani-
Mat. 16. ma, inquantum est vita corporis, de qua dictum
est, Qui perdiderit animam suam, saluam faciet
eam: id est quisquis propter Deum hanc vitam,
quę nunc corporis viuificatione ex anima tempo
raliter mortalis constat, libenter deserit, in futuro
eandem corporis (non solum animæ) vitam æter-
nam immortalem recipiet. Humana quidem ani- X
ma, quia & in corpore esse habet & extra corpus,
anima pariter & spũs vocari põt. Non duæ animæ
sensualis & rationalis: altera, qua homo viuat, &
altera, qua (vt quidam putant) sapiat, sed vna eadẽ-
que anima, & in semetipsa viuit per intellectum,
& corpus sensificat per sensum. Humanum nan-
que corpus nec viuere, nec nasci sine rationali ani-
ma potest. Vegetatur tamen & mouetur crescit &
humanam formam in vtero recipit, priusquàm
rationalem animam accipiat. Sicut etiam virgulta
& herbas sine anima moueri, & incrementum ha
bere videmus. Duplex quidem est vita animę, vna Y
qua viuit in carne, & altera, qua viuit in Deo. Duo *Duplex vita animæ.*
siquidem sensus sunt in homine, vnus interior &
vnus exterior, & vterque bonum suum habet, in
quo reficitur. Sensus interior reficitur in contem-
platione diuinitatis, sensus exterior contemplatio
ne humanitatis. Propterea enim Deus homo fa-
ctus est, vt totum hominem in se beatificaret: vt to
ta conuersio hominis esset ad ipsum, & tota dile-
ctio esset in illo, cũ a sensu carnis videretur per car
nem, & a sensu mentis per diuinitatis contẽplatio
nẽ. Hoc erat totũ bonũ hominis, vt siue ingredere Z
tur, siue egrederetur, pascua in factore suo inueni
ret. Pascua foris in carne Saluatoris, & pascua int⁹
in diuinitate creatoris. Hoc bonum magnum secu
tum est malum, quoniam perdito bono, quod in
tus erat, egressa est anima ad bona aliena, quæ fo-
ris erant: & pactum fecit cum delectationibus se-
culi requiescens super illas non attendens absen-
tiam boni sui interiores, eo quod consolationes
suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior
sensus carnalis bono suo vititur, interior sensus
mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bo-
na interioris sensus, qui iucunditate exteriorum
bonorum capitur. Nam qui in carne viuit, in car-
ne sentit, & dolores carnis fugit inquantum po-
test. Vulnera autem animæ proprias ignorat, nec
medicinam quærit eis. Cum autem mortuus fue-
rit sensus animæ, quo viuit in carne, tunc viuifica-
ri incipiet sensus ille, quo sentiet semetipsam, &
tunc sciet dolores suos, & sentire incipiet vulnera
sua, tanto grauius, quanto propius. Magis enim
nocet malum quod magis est intimum, & magis
prodest bonum.

¶ *Quòd spiritus multipliciter dicitur.* *Cap. V.*

Spiritus multis modis dicitur, dicitur A
nanque spiritus Deus, & aer iste, &
flatus aerius, qui a corde receptus,
& inde per totum corpus emissus vi
tam mortalium flatu necessario con
tinet. Iste tamen spiritus iure dici anima non po-
test, quia aeris varietate dissoluitur. Dicitur spiri-
tus anima siue hominis siue pecoris. Dicitur spiri-

tus

tus mens rationalis, vbi est scintilla quædam tanquàm oculos animæ, ad quem pertinet imagina-
B tio, & cognitio Dei. Oculus animæ est mens ab omni labe corporis pura. Mentis aspectus, est ratio. Intellectus, visio. Tria hęc omni animæ necessaria sunt, id est vt sanos oculos habeat, vt aspiciat vt videat. Sanos oculos habet, cum a mortalium cupiditatibus est purgata, atque remota. Aspicit, cum in Dei lumine contemplationis oculos figit. Videt, cum in illa contemplatione conspicit, quãta sint gaudia, quanta lætitia, quanta serenitas, & quanta iucunditas. Sanitas facit illã securam, aspectus rectã, visio beatam. Cum enim ab omni fæce fuerit libera, maculis diluta, tunc se denique in seipsa libentissime tenet, & nihil sibi metuit, nec vlla sua culpa quicquã angitur: & tunc ingenti quadã, & incredibili fidutia pergit in Deũ, id est in ipsam contemplationẽ veritatis. Aspectum siquidẽ rectum sequitur ipsa visio Dei, qui est finis aspectus. Sic anima prius sanatur, sanata introducitur,
C introducta reficitur. Spiritus etiam est quædam vis animæ mente inferior, vbi corporalium rerũ similitudines exprimuntur. Nec iste spiritus corpus est, sed corpori similis. Quę enim spiritu videntur, non sunt corporalia, sed corporalibus similia. Facies siquidem hominis & nobis forinsecus nota est & in memoria nostra habet imaginẽ suam, incorporalem quidem, sed corporali similẽ. Mundi quoque istius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præsto est, & in memoria nostra habet imaginem suam, incorporalem quidem, sed corporali similem: ad quam recurrimus, cum clausis oculis eam cogitamus. Quod enim est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria: & quod est intentio voluntatis ad corpus visum visionemque copulandam, hoc est eadem intentio voluntatis ad copulandam imaginem corporis, quæ est in
D memoria & visione cogitantis. Ille spiritus dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei, in quo est cognitio veritatis, & amor virtutis. Imago siquidẽ est in cognitione, similitudo, in dilectone. Imago, quia rationalis, similitudo, quia spiritualis: hæret siquidem veritati nulla interposita substantia. Rationale nostrum, quo ratiocinamur, intelligimus & sapimus, spiritum dicimus. Hunc autem spiritum Apostolus mẽtem vocat vbi ait. Renouamini spiritu mentis vestræ, id est mente. Nihil enim aliud spiritus mentis quàm mens, sicut corpus carnis non est aliud quàm caro.

Tria animæ necessaria.

Ephe. 4.

¶ *De mentis mutabilitate in suis viribus. Cap. VI.*

E MEns dicitur a mene. Mene autem græce, latine dicitur luna. Et sicut luna crescit, & deficit, & varia vicissitudine cõmutatur, in id tamen, quod fuit quadam perfecta nouitate se restituit: sic mens nunc caput summis inserit, nunc decidit in infima, nunc sese inserens sibi veris falsa redarguit, modo ad corporalia regenda deflectitur, modo æternis rationibus inspiciendis vel consulendis adhærescit. Ratio siquidem est mentis aspectus, quo bonum malumque discernit, virtutes eligit, Deumque diligit. Mens vniuersorum ca-
F pax, & omnium rerum similitudine insignita, omnia esse dicitur, natiua quadã potentia, & naturali dignitate. Idcirco inuisibiles rerũ causas per intelligentiã cõpræhendit, & visibiles actualiũ formas per sensuũ passiones colligit. Et siue per sensus ad sensibilia exeat, siue per intelligẽtiã ad inuisibilia ascendat: rerum similitudines ad seipsam trahit, præsentia cognoscit, absentia intelligit, ignota requirit, & in inuentis uersatur. Rationale & intelle-
G ctuale nostrũ, quo ratiocinamur, intelligimus, & sapimus, mẽtẽ dicimus, quæ facta est ad imaginẽ Dei, vt nulla interposita natura ab ipsa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta est, quòd emineat in anima. Prestantior siquidem reliquis est vis animæ, a qua procedit intelligentia. Per intelligentiam vtcunque ipsam veritatem intelligit, per sa-
H pientiam diligit. Sapientia nanque est amor boni, siue sapor boni: a sapore siquidem dicitur. Mentis visio est intelligentia, gustus sapientia, illa contẽplatur, ista delectatur. Cũ ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, postea ratio, intellectus, intelligentia, & in summo est sapientia. Summa nanque sapientia Deus est, sapientia hominis est pietas, id est cultus Dei. Sensus ea vis animæ est, quæ rerum corporearum corporeas percipit formas pręsentes. Imaginatio est ea vis animę, quę rerum corporearum corporeas percipit formas, sed absentes. Sensus nanque formas in materia percipit
I imaginatio extra materiam. Et ea vis, quę exterius formata, sensus dicitur, ea denique vsque ad intimum traducta imaginatio vocatur. Imaginatio nãque de sensu oritur, & secundum eius diuersita-
K tes ipsius quoque est variatio. Multa videt anima carnalibus oculis, multa etiam phãtastica imaginatione concipit. Et vbique quasi distenditur, mouetur, erigitur, & fluctuare videtur. Non a se egrediens, sed in semetipsa tanquàm in magno percurrens spatio peruagatur. Non exit ad illa sed tractatibus suis sibi illa repræsentat. Habet siquidem in se quasi quandam latitudinem, longitudinem, & altitudinem. Nam per charitatem Domini omnes fideles sibi complectitur. Per meditationem vniuersa, quæ a principio mundi vsque ad finẽ Deus propter nostram salutem operatus est, meditatur.
L Per contemplationem quæ sursum sunt cœlestia contemplatur. Ratio ea vis animæ est, quæ rerum corporearum naturas, formas differentias, propria & accidentia percipit. Omnia incorporea, sed non extra corpora, nisi ratione subsistentia. Abstrahit enim a corporibus, quæ fundantur in corporibus non actione, sed consideratione. Natura nempe ipsius corporis, secundum quam omne corpus, corpus est, nullum vtique corpus est. Intellectus ea vis animæ est, quæ inuisibilia percipit sicuti Angelos, dæmones, animas, & omnem spiritum creatum. Intelligentia ea vis animæ est, quæ immediate supponitur Deo. Cernit siquidem ipsum sum- M

mum, verum, & vere incommutabilem. Sic anima sensu percipit corpora, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritū increatū. Et quicquid sensus percipit, imaginatio repræsentat, cogitatio format, ingenium inuestigat, ratio indicat, memoria seruat, intelligentia comprehendit, & ad meditationem siue ad contem-
O platione adducit. Ingenium ea vis animæ est, siue intentio, qua se extendit anima, & exercet ad incognitorum recognitionem. Ingenium ergo exquirit ignota. Ratio discernit inuēta. Memoria recondit iudicata, & offert adhuc iudicanda.

¶ *De connexione potentiarum animæ, & obiectis earum. Cap. VII.*

P Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, & ima a summis dependent. Intellectus nanque quædam imago & similitudo est intelligentiæ. Ratio intellectus, rationis phantasticus spiritus, cui etiam supremi corporis corpus, id est ignis quadam similitudine iungitur, & igni aer, aeri aqua, aquæ terra. Sensus informat imaginationem, imaginatio rationem, & facit scientiam siue prudentiam. Rursum rationi occurrens diuina præsentia informat eam, & facit intelligentiam siue sapientiam.
Q Est itaque in ratione quiddam ad superna & cælestia intendens, & id dicitur sapientia, & est quiddam ad transitoria & caduca respiciens, & id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione sunt, & in ratione consistunt: & diuidit se ratio in duo, sursum & deorsum, sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam quasi in virum & mulierem. Vt vir sit superior, & regit, mulier inferior, & regatur.
Eccles. 42 Vnde dictum est. Melior est iniquitas viri q̄ benefaciens mulier. Melior siquidem est, qui per cœleste desiderium accensus, carnem necessaria etiam ei subtrahendo affligit, q̄ qui per carnalem affectum resolutus, per omnia quæ commoda sunt fa-
R tis ei facere cōtendit. Sensus iuuatur exterius, quia oculus carnis, q̄uis ex natura habeat facultatem videndi, nunq̄ tamē per se cōseqnitur visionem, nec auris auditum, nisi beneficio exterioris lucis, & soni. Imaginatio iuuatur inferius, quia ex sensibilibus concipitur. Ratio iuuatur interius, quia spiritus rationalis ex dono creationis habilis ad cognoscendum verum, & diligēdum bonum, nisi radio interioris lucis fuerit perfusus, & calore succensus, nunq̄ consequitur sapientiæ, seu charitatis effectum. Intellectus & intelligentia iuuātur superius,
S quia Deus, & ignis, & lux est. Lux ergo splendorē emittēs ex se quem retinet in se, illuminat intelligentiam ad agnitionem veritatis. Ignis vero de se calorem emittens, sed non amittens, inflammat affectum ad amorem virtutis. Et sicut solem non videt oculus, nisi in lumine solis, sic verum ac diuinum lumen videre non poterit intelligentia,
Psal. 35. nisi in ipsius lumine. Domine (inquit propheta)
1. Cor. 15 in lumine tuo videbimus lumen. Cum enim mortale hoc induerit immortalitatem, & corruptibile hoc induerit incorruptionem: tunc mente pariter & corpore spirituales effecti secundum modulum nostrum per mentis illuminationem omnia sciemus, & per corporis incorruptibilis leuitatem vbi que esse poterimus. Volabimus mēte per contemplationem, volabimus corpore per incorruptionem. Discernemus mente, discernemus & corpore, cū sensus nostri corporei vertentur in rationē, ratio in intellectum, & intellectus mutabitur in Deum. Sensu visibilia percipiuntur. In imaginatio T ne continentur visibilium imagines & similitudines, ad rationem pertinēt visibilium rationes & definitiones, & inuisibilium inuestigationes. Ad intellectum & intelligentiam spectant spiritalium & diuinorum comprehensiones, & contemplationes. Sensus vero & imaginatio ad rationem nō ascendunt, sed infra remanentes eam aliquatenus deducere possunt, & quasi a longe quædam ostendere, ad quæ non possunt peruenire. Simili quadā V proportione intellectum & intelligentiam ratio iuuare potest, sed ad statum eorum non valet ascendere, quoniam metas suas, & proprios fines habet, quos transcendere non potest. Sensum & imaginationem cum cæteris animalibus communia habemus, vident siquidem visibilia, & visorum recordantur. In quibusdam etiam sensibus nos superant, quoniam iustum fuit, vt brutis animalibus, quibus nihil dandum erat in intellectu, aliquid amplius daretur in sensu, & econtrario tāto maior necessitas indicitur homini exercendæ rationis, quanto maiorem defectum patitur sensualitatis. Ratio autem inde incipit vnde aliquid X occurrit, quod nobis cum animalibus nō sit commune. Quædam ergo sunt infra rationem, quædam iuxta rationem, quædam supra rationem. Infra rationem sunt quæ sensu percipimus, sicut dura & mollia, calida & frigida, candida & nigra. Iuxta rationem sunt, & peruia rationi, quæ ratione percipimus, sicut commoda & incommoda, vera & falsa, iusta & iniusta. Supra rationem sunt quę nec sensus docet, nec ratio persuadet, sed aut diuina reuelatione comprehenduntur, aut scripturarum authoritate creduntur: sicut Deum esse in vna substantia trinū, & in tribus personis substantialiter vnū. Deus siquidem est rerū vniuersitas, ita q nulla singularum, & ideo motibus rationis non subiacet, quia ratio non est nisi de re aliqua.

De ratione compositionis animæ, secundum quam variam nuncupationem sortitur. Cap. VIII.

Anima est spiritus intellectualis, rationalis, semper viuens, semper in motu, bonæ malæque voluntatis capax. Secundum benignitatem creatoris, atque secundum officium sui operis varijs nuncupatur nominibus. Dicitur nanque anima dum vegetat, spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, Y

dum discernit ratio, dum recordatur memoria, dum consentit voluntas. Ista tamen non differunt in substantia, quemadmodum in nominibus, quo niam omnia ista vna anima. Proprietates quidem diuersæ, sed essentia vna. In spiritu tamen & anima potest esse differentia, quia omnis anima, spiritus est, sed non omnis spiritus, anima. Animę duplices actiones sunt, alio nãque cõsilio erigitur ad Deum, atq; alio inclinatur ad carnẽ: inclinatur aũt sic, cũ sit subtilis & inuisibilis videri non potest, sed per potentias suas se extendit. Per concupiscibilitatem nãque appetit, p irascibilitatem contemnit, & per rationalitatem inter vtrumq; discernit. Tota animæ essentia in his potentijs suis cõsistit, nec per partes diuiditur, cum sit simplex & indiuidua. Et si aliquando partes habere dicitur, ratione potius similitudinis q̃ veritate compositionis intelligendum est. Simplex substantia est anima, nec aliud, nec minus est ratio in substantia q̃ anima, nec aliud, nec minus est irascibilitas vel cõcupiscibilitas q̃ anima, sed vna eadẽque substantia secundum diuersas potentias diuersa sortitur vocabula. Has potẽtias habet antequam corpori misceatur.
Z Naturales siquidẽ sunt ei, nec aliud sunt q̃ ipsa. Tota nanq; animæ substãtia in his tribus plena & perfecta consistit, id est in rationalitate, concupiscibilitate, & irascibilitate, quasi quadam sua trinitate. Et tota hęc trinitas est quędã animę vnitas, & ipsa anima. Deus est omnia sua, & anima quædam sua. habet siquidem naturalia, & ipsa omnia est. Potentiæ nãque eius atque vires idẽ sunt quod ipsa: habet accidẽtalia, & ipsa nõ e ſt. Suæ vires est, suæ virtutes non est. Non enim est sua prudentia, sua temperantia, sua fortitudo, sua iustitia. Potẽtiæ animæ sunt rationalitas, concupiscibilitas, & irascibilitas, vires sunt sensus, imaginatio, ratio, memoria, intellectus, & intelligentia. Potentiæ tamẽ dici possunt vires, & vires potentiæ.

¶*De mutua animæ, & corporis confæderatione.* Cap. IX.

A Quibusdam affectibus, & quadã amicitia anima corpori coniungitur, secundum quam amicitiam, nemo carnem suam odio habet. Sociata nanque illi (licet eius societate prægrauetur) ineffabili conditione diligit illud. Amat carcerem suum, & ideo libera esse non potest. Doloribus eius vehementer afficitur. Formidat interitum quæ mori non potest, timet defectum quæ per naturam non potest deficere. Oculorum speculatione depascitur, & sonoris delectatur auditibus, suauissimis iucundatur odoribus, larga epulatione reficitur: & licet his rebus nullatenus ipsa vtatur, graui tamen mœrore affligitur si subtrahantur. Hinc etiam nonnunquam subrepunt vitia contraria rationi, dum anima dilecto corpori indulgentius remittendo, locum noscitur præbere peccato. Per sensus quoque progreditur anima ad corpus mouendum, &
B viuificandum. Nouem namque foramina sunt in humano corpore, quibus secundum naturalem contemperantiam influit & effluit omne, quo idẽ corpus vegetatur, & regitur. Sunt etiam vtriusque quædam similia, corporis scilicet supremum, & spiritus infimum, in quibus sine naturarum confusione, personali tamen vnione facile necti possunt. Similia enim gaudent similibus. Itaq; anima, quæ vere spiritus est, & caro, quę vere corpus est, in suis extremitatibus facile & conuenienter vniuntur, id est in phantastico animæ, quod corpus non est, sed simile corpori, & sensualitate carnis, quæ spiritus corporeus est. Sicut enim supremum animæ, id est intelligentia siue mens, imaginem & similitudinem sui gerit superioris, id est Dei: vnde & eius susceptiua esse potuit ad vnionem personalem, etiam quando ipse voluit, absque vlla diminutione naturæ suæ, sic supremum carnis, id est sensualitas animæ gerens similitudinem, ad personalem vnionem eius essentiam suscipere potest. Nec istud mirum est, cum etiam in sensu & memoria pecudis sit quædam imitatio rationabilitatis, & in appetitu voluntatis, & in his quæ refugit reprobationis. Spiritus nanque corporeus, qui vtique non est corpus, & sensu naturali inter multa discernit, & vi concupiscibilitatis eligit, & natura irascibilitatis reprobat. Habet siquidem corporea vita quosdam gradus incrementorum, quibus ad imaginẽ summæ vitæ proficit. C Primus etenim gradus corporeæ vitæ est sensificatio. Secundus per sensum ingrediens imaginatio. Tertius per imaginem conceptorum memoria. Quartus secundum sensuum passiones quædam sine discretione intelligentiæ prouidentia, in qua quidem quasi rationis imago est, & nulla ratio est. In his omnibus corporea vita spiritalem vitam imitatur, primo in eo q̃ sentit, secundo in eo q̃ sensum concipit, tertio in eo quòd concepta retinet, quarto in eo quòd siue in imaginatis siue in sensibus secundum quandam rationis similitudinem siue ad appetendum siue ad fugiendum se inflectit. Conuenientissima autem me D dia sunt carnis & animę, sensualitas carnis, quę maxime ignis est, & phantasticus spiritus, qui igneus vigor dicitur. Vnde & quidã de animabus loquẽs ait. Igneus est ollis vigor, & cælestis origo. Mira societas carnis & animæ, spiritus vitę & limi terræ. Sic enim scriptum est. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, dans ei sensum & intellectum, vt per sensum lutum sibi sociatum viuificaret, & per intellectum regeret. Et vt per intellectum intus ingrederetur, & contemplaretur Dei sapientiam: & per sensum foris egrederetur, & contemplaretur opera sapientiæ. Intellectu intus illustrauit, sensu foris decorauit, vt in vtroq; refectionẽ inueniret, intus ad felicitatẽ, foris ad iucũditatẽ. Sed quia bona exteriora diu stare nõ possunt, iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire, & ab interioribus ad superiora ascẽdere. Tãtæ si quidẽ dignitatis est humana cõditio, vt nullũ bonũ pręter sũmũ ei sufficere possit. Plenũ fuit miraculo, q̃ tã diuersa & E tã diuisa abinuicẽ, adinuicẽ potuerũt coniũgi. Nec minus mirabile fuit, q̃ limo nostro Deus seipsum coniun-

Ephe.5.
Virgil. æneid.6.
Gen.2.

coniunxit, vt sibi inuicē vnirentur Deus & limus, tanta sublimitas & tanta vilitas. Nihil enim Deo sublimius,& nihil limo vilius. Mirabilis fuit coniunctio prima, mirabilis & secunda, nec minus mirabilis erit & tertia, cū homo, & angelus, & Deus vnus erit spiritus. Eodē namq; bono bonus est homo, quo bonus est angelus, eodem bono vterque est beatus, si tamē ambo idipsum eadē voluntate, eodemq́ue spiritu cupiūt. Si enim tam dispatē naturā carnis & aīę ad vnā fœderationē atq; amicitiā Deus coniungere potuit: nequaq̄ erit ei impossibile rationalē spiritum (qui vsq; ad consortium terreni corporis humiliatus est) cū eodē corpore glorificato (vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ) ad consortium beatorum spirituum, qui in sua puritate perstiterunt, exaltare, atque ad suæ gloriæ participationem sublimare. Ad hoc siquidē sola charitate, nulla necessitate illum creauit altissimus, vt suæ beatitudinis participem faceret. Si ergo tantū gaudium & tanta lætitia est vita ista tēporalis, quæ cōstat ex præsentia spiritus in corpore corruptibili, quanta lætitia & quantum gaudium erit vita æterna, quę constat ex præsentia deitatis in spiritu rationali? Subijciatur ergo corpus animo, animus Deo,& vnus spiritus erit cū eo: ita tamen si in humilitate permanserit, & gratiam sui creatoris, per quam glorificandus est, agnouerit.

¶ De bonis animæ, & corporis. Cap. X.

F EX carne & anima constat homo, & vtrumque bonum suum habet, in quo gaudet & exultat. Bonum animę est Deus cum affluentia dulcedinis suæ. Bonum carnis est mundus cum abundantia iucunditatis suæ. Sed mundus iste exterior est, Deus autem interior. Nihil enim eo interius, & nihil eo præsentius. Interior est omni re quia in ipso sunt omnia. Ab hoc mundo ergo reuertentes ad Deum,& quasi ab imo sursum ascendentes, per nosmetipsos transire debemus. Ascendere enim ad Deū, hoc est intrare ad semetipsum,& non solum ad se intrare, sed ineffabili quodam modo in intimis seipsum transire. Qui enim interius intrās,& intrinsecus penetrās seipsō
G trāscendit, ille veraciter ad Deū ascendit. Ab huius mundi ergo distractionibus cor nostrum colligamus,& ad interna gaudia reuocemus. Et si cor nostrum semper tenere non possumus, saltem ab illicitis & vanis cogitationibus ipsum restringamus, vt id aliquando in diuinæ contemplationis lumine figere valeamus. Hæc est enim requies cordis nostri, cum in Dei amore per desiderium figitur. Hæc est vita cordis nostri, cum Deum suum contemplatur, & ipsa sua contemplatione suauiter reficitur. Et dulce est illi semper ad considerandum, quod ad amandum, & laudandum semper est suaue. Nihil enim ad beatā vitam præstātius videtur, q̄ velut clausis carnalibus sensibus extra carnem, mundumq́ue, affectum quempiam intra semetipsum conuerti, alienumq́ue affectum a mortalium cupiditatibus, sibi soli,& Deo loqui.

¶ De corporis compositione. Cap. XI.

CVm anima sit incorporea per subtiliorem naturam corporis sui, id est per ignem & aerem (quæ in ipso quoque mundo præcellentia sunt corpora, & ideo magis spiritui similia) corpus administrat. Ista siquidem priora excipiunt nutus animæ viuificantis, eo quod incorporeæ naturæ sint propinquiora, quàm humor & terra, vt ad eorum proximum ministerium tota moles administretur. Nullus sine his duobus, vel in corpore sensus est, vel ab anima spontaneus corporis motus. Ignis & aer, quia leuia sunt, mouent terrā & aquam, quę grauia sunt. Qua propter corpora etiam post animæ abscessum moueri nō videmus, quia ignis & aer (qui duo per animæ præsentiam tenentur in corpore terreno & humido, vt omnium quatuor fiat temperatio) post eiusdem animæ abscessum ad superna euadunt, ac se expediunt. Corporis autem compositio sic I fit. Corpus constat ex officialibus membris, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis: & nihil horum est anima, sed in istis tāquam in organis agit, & per hæc corpori consulit, & huic vitæ, in qua factus est homo in animam viuentem. Quæ cum temperata & ordinata fuerint, congruunt viuificationi,& nunquam recedit anima. Si vero distemperata & confusa fuerint in vita, recedit anima secum trahens omnia, sensum scilicet,& imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem, irascibilitatem: & ex his secundū merita afficitur ad delectationem siue dolorem. Corpus autem, quod prius integrum tanquam organum contemperatum & dispositum, vt melos musicum in se contineret, & tactum resonaret: nunc confractum, & inutile e regione iacet. Ani- K ma vero recurrentibus ad regiones suas elementorum partibus, non habens vbi vires suas exerceat, requiescit ab his tantum motibus, quibus corpus per tempus & locum mouebat: ipsa per tempus illocaliter mota. Quoniam etsi organum perijt, sed non melos, nec quod organum mouebat. Anima inter Deum & corpus posita per tempus mouetur, vel reminiscendo quod oblita fuerat, vel discēdo quod ignorabat, vel volēdo quod nolebat. Per locū aūt non mouetur, quoniā per loci spatia non distenditur. Deus autem corpore non eget, vt sit, nec loco, vt alicubi, nec tempore, vt aliquādo, nec causa, vt alicūde, nec forma, vt aliquid, nec aliquo genere subiecti, in quo subsistat, vel cui assistat.

¶ De excellentia animæ, et æterna eius beatitudine, si in charitate vixerit. Cap. XII.

HAbet anima quandam propriam naturam omnibus his mūdanæ molis L elementis excellentiorem, quæ veraciter non possit in aliqua phātasia corporalium imaginum, quas per sensus carnis

percipimus, cogitari, sed mente intelligi, vitaque sentiri. Intelligi potest, videri non pôt. Non est corpus, nec Deus, nec vita sine sensu qualis in arboribus, nec vita sine rationali mente, qualis est in animalibus, sed vita, & vita ppetua. Nec quidē minor q̃ angelorũ est futura, si ex præcepto creatoris hic
M vixerit. Præceptũ eius est, vt in dilectione maneamus.
Ioan. 15. Manete, inquit, in dilectione mea. Per dilectionem namq; rationalem creaturam sibi copulauit, vt eũ sēper haberet, & in ipso maneret de eo, & in eo delectās, gaudens, & exultās. Per dilectionem creatori suo, & sibi inuicem rationalis creatura copulata est, solumq; est dilectionis vinculum, quod ligat vtrosq; in idipsum. Per amorem Dei omnes ei adhæremus. Per amorē proximi omnes adinuicem vnum sumus, vt bonum omnium fiat singulorum: & quod quisq; in se non habet, in al-
N tero possideat. Charitas est via Dei ad homines, & via hominũ ad Deũ. Per charitatē nãque venit Deus ad homines, venit in homines, factus est homo. Per charitatē homines Deum diligũt, Deũ eligunt, ad Deum currunt, & ad Deum veniunt. Sic familiaris est Deo charitas, vt ipse mansionē habe
O re nolit, vbi charitas non fuerit. Si ergo charitatē
I. Ioan. 4. habes, Deum habes, quia Deus charitas est. Miser ego quantũ diligere deberē Deũ meum, qui me fecit, cum nō eram, redemit, cum perierā? Nō erā, & de nihilo me fecit, non lapidem, non arborē, non auē, vel aliquod de animalibus, sed hominē voluit me esse. Dedit mihi viuere, sentire, discernere. Perieram, & ad mortalem descendit, mortalitatē suscepit, passionē sustinuit, & mortē vicit: & sic me restaurauit. Perieram, & abieram, quoniã in peccatis meis venundatus eram, venit ille post me, vt redimeret me, & tantum dilexit me, vt sanguinis sui pretium appenderet pro me: taliq; pacto & reduxit me de exilio, & redemit de seruitio. Nomine etiam suo vocauit me, vt memoriale suum semper esset apud me. Vnxit me oleo lætitię, quo ipse
P erat vnctus, vt ab vncto essem vnctus, & a Christo diceret Christianus. Sic sic gratia eius, & misericordia semper præuenerunt me. De multis nãque periculis sæpe me liberauit liberator meus, quãdo errabam, reduxit me, quando ignorabam, docuit me, quando peccabam, corripuit me, quando tristabar, consolatus est me, quando desperabam, cōfortauit me, quando cecidi, erexit me, quãdo steti, tenuit, quãdo iui, duxit, quãdo veni, suscepit. Hęc, & multa alia fecit mihi Deus meus, de quibus dulce mihi erit semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere: vt pro omnibus beneficijs suis possim eũ laudare, & amare. Cũ enim cũcta sit possidens, singulos implēs, vbique præsens, cunctorũ curam agens, & tam singulis quàm omnibus prouidens, ita totum ad custodiam mei occupatũ video, ac si ego super custodiam mei starem, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit. Semper enim se præsentem exhibet, semper se paratum offert, si me paratum inuenerit. Quocũque vertero me non me deserit, nisi ego prior eum deseram: vbicunque fuero nō recedit, quoniã vbiq; est, vt quoquo iero inueniam eum, cum quo possim esse. Quicquid fecero pariter assistit, vt potē perpetuus inspector omnium cogitationum, intētionum, & actionum mearum. Cumq; hęc diligēter considero, timore pariter, & ingenti rubore cōfundor, q̃ illũ vbique mihi præsentem, & omnia occulta mea videntem intueor. Multa enim sunt in me, de quibus coram oculis eius erubesco, & pro quibus valde displicere illi timeo: nec pro his omnibus quid illi rependam habeo, nisi tantum vt diligam. Non enim melius nec decentius q̃ per dilectionē rependi potest, quod per dilectionē datum est. Hæc præter rem dixisse videor, sed fortè non pręter vtilitatem mihi & ijs, qui mecum sentiunt, quod ego sentio.

¶ *De comparatione animæ ad carnem, & quomodo ipsa dicatur localis, & corporea.* Cap. XIII.

Anima presentia sua corpus viuificat, & sic colligata est ei, vt nec cum velit, se inde segregare possit, nec retinere cum iussionem creatoris audierit. In vita siquidem animæ consistit vita corporis, & de morte corporis descendit mors animæ. Sicut enim anima vita sua facit carnem viuentem, & de fonte naturæ suæ irrigat animando, sic caro per corruptelam materiæ suæ animam (si cupiditatibus illicitis illigauerit) occidit. Et cum altera naturæ videatur alterius, transit vtraque in victricis naturam, id est vt aut carnem spiritualem anima virtutibus suis præstet, aut animã carnalē caro victrix eius efficiat. Anima tamen de morte nihil habere pôt, nisi per vitia ei propinatum fuerit. Nec caro aliquid de vita retinere potest, nisi ab anima fuerit irrigata. Nec altera in alterius naturam transire potest, nisi aut illa vitijs infecta, aut hæc virtutibus detersa fuerit. Ratione est insignita anima, qua artibus docetur egregijs, & disciplinis instruitur eximijs: vt diuina sapiat, & humana tractet, atque sic cętera animalia decenter excellat, vt pote rationalis substãtia. Hæc enim proprie est anima, substantia scilicet rationalis, id est spiritus rationalis: Immortalis est anima, ne a crea- R toris sui similitudine discrepare videatur. Non enim poterat esse imago & similitudo Dei, si mortis termino clauderetur. Secundum quendam modum vitæ, quem nullo modo amittere potest, immortalis est. Secundum quandam vero mutabilitatē, qua potest vel melior, vel deterior fieri, mortalis est. Et sicut mortalis est, cum beate viuere per dii (licet misere viuere amittere non possit) sic respectu incorporei Dei corporea est. Nihil enim in- S uisibile & incorporeum natura credēdum est pręter solũ Deũ, id est Patrē, & Filiũ, & Spiritũ sanctũ, qui ex eo incorporeus & inuisibilis dicitur, quia infinitus & circumscriptus est, simplex & sibi omnibus modis sufficiēs seipso & idipsum. Et cũ vbique sit in semetipso, inuisibilis & incorporeus esse dignoscitur. Omnis vero rationalis creatura corporea est, Angeli, & omnes virtutes corporeæ sunt, licet non carne subsistant. Ex eo intelle-

ctuales naturas corporeas esse dicimus, quia loco
circunscribuntur, sicut & anima humana quę car-
ne clauditur, quæ idcirco & esse in loco, & loca-
lis dici potest. In loco, quia hic, alicubi præsens
T est. Localis, quia quod alicubi præsens est totum,
alibi nō est. Nō habet tamē corporalē dimēsionē,
nec corporalem circūscriptionem, quoniam cor-
poralis quantitatis expers est. Sed quia per præsen
tiam & operationem in loco cōcluditur, localis &
ipsa dicitur. Verūtamen nō sicut corpus, cui secun
dū locū principiū, mediū, & finis assignatur. Re-
spectu incorporeę naturæ (quæ summe incommu
tabilis vbique est) corpus est anima quoniam tale
aliquid nō est ipsa. Nō tamē per loci spatiū ista si-
stitur vel mouetur, vt maiore sui parte maiorē lo-
cū occupet, & breuiore breuiorē, minorq; sit ī par
te quàm in tota. Per omnes siquidē corporis parti
culas tota simul adest, nec minor in minoribus,
nec in maiorib' maior, sed alicubi intensius, alicu-
bi remissius, & in omnib' tota, & in singulis tota
est. Sicut enim Deus vbique est totus in toto mū-
do, & in omni creatura sua, sic anima vbique est
tota in toto corpore suo tanq̄ in suo quodā mūdo
intensius tamen in corde, & cerebro quēadmodū
V Deus præcipue dicitur esse in cœlo. Inuisibilis &
incorporea est anima. Si enim visibilis esset, cor-
porea esset. Et si corporea esset partibilis esset, &
partes haberet, neq; tota simul ī vno loco esse pos
set. Nullum enim corpus aut simul totum tangi
potest, aut simul tangere potest. Anima vero in
quibusque suis motibus vel actibus tota simul
adest, tota videt, & tota visorum meminit, tota
audit, & tota sonorū reminiscitur, tota odorat, &
tota odores recolit, tota per linguā & palatū sapo
res sentit, & discernit, tota tāgit & dura vel mollia,
tota simul approbat uel improbat, calida vero vel
frigida summo tantum digito tota discernit. Tota
est visus, tota auditus, tota meminit, tota est me-
moria; cum tota vult, tota est voluntas, cum tota
cogitat, tota est cogitatio, cum tota diligit, tota
est dilectio. Potest namque ex parta cogitare, ex
X parte diligere. Habet anima affectiones quibus
exercetur ad virtutes. Dolor namque de peccatis,
timor de supplicijs. Desiderium de promissis,
gaudium de præmijs: quædam exercitia sunt vir-
Discernit tutum. Habet virtutes, quibus instruitur, & arma-
eleganter. tur contra vitia. Prudentia nanque scit quid de-
beat facere. Temperantiam habet cōtra prospera.
Fortitudinem contra aduersa. Iustitiam, qua scit
quid cuiq; debeat reddere. Prudētia est, scire quid
possis. Fortitudo, facere quod possis. Temperātia,
non præsumere quod non possis. Iustitia, non vel
le plus quàm possis. Prudentia est in eligendis, tē-
perantia in vtendis, fortitudo in tolerandis, iusti-
tia in distribuendis. Prudentiæ est nil pœnitendū
appetere, & nihil pręter iustum velle facere. Tem-
perantiæ est nihil nisi turpia timere, & quicquid
agimus vel cogitamus ad rationis normam dirige
re. Fortitudinis est terrenas cupiditates non tantū
reprimere, sed penitus obliuisci. Iustitiæ est om-
nem animi cogitationem ad solum Deum erige-
re, eumque (tanquàm nihil aliud sit) sola mentis
acie intueri: habet anima sacramentales virtutes,
quibus initiatur, idest fidem, spem, baptismum,
vnctionem, confirmationem, & cętera, quibus
Deo consecratur. Habet etiam virtutes, quibus
proficit, & quibus Deo coniungitur, vt est humi-
litas, puritas, charitas. Humilitas eam Deo subijcit
puritas iungit, charitas vnit. Habet quoque anima Y
vires, quibus corpori cōmiscetur. Quarum prima
est naturalis, secūda vitalis, tertia animalis. Et sicut
Deus trinus & vnus & perfectus omnia tenet, om
nia implet, omnia sustinet, omnia superexcedit, &
circūplectitur: sic anima. Hijs tribus per totū corp'
diffundit, nō locali distēsione, sed vitali intēsione.
Naturalis virtus operatur in hepate sanguinem
& alios humores, quos per venas ad omnia cor-
poris membra transmittit, vt inde augeantur &
nutriantur. Vis ista quadrifaria est. Diuiditur nan-
que in appetitiuam, retentiuam, expulsiuam, &
distributiuam. Appetitiua quæ necessaria sunt
corpori appetit. Retentiua sumpta detinet, do-
nec ex illis vtilis digestio fiat. Expulsiua nocitura
& superflua expellit. Distributiua bonos bono-
rum ciborum humores omnibus membris distri-
buit prout cuique expedit. Istas vires habent om-
nia animalia, & ideo corporis esse videtur nō ani-
mę. Vis vitalis est in corde, quæ ad temperandum
feruorem cordis aerem hauriendo atque redden-
do, vitam & salutem toti corpori tribuit. Aere nā-
que puro sanguinem purificatum per totū corpus
impellit. Per venas pulsatiles, quę arterię vocātur,
ex quarum motu temperantiam atque distēperan
tiam cordis physici cognoscūt. Vis animalis est in
cerebro, & inde vigere facit quinque corporis sen
sus: iubet etiam voces edere, mēbra mouere. Tres
namque sunt ventriculi cerebri. Vnus anterior, a
quo omnis sensus, & alter posterior, a quo omnis
motus. Tertius inter vtrumque medius, id est ra-
tionalis. Sensus corporis sic fiunt. Quod est in cor Z
pore subtilissimum, & ob hoc animæ similius &
vicinius quàm cętera, id est lux, primum per ocu-
los ipsa diffunditur, emicatque in radijs oculorū
ad visibilia contuenda, deinde mixtura quadam
primo cum aere puro, secundo cum aere caligino
so atque nebuloso, tertio cū corpulentiore humo
re, quarto cū terrena crassitudine, quinque sensus
corporis cum ipso sensu oculorum perficit, vbi ip
sa sola excellit. Isti sensus quia in sola facie prælo- Gen. 2.
cati sunt, ideo scriptū arbitror, quòd in faciē Deus
insufflauit homini spiraculū vitæ, cum factus est
in animā viuentē. Anterior quippe pars posteriori
merito præponit' q̄a ista ducit & illa seq̄tur: ab ista
sensus, & ab illa mot', sicut cōsiliū præcedit actio-
nē. Istę vires tā corp' q̄ animę dici possunt, quia
ab anima in corpore fiūt, nec sine vtroq; fieri pos-
sunt. In prima parte cerebri vis animalis vocatur
phātastica, id est imaginaria, quia in eo corporaliū
rerū similitudines & imagines cōtinētur, vnde &
phantasticū dicit'. In media parte cerebri vocat' ra-
tionalis, quia ibi examinat & iudicat ea, quę per
imaginationem repræsentantur. In vltima parte
vocatur memorialis, quia ibi commendat memo
riæ ratione iudicata.

Quomodo corporalium imagines in anima formentur, et quòd corporalia non ſint, quibus anima corporibus exutæ afficiuntur. Cap. XIIII.

A Liud vtiq; eſt in nobis, quo corpora ſentimus, quod quinque corporis ſenſibus facimus: aliud, quo non corpora, ſed corporibus ſimillima cernimus, vbi & noſipſos non aliter quàm ſimiles corporibus intuemur: aliud, quo nec corpora nec corporum ſimilitudines conſpicimus, ſed illas res, quæ non habent imagines ſui ſimiles, ſicut eſt Deus, & ipſa mens rationalis, vel intelligentia, vel ratio: ſicut etiam virtutes prudentia, iuſtitia, caſtitas, charitas, pietas, & quęcunque aliæ ſunt, quas intelligendo, vel cogitando enu-
B meramus, diſcernimus, & diffinimus. Porro anima non eſt corporea; quoniam non omnis ſimilitudo corporis corpus eſt. Dormi enim & in ſomnis tibi velut corporeus apparebis. Neque enim id corpus tuum, ſed anima tua, nec verum corpus, ſed ſimilitudo corporis tui. Iacebit enim corpus tuum, ambulabit ipſa. Tacebit lingua corporis tui, loquetur illa. Clauſi erunt oculi tui, videbit illa. Et ita in ea tota & integra cernetur ſimilitudo carnis tuæ. In hac ſimilitudine quaſi per loca cognita vel incognita diſcurrit, & ſentit læta vel
C triſtia. Anima etiam mortui ſicut dormientis in ipſa ſimilitudine corporis ſui ſentit, ſeu bona ſeu mala. Non ſunt tamen corporalia, ſed corporalibus ſimilia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, ſeu bonæ ſeu malæ: cum & ipſæ ſuis corporibus ſimiles ſibimet appareant: ſunt tamen, & vera lætitia eſt, & vera moleſtia facta de ſubſtantia ſpiritali in ſubſtantia ſpiritali. Certum nempe eſt quandam ſpiritalem naturam in nobis eſſe, vbi corporalium rerum ſimilitudines aut formantur, aut formatæ ingerūtur: ſiue cum præſentis aliquo corporis ſenſu tangimus, & continuo eorum ſimilitudo in ſpiritu formatur, & memoria reconditur, ſiue cum abſentia iam nota, vel quæ non nouimus cogitamus, vt inde formetur quidam ſpecialis intellectus. Innumerabilia etiā pro arbitrio & opinatione fingimus, quæ vel non ſunt, vel eſſe neſciuntur: innumerabiles quoque & variæ formæ rerum in animo noſtro verſantur, vel cum aliquid facimus, vel facturi ſumus. Aliquo etiam ſpiritu rapiente tollitur anima in huiuſmodi vidē-
D da, ſeu bona ſeu mala. Nimia quoque intentione cogitationis, vel aliqua vi morbi (vt phreneticis per febrem accidere ſolet) ſeu cōmixtione cuiuſquam alterius ſpiritus, ſiue boni ſiue mali, ita corporalium rerū imagines in ſpiritu exprimuntur tā quam corpora ipſius corporis ſenſibus p̄ſentētur, vt abſentia videātur adeſſe tāquam p̄ſentia, & quæ non ſunt tāquam prę oculis adſint. A dormiētibus ēt multa vidētur, vel nihil vel aliquid ſignificātia.
E Vnde ſæpe imagines rerū corporaliū tanta expreſſione illis præſentantur in ſomnijs, quanta ipſa corpora præſentantur vigilantibus, vt inter viſionem dormientium & veram commixtionem vigilantium non diſcernatur, ſed continuo eis caro moueatur, & cōtra propoſitū ſuū, vel cōtra licitos mores cōcūbere videantur, & quod naturaliter collectum eſt, per genitales vias emittatur. Hunc motum caſti vigilātes cohibēt, & refrenāt. Dormiētes aūt ideo non poſſunt, quia in poteſtate non habēt corporalis imaginis repreſſionem, qua caro naturaliter mouetur: & ſequitur, quod cū motu ſequi ſolet, & quod ſine peccato a vigilantibus fieri non poteſt. Sic in ſpiritu & corporalium rerum imagines apparent, & multa pro arbitrio finguntur, vel præter arbitrium demonſtrantur. Ipſa nanque anima, quæ motu proprio ſemper in motu eſt, quia per corpus non ſinitur, vel non plene ſinitur corporalia ſentire, vel ad corporalia vim ſuæ intentionis dirigere, corpore, ſopito ſpiritu, corporaliū ſimilitudines aut ipſa agit, ſicut etiam imagines corporum cogitando ex ſeipſa verſare aſſolet, aut obiectas intuetur, cum in eas videndas aliquo ſpiritu aſſumitur.

De natura animæ rationalis. Cap. XV.

A Nima eſt ſubſtantia ſpiritalis, ſim- F
plex, & indiſſolubilis, inuiſibilis, & incorporea, paſſibilis, atque mutabilis, carens pondere, figura, & colore. Non eſt credenda pars, ſed creatura Dei: nec etiam de ſubſtantia Dei, vel de qualibet elementorum materia, ſed ex nihilo eſſe creata. Si enim ex ſemetipſo eam Deus feciſſet, nequaquam vitioſa, vel mutabilis, aut miſera eſſet. Si autem ex elementis facta fuiſſet, corporea eſſet, cum ſit incorporea ignotam habens originem, initium habet, finem non habet, cum ſit ſpiritalis naturæ nihil habet mixtum concretumq́ue terrenum, nil humidum, aereum, vel igneum. Nullum habet colorem, nullo continetur, nullis membris circumſcribitur, nullo ſpatio finitur: ſed ita eſt cogitanda & intelligenda ſicut ſapientia, iuſtitia, & cæteræ virtutes ab omnipotente creatæ. Natura animæ in- G
uiſibilis eſt, & ideo inuiſibiliter in corpore manet, & de corpore inuiſibiliter egreditur. Per corpus corpora videt, ſicut cœlum, & terram, & quæ in eis conſpicua ſunt oculis noſtris, Spiritu corporum ſimilitudines intuetur. Quicquid enim corpus non eſt, & tamen aliquid eſt, iam recte ſpiritus dicitur. Idcirco occulta quadam vi & ſpirituali rapitur anima, vt vice corporum expreſſas corporalium rerum ſimilitudines in ſpiritu uideat. Intellectu ea, quæ nec corpora, nec corporum formas habēt cōſpicit, ſicut eſt iuſtitia, & ſapientia, velut ipſa mens, & omnis animæ affectio bona. Iſta tria genera viſionū manifeſta ſunt.
Primū corporale, quo ꝑ corporis ſēſus corporalia H
ſentiuntur. Secundū ſpiritale, quo corporū ſimilitudines ſpiritu non mente cernuntur. Tertium intellectuale, quo illa quæ, nec corpora, nec corporum formas habent conſpiciuntur. Intellectuali viſione nunquam fallitur anima. Aut enim intelligit, & verū eſt, aut ſi verū nō eſt, nō intelligit. In viſione autem corporali ſępe fallitur anima cum in ipſis corporibus fieri putat, quod fit in corporis ſenſibus,

sensibus, sicut nauigantibus videntur in terra moueri quæ stant, & intuentibus cęlū sidera stare quę mouentur, & diuaricatis radijs oculorum res vna duas formas habere videtur, & vnus homo duo capita, & in aqua remus fractus, & multa huiusmodi. I In visione etiam spirituali aīa fallitur & illuditur: quoniam ea quæ videt, aliqua vera, aliqua falsa, aliqua perturbata, aliqua tranquilla sunt. Ipsa autem vera aliquando futuris omnino similia, vel aperte dicta, aliquando obscuris significationibus, & quasi figuratis locutionibus prænunciata. In extasi vero, quando ab omnibus corporis sensibus alienatur & auertitur, anima amplius q̃ in sōno solet, sed minus q̃ in morte, nō fallitur: sed ipsa mente diuinitus adiuta, vel aliquo visa ipsa exponente sicut in Apocalypsi Ioanni exponebatur magna reuelatio est. Cùm enim bono spiritu assumitur anima, falli nō potest, quia sancti angeli miris modis visa sua facili quadam ac præpotenti vnitione, vel commixtione nostra esse faciunt, & visionem suam quodam ineffabili modo in spiritu nostro informant. Ipsi siquidem his corporalibus iudicandis atque administrandis prçsunt, & eorū significatiuas similitudines in spiritu ita discernunt, & tanta potentia quodammodo tractant, vt eas possint hominum spiritibus reuelando miscere. Inde est, q̃ angelus Domini apparuit Ioseph in somnis, dicens. Noli timere accipere Mariā coniugem tuam. Et iterum. Tolle puerum, & fuge in Aegyptū. Deus etiā per prophetā dicit. Effundā de spiritu meo super omnē carnē; & iuuenes visa videbūt, & senes somnia somniabunt. Sunt alia visa vsitata & humana, quæ vel ex ipso spiritu nostro multipliciter existunt, vel ex corpore spiritui quodammodo suggerūtur, sicut fuerimus affecti vel carne, vel animo. Nō solum em̄ vigilātes hoīes curas suas cogitādo versant in similitudinibus corporum, verum ēt dormientes hoc sæpe somniant quo indigent. Nanque & negocia sua gerunt ex animi cupiditate, & epulis poculisque inhianter instant, si forte esurientes sitientesque dormierūt.

Matt. 1.
Iohel. 2.
K

L Vigilantibus etiam occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes, quas diuinarent, nouimus, sicut Cayphas pontifex prophetauit cū eius intentio prophetandi voluntatem non haberet. Multa videt anima, & eadem natura est visionū, siue in vigilantibus, siue in dormientibus, siue in ægrotantibus: quoniam non ex alio genere sunt quæ videntur, quàm ex natura spiritus, de quo vel in quo fiunt similitudines corporum. Visa siquidem phreneticorum similia sunt somniantium. Obturatas nāque vias sentiendi habent, vt videant quod somniātes vident. Visa etiam somniantium similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus quippe in cerebro consopitur vis sentiendi, quæ intentionem ad oculos ducit. Ideoque ipsa intentio in aliud versa, cernit visa somniorum tanquam species corporales adsint, vt sibi dormiens vigilare videatur: & non similia corporibus,
M sed ipsa corpora intueri se putet. Ego autem multo amplius admiror, & vehementius stupeo quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporum, quæ per corporis oculos viderit, quā phreneticorum, vel somniantium, vel ēt in extasi visiones: quæcunq; tamen illa natura visorū est, proculdubio corpus non est. Non enim corpora visa illas imagines in spiritu faciunt, nec eam vim habent, vt aliquid spirituale formēt, sed ipse spiritus in seipso celeritate mirabili, vt pote spiritalis, intellectualis, atque rationalis.

¶ De oraculo, visione somnio, insomnio, & phantasmate, et quibusdam alijs dormientibus accidere solitis apparitionibus. Cap. XVI.

Omnium, quæ sibi videre uidentur dormientes, quinque sunt genera, videlicet oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma. Oraculum est, cum in somnis parens vel aliqua sancta grauisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus euenturum quid aperte, vel non euēturum, faciendū vel euitandum denūtiat. N

¶ Visio est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eueniet. O

¶ Somnium, figuris est tectum, & sine interpretatione intelligi nō pōt. Insomniū est, quando id, qd vigilantē fatigauerat, ingerit se dormiēti: sicut est cibi cura, vel potus, vel aliqua studia, vel artes, vel infirmitates. Secūdū namq; studia, quę quisq; exercuit, somniat, & solitarū artium simulacra in præsentia mētis impressā apparēt in somnis. Iuxta etiam infirmitatum diuersitates diuersa accidunt somnia, & secundū morū & humorum varietates variātur & somnia. Alia namq; vident sanguinei, alia cholerici, alia melancholici, alia phlegmatici. Illi vident varia, & rubra, isti nigra, & alba. Phantasma est, quādo qui dormire vix cœpit, & adhuc vigilare se existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, discrepantes & varias, lætas vel turbulentas. In hoc genere est ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos, ac sentientes grauare: quod non est aliud, nisi quædam fumositas a stomacho, vel a corde ad cerebrum ascendens, & ibi vim animalem comprimens. Dicit etiam humana opinio, quòd quadam arte mulierum, & potestate dæmonum homines conuerti possint in lupos & iumenta, & quęque necessaria portare: postq; peracta opera iterum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem humanāque seruari. Hoc sic intelligendum est, quoniam dæmones naturas non creant, sed aliquid tale facere possūnt, vt videantur esse quod non sunt. Nulla enim arte, vel potestate animus, sed nec corpus quidē aliqua ratione in membra & liniamēta bestialia veraciter conuerti potest. Sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando siue somniā do per rerū innumerabiliū genera variatur, & cū corpus nō sit, corporū similes formas mira celeritate capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorū sensum figura corporea perduci potest: ita tamē quòd corpora ipsa hominum alicubi iaceant viuentia quidem, sed multo grauius P *Ephialtes id est incubus.* Q

atq; expressius quàm somno suis sensibus obsera
tis. Phantasticum autem illud veluti corporatum
in alicuius animalis imagine alienis sensibus appa
reat, talisq; sibi homo videatur, qualis sibi videri
posset in somnis, & portare onera. Quæ onera si
vera sunt corpora portantur a dæmonibus, vt illu-
datur hominibus partim vera onerum corpora,
R partim falsa iumentorum cernentibus. Humanũ
spiritũ aliquãdo bonus, aliquando malus assumit
spiritus. Nec facile discerni pōt à quo spiritu assu-
matur, nisi quia bonus instruit, & malus fallit. Fal
lit aũt sæpe in manifestis bonis, vt cũ in eis creditũ
ei fuerit, ad sua seducat. Sic plerumq; humanum
spiritum rapit, vt quadã occulta mixtura quasi idẽ
spiritus esse videatur, & spiritus patiẽtis & spũs ve
S xãtis vt in dæmoniacis videm᷑. Animã tñ hominis
idest mentẽ nulla creatura iuxta substantiã imple-
re potest, nisi sola Trinitas. Implere aũt dicitur Sa-
tanas mentem alicuius, & principale cordis, nõ in-
grediens quidẽ in eũ, & in sensum eius: sed fraude
& iniquitate atq; omni malitia illũ alliciẽs atq; se-
ducens. Affectu malitiæ trahit per cogitationes &
incẽtiua vitiorum, quibus ipse plenus est vtpote
fallax, nequã, & fraudulẽtus deceptor aĩarũ. Non
enim participatione naturę siue substantiæ (vt qui
dã putãt) quenquam implet diabolus, aut eius ha-
bitator efficitur, sed p fraudulẽtiã, deceptionem,
atq; malitiã in eo habitare dicitur, quẽ implet. So-
lius enim Trinitatis est intrare & implere naturã
siue substãtiã, quã creauit. Dæmones & acrimonia
sensus, & celeritate motus aerij corporis terrenorũ
sensum corporũ facile pręcedũt, & quędã cogitata
pręnuntiant, quę homines mirantur pro tarditate
T sensus terreni corporis. Accessit aũt dæmonibus p
tã longũ tẽpus, quo eorum vita protẽditur, rerum
longe maior experientia, q̃ hominibus pōt eueni-
re propter breuitatem vitę. Idcirco quędam prędi
cunt, & quædam mira faciunt, quibus homines al
liciunt, & seducunt. Vnde quædam mulierculæ
post Satanam conuersæ dæmonum illusionibus
& phantasmatibus seductæ credunt se, & profiten
tur nocturnis horis cum Diana paganorum, vel
cum Herodiane, & innumera mulierum multitu-
dine equitare, earumq́ue iussibus obtemperare.
Ipse namq; Satanas, qui transfigurat se in ange-
lum lucis, cum mentem cuiuscunq; mulierculę
cœperit, & hanc sibi per infidelitatẽ subiugauerit,
illico informat se in diuersarum personarum spe-
cies ac similitudines, & mẽtẽ, quã captiuã tenet, in
somnis deludẽs, modo lęta, modo tristia, modo
cognitas, modo incognitas personas ostẽdens, per
deuia quæq; ducit. Et cum solus spiritus hoc pati-
tur infidelis, non in animo, sed in corpore euenire
opinatur. Idcirco nimis stultus & hebes est, qui
hæc omnia, quæ in spiritu fiunt, etiam in corpore
V accidere arbitratur. Cum Ezechiel, & alij prophe-
tæ, Ioannes etiam euangelista, & angeli in spiritu
non in corpore visiones viderint. Cum homines
mortui siue viui hominibus dormientibus, vel vi
gilantibus apparent, nõ in ipsis rebus vt sunt vidẽ-
tur, sed in quibusdã similitudinibus rerum. Istud
autem angelicis operationibus fieri credimus per

dispensationem prouidentiæ Dei bene vtentis bo-
nis vel malis secundum inscrutabilem altitudi-
nem iudiciorum suorum, siue hinc instruantur
mentes mortalium, siue fallantur, siue consolen-
tur, siue terreantur: sicut vnicuiq; vel præbenda
est misericordia, vel irroganda iustitia ab eo, cui
misericordiã & iudiciũ nõ inaniter decantat eccle-
sia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorum, vbi X
non vident, neq; audiunt quæ aguntur, aut eue-
niunt in ista vita hominibus: ita tamen cura est eis
de viuis, quamquam quid agant omnino nesciãt,
quẽadmodũ nobis cura est de mortuis, q̃uis quid
agãt vtiq; nesciamus. Nesciũt quidẽ mortui quid
hic agatur, sed dum hic agitur postea audire pos-
sunt ab eis, qui hinc moriẽdo ad eos pergunt. Non
quidem omnia, sed quantum sinitur eis indicare,
& eos oportet audire. Scire etiam possunt ab ange
lis, qui hic nobis præsto sunt, & animas nostras ad
illos deferunt. Spiritu etiã Dei reuelante cognosce
re possunt quæ hic aguntur, quæ necessarium est
eos noscere. Quidã etiam ex mortuis ad viuos ra-
pi possunt non per propriam naturam, sed per di-
uinam potentiam. Vtrum tamen ista fiant per eo-
rum pręsentiam, an per angelos suscipientes eo-
rum personam, affirmare non audeo. Deus enim
omnipotẽs, qui est vbiq; præsens per angelica mi-
nisteria vsquequaq; diffusa potest hominibus ista
prębere solatia, quibus in huius vitæ miseria iudi-
cat esse præbenda.

¶*Qualibus animę corporibus exuta afficiantur passionibus. Cap. XVII.*

POtentiæ animæ, atque virtutes longa Y
exercitatione, atque successu tem-
porum crescunt. Ipsa vero non cre-
scit nec decrescit, sed aut imparilita-
te membrorum, aut humorum cras-
situdine, & eorum corruptione præpedita vires
suas exercere non potest. Anima corpore exuta vi *Hæc pauca caute intelligas.*
uit, videt, audit, & omnes sensus, atque ingenia vi-
uaciter tenet, vt pote pura, subtilis, cita, & perpe-
tua. Et sicut Deus vbique est in semetipso, sic ani-
ma vbicunque est quodammodo in semetipsa, ac
per hoc ibi est anima post corpus, vbi erat agens in
corpore. Ibi Deus est modo, vbi fuit priusquam
mundus fieret, vbi etiam foret si mundus esse de-
sineret. Sicut sæpe dictum est, incorporea est ani-
ma. Potest tamen habere similitudinem corporis Z
non corporalem, sed corpori similem, & corpora-
lium omnino mẽbrorũ cũ de corpore egreditur.
Sic enim aut ad spiritalia pro meritis fertur, aut ad
loca pęnalia similia corporibus, qualia sępe demõ
strata sunt ijs, qui rapti sunt a corporis sensibus, &
mortuis similes iacuerunt, cũ & ipsi in seipsis gere
rẽt quandã similitudinẽ corporis sui, per quã pos-
sent ad illa ferri, & talia similibus sensibus experi-
ri. Animę siquidẽ, quæ in corporibus viuentes per
dilectionem rerum visibilium corporalibus ima-
ginibus afficiuntur, a corporibus exeuntes in eis-
dem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea
enim corporalibus passionibus ibi teneri possunt,
quia

quia a corruprione corporalium affectionum hic mundatæ non fuerunt: quam corpulentiam de carnis delectatione traxerunt. Quædam autem animæ in eisdem locis, in quibus culpam commiserunt puniuntur. Quædam vero abditis receptaculis vsque ad vltimam resurrectionem continétur, sicut vnaqueq; digna est requie vel miseriæ.

¶ *De exitu animæ a corpore, & sui ipsius cognitione. Cap. XVIII.*

A MVlta de anima dixi, & nondum dixi quando facta est, vel quando de corpore egredietur. Quod primum potui, postea dicam, qood vltimum, dicere non possum, quoniam nescio finem meum: hoc plane scio, quòd mortales sumus, & velimus nolimus omnes moriemur. Nihil enim morte certius, & nihil hora mortis incertius. Nam nescimus quando, aut quomodo, aut vbi moriemur: quoniam mors vbique nos expe-
B ctat. Idcirco semper debemus esse parati, vt cum corpus reuerretur ad terram, de qua sumptum est
Eccle. 12. spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Illud siquidem nos maxime mouere debet, quod a veteribus sapientibus ipse homo ita diffinitus est: homo est animal rationale mortale. Hoc genere posito, quod animal dictum est, additas duas differentias videmus, quibus admonendus erat homo & quò sibi esset redeundum, & vnde fugiendum. Sicut enim progressus animæ vsq; ad mortalia lapsus est, sic regressus eius esse in ratione debent, qua impugnantibus vitijs resistere valeat, vt secũdum naturam suam viuat, & ordinari appetat sub illo videlicet, a quo regi debet, & supra ea, quę regere debet, vno verbo quod rationale dicitur, separatur a bestijs, altero quod mortale, a diuinis. Illud nisi tenuerit, bestia erit, hinc nisi se auerterit, ad diuina non perueniet. Idcirco vt homo sibi incognitus se cognoscat, magna opus habet consuetudine recedendi a sensibus, vt animum suum ad se colligat, & in seipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima, ne cernere semetipsam valeat, & creatorem suum, quem sola & simplex si-
C ne istis oculis intueri debet. Animus nanque rationalis inter eas res, quæ sunt a Deo conditæ, omnia superat: & ideo proxima Deo est, quando est pura, eique quantum charitate cohæserit, tantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodammodo & illustrata non per corporeos oculos, sed per suũ ipsius principale, id est per intelligentiam, Deum cernit: in quo perfectissima est pulchritudo, & beatissima visio, qua visione fit beata. Remoueat ergo a consideratione sua omnes notitias, quę per corporis sensus extrinsecus capiũtur. Quælibet enim corporalia, eorumque similitudines, sensus quoque, & imaginationes in memoria infixæ, cum recordãdo reminiscuntur ad exteriorem hominem pertinent: quamquam istis quasi nuntijs anima exteriora percipiat. Mens ergo, cui seipsa nihil pręsentius est, quadam interiori non simulata, sed ve-
D ra præsentia videat se in se. Nihil enim tam nouit mens quàm id, quod sibi præsto est. Nec menti magis quicquàm præsto est, quàm ipsa sibi. Nam cognoscit se viuere, se meminisse, se intelligere, se velle, cogitare, scire, iudicare, hæc omnia nouit in se: nec imaginatur quasi extra se illa aliquo sensu corporis tetigerit, sicut corporalia quæque tanguntur. Ex quorum cogitationibus si nihil sibi affingat, vt tale aliquid esse se putet: quicquid ei de se remanet, hoc solum ipsa est. Nihil enim tam in mente quàm mens est. Nec quicquam sic mẽtem cognoscit quemadmodum mens. Cum enim quærit mens quid sit mens, profectò nouit quòd seipsam quærat, & nouit quòd ipsa sit mens quæ seipsam quærit. Cũ ergo quærentem se nouit, se vtiq; nouit, & omne quod nouit tota nouit, atque ita totam se nouit. Et si parte inuenta non se totam quærat, tamen quia tota se quærit, sibi tota præsto est. Nihil enim ipsi seipsa præsentius esse potest.
Quid autem de se quærit? Quid antea fuerit, vel E
quid futura sit, vel qualis modo sit: id est quàm similis est, vel quàm dissimilis Deo, quàm humilis & deuota, quàm pura & quàm sancta. Sed quia in istis est corporalibus, quæ cum amore cogitat, & cum quibus amore assuefacta est, non valet sine imaginibus eorum esse in semetipsa. Nam tanto glutino amoris cohæserunt ei hæc, quæ foris sunt corporalia, vt etiam cum absint ista, præsto sint imagines eorum cogitanti. Quapropter secernere eas a se non potest, vt se solam inspiciat & videat. Redeat ergo ad se, & stet in se, nec sicut absentem se quærat, sed velut præsentem se curet cernere, & discernere, & intentionem voluntatis (quã per alia vagabatur) statuat in seipsa, & se cogitet, vt semetipsam cognoscat & diligat, ita videbit quòd nunquam se non amauerit, nunquam nescierit: sed alia secum amando cum eis se confudit, ita vt sine magno labore ab eis separari non possit, quibus cum amore inhęsit. Propterea phantasijs corporalium imaginationum deformatur, eisdemque alte impressis etiam soluta a corpore non exuitur. Si enim a corruptione corporalium affectionum hic non mundatur, corpore exuto corporalibus tenetur passionibus. Studeat ergo in hac vita se ab huius mundi fæculentia mundare, quatenus cum hinc exierit, nihil corporeum secũ trahat, & a corporali passione immunis existat.

¶ *Quomodo anima ad corpus descẽdat, & corpus ad spiritum ascendat. Cap. XIX.*

VIuificatione & sensificatione descen- G
dit anima ad corpus. Præsentia nanque sua illud viuificat, colligit in vnum, atque in vno tenet: diffluere atque contabescere non sinit, congruentiam eius modumq; conseruat non tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo, atque gignendo. Intendit se etiam anima in tactum, & eo calida, frigida, aspera, lenia, dura, mollia, leuia, grauia sentit, atque discernit. Deinde innumerabiles differentias saporum, odorum, sonorum, formarum gustando, olfaciendo, audiendo, videndo

que

que dijudicat. Atque in his omnibus ea, quæ se-
cundum naturam sui corporis sunt, appetit, fugit-
que contraria. Remouet se ab his sensibus certo
interuallo temporum, & eorum motus quasi per
quasdam ferias raparás imagines rerum, quas per
eos hausit, secum captiuatim & multipliciter ver-
sat. Cum vero vult intelligere, vel diuina, vel Deū,
vel etiam seipsam, suasque considerare virtutes,
abstrahit se ab omnibus corporeis sensibus, qui-
bus non adiuuatur, nisi ad corporeas formas, co-
loresq; sentiendos, & spiritu atque ratione se con
H spicit, meditatione atque contemplatione ad Deū
ascendit. Deus reuelatione atque diuina inspi-
ratione ad eam descēdit. Meditatio siquidē est oc-
cultæ veritatis studiosa inuestigatio. Contempla-
tio est perspicuæ veritatis iucunda admiratio. Illā
itaque diuina reuelatio illuminat, vt veritatem
agnoscat, istam diuina inspiratio inflammat, vt
eam diligat. Corpus autem sensu & imaginatione
ad spiritum ascendit, humanum siquidem corpus
ex quatuor elementis compositum est, sed in car-
ne & ossibus maxime terra apparet propter terre-
nam soliditatem. Aqua in humoribus, aer conti-
netur in pulmone, idcirco semper in motu est,
quia ventilabrum est cordis, ne nimio calore cor
consumatur, & dissoluatur. Sedes ignis est in cor-
de, & ideo inferius est latum, superius acutum,
quoniam formam ignis retinet. Quædā vis ignea
aere temperata a corde ad cerebrum ascendit tan-
quàm in cœlum corporis nostri, ibique purifi-
cata & colata per oculos, aures, nares, ceteraque
instrumenta sensuum foris progreditur, & conta-
ctu exteriorum formata quinque sensus corporis
facit, visum videlicet, auditum, odoratū, gustum,
tactum, qui tangendi sensus ab anteriori parte ce-
rebri ad posteriorem transiens, & inde per ceruī-
cem & medullā spinæ descendens per totū corpus
I diffunditur. Porro ipsa vis ignea, quę exterius for
mata, sensus dicitur, eadem formata per ipsa sen-
suum instrumenta, per quæ egreditur, & in qui-
bus formatur natura operante introrsum ad cel-
lam phantasticam vsque retrahitur & reducitur,
atque imaginatio efficitur. Postea eadem imagina
tio ab anteriori parte capitis ad mediam transiens
ipsam animæ rationalis substantiam contingit, &
excitat discretionem intantum iam purificata &
subtilis effecta, vt ipsi spiritui immediate coniun-
gatur, veraciter tamen naturam corporis retinens
& proprietatem. Quę quidem imaginatio in bru-
tis animalibus phantasticam cellam non transcen
dit. In rationalibus autem purior fit, & vsque ad
rationalem animę cellam contingendam defertur
K & progreditur. Est itaque imaginatio similitudo
corporis per sensus quidem corporeos ex corpo-
rum cōtactu concepta extrinsecus, atque per eos-
dem sensus introrsus ad partem puriorem corpo
rei spiritus reducta, eique impressa in summo sci-
licet corporalis spiritus, & in imo rationalis corpo
poralem informans, & rationalem contigens. Spi
ritum corporeum voco aerem vel potius ignem,
qui præ sui subtilitate videri non potest, & cor-
L pora interius vegetando viuificat. Quædam autē
vegetat tātum, & non sensificat, sicut arbores, her
bas, & vniuersa in terra germinantia. Quædam
vegetat, & sensificat sicut omnia bruta animalia.
In quibus quædam sensum tantum habent, imagi
nationem non habent. Quædam sensum, & ima-
ginationem habent. Cum itaque magis sit sensi-
ficari quàm vegetari tantū, constat profectò hanc
vim esse subtiliorem, & vbi magis subtilis est, ma-
gis spiritus est. Magis siquidem incorporeæ natu-
ræ appropinquat cum imaginationem format,
quàm quum sensum præstat. Nihil enim naturæ
incorporeę altius vel spirituali vicinius esse po-
test, quàm id quod post sensum & supra sensum
vi imaginandi concipitur, quod quidem intantū
sublime est, vt quicquid supra illud est, aliud non
sit quàm ratio.

¶ *Quòd anima homo interior dicatur, & de varia eius ratione in diuersis nominibus. Cap. XX.*

ANima nominatur totus homo inte- M
rior, quia viuificatur, regitur, & con
tinetur lutea illa massa, humectata
succis, ne arefacta dissoluatur. Dum
ergo viuificat corpus anima est, dū
vult animus est, dum scit mens est, dum recolit,
memoria est, dum iudicat ratio est, dum spirat
vel contemplatur, spiritus est, dum sentit sensus
est. Nam inde animus sensus dicitur pro ijs, quæ *Notabilia*
sentit, vnde à sententia nomen accepit. Habet etiā *Prædecessore.*
corpus quinque sensus, qui ex eo dicti sunt sen-
sus, quia per eos anima subtilissime totum corpus
agitat vigore sentiendi. Ita autem hæc omnia ad-
iuncta sunt animæ, vt vna res sit: pro efficientijs
tamen causarum diuersa nomina anima sortita
est. In essentia est simplex, in officijs multiplex.
Memoria autem mens est, vnde & immemores
amentes dicimus. Omniū rerū thesaurus & custos N
memoria est, nec enarrari potest tā grādis est eius
perplexitas. Et animus est, Nec aliud significo, q̄
animam cum mentem dico, sed propter aliud
animam, & propter aliud mentem. Non totum
quod viuit, hominis anima est. Cum autem ani-
ma in se agit se, & ex se per se sola mens dici solet.
Sensus vero ad sua ministeria implenda consue-
tius anima dicitur. Spiritum idem esse quod ani-
mam euangelista pronunciat dicens. Potestatem Ioan. 10.
habeo ponendi animam meam, & rursum pote-
statem habeo sumendi eam. De hac quoque ip-
sa Domini anima, passionis tempore memoratus
euangelista ita protulit dicens, Et inclinato capite
emisit spiritum. Quid est enim emittere spiritum,
nisi quod animam ponere? Sed anima dicta est O
pro eo quòd viuit, spiritus autem vel pro spiritua Ioan. 19.
li natura, vel pro eo quòd spiret in corpore. Item
animum dicimus esse id quod animam, sed ani-
ma vitæ est, animus consilij. Vnde dicunt philo-
sophi etiam sine animo vitam manere, & sine
mente animam durare, sicut in amentibus. Ad
mentem enim pertinere videtur, vt sciat, ad ani-
mum, vt velit. Pueri etiam in genitricis vtero sine
scientia & voluntate viuunt. Mens autem vocata
est,

est, quod emineat in anima, vel quòd meminerit.
P Quapropter non anima, sed quod excellit in anima mens vocatur, tanquàm caput vel oculus. Vnde & ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Mens nanque ex eo dicta est, quòd emineat in anima. Præstantior siquidem vis animæ est, a qua procedit intelligentia. Ratio est quidam animi motus visum mentis acuens, veraque a falsis distinguens. Redeat ergo ad se mens rationalis, & colligat se in se, vt sine imaginibus corporeis seipsam, & omnipotens Dei inuisibilem naturam considerare valeat. Terrenarum phantasmata imaginum, & quicquid terrenum cogitationi eius occurrerit, respuat, & talem se intus quærat, & videat qualis est sine istis. Consideret se talem qualis sub Deo super corpus creata est. Deinde supra semetipsam surgat, & seipsam deserat, atque quodammodo in obliuionem sibi veniat, & se contemplationi sui creatoris humiliter, & deuote subijciat. Cum enim cœperit mens per puram intelligentiam semetipsum excedere, & illam in corporeæ lucis claritatem tota intrare, & in his, quæ intrinsecus videt, quendam intimæ suauitatis saporem trahere, & ex eo intelligentiam suam con-
Apoc. 8. dire, & in sapientiā vertere: intantum in hoc mentis excessu pax illa, quæ exuperat omnem sensum inuenitur atque obtinetur, vt fiat silentium in cœlo quasi hora dimidia: ita vt contēplantis animus nulla altercantium cogitationum tumultatione turbetur: nihil inueniens, quod vel per desiderium petat, vel per fastidium arguat, vel per odiū accuset, sed intra contemplationis tranquillitatem totus colligitur, intromittitur in quendam affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem, quæ si semper sic sentiretur, profectò magna felicitas esset. Nihil sensualitas, nihil agit imaginatio, sed omnis inferior vis ani-
Q mæ proprio interim viduatur officio. Purior autem animę pars in illud intimæ quietis secretum, & summæ tranquillitatis arcanum felici iucundi-
Heb. 4. tate introducitur. Viuus quidem sermo est Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Et ideo nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur: vbi id, quod essentialiter vnum est atque indiuiduum, in seipsum scinditur, & quod simplex in se & sine partibus constat, quasi quadam partitione diuiditur. Neque enim in homine vno alia essentia est eius spiritus, atque alia est eius anima, sed prorsus vna eademque simplicis naturæ substantia. Non enim in hoc gemino vocabulo gemina substantia intelligitur, sed cum ad distinctionem ponitur gemina vis eiusdem essentiæ vna superior per spiritum, altera inferior per animam designatur. In hac itaque diuisione anima, & quod animale est in imo remanet, spiritus autem, & quod spirituale est ad summa euolat. Ab infimis diuiditur, vt ad summa sublimetur.
1. Cor. 6. Ab anima scinditur, vt Domino vniatur. Quoniam qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Felix diuisio, & mirabilis separatio, vbi quod corpulentum & fæculentum est, deorsum remanet, quod spirituale, & subtile est vsque ad speculationem diuinæ gloriæ sublimatur, & in eādem imaginem transformatur. Pars inferior componitur R
ad summam pacem & trāquillitatem, pars autem superior ad gloriam & iucunditatem. Licet enim mens humana non sit eius naturæ, cuius est Deus: imago tamen illius naturæ, qua natura melior nulla est, ibi quærenda & inuenienda est in nobis, quo etiam natura nostra nihil habet melius. Sed prius mens ipsa in seipsa consideranda est, & in ea reperienda est imago Dei. Mens igitur, quando cogitatione se conspicit, intelligit se & recognoscit. Quando contemplatione ad Deum ascendit, vt eum intelligat & diligat, imago Dei dicenda est. Cogitando æterna vir est sicut dicit Apo- S
stolus. Vir non debet velare caput suum, cum sit 1. Cor. 11.
imago Dei & gloria, id est quanto magis se extenderit in id, quod æternum est, tanto magis inde formatur ad imaginem Dei, & ideo non est cohibenda, vt inde se contineat ac temperet. Quando vero ea agit vel cogitat quæ sunt temporalia, mulier appellatur. Et tunc non est dicenda imago Dei, & propterea debet velare caput suum, ne nimium sit eius progressio ad inferiora, ne cum licita agit, illicita concupiscat.

¶ *De dignitate humanæ conditionis. Cap. X X I.*

Tanta dignitas humanæ conditionis T
esse cognoscitur, vt non solum iubentis sermone (sicuti alia sex dierum opera) sed consilio sanctæ Trinitatis, & opera diuinæ maiestatis creatus sit homo, vt ex primæ conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, & tanto amplius conditorem diligeret, quanto mirabilius se ab eo conditum intelligeret. Nec ob hoc solum quidem, quòd consilio sanctæ Trinitatis sic excellenter à conditore conditus est, sed etiam quòd ad imaginem & similitudinem suam creator omnium eū creauit: quod nulli alteri ex creaturis donauit. Quę imago diligentius in interioris hominis no- V
bilitate est consideranda. Primo quidem, quòd sicut Deus vnus semper vbique totus est, omnia vi- Act. 17.
uificans, mouens, & gubernans, sicut Apostolus ait, quòd in eo viuimus, mouemur, & sumus: sic anima in suo corpore vbique tota viget viuificans illud, mouens, & gubernans. Non enim in maioribus corporis sui membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Sic infusa corpori est, vt nō per membrorum partes partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur, tota dolet. Miro autem modo vna eademque viuificatione membris præsidens, cum ipsa per naturam non sit diuersa, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est, quæ per oculos videt, audit per aures, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo læue ab aspero discernit. Et cum non sit diuersa, per sensus operatur diuersa. Ex qua re intelligitur,

telligitur, quòd ita est anima secundum suum modum in suo corpore, sicut Deus est in suo mundo. Interius siquidem & exterius, superius & inferius est, regendo superior, portando inferior, replendo interior, circundando exterior. Sic est intus, vt extra sit, sic circundat vt penetret, sic præsidet vt portet, sic portat, vt præsideat. Et sicut Deus nec crescentibus creaturis crescit, nec decrescentibus decrescit: sic anima nec minutis membris minuitur, nec

X adauctis augetur. Hæc est imago siue similitudo omnipotentis Dei, quam anima habet in se. Quandam etiam sanctæ Trinitatis habet imaginem. Primo in eo quòd sicut Deus est, viuit, & sapit: ita anima secundum suum modum est, viuit, & sapit. Est quoque & alia Trinitas in ea: quia ad imaginem perfectæ quidem & summæ Trinitatis, quæ est in Patre, & Filio, & Spiritu sancto condita est. Et licet vnius sit anima naturæ, tres tamen in se vires habet, id est intellectum, voluntatem, & memoriam. Quod idem (licet alijs verbis) in euangelio designatur, cum dicitur: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, id est ex toto intellectu, ex tota voluntate, & ex tota memoria. Nã sicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioq; procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas & ita ex illis ambobus procedit memoria, sicut facile a sapiẽte quolibet potest intelligi. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus: nec horum trium aliquod sine alijs duobus integrum constat, quantum ad suam pertinet beatitudinẽ. Et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus est, non tamen tres Dij, sed vnus Deus, & tres psonæ: ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, nõ tamẽ animæ tres in vno corpore, sed aĩa vna, & tres vires. Atq; in his tribus diuinam imaginem gerit mirabiliter in sua natura noster interior homo, & ex his quasi excellentioribus animæ viribus iubemur diligere conditorem: vt quantum intelligitur, diligatur, & quan-

Y tum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solum sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas. Immo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, quòd semper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus, vt sicut nullum potest esse momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate & misericordia: ita nullum sit momentum, quo præsentem non habeat eum in memoria. Et ideo mihi iuste videtur dictum, interiorem hominem imaginem esse Dei.

Z Nunc vero de similitudine aliqua dicamus. Nam sicut Deus creator, qui hominem ad imaginem suam creauit est, charitas, bonus, & iustus patiens, & mitis, mundus, & misericors, & cætera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, vt haberet charitatem, vt bonus esset, & iustus, patiens, atque mitis, mundus, & misericors. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per deuia vitiorum, & diuerticula malorum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberret, tũc fiet de eo quod scriptum est: homo cum in honore esset, non intellexit &c. Quis maior honor esse potuit homini, quàm vt ad similitudinem sui conditoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor, de quo legitur. Dominus regnauit, decorem indutus est: id est omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut quæ infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa ad informem & irrationabilem brutorum iumentorum similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremque diuinæ similitudinis (ad quem creatus est) nobilitate morum, exercitatione virtutum, dignitate meritorum, habere contendat: vt quandocũq; apparebit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui eũ mirabiliter ad similitudinem suã in primo homine condidit, mirabiliusque in secũdo homine id est in seipso reformauit.

Quomodo homo habet imaginem sanctæ trinitatis.

Matt. 22.

Quomodo homo est ad similitudinem Dei.

Psal. 48.

Psal. 92.

¶ **De conuenientia inter Deum & animam. Cap. XXII.**

Magna conuenientia est inter Deum A & animam. Deus nanque vita est, spiritus est, sapientia, & amor. Vita etiam anima est, spiritus est, in quo spiritu est sapientia & amor. Vita Deus est, vita anima est similis, sed dispar. Similis quòd vita, quòd seipsa viuens, quòd non tantum viuens, sed viuificans sicut & ille hæc omnia est. Dispar, quoniam ille creator est, & ista creatura. Nisi enim creata esset ab illo, non esset, & nisi ab ipso viuificata, non viueret. Viuit anima naturali vita, etiam si spirituali vita non viuat, sed talis vita mors potius est quàm vita, quoniam mors peccatorum pessima. Anima quidem, quæ secundum carnem viuit, viuens mortua est, & ideo maius bonum erat illi non viuere, quàm sic viuere. Vita anima est viuens quidem sed non aliunde quàm seipsa: & ob hoc non tam viuens quàm vita est. Inde est quòd infusa corpori viuificat illud, vt sit corpus de vitæ præsentia non vita, sed viuens. Crea B ta est anima a Deo, vita a vita, simplex a simplici, immortalis ab immortali: vt non sit longe a creatore suo, cui appropiare videtur simplicitate essentiæ, & perpetuitate vitæ. Licet enim spiritualiter non viuat, immortaliter tamen necesse est vt viuat. Creata est anima magna a magno, recta a recto, eo magna quo capax æternorum, eo recta quo appetens superiorum, eo beata quo Deo vnita. Anima nanque, quam Dei pietas respicit, humilitas subijcit, pœnitentia reducit, iustitia deducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit, habet viuificum in se amorem, quo semper potest stare cum Deo, aut redire si mota cum suis affectibus, immo defectibus ab eo fuerit. Solus est amor ex omnibus animæ sensibus atq; affectibus, in

Psal. 33.

Pulcher Discursus.

in quo potest anima (& si non ex æquo) suo respondere auctori, vel de simili mutuam rependere vicem. Et si minus amat quoniam minor est, tamen si ex tota se diligit, nihil deest vbi totum est. Renuntians ergo cunctis affectionibus C alijs, tota soli incumbat amori, effundēs se totam in amorem illius, cui respondere habet in redhibendo amore Amat siquidem Deus, vt ametur, & cum amat nihil aliud vult quàm amari, sciens ipso amore beatos, qui se amauerint. Per amorem venit ad homines, venit in homines, factus est homo, & deliciæ eius esse cum filijs hominum. [Prouerb. 8.] Nostræ vero deliciæ erunt, cum ad eum veniemus, & videbimus eum sicuti est, atque similes ei erimus. [1.Ioan.3.] Tunc erit manifesta visio, plena cognitio, vera dilectio, firma coniunctio, societas indiuidua, similitudo perfecta, & vita beata in æternum, & vltra in perpetuas æternitates. Sicut enim corpus in resurrectione sua vitam & sensum recipiet: sic anima in resurrectione sensum & vitam recipiet, id D est cognitionem & amorem Dei. Quòd cognitio sit vita, ipsa veritas affirmat dicens: hæc est vita æterna, vt cognoscat te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. [Ioan. 17.] Amor etiam sensus est. Nam sicut exterior homo circa ista temporalia quinquepartito sensu afficitur, id est visu, auditu, & cæteris, sic interior homo in beata vita circa quinque ineffabilia Dei ineffabili amore afficietur. Cum enim Deum suum amabit, quandam lucem, quādam vocem, quendam odorem, quendā cibū, & quēdā amplexū interiorē amabit. Ibi enim fulget, quod nō capit locus, ibi sonat, quod nō rapit tempus, ibi olet, quod non spargit flatus, ibi sapit, quod non minuit edacitas, ibi hæret, quod nō diuellit satietas. Ibi siquidem Deus videtur sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione.

¶ *De nobilitate animæ. Cap. XXIII.*

E NObilis creatura est anima. Ciuitas nāque est Dei, de qua tam gloriosa dicta sunt, quòd ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Hæc ciuitas Hierusalem merito appellanda est, quia ad fruendum visione illius summæ pacis, quę fecit vtraque vnum creata est. Mens eius paradisus est, in qua dum cęlestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus etiam summi patrisfamilias est anima, propter vnitatem morum. [Notet verba Dei Cōmentator.] Sponsa Christi per dilectionem. Templum Spiritus sancti per sanctificationem. Ciuitas regis æterni, propter concordiam ciuium.

F ¶ Et quia nulla est ciuitas absque populo, disposuit in ea conditor noster populum triplicis gradus, id est sapientes ad consulendum, milites ad propugnandum, artifices ad ministrandum. Ciues huius ciuitatis sunt naturales, & ingeniti animæ vigores, tanquam indigenæ, quorum distincti sunt gradus, quia alij superiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidem sunt intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales. Quoniam hæc differentia est, animalis siue sensualis appetit visibilia, rationalis discernit, & discretionis oculo aspernatur ea, intellectualis pertrahit ad diuina. Intellectuales igitur sensus sunt tanquam animæ consiliatij dicentes ei. Deum time & mandata eius obserua, propter hoc enim est omnis homo. [Eccl. 12.] Rationales sunt tanquàm milites, qui hostes concupiscentiarum impugnant per arma iustitiæ. Animales siue sensuales sensus sunt tanquam rustici & artifices, qui corporalibus rudimentis insistunt, & corpori necessaria ministrant. Hanc triplicem vim animæ, id est sensualem, rationalem, & intellectualem, philosophi partes vocauerunt non integrales sed virtuales, quia potentiæ eius sunt. Sensualitas ea vis animæ est, qua corpus vegetatur, & per corporis sensus ista exteriora sentit & discernit. Omnes enim sensus tam exteriores quàm interiores ad animam referuntur, vtpote ab illa procedentes, vt enim sentiant, omnes ab anima habent. G Ratio est vis animæ supra corporalia & infra spiritualia collocata. [Ratio.] Secernit vera a falsis, quod est logicæ: virtutes a vitijs, quod est ethicæ: & per experimenta rerū inuestigat naturas, quod est physicæ. In his vero tribus tota philosophia consistit: totam igitur philosophiam ratio comprehendit. Intellectus siue intelligentia ea vis animæ est, qua de diuinis quantum homini possibile est cognoscitur. [Intellect⁹] Ad cęlestia arcana penetranda ratio per se non sufficit nisi a Deo adiuta fuerit. Tunc finis eius si bene viget, cum ad notitiam secretorum, quæ diu inuestigando quæsiuit, peruenerit, intellectus seu intelligentia nuncupatur. Boetius tamen dicit intelligentiam solius Dei esse, & admodum paucorum hominum. [Boetius.] Sed horum alterum pro altero sæpe ponitur. Memoria etiam consors H & cooperatrix est rationis, quoniam sine ea ratio nec ad incognita procedere, nec cognitorū sciētiā retinere potest. Memoria est vis animæ accepta retinens, præterita repetens, elapsa recolligens. [Memoria] Humanus igitur appetitus inter ima & summa positus, cum plerunque in vtraque diuisus sibimetipsi sit contrarius, in quamcunque partem totus transierit, nomen eius merito sortitur: si carnis voluptatibus pascitur, carnalis siue animalis nominatur: si spiritualibus desiderijs delectatur, spiritualis nūcupatur. Appetitus siquidem est naturalis vis in animante mouēdis auide sensibus attributa.

¶ *Descriptiones virium animæ. Cap. XXIIII.*

Voniam de viribus animę sępę mentionem feci, diffinire eas debeo, quatenus quæ de anima dicta, vel dicenda sunt, euidentius intelligi possint. I Sensualitas, sensus, imaginatio, tam corporis quàm animæ dici possunt. Sensualitas corporis est quædam vis ignea. Sensualitas seu animalitas animæ est inferior vis eius, quæ secum trahens sensualitatem carnis velut familiam, & obedientem sensus & imaginationes facit, easque in arca memoriæ reponit. In sensu instrumentum est sensualitatis, & origo imaginationis. Ipsa nanque,

que, vis ignea, quæ extrinsecus formata sensus dicitur, eadem forma vsque ad intimum traducta imaginatio vocatur. Sensus itaque parit imaginationē, imaginatio cogitationē, cogitatio meditationē. Meditatio acuit ingeniū, ingeniū rationem, ratio conducit intellectum, intellectus intelligentiā, intelligentia per contemplationem ipsam veritatem admiratur, & per charitatem in ea delectatur.
L
Pulcherrime discurrit. Sensus est passio animæ in corpore ex qualitatibus extra accidentibus. Imaginatio est vis animæ, quę figuram corporearum rerum absente corpore siue exteriori sensu dignoscit. Cogitatio est circa quælibet animi occupatio. Consideratio est intenta cogitatio. Meditatio est frequens cogitatio modum, & causam, & rationem vniuscuiusque rei inuestigans. Ingenium est vis quędam naturaliter animis insita per se valens. Ratio est quædam vis animæ, quæ omnia discernit & iudicat, sed maxime cum inhiat spiritualibus, & imaginem Dei in se conseruat. Intellectus est rerum vere existentium perceptio. Intelligentia est de solis rerum principijs, id est de Deo, ideis, hyle, & de incorporeis substantijs pura, certaque cognitio. Contemplatio est perspicuæ veritatis iucunda admiratio. Charitas est concordia mentium, & societas electorum, vita beatarum animarum & angelorum, quia nec animæ nec angeli nisi per charitatem viuunt.

¶ *Quòd anima ad imaginem & similitudinem Dei facta sit. Cap. XXV.*

M Anima rationalis & intellectualis facta est ad imaginem & similitudinem Dei, vt factorem suum pro imagine cognoscat, & pro similitudine diligat. Ex imagine nanque Dei habet rationem, & ex similitudine charitatem. Charitas vero in seipsa repræsentat Trinitatem. hanc ratio sentit, & pacata requirit. hanc charitas inuenit, & videndo beata quiescit. Hanc in præsenti fides sequitur, spes in cœlum vsque comitatur, charitas perenniter amplexatur. Mens itaque spiritualis, seu intelligentia rationalis primo creatorem suum aspiciat, deinde creaturam ipsius videat, & mediate arbitrij libertate ad eum, qui condidit omnia, se & cætera referat. Sic in homine Trinitas appareat, quā charitas manifestat, vt charitatem semper homo exhibeat, semperque conspiciat is, quem Trinitatis imago perornat. Sic homo eius seruabit similitudinem, cuius in se natu-
N raliter portat imaginē. Appareat ergo imago Dei, in intelligentia rationali, in mente spirituali, in honore liberi arbitrij. Appareat similitudo Dei in moribus pro natura, in operibus pro iustitia, in virtutibus pro gratia: vt moribus natura perornetur, vt iustitia operibus comprobetur, vt gratia virtutibus cōpleatur, & sic semper Domino pręsentetur. Anima totum corpus hominis tota pariter animat. Est quidem inspirata a Deo homini vita non de præiacenti materia, sed de nihilo ab eo facta. De cęteris animatis scriptura dicit. Producant aquæ &c. Producat terra animam viuentem. Animam vero non aqua, non terra produxit, sed Deus inspirauit, non tamen animam viuam vel viuentem, sed spiraculum vitæ rationale, ex Dei imagine, factum ex Dei similitudine.

¶ *Quòd anima non sit ex natura diuina, nec traducatur a patre in filium. Cap. XXVI.*

Anima non est pars Dei. Probat hoc mutabilitas, quam incurrit. Deus enim immutabilis est, hæc sæpe mutata: pro culpa quandoque damnata, pro pęna quo- O
que fit misera. Nihil tamen ei nocere posset, nisi a Deo recessisset. Recessit autem quando peccauit. Proinde torquetur misera a Deo refuga, ab vno disiuncta spargitur ad multa, & pro sua intemperantia fit morbida, fit molesta. Ea propter sensus corporei turbata memoria turbati hebetes fiunt, marcidi, & stupidi. Inde caro patiť, lāguores oriūtur, & mors violenta peruagatur: homo quidem a Deo auersus peccando peruersus, quia a Deo dissentit, diffidet sibi, portatque in seipso pœnam de seipso. Anima non formatur ex materia infor- P
mi, sed in sui creatione formam accepit, qua facta est ad imaginem & similitudinem Dei: a quo si auertitur, remanet ioformis, quia rea, quia dissimilis. Nec ideo tamen efficitur irrationalis, quia gestat imaginem Dei, vnde & potest reformari. Sed nec etiam si tota peccato concludatur, & pro insipientia iumento comparetur, ideo fit anima pecoris vel alterius corporis. Idem enim corpus & Q
nunc, & in fine est semper habitura, cum quo facta est vna persona. Sed nec ideo fit corpus, & si penitus habitetur, non enim distrahitur partibus, nec loco concluditur. Non est maior in maioribus, nec est minor in minoribus sui corporis parti bus vitæ idoneis. Spiritus nanque est anima rationalis quantislibet obruta malis, & vbicunque est, tota est. Non traducitur a patre in filium, ne vna fit anima amborum. Sicut, inquit, anima patris, sic anima filij in ea est. Nec pars animę patris in filium dum generat, se transfundit. Patri nanque seu diuidi, augeri vel minui, pro substantia sua spiritus nescit. Non enim potest esse maior, sed me- R
lior. Si enim particulariter transfunderetur, corporeus esse probaretur. Quod si, ut delirant aliqui, semen animæ cum semine carnis haberet generando transfundi, multa quidem inhonesta & impossibilia possent exinde conclamari, quæ de spirim rationali nec dici debent, nec opinari. Indecens est obscœna retexere, & male fusa carnis semina denudare.

¶ *Quòd anima ex nihilo facta a carne traductam contrahat originalem culpam. Ca. XXVII.*

Dicimus autem rationales animas pro S
essentia fieri quotidie de nihilo nouas, sed pro consimili natura ex institutione diuina non vtique nouas. Quales enim in exordio Deus die sexto masculo & fœminæ dedit, tales quotidie inspirat singulis, noua de nihilo creatione, nō noua institutione.

Ioan. 5. institutiones. Pater (inquit) meus, vsque modo operatur, & ego operor. Operatur vsque modo Pater & Filius, operatione siquidem noua: sed institutione non noua. Pro illa agens, cum ista quiescens. Res vero corporeæ post primam sui creationem, nouæ mille creantur, sed simul in exordio conditæ temporali formatione propagantur. Animæ autem non simul essentialiter factæ sunt, sed pro natura consilij, qua ad imaginem & similitudinem Dei fiunt, & simul factę reputantur, & non simul editę iudicantur. Non simul editæ pro essentia, sed simul factæ pro compari forma ad imagi-
T nem & similitudinem Dei prærogata. Caro de carne generando traducitur, spiritus de spiritu minime propagatur. Certum tenemus, quòd caro contracta de carne per legem cõcupiscentię quàm cito viuificatur, originalis culpæ vinculo premitur, eiusque affectionibus anima, quæ carnem viuificat, aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo paruuli demerguntur, qui sine Christi remedio moriuntur: habent enim originale peccatum non per animam, sed per carnem vtique contractum, animæque refusum. Carni namque ita vnitur anima, vt cum carne sit vna persona. Fit enim auctore Deo anima & caro vnum indiuiduum, vnus homo: vnde salua vtriusque naturæ proprietate adijcitur carni quod animæ est, & animæ quod carnis est, pro vnitate personę non pro diuersitate naturę. Quod igitur ibidem singulis est proprium, commune fit amborum: proprium pro natura, commune pro persona. Et inde fit anima originali culpæ obnoxia, quam caro contrahit, & animæ refundit, cum qua vnita est in persona, licet diuersa sit in natura. Ea propter necesse est paruulum, dum viuit, Christi sacramento renouari, ne obsit eius animæ societas carnis peccati, qua grauatur etiam corpore exuta, nisi dum in corpore viuit, salutari remedio fuerit expiata. Currant igitur adulti currant pro seipsis. Impendant etiam paruulis sacramenta fidei: suscipiant ipsi fidem cum sacramentis, vt paruulos in Christo renatos fides ecclesię tueatur, & adultos cum sacramentis opera fidei comitentur: his ita per gratiam renouatis tandem complebitur in resurrectione generali, vt caro ipsa resurgat in gloria animæ suæ restituta, viua & æterna, felix & beata.

❡ *Quare Deus animas illas creat, quas sine salutari remedio præscit morituras. Cap. XXVIII.*

V SI quæratur cur Deus donet animas illis, quos absque remedio mori cõtingit? Respondemus, quia diuina institutio, qua res & rerum naturæ conduntur, nec peccato tollitur, nec violentia præpeditur. Inde est, quòd lex carnalis copulæ, nec etiam in malis iure suo priuatur. Generant adulteri, fornicatores, prophani: naturalis tamen institutio nec in talibus deperit. Natura nãque, prout Deus instituit, quod suum est operatur. Natura siquidem est quædam vis & potentia diuinitus rebus creandis insita, quæ vnicuique rei suum esse tribuit, Qua bona quisque male vtitur, malus esse iudicatur. Iuste enim puniuntur, qui licitis abutuntur. Iuste vero puniuntur, qui rapere inconcessa conantur. Sic Sathanas cœlum, sic Protoplastus perdidit paradisum. Abutuntur licitis, qui bona Dei maculant vsibus inconcessis. Maculant bona Dei sicut ij, qui cum ardore libidinis exercent opera copulæ carnalis. Ex his filij generantur, quorum corpora seruiente creatori creatura formantur, & Deo inspirante spiraculum vitæ animantur. Spiraculum vitæ humanam animam intellige, quam non producit terra vel aqua, sed Deus inspirat, quo sensus corporei animantur. Vnde homo factus in animam viuentem memoratur. In his & in alijs omnipotens agit prout instituit, quem nullius adiuuant bona, nec impediunt mala. Bonos quidem prouehit sua gratia: malos tenet sua iustitia. Nos equidem serui, dum Domini X bonis abutimur, rei & miseri pariter inuenimur. Ipse vero Dominus, qui seruorum malis bene vtitur, sanctus & omnipotens adoratur. Ipse corpori terreno de peccati traduce propagato institutione sua inspirat animam bene vtens inolita præuaricatione nostra, quæ si esset naturalis creatori poterat imputari. Sed creator præparat omni tempore sacramenta, & obedientiæ pia proponit edicta, vt contra peccatum sacramenta sint in remedium, & temporalium obseruatio mãdatorum, æternorum afferat præmia donorum. Vnde si aliqui sub peccato geniti obeunt paruuli absque remedio salutari, pertimesce iustitiam Dei, qui nihil debet alicui, sed damnat in singulis malum, quod non fecit in eis. Si autem paruulos renouat sacramentis, admirare misericordiam Dei. Qui sicut nesciunt culpam, cum qua ex carne nascuntur, sic nesciunt gratiam, qua per Christum renouantur. Non excusat paruulos a culpa, quia eam non norunt, nec excludit gratiam ab eis, quia eam nesciunt. Quæris in eis culpam? inuenis ex carne traductam. Quęris in eis gratiam? inuenis a Deo collatam. Illa debite damnatur, hæc indebite pręrogatur. Illa iudicium prædicat, hæc misericordiam repręsentat. In vtroque Deus agnoscitur, cui misericordia & iudiciũ laude perpetua cãtatur. Sed ab his intuendis mens nostra, mens infirma, quia peccatis obruta citius ad seipsam redeat, sibique remedium quærat: vt qui in Adam cecidit, in Christo resurgat.

Animaduerte.

❡ *De immortalitate animæ. Cap. XXIX.*

PLura veteres de natura animæ dixisse Y inueniuntur, sed nihil ita, vt non aliquid restare videatur. Ego autem ex eorum dictis quanto diligentius potui, breue istud & certum colligere studui, quod memorię commendetur. Hebes nanque est memoria hominis, & breuitate gaudet: & si in multa distrahitur, fit minor, in singulis. Ex corpore & anima constat homo, & quicquid oculis corporis intuetur propter corpus factum est, corpus propter animam, anima autẽ propter Deum.

Deum. Vita corporis anima eſt, vita animæ Deus
eſt. Immortalis eſt anima, quia carne caret, nec ha-
bet quo cadat, vt reſurrectione egeat poſt ruinam
(niſi peccato ceciderit) & ideo in morte vita no-
ſtra non perit, ſed corpus deſtituit, dum diſcedit
anima, vim ſuam non perdit, ſed quod viuificaue-
rat, hoc dimittit, & quantum in ſe eſt, mortem alte
rius facit, ipſa non recipit, Facit, inquam, non viui
ficando quod deſerit, non amittendo quod viuit.
Itaque mors hominis nihil alind eſt quàm carnis
occaſus, a qua cum vis potentiæ viuificantis abſceſ
ſerit, in terram de qua ſumpta eſt, redit amiſſis ſen
Z ſibus, quos non per ſeipſam habuit. Anima non ali
ter quàm ſol lucem diei vitam tribuit carni cum
venerit, mortem efficit cum recedit. Mors tamen
non conſumit coniuncta, ſed diuidit dum origini
ſuæ utrunque reddit. Et ne quis putet animam cor
poris morte conſumi, audiat quid Dominus in
Matt. 10. euangelio dicit. Nolite, inquit, eos timere, qui oc-
cidunt corpus, animam autem non poſſunt occi-
dere. Fatigatur corpus cogitationibus mentis. Aſ-
ficitur in corpore mens doloribus corporis. Cor
pus ex quatuor elementis conſtat. Anima nec ele-
mentum eſt, nec ex elemenns, ſed de nihilo facta
eſt, & ſoli creatori ſuo cognita. Ex his ergo omni-
bus, quæ in ſe, hoc eſt in corpore ſuo viſibilia vi-
det, nihil ſe eſſe vel poſſe videt. Secernat ergo & di
uidat ſe per ſe ab eo toto, quod viſibile videt in ſe,
& inuiſibilem omnino ſe eſſe videt in eo quod vi
det ſe, & tamen videri ſe non poſſe videt. Deinde
eleuet ſe ſupra ſe, & in eo quod primum & prin-
cipale ſpeculum eſt ſpeculandi Dei, illiusque ima
gini & ſimilitudini proximum & cognatum ma-
gis factum inuiſibilem Deum inſpiciat. Hoc au-
tem eſt ipſa ratio & mens ratione vtens, quæ ad
primam ſimilitudinem Dei facta eſt: vt per ſe in-
uenire poſſit eum, a quo facta eſt, in eius amore at
que contemplatione dulciter requieſcere. Ea nan-
que perfectius ſuum factorem manifeſtant, quæ
ad illius ſimilitudinem magis appropinquant.
Hoc eſt autem ipſa rationalis creatura, quę & ex-
cellenter & proprie ad illius ſimilitudinam facta
eſt. Et tunc citius creatorem ſuum quē non videt,
agnoſcit & diligit, cum ſe ad illius imaginem fa-
ctam clarius intelligit.

¶ *Quòd Deus creaturam rationalem ſola charita-
te creauerit. Cap. XXX.*

A DEus omnipotens, cuius beatitudo nec
augeri poteſt, quia perfecta eſt, nec
minui, quia æterna eſt: ſola charita-
te nulla ſui neceſſitate rationales ſpi
ritus creauit, vt eos ſuę beatitudinis
participes faceret. Alios vero in ſua puritate in cę-
lo confirmauit, alios autem propter ſuperbiam
in infernum præcipitauit: atque alios ad proban-
dam humilitatem, & obedientiam in terrena ha-
bitatione terrenis corporibus ſociauit, vt ad vitæ
ſenſum luteam materiam vegetarent. Habent nan
que in natura ſua quandam mutabilitatem, ſecun
dum quã viuificandis corporibus appropinquant
in qua quidem nonnihil ſuę puritatis deponunt.
Cum enim delectatione corporis afficiuntur, qua
ſi quandam corpulentiam inde trahunt, quę pu-
riorem eorum naturam corrumpit. Et hoc vitium
quanto altius eis in corporibus manentibus inhę-
ſerit, tanto difficilius eos a corporibus diſcedentes
deſerit, quoniam non tollitur paſſio, etiam cũ tol
litur cauſa paſſionis, niſi ab eiuſmodi fæculentia B
ſe in hac vita mũdare ſtuduerint. Nos ergo, qui in
medio bonorum & malorum poſiti ſumus, con-
ſiderare ſæpe debemus & gaudium illorum, &
iſtorum ſupplicium, atque noſtram miſeriam. Ra
tionalis ſiquidem eſt anima noſtra, vt ſciat diſcer-
nere inter bonum & malum. Eſt etiam concupiſci
bilis atque iraſcibilis, vt poſſit amare bonum &
odire malum. De cõcupiſcibilitate naſcitur amor,
& de amore deſiderium & gandium. Amor eſt C
delectatio cordis alicuius ad aliquid propter ali-
quid per deſiderium currens, atque per gaudium
requieſcens; per deſiderium in appetendo, & per
gaudium in perfruendo. Nec aliunde bonum eſt
(ſi bonũ eſt) cor humanum, niſi quòd bene amat
quod bonum eſt. Nec aliunde malum eſt (ſi ma-
lum eſt) niſi quòd male amat quod bonum eſt.
Omne enim quod eſt, bonum eſt, ſed in eo quod
male amatur, tantum vitium eſt. De iraſcibilitate
odium generatur, & de odio dolor & timor. Cum
enim contra peccata iraſcimur, & ea odire incipi-
mus, dolemus quòd peccauimus, & pœnas pro
peccatis timemus.

¶ *Quòd Deus naturam rationalem cæteris
voluit ſupereminere creaturis.
Cap. XXXI.*

SIc creator omnium Deus inter cęte- D
ra & ſupra cętera, quæ creauit, ratio-
nalem dignatus eſt illuſtrare natu-
ram, quam & ſua ſimilitudine fecit
inſignem, & ſuæ beatitudinis voluit
eſſe participem. Cuius tamen rationalis creaturæ
licet ſimilis videatur origo, facta eſt diuerſa con-
ditio, dum pars eius in æterna eſt felicitate firma-
ta, pars rudentibus inferni detracta, & in tartarum
tradita, in iudicium cruciãda ſeruatur. Pars etiam
tertia terrenis vnita corporibus, locum medium
ſortita cognoſcitur: & prius quidem eadem me-
dia, ſummis vicinior, in delicijs erat poſita para-
diſi, nunc autem propinquior infimis pro reatu
inobedientiæ humiliata eſt in loco afflictionis.
Summus igitur horum omnium locus plenam E
habet lætitiam, infimus ſolã triſtitiam, illic enim
plena felicitas, hic ſola miſeria eſt. In medio ſane
ſumma ſperanda, ſed nihilominus infima ſunt ti-
menda: & ideo nobis iam eò amplioris timoris
cauſa quàm ſpei, quò viciniores eiſdem infimis,
in ipſa deiecti degimus vmbra mortis. Quia ta- F
men & illius beatitudinis, & nihilominus damna
tionis æternæ humanam Deus animam, pro ſuo-
rum qualitate meritorum participem poſſe fieri
cognouit, naturales ei affectus quatuor indidit, vt
haberet vnde bona illa optare, & in eis poſſet quã
doque

doque lætari, & rurſum vnde illa mala metuere,
vel in eis etiam dolore perpetuo contriſtari. In-
terim ſane ei grauior eſt præſentis vitæ conditio,
quod non modo exhibet triſtitia etiam præſens
Prouerb. 13. moleſtiam, ſed & timor habet pœnam, & ſpes ip
ſa, quæ differtur, affligit animam. Pijſſimus e-
nim pater & terribilis iudex, qui vera illa & per-
petua gaudia filijs, dolores æque perpetuos reis in
fine parauit: nonulla tamen nos etiam in præſen-
ti experimenta capere voluit gaudij vel doloris,
vnde non modo illa certius credi, ſed & affectuo-
G ſius quodammodo optari valeant & timeri. Cæ-
terum nec præſentia gaudia in illorum compa-
ratione ſunt gaudia, nec triſtitia præſens in illius
comparatione triſtitia. Nec deſipiet ſi quis inte-
rim omnem operam dare maluerit, quemadmo-
dum illa potius valeat concupiſcere gaudia, illos
formidare dolores, quàm huius vitæ vitare mole-
ſtias, captare lætitiam. Veruntamen inuenire eſt
etiam in præſenti, vnde vtiliter gaudeat quis, vel
ſalubriter contriſtetur, ſi lætetur de beneficijs
ſuis gratias agens Deo, & in deuotione eius e-
xultet, & propria ſeu etiam proximorum deli-
cta deploret. Vnde & diuina diſpoſitione media
inter eoſdem affectus conſtituta eſt ratio in cor-
de hominis, per quam nimirum diſcernere, &
diiudicare poſſit, vnde gaudeat ſeu doleat, immo
H etiam quid cupiat vel quid timeat. Sanè qui
triplicem eſſe vim animæ docuerunt, rationa-
lem illam, iraſcibilem, & concupiſcibilem aſ-
ſerentes, affectus quidem diuerſos, ſed quadam
ſibi cognatione iunctos, ſub iraſcibili metum &
triſtitiam, ſub concupiſcibili deſiderium & læ-
titiam comprahendiſſe videntur. Interim igitur
inter affectus varios humana fluctuans anima, ne-
ceſſe eſt vt certam demum vel in imis, vel in ſum-
mis accipiens ſtationem, in ſolo deinceps vel gau-
dio vel dolore perſiſtat. Deus eſt in ſummo,
I mundus in imo. Ille in eodem ſtatu æternitatis
ſuæ ſemper conſiſtit, iſte curſu mutabilitatis ſuæ
ſemper inſtabilis fluit. Humanus animus quaſi
in quodam medio collocatus quadam conditio-
nis ſuæ excellentia, & huic mutabilitati, quæ deor
ſum eſt, ſupereminet, & ad illam, quæ eſt apud
Deum, veram immutabilitatem necdum pertin-
git. Si vero in ijs, quæ deorſum tranſeunt, ſe per
cupiditatem immerſerit, ſtatim per infinitas di-
ſtractiones rapietur, & à ſemetipſo quodammo-
do diuiſus diſſipabitur. Si vero ab hac infini-
ta diſtractione, quæ deorſum eſt, ſe erexerit, &
hæc infima deſerens, atque paulatim ſe in vnum
colligens ſecum eſſe didicerit, tanto amplius in
vnum colligetur, quanto magis cogitatione &
deſiderio ſurſum eleuabitur, donec tandem om
nino immutabilis ſit, & ad illam veram & vni-
cam, quæ eſt apud Deum, immutabilitatem per-
ueniat, vbi perpetuo ſine omni mutabilitatis vi-
ciſſitudine requieſcat.

¶ Quòd creationem animarum creator earum ſolus agnoſcat. Cap. XXXII.

Credimus animas non eſſe ab ini- L
tio cum angelis, nec ſimul crea-
tas ſicut Origenes fingit, nec cum
corporibus per coitum ſeminan-
tur, ſicut Luciferianus, & Ciril-
lus, & aliqui latinorum præſumptores affir-
mant. Sed dicimus earum creationem ſolum
omnium creatorem noſſe, corpus tantum per
coniugij copulam ſeminari, Dei vero iudicio coa
gulari in vulua, & compingi, atque formari, ac
formato iam corpore animã creari, & infundi, vt
viuat in vtero homo ex anima conſtans & corpo-
re, & egrediatur viuus ex vtero plenus humana
ſubſtantia. Nec duas animas eſſe credimus in vno
homine, ſicut multi ſcribunt, vnam, qua animatur
corpus, quæ immixta ſit ſanguini, & alteram
ſpiritalem, quæ rationem miniſtret. Sed dici-
mus vnam eandemque eſſe animam in homine,
quæ & corpus ſua ſocietate viuificet, & ſemetip-
ſam ſua ratione diſponat, habens in ſe libertatem Arbitriũ.
arbitrij, vt in ſuæ ſubſtantiæ eligat cogitatio-
ne quod vult. Libertati ſiquidem arbitrij ſui com
miſſus eſt homo. Poſtquam vero ſeductione ſer
pentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit,
& vigorem arbitrij, non tamen electionem, ne
non eſſet, ſuum quod emendaret peccatum. Ma-
net itaque ad quærendam ſalutem arbitrij liber-
tas, id eſt rationalis voluntas, ſed admouente prius
Deo, & inſpirante ad ſalutem. Vt ergo acquieſca- M
mus ſalutari inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt, vt
adipiſcamur quod adipiſci deſideramus, diuini
eſt muneris. Vt non labamur adepto ſalutis mu
nere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter
adiutorij, vt labemur, poteſtatis noſtræ & igna-
uiæ. Solum hominem credimus habere animam N
ſubſtantiuam, quæ & exuto corpore viuit, & ſen-
ſus ſuos atque ingenia viuaciter tenet. Neq; cum
corpore moritur (vt Arabas aſſerit) neq; poſtmo-
dum interitura, ſicut Zenon dicit, quia ſubſtan- *Quã pulchre Philoſophatur.*
tialiter viuit. Animalium vero animæ non ſunt
ſubſtantiuæ, ſed cum carne ipſa carnis viuacitate
naſcuntur, & cũ carnis morte finiuntur, & ideo
nec ratione reguntur, ſicut Plato & Alexãder pu-
tant, ſed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur.
Anima humana non cum carne moritur, quia nec
cum carne (vt ſuperius diximus) ſeminatur, ſed
formato in vtero matris corpore, Dei iudicio
creari, & infundi eam diximus, vt viuat homo
intus in vtero, & ſic procedat natiuitate in mun-
dum. Anima à creatore principium habens, ex
quo eſt, perfecta eſt ĩ genere ſuo. Vnde ex quo eſt
ſciret oĩa, quæ ab homine ſciri poſſunt, niſi gra-
uitas carnis eſſet. Quod per primum hominem,
qui ante corruptiònem humanitatis ex quo fuit
perfecte habuit ſcientiam humanam, probari po-
teſt. Sed modo corrupta humanitate ex quo con-
iungitur corruptioni, corrumpitur. Nec pro-
prietates ſuas poteſt exercere, donec vſu, & ex-
perientia & alicuius doctrina excitata incipit V

discernere. Veluti si quis cũ sub tili licet acie oculo rum in tenebrosa detrudatur, videre tamen nõ potest ibi, nisi prius assuescat tenebris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius. Quantum nõ noxia cor pora tardant. Et licet aliæ sint actiones corporis, & aliæ animę, actiones tamen corporis vitia vel virtutes possunt esse animæ. Cum enim ad hoc sit data, vt illicitos motus carnis corrigat, ignorantia illius cõtingunt vel negligentia. Sicut si vel discipulus vel seruus negligentia Doctoris vel domini peccet, magister vel dominus extra culpam non est, sic anima illis contingentibus, extra culpam non est: cum istis debeat imperare, & illis obedire.

Aenei. 6.

P

¶ *De hominis vtraq; parte essentiali, anima videlicet & carne. Cap. XXXIII.*

QVabus substantijs constat homo, anima tantum & carne. Anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis. Quos tamen sensus absque animæ societate non mouet caro. Anima vero & sine carne rationale suum tenet. Notandum tamen, quòd ijdem ipsi sensus, qui in exteriori homine describuntur, simili modo secundum modum suum in interiori esse manifestantur, quia spiritales res non corporalibus sensibus, sed spiritalibus rimandæ sunt.

Deut. 32. Vnde diuina vox in Deuteronomio ait. Videte quòd ego sum, & non sit alius Deus præter me.

Apoc. 2. Et in Apocalypsi. Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et in Psalterio. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.

Psal 33.

2. Cor. 2. Et Apostolus. Christi bonus odor sumus, & in ijs qui pereunt, & in ijs qui salui fiunt. Et in euangelio Dominus mulierem fide se tetigisse

Luc. 8. magis q̃ corpore ostẽdit, dicẽs. Tetigit me aliquis, nam & ego sensi virtutem de me exijsse. Sic ergo

R cum omni cautela obseruandum est quid ad corporis sensus, & quid ad animæ pertineat dignitatem, ne forte confusus ordo, & irrationabilis existimatio alicubi repugnare videatur veritati.

S Non est tertius in substantia hominis spiritus vt Didimus contendit, sed spiritus ipsa anima, vel pro spiritali natura, vel pro eo ꝙ spiret in corpore spiritus appellatur. Anima vero ex eo vocatur, quòd ad viuendum vel ad viuificandum animet corpus. Tertium vero, qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur, spiritum gratiam sancti spiritus intelligamus: quam orat Apostolus vt integra perseueret in nobis, ne nostro vi-

Sap. 1. tio aut minuatur, aut fugetur a nobis. Quia Spiritussanctus effugiet fictum, & auferet se a cogitatio

T nibus, quæ sont sine intellectu. Iugi ergo meditatione animum nostrum exerceamus, & consideremus miserias & necessitates nostras, labores & dolores. Lugentes enim in hanc vitam intrauimus cum labore, viuimus cum dolore, & cum timore exituri sumus. Cogitemus ergo, q̃ sit breuis vita nostra, q̃ via lubrica, q̃ mors certa, & hora mortis

V incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum sit, si quid dulce aut iocundum in via huius vitę occursu suo nobis alludit, q̃ fallax & suspectum, q̃ instabile & trãsitorium est quicquid huius mundi amor parturit, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit. Consideremus etiam, quæ sit patriæ cælestis suauitas atque dulcedo, attendamus & perpendamus vnde cecidimus & vbi iacemus, quid perdidimus & quid inuenimus, vt vtroque intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc enim Salomon ait.

X

Eccles. 1.

Qui † apponit scientiam, appoint dolorem. Quia quanto magis homo mala sua intelligit, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem parit scientiam, scientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio perficit orationem.

† addit.

Y

Medita-tio. Meditatio est frequens cogitatio, curiosa, & sagax obscura inuestigare, & occulta ad notitiam

Scientia. trahere. Scientia est quando homo ad cognitionem sui assidua meditatione illuminatur. Com-

Cõpũctio. punctio est quando ex consideratione malorum suorum cor interno dolore tangitur. Deuotio

Deuotio. est pius & humilis affectus in Deum, humilis ex conscientia infirmitatis propriæ, pius ex consi-

Oratio. deratione diuinæ clementiæ. Oratio est mentis deuotio, id est conuersio in Deum per pium &

Affectus. humilem affectum. Affectus est spontanea quædam, ac dulcis ipsius animi ad Deum inclinatio.

Z Nil enim ita Deum inclinat ad pietatem & misericordiam quemadmodum purus mentis affe-

Nosse seipsum. ctus. Scientiam cælestium & terrestrium rerum laudare atque amare solent homines, sed multo meliores sunt, qui huic scientiæ præponunt nosce re semetipsos. Laudabilior siquidem est animus, cui nota est miseria sua, quàm qui ea non respectu vias siderum, & naturas rerũ scrutatur. Qui vero iam in Deum euigilauit Spiritus sancti calore excitatus, atque in eius amore coram se viluit, ad eumque intrare volens nec valens, eoque sibi lucente attendit in se, & inuenit se, suamque ægritudinem illius munditiæ comparari non posse cognoscit. Dulce flere habet Deumque precari, vt mi sereatur, & totam suam miseriam exuat. Hunc itaque egentem ac dolentem scientia non inflat, quia charitas ædificat. Præposuit enim scientiam scientiæ, id est scire seipsum & infirmitatem suam, magis quàm scire vires herbarum & naturas animalium. Et hanc apponendo scientiam, apposuit dolorem, scilicet peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suę, & visionis Dei, quem cernere cunctorum desideriorum consummatio & finis est.

SEQVITVR LIBER *Tertius de anima, & interiori domo: cuius hæc post Prologum sunt Capita.*

De

Finis Capitum Libri Tertij.

Libri Tertij de Anima, & de interiori domo Prologus.

Omus hæc, in qua habitamus, ex omni parte sui ruinam nobis minatur. Idcirco quia in breui est casura, alia nobis est ædificanda. Redeamus ergo ad nos, & discutiamus conscientiam nostram. Nam sicut corpus nostrum tabernaculum dicitur, in quo militamus sic conscientia nostra domus vocatur, in qua post militiam requiescimus, & ille rectè militat, qui per militiam, quam exercet in corpore, domum ædificat conscientiæ. Diligenter exerce agrum tuum (ait sapiens) & postea ædifices domũ tuam. Ager iste corpus nostrum est, cuius sensibus & motibus rectè vtimur, animi imperio eo subijcientes, vsumq; virtutis inducimus, dum corpus animo indesinẽter, & animum Deo ex toto subijcimus. His nimirum modis interior cõscientia ædificatur, quam vtiq; bonam faciunt præteritorũ malorũ condigna satisfactio, & instantiũ malorũ cauta prouidaq; declinatio. Cõdigna satisfactio est mala facta corrigere, & correcta nõ reiterare. Conscĩẽtia vero perpetua est, quę nunquã finitur, sicut nec anima, quę cũ sit immortalis, sicut non potest esse nõ anima, sic nunquã potest esse sine conscĩẽtia. Conscientia nanq; est inseparabilis gloria, vel confusio vniuscuiusque prò qualitate depositi.

A Psal. 24. B

¶ *De ædificatione conscientiæ, quod prius sit mundanda quam ædificanda. Cap. I.*

C Haec ergo conscientia, in qua anima perpetuo mansura est, ædificanda est, sed prius mundanda. Et quis eã mundabit? Profectò Deus & homo, homo quidē per cogitationes & affectiones, Deus vero per misericordiam & gratiam. Cogitationes & affectiones necessariæ sunt in conscientiæ mundatione, cogitationes in inuestigatione veritatis, affectiones in exercitatione virtutis. Porrò misericordia modo delet peccatum, modo dat virtutem resistendi peccato, nūc subtrahit peccandi occasionem, nunc immittit amaritudinem, plerunque sanat affectionem. Gratia adiuuat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad vtrunque discernendum. Homo igitur per veritatem stimulatus peccata sua confitetur: Deus autem per misericordiam flexus confitenti miseretur. Omnis nanque spes veniæ & misericordiæ in confessione est. Nec potest quis iustificari à peccato, nisi prius fuerit confessus peccatum. Ex eo enim vnusquisque iustus esse incipit,

Gratia.

D ex quo sui accusator extiterit. Felix conscientia, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas confitentis, & misericordia miserentis, obuiauerunt sibi quoniā nō potest illi misericordia deesse, qui se cognoscit

Psal. 84.

E in veritate. Osculum iustitiæ est inimicos diligere parentes & propria quæq; propter Deū relinquere, illatam iniuriā patiēter ferre, oblatam gloriam, vbique declinare. Osculum pacis est odientes inuitare ad pacem, discordantes ad concordiam reuocare, aduersarios pacifice sustinere, errantes pie & benigne docere, mœrentes clemēter mulcere, & cū omnibus pacem habere. Beata illa anima quæ in pace Christi fundata est, & in Dei amore solidata, quæ cum exterius bella patitur, pax eius interius nō turbatur: in qua quæcunq; molestiæ foris perstrepāt, vsq; ad silentium internæ quietis non irrūpant, quoniā gustu internæ dulcedinis tacta, intus est per desideriū collecta, nec iam foris enormiter in carnis voluptates dissoluitur, quia totum intus possidet, in quo delectatur, atque ita in semetipsa pacificata, dū nihil est, quod foris appetit, tota per amorē intus requiescit: & cum tota ad internum gaudium colligitur, ad imaginē Dei reformatur,

F quam in se veneratur. Talem animā frequenter visitant angeli atq; archangeli, & honorificant, vt pote Dei templū, & Spiritus sancti habitaculum. Esto igitur templum Dei, & Deus excelsus habitabit in te. Anima enim Deum habens in se templū Dei est, in quo diuina mysteria celebrantur.

G ¶ Porrò anima, quę non studet in se consistere, nec in amore Dei desiderium figere, per oculos, & aures, aliosque corporis sensus foras egreditur, atque in his exterioribus delectatur. Sed cū inuenerit portas istas clausas, tunc rediēs ad se, & vidēs se nudam & desolatā, inæstimabili confusione & horrore concutietur. Et quia mundi consolationē quæsiuit, illam, quæ à Deo intus in conscientia datur, nō habebit. Et non solū eã dedignabitur Deus visitare, sed nec ipsa quidē male sibi conscia, seipsam poterit tolerare. Requiē in se non poterit habere, quoniā illū dereliquit, cum quo habitare, & requiescere debuit. Cogita ergo in societate aliorum nunc positus, quòd non poteris semper manere cū illis, & interim elige tibi sociū illū, qui cum subtracta tibi fuerint hęc omnia, tibi fidē seruabit, qui dilectoribus suis fidem seruat, nec recedit in tempore angustiæ, Deus tuus ille est, quem eligere debes.

¶ Omnes igitur cordis distractiones, & mentis fluctuationes in vnum collige, & in solo Deo totū desiderium tuum fige: & ibi sit cor tuum, vbi est thesaurus tuus desiderabilis, multumque amabilis. Ipse enim frequenter visitat, & libenter inhabitat tranquillitatem cordis, & otium quietæ mentis, quoniam pax est, & in pace factus est locus eius. Propterea talem te præpara, vt tecum adsit Deus, sit in ore, sit in corde, semper tecum eat, tecum redeat, nec recedat a te. Nunquam ille te dimittet, nisi prior illum dimiseris. Vbicunque fueris, nunquam solus esse poteris, si Deus tecum erit. H

Matt. 6.

Psal. 75.

I

¶ Munda igitur conscientiam tuam, & semper paratus esto, vt quacunque hora venerit Dominus, & tecum habitare voluerit, paratam sibi in te inueniat mansionem. Ipse nanque dixit. Facite mihi sanctuarium, & ego habitabo in medio vestri. Studeamus ergo templum Deo ædificare in nobis: primo quidem vt in singulis nobis, deinde vt in omnibus simul inhabitet, quia nec singulos dedignabitur, nec vniuersos. Primo igitur studeat vnusquisque, ne desideat ipse a semetipso: quoniam omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet: nec intrabit Christus, vbi parietes inclinati fuerint, & maceriæ depulsæ. Vult habere anima corporis sui domum integram, & exire eam necesse est, si fuerint a seinuicem membra dispersa. Videat igitur & ipsa si desiderat Christum, per fidem inhabitare in corde suo, id est in seipsa, videat, & solicite caueat ne a seinuicem membra eius dissideant, id est ratio, voluntas, & memoria. Dignum habitaculum parat Deo, cuius nec est ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria inquinata. Felix illa anima est, quæ domum cordis sui sic de peccatorum sordibus studet emundare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, vt in ea non solum angelos, verum etiam Dominum angelorum habitare delectet: mundata domo, cunctisq; malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleatur: ne sit nobis necessarium aliquid foris quærere, qui omnia forinsecus reliquimus.

Exod. 25.

Pulchrū de mundanda cōscientia.

Lucæ. 25.

Psal. 61.

K

¶ *De septem columnis erigendis in domo conscientiæ, & primo de bona voluntate, quæ est columna prima. Cap. II.*

L Sapientia ergo ædificet sibi domum, erigat columnas septem, quibus tota fabrica innitatur. Domus est conscientia, columnæ sunt bona voluntas, memoria id est memorē esse beneficiorum Dei, cor mū-

dum,

dum, animus liber, spiritus rectus, mens deuota, ratio illuminata.

M ¶ Prima igitur columna primum erigatur. Nã inter omnia Dei dona, quæ ad salutem hominis spectare videntur, primum & principale bonum bona voluntas esse cognoscitur, per quam imago similitudinis Dei in nobis reparatur. Primum est, quia a bona voluntate bonum omne inchoatur. Principale est, quoniam bona voluntate nihil hominibus vtilius datur. Quicquid homo facit bonum esse non potest, nisi ex bona voluntate procedat. Sine bona voluntate omnino saluari quispiam non potest, cum bona voluntate nemo perire potest. Voluntas bona nec dari potest inuito, nec auferri nisi volenti. Voluntas hominis est, potestas Dei, voluntas hominis est, quia velle in voluntate hominis est, & ideo totum meritum in voluntate est. Quantum vis, tantum mereris. Quantum crescit voluntas tua bona, tantum crescit meritum tuum. Fac igitur magnam bonam voluntatem tuam, si vis habere magnum meritũ. Ita Deus vt pijssimus, & misericordissimus patet in eo redemptionem nostram posuit, in quo nullus nisi velit potest egere. Amare nanque homines æqualiter possunt & diuites & pauperes, etiam si pecuniã æqualiter dare non possunt. Voluntas tamẽ bona non est, si non operatur quod potest.

¶ *De memoria beneficiorum Dei, columna secunda.* *Cap. III.*

N Recordemur ergo misericordiarum Dei, vt sic accendamur in eius amorem. Reuocemus ad memoriam bona, quæ tribuit nobis, quomodo in periculis sæpe constitutos clementer nos eripuit, nec vnquam peccatis nostris, quominus misereretur, vinci potuit. Oblitos sui de se admonuit, auersos a se reuocauit, venientes ad se benigne suscepit, pœnitentibus indulsit, perseuerantes custodiuit, stantes tenuit, lapsos erexit, malas delectationes in amaritudinem conuertit: & rursus salubriter amaricatis consolationes suas tribuit. Postremo tribulatione purgatis quietem & pacem perfectam restituit: qui nec peccantibus vnquam defuit vt corrigeret, nec iustis vt custodiret. Recogitemus quanta bona Deus fecit nobis non rogantibus neque desiderantibus, immo recusantibus, & quàm multa peccata dimisit nobis, & a quãtis periculis liberauit nos liberator Deus. Quòd magna dignatio pietatis fuit, quòd ingratos & in multis contrarios a tam multis peccatis custodiuit nos Dei gratia, in quæ potuimus cadere, sicut in alia multa cecidimus? Idcirco sicut nullum est momentum, in quo non vtamur vel fruamur Dei pietate & misericordia, sic nullum decet esse momentum, in quo eum præsentem non habeamus in memoria.

¶ *De corde mundo, columna tertia.* *Cap. IIII.*

Sequitur vt eum, a quo tanta beneficia accepimus toto corde diligamus, hoc est tota cogitatione, tota affectione, sine defectione. Sit correctũ, vt ei per omnia placeat Deus. Sit rectum rectitudine intentionis, exclusione peruersæ cogitationis, assiduitate contemplationis. Sit paratum sequi voluntatem Dei, in quamcunque partem inclinari eam cognouerit. Sit sursum, ad sola cœlestia & diuina contemplanda & desideranda. Sit purum, vt nihil morari intra se patiatur mali, nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputet, aut in conscientia sua, aut in aliena. Sit dulce dulci responsione, suaui admonitione, benigna reprehensione, moderata correctione. Sit mundum, vt totius immunditiæ spurcitias respuens, cogitationum sicut actionum peccata deploret, defleat pro sua miseria & aliena. Lugeat non solum sua, sed etiam aliena: compungatur pro malis quæ commisit, & bonis quæ neglexit. O

Vide quomodo potest discurrere Contemplator.

¶ *De animo libero, columna quarta.* *Cap. V.*

Animus vero sit liber à mundi sollicitudinibus, à carnis voluptatibus, à prauis cogitationibus, vt possit cum voluerit aut sibi intendere, aut vtilitati fratrum ministrare, aut in contemplatione cælestium requiescere. Sit firmus, vt nulla repentina perturbatione concutiatur, non capiatur illecebris, non frangatur molestijs, nulla ira, nulla impatientia, pacem quietemque animi turbare possit, quoniam Christus pax est, & in pace requiescit pacis amator, & in perturbato animo habitare non potest. Sit consummatus in Dei dilectione, hoc enim est diligere Deum, illi occupare animum, concipere fruendæ visionis eius affectum, habere peccati odium, mundi contemptum, diligere proximum quem ipse censuit diligendum. P

¶ *De recto spiritu, columna quinta.* *Cap. VI.*

Spiritus autem fit rectus ab omnibus terrenis, & præsentibus prorsus auersus, & Deo inseparabiliter iunctus & vnitus, pia deuotione ascendat & visitet supernas sedes, & multas quę in domo patris sunt mansiones, humiliter se prosternens ante thronum Dei & agni. Currat per plateas supernæ Sion, audiat illud melos angelorum, & cum reuerentia supplicet cunctis ordinibus beatorum spirituum, singulis per se & simul omnibus se commendans. Tantam vero gratiam non meretur accipere animus, qui in sui cognitione diu exercitatus & plene eruditus non est. frustra enim cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui mondum idoneus est ad videndum seipsum. prius enim necesse est, vt cogno- Q

ſcas inuiſibilia ſpiritus tui, quàm poſſis eſſe idoneus ad cognoſcenda inuiſibilia Dei. Et ſi non potes cognoſcere te, non præſumas appræhendere ea
R quæ ſunt ſupra te. Præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis in
Roma. 1. ueniens ſeipſum. Si enim inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: vbi quæſo quàm in eius imagine cognitionis eius veſtigia expreſſius impreſſa reperiuntur? Tergat ergo ſpeculum ſuum, mundet ſpiritum ſuum, quiſquis ſi-
Matt. 5. tit videre Deum ſuum. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Hoc ſpeculum verus pœnitens non ceſſet quotidie inſpicere, tergere, tenere, & cuſtodire. Inſpicere, an aliquid in eo reperiat quod Deo diſpliceat. Tergere non ſolum peccata actionum, verum etiam cogitationum, vt nihil in eo remaneat, quod Deum offendat. Tenere, ne deorſum currens terræ per amorem inhæreat, & ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat. Cuſtodire vt ille, cuius tabernaculum eſt cum hominibus, cuius deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum, qui ad oſtium ſtat & pulſat; quacunque hora intrare voluerit receptaculum mundum inueniat. Deus enim qui munditiæ amator eſt, cor pollutum habitare non poteſt.

S ¶ Exterſo igitur ſpeculo, & diu diligenter inſpecto, incipit ei quædam diuini luminis claritas interlucere, & immenſus quidam inſolitæ viſionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis viſione animus inflammatus incipit munda cordis acie, ſuperna & interna conſpicere, Deum diligere, Deo inhærere, cuncta quæ adſunt tanquàm nõ ſint conſiderat, cunctis ſuis affectionibus renunciat, & totus ſoli incumbit amori, ſciens ſolum illũ
T eſſe beatum, qui Deum amat. Porrò ad tantam gratiam nunquàm pertingit mens per propriam induſtriam, Dei ſiquidem donum eſt hoc, non hominis meritum. Sed abſque dubio talem ac tãtam gratiam ille accepit, qui deſerit curam ſeculi, & agit curam ſui, qui ſtudet ſe frequenter cogitare, & diligenter agnoſcere quid ipſe eſt. Redi ergo ad cor tuum, & diligenter diſcute teipſum. Conſide-
Notabiles conſiderationes ſui ipſius. ra vnde venis, quò tendis, quomodo viuis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quantum deficis, quibus cogitationibus magis incurſaris, quibus affectionibus frequentius tangeris, vel quibus tentationum maculis a maligno ſpiritu acrius impugnaris. Cum totum interioris
V exteriorisque hominis ſtatum & habitum inquantum poſſibile eſt plene cognoueris, & non ſolum qualis ſis, verum etiam qualis eſſe debueras, de cognitione tui poteris ſubleuari ad contemplationem Dei. Quanto nanque quotidie in cognitione plus proficis, tanto ad altiora ſemper tendis. Sed iam fortaſſis aſcendiſti, iam ad cor tuum rediiſti, & ibi ſtare didiciſti, nec hoc ſufficiat tibi, diſce ibi habitare, & manſionem facere, & qualicunque mentis vagatione inde abſtractus fueris, illuc ſemper redire feſtina. Abſque dubio per multum vſum quandoque tibi vertetur in oblectamentum, intantum vt abſque vlla laboris difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe: quinimmo pœna tibi potius ſit alibi, quàm ibi morã aliquam facere. Si ergo perſenſeris deſideria tua circa exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas iugiter in eis occupari, cum magna ſolicitudine compelle eas, nec permittas ad cor tuum intrare, ſed redi ad cor tuum, & illuc intrare, ibique habitare omni modo ſtude.

¶ *De mente deuota, columna ſexta. Cap. VII.*

Ens enim, quæ ſe ad ſui conſiderationem non ſubleuat, ſed adhuc per varia deſideria ſpargitur, & varijs cogitationibus huc illucque diſtenditur, nõ poteſt ſeipſam in vnum colligere, X
quia nondum nouit ad ſeipſam intrare, ſed adhuc in imo eſt cogitatione & conuerſatione. Ideóque non poteſt ad ea quæ ſupra ipſam ſunt, pennis contemplationis euolare. Diſcat ergo diſperſiones cordis congregare, aſſueſcat in internis ſuis immorari, ſtudeat euagationes mentis reſtringere, & exteriora omnia obliuiſci, diſcat ſola bona interiora amare, & illa frequentius cogitare is, qui ad cœleſtium contemplationem anhelat, & qui in diuinorum notitiam ſuſpirat. Cumque ſe diligen- Y
ter attenderit, & diutius quæſierit, cum tandem inuenerit qualis ſit, reſtat vt reuelatione diuina cõgnoſcat qualis eſſe debeat, quale mentis ædificiũ Deo præparare, & quibus obſequijs eum placare oporteat. Qui ita euagationes mentis in vnum colligit, & omnes cordis motus in vno æternitatis deſiderio figit, profectò iam ad cor ſuum rediit, & iam ibi libenter moratur, ac mirabiliter delectatur. Et cum ſeipſum præ gaudio iam capere non poſſit ſupra ſeipſum ducitur, & per exceſſum mentis ad ſumma eleuatur, atque ita per ſeipſum ſupra ſemetipſum per cognitionem Dei aſcendit; vt diſcat ſolum Deum amare, & ipſum indeſinenter cogitare, & in eo delectabiliter requieſcere. Cum ſic amor Chriſti totum abſorbuerit affectũ hominis vt negligens, & immemor ſui, non niſi Ieſum Chriſtum, & ea quæ ſunt Ieſu Chriſti ſentiat, tunc demum (vt arbitror) perfecta eſt in eo charitas. Huic itaque, qui ſic affectus eſt, non eſt oneroſa paupertas, hic non ſentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrũ exiſtimat, immo nec mori ſe putat cum magis de morte ad vitam tranſire ſe ſciat. Quem ſic amor Dei intrinſecus ligatum tenet, nec ad modicum quidem exire exterius valet, ſed interius in eius deſiderio tanto amplius quanto familiarius, & eò vehementius quo frequentius.

¶ Qui ſic amore Dei iugiter delectatur, frequẽ- Z
ter mentis exceſſus patitur, ab omnibus præſentibus & terrenis raptus coram Deo præſentatur, & dum pulchritudinem eius conſiderat, magnitudine pulchritudinis eius attonitus, totus in eius admiratione ſuſpenditur. Miratur regis gloriam, regni magnificentiam, ſupernæ ciuitatis nobilitatem, & ciuium felicitatem, contemplatur etiam gloriæ decorem, Dei bonitatem, internæ ſuauitatis dulcedinem, & æternæ quietis

tran-

tranquillitatem, Meditatur Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti benignitatem, & angelicæ naturæ beatitudinem, delectatur de Deo in Deum dum eius pietatem miratur, & decorem contemplatur. O quàm iucundum sentiretur, si non esset ad tam modicum raptus. Rapitur dum sola cœlestia contemplatur, & contemplando iucundatur. Sed cum ibi stare diutius conatur, subito labitur, & rediens ad se nulli potest intimare quod vidit supra se, sed agnitione suauitatis illectus, gustatæ dulcedinis suauitatem, & illã cęlestem infusionem lętitiæ spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiam in corde suo tacita mente incorporeæ lucis claritatem, & intimæ satietatis saporem, & illud internæ quietis secretum, & summæ tranquillitatis arcanum. In huius contemplatione, contemplationisque dulcedine mens delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo, & non deficiat. Volet, donec ante regem perueniat, ibique ploret, & suspiret, mactetque se in lachrymis, deprecetur veniã, postulet gratiam, nec inde recedat quousq; Deũ, quem nimium offenderat, placatum sentiat, & ab eo consolationem recipiat.

¶ *De ratione illuminata, columna septima.* *Cap. VIII.*

A DEnique ratio per mentis excessum in contemplationem sublimium subleuata, & in diuinæ contemplationis arcanum rapta, atque ibi illuminata ad cognitionem veritatis & veri luminis, inflammata ad desiderium bonitatis, omnes illicitas voluptates affectiones, & vagas memoriæ cogitationes, cordis dispersiones, animi fluctuationes, spiritus euagationes, & mentis distractiones in vnum colligit, atque in illo felicitatis fonte totum suum desiderium figit. Locum superiorem ratio semper obtineat, nullusque motus aduersus eam sit rebellis, sed omnia ei obtemperent, ac si ipsa obtemperet Deo. Si vero aliquem motum ad id quod non debet, vel quomodo non debet moueri senserit, non consentiat, sed illico resistat. Nam solus consensus reos nos facit, etiam si aliquid impediat, ne opera subsequantur. Tunc enim anima mori, sicut scriptum est, dicitur, cum ipsa ratio ad peccatum per consensum curuatur. Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur. Resi-
Ezec. 18. stat ergo, ne moriatur, pugnet vt coronetur. Mole sta est lucta, sed fructuosa, quia si habet pœnam, adhibet coronam. Non nocet sensus, vbi non est consensus, immo quod resistentem fatigat, vincẽtem coronat.

¶ *De cognitione bene ædificatæ conscientiæ triplicis.* *Cap. IX.*

B SIc nimirum, sic ædificatur bona conscientia. Bona conscientia est, quæ peccata præterita punit, & punienda committere refugit, quæ si peccatum sentiat, peccato non consentit, quam si cogitatio inquinat, ratio lauat. Recta conscientia est, cui suum peccatum displicet, & alieno non consentit, nec propter hoc peccatorem dimittit, nec eius peccatum dissimulat, & cum corripit, non insultat. Tranquilla est, quia omnibus est dulcis, & nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad beneuolentiam & quibus potest ad beneficientiam. Talibus enim domus animæ ædificatur. Quòd si forte (vt fieri C
solet) fur aduenerit, qui non venit, nisi vt fure- Ioan. 10.
tur, & mactet, & perdat; si, inquam, fur venerit, id est vel cordis elatio intrinsecus oriens, vel appetitus humanæ laudis extrinsecus adueniens, seu aliqua quælibet pestis, quæ domum istam machinetur perfodere, tunc rationis ira, quasi canis thesaurum custodiens, euigilet, latret, mordeat, & iugulet, irruens in hostes nemini parcat. Nullum intra re permittat, sed clamitet, & excitet intus habitantes ad arma capessenda. Vndecunque vitium siue clam, siue palam nocere tentauerit, procul illud arceat, vt sit secura conscientia. Secura est, quoniam accusationem non patitur, vel pro tempore boni, vel pro præsumptione mali. Munda est & bene sibi conscia, cum nec de præterito iuste accusatur, nec de præsenti iniuste delectatur. Pura est, cui Deus nec sua peccata imputat, quia non fecit, nec aliena, quia non approbauit, nec negligentiã, quia non tacuit, nec superbiam, quia in humilitate permansit.

¶ *Quòd citius & vtilius acquiritur bona conscientia, quàm scientia.* *Cap. X.*

MVlti quærunt scientiam, pauci vero D
conscientiam. Si vero tanto studio & tanta solicitudine quæreretur cõscientia, quanto quæritur secularis & vana scientia, & citius apprehenderetur, & vtilius retineretur. Cogitare nanque de conscientia sensus est consummatus, & qui custodit illam, semper erit securus. Salua reuerentia sapientiæ, vtilius est currere ad conscientiã, quàm ad sapientiam, nisi sapientia illa sit, quæ ædificet conscientiam. Tunc enim se intelligit anima, tunc illustratur conscientia, tunc impletur cor bona cõscientia, cum in se Deum, & in Deo mutua reuolutione seipsam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata nihil aliud est, nisi sapiẽtia in anima, nisi gloria in conscientia, nisi sanctificatio in arca. O quàm ineffabilis est pietas Dei? quæ tantam maiestatem inclinat ad tantam humilitatem, qui creauit nos creatur in nobis. Et quasi parum esset nos Deum patrem habere, vult etiam nos fieri sibi fratres & matrem. Quicunque (in- Matt. 12.
quit) fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & mater est. Frater obediendo, mater generando. Frater per hæreditatis participationem, mater per aliorum instructionem. O E
fidelis anima expande sinus, dilata affectus, ne angusteris in visceribus tuis concipere, quem totus orbis non potuit compræhendere, donec virgo beata illum fide concepit. Fide nanque Christus concipitur, verbi prædicatione nascitur, deuotio-

ne nutritur, amore tenetur. Sit ergo conscientia pura, vt Deum conducat ad hospitium nostrum, sit solicita circa fidele obsequium, ne tanta maiestas recuset cordis gremiū, sit deuota, vt soli Deo placeat, soli Deo intendat, nec recedat ab eo. Talis conscientia lætificat animam, & exhibet Deo gratam, & hominibus & angelis reuerendam, & sibi metipsi placata & quieta existit.

¶ *Quis sit bonæ conscientiæ fructus.* Cap. XI.

F Conscientia est cordis scientia, quę dupliciter intelligitur, videlicet vel illa, quę se nouit per se, vel illa, quæ præter se etiam alia nouit ex se. Cor enim & se nouit sua conscientia, & multa alia. Quando nouit se, appellatur conscientia, quando præter se alia, nominatur scientia. Cō scientia bona titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium angelorum, arca fœderis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus & clausus, & in die iudicij aperiendus. Nihil est iucundius, nihil tutius, nihil ditius bona conscientia, premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, & illa erit secura. Bona conscientia secura erit cum corpus morietur, secura cum anima coram Deo præsentabi-
G tur, secura cum vtrunque in die iudicij ante tribunal terrificū iusti iudicis statuetur. Futuræ beatitudinis non est vtilius remedium, nec certius testimonium bona conscientia: cum mundus omni volubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, transeat, nunquam marcescit bona conscientia. Subijciatur corpus in pœna, in ieiunijs maceretur, verberibus lanietur, eculeo distendatur, gladio trucidetur, crucis supplicio affligatur, & secura erit conscientia. In speculo conscientiæ status exterioris & interioris hominis cognoscitur. Anima enim non nouit se, quæ sine speculo est. Speculum mundum, clarum, & purum, totius religionis bona conscientia. Sicut enim mulier, quæ viro suo siue amico placere desiderat, in cōtuitu speculi imaginem oppositam reddentis decorem & pulchritudinem faciei componit, sic anima, in quibus ab imagine veritatis discedit, vel in quibus vestigia creatricis imaginis recipiat, in conscientia relegit & intelligit. Non immerito conscientiam speculo comparauimus quoniam in ea tanquam in speculo, rationis oculus, tam quod decens, quàm quod indecens est, in se claro aspectu apprehendere potest.

¶ *Quòd cordis custodia bonam pariat conscientiam.* Cap. XII.

H Vita vniuscuiusque non cognoscitur, nisi in conscientia, nec venitur ad bonam conscientiam, nisi per cordis custodiam. Cor enim suo arbitrio dimissum aut ad vitam se vertit, aut ad mortem. Velle nanque peccare, malum est, peccare peius, in peccato perseuerare, pessimum est, nolle pœnitere, mortale. Quicquid agitur cor cogitat, quod ad vtilitatem suā, vel proximorū quoquomodo nō pertineat, respuēdum est. De diuersis igitur mūdi partibus in quibus cor vagū & profundum tenetur, vel vane occupatur, ad seipsum redeat, & seipsum discutiat, cumq̀ue inuenerit culpam, timeat pœnam. Quærendo autem culpam, nusquàm illam nisi in se reperiat, reperta autem culpa, & pœnæ causa, seipsum puniendo, se ante se statuat, & tanquàm alium se iudicet. Se equidē culparum, ante se afflictum, se reum, ante se iudicem seuerum, se impium, ante se ad pietatem reuersum, proponat se ante se, decernat quod a se faciendum sit de se, iuste in se iniustum infligat iusta flagella. Loquatur etiam sic sibi. Quia pacem I
deseruisti apud Dominum Deum tuum, & bellū incurristi apud teipsum: scissuram pateris, vt tu a teipso condemneris quia pactum pacis rupisti. Vis quod non vis, & non vis quod vis: a teipso condemnaris. Nolenda vis, volenda non vis. Ecce de ore tuo te iudico serue nequam. Affige itaque te, & statue te contra faciem tuam, vt aspicias turpitudinem tuam, & recogites stultitiam tuam. Sic igitur in miserijs suis ad seipsum conuertitur cor, & sistitur cor ad cor. Vis est quędam, quę sic de corde operatur, & retinet cor fluxum & vanū, ne profluat in abyssum extermini j. Vis ista seu violentia rapit regnum cęlorum. Regnum cęlorum (inquit Dominus) vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. Non regnat, qui in corde suo deditus seruitutibus vitiorum, præsidet vrbibus, & turbis populorum. Solus is regnat, qui deposito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interiorum & exteriorum. Si insurgit rabies leonina, premitur per patientiam, si petulantia hirci, per abstinentiam, si ferocitas apri, per mansuetudinem, si superbia vnicornis, per humilitatem.

Luc. 19.

Matt. 11.

K

¶ *De mobilitate cordis humani.* Cap. XIII.

Non inuenitur inter cæteras artes liberales ars ista prę alijs liberalis, qua teneatur, cor quod omni mobili mobilius, quod omni lubrico lubricosius est. Mobilitate enim naturali instabile, vel in puncto fixum recusat consistere, cuius vita in motu est, & motus est ei vita. Mouet molē totius corporis humani, tantillus iste in corde vitalis motus, & qua coerceatur arte vt alia mouens, ipse non moueatur? Forte mola asinaria si ad collum ei suspendatur, non moueretur, Immo multo magis cum mola concitaretur. Agendum itaque cum eo est, vt circumeat terram, & perambulet eam, si forte velociorem & mobiliorem se inueni requirat. Si super terram similem sui non inuenerit, etiam gyrum cęli circumeat, & rotas curruū Dei ad cursum suum admoueat: quid tunc faciet ad illos, qui ambulant super pennas ventorum? Forte & cum illis contendere poterit. An & cum illa virtute curret, quæ attingit a fine vsque ad finem L

Sap. 8.

nem fortiter, & disponit omnia suauiter? An & il-
Sap.7. lam appræhendet, de qua dicitur? Mobilior est omnibus mobilibus sapientia. Saltem cum viderit tam spatiosis saltibus transilientem suam potentiam, potentiam creatoris sui, subsistat & dimittat alas suas retinens se, & habenis deificę cōparationis se ad se colligens & cohibens, nō transgrediatur terminos suos. Sic enim sancta anima-
Ezech.1. lia in visione Ezechielis cum fieret vox super firmamentum, quod imminebat capiti eorum, stabant & submittebant alas suas. Quod planè sancti faciunt, cum perlustratis operibus & mirabilibus Dei super intelligibilibus absconditis mysterijs nihil se scire deprǽhendunt, sed momento stateræ omnia opera sua appendunt. Tunc se non a se moueri cor intelligit, quia per se immobile permaneret, nisi qui omnia mouet, illud quoque inter omnia moueret. Mutuatum igitur à Deo cognoscens motum suum, iam non vsurpet vt proprium, sed vt commodatum. Ad voluntatem nanque commodantis commodatarius vti debet cōmodato, alioquin furtum facit in re commodata.
M Cū igitur te mouerit Deus, vel mouens voluerit: o cor humanum mouearis, aliter non mouearis, quia non esset moueri, sed commoueri. Sed quādo te mouet Deus? Cum admonet. Admonet autem sic. Vane occuparis o cor sapiens, & omni prę rogatiua excellens, in ijs quæ vanitates vanitatum sunt. Non te decet illis subesse, sed præesse. Te indigent ista, vt melius & commodius subsistant, tu illis neque ad beatitudinem indiges, neque ad immortalitatem. Viaticum quidem iumento tuo præparant in via, sed si ad mensuram sumantur, non ad superfluitatem. Ex superfluitate enim ciborum quandoque infunduntur iumenta, & in ventris nimiam effluxionem resoluuntur, ita vt ex refectione deficiant. Sic corpus tuum, o princeps & domine corporis, si regulas necessitatis excesserit, & ad barathrum concupiscentiæ os aperuerit, lacum perditionis sibi effodit in hospitio reparationis, & de remedio comparat exitium, de vehiculo naufragium. Quicquid proinde superfluum tollit necessarium. Aufer superflua, & nulli deerunt necessaria, quia de superfluēti aliorum copia, nascitur valde ægra aliorum inopia.

¶ *Quomodo se quisque regere debeat. Cap. XIIII.*

N
Tuum est male acta corrigere, tuū est in ordine & officio familiam membrorum corporis, & animę motuū disponere, tuum singulorum negocia secundum competentiam assignare. Non sit in regno corporis tui quod leges & iura institutorum tuorum impune præuaricet, non oculus, non manus, non pes, non auris, non guttur. Quid enim de ignobilioribus & plebeis membris dicā, si vel attrectare rebellionē præsumpserint? Lapidibus obruantur, iaculis in-
3. Reg. 1. crepationum confodiantur, & nouerint regem Salomonem sedere super mulam regis, id est rationem super sensualitatem corporis. Quid si pudibū O da illa (quæ velato semper nomine appellantur à pudicis & castis labijs) morti inordinato tempu-blicam infestauerint? Certe abscindantur, non ferro, sed ieiunio, non detruncatione, sed mortificatione. Vtinam (inquit Apostolus) abscindantur,
Gal.5. qui vos conturbant. His suasionibus cor effrenatum in præceps cursum suum rapiens teneri potest, vt sit bona conscientia. Bona est, si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Pro his nanq; merebitur Trinitatis visionem. O beata visio, in qua sic Deus erit notus atque perspicuus, vt videatur à singulis nobis in singulis nobis. Videatur in seipso, videatur in cœlo nouo & in terra noua, atque in omni quæ tunc fuerit creatura.

¶ *De correctione conscientiæ. Cap. XV.*

Humana conscientia est Domini vinea, quam excolere debent peccatorum confessio, & eorum satisfactio, & exhibitio bonorū operum, & custodia eorum. Vnicuique est liber P sua conscientia, & ad hunc librum discutiendum & emendandum omnes alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egredietur, nullum alium præter conscientiæ suę librum secum portare poterit, atque in illo cognoscet quò debeat ire, & quid debeat recipere. Ex ijs quæ scripta erunt in libris nostris, iudicabimur, & ideo scribi debent secūdum exemplar libri vitæ, & si sic scripti nō sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaq; libros nostros cum libro vitæ, & si quid aliter habuerint, corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abijciantur. Beatus homo, qui se potest cognoscere & despicere, probare & improbare. Nam qui sibi displicet, Deo placet: & qui sibi vilis est, Deo charus est.

¶ *Quòd nihil vtilius quàm seipsum cognoscere, & vanas cogitationes expellere. Cap. XVI.*

Multæ sunt scientiæ hominum, sed Q nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meū, & ibi stare assuescam, vt totam vitam meam possim discutere, & meipsum cognoscere. Omnes miserias meas coram Deo effundam, si forte illa sua magna pietas moueat ipsum. Confitebor ei peccata mea, cui omnia nuda sunt & aperta, quem fallere non possum, quia sapiētia est, nec effugere, quia vbique est. Audi ergo pijssime Deus confessionem meam, & respice ad pietatem tuam, & fac mecum secundum misericordiam tuā. Audi quā R sæpe de memoria mea te expulit irruēs turba plurimarum cogitationū, quæ velut plebs ad aliquid spectaculum solent effluere in cor meum. Dū orare vel cantare in monasterio volo, nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meum rapit, & ducit per di-
uersa

uersa loca. Cumque illud ad me reuoco, tenere nõ
possum, sed illico elabitur, & huc illucque disper-
gitur, & per innumera effunditur. Idcirco crebra
terrenarum cupiditatum illecebra, & vanitatum
effusio ita cor meum occupant, vt quod vitare
studeam, hoc cogitem animoque voluam. Non e-
nim est in potestate mea cor meum & cogitatio-
nes meę, quæ ex improuiso effusæ mentem meã,
animamq; confundunt, atq; alio trahunt quã ego
proposuerã. Ad secularia reuocant, mundana infe
rũt, voluptaria ingerunt, illecebrosa cõtexunt, ipso
que in tempore, quo leuare mentem meã ad te pa
rum inanibus cogitationibus infectus ad terrena
plerunque deijcior. Huiusmodi perstrepentium
cogitationum tumultus à corde quotidie amoue-
re volo, nec valeo, sed visa & audita, dicta & facta
ad memoriam reuocant & in ea cum magna im-
portunitate perstrepunt. Cogitanda cogito, cogi
tata recogito, & eadem iterum atque iterum repli
care non cesso: & cum diu multumque quicquid
potero cogitauero, sine cogitationibus esse non
possum, sed intrant & exeunt, atque aliæ alias in-
troducunt & excludunt. Hæc inuitus sustineo, ple
runque tamen consentio, cum per ea quæ vidi, vel
feci sine vtilitate, absque discretione vaga mente
discurro. Ita mens mea semper mobilis, & nun-
quam stabilis, semper vaga & velut ebria per di-
S uersa distrahitur. Grauiter pecco, cum cor meum
derelinquo, quoniam grauis iactura est, quæ per
negligentiam fit. Vim patior, cum illud me dese-
rit. Confirma cor meum Deus, quoniam cum sta
re in semetipso nititur, aliquo modo à semetipso
etiam nesciendo deriuatur. Ita peccandi consuetu
dine etiam cum nescio pecco, & cor meum cor va
num per infinita deducitur, & in multa desideria
diuiditur. In nocte vero cum dormire volo, mul-
tarum rerũ imagines & phantasias clausis oculis vi
deo, easque inuitus tolero, quantoque magis ab
eis aciem mentis auertere nitor, tanto amplius illæ
se mihi ingerunt, & molestijs turpium cogitatio-
num cor meum maculant. Inde est quod sæpe mi
hi nocuit mortifera delectatio, quæ ex recordatio
ne præteritorum peccatorum nasci solet, sed ma-
xime ex recordatione libidinis. Hæc enim pestis,
T quo præ ceteris vitijs est mihi familiarior, eo ad
nocendum procliuior, & ad repellendum diffici-
lior. Nam cum eam repellere volo, nolenti mi-
hi se ingerit blande onerosa, displicendo placens,
& placendo displicens. Carnis libidinem nunquã
fugere potui, sed semper me persequitur, & cum
aliqua delectationis cogitatione, vel vitius inten-
tione me comprehendere potest, non diebus ne-
que noctibus requiescere sinit. Subtiliter intrat,
& mentem occupat, & nisi subito repellatur, al-
licit & incendit, & quasi virus pestilentiæ per
totum corpus paulatim se diffundit. Cogita-
tiones prauas multiplicat, affectiones malas ge-
nerat, delectatione illicita mentem afficit, &
ad consensum prauitatis animum inflectit, om-
nesque animæ virtutes corrumpit. Hac peste cum
astrictus teneor, diuelli ab ea vix possum, quo-
niam stimulos eius confiteri aut nescio, aut erube
sco, tam subtiles & turpes sunt. Re vera difficile
est libidinis incendia extinguere, impuberes sti-
mulat, iuuenes inflãmat, viros eneruat, senes & de
crepitos fatigat, non aspernatur tuguria, non re-
ueretur palatia. Vtinam sola cœnobia fugiat. A-
diuua me Domine Deus meus, vt huic tam pesti-
fero & mortifero vitio resistere possim. Scio enim
quia quod resistentem fatigat, vincentem coro-
nat. Scio etiam, quoniam si mentem meam cogi-
tatione immunda polluero, tibi qui mundiciæ au-
ctores, placere non valeo.

¶ *De passionibus iræ, & alijs cogitationum tumultibus.* Cap. XVII.

COr mundum crea in me Deus quo- V
niam non solum vana cogitatio il- Psal. 50.
lud occupat, & turpis inquinat, ve-
rum etiam amara dissipat. Sæpe nan
que aliqua iniuria commotus den-
sis cogitationum tumultibus in corde premor.
Hinc inde solicitus & cæcus occasionem vindi-
ctæ de accepta iniuria rimor, consilia multiplico
& nihil aliud nisi iurgia, quæ foris desunt, in cor-
de perago. Pręsentes non video, absentibus contra
dico, intra memetipsum contumelias profero &
recipio, receptis autem durius respondeo. Cum-
que qui obsistat nullus adsit, rixas in corde com-
pono, insidias inuidentium considero & quid cõ-
trà iurgij mouere possint penso. Exquiro quod
respondeam, & cum rem nullam teneam, vacuus
litigator elaboro. Sicque diem in otium, noctem
vero in cogitationem verso. Torpeo ab vtili opere
quoniã fatigor illicita cogitatione. Ira mens intus
pugnat, cũ menti nemo repugnat. Nonnunquàm
vero quod egi, in tempore, hoc post modum im-
portuna cogitatione verso in mente, & multoties
grauius torqueor in recordatione, quàm prius
captus fueram in operis perpetratione. Sępe etiam
ea, quæ nunquàm feci, nec in voluntate habui, ita
recogito quasi pœniteat me illa non fecisse. Ab
occultis meis munda me Domine: quoniam cum X
nihil exterius ago, intus grauiter pecco. In corde Psal. 18.
enim seruo depicta, quæ vidi & feci. Ideo tempo-
ralium rerum tumultus in corde versat e non ces-
so etiam cum vaco. In cogitatione enim comedo,
cum ieiuno, loquor, cum taceo, irascor & trãquil
lus sum, corpus requiescit, & animus huc illuc-
que discurrit. Ita vitam istam sine culpa nunquàm
transire potui, nec hoc quidem quod laudabiliter
vixi, sine aliquo reatu est, si remota pietate discu-
tiatur. De necessitatibus meis eripe me Domine.
Crebro nanque dum necessitati debita reddere Y
studeo, voluptatis vitio deseruio: sub velamine ne Psal. 24.
cessitatis cado in laqueũ voluptatis. Sæpissime nã-
que comedi & bibi non ad necessitatem, sed
ad voluptatem, & quod necessitati satis erat
voluptati parum erat. Cogitaui etiam de cibo &
potu quando non debui & vbi non debui, & plus
quàm debui. Cogitando de escis epulas in cogita
tione tota die ruminabam. Cum tegendis mem-
bris vestimenta quęro, non solum quę tegant, sed

etiam quæ extollant expeto: & contra frigoris torporem non solum quæro quæ muniant per crassitiem, sed etiam quæ mulceant per mollitiem. Nec solum quæ per mollitiem tactum mulceant,
Z sed etiam quæ per colorem oculos seducant. Cum pro aliqua necessitate veniam loquendi alicui habui, locutus sum non solum de necessarijs, verum etiam de non necessarijs, & de ijs quæ ad me non pertinebant, & de quibus loquendi veniam non habebam. Immersi me colloquijs hominum, & ibi locutus sum non ad ædificationem, sed quod libebat, locutus verba vana & risui apta, verba ociosa & inutilia. Verbositati deseruiens, detractioni studens os meum mendacio & detractione inquinaui. Lingua mea omni fallacia plena est, & nocuit mihi plusquàm cætera membra omnia. Nam ea, quæ audiui vel vidi, nunquàm eo modo quo dicta, vel facta sunt, referre possum, sed alia affirmo pro alijs, & sæpe multa intersero superflua: atque ita vel nimium laudando, vel vituperando, fere quoties loquor mentior. Guttur insatiabili ardet ingluuie, gula diuersis saporibus satiari non potest. Cor prauum dolo & malitia plenum per puram confessionem purgare nunquàm potui. Manus ad opus prauum fuerunt paratæ, & ad operandum bonum pigræ. Stomachus & intestina nimio cibo & potu sæpe sunt distenta, & ideo dolore sunt plena. Nam vnde gula delectatur inde venter inflatur, corpus infirmatur, & sæpe mors sequitur. Per gulæ delectationem corrui in ventris ingluuiem, & vnde debui mihi parare salutem, inde contraxi nimium comedendo perniciem. Pedes velocius me portauerunt ad aliquam curiositatem speculandam, quàm ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me peruerterunt, omnemque motum corporis mei ad immunda desideria traxerunt. Aures citius aperui verbis ociosis & vanis, quàm sanctis. Delectatus est odoratus varijs odoribus, gustus diuersarum rerum diuersis saporibus, necnon singuli alij sensus his, & illis, iuxta quod cuique suus ferebat appetitus. Ita Deus meus in omnibus membris meis naturæ modum excessi, omnia membra mea velut coniuratione facta inimico meo de me dominium tra-
Esa. 28. didere, cum morte fœdus inire, pactum pepigere cum inferno.

§ *De conscientia iudice, & occultorum accusatrice. Cap. XVIII.*

A
Psal. 139. ERipe me Domine ab homine malo, id est à meipso, opera mea me sequuntur, quocunque vado conscientia mea non me deserit, sed præsens assistit, & quicquid facio scribit. Idcirco quanquam humana subterfugiã iudicia, iudicium propriæ conscientiæ fugere non valeo. Et si hominibus occulto quod egi, mihi tamen (qui noui malum quod gessi) occultare nequeo. Proprij reatus conscientia non me requiescere sinit, sed de die in diem vehementer me torquet, & de die iudicij vehementius terret. Nam in die ille cum Dominus ad iudicium venerit, & vniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientiæ omnis culpa ante oculos reducetur, atque ita cogente conscientia, vnusquisque erit accusator & iudex sui. Propterea statuam me ante me, & iudicabo meipsum, vt illius extremi & tremendæ diei iudicium euadere possim. Damnat me conscientia mea, quanquam diuinum iudicium nondum me damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, voluntate tamẽ ac desiderio sæpe peregi. Accusat me de adulterio, & eodẽ modo respondeo. Accusat me de inuidia, cõfi B
teor & ego quoniam inuidia sæpissime cor meum laniauit. Per inuidiam nanque sinistre viuentium merita mea feci inuidẽdo peccata. Nã bona, quæ ab eis fieri vel dici audiebam, vera omnino non credebam, ipsas res bene gestas in malum male interpretando conuertebam. Omne malum, quod de illis mendax fama iactabat, statim tanquam si ego vidissem credebam: omnia mala meis æmulis fingebam, & ex profectu deficiebam. Hæc vero odia intra me abscondebam, & in meos cruciatus enutriebam, proficientibus inuidebam, peccantibus fauebam, de malis eorum gaudebam, & de profectibus lugebam. Gratuitis inimicitijs ardebam, & hanc malitiam mei pectoris deprehendi timebam. Semper eram ei amarus, & nunquam certus, & ita amicus eram diaboli, & inimicus meus. Inter amicos discordias seminaui, discordantes in dissensione confirmaui, opiniones eorum mendacijs coloraui: spiritualibus carnalia laudaui, vt spiritualia bona eis deesse persuaderem. Amicitias simulaui, vt eos, qui se meaque mihi committebant, quo possem arte deciperem. Odiorum mihi occasionem prauis suspicionibus coaceruaui, & ita dæmones, quorum facta sectabar, lætificaui. Multis velut amicus fui in obsequio, hostis in animo. Comptus in verbo, turpis in facto. Proditor fui secretorum, textor malarum suspicionum, vtrobique peruersus. Et ita persecutus Psal. 142.
est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Pijssime Domine vnde possum esse bonus, qui in bono sic fui malus? Ego peccabã, & tu dissimulabas, prolongabam multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam, quia pœnitentiam & indulgentiam cogitabas. Da ergo misericordiam misero, quia tandiu pepercisti criminoso. Credo nanque, quòd quicquid mihi condonare decreueris, sic erit quasi nunquam fuerit.

§ *De fallacia vanitatis. Cap. XIX.*

NOn solum inuidia cor meum afflixit, verum etiam vanitas, circa varias delectationes languentem animum inuoluit. C
Per vanitatem nanque de operibus, quorum mihi conscius non eram, turpiter me iactaui. Gestiebam etiam docere quæ nesciebam. Credi de me sublimia volebam, delectabilia grauibus anteponebam, execrabar verbo quod animo concupiscebam, appellationes virtutũ meis vitijs imponebam: & ita meipsum fallebam, & fauentes mihi deci-

decipiebam. In promissione honesta fui velox, in exhibitione mendax, a bono mutabilis, mali tenax, in verbo grauis, animo turpis, vbique fallax Lætus ad prospera, fragilis ad aduersa, ii flatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta. Misericordissime Domine ita defecerunt in vanitate dies mei, in quibus debui flere commissam iniquitatem, excitare remissam voluntatem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad promissam felicitatem, properare ad angelicam societatẽ te propitiari tuam maiestatem.

¶ *De statu misero præsentis vitæ.* Cap. XX.

D T Erret me vita mea Deus meus, quoniam diligenter discussa, apparet mihi aut peccatum aut sterilitas: & si quid fructus in ea videtur, sic est aut simulatũ, aut imperfectũ, aut aliquo modo corruptum, vt possit aut aut nõ placere displicere tibi. Et cũ vere ita res sit, sic est mihi quasi non ita sit, quod est miseria super miseriam. Sic comedo, bibo, & dormio securus, quasi iam transierim diem mortis, & euaserim diem iudicij, & tormenta inferni. Sic ludo & rideo, quasi iam regnem tecum in regno tuo. Idcirco multitudinem iniquitatum mearum expauescens, sed de tua pietate confidens, tibi creatori & redemptori meo, qui veniam & indulgentiam post reatum per puram & lachrymabilem confessionem assequi pro-
Psal. 50. misisti, confiteor quoniam in peccatis conceptus sum, & in peccatis nutritus, & per omne tempus vitę meæ vsque ad hanc diem in peccatis sum cõ-
E uersatus. Nullum inuenio peccatum, à quo non sim aliquo modo inquinatus. Per superbiam namque præcepta tua, & seniorum meorum transgressus sum. Silentium & taciturnitatem sicut regula docet non tenui. Quod mihi licitum non fuit habui, dedi, & accepi. Clamores pauperum & miserorum nõ libenter, aut misericorditer audiui, nec eos in infirmitatibus suis visitaui. Suadentibus mihi in malum consensi, facilius multa in imo quã vnum in summo cogito, facilius reprehendo aliorum vitia quàm mea, & quod in alijs reprehẽdo, facere non erubesco. Facilius vniuscuiusque vitia quã uirtutes inrẽdo. Cum aliorum delicta cerno, mea non aspicio. In meis delictis sum clemens,
Pulchra cõfessio sui ipsius. in alienis rigorem tenere volo. Ad irrogandas contumelias sum validus, ad tolerandas infirmus, ad obediendum piger, ad lacescendos vero alios importunus, ad ea, quæ facere & debeo, & valeo torpens, ad ea vero, quæ facere nec debeo, nec valeo paratus. Ita repleta est malis anima mea peccatis
F meis exigentibus. In ecclesia me deteriorem reperio, ante altaria sacra, deuote non supplico, vasa sacra non reuerenter tracto, in choro sum corpore, & in aliquo negocio mente. Nunc intus maneo, nunc foras ex eo, tanta est leuitas cõrporis nec nõ & mentis. Aliud canto, & aliud cogitu. Psalmodię verba ꝓfero, & psalmodię sensum nõ attẽdo: sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quæcunque ibi geruntur perlustro & perspicio. Væ mihi quoniam ibi pecco, vbi peccata emendare debeo. Nonnunquam vero in ipsis bonis, quæ ago, ad deterius propinquo, quia dum menti lætitiam pariunt, & quandam securitatem gignunt, mens mea secura redditur, & in torpore laxatur. Sępe etiam meipsum & opera, quæ feceram laudaui, & ab alijs laudari volui. Plerunque laus humana, quam non quærebam, mihi oblata placuit, & cum ex ea incaute extollerer, subito multa, quę feceram ad memoriam venerunt, vt amplius in elatione attollerer. Quæ subtiliter replicans, atque in vnum cuncta coacervans, cœpi magis magisque deceptus intumescere. Dumque in mei admiratione occupatus defigerer mihi dans gloriam & non Deo, a quo omnia acceperam, omnium fructum amisi, atq; ita didici, quoniã qui me laudabãt, aduersum me iurabãt.
Quantum enim quisque in semetipso gloriatur, Psal. 101. Psal. 87.
tantum à Dei amore disiungitur. Ita Deus meus inferno appropinquauit uita mea. Si me liberabis, habebo vnde tibi gratias agam, si inde non liberabis, non habeo vnde te reprehendam quoniam iustus es. Hei mihi qualis uixi, quanta mala feci & G
dixi? Pudet qui sic vixerim, & quòd natus fuerim. Mallem non esse, quàm talis esse. Bonus eram, & malum me feci: utique qui sponte me feci miserum, iustum est semper esse miserum. Conscientia mea meretur damnationem, pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem, sed certum est, quoniã misericordia tua delet omnem offensionem. Dele ergo pie Domine iniquitatem meam multitu- Psal. 50.
dine miserationum tuarum. Ego vero, qui vsque ad hanc diem sine causa uixi, amodo sine causa viuere nolo. Sed heu miser hæc tam sæpe sic confessus, surgens, cadens sum defessus repeccando toties confitendo toties. Multoties promisi me emendare, & nunquam tenui, sed semper ad peccatum redij, & prioribus sceleribus noua & peiora coniunxi. Nunquam, ut debui, mores meos in melius mutaui, nec a malefactis recessi. Plurimos etiam me perdens peccare feci, & multis causa mali exiti, & exemplis uitæ meæ nonnulli subuersi
sunt Ecce peccata mea misericordissime Deus nõ H
abscondo, sed ostendo, accuso me, non excuso, quoniam iniquitatem meam cognosco. Nec idcirco iustus sum, quoniam si alter ita me accusaret sicut ego meipsum accuso, patienter sustinere non possem. Desperare vtique potuissem propter nimia peccata & vitia, culpas & infinitas negligentias meas, quæ egi & quotidie indesmenter ago corde, ore, opere, & omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbum tuum
Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed despe- Ioan 1.
rare iam non audeo, quoniam subditus ille tibi Philip. 2.
vsque ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, tulit chirographũ peccatorũ nostrorũ, & affigẽs illud cruci, pec- Colo. 2.
catũ crucifixit & mortẽ. Gratias tibi ago Domine Deus meus, quoniã visitasti me, & ostẽdisti mihi peccata mea. Nũc primũ te inspirãte didici ad cor meum redire, & meipsum cognoscere. Aduocabo ergo aliquem de amicis tuis, & ei omnia

deli-

delicta mea exponam sicut mihi pręcepisti, vt eius consilio & auxilio ab omnibus meis possim iniquitatibus liberari, & tibi reconciliari.

¶ *Confessio ad Abbatem. Cap. XXI.*

I AVdi ergo pater miserum peccatorem audi vocem lachrymantis & pœnitentis, attende quàm grauiter peccaui, & creatorem meũ offendi. Deo iubente ad cor meum redij: & inde exclusis omnibus præter Dominum Deum & me ipsum, totam vitam meam discussi, tanto diligentius, quanto familiarius, & (vt verum fatear) nihil aliud ibi inueni nisi locum horroris, & vastæ solitudinis, cõscientiam videlicet diu neglectam, omnino incultam, spinis & tribulis oblitam, & omni horrore plenam. Nullum enim inuenio vitium, à quo non traxerim aliquod cõtagium. Turbauit me ira, lacerauit me inuidia, inflauit superbia, inde contraxi mentis inconstantiam, oris scurrilitatem, opprobria proximorum, scelera detractionum, linguæ effrenationem. Seniorum meorum imperia non seruaui, sed iudicaui, de meis negligentijs obiurgatus, aut rebellis fui, aut murmuraui, præferri me melioribus impudenter affectaui, simplicitatem spiritualium fratrum irridẽter exagitaui, meas sententias procaciter iactaui, obsequia delata fastidiui, negata quæsiui, iuniores meos elatus despexi. Non seruaui in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam. Habui in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione iactantiam. In humilitate fui fallax, in odio pertinax, in iocatione mordax, subiectionis impatiens, potentiæ sectator, ad opus bonum piger, ad vanitatem feruens, ad obsequium durus, ad loquendum quæ nesciebam promptus, ad supplantandum paratus, fraternæ societati inhumanus. Temerarius in iudicando, clamosus in loquendo, fastidiosus in audiendo, præsumptuosus in docendo, effrenatus deformiter in cachinnando, onerosus amicis, infestus quietis, ingratus beneficis, inflatus obsequijs, & imperiosus subiectis. Sæpe iactaui me fecisse quod non feceram, vidisse quod non videram, dixisse quod non dixeram, non vidisse & audisse quod videram & audieram: & ita ex omni parte sum reus. Reus in seculo, reus in claustro,
K sed ibi per ignorantiam, hic per negligentiam: & vtrumque me terret. Veruntamen multo amplius terret me, quòd in monasterio ante conspectum Dei deteriorem me inuenio. Collocauit me Deus in loco voluptatis, in domo vbertatis, in paradiso deliciarum, ego vero miser & miserabilis inter mensas epulantium fame pereo, iuxta fontem sitio, ante ignem algeo, & ad neutrum manus extendere volo, tam piger sum & desidiosus. Ita tempus amitto, quod Deus mihi sua pietate indulserat ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendã gloriam. Quasi quoddam monstrum inter filios Dei sto, habitum monachi, non conuersationem habens, in magna corona, & ampla cucullà, salua L
mihi omnia existimo. Tanquam arbor sterilis terram occupo, & velut iumentum vile plus consumo quàm proficio. Altiorem alterius locum teneo, & nullius officium suppleo, sed sum sicut truncus sine frondibus, & fructibus. Alij me pascunt de laboribus manuum suarum sicut præbendarium suum. Ego autem tanquam pauper & miser nec clericum, nec laicum gero. Cantare namque & legere nequeo, laborare nescio, sed sum opprobrium hominum, pecore vilior, cadauere deterior. Tolerabilius enim canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo. Idcirco tædet me viuere, viuere erubesco, quia parum proficio. Mori timeo, quoniam non sum paratus. Malo tamen mori, & misericordiæ Dei me committere & commendare, quia benignus & misericors est, quàm de mala mea conuersatione alicui scandalum facere. Tota die namque verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ

Ex his uerbis arguãt quidã hũc librũ esse Bernardi Monachi, non Hugonis nostri: attamen Hugo in suis libris quãdoque habetũ induit Monachi, & sæpius proprium retinet Canonici.

M cooperuit me, cum video me somnolentum ad vigilias, tardum ad horas canonicas, & pigrum ad opera manuum. Alios autem video tam strenue & deuote diuinis interesse laudibus, alios vero ita reuerenter & alacriter coram Deo assistere, & eũ laudare: ego autem compungi ad lachrymas nequeo, tanta est duritia cordis mei. Cantare non libet, orare non delectat, meditationes sanctas non inuenio tanta est sterilitas animæ meæ, & deuotionis inopia, quam patior. Hei mihi, omnes in circuitu meo visitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam alium quidem intueor singularis abstinentiæ, alium admirandæ patientiæ, alium summæ humilitatis & mansuetudinis, aliũ multæ misericordiæ & pietatis, illum in contemplatione frequenter excedere, hunc pulsare & penetrare cœlos orationis instãtia, aliosque in alijs præeminere virtutibus. Omnes considero & prospicio seruentes, omnes deuotos, omnes in Christo vnanimes, omnes donis cęlestibus & gratia affluentes, tanquam reuera spirituales homines, quos Deus visitat, & in quibus habitat. In me vero nihil horũ inuenio, quoniam declinauit Dominus in ira a seruo suo. Inde est quòd cum alij vigilant, ego dormio, quando alij cantant in monasterio, ego huc & illuc discurro, quando alij in aliquo secreto loco se furantur a colloquijs hominum, vt ibi loquantur cum rege angelorum, ego quæro colloquia hominum, cum alij vacant lectionibus, ego fabulis & verbis ociosis, quando alij discutiunt & dijudicant semetipsos, ego iudico alios. Alijs placet cõmunis vita, communis disciplina, & commune studium, & mihi placent anguli, & diuerticula. Sic sic ex quo peccare potui, nunquam a peccatis, & malis operibus cessaui, peccatis peccata semper accumulaui, & peccata, quæ aliquando operibus implere nõ potui, malis voluntatibus & malis desiderijs nunquam perficere cessaui.

N ¶ Super omnia mala delectatio carnis, quæ ab ipsis incunabulis semper mecum creuit, mihi semper adhæsit, nec adhuc iam præ senectute deficientibus

Delectationes carnis.

tibus membris me deserit, multis & varijs modis infelicem animam mea maculauit, dissoluit, captiuauit, & omni virtute destitutam, inanem & debilem reddidit. Fateor huius operis nefarij immundis recordationibus me sæpe esse commotum & incésum, ardores nõ modicos & inhonestos passum, & nõ solũ mearũ delectationũ malas memorias & stultas recordationes mihi nocuisse, sed etiã aliorũ malefacta mihi narrata, & per recordationes sordidas ad memoriã reducta, cor meũ nõ paruo veneno iniquitatis maculauisse. Et in hoc miserabiliter miserabilis sum, quia non tantũ doleo quantum dolendum † me cognosco, sed sic

† mihi

O securus torpeo, ac si quid patiar ignorem. Hoc vero mihi est omni infelicitate miserius, quòd ita opere peruersus, ore pollutus, corde immundus ad altare accedo, & Christi corpus manibus meis pertractare non pertimesco. Accedo elatus ad humilem, iratus ad mitem, crudelis ad misericordẽ: & tamen patitur humilis elatum, mitis iratũ, crudelem misericors. Accedo seruus ad Dominũ, nõ amore sed timore, nõ deuotione sed vsu. Accedo ad Dominum, cuius percussi seruum, Ad patrem accedo, cuius occidi filium. Percussi uerbo, occidi exemplo, nec tamen pertimesco Dominũ, nec reuereor patrem. Manens in turba fratrum turbans aliquos & ab aliquo turbatus, quandoque accedo ad pacificum. Appropinquo etiam talis ad osculũ pacis, qui prius reconciliatus accedere debuissem ad osculum turbati fratris. Conuincit me reum, & Dei inimicum mea iniquitas, peccatum meũ sæpe separauit me a Deo. Idcirco obsecro te pater, vt me instruas quomodo possim, aut semp stare cũ Deo meo, aut redire cum ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

¶ *Patris spiritualis ad confitentem responsio. Cap. XXII.*

P Confessio tua fili ad lachrymas me commouit, tum propter me, tum propter te. Propter me fleo, quoniã quæcunque de te dixisti, eadem fere aut similia reperio in me, & multa ad memoriam reuocasti, quorum oblitus fueram. Propter te gaudeo, quoniam visitauit te oriens ex alto. Non enim longe es a regno Dei. Notitia nanque peccati, initium est salutis. Confido in Domino, quoniam quicquid minus est in te feruoris, & boni operis, humilitas supplebit puræ confessionis. Quacunque nanque hora peccator conuersus ingemuerit, saluus erit, quoniam cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Tardius siquidem videtur Deo veniam peccatori dedisse, quàm ille accepisse. Sic enim festinat misericors Deus absoluere reum à tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciet misericordem Deum compassio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui. Qui enim vere pœnitet & veraciter dolet, absque dubio & absque mora indulgentiam accipiet. Et quanto quis frequentius, quantoq́ue vehementius de suo reatu

Luc. 1.

Psal. 50.

interno dolore afficitur, tanto certior, tantoq́ue securior de indulgentiæ venia efficitur. Inde est, Q quòd animam pœnitẽtiæ lachrymis afflictam tam frequenter quàm libenter consolatur spiritus paraclitus. Illam frequenter visitat, illam libenter confortat, & ad veniæ fiduciam plene reformat, quam sua scelera flendo damnare, & damnando flere considerat. Incipit extunc quædam familiaritas inter Deum & animam, eo quòd hæc se sentiat ab illo sępius visitari, & ex eius aduentu non tantum iam consolari, immo aliquoties quodam ineffabili gaudio repleri. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò vere pœnitens. Omnia etenim in R confessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, tranquillitas redit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Post baptismum nullum aliud nobis constitutum est remedium quàm confessionis refugium. Sit ergo deuota cordis cõpunctio, vera oris confessio, discreta carnis mortificatio, repentina vitiorum extirpatio, læta bonorum operum exhibitio. Non erubescas Deo confiteri, cui non potes abscondi. Ipse enim nouit abscondita cordium, cui omnia nuda sunt & aperta, ante cuius conspectum cuncta nostra peccata sunt scripta. Sed quod ibi scribit transgressio, hic delet confessio. Non te igitur pudeat dicere, quod non puduit facere. Quod si forte pudor est tibi, mihi soli peccatori peccata tua exponere, quid facturus es in die iudicij, vbi omnibus exposita tua apparebit conscientia? Si cogereris co S ram multitudine nudo corpore transire, non posses non erubescere: cur ergo minus confunderis, quando immunda cogitatione in mente sordidaris? Cur minus erubescis pudenda cordis quàm pudenda carnis? Cur magis vereris vultus hominum quàm vultus angelorum? Talis confusio separat a Deo. Omnis spes uenię & misericordiæ est in cõfessione vera. Simulata nanq; cõfessio non est confessio, sed duplex confusio. Excludit enim miserationem Dei miseriæ simulatio: nec dignatio locum habet, vbi fuerit dignitatis præsumptio. Prouocat vero compassionem humilis miseriæ confessio. Nulla est enim tam grauis culpa, quæ non habeat veniam per puram confessionem. Vitia igitur cordis tui, & prauas cogitationes illico manifesta. Peccatum enim proditum cito curatur. Crimen vero tacendo ampliatur. Vitium si patet, fit ex magno pusillum: si latet, fit ex minimo magnum. Nam velox confessio velocem medicinam A facit. Melius est, vt vites vitium quàm vt emendes ne forte cum incurreris, reuocare non possis.

¶ *Remedium contra prauas cogitationes. Cap. XXIII.*

Quoties te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationem affici, toties pone ante mentis oculos quomodo Christ⁹ in cruce crucifixus est pro te. Intuere quomodo a Iuda Iudeis traditur, & quàm viliter pertractatur, blasphematur & colaphizatur, iudicatur

T

Mors Christi.

tur & condemnatur, expoliatur & flagellatur, ad
vltimum vero contumelijs & opprobrijs affectus
inter duos latrones suspẽditur, clauis cruci affixus,
sputis derisus, spinis coronatus, lancea perforatus,
ex omnibus partibus sanguis emanat, & inclinato
capite emittit spiritum. Ita redemptor tuus mori-
tur pro te, & tu nescis cuiusmodi sordida cogita-
tione sordidaris in mente? Sufficere posset hæc co
gitatio ad excludendas omnes illicitas cogitatio-
V nes. Sed ecce ad alia transeamus. Cõsidera quomo
Mors propria. do morieris, quãdo aliqua graui infirmitate vexa-
tus, & ad extrema deductus, & ibi ad terram pro-
iectus inter longa suspiria, & difficiles singultus,
inter diuersos dolores & timores animam expira-
bis. Tunc veniet corpus in pallorem & horrorem,
in saniem & fœtorem, erit vermis & cibus vermiũ
animam vero mox capient & rapient laruales illæ
facies, quæ eam in exitu præstolantur. Et ex omni
parte terrebunt eam dæmones terribiles, & horri
biles. Cogita quis eam defendet ab illis rugienti-
bus præparatis ad escam: quis consolabitur eam
cum teterrima illa monstra dæmoniorum occur-
santia sibi cateruatim ruere videbit, aut quis dedu
X cet per ignotam regionem? Attende etiam, quàm
Dies iudicij. subito venit dies vltima, subito venit: & forsitan
hodie erit. Iam adest, iam præsentaberis ante tre-
mẽdum iudicem, accusaberis de multis & magnis
offensis, non vno, non paucis, sed innumeris crimi
nibus, non paruis sed immensis, non dubijs sed
certis, non breui accusatione sed tam longa quàm
longa est vita tua, non vno accusatore, sed tot
quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus ac-
cusator tui. Omnes etiam spiritus boni & mali
coram Deo te accusabunt cum eo. Boni, quia Deo
debent æquitatem, mali quia tuam seruant iniqui
tatem. Tot iudicibus & populis astabis, quot prę-
cesserunt te in opere bono. Tot arguentibus cõ
funderis, quot tibi præbuerunt bene viuendi exẽ-
plum. Tot conuinceris testibus, quot te monue-
runt bonis sermonibus & iustis actionibus. Om-
nibus populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cun
ctis agminibus patebunt vniuersa scelera tua, non
solum actuum, verum etiam cogitationum & lo-
cutionum. Multa vero peccata tunc prorumpent ex
improuiso, quasi ex insidijs quæ modo non vi-
des, & forsitan plura & terribiliora his, quæ nunc
vides: vndiq; erunt tibi angustiæ, hinc erũt accu-
santia peccata, inde terrens iustitia, subtus patens
horridũ chaos inferni, desuper iratus iudex, intus
vrens conscientia, foris ardens mundus. Si iustus
vix saluabitur, peccator sic deprehensus in quam
partem se premet? Latere erit impossibile, appare
re intolerabile. In tanto discrimine torquebit te
tua conscientia, male sibi conscia cruciabunt cor-
dis arcana. Cogente etiam conscientia, tu ipse
eris accusator, & iudex tui. Conuictus teste pro-
pria conscientia, & testibus oculis ipsius iudicis,
fugere non poteris, sed tremens & anxius stabis,
suspensus ad grauissimam sententiam in angusto
periculo, & in periculosa angustia, tanquàm illico
recepturus quod in perpetuum amittere non po-
teris. Iudex tunc erit vehementer iratus, & terribi
liter districtus, sententia eius semel lata erit immu
tabilis, tortores horribiles, qui nunquàm miseren
tur erunt parati, vt data sententia te damnatum
ad tormenta rapiant. Tormenta erunt sine inter-
uallo, & sine temperamento, timor conturbabit
te, cum terra aperietur coram te, & tu rues, & ca-
des in stagnum sulfuris ardentis & fœtentis. Ignis
exterius carnem tuam comburet, vermis interius
cõscientiã corrodet, ibi eris sine fine sine spe venię
& misericordię. Omnia vero gehẽnæ supplicia su
perabit Deum non videre, & bonis carere, quæ in
potestate habuisti obtinere.

¶ Si omnes malas cogitationes a corde tuo ex- Y
pellere, hęc sæpe cogita. Ibi nãq; est cogitatio tua,
vbi affectio tua: ibi cor tuum, vbi est desiderium
tuum; quoniam illud sępius in cogitatione vo-
luimus, cuius amore plus affecti sumus. In
cogitatione sua cadit quisque, vel stat. Si bona Sap.1.
cogitas, cogitatio tua sancta custodiet te. Si mala
cogitas, spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum
& auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intel
lectu: eritque templum Dei spelunca diaboli, quo
niam quem Deus deserit, diabolus arripit. Spiri-
tus sanctus suggerit bona & dulcia: spiritus malus
mala & amara, vana, inutilia, & immunda. Et ideo
quacunque hora mala cogitatio cor tuum tangit,
non consentias illi, nec sinas eam in corde tuo ma
nere, sed illico repelle. In initio cogitationis in-
iquæ resiste, & fugiet a te. Nam ante Dei oculos
non volant vacuæ cogitationes nostræ, & nulla
momenta temporis in animum transcendunt si-
ne statu retributionis. Cogitatio praua delectatio
nem parit, delectatio consensum, consensus actio
nem, actio consuetudinem, consuetudo neces-
sitatem, necessitas mortem. Sicut vipera à filijs suis
in vtero positis lacerata perimitur, ita nos co-
gitationes nostræ intra nos nutritæ occidunt.

¶ Dęmonum est malas cogitationes suggerere, Z
nostrum est illico illas repellere. Nã in animo no-
stro eas iacere nostræ subest voluntati, & propriæ
deputatur culpæ: voluntate nanque sua cadit qui
cadit, & voluntate Dei stat qui stat. Cogitatio ta-
men immunda mentem non inquinat cũ pulsat,
nisi dum hanc sibi per delectationem subiugat.

¶ *De superbia vitanda. Cap. XXIIII.* A

Superbia sicut est origo omnium cri-
minum, ita est ruina omnium virtu
tum. Ipsa enim est in peccato prima,
ipsa in conflictu postrema. Ipsa aut
in exordio mentem per peccatum
prosternit, aut in fine de virtutibus deijcit. Idcirco
est omnium infectionũ peccatorum pessima, quia
tam per virtutes, quàm per vitia humanam men-
tem exterminat. Cætera vitia solas illas virtutes
impetunt, quibus ipsa destruuntur, vt luxuria pu-
dicitiam, ira patientiam, sola vero superbia contra
cunctas animi virtutes se erigit, & quasi generalis
ac pestifer morbus omnes corrumpit. Idcirco nisi
omnia opera nostra humilitas præcesserit, comita
ta, & cõsecuta fuerit, proposita quam intueamur,
apposita cui adhæreamus, interposita qua repri-
mamur

mamur , totum de manu extorquet ſuperbia,
Quantalibet ſit inſtiria operis,apud internum in-
dicem nulla eſt, ſi illam extollit tumor mentis.
Perit re vera omne,quod agitur,ſi non ſollicite in
humilitate cuſtodiatur. Signa ſuperbiæ hæc ſunt,
Superbia ſigna. clamor in locutione, amaritudo in ſilẽtio,diſſolu
tio in hilaritate,furor in triſtitia,honeſtas in ima
gine inhoneſtas in actione rãcor in reprehẽſione.

¶ *De inuidia, & detractione vitandis. Cap. XXV.*

C INuidia eſt animi tinea, ſenſum comedit,pectus vrit, mentem conficit,cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit, & cuncta bona ardore peſtifero deuorat. Inuidus alienum bonum, ſuum facit inuidendo peccatum.
D Cum igitur peccatores quoſlibet conſpicimus,nõ
facile eos iudicemus, ſed magis defleamus, quia
in ſimilibus aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus. Si
vis delinquentem corripere,aperte increpa,nec oc
culte mordeas. Quid enim prodeſt, ſi me neſcien
te alijs mala mea referas? Væ illi, qui ſuam renuit
corrigere vitam, & alienæ non deſinit detrahere.
Si vis detrahere,tua in te peccata retorque,nõ alio
rum delicta, ſed propria cerne. Nunquam enim
alijs detrahes,ſi te bene inſpexeris. De malo alie-
no os tuum non coinquines, nun detrahas pec-
canti,ſed condole, quoniam graue peccatum eſt
E detractio! Detrahentes, & audientes pari reatu
detinentur. Sicut iraſceris alteri quando detra-
hit tibi,ſic iraſcaris tibi quando detrahis alteri.
Detractio eſt mordacior q̃ vera cordis reprehẽſio.

¶ *De curioſitate,& mendacio,vaniloquio,vanaque laude vitandis. Cap. XXVI.*

MVltos ſeducit curioſitas.Tandiu quiſ
F que ſua peccata ignorat,quandiu cu
rioſe aliena conſiderat.Qui ſemetip
ſum aſpicit,non quærit quid in alijs
frequenter reprehendat, ſed in ſe-
metipſo quid lugeat. Quod inter ſe loquuntur
homines,nunquam ſcire deſideres. Omne etiam
G genus mendacij ſummopere ſuge. Nec caſu nec
Sap. 1. ſtudio loquaris falſum, quia os, quod mentitur,
occidit animam. Per nullam fallaciam vitam ali-
cuius defendas. Fuge inhoneſta verba: Reijce ver
H bum,quod non ædificat audientes. Vanus enim
ſermo cito polluit mentem, & facile agitur quod
libenter auditur. Vanus enim ſermo vanæ cõſciẽ-
tiæ eſt index. Mores hominis lingua pãdit, & qua
lis ſermo oſtenditur, talis animus comprobatur,
quoniã ex abundantia cordis os loquitur. Sermo
Matt. 12. vanus non erit abſque iudicio,quia ab omni recti
tudinis ſtatu depereunt, qui per verba vana dila-
buntur. Qui laudem non appetit,nec contumeliã
I ſentit.Diſcerne te tuo iudicio,non alieno. Nemo
enim magis ſcire poteſt quis ſis, quam tu qui con
ſcius es tibi.Quid enim prodeſt dum malus es, ſi
bonus prædiceris;

Eſto igitur talis,qualem te poſcis haberi:
Si ſapiens fueris,te ſemper habebis eundem.

Stude loqui non quod libet, ſed quod opor-
tet. Qui ocioſum verbum non reprimit, ad noxia
cito tranſit. Magna virtus eſt, ſi non lædas à quo
læſus es, magna gloria eſt, ſi cui nocere potui-
ſti,parcas.

Nobile vindictæ genus eſt ignoſcere victo.

Quicquid tibi contigerit aduerſi, pro tuo pec-
cato euenit tibi.Tempera ergo dolorem tuum, &
dic,iuxta modum delictorum parua datur vltio.
Mala aliorum bono tuo ſupera,vince malitiã bo-
nitate, detrahentium errores diſſimulando calca,
non ſis in pace infidus, nec leuis in amicitia. O-
dientes ad pacem inuita, diſcordantes ad con-
cordiam reuoca.

¶ *De prauitate conſcientiæ, & eius pœna,deque alijs non iudicandis,ſed miſericorditer tractandis. Cap. XXVII.*

COnſcientia hominis abyſſus multa.Si K
cut enim abyſſus exhauriri non po-
teſt,ſic cor hominis euacuari à cogi-
tationibus ſuis non poteſt,ſed conti
nua volubilitate in eo voluitur. Ma *Pſal. 103.*
re magnum eſt,& ſpatioſum nauibus, illic repti-
lia,quorum non eſt numerus. Sicut enim reptile *Pulchrum ſimile.*
latenter repit, & ſinuoſis anfractibus huc & illuc
deambulat,ita cõſcientiam hominis venenatę co-
gitationes intrant & exeunt, vt neſciat homo vn-
de veniant, aut quo vadant: hoc bene cognoue-
rat qui dicebat.Prauum eſt cor hominis,& inſcru *Hier. 17.*
tabile:& quis cognoſcet illud,quod ſcrutationem
non recipit,nec cognitionem?
¶Nulla pœna grauior eſt praua cõſcientia.Ma- L
la conſcientia proprijs agitatur ſtimulis.Si publi-
ca fama te non damnat,propria conſcientia te con
demnat, quoniam nemo poteſt ſeipſum fugere.
Vis nũquam eſſe triſtis?Bene viue.Bona vita ſem-
per gaudium habet:conſcientia rei ſemper in pœ-
na eſt. Ita clemens eſto in alienis delictis ſicut in M
tuis, nec quemquam diſtrictius quàm te iudices,
ſic alios iudica,vt ipſe iudicari cupis. Lex tua te cõ
ſtringit. Iudicium,quod alijs imponis,ipſe porta-
bis.Nullũ ante iudicium condemnes,ante proba,
& ſic iudica.Non enim qui accuſatur, ſed qui cõ-
uincitur, damnandus eſt. Valde periculoſum eſt
de ſuſpicione quempiã iudicare.In ambiguis,Dei
iudicio ſerua ſententiam.Non eligas cui miſerea- N
ris,ne forte prætereas illum, qui meretur accipe-
re. Omnibus te tribue ſi potes, quoniam incertũ
eſt pro quo magis placeas Deo.Maior ſit beneuo-
lentia,quàm quod datur,quoniam tale erit opus
tuum,qualis fuerit intentio tua. Qui cum triſtitia
manum porrigit, fructum remunerationis amit-
tit. Non eſt miſericordia, vbi non eſt beneuolen-
tia. Non auferas vni,vnde tribuas alteri,quoniam
nihil prodeſt,ſi inde alium reficis,vnde alium ina
nem facis. Abijce à te quicquid tuum bonum pro
poſitum impedire poteſt: contemne viuens quæ
poſt mortem habere nõ potes.Difficile eſt, immo O
impoſſi-

impossibile, vt præsentibus quis fruatur bonis & futuris, vt hic ventrem & illic mentem impleat: vt de delicijs transeat ad delicias, vt in terra & in cœlo gloriosus appareat. Si vis cum lætitia animi viuere, noli multa habere. Istam quisque finiens vitam, nisi quod meruit in ipsa, non potest habere post ipsam. Quantū nāq; inferius delectamur, tantum a superno amore disiungimur. Nullus sit casus, quem nōn meditatio tua præueniat, nullus sit casus, qui te imparatum inueniat. Propone nihil esse, quod tibi accidere nō possit. Vita foueā, in quā vides alium coram te cecidisse. Aliorum perditio tua sit cautio. Dum nescimus repente mors venit: nescimus enim quid hodie nobis contingat, & ignoramus an hac nocte animā nostram condino mortis deposcat. Quotidie ad finē vitæ tendimus, & ad mortem properamus. Idcirco singulis horis cogitare debemus, quò singulis momentis properamus. Vnde Dominus ait per prophetam. Perditio tua Israel: tantū modo in me auxiliū tuū. Quasi diceret. Vt pereas imputat merito: vt salueris meo auxilio. Nunquā oportet penitentē habere securitatem de peccatis, nā securitas negligentiam parit, Osee.13.

Et sæpe incautum vitia ad transacta reducit.

P Non solum grauia, sed & leuia cauenda sunt peccata. Multa enim leuia vnum grande efficiunt, sicut solent de paruis & minimis guttis immensa flumina crescere. Nō est dubiū, quin qui casti pseuerāt & virgines, angelis Dei efficiūtur æquales.

¶ De importunitate ventris, & astutia diaboli. Cap. XXVIII.

Q Nullus homini tam improbus exactor est, quàm venter: qui quotidianā famis exactione te vrget. Cum cæteris vitijs, & si interdum nascimur, tamen cum eis non morimur, sed cum isto vitio nascimur, & cum isto morimur. Multis creditoribus reliquit me obnoxium pater meus, sed ab omnibus liberatus sum. Vnus tamen superest, a quo liberari non possum, idest venter. Venter præcepta non audit, poscit, appellat, nō est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo dederis ei quod debes, non quod petes. Quosdam præsciens Deus peccare posse, in salutem flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent: vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem, quàm re manere incolumes ad damnationē. Est perniciosa sanitas, quæ ad inobedientiam ducit: est & salubris infirmitas, quæ per diuinam correptionem mentem a duritia frangit, & humiliat.

R ¶ Diabolus quando decipere quemquam tētat, prius naturam vniuscuiusque intendit, & inde se applicat vnde aptum hominem ad peccandū aspicit. Blandis & lenibus mētibus luxuriā, aut vanam gloriam proponit: asperis vero mētibus irā, superbiam, vel crudelitatem. Aduersarius noster cū ab exteriori sensualitate se videt exclusum, interiora collectis viribus aggreditur, & ingreditur: sed spiritalis homo, qui omnia iudicat, eius astutias non ignorat, reprimit quod potest, quod non pōt tolerat, quia etsi latratū canis sustinet, morsum tam ni non timet. Mordet cum ad consensum pertrahit, latrat cū suggerit, & tunc non vulnerat, sed coronat, quoniam tametsi resistentem fatigat, non obligat nisi consentientem.

Versutia Diaboli.

¶ De oratione, & modo orandi, & impedimento eius per cogitationum tumultum. Cap. XXIX.

Ratio est mentis deuotio, idest conuersio in Deum per pium & humilem affectum. Humilem ex conscientia infirmitatis propriæ, piuū ex consideratione diuinæ clementiæ. Nullo alio modo Deus citius ad misericordiam flectitur, quàm si animus deprecantis ad eum toto deuotionis affectu conuertatur. Nihil ita Deum complectitur, quemadmodum purus mentis affectus. Idcirco cum orate volueris, solus solitudinem cordis tui ingredere, & collecto spiritu tuo, integra mente, & vacua curis, orationis domum intra, & stans coram Deo ante vnū aliquod de altaribus orationis instantia cælos penetra, & præsentatus choris cælestium in ipsorū præsentia miserias & calamitates, quas pateris, miserandus deplora. Prode tuam necessitatem, posce eorum pietatem: & ego confido in eo, qui dixit, Petite & accipietis: quod si perseuerauerits pulsans. non exibis inde vacuus. Sic ora cum oraueris, quasi sis assumptus, & præsentatus ante faciē maiestatis in excelso throno: vbi millia millium ministrant ei, & decies centena millia assistunt ei. Tunc veraciter oramus, quando aliud non cogitamus. Sine intermissione orare debemus. Nā sicut nullū est momētū, quo homo nō fruatur, aut vtatur Dei pietate & misericordia, sic nullum debet esse momētū, quo eū præsentem non habeat in memoria. Felix anima, quæ omnes euagationes mentis in vnū studet colligere, & in illo veræ felicitatis fonte desideriū figere. Quādo oramus, Spiritū sanctū ad nos vocamus. Oratio cordis est, nō labiorū. Neq; enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit. Vis virtutes tuas augere? Prodere noli. Quod manifestando potes amittere, tacēdo custodi. Quibusdā enim concessum est tantum bene agere, & fructū boni operis nō habere, quod ipsi sibi auferunt per studiū humanæ iactantiæ. Sicut glacies calore dissoluitur, ita virtus ore laudantis. S Luc. 11. Dan. 7. T 1. Thes. 5.

¶ Cū ad cor meū redire volo, desideriorum carnaliū turbæ, tumultusq; vitiorū, tētationibus suis cogitationē meā dissipāt, & intētionē cordis in oratione perturbāt. Et dū cōuerti ad Deū post ppetrata vitia studeo, & cōtra hęc eadē vitia, quæ perpetraui istū exorare conor, occurrūt cordi phantasmata peccatorū, quę feci: & mētis meę aciē reuerberāt, cōfundūt animū, & deprecationis meę vocem premūt. Ita mala, quę feci, cogitationi meę suis imaginibus impressa, in ipsa mea oratione me cōturbāt. Cęterum quanto grauiore tumultu cogitationum carnalium premor, tanto ardentius orationi insistere debeo. Et quanto plura peccatorum meorum phantasmata in oratione patior, tanto V

& imaginem eius in me aliquo modo oon obfuscem. Vitam meam cum diligenter exploro, quotidiana confessione confiteri non possum pessima vitiorum germina, quæ in me quotidie repullulant. Ecce audisti pater abominationes meas malas & pessimas, & adhuc scias multo peiora & iniquiora in angulis cordis mei latere, quę ad lucem veræ confessionis venire erubesco. Veruntamen si Dei consilium habes, consule quid agendum sit.

De remedio inquietudinis, responsio patris spiritualis. Cap. XXXIII.

C Vm per prauas, ineptasque cogitationes vaga mente discurris, deceptorijs spiritibus tentandi aditum in te aperis. Et ita te à Deo separas, quoniam peruersæ cogitationes separant à Deo: Et Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Mens vero instabilis & inquieta, dum semper nititur apprehendere quod appetit, desiderijs suis circumagitata, nunquam requiescit. Idcirco in vno æternitatis desiderio immobiliter debet figi. Peccata autem tua confiteri non erubescas, quoniam omnia in confessione lauantur, & nullum peccatum dimittitur, nisi prius confiteatur. Prosequere igitur, & si ad perfectam sanitatem peruenire desideras, quicquid cõscientiæ stomachum grauat, totum vomitu puræ coofessionis euomere non differas. Virus enim vitiorum, nisi festinanter eijciatur, prius interiora corrumpit, deinde ad exteriora ebulliens, totum corpus occupat, & maculat.

Sap. 1.

§ *De ineptis cogitationibus, pœnitentis confessio. Cap. XXXIIII.*

D Voniam igitur pater Aegyptium tuũ non abominaris, sed toleras & instruis, manifestabo tibi non solum peccata actionum, verum etiam cogitationum. Audi ergo miseriam meã. Sæpe veniunt ad mentem meã cogitationes inoumeræ, & surgunt affectiones multæ, & sollicitant me de cura corporis, & suggerunt multa de vsibus necessitatis. Conueniunt eo quasi ad coosuleodum veraciter autem ad decipiẽdum, & congregantur consiliarij multi,. & consiliatores vani, imnio deceptores veri. Congregantur autem quasi in consilium voum, & quasi ad quærendum consilium bonum, & dantur incommune consilia multa, sed inutilia & vana, quia concilium vaoitatis est, & totum corum consilium de vanitate est. Suadent mihi sanguinem minuere vt possim pausare, & lautiores cibos sumere, remanere de vigilijs, vt satis possim dormire. Consulunt corpus recreare ne deficiat, carnem fouere ne tabescat abstinentiam aliquantulum relaxare, quieti parumper indulgere, & in hunc modum agitur de cura corporis cura superflua, & de vanitate ventilatur quæstio vana, & super huiusmodi inutili negocio consumitur sæpe hora vna.

§ *De remedio contra carnis affectiones, patris responsio. Cap. XXXV.*

Q Vi carnis suæ desiderijs non resistit, E
& motus cordis sui custodire negligit, ita tandem praua consuetudine illigatur, vt postmodum etiam volens ei resistere non possit. Propterea quoties huiusmodi censiliarios improbos & iniquos in vnum conuenire sentis, non eis consentias, sed illico excute te, nunc ad orationem, ounc ad operationem, sæpe autem ad meditationem, nec prius cesses, quàm illi euanescant. Intuere quomodo Christus stetit in cruce, considera quomodo morieris, vel vbi, vel quando: statue te ante terrificum tribunal tremendi iudicis, descende vsque ad infernum inferiorem, & ibi cerne quomodo pro peccatis suis, animæ puniuntur. Talis etenim cogitatio probatissimum remedium est contra turpes cogitationes.

§ *De voluptatibus corporis, pœnitentis confessio. Cap. XXXVI.*

Q Voniam verba delictorum meorum audire non dedignaris, sed patienter auscultas, fateri oportet quod adhuc fatendum est. Cum supradictis consiliarijs iniquis & iniqua consulentibus acquiesco, & eorum coosilia libenter recipio, adsunt subito cogitationes prauæ, assurgunt affectiones peruersæ, multum solicitæ sed parum discretæ, quomodo carnem meam delicatissime foueam, quę quantumcunque suauiter nutriatur semper caro est. Offerunt mihi infirmatorium, sed quoniam turpe est in illo diu permanere, equitandi occasionem quærunt & inueniunt. Nec mora equi parantur, cadi implentur, hospitia eliguntur, & quæ sunt necessaria in via ligantur & parantur. Vocor, & vocatus venio. Iniungitur mihi obedientia illa, ego vero metuens, ex meo desiderio vilescere recuso ore, quod corde desidero, acquiesco tanquàm coactus, & ideo lætus ascendo, & iter arripio. Proh dolor religio relinquitur, & silentium rumpitur, hinc inde volant verba vana & inutilia, forsitan & detractoria. Sic confabulando sæpe consumitur dies integra. Venio ad hospitium, assideo ad mensam, apponitur panis albus, & vinum bonum, piscis, & caseus, & oua &c. Interea recurrit animus meus ad fratres, qui sunt io conuentu, & graue est mihi vt dissimiliter ab eis reficiar, & epuler splendide illis se aride reficientibus, & remordet me conscientia mea, si pro faba piscem, si pro cæpe, seu milio caseum, si pro mica gastellum ad refectionem sumam, si vinum bibam, & fratres aquam. Gula vero expectationis impatiẽs inuitat & instigat, vt comedã & bibam. Dicit enim, Nõ debes esse molestus ei, qui te charitatiue suscepit, sed ad nutum illius te per omnia debes habere, & monitis illius libenter obedire, & impensa beneficia cum F G

gratiarum actione perciperet, quoniam nihil respuendum est, quod cum charitate offertur. Charitatis est vt quod ille tibi apponit, cum ipso pariter de eodem sumas, ne scandalizetur, si viderit te aliud quàm se comedere. Ita ergo fac vt conuenit. Communica & participa cum hospite, sicut scriptum est. Comedentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Ego vero his persuasionibus victus cómunico & participo cum hospite pro hospite. Et quoniam de alieno ministratur & nó de proprio, incipio mihi esse indulgentior & manu largior. Prosequor causam, pro qua veni ad mensam. Nã comedo & bibo profuse sicut mos est, & multiplicantur fercula & pocula, donec & venter grauetur, & cerebrum turbetur, nec arguitur superfluitas, quam excusat hospitalitas. Sic sic mei oblitus dum gulæ appetitum sequor: sequor obliuisci mox incipio quid faciant fratres in refectorio, & cadit à memoria faba, caulis, panis durus, & aquæ potus. Sicut fabula, sic est vita mea. Timeo etiam ne egomet sic fabulando fabula efficiar, si sine bonis operibus inueniar. Dicito ergo mihi, quid debeo facere, & quomodo possim gulam continere, ne tam parui budelli seruus efficiar,

¶De pugna, & victoria gulæ, patris responsio. Cap. XXXVII.

H GVla semper est in pugna, & in culpa. Siue manduces siue bibas, adest illa tecum pugnatura. Si bene non pugnas, certe vinceris ab illa, quæ cum multis pugnat, & à paucis expugnatur. Tu ergo tanto vehementius illam expugna, quanto manifestius illam esse expugnandam cognoscis. Et quoniam ad Dei cognitionem peruenire non potes, nisi per cognitionem tui, iterum atque iterum discute teipsum, si forte aliquid in te lateat, quod Deo displiceat. Videre enim Deum non potes, nisi mundo corde. Nec fiet cor iucundum, nisi prius fiat ab omni contagione mundum.

¶De ficta confessione, pœnitentis confessio. Cap. XXXVIII.

I MVlta habeo adhuc tibi dicere, sed confiteri erubesco, veruntamen quia aliter Deum videre non possum, aperiam tibi cor meum. Fateor quoniam peccata mea recogitare neglexi, & ideo multa obliuioni tradidi. Cognita autem non omnia confessus sum propter multitudinem. Quæ vero confessus sum, non pure sum confessus propter turpitudinem, aut omnino celaui. Quæ autem bene siue male sum confessus, non digne fleui propter vetustatem, & inueteratam consuetudinem. Confessus sum cui nó debui, & cui confiteri debui celaui, & (quod peius est) de confessione inanem gloriam quæsiui. Manifesta vero peccata excusaui, cum de illis conuictus fui, vel (quod deterius est) defendi. Culpam meam præ rubore confusionis palliaui. Sic sic peccatis peccata semper accumulo, & vitam meam quotidie corrigere dispono, semper autem de die in diem differo, & dum in hoc futuro fieri propono, fit vt illud futurum semper sit futurum immo fortassis núquam futurum. Domine Deus Psal. 12.
meus quandiu ponam consilia in anima mea? Psal. 29.
Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem? Non est vitium, cui aliquo modo non seruierim. Omnia enim contendunt de me, cuius potissimum videar. Veruntamen super omnia vitia inuidia me persequitur. Pestis hęc vbique me torquet. Da ergo consilium, quomodo illam effugere valeam.

¶Quòd inuidia interdum sub specie sanctitatis exercet suas iniurias, patris responsio. Cap. XXXIX.

TRistius inuidia nihil est, quæ protinus ipsum. K
Actorem torquet, excruciatque suum.

Omnino igitur fugienda est & execrãda, quoniam in illa Deus offenditur, proximus læditur, animus affligitur. Inuidia etenim semper torquet possessoris sui animum, quamuis sæpe lædere non possit suum, erga quem sæuit, proximum. Sed cum mala sit omnis inuidia, pessima tamen est huius mali species, quæ sub specie sanctitatis suas exercet iniurias. Sæpe enim quando sæuit in proximum ex vitio iracundiæ, vel veneno inuidiæ, fingit sibi cogitatio, quod faciat illud zelo iustitiæ. Læsus nanque quilibet proximo suo, non iam eum facile respicere potest simplici oculo. Displicet ipsi, quicquid ab illo fieri considerat. Omni fere hora tacita apud se cogitatione illum accusat. Surgunt causæ quotidie innumeræ, quæ illum culpabilem ostendũt, occurrunt rationes multæ, quæ illum reum, illum esse puniendum conuincunt. Crescit autem sæpe eousque malum, vt apud Deum esse credat se reũ nisi illũ seuerius corripiat, & de sua peruersitate redarguat. Loquitur enim apud se huiusmodi maligna cogitatio, vsquequo illum talem tolero; Cósentire ei comprobor si eum non corripio, consentiens autem Deum offendo; corripiam ergo eũ ne Deũ offendã, nihil enim pro mea, sed pro Dei iniuria vlciscenda totũ facio, immo sic illum Deo & sibi restituam. Proximũ enim corripere & eum castigare, hoc nó est proximo nocere, sed prodesse velle. Sic sępe apud se loquitur maligna cogitatio, excęcauit enim eã malitia sua. Et putat odiũ suum amorẽ esse, & se iniuria sua iustitiã exercere. Cóueniũt itaq; vndiq; huiusmodi malignæ cogitationes ad mentẽ, & fingunt se ad obsequiũ Dei cóuenire, non autem suũ odium exercere velle. Cóside ra ergo adhuc frequẽter, cogita vehemẽter, inuestiga diligenter cóscientiam tuam, vt scias quid corrigere, seu etiam vnde debeas gratias agere. Valde enim vtile, & pernecessariũ est, vt scias quid desit tibi, quid uis, quid cupis, & quid habere optas.

De

¶ *De cordis alienatione, pœnitentis confessio. Cap. XL.*

L Facilius atomos mundi possem dinumerare quàm motus cordis mei. Velocitas animalium & volatilium meis motibus æquiparari non potest. Cogitationes meas non est qui possit comprehendere. Desideriorum meorum non est modus. Nunc illa nunc ista cogito & desidero, nec ista nec illa habere possum. Dum corpore vaco cogitationibus per diuersa loca vagor, nulla hora nullo temporis momento quiesco, sed in momento, in ictu oculi per multa spatia locorum discurrens nouas creaturas creo, & iterum easdem eadem facilitate deleo, vel alio atque alio modo multipliciter vario: illud vel illud habere desidero, talis vel talis esse cupio, quasi Deus illud dare vel talem facere nescierit, aut non potuerit.

¶ *De remedio euagationis cordis responsio. Cap. XLI.*

M O Custos cordis quàm modicum & cupidum cor habes, paruum est, & magna cupit. Vix ad vnius milui refectionem sufficere potest, & totus mundus ei non sufficit. Solo corde per totum mundum vago motu discurris. Sine pedibus curris, sine manibus operaris. Alas non habes, & volare non cessas. Diuitias quotidie congregas, & satiari non potes. Epulas ad refectionem paras, & inde non comedis. Hæc & illa cogitas, & falsum est quod cogitas. Audi quomodo, vt de cætero tibi caueas. Forsitan cogitas modo de sole, vel de aliquo amico tuo, aut de teipso. Si vnus est sol, falsus est iste quem tu cogitans fingis, quoniam ille certis locis & temporibus cursum suum peragit, istum vero constituis vbi vis. Si vnus est ille amicus tuus, falsus est iste quem cogitans fingis, quoniã ille vbi sit nescis, istum autẽ vbi vis fingis. Porrò teipsum in hoc esse loco sentis, & tamen figmento cogitationis vadis vbi vis, & loqueris cum quibus vis, & hoc verum non est, quia modo ibi non es. Quoniã ergo falsa sunt hæc, noli amodo talia cogitare, sed iacta cogitatum tuũ in Dominum, qui te fecit & refecit, elegit & vocauit, iudicabit & saluabit. O quot &
N quanti hac hora cum eo loquuntur, eumq; in semetipsis amplexantur, tu vero in his delectaris quæ pereunt & trãseunt, & tecum manere nõ possunt. Considera quàm multi modo moriuntur, quibus si hæc hora ad agendã pœnitentiam concederetur quæ tibi concessa est, quomodo per altaria & quã festinanter currerent, & ibi flexis genibus, vel certe toto corpore in terram prostrato tandiu suspirarent, plorarent, & orarent, donec plenissimam peccatorum veniam à Deo consequi mererentur. Tu vero comedendo, bibendo, iocando, ridendo, & ociose viuendo perdis tẽpus, quod tibi indulserat Deus ad acquirendã gratiam, & ad promerendam gloriam. Cogita etiam quot animæ in inferno nunc cruciantur sine spe veniæ & misericordiæ. Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulfur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala. Discute adhuc teipsum vt scias quid desit tibi, ne in illa vltima discussione coram omnibus confundaris, si inuenta fuerit in te iniquitas.

¶ *De multiplici volubilitate cogitationum, pœnitentis confessio. Cap. XLII.* O

Digne pensitare, & sufficienter existimare non valeo, quæ sit illa tam multiplex cogitationum mearum volubilitas, & tam inquieta & infatigabilis velocitas, quæ per tam multa, tam varia, tam infinita discurrere me facit. Nulla enim hora & nullo temporis momento quiescere possum, sed per infinita spatia locorum, & volumina temporum, mira festinatione pertranseo. Vndique patet mihi facilis transitus, agilis discursus, de summis ad ima, & de imis ad summa, de primis ad nouissima, de nouissimis ad prima. Digne explicare non possum, quot alienationis modos momentaneis permutationibus induo, & quàm multiformiter me alternatim vicissitudinum motibus variare consueui, & quibus perturbationibus quotidie afficior. Modo me in fiduciam erigo, modo in diffidentiam cado. Nunc per constantiam figor, nunc subitaneo terrore concutior. Modo me turbat ira, modo ingens furor exagitat. Nec illud adeo mirũ, P
quòd varijs qualitatibus, diuersisque perturbationibus per singula momenta afficior: sed illud supra modum stupendũ, quod sub eodem penè uno momento sæpe contrarijs affectionibus tangor, nunc amore ducor, modo gaudio, modo mœrore distrahor. Quàm sæpe inter mira gratulationis meæ tripudia superueniens, subitoque emergens tristitiæ causa me vehementer concutit ac deijcit, & omnẽ illam exultantis animi mei solennitatem subito in mœrorem vertit? Sæpe diu multumque dilecta nimio postmodum odio prosequor, & vehementer approbata atque desiderata subito detestor. Sed quis omnium mearum affectionum qualitates enumeret? quis omnes variationis meæ modos explicare sufficiat? Penè quot sunt diuersitates rerum tot sunt varietates affectionum mearum.

¶ *Quod bonum sit vt homo seipsum cognoscat, patris responsio. Cap. XLIII.*

Cum inter omnia animalia humanum genus tum digniori forma, Q
tum maiori potentia dignissimum reperiatur, nulla scientia melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. Relinque ergo cætera, & teipsum discute, per te curre, & in te consiste. A te

voluntatem eius. Sit hæc dies solennis, in qua Saluatorem nostrum in hospitium nostrum læti suscepimus. Nullum membrum, nullum officium ab hoc gaudio excludatur. Conueniant ergo in vnum omnes cogitationes, & affectiones, diem festum celebrantes in omni puritate, & sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interserat, quæ huius so-
Psal. 24. lennitatis gaudia perturbet. Oculi mei semper ad Dominum, per quem sum, viuo, & sapio: nec cessent lachrymis pedes eius rigare. Audiant & intelligant aures, quid in nobis ei displiceat, vel quid ei placeat, quid damnet, vel quid approbet. Delectetur odoratus illo suauissimo odore dulcedinis eius. Odor eius odor vitæ æternæ, odor totius sua-
Psal. 70. uitatis, & iucunditatis. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam altissime Domine. Sit meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, vt te possim videre per fidem, & contemplationem, donec merear videre facie ad faciem. Clementissime
Psal. 102. pater nihil in nobis cesset a laude tua. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic & dic.

Gloria, laus, et honor tibi sit rex Christe redemptor.

¶*Pœnitentis ad animam suam de imagine Dei reformanda pia exhortatio. Cap. XLVI.*

X O Anima mea si vis amari a Deo, reforma in te imaginem suam, & amabit te, repara in te similitudinem suam, & desiderabit te. Consilio namque sanctæ Trinitatis ad imaginem & similitudinem suam creauit te creator tuus, quod nulli alteri ex creatis donauit, vt tanto eum ardentius diligeres, quanto mirabilius ab eo te conditam intelligeres. Considera ergo nobilitatem tuam, quoniam sicut Deus vbique est totus, omnia viuificans, omnia mouens & gubernans, ita tu in corpore tuo vbique tota es, illud viuificans, mouens, & gubernans. Et sicut Deus est, viuit, & sapit, ita tu (secundum modum tuum) es, viuis, & sapis. Et sicut in Deo tres sunt personæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sic & tu habes tres vires, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex vtroq; procedit Spiritus sanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus Deus, & tres personæ, ita anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animæ, sed vna anima, & tres vires. Ex quibus animę viribus quasi excellentioribus iubemur Deũ diligere, vt diligamus eum toto corde, tota anima, tota mente, id est toto intellectu, tota voluntate, & tota memoria, hoc est toto affectu, sine defectu, cum discretionis intuitu. Nec solus sufficit de Deo intellectus ad beatitudinem, nisi sit etiam in amore eius voluntas. Immo hæc duo non sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & volentis maneat Deus, vt sicut nullum potest esse momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate vel misericordia, ita nullum sit momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria.

¶*Quòd tanta sit animæ dignitas, ut pater et mater Christi esse possit. Cap. XLVII.* A

Ntellige dignitatem tuam nobilis Y creatura, quoniam non solum insignita es Dei imagine, verum etiam decorata similitudine. Sicut enim creator tuus, qui te ad similitudinem suam creauit, est charitas, bonus & iustus, suauis & mitis, patiens & misericors, & cætera quæ de eo leguntur insignia, ita tu creata es, vt charitatem haberes, & esses munda & sancta, pulchra & decora, mitis & humilis. Quas virtutes quanto plus in te habebis, tanto propinquior Deo eris, & maiorem tui conditoris geres similitudinem. Quid maius his tibi facere potuit, quàm vt ad similitudinem suam te conderet factor tuus, & eisdem virtutum vestimentis te ornaret, quibus ipse ornatus est? Attende igitur diligenter primæ A conditionis tuæ excellentiam, & venerandam sanctæ Trinitatis imaginem in teipsa agnosce, honoremq; similitudinis diuinæ (ad quam creata es) habere stude, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate præmiorum, vt quãdo apparebit qualis sit, tunc similis ei apparere possis. Similis enim si- 1. Ioan. 3 milem quærit, & qualem te paraueris Deo, talis necesse est appareat tibi Deus. Si ergo naturalẽ pulchritudinem tuam in te reparaueris, concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Deus tuus, Psal. 44. ipse amicus & sponsus, frater & filius. Ipse enim di- Z xit. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui Matt. 12. in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Audi quomodo. Virtus & sapientia patris filius est patris. Verbum patris voluntas est patris. Voluntas hominis, nihil aliud est quàm quędam proles mentis. Si igitur eadem est voluntas tua & voluntas patris, idem est filius tuus, & filius patris, veritas, sapientia, voluntas corde concipitur, & ex corde generatur. Si igitur idem vis, & idem sapis quod pater, tu eundem filium habes quem & pater. In te est vtrum sis pater aut mater, an potius vtrũq; pater & mater, non tuo merito sed Dei dono. Potes nãq; eũ gignere in corde tuo, & in corde alieno. Potes eum concipere a corde tuo, & ab ore alieno. Intellectu gignitur, consensu concipitur, affectu nascitur, effectu nutritur. Quando veritatem intelligis, vel alium intelligere facis, Christum gignis. Nosti voluntatem Dei, consenti ei, & concepisti. Quando gignis, es pater, quando concipis, es mater. Amando parturis, operando nutris. Sic sic in potestate cuiusque relinquitur, vtrumnam tantæ prolis mater efficiatur. Maledicta ergo sterilis, quæ non parit, quę talem filium pro voto per Dei Nota. gratiam habere potuit. Cur non similiter maledictus, qui non gignit, nisi quia non æque in nostra potestate consistit veritatem intelligere, & veritati consentire? Non enim veritatem semper intelligo

eum volo, Intellectæ autem semper consentio, velle tamen non possum, nisi gratia Dei fuerit mecũ. Nulla est enim humana industria sine Dei gratia. Ex quo primus homo peccauit, naturæ bonũ perdidimus, pariter & arbitrij vigorẽ, sed non electionem, ne nõ esset nostrũ vt emendaremus peccatũ. In nobis nãq; manet ad quærẽdam salutẽ arbitrij libertas, id est rationalis voluntas, sed admonente prius Deo & inuitante ad salutem, vt vel eligamus vel sequamur. Potestatis nostræ est diuinæ inspirationi acquiescere, & quæ ad salutem nostram pertinent eligere, & sequi. Diuini vero muneris est, vt possimus adipisci quod sequendo cupimus consequi. Nostræ potestatis est & ignauiæ vt labamur, solicitudinis vero nostræ est, & cælestis pariter adiutorij, ne labamur. Felix homo, qui sic ambulat sapienter, ne cadat, aut si ciciderit vt statim resurgat. Felicior vero est, qui nunquam cecidit. Felicissimus autem est, qui iam cum Deo regnat.

Arbitrij libertas.

¶*Quòd anima ad recipiendum in se Deum semper debet esse parata. Cap. XLVIII.*

A Felix homo est, cui præsto est, cum voluerit, habere filium Deum. O quanta est dignitas hominis, filium habere Deum, & quanta est humilitas omnipotentis habere hominem patrem, & quanta est nobilitas animæ Christum Iesum habere sponsum? Sancta ergo anima & veri sponsi amica ad dilecti sui aduentum summo cum desiderio semper debet inhiare, & parata atque expedita esse, vt pulsantem amicum absque vlla dilationis iniuria possit suscipere, & vocanti cum omni alacritate occurrere, ne subito & inopinate adueniens, minus promptam & minus ornatam inueniat, vel diu exclusus, diutinæ præstolationis vllam molestiam sustineat.

B Aliud autem est cum ipso intrare, atque aliud ad ipsum exire. Ibi anima ad seipsam reuertitur, & cum dilecto suo vsque ad intima cordis sui penetralia ingreditur, hic extra semetipsam ducitur, & ad sublimia contemplanda subleuatur. Quid namque est eius intrare, nisi se totam in semetipsam colligere? Quid vero est eius exire, nisi seipsam extra semetipsam totam effundere? Nihil itaque aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solam cum solo morari, dulcedineque eius perfrui, nisi exteriorum omnium obliuisci, & in eius dilectione summe & intime delectari. Se solam cum dilecto videt, quando exteriorum omnium oblita ex propria consideratione in dilecti sui dilectionem desiderium suum purget, & ex his quæ in intimis suis considerat, animum suum in eiusmodi affectum inflammat, & tam ex bonorum quàm ex malorum suorum consideratione in gratiarum actione assurgit, & hinc pro impensa gratia, hinc pro indulta venia, intimæ deuotionis victimas persoluit. Vsque in intimum dilectus perducitur, & in optimo collocatur, quando ex intimo cordis affectu,

C & super omnia diligitur. Cogita quid sit quod in vita tua ardentius dilexisti, magis anxie concupisti, quod te iucundius afficiebat, cæterisque omnibus prosundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis violentiam, delectationisq; abundantiam sentis, quando in summi dilectoris desiderio inardescis, quando in eius dilectione requiescis. Cui dubium sit, q; intimũ illũ affectionis tuæ sinum necdum teneat, si intimæ dilectionis aculeus animam tuam in diuinis affectibus minus penetrat, tepidius excitat, q̃ in alijs affectionibus aliquando penetrare vel exagitare solebat. Sed si tan tam prorsus vel forte validiorem dilectionis vel delectationis violentiam in intimis tuis circa diuina perspexeris, quantam aliàs nunquam expertus fueris, vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari, vel consolari possis. Certe quandiu possum ex aliena qualicunq; re consolationem, vel iucunditatem concipere, nondum audeo dicere dilectum nostrum intimum ardentissimi amoris sinũ tenere. Satage ergo, festina trahere eum adhuc ad interiora, & secretiora cordis tui penetralia quæcunque es eiusmodi anima. Quis enim neget illud intimum cordis humani penetrale, tales recessus habere, seu etiam obtinere posse, in quibus sũmũ & singularis amoris violentia cum aliquid per affectum infixerit, aliena omnino delectatione auelli non possit? Certe si alienam aliquam consolationem quæris vel recipis, Deum tuum quis fortasse summe, nondum tamen singulariter diligis. Nondum ergo in intimum perducitur, nondum in intimo collocatur. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua, quomodo te credam velle vel posse sequi eum ad sublimia sua? Certum ergo signum tibi sit (quæcunque es anima) q; dilectum tuum minus diligis, vel ab illo minus diligeris, si ad theoricos illos excessus nõdum vocaris, vel vocantem sequi nõdum mereris. Quomodo enim perfecte diligis, vel diligeris, si in summorũ desiderio ad superna nõ raperis, & ad theoricos & anagogicos illos conatus, mentis alienatione nõ transis? Vis nosse, q; sublimitas diuinarum reuelationum sit manifestum diuinæ dilectionis indiciũ? Iã non dicam (inquit) vos seruos, sed amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Satage ergo Deum tuum intime & summe diligere, & omni hora in diuinæ contemplationis gaudium summo cum desiderio anhelare. Collige teipsam ad te metipsã, & in solo diuinitatis desiderio requiesce. D E Ioan. 15.

¶*Quòd anima cælestium contemplationi, & mortis optatę considerationi debeat insistere. Cap. XLIX.*

Debet nãq; anima perfecta, & assidue sũmorũ cõtẽplationi dedita omni hora peregrinationis suæ terminũ, & ergastuli huius egresũ cũ summo desiderio expectare, & ad illud diuinæ cõtemplationis spectaculũ (quod in futura vita speramus) animũ suum suspendere, & in eiusmodi expectatione vehementi desiderio anhelare, vt quod interim videt p speculũ & in ænigmate, mereatur videre facie ad faciem. F

Necesse

Necesse est itaque ad cor altum ascendere, & mẽtis excessu per diuinam reuelationem addiscere quid sit illud, ad quod aspirare vel studere oporteat, & ad qualem sublimitatis habitum animum suum componere & assuefacere debeat. Nam si semel ad illam luciferam angelicæ sublimitatis gloriam quis admissus fuerit, & ad illud diuino rum radiorum spectaculum intrare meruerit, quã intimis desiderijs, quàm profundis suspirijs, quã inenarrabilibus gemitibus eũ, qui eiusmodi est, putamus insistere? quàm assidua recordatione, quàm iucunda admiratione inspectam claritatem credimus eum retractare, menteque reuoluere illam desiderando, illam suspirando, illam contem-

2.Cor. 3. plando, donec tandem aliquando in eãdem imaginem transformetur a claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu? Veruntamen cum ab il-

G lo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus, illa quæ prius supra nosmetipsos vidimus in ea veritate vel claritate, quã prius perspeximus, ad nostram memoriam omnino reuocare non possumus. Et quamuis inde aliquid in memoria teneamus, & quasi per medium velum, & velut in medio nebulæ videamus, nec modum quidem videndi, nec qualitatem visionis comprehendere vel recordari sufficimus, & mirum in modum reminiscentes non reminiscimur, & non reminiscentes reminiscimur, dum videntes nõ peruidemus, & aspicientes non perspicimus, & intẽdentes nõ penetramus, donec iterũ meditatione assurgamus in cõtẽplatio

H nẽ, cõtemplatione in admirationẽ, admiratione in mentis alienationẽ. Veritatis cõtẽplatio in hac vita inchoatur, sed in futura iugi perpetuitate celebratur. Per veritatis cõtẽplationẽ eruditur homo ad iustitiã, cõsummatur ad gloriã. Gratia cõtẽplationis cor ab omni mũdano amore nõ solũ emũdat, sed sanctificat, & animũ ad celestiũ amorẽ inflammat. Qui diuina inspiratione & reuelatione ad cõtẽplationis gratiã promouetur, quasdã arrhas futuræ illius plenitudinis accipit, vbi sempiternæ contem-

I plationi perpetuo inhærebit. Qui vero contemplationi veritatis vult vacare, necesse est vt discat requiescere non solum ab operibus malis, sed etiam a cogitationibus superuacuis. Multi siquidem etsi sciunt vacare corpore, minime tamen valent vacare corde nescientes facere sabbatum ex sabbato, & ideo non valent implere, quod dicitur in psalmo,

Psal. 45. Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus. Vacantes siquidem corpore sed vagãtes vbique corde ne

Psal. 72. quaquam merẽtur videre quàm dulcis est Deus, & quã bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Inde est quod hostes deridẽt sabbata eorũ idest ipsa suæ vacationis ocia in cogitationes inutiles pro trahunt, & per deuia quæq; vago incessu sine respectu peruẽtionis passim huc & illuc vagãtur. Animus eorũ in diuersa rapitur, & nunc in hãc partẽ, nũc in illã discurrendo mira agilitate in contraria agitur. Sic sic quamdiu sub egenis huius mundi elemẽtis viuimus desideria nostra vltra gaudia nostra extẽdimus, quia infinito plura sunt quæ cõcupiscimus, quàm quæ in hac vita apprehendere pos-

K sumus. Beata aũt illa supernorũ spirituũ multitudo desideria sua vltra gaudiorũ suorũ nõ extendit plenitudinẽ, quæ felicitatis suæ infinitatẽ vel immẽsitatẽ cõprehẽdere omnino nõ sufficit. Est autẽ eorũ gaudium nõsolũ de cõtemplatione creatoris, sed etiã de cõtẽplãdis eius creaturis. Dũ enim Deũ in omnibus suis operibus mirabilem inueniunt, quid mirũ si vbiq; mirãdo venerãtur, venerando mirãtur magnalia eius quẽ diligunt? Inueniũt itaque nõ solũ in creaturis incorporeis, sed etiã in corporeis, vnde mirãtur, vnde creatorẽ suũ digne venerãtur. Hæc omnia ingiter cõtẽplãtur, cõtẽplãtes mirantur, mirantes lætantur. Lætantur de diuina contemplatione, congratulantur de mutua visio- L ne, mirãtur in rerũ corporalium speculatione. Discamus & nos cõtẽplãtes mirari, & mirantes contemplari, quomodo illius supernæ beatitudinis ciues omnia, quæ sub ipsis sunt, indesinẽter aspiciũt omniumque quæ ab alto vident rationem & ordinem comprehendunt, quomodo de mutua societate indissolubilique charitate in infinitum gaudeant, quomodo in illam diuinæ claritatis visionẽ insatiabiliter inardescant. Nihil est iucundius, nihil vtilius gratia contemplationis. Quanto amplius in celestium contemplatione delectaris, & delectando admiraris, tanto libentius immoraris, tanto diligentius perscrutaris, profundiusque illi miraris. Semper in illis inuenies quod mireris, & vnde delecteris. Nusquam est copiosior materia admirandi, & nusquam vtilior causa delectandi. In his ergo semper sit tua admiratio & delectatio, M nec necesse erit alia pro alijs quærere, & per vanã huc illucque cogitationum euagationem discurrere. Deum nanque cognoscere plenitudo est sciẽtiæ. Plenitudo autem huius sciẽtiæ plenitudo est gloriæ, consummatio gratiæ, perpetuitas vitæ. Ad huius vero scientiæ plenitudinem opus est potius intima compunctione quàm profunda inuestigatione, suspirijs quàm argumentis, crebris lamentationibus quàm copiosis argumẽtationibus, lachrymis quàm sententijs, oratione quàm lectione, gratia lachrymarum, quàm scientia literarũ, cælestium potius contemplatione quàm terrestium occupatione.

¶Contemplatio super illud verbum caro factum est, quæ non habetur in alijs, & videtur nouum opusculum. Cap. L.

Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Vere verbũ caro factum est, & nos vere verbum carnem domini co cibo sumimus, & ideo manere in nobis naturaliter existimandus est, qui per naturã nostræ carnis iam sibi inseparabile homo natus assumpsit, & naturã carnis suæ sub sacramento cõmunicandæ carnis nobis admiscuit. Ita enim omnes vnum sumus, quia in Christo pater, & Christus in nobis vnum in ijs nos esse faciũt. Nos ergo, qui corpus accipimus, corpus Christi facti sumus, & misericordia ipsius quod accipimus nos sumus. Corpus Christi sumus, & ipse Christus sumus, quoniam nos omnia eius membra

Rom. 12. bra(cũ ſint multa) vnũ corpus ſumus. Nos ergo,
qui mēbra Chriſti ſum⁹, & Chriſtus ſumus, nõ ſo
lum capiti per dilectionē, ſed etiam cũ mēbris in-
uicem vniri debemus. Nã qui accipit myſteriũ vni
tatis, & non tenet vinculum pacis, nõ myſterium
accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe. Myſte-
rium noſtrum in menſa Domini poſitum eſt. Eſto
te ergo quod videtis, & accipite quod eſtis. hoc ac
cipiur in pane, quod pependit in cruce, & hnc ſu-
mitur in calice, qđ effuſum eſt de Chriſti latere.
Inuiſibilis enim ſacerdos viſibiles creaturas panis
& vini in ſubſtãtiam corporis & ſanguinis ſui uer-
P bo ſuo ſecreta poteſtate cõuertit, ita dicēs. Hoc eſt
Matt. 17. corpus meũ, & ſanctificatione repetita: hic eſt ſan-
guis meus. Cũ ergo ad reuerendum altare cibis ſa
tiandus aſcendis, ſacrũ Domini Dei tui corpus &
ſanguinem fide reſpice, mente cõtinge, honore mi
rare, deuotione venerare, cordis manu accipe, &
animæ hauſtu interiori aſſume. Nã credere in eũ,
hoc eſt accipere viuũ. Nos credimus & dicimus,
quoniam corpus Chriſti tale vnicuique ſit, qualis
acceſſerit vt offerat, & qualis acceſſerit vt accipiat.
Nam vnum idemque corpus propter nomen Do-
mini, quod inuocatur, ſemper ſanctum eſt, & tale
vnicuiq; fit quali corde ad accipiēdum acceſſerit.
Si offerat Deo malus & accipiat bonus, tale vtriq;
erit, qualis vterque fuerit. Credimus & fatemur,
quoniam corpus illud, quod de virgine Deus aſ-
ſumpſit, & in quo reſurrexit, ſemper eſt in cęlo, &
vbicunque vult, & in qua ſpecie vult. Qui ſurſum
ſedet ad dexteram Patris, tempore ſacrificij homi-
num manibus continetur. Corpus Chriſti tale ac-
cipimus in ſacramēto, quale poſt reſurrectionem
eſt in ſemetipſo. Cum accipitur non conſumitur,
Q ſed expleto officio, pro quo ſacrificatur & mandu
catur, in illud, quod in cęlo eſt, transfertur. Semel
oblat⁹ eſt Chriſtus in ſeipſo, & quotidie immola-
tur in ſacramēto. Cum ergo ſacerdos Spiritum ſan
ctum aduocauerit, & illam hoſtiam reuerendam
immolauerit, communemque Deum ſubinde cõ-
tigerit, vbi illud (dic mihi) noſtra exiſtimatione
ponemus? Perpende quales oporteat eſſe manus
tantarum rerum miniſtras, & qualem linguã talia
verba fundentem, aut quo genere cęteris nõ mun
diorem & ſanctiorem animam talis ſpiritus rece-
ptricem? Tunc enim adſunt angeli ſacerdoti, & tri
bunal atq; altaris locus cęleſtibus virtutib⁹ adim-
pletur in honorem illius, qui immolatur. In ipſa
immolationis hora ad ſacerdotis vocem cęli ape
riuntur, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorũ cho
ri adſunt, ſummis ima ſociantur, terra celeſtibus
iungitur, vnum ex viſibilibus atque inuiſibilibus
R fit. Sed neceſſe eſt, vt dum hęc agimus, noſmeti-
pſos in cordis contritione mactemus, & qui paſſio
nis dominicæ myſteria celebramus, debemus imi-
tari, quod agimus. Nam tunc vere pro nobis Deo
hoſtia erit, cum nos ipſos hoſtiam fecerit. In Chri
ſto ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiterna
potētia, nos uero per ſingulos dies offerimus, quo
niam per ſingulos dies peccamus: offerimus, ſed
ad recordationē mortis eius, & vna eſt hoſtia, qa
ſemel oblatus eſt Chriſtus. Hoc vero ſacrificium
exemplum eſt illus, idipſum ſemper, idipſum ſe-
cundum ſubſtantiam quamquã diuerſum ſecun-
dum formam. Dum frangitur hoſtia, dum ſanguis
de calice in ora fidelium funditur, dominici cor-
poris immolationem in cruce eiuſque ſanguinis
de latere effuſionem ſignificat. Veruntamen cum
Chriſtus in ſacramento quotidie immoletur non
dicitur quòd iterum occidatur, ſed quòd vera eius
immolatio repręſentata idem nunc in ſacramēto,
qđ tũc in cruce, operetur. Eadē eſt hic & ibi corpo
ris & ſanguinis Chriſti ſubſtãtia, q̃uis in ſpecie al-
tera eadēq; ſalutis noſtræ gratia. Vera etenim caro
Chriſti eſt, quã forma panis opertam in ſacramēto
ſumimus, & verus ſanguis Chriſti, quem ſub vini
ſpecie ac ſapore potamus. Mortalitatis cibus exte-
rius videtur, quia quod de nobis exterius appa-
ret, mortale eſt. Nihil exterius immutatur, quia ni
hil de nobis exterius innouatur. Interius vero hoc
idem in nobis accipimus, quod de illo credimus,
quoniam viuã de vita ſumimus, per quã reforma- S
mur ad vitã. Sicut enim de virgine per ſpiritũ vera
caro ſine coitu creatur, ſic per eundē ſpiritũ de ſub
ſtãtia panis & vini myſtice idē corpus Chriſti con
ſecratur. Et ſicut quod vbique offertur, vnũ cor-
pus eſt, & nõ multa corpa, ita vnũ ſacrificiũ diuer-
ſis locis à diuerſis hominibus ſacrificatur, & vbi-
que eſt idē. Per partes diuiditur, & a multis accipi-
tur, & ſemper eſt integrum. Sicut enim indiui-
duũ eſt cũ diuiditur, ſic incorruptũ cũ fuerit ſum-
ptũ. Chriſtus in ſacramēto per partes mãducatur,
& manet integer. Totus in cęlo, totus in corde tuo
Totus in fracto, totus in integro. Tãtum eſt in exi-
guo, quãtũ cõſtat eſſe in toto. Nihil minus habent
ſinguli, quàm vniuerſi. Totum vnus, totum duo,
totum plures ſine diminutione percipiunt, quia
non in ſpecie vel quantitate ſacramenti eſt gratia,
ſed in virtute Chriſti. Quomodocunque ſigna va-
rientur in ſacramento, Chriſtus ſemper idē eſt in
ſeipſo. Quod euidentius manifeſtauit cum in cœ-
na præſens corpus & ſanguinē ſuũ diſcipulis ſuis
diſtribuit. Tradidit eis ſeipſũ in ſacramento quaſi
alium, & tamē eũdē. Et cũ a ſingulis ſumpt⁹ come
deretur & biberetur in ſacramento, vnus tamen &
integer manſit in ſeipſo. Diuina gratia ita eſt libe T
ra, vt nullis hominũ meritis vel officijs ſit aſtricta,
ſed quando vult, quomodo vult, vbicunque vult
ſemetipſam infundat. Propterea intra catholicã ec
cleſiam in ſacramento corporis Chriſti nihil a bo
no maius, nihil a malo minus perficitur ſacerdote,
quia nõ in merito cõſecrãtis, ſed in verbo efficitur
creatoris, & virtute Spiritus ſancti. Omnia vero ſa-
cramenta cũ obſint indigne tractantibus, proſunt
tamen per eos digne ſumētibus. Cõmunio nãque
malorũ non maculat aliquē participatione ſacra-
mentorũ, ſed cõſenſione factorũ. Sicut enim Iu-
das, cui Dominus buccellam tradidit nõ malum
accipiendo, ſed bonũ male accipiendo, locũ in ſe
præbuit diabolo, ſic indigne quiſque accipiēs locũ
in ſe præbet diabolo. Qui ergo de criminalibus
nondum digne pœnituerunt, aut adhuc in affe-
ctu peccandi ſunt, uel aliquem hominē odio ha-
bent, corpus Chriſti non accipiant, ne moriantur

Inceſti

Incesti vero & luxuriosi periculosius sumunt, quo
niam nihil sic aduersatur munditiæ amatori vt fœ
ditas. Porro qui peccare quieuit, quamuis peccato
adhuc mordeatur, peccandi tamen de cætero non
habeat voluntatem, cõmunicare nõ desinat. Quo-
modo quotidie tentamur & labimur, quotidie
Christus in sacramento pro nobis immolatur. Cũ
ergo corpus Christi ore sumimus, amicitias & be-
neficia eius corde cogitemus, qnomodo passus &
mortuus est pro nobis, & morte sua a morte æter-
na nos liberauit. Participatione autem corporis sui
nos sibi concorporauit, vt transeat ipse in nobis ad
Patrem, transeamus & nos in illo vnum facti cum
illo, vt ipsum per ipsum habeamus gustum in via,
V satietatem in patria, hic viaticum, & ibi præmiũ.
Quæstio. Quæritur cur corpus & sanguis Christi in pane &
vino magis consecretur, quàm in cæteris corporũ
speciebus. Ad qđ respondetur, qm̃ sicut panis ex
Rñsio. mnltis granis, & vinũ ex multis vuis, sic ecclesia de
diuersis personis colligitur. Dignũ etiã fuit, vt eis-
dẽ speciebus, quibus caro alitur & creatur in quo-
libet homine naturaliter, eisdem cõsecretur in do-
minico homine potentialiter. Si panis in carnẽ, &
vinum in sanguinem cuiuslibet transformatur na
turaliter, mnlto magis si Deus voluerit, in carnem
& sanguinẽ suũ transferetur potentialiter. Cum er
go panis in carnem, & vinum in sanguinẽ verbo
Domini mutetur, iã non desperet in corpus Chri-
sti traijci rationalis creatura, in quod traijcitur &
bruta, si desistat esse quod ex se male fuerat, vt fiat
in Christo bene qđ nõ erat. Sicut enim cibus & po
tus sunt vita nostra tẽporalis q̃diu Deo placuerit,
sic & multo amplius ipse panis cęlestis erit vita
æterna quibus ipse voluerit. Magis em̃ credendus
est vitã æternã cõferre, qui vitã habet & vita est, q̃
qui non habet.
Attende. ¶ Nõ est mirũ si creator creaturæ vitã possit cõ-
ferre sempiternã, cũ creatura creaturæ potuerit reti
nere & cõseruare æternaliter eã. Sicut enim lignũ
vitæ in paradiso positũ est, quo æternaliter homo
in corpore viueret nisi peccaret, sic Christus in ec
celsia lignũ vitę seipsũ posuit, vt in se credẽtib⁹ ui
Nota. ta esset æterna. Idcirco tãtopere fides in sacramẽto
exigitur, quia falsa fide mũdus perijt, quãdo Adã
plus diabolo falsa suggerenti, q̃ Deo vera promit-
tenti credere præsumpsit. Dum vero in sacramen-
to plus Deo q̃ hosti (vt dignum est) creditur, sana-
tur hac fide vera illa perfida fides. Qm̃ aũt cibo &
potu ita viuimus, vt alterutro carere nequeamus,
ꝓpterea vtrũq; Christus in suo sacramẽto esse vo-
luit, ne si alterũ deesset, impfectũ esset. Nec corpus
ergo sine sanguine, nec sanguis sine corpore com-
X municatur. Panis & vinũ ꝓprie ꝓprius cib⁹ est nõ
bestiarũ, sed hoĩm. Ideoq; Christ⁹ vtriusq; vsus ẽ
ministerio, vt singularis & ꝓpria hoĩm crederet re
fectio, cui ẽt postmodũ p Apostolos aquã admisce
ri voluit, vt ad dignitatẽ tãti mysterij nõ solũ iusto
rũ, sed & peccatorũ cõsortiũ ptinere significaret, si
pœnitere vellẽt. Qm̃ per aquã sumus regenerati &
p sanguinẽ redẽpti, sanguis & aqua de latere Chri-
sti exiuit. Cũ ergo ꝓ Christo vinũ, & aqua sacrifi-
cetur pro populo, & vtrunque vnus sanguis fiat,

capitis & membrorum vnitatem significat. Sicut
ergo vnum videtis esse quod factum est, sic vnũ
estote vos diligendo inter vos. Nã qui accipit my-
sterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non
mysterium accipit pro se, sed testimonium contrã
se. Qui autẽ vnũ hominem odio habet, quicquid
Deo in bonis operibus obtulerit, totum perdet. Fi Nota.
de omnia sacramenta complentur. Qui ergo ad il-
la fide & deuotione accedit, quamuis incuria vel
ignorantia aliqua erroris verba inserat, non ideo
minus sacrificium fieri creditur, quoniã precis vi-
tium superat precantis affectus. Non est attenden-
dum quid faciat homo, sed quo animo & volun- Y
tate faciat. In quatuor speciebus sacramenta eccle-
siæ maxime consistunt, aqua scilicet, oleo, pane, &
vino. Aqua licet omnibus sit necessaria, sua tamen
vęnalitate & abundantia non est pretiosa. Oleum
vero, panis, & vinum ita paucitate sua fugiunt pre
tij quantitatem, vt nullam nisi in spirituali gratia si
bi vẽdicare videantur vtilitatem. Aqua extinguit,
mundat, & candidat præ cæteris liquoribus. Idcir-
co in baptismate carnis incennua extinguit, pecca
torum tam originalium, quàm actualium labem
abluit. Innocentiæ candorem reducit, & dum sic
cælestis patris imaginem reformat, filios adoptio-
nis regenerat. Vnde vero tanta virtus, vt corpus tã-
gat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia di
citur, sed quia creditur, qm̃ fide omnia sacramen- Nota.
ta complentur. Baptismus talis est, qualis est ille in
cuius verbo datur, non qualis est ille, per cuius mi
nisterium ministratur. Porrò oleum illuminat, vn-
git, & pascit. Illuminat animam fide, vngit deuo-
tione, pascit dilectione. Panis vero & vinũ homi-
ni incorporatum vita est temporalis. Quapropter
in hoc sacramento Christus tanquam caput mem
bris vniri voluit, per quẽ Deo patri regeneramur.
Per corporis & sanguinis Christi participationem
filio Dei ad vitam concorporamur. Per olei vn- Z
ctionem Spiritus sancti virtute cõfirmamur. Nun
quam fidelis Deus à regni sui consortio eos repel-
let, quibus tam familiariter vniri dignatur in hu-
ius mundi exilio. Immo magni honoris vicissitu-
dinem eis rependet in manifesta suæ maiestatis vi
sione, a quibus tã digne susceptus & odoratus est
in occultis & peregrinis sacramentorum figuris.
Non poterit ibi fieri diuersum, quod hic factũ est
vnum. Quicquid deformitatis vel mutationis in
Christi sacramento specie tenus contigerit, nõ de-
bet a nobis extorqnere fidẽ veritatis eius, qm̃ qui
in corpore suo, cum Dens esset verus, multa indi-
gna pertulit, nihil indignum in corpore suo vsque
in finem seculi perferet, quamuis vere ibi sit. Cum
enim omnia ei præter peccatum munda sint, non
videtur esse immundius in uentre muris vel ca-
nis, q̃ in vẽtre impœnitentis peccatoris. Si ignibus
comburi dicatur, hoc impossibile est cum sit om-
nium elementorum Deus. Si soricum corrosione
vel vetustatis mutatione corrumpi videatur, nihil
attinet ad sacramenti substantiam, Christum vide-
licet, qui corrumpi non potest, quoniam incorru-
ptibilis est. Talia vero & similia non ueniunt nisi
pro aliquorum negligentia corrigẽda vel punien-
da,

Qui nec vbi dees inde longe es, quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam. Qui vbique præsens es, & vix inueniri potes. Quem stantem sequimur, & appræhendere non valemus. Qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum. Qui locis non distenderis, nec temporibus variaris, neque habes accessus & recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quam vidit nullus hominum, nec videre potest. In te manens quietus vbique circuis totum. Non enim scindi vel diuidi poteris, quia vere vnus es. Nec in partes effunderis, sed totus totum tenes, totum illustras, & possides. Si totum
E mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vero indicibilis es, nullo modo scribi poteris, neque concludi. Tu es fons lucis diuinæ, & sol claritatis æternæ. Magnus enim es sine quantitate, & ideo immensus. Bonus sine qualitate, ideo vere & summe bonus, & nemo bonus nisi tu solus. Cuius voluntas opus est, cui velle posse est, qui omnia, quæ ex nihilo creasti, sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absque tædio regis. Et nihil est, quod conturbet ordinē imperij tui vel in summis vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis, & omnia cōtines sine habitu, & vbiq; præsens es sine situ & motu. Qui nec mali actor es, quod facere non potes. Nec vnquam te quicquā fecisse pęnituit, cuius bonitate facti sumus, & iustitia poenas luimus, & clementia liberamur. Cuius omnipotentia omnia gubernat, regit, & implet quod creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus, vt te contineant, sed vt ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim imples omnia. Nec ullatenus ita putandum est, vt vnaquæque res pro magnitudine suæ portionis capiat te, idest maxima maius, minima minus. Dum sis potius ipse in omnibus, sine omnia in te. Cuius omnipotentia omnia concludit, nec euadendi potentiā tuā quis aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum, nequaquam euadet iratum.

¶ *De pia rursum Dei inuocatione, & mentis per eā trāquillitate & gaudio, & de animę Deum non quęrentis miseria.* Cap. III.

F TE igitur clementissime inuoco in animam meam, quam præparas ad capiendum, te, ex desiderio quod inspiras ei. Intra rogo in eam & coapta eam tibi ut possideas illam, quam fecisti & refecisti, & ut habeam te uelut signaculum super cor meum. Quæso pijssime inuocantē te ne deseras, qui priusquàm te inuocarem me uocasti & quęsisti, ut ego seruus tuus te quęrerē, quęrendo inuenirem, & inuentum amarem. Quęsiui & inueni te Domine, & amare desiderio. Auge desiderium & da quod peto, quoniam si cuncta quæ fecisti mihi dederis non sufficit seruo tuo, nisi teipsum dederis. Da ergo te mihi Deus meus, meus, redde mihi te: en amo, & si parum est, amē validius. Tui ergo amore teneor, tui desiderio flagro, tui dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens mea suspirat, & tuam ineffabilem pietatem G
meditatur, ipsa carnis sartina minus grauat, cogitationum tumultus cessat, pondus mortalitatis & miseriarum more solito non hebetat. Silent contraria cuncta, tranquillaque sunt omnia. Cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus spiritus ex desiderio visionis tuæ accensus in inuisibilium amorem rapi se videt. Assumat spiritus meus pennas vt aquilæ, volet & non deficiat, volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ & thronum gloriæ tuæ, vt ibi super mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuæ iuxta fluenta plenissima. Tu esto nostra exultatio, qui es nostra spes, salus, atque redemptio. Tu esto nostrum gaudiū, qui es futurus præmium. Te semper quærat anima mea, & tu præsta vt quærendo non deficiat. Væ miseriæ animæ, quæ Christum non quærit nec amat, arida siquidem manet & misera. Perdit enim quod viuit, qui Deum non diligit. Qui curat viuere nisi propter te Domine, nihil est & pro nihilo est. Qui tibi viuere recusat, mortuus est. Qui tibi non sapit, desipit. Misericordissime tibi me committo, reddo, & concedo: per quem sum, viuo, & sapio. In te confido, spero, & totam spem meam pono: per quem resurgam, viuam, & requiescam. Te cupio, diligo, & adoro: cum quo manebo, regnabo, beatus ero. Anima, quæ te non quærit nec diligit, mundum diligit, peccatis seruit, vitijs subiecta est. Nunquam quieta nūquàm secura est. Famuletur tibi semper mens mea pijssime, suspiret tibi peregrinatio mea, ardeat, in tui amore cor meum. Requiescat, in te Deus meus anima mea. Contēpletur te in mētis excessu. Cātet laudes tuas in iubilatione, & hæc sit in hoc exilio consolatio mea. Confugiat mens mea sub vmbrā alarum tuarum ab æstibus cogitationum huius seculi. Repauset in te cor meum, cor mare magnum tumens fluctibus. Diues omnium bonorum, dapū supernę satietatis opulētissime largitor De' da lasso cibum, collige dispersum, libera captiuum, redintegra scissum, en stat ad ostium & pulsat. Obsecro per viscera misericordię tuę, quibus visitasti nos oriens ex alto, iube pulsanti misero aperiri, vt liberis gressibus ingrediatur ad te, & requiescat in te, & reficiatur de te pane cęlesti. Tu es enim panis, & fons vitæ. Tu lumen claritatis ęternę. Tu omnia, ex quibus viuunt recti, qui diligunt te. Deus lumen cordium te uidentium, & uita animarum te amantium, & uirtus cogitationum te quęrentium, ut sancto tuo amori inhęreant. Veni rogo in cor meū, & ab vbertate voluptatis tuę inebria illud, vt obliuiscatur ista temporalia. Pudet atque piget me talia pati, qualia mundus iste agit. Triste est mihi quod video. Graue est quod de transitorijs audio. Adiuua me Domine Deus meus & da lętitiam in corde meo.

Pulchra Oratio.

¶ *Orat quò Deum pro modulo mentis suæ capere possit, ut dilatetur domus animæ suæ eiectis desiderijs prauis, & receptis bonis, meminitque quanta sit felicitas animæ in cęlum receptæ. Cap. IIII.*

K VEni ad me vt videam te, sed angusta.
est mihi domus animæ meæ: quò
venias ad eam, dilatetur abs te, rui-
nosa est, refice eam: habet quæ of-
fendant oculos tuos fateor & scio,
sed quis mundabit eam? Aut cui alteri præter te
Psal. 18. clamabo: Ab occultis meis munda me Domine,
& ab alienis parce seruo tuo? Fac me dulcis Chri-
ste, bone Iesu, Fac me rogo amore & desiderio tui
deponere onus carnalium desideriorum, & ter-
renarum cōcupiscentiarum. Dominetur rogo car-
ni meæ anima, animæ ratio, rationi gratia tua, &
tuæ me interius & exterius subde voluntati. Tri-
bue mihi, vt laudet te cor meum, & lingua mea,
& omnia ossa mea. Dilata mentem meam, & attol
le intuitum cordis mei, vt vel rapida cogitatione
spiritus meus attingat te æternam sapientiam su-
per omnia manentem. Dissolue me oro a vincu-
lis, quibus constrictus teneor, vt relinquens om-
nia ista tibi festinem, tibi soli inhęream, soli inten
L dam. Felix anima, quæ terreno resoluta carcere, li
bera cęlum petit, quæ te dulcissimum Dominum
facie ad faciem cernit, quæ nullo metu mortis affi
citur, sed de incorruptione perpetuæ gloriæ læta-
tur. Tranquilla est, & secura, nō timet hostem ne
que mortem. Habet iam te pium Dominum, quē
diu quæsiuit, semperque amauit, hymnidicis so-
ciata choris melliflua perpetuæ festiuitatis carmi-
na ad laudem gloriæ tuæ, rex Christe, in ęternum
concinit. Inebriatur enim ab vbertate domus tuę,
& torrente voluptatis tuæ potas eam. Felix socie-
tas supernorū ciuium, & gloriosa solennitas om-
nium ad te redeuntium ab huius nostræ peregri-
nationis tristi labore. Amœnitatem omnis pul-
chritudinis, formositatem totius splendoris, at-
que dignitatem totius elegantiæ iugiter tui ciues
cernunt. Nihil omnino quod conturbet mentem
in te auribus dat. Quæ cātica, quę organa, quæ cā
tilenæ, quæ melodiæ ibi sine fine decantantur?
Sonant enim semper melliflua hymnorum orga-
na, suauissima angelorum melodia, cantica canti-
corum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam a
supernis ciuibus in perpetuum decantantur. Ama
M ritudo & omnis fellis asperitas in regione tua lo-
cum non habet. Non enim est ibidem malignus,
neque malitia. Non est aduersarius & impugnās,
nec est vlla peccati illecebra. Nulla est ibi indigen
tia, dedecus nullum, nulla rixa, nullum imprope-
rium, causatio nulla, nullus timor, nulla inquietu
do, nulla pœna, nulla dubietas, nulla violentia,
nulla discordia, sed pax summa, charitas plena, iu
bilatio & laus Dei ęterna, secura sine fine requies,
& gaudium semper in Spiritu sancto. Fortunatus
ego si audiero iucundissimas ciuium tuorum can
tilenas, carmina melliflua laudes summæ Trini-
tati debito honore promentia, sed nimium felix
si ego ipse meruero cantare cāticum Domino de Psal. 136.
dulcibus cāticis Sion. O vita vitalis, vita sempiter N
na, & sempiterne beata, vbi gaudium sine mœro-
re, requies sine labore, dignitas sine trēore, opes
sine amissione, sanitas sine languore, abundantia
sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine
corruptione, beatitudo sine calamitate. Vbi om-
nia bona in charitate perfecta, vbi species & visio
facie ad faciem, vbi plena scientia in omnibus &
per omnia. Vbi summa Dei bonitas cernitur, &
lumen illuminans a sanctis glorificatur. Vbi præ-
sens maiestas Dei conspicitur, & hoc vitæ cibo si
ne defectu mens inuentium satiatur. Vident &
videre desiderant, sine anxietate & sine fastidio sa
tiantur. Vbi verus iustitiæ sol mira sui pulchritu- O
dinis visione omnes reficit, & ita vniuersos cęle-
stis patriæ ciues illuminat, vt luceant ipsi, lumen
videlicet illuminatum per Deum lumen illumi-
nans vltra omnem solis nostri splendorē, atque
cunctarum stellarum claritatem immortali adhæ
rētes deitati, ac per hoc immortales & incorrupti
biles facti iuxta promissionem Domini Saluato-
ris. Pater quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum Ioan. 17.
& illi sint mecum, vt videant claritatem meam, ut
omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in
te, & ipsi in nobis vnum sint. O regnum cęlorum
regnum felicissimum, regnū carens morte, & va-
cans fine. Cui nulla tempora succedūt per ęuum,
vbi continuus sine nocte dies nescit habere tem-
pus. Vbi victor miles donis ineffabilibus cu-
mulatur,

Nobile perpetua caput amplectente corona.

¶ *Cælestibus bonis perfrui, & terrenis mali erui desideranter orat, eaq; commemorat. Caput. V.*

VTinam remissa peccatorum mole me ul P
timum seruorum Christi iuberes diui-
na pietas, hanc carnis sarcinam depo-
nere, vt in tuæ ciuitatis gaudia æterna
repausandus transirem, supernorum sanctissimis
choris interessem, cum beatissimis spiritibus glo- Grego.
riæ conditoris assisterem, præsentem Dei vultum
cernerem, nullo metu mortis tangerer, de perpe-
tuę immortalitatis incorruptione securus gaude-
rem, & scienti omnia coniunctus omnem igno-
rantiæ cæcitatem amitterem, terrena cuncta par-
uipenderem, conuallem istam lachrymarum in-
tueri, vel reminisci vlterius non dignarer. Vbi vi-
ta laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritu
dine plena, uita domina malorum, ancilla infer-
norum, quam humores tumificant dolores exte-
nuant, ardores exsiccant, aer morbificat, escæ in-
flant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiæ con-
sumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, di-
uitiæ iactant, paupertas deijcit, iuuentus extollit,
senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror de-
primit, Diabolus insidiatur, Mundus adulatur, Ca
ro delectatur, Anima excæcatur, totus homo con-
turbatur, & his tantis malis mors furibunda succe
dit, vanisque gaudijs ita finem imponit, vt cum

R esse desierint, nec fuisse putentur. Sed quas laudes, quasve gratiarum actiones tibi referre valeamus Deus noster, qui nos etiam inter has tantas mortalitatis nostrę erumnas non desinis consolari mira visitatione gratiæ tuæ? Ecce me miserum multis mœroribus plenum, dum vitę meæ timeo, dum peccata mea cōsidero, dum iudicium tuum formido, dum mortis horam cogito, dum supplicia tartari horreo, dum opera mea qua districtione a te pensentur ignoro, dum quo fine illa clausurus sim penitus nescio, dumque hæc & alia multa mecum sub corde retracto, consolaturus ades solita pietate, & inter has querelas, nimiosque ploratus, ac profunda cordis suspiria assumis mœstā & anxiam mentem, super alta iuga montium, ad areolas vsque aromatum, & collocas me in loco pascuæ secus riuulos dulcium aquarum, vbi præparas in conspectu meo mensam multiplicis apparatus, quę fatigatum spiritum recreet, & cor tristitia confectum lętificet. Quibus tandem refocillatus delicijs, multarum miseriarum oblitus, multarum deliciarum affluentia super altitudinem terræ in te vera pace quiesco.

¶ *Amorem suum in Deum profitetur, vt eum crescere faciat, & causas amoris addit. VI.*

S Amo te Deus meus, amo, & magis magisque amare volo, da mihi speciose pre filijs hominum, vt desiderem te, vt amem te quantum volo, quantum debeo. Immensus es, sine mensura debes amari, præsertim a nobis, quos sic amasti, sic saluasti, pro quibus tanta & talia fecisti. Amor, qui semper ardes, & nunquam extingueris, dulcis Christe, bone Iesu, charitas summa, Deus meus, accende me totum igne tuo, amore tui, dilectione tui, desiderio tui, charitate tua, iucunditate & exultatione tua, pietate & suauitate tua, voluntate & concupiscentia tua: quæ sancta est & bona, quæ casta est & munda, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma charitatis tuæ vaporatus, diligam te Dominum meum dul- Luc.10. cissimum & pulcherrimum ex toto corde meo, & ex tota anima mea, & ex totis viribus meis, & omni intentione mea, cum multa cordis contritione, & lacrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore, habens te in corde, & in ore, & præ oculis meis semper & vbique, ita vt nullus in me adulte-

T rinis amoribus pateat locus. Pulcherrime animæ meæ sponse rogo per illam sacratissimam effusionem pretiosi sanguinis tui, quo sumus redempti, da mihi cordis contritionem, & lachrymarum fontem, præcipue dum preces & orationes tibi offero, dum tuę laudis psalmodiam decanto, dum mysterium nostræ redemptionis manifestum misericordiæ tuæ indicium recolo vel profero, dum sacris altaribus, licet indignus, assisto cupiens offerre illud mirabile & cœleste sacrificium omni reuerentia, & deuotione dignum, quod tu Domine meus sacerdos immaculate instituisti, & offerre præcepisti in commemorationem tuæ charitatis, mortis scilicet & passionis pro salute nostra, pro quotidiana nostræ fragilitatis reparatione. Confirmetur mens mea inter tanta mysteria dulcedine præsentiæ tuæ. Sentiat te sibi adesse, & lætetur coram te; ignis qui semper luces, amor qui semper ardes, dulcis Christe, Iesu bone, lumen ęternum, & indeficiens. Panis vitę, qui nos reficis, & in te non deficis, quotidie comederis, & semper integer manes. Resplende mihi, accende me, illumina & sanctifica me, vas tuum de malitia euacua, imple de gratia, & plenum conserua, vt ad salutem animæ meæ manducem cibum carnis tuæ, quatenus manducando te viuam de te, vadam per te, perueniam ad te, repausem in te. O dulcedo amoris, & amor dulcedinis, comedat te venter meus, & nectare tui amoris repleantur viscera mea, vt eructet mens mea verbum bonum. Charitas viua, Deus meus, mel dulce, lac niueum, cibus es grandium. Fac me crescere in te, vt sano palato possis manducari a me. Tu es vita mea, qua viuo, spes, cui inhæreo, gloria, quam adipisci desidero. Tu mihi cor tene, mentem rege, intellectum dirige, amorem erige, animum suspende, & in superna fluenta, os sitientis te spiritus trahe. Taceat quæso tumultus carnis, conticescant phantasiæ terrarum & aquarum, aeris & poli. Taceant somnia, & imaginariæ reuelationes, omnis lingua, omne signum, & quicquid transeundo fit. Sileat sibi & ipsa anima, & transeat se non cogitando se, sed te Deus meus, quoniam tu es reuera tota spes & fiducia mea. Est enim in te Deo, & Domino nostro Iesu Christo dulcissimo, & benignissimo, atque clementissimo vniuscuiusque nostrum & portio, & sanguis, & caro.

¶ *Spei & fiduciæ suæ, quo constantiores fiant, memorat causas & argumenta. Cap. VII.*

V Bi ergo portio mea regnat, regnare me credo, vbi sanguis meus dominatur, dominari me confido, vbi caro mea glorificatur, gloriosum me esse cognosco. Quàmuis peccator sim, de hac tamen communione gratiæ non diffido, & si peccata me prohibent, substantia me requirit. Etsi delicta propria me excludunt, naturæ communio non repellit. Non enim tam immitis est Dominus, vt non diligat carnem suam, mēbra sua, & viscera sua. Desperare vtique potuissem propter nimia peccata & vitia mea, culpas, & infinitas negligentias, quæ egi & quotidie indesinenter ago, corde, ore, opere, & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbū tuum Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo, quoniā subditus ille tibi vsque ad mortem, mortē autem crucis, tulit chirographum peccatorum nostrorum, & affigens illud cruci peccatum crucifixit & mortem. In ipso Col.2. autem securus respiro, qui sedet ad dexteram tuā & interpellat pro nobis. In ipso confisus ad te peruenire

peruenire desidero, in quo iam resurreximus, & reuiximus, & iam in cœlum conscendimus, & in cœlestibus consedimus. Tibi laus, tibi gloria, tibi honor, & gratiarum actio pijssime Domine, qui nos sic amasti, & saluasti, sic iustificasti, & sublimasti. X Pijssime Domine quàm dulcis est memoria tui? quanto magis in te meditor, tanto es mihi dulcior & amabilior. Idcirco delectat me valde bona tua puro mentis intuitu, & dulcissimo pij amoris affectu in loco peregrinationis meæ iuxta modulum meum interim, quàmdiu his fragilibus subsisto membris, considerare. Tuæ enim charitatis iaculo vulneratus sum, tui vehementer desiderio flagro, ad te peruenire cupio, te videre desidero. Idcirco super custodiam meam stabo, & 1.Cor.14. vigilantibus oculis psallam spiritu, psallam, & mente, & totis viribus te factorem meum collaudabo. Polum penetrabo, mente & desiderio tecũ ero, vt in præsenti quidem miseria solo corpore te near, tecum autem cogitatione, & auiditate, atque omni desiderio sim semper, quatenus ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, in- Y comparabilis, summeque amabilis. Sed ecce Deus meus pijssime ac misericordissime Domine dum tuæ immensæ bonitatis & pietatis gloriam considerare volo, cor meum non sufficit. Excedit enim omnem sensum humanæ mentis tuum decus, tua pulchritudo, tua virtus, tua gloria, tua magnificentia, tua maiestas, & tua charitas. Sicut inæstimabilis est tuæ gloriæ splendor, ita ineffabilis est tuæ charitatis benignitas, qua illos, quos de nihilo creasti, Z adoptas in filios, & tibi coniungis. O anima mea si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari, nonne erat dignum pati omne quod triste est, vt tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur? Indesinenter igitur dæmones parent suas tẽtationes, frangãt corpus ieiunia, prẽmant vestimẽta, labores grauent, vigiliæ exsiccẽt, curæ excitẽt, clamet me iste, inquietet ille, vel ille, frigus incuruet, conscientia murmuret, calor vrat, caput doleat, pectus ardeat, infletur stomachus, pallescat vultus, infirmer totus, deficiat in dolore Abac.3. vita mea, & anni mei in gemitibus, ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: vt te quiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum.

¶ *De cœlestis gloriæ excellentia, & eius contemplatione, & modo obtinendi eam.* VIII.

A Quę tunc erit vniuscuiusque nostrum gloria, quàm grandis sanctorum lætitia, cum vnaquæque facies fulgebit vt sol, cum ordinibus distinctis populum suum Dominus in regno patris sui cœperit recensere, & meritis atque operibus singulorum prẽmia promissa restituet, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna? Reuera cumulus felicitatis erit, cum Dominus adducet sanctos in visionẽ paternæ gloriæ, & faciet in cœlestibus cõsidere, vt sit Deus omnia in omnibus. O felix iucunditas, & iucũda felicitas sanctos videre, cũ sanctis esse, & esse sanctũ. Deum videre, & Deũ habere in ęternũ & vltra. Hoc sedula mente cogitemus. Hoc desiderio toto desideremus, cito vt ad eos peruenire valeamus. Si quæras quomodo istud potest fie- B
ri, vel quibus meritis, quibusve auxilijs: audi. Res ista posita est in potestate facientis, quoniã regnũ cęlorũ vim patitur. Regnũ cœlorũ o homo Matt.11.
aliud non quærit pretium nisi teipsum. Tanti valet, quantum es. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de pretio? Christus semetipsum tradidit, vt acquireret te regnũ Deo patri. Ita tu temetipsum da, vt sis regnum eius, ac nõ regnet peccatũ in tuo Rom.6.
mortali corpore, sed spiritus ĩ acquisitionẽ vitæ. O anima mea reuertamur ad ciuitatẽ cœlestẽ, in qua scripti sumus & ciues decreti. Sicut ergo ciues sanctorum, & domestici Dei, & sicut hæredes Dei, coheredes autem Christi, consideremus inclytam Rom.8.
nostrę vrbis felicitatẽ inquãtũ cõsiderare possibile Psal.86.
est. Dicamus ergo cũ propheta. O quã gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: sicut lętantiũ omniũ habitatio est in te. Fundaris enim exultatione vniuersæ terræ. Non est in te senectus, nec senectutis miseria. Nõ est nanus, nec claudus, nec gibbosus, neque deformis, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi. Ephe.4.
Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non ęgritudinis imbecillitas? Nemo læditur, irascitur nemo, nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullũ cibi desideriũ, nulla honoris pulsat aut potestatis ambitio, nullus ibi diaboli metus, insidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procul; mors nulla neque corporis, neque animæ, sed immortalitatis munere iucũda vita. Nulla erit tũc vsquã discordia, sed cũcta cõsona, cũcta conueniẽtia quia omnium sanctorum erit vna concordia. Pax cuncta & lætitia continet, trãquilla sunt omnia & quieta. Iugis splendor, non iste qui nunc est, sed tãto clarior quãto felicior. Quia ciuitas (vt legitur) Apo.21.
illa nõ egebit lumine solis, sed Dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Vbi sancti fulgebunt vt stellę in perpetuas ęternitates, & sicut splendor firmamenti qui erudiunt Dan.12.
multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebrę, cõcursus nubiũ nullus, nec frigoris ardorisve asperitas vlla, sed talis erit rerum temperies, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- 1.Cor.2.
nis ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Verum super hæc omnia consociari choris Philip.4.
angelorum & archangelorum, atque omnium cœlestium virtutum, intueri patriarchas & prophetas, videre Apostolos atque omnes sanctos, videre etiam parentes nostros: gloriosa sunt hæc, sed multo gloriosius est præsentem Dei vultum Greg.
cernere, incircumscriptum lumen videre. Super excellens gloria erit cum Deum videbimus in seipso, videbimus & habebimus in nobis, quem cernere finis est sine fine. Psal.18.

¶ Anima cur sit similitudine Dei prædita, & ad quantam ex ea re spem & fiduciam assurgere valeat, & de amoris animæ in Deum meritis. Cap. IX.

D ANima insigni Dei imagine illustris similitudinem habet in se se ex Deo, quo admoneatur semper aut stare cum eo, aut redire si mota cum suis affectibus immo defectibus fuerit. Et non solum habet vnde respirare in spem veniæ queat per spem misericordiæ, sed vnde etiã audeat aspirare ad nuptias verbi, & cum Deo inire fœdus societatis, atque cum rege angelorum ducere suaue iugum amoris. Hæc omnia facit amor si anima exhibeat se similem Deo per voluntatem, cui similis est per naturam, diligens sicut dilecta est. Solus est amor ex omnibus animæ motibus, sensibus, atque affectibus, in quo potest creatura & si non ex æquo respondere acturi, vel de simili mutuam rependere vicem. Amor vbi venerit cæteros omnes in se traducit & captiuat affectus. Amor per se sufficit, per se placet, & propter se. Ipse est meritum, ipse præmium, ipse causa, ipse fructus, ipse vsus. Per amorem coniungimur Deo. Amor facit idem velle & idem nolle, amor facit prius mores componere, & postmodum omnia quæ adsunt tanquam non adsint considerare, tertio vero loco munda cordis acie superna & interna conspicere. Per amorem primum in seculo bene geruntur honesta, post modum etiam omnibus honesta seculi despiciuntur, ad extremum etiam Dei intima conspiciuntur. Deus Pater charitas est, Deus Filius charitas est. Spiritus sanctus amor Patris & Filij est hæc charitas, & hæc charitas aliquid simile requirit in nobis, scilicet charitatem, qua velut quadam affinitate cõsanguinitatis ei sociemur, & coniungamur. Amor dignitatis nescius reuerentiam nescit. Qui amat per seipsum fiducialiter accedit ad Deum, familiariter loquitur ei, nihil timens, nihil hæsitans. Perdit quod viuit, qui Deum non diligit. Qui autem diligit, oculos suos semper habet ad Deũ, quem diligit, quem desiderat, in quo meditatur, in quo delectatur, in quo pascitur, & impinguatur. Iste talis sic deuotus ita cantat, ita legit, & in omnibus operibus suis sic est prouidus & circũspectus, quasi Deus adsit præsens ante oculos eius, si cut reuera adest. Ita orat quasi sit assumptus & præsentatus ante faciem maiestatis in excelso throno, vbi millia millium ministrant ei: & decies centena millia assistunt ei. Animam, quam visitat amor, expergefacit dormientem, mouet & emollit eam, & vulnerat cor eius, tenebrosa illuminat, clausa reserat frigida inflammat, mentem asperam & irascibilem, & impatientẽ mitigat, vitia fugat, carnales affectus comprimit, mores emẽdat, reformat & innouat spiritum, lubricæ ætatis motus, aususq; leues coercet. Hęc omnia facit amor cum præsens est, cũ vero abscesserit, ita incipit anima iacere languida, ac si cacabo bullienti subtraxeris ignem. Magna res est amor, quo anima per semetipsam fiducialiter accedit ad Deum, Deo constanter inhæret, Deum familiariter percontatur, consultatq; de omni re. Anima quę amat, nihil aliud potest cogitare, nihil loqui, cætera cõtemnit, omnia fastidit, quicquid meditatur, quicquid loquitur amorem sapit, amorẽ redolet, ita eam amor Dei sibi vendicauit. Qui vult habere notitiam Dei, amet. Frustra accedit ad legendũ, ad meditandum, ad orandum, qui non amat. Amor Dei amorem animę parit, & eam intendere sibi facit, amat Deus vt ametur. Cum amat nihil aliud vult quàm amari sciẽs amore ipso beatos qui se amauerint. Anima amans cunctis renuntiat suis affectionibus, & tota soli incumbit amori, vt possit respondere amori in redhibendo amore, & cum tota infuderit se in amorem, quantum est ad fontis perennis profluuiũ? Non pari vbertate currunt amor, & amans, Deus & anima, creator & creatura, tamen si ex toto se Deũ diligit nihil deest vbi totum est. Non timeat anima quæ amat, paueat quæ non amat. Anima amans fertur votis, trahitur desiderijs, dissimulat merita, maiestati oculos aperit, claudit voluptati. Ponens in salutari & fiducialiter agens in eo. Amore anima secedit, & excedit à corporeis sensibus, vt sese non sentiat, quæ Deum sentit. hoc fit cum mens ineffabili Dei illecta dulcedine quodammodo se sibi furatur immo rapitur atque elabitur à seipsa, ut Deo fruatur ad iucunditatem. Nihil tam iucundum nisi esset tam modicum. Amor dat familiaritatem Dei, Familiaritas ausum, ausus gustum, gustus famẽ. Anima quam tangit amor Dei, nihil aliud potest cogitare, nihil desiderare, frequenter suspirat dicens. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Deus amore uenit ad homines, uenit in homines, factus est homo. Amore Deus inuisibilis seruis suis factus est similis, Amore uulneratus est propter delicta nostra.

Amoris præstantia — *Charitas.* — E — *Dan. 7.* — F — *Pulchra de Amore ad Deum.* — *Psal 41.*

¶ De requie tuta & firma in vulneribus, visceribus, & morte Christi, quæ ab omnibus protegunt malis, & insidijs. Cap. X.

G TVta & firma requis est infirmis & peccatoribus in uulneribus Saluatoris. Securus illic habito, pateot mihi uiscera per uulnera. Quicquid ex me mihi deest, usurpo mihi ex uisceribus Domini mei, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina, per quæ effluant. Per foramina corporis patet mihi arcanum cordis, patet magnum pietatis sacramentum, patent uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Vulnera Christi Iesu plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine, & charitate. Foderunt manus eius & pedes, & latus lancea forauerunt. Per has rimas licet mihi gustare, quoniam suauis est Dominus meus: quoniam reuera suauis, ac mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus eum in ueritate, omnibus inquirentibus, & maximè diligentibus. Copiosa redemptio data est nobis in vulneribus Saluatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis, gratiæ plenitudo, & perfectio virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad uulnera Christi, Cum me pre-

Luc. 1. — *Psal. 21.* — *Psal. 33.* — *Psal. 129.*

ritit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei resurgo. Com diabolus parat insidias mihi, fugio ad viscera Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum filij Dei extinguitur. In omnibus aduersitatibus non inueni iam efficax remedium quàm vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam

H

Mors Christi. est ad mortem, quod morte Christi nobis non soluatur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Mors eius meritum meum, refugium meum, salus, vita, & resurrectio mea. Meritum meum, miseratio Domini. Non sum meriti inops, quandiu ille miserationum oblitus non fuerit. Et si misericordiæ Domini multæ, multus ego sum in meritis. Quanto ille potentior ad saluandum, tanto ego securior. Peccaui peccatum grande, & multorum sum mihi conscius delictorum. Nec sic despero, quoniam vbi abu-

Roma. 5 dauerunt delicta, superabundauit & gratia. Qui desperat de venia peccatorum suorum, negat Deū esse misericordem. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est negat eum habere charitatem, veritatem, potestatem, in quibus tota spes mea cōsistit scilicet in charitate adoptionis, in veritate promissionis, in potestate redditionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiēs cogitatio mea dicens. Quis enim es tu, aut quanta est gloria, quibusue meritis illam obtinere speras, & ego fiducialiter respondeo. Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filiū, quia verax est in promissione, potens in exhibitione, & licet ei facere quod vult. Non possum terreri multitudine peccatorum, si mors Domini in mentem venerit, quoniam peccata mea illum vincere non possunt. Claui & lancea clamant mihi, quod vere reconciliatus sim Christo, si eum amauero. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea, & ego intra

1. Ioan. 4. ui, & ibi requiesco securus. Qui timet amet, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem. Nullū tam potens est & tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum, quàm mors Redemptoris mei. Extendit brachia sua in cruce, & expandit manus suas in cruce paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia Saluatoris mei & viuere volo, & mori

Psal. 39. cupio. Ibi securus decantabo. Exaltabo te Domine, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Saluator noster caput inclinauit in morte vt oscula daret dilectis suis. Toties Dominum osculamur, quoties in eius amore compungimur.

¶ *Excitatur anima ad amandum Christum & se illi conformandam per amorem. Cap. X I.*

I Anima mea insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum angelis dilige illum, à quo tantopere dilecta es. Intende illi, qui intendit tibi. Quære quærentem te. Ama amorem tuum, a quo amaris, cuius amore præventa es, qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse est præmium, ipse fructus, ipse vsus, ipse finis. Esto solicita cum solicito, cum vacante vacans, cum mundo munda, & cum sancto sancta. Qualē te paraueris Deo, talis oportet appareat tibi Deus.

Psal. 85. Suauis & mitis & multæ misericordiæ suaues &

Psal. 39. dulces & humiles & misericordes requirit. Ama illum, qui eduxit te de lacu miseriæ, & de luto fæcis Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis, qui, cum omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem seruabit. In die sepulturæ tuæ cum omnes amici tui recedent a te, ille te non derelinquet, sed tuebitur a rugientibus præparatis ad escam, & conducet per ignotam regionem, atque perducet ad plateas supernæ Sion, & ibi collocabit cum angelis ante faciem maiestatis, vbi audies melos angelicum. Ibi enim est canticum lętitiæ, vox exultationis & salutis, gratiarū actio, uox laudis atque alleluia perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis supereminens gloria, superabundans lętitia, & omnia bona. O anima mea suspira ardenter, desidera vehementer, ut

Psal. 86. possis peruenire in illam ciuitatem supernā, de qua

Ibidem. tam gloriosa dicta sunt, in qua sicut lętantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere, amanti nihil est difficile, nihil impossibile. Anima, quæ amat ascendit frequenter, & currit familiariter plateas cęlestis Hierusalem, visitando illos patriarchas & prophetas, salutando Apostolos, admirando exercitus martyrum & confessorum, choros virginum speculādo. Cœlū & terra, & omnia quæ in eis sunt, nō cessant mihi dicere, vt amem Deum meū. Quid K autem amo cum Deum meum amo? Non speciem corporis, non decus temporis, nec candorem lucis istis oculis amicum, non dulces melodias suauium cantilenarum, nō florum, & vnguentorū, & aromatum suaue olentia, non māna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hæc amo cum amo Deum meum, & tamen amo quandam lucem & quandā vocem, quēdam odorē, & quendā cibū, & quendam amplexum interioris hominis. Vbi fulget animæ meæ quod non capit locus, & vbi sonat quod non rapit tempus, & vbi olet quod non spargit flatus, & vbi sapit quod non minuit edacitas, & vbi hęret qđ non diuellit satietas, hoc est quod amo cum Deum meum amo. Amo quandam lucem, vocem, odorem, cibū, amplexū. Et quid hoc est? Interrogaui terram, & dixit, non sum. Et quęcunq; in ea

Pulchra pro Concionatore. sunt idem confessa sunt. Interrogaui mare, & abyssos, & reptilia animarum viuarum, & responderūt, non sumus Deus tuus, quære supra nos. Interrogaui cœlum, solem, lunam, & stellas, neq; nos sumus Deus, quem quæris, inquiunt. Et dixi omnibus his, quę circunstant fores carnis meę. Dicite mihi de Deo meo, quod vos non estis, dicite mihi de eo aliquid, & exclamauerunt voce magna, ipse fecit

Psal. 99. nos. Et direxi me ad me, & inueni te in memoria mea Deus meus, quoniam dignatus es habitare in ea ex quo te didici, & in ea te inuenio cum reminiscor tui, & delector in te.

¶ De

¶ *De vita nostræ reparatione per mortem Christi, & de laude Charitatis, ac de latitudine eius. Cap. XII.*

I. Res vetus erat, vt homo moreretur: res noua facta est, vt Deus moreretur, quatenus mortis suæ nouitate dissolueret mortis nostræ vetustatem, & per crucis irrisionem carnis nostræ perimeret corruptionem. Contra mortis nostræ vetusta tem attulit vitæ nostræ nouitatem, contra vetus peccatum attulit nouum mandatum, scilicet charitatē.

Charitatis laus. ¶ Extingue cupiditatem si vis amplecti charitatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita radix bonorum charitas. Plenitudo legis charitas, finis præcepti est charitas. Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas, qua deum & proximum diligimus. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Si non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, vbi pendent omnia. Ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti. Ille nāq; tenet quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem seruat in moribus. Charitas non est si patiens & benigna non est. Charitas non est si æmula tur, si agit perperam, si inflatur, si quærit quæ sua sunt. Charitas non est si irritatur, si cogitat mala, si gaudet super iniquitate, si non gaudet de veritate. Charitas omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert. Charitas nunquam excidit. Sic probare potest si charitatem habes. Sine charitate diues, pauper est, & in ea pauper, diues. Charitas in duris passionibus est fortis, in bonis operibus hilaris, in tē tationibus tutissima, in hospitalitate latissima. Inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. Summa apostolicæ doctrinæ hæc est, vt nemini quicquam debeamus, nisi vt inuicem diligamus. Charitas sic complectatur omnes amicos, vt dilatetur vsque ad inimicos. Amicis se volentibus reddat, inimicis se nolentibus ingerat. Istos teneat, illos acquirat. Illos oblectet vt ex amicis non efficiantur inimici, illos inuitet vt fiant ex inimicis amici. Dominus etiam vsque ad inimicos charitatem iubet extendi dicens. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Dic Domine quam mercedem dabis nobis si diligamus inimicos nostros, vt sitis, inquit, filij patris vestri, qui in cœlis est. Si amarum videtur quod audienti iubetur, sit dulce quod obedienti promittitur. Qui diligunt inimicos suos, & benefaciunt eis, qui se oderunt, filij Dei erunt. Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Audite igitur Christiani, audite filij Dei, & cohæredes Christi, vt paternam possideatis hæreditatem non solum amicis, sed etiam inimicis impendite charitatē. Nulli charitas negetur, quę ab omnibus bonis cōmuniter possidetur. Omnes eam simul habete, & vt eam magis habeatis, & bonis eam & malis impendite. Charitas Dei Deus est, quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Charitas quanto magis multiplicatur, tanto largius à Deo erogatur. Dū redditur charitas, ditescit redditor charitatis. Charitas inimicos vocat ad concordiam. Charitas delectatur illatam iniuriam condonare. Et quis potest charitatis præconium congruis sermonibus explicare? quę nec in cœlis est sola, nec in terra remanet destituta. In terra habet contubernium amicorum, in cœlo consortium possidet angelorum. Laborat in mundo, requiescit in Deo.

(Margin: 1. Tim. 6. — Matt. 22. — 1. Co. 13. — Rom. 13. — Matt. 5. — Ibidem. — Roma. 8. — Rom. 5.)

¶ *De interioris hominis custodia habenda per virtutes cardinales, & de timore nuntio mortis, & responsis eius, de diaboli insultu, & de inferni cruciatu: Item consilium virtutum ad euadenda inferni mala. Cap. XIII.*

Ad insinuandam interioris hominis custodiam Dominus Iesus talem similitudinem ponit. Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum suam. Pater iste familias animus potest intelligi, cuius familia sint cogitationes & motus earum, sensus quoq;, & actiones tam exteriores quàm interiores. Quę familia lasciuiens nimis & petulans erit, nisi eiusdem patris vigore coercita & disposita fuerit. Nam si vel parum à sua solicitudine torpuerit, quis potest dicere quomodo per cogitationes, oculi, lingua, aures, & cætera organa insolescant? Domus est conscientia, in qua pater iste habitans thesauros virtutum congregat, propter quos ne domus effodiatur, sum mopere vigilatur. Fur autem non vnus est sed multiplex, quia singulis virtutibus singula vitia insidiantur. Principalis tamen fur diabolus intelligitur. Contra quem & eius satellites pater idem (si tamen non negligens fuerit) domum suam forti custodia muniens, prudentiam in primo aditu constituat, quę discernat quid sit admittendum, quid vitandum, quid excludendum. Secus hanc fortitudo locetur, vt hostes, quos prudentia venire nunciauerit, repellat. Iustitia sedeat in medio, vt sua cuique tribuat. Et quia qua hora fur sit venturus nescitur, omni hora timeatur, & ne so mnus peccati subrepat, assidue vigilandum est. His ita dispositis introducere debet prudentia aliquos nuntios, qui aliqua narrent, quę ad exercitationem valeant. Itaque nuntius mortis ingressum postulans admittitur. Qui rogatus vt dicat qui sit, vnde ueniat, quid viderit, se respondit non aliter quicquam dicturum, nisi summum fiat silentium. Quo impetrato sic incipit. Ego sum timor mortis, & mortem vobis venire nuncio. Prudētia loquitur pro omnibus, & interrogat sic dicens. Vbi est mors?

(Margin: Luc. 12. — Nuntius mortis.)

Memoria mortis. Scio quia non tardat uenire, & prope est. Sed diem & horam aduentus eius ego ne scio. Prudentia. Et qui ueniunt cum illa? Memoria. Mille dęmones ferentes secum libros grandes, & uncos ferreos, & igneas catenas. Prudentia, quid prętendunt his omnibus? Memoria. In libris scripta sunt omnia peccata hominum, & quorum

(Margin: Dialogus pulcher.)

ibidem peccata scripta sunt, illos sui esse dicunt iu-
ris. Vncos ferunt, vt quos sui esse iuris conuicerint,
eorum animas violenter extrahant,& ligatas cate-
nis in infernum pertrahant.
Prudētia. Qualis est infernus? vel qd vidisti ī eo?
P Memoria. Infernus latus est sine mēsura, profun
Infernus. dus sine fundo, plenus ardore incōparabili, plenus
fœtore intolerabili, plenus dolore innumarabili. Ibi
miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullūs, ibi horror ęter
nus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali. Om-
nis, qui est in eo, odit se,& omnes alios. Ibi vidi om
nia genera tormentorum, quorum minimū est ma-
ius omnibus his tormentis quæcumque in hoc se-
Mat. 22. culo fieri possunt. Ibi est fletus & stridor dentium,
† nimium ibi transitur à frigore niuium ad calorem † ignū,
& vtrumque intolerabile. Ibi omnes cōburuntur &
Esa. vlt. vermibus corrodūtur, nec consumuntur. Vermis
quorum nō moritur,& ignis nō extinguitur. Nulla
ibi vox, nisi væ væ, væ habēt, væ sonant, tortores dia
bolici torquent pariter & torquentur,& eorum nū-
quā finis erit aut remediū. Talis est infernus & mil-
lies peior, & hæc vidi in inferno & millies peiora.
Prudentia. Deus quid faciemus? Nunc fratres
1. Cor. 8. audite consilium meum,& date vestrum. Estote fi-
deles, prudentes, & uigilate in orationibus pro-
uidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam
coram hominibus.
Psal. 94. Temperantia. Præoccupemus faciem eius &c. So
1. Pet. 5. brij estote & vigilate &c.
Fortitudo. Cui resistite fortes in fide. Cōfortami
Ephe. 6. ni in Domino, induite vos armaturam Dei, loricam
iustitię, scutū fidei, galeā salutis. Assumite & gladiū
Tit. 2. spiritus, quod est verbum Dei. Iustitia. Sobrie & iu
ste & pie viuamus. Sobrie in nobis, iuste ad proxi-
mum, pie ad Deum. Et quod nobis fieri nolumus,
alijs non faciamus, hoc enim iustum est.

¶ *De secundo nuntio, qui est amor & desiderium æternæ vitæ, & de gaudijs & incolis cœli per eum enuntiatis. Cap. XIIII.*

Prudentia loquitur.

Q ALius nuntius venit pulcher & hilaris,
qui videtur afferre bona.
Iustitia. Admittatur, forsitan nos læti
cabit, nam iste prior terruit nos.
Prudentia, admittam. Ingredere &
qui sis, vnde venias, quid videris edicito.
Nūtius. Ego sum amor vitæ æternę,& desideriū
cœlestis patriæ. Si me vultis audire, silentium &
quietem habete, non enim inter clamores & tumul
tus audiri possum.
Iustitia. Si nos, dum timor & memoria mortis lo
queretur, tacuimus, iustum est vt te loquente multo
magis taceamus.
Desiderium vitę æternæ. Tacete ergo. Vidi talia,
quę nullus hominum potest digne loqui. Dicam ta
men aliquid prout potero. Vidi Deum, sed per spe-
culum & in ænigmate. Contemplatus illam ineffa-
bilem indiuiduę Trinitatis maiestatem initio fineq;
carentem. Sed quia lucem habitat inaccessibilē ab
ipsa luce reuerberati sunt oculi mei,& intuitus obtu
sus. Exuperat enim omnem sensum, omnemque in-
tuitum illa claritas, illa pulchritudo. Aliquantisper
tamen intuitus sum Dominum Iesum Christum in
dextera patris sedentē, in ęterna vita regnantē, quā-
uis super omnem creaturam adeo speciosum, vt in 1. Petr. 1.
eum desiderent angeli prospicere, ad hæc tamē vul-
nera passionis, quibus nos redemit, in corpore suo
habentem, patri pro nobis assistentem. Vidi iuxta
ipsum gloriosam matrem eius cum omni honore
& reuerentia in throno mirabili sedentem, super
omnes ordines beatorum angelorum & hominum
exaltatam, suum filium pro nobis interpellantem,
& eius cui vult miserentem. Sed hanc admirabilem R
claritatem matris & filij diu ferre non sustinens cō-
uerti aspectum meum ad illos beatorum spirituum
ordines, qui ante Deum assistunt, quorum sempiter Angeli.
na beatitudo de visione Dei & amore, nec minuitur
nec finitur, sed semper crescit,& permanet. Sed nec
istorum quidem gradus & dignitates laudes quoq;
quas creatori referunt, vllus hominum cogitare ne
dum enarrare sufficiat. Deinde prophetas intuitus Prophetę.
sum,& patriarchas miro exultantes gaudio, qui eā, Patriarchæ.
quam olim a longe salutauerant patriam, obtinent,
qui ea, quæ in spiritu præuiderant, completa conspi
ciunt. Vidi Apostolos in thronis sedentes, tribus & Apostoli.
linguas omnes iudicare paratos, & de pauperibus,
& de infirmis tam gloriosos tamque sublimes fa-
ctos a Domino Iesu, satisq; super hoc miratus sum. Martyres
Vidi sed peruidere non potui innumerabilem bea-
torum martyrum exercitum gloria & honore corō
natum, qui passiones huius temporis, quas pertule-
rant minimas reputabant ad illā gloriam, quę reue- Confessores, & doctores.
lata erat in eis. Horum felicitate & gloria diu dele-
ctatus respexi gloriosam multitudinem confessorū,
inter quos viri apostolici, & doctores, qui sanctā ec
clesiam doctrinis suis munierunt, fulgent quasi stel
lę in perpetuas ęternitates. Sūt ibi monachi, qui pro Monachi.
claustris & cellis angustis immensa & sole clariora
palatia possidentes, pro asperis tunicis niue cādidio
res, omniq; suauitate molliores vestes induti, ab o-
culis quorum abstersit Deus omnem lachrymam. Virgines.
Regem in decore suo vident. Postremo ad chorum
virginū respexi, quarum gloria ornatus & melodia Apoc. 14.
dulcis. Nā cantabant cāticum, quod nemo alius po-
terat dicere, nulla hominū eloquentia digne enarra
re potest. Sed odor in regione earum tam suauis e-
rat, vt omnia aromatum genera exuperet.

¶ *De ciuium cœlestium communi actione, & exultatione prima. Cap. XV.*

Loquitur iterum Prudentia.

PLacet qd dicis. De singulis beatorū ordini S
bus mira dixeris, qsumus vt q̄ sit eorū in
cōi actio edicas. Desideriū vitę ęternę. Di
cā vtcūq; potero. Omniū simul in cōmu-
ni actio septiformis est. Viuūt, sapiūt, amāt, gaudēt,
laudāt, veloces sunt, securi sunt. Prudētia. Licet ali-
quatenus hoc intelligam, tamē pp audientes de sin Beati.
gulis pauca dissere. Desiderium: fiat. Viuunt vita
sine

Viuunt. sine fine, sine molestia, sine diminutione, sine omni aduersitate. Vita eorum visio & cognitio beatæ Ioan. 17. Trinitatis, sicut Dominus ait. Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te Deũ verum, & quẽ misisti Iesum Chri- Sapiunt. Psal. 35. stum. Sapiunt consilia atq; iudicia Dei, quæ sunt abyssus multa. Sapiunt causas, & naturas, & origines Amant. omniũ rerum. Amant Deũ incomparabiliter, quia sciũt vnde & ad quid eos Deus prouexit. Amãt sin- Gaudent. gulos singulos sicut seipsos. Gaudent de Deo ineffabiliter. Gaudent de tanta sua beatitudine. Et quia vnusquisque vnumquẽque diligit sicut seipsum, tantũ gaudiũ quisq; habet de bono singulorũ quantũ de suo, quoniã bonũ, quod non habet in seipso, possidet in altero. Cõstat igitur, quòd singuli tot gaudia habent quot socios, & singula gaudia tanta sunt singulis, quantum proprium singulorum. Cum autem quisq; plus amet Deũ quã seipsum, & omnes alios secum, plus gaudet de Dei felicitate quam de sua, & omnium aliorũ secũ. Si ergo cor vniuscuiusq; vix capit suũ gaudium, quomodo capit tot & tanta gau- Matt. 25. dia? Ideo dicitur, Intra in gaudiũ Domini tui: nõ, intret gaudium Domini tui in te, quia capi nõ posset. Laudant. Psal. 83. Inde laudãt Deũ, sine fine, sine fastidio, sicut scriptũ est. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in Veloces sunt. secula seculorum laudabunt te. Veloces sunt, quia vbicunq; esse vult spiritus, ibi est etiam corpus. Om- Securi. nes securi sunt. Securi sunt de tali vita, de tanta sapientia, de tãto amore, de tãto gaudio, de tali laude, de tali velocitate, quòd nullum finem, nullã diminutionem, nullum detrimentũ habebunt. Ecce pauca dixi vobis, quæ vidi in cælo. Neq; enim vt vidi dicere, neque vt sunt videre potui.

Prudentia vere in cœlo te fuisse, vera vidisse, vera narrasse te intelligimus.

FORTI Roma. 8. Fortitudo. Quis igitur nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia &c. Certa sum, quia neque mors, neque vita, neque cætera alia poterunt Timoris electio. nos separare à charitate Christi.

Iustitia. Eijciatur foras ille prior nuntius, non est enim iustum in eadem domo manere cum isto. Perfecta enim charitas foras mittit timorem.

1.Ioan. 4. Fortitudo. Egredere timor. Iam non eris in finibus nostris. Timor. Quid mali feci? Age age, ego pro bono dixi quod dixi.

Rom. 12. Temperantia. Fratres dico, nõ plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Tu vero egredere Timor, & æquo animo patere iudiciũ, quod Iustitia iudicauit. Forsitan tu admitteris si Desiderium vitæ æternæ aliquando loqui cessauerit.

Author. Sic debet quisque torporẽ suũ excutere, & à timore ad cœlestis patriæ desideriũ transferre.

§ *De beatitudinibus animæ, & ferculis vitæ æternæ, descriptioque virtutum, per quas ad eas peruenitur. Cap. XVI.*

V IN ea siquidem cœlesti patria est vita sine morte. Iuuentus sine senectute. Sanitas sine infirmitate. Requies sine labore. Gaudium sine tristitia. Pax sine discordia. Delectatio sine fastidio. Lux sine tenebris. Pulchritudo sine turpitudine. Agilitas sine ponderositate. Fortitudo sine imbecillitate. Libertas sine seruitute. Voluptas sine anxietate. Longæuitas sine vitæ termino. Sapientia sine insipientia. Amicitia sine inimicitia. Concordia sine discordia. Honor sine dedecore. Securitas sine timore.

§ Charitas est motus animi rationalis ad diligen- Charitas. dum seipsum propter Deum, amicum in Deo, inimicũ propter Deũ. Humilitas est contemptus secu- Humilitas. li, & abiectio sui. Obedientia est vicaria seruitus. Obedientia. Disciplina est necessarium sanctitatis officium, vi- Disciplina. tia arguentis, & peccata corrigentis. Item disciplina est ordinata morum correctio, maiorumq; antecessorum regularis obseruatio: ex hac nascitur clemen- Clemẽtia. tia. Clementia est benignitas superioris erga inferio- Iustificatio. res. Ex qua rursus generatur iustificatio. Iustificatio est rei perfectæ consummatio. Castitas est munditia Castitas. corporis cum integritate mentis. Perseuerantia est Perseuerantia. exitus rei per consummationem fidei. Charitas est Charitas, &c. virtutum radix. Humilitas bonorum conseruatrix. Obedientia præceptorum incitatrix. Disciplina vitiorum emendatrix. Castitas monachorum adorna trix. Perseuerantia bonorum omnium coronatrix.

§ *Descriptio quorundam vitiorum religionem suffocantium, vt sunt crapula, ebrietas, ociositas, & quæ in ociosis subrepunt cogitationes prauæ: & quòd nullum peccatum maneat impunitum. Cap. XVII. & vltimum.*

CONtra has virtutes continuo prælio di- X uersa pugnant vitia, Crapula, ebrietas, & ocia, ex quibus mala cogitatio. Escæ enim variæ crapulam, potus frequentes ebrietatem generant. Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, fu- Ebrietas. rorem cordis, flammam libidinis. Ebrietas ita mentem alienat, vt ipsa vbi sit nesciat, sæpeque malo consentit, quod per ebrietatem immittitur. Vnde est illud, quod iuxta prophetam dicitur. Fornicatio & vi- Ose. 4. num & ebrietas auferunt cor. Fornicatio (sicut Sa- Fornicatio. lomonem) infatuat sapientem. Ebrietas (sicut ipsius Loth) sensus ratione captiuat. Vnde in prouerbijs. Noli regibus dare vinum, quia nullum secretũ est, Prouerb. 31. vbi regnat ebrietas, Ne forte bibãt, & obliuiscantur iudiciorum. Plerisque laudi dandum videtur multũ bibere & non inebriari, audiant hi aduersum se prophetam dicentem. Væ qui potentes estis ad biben- Esa. 5. dum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. De ociositate autem Gregorius. Ociosæ inquit, mẽ- Ociositas ti spiritus maligni prauas cogitationes ingerunt, ut si requiescit ab opere, nõ requiescat à malorum operũ delectatione. Fac ergo aliquid operis, vt diabo- Y lus te semper inueniat occupatum. Nam antiquus Cogitationum suggestio. hostis, mox vt ociosam mentem inuenerit, ad eã sub quibusdam occasionibus locuturus venit, & quædem ei de gestis præteritis ad memoriam reducit. Audita quædam verba indecenter resonat, & siqua dudum turpiter acta sunt, eorum speciem oculis opponit cordis, & quẽ de præsentibus non valet inquinare, de malis trãsactis violat, & deceptam mentẽ sæpe in delectatione reparat. Vnde diu p impugnatio nẽ afflixit, vt vere cum Psalmista dicat, Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ

Psal. 37. meæ. figo cicatrix ad putredinem redit, quãdo peccati vulnus, quod iam per penitentiã sanatum est, in delectationem sui animã concutit. Sæpe quod nunquam fecimus, per hostis callidi insidias cordis oculis videmus. Cumque in hoc sensibiliter delectatio subrepserit, quamuis iam plangat quæ fecerit, tædet tamen infelicem animam quædam non fecisse quæ plangit. Hæ sunt cordis nostri tenebræ, quas in hac vita scientes, volentesque sustinemus. Quid contra hæc mala quærendum est, nisi adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Diabolus non cogendo, sed suadendo nocet. Non est vnde plus gaudeat diabolus, nisi quando homo dicit, quod ipse fecerit vt peccaret. Gregorius. Dũ in cogitatione voluptas nõ reprimitur, etiã in actione dominatur. Augustinus. Nullus potest facere aliquid, nisi præcesserit iussio

Z cogitationis, quia facta de cogitatione procedũt. Nõ potest autẽ fieri, vt habeat mala facta, quæ habet cogitationes bonas. Firmiter credere debemus, quòd nullum peccatũ sine vindicta relinquitur. Aut enim hic per pœnitentiam vnusquisque peccatum suum delet, aut Dominus pie per suum flagellum purgat, aut post mortẽ igne purgatorio purgabitur. Quòd si his modis peccatum hominis non fuerit deletum post hãc vitam in ignẽ descẽdet æternum. Peccator enim, qui in hoc mundo flagellari non meretur, in inferno torquebitur. Sanè nullus tantũ potest peccare, quãtum Dei potestas valet dimittere, quam orabimus vt nobis debita dimittat vniuersa. Amen.

Peccatum impunitũ nullũ est.

¶ ***Finis libri quarti de anima continentis ad Deum preces, & cum eo colloquia, & pia ad salutem monita.***

SEQVITVR OPVSCVLVM de Medicina Animæ, nequaquam pœnitendum, quod licet aliam præ se ferat phrasim tamen M. Hugonis de Sancto Victore Canonici Regulariter Lateranensis vulgo adscribitur. Cuius secundum prologũ mox ponũtur Capita.

¶ ***De duplici curatione seu medicina animæ videlicet & corporis, de qua in subsequenti agetur opusculo. Prologus.***

A ROgas me, frater charissime, vt ea, quæ de medicina animæ ad Ioannem medicum scribere cœperam, tibi transmittere non omittam. Sicut enim dicis, ea multis vtilia fore credis. Nec solum, si attente considerentur, animas incolumes seruant, sed etiam corporibus humanis sanitatem præstant. Breui siquidẽ sermone docent, quæ corpori & animæ prosunt vel nocent. Tuæ autẽ discretioni notũ cupio fieri, quod ea quę de medicina animę scribere cœperam, per negligentiã, priusquam alibi scripta fuissent, amisi. Sed charissime ea, quæ ad memoriã reducere potero, sine dilatione tibi trãsmittere curabo. Nec mireris si ea, quę multo labore quęsita suis in locis ordinaueram, minus ordinate & quasi quasdã exceptiones in vnũ collecta cõponã. Sed forsitã dicet aliqui B Noua sunt quę requiris, hæc in diuina pagina reperiuntur scripta, immo quia quædam de his in diuina pagina reperiuntur scripta, ideo ad ædificationẽ claustralium memoriæ commendata reliqui. In euãgelio si quidem de leproso, de paralytico, de febricitante, & de multis alijs legitur, qui à Domino mirabiliter esse curati perhibentur. Nec illud solũ esse factum reor ad reparationem corporum, sed etiam ad ædificationem morũ, & sanationem animorum, sed & in quibusdam alijs libris de oleo, de vnguento, de collirio quædam scripta reperi, quæ à sanctis patribus spiritaliter intellecta cognoui. Neq; enim erubui aliorum dicta huic interponere lectioni. Restat igitur, vt petitioni tuæ satisfaciam, & quod diu distuli, debitum petitori reddam.

¶ ***De homine, qui microcosmus, idest minor mundus appellatur. Cap. I.***

C HOmo microcosmus, idest minor mundus appellari ab antiquis solet, quia per similitudinem maioris mundi figuram tenet. Potest autem assignari magna conuenientia in compositione corporis humani & constitutione mundi, Vnde cœlum capiti, aër pectori, mare ventri, terra extremæ corporis parti assimilatur. In cœlo Deus residet, & in capite hominis mens principatum tenet.

Cœlum & caput.

In Deo

Pulcher conceptus pro prædicatore.

In Deo ſunt tres perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, & in capite humano tres potentiæ, intellectus, ratio, & memoria. Sunt & in cœlo duo luminaria magna, ſol & luna; & in capite duo oculi, qui illuminant firmamentum faciei. Sol & luna diem & noctem illuminant de rebus lucem cognitionis hominibus ſua claritate præſtant. Oculi vero rerum imagines ſua ſubtilitate in ſe ſuſcipiunt, &

D ſic de ijs quæ videmus, per intellectum rationi

Aer & pectus.

nuntiantes nos certos reddunt. Similiter in pectore ſicut in aere volant cogitationes quaſi nubes, fit aliquando claritas lætitiæ, aliquando obſcuritas triſtitiæ, inſurgunt illic venti tentationum, qui conturbant animum, diuiſo aere fiunt coruſcationes iræ, ſequitur ignis odij, id eſt combuſtio animi, qui quoties extenſus ab alto, videlicet a prælato deſcendit, toties ſubiectos lędit. Has autem tempeſtates aliquando compeſcunt pluuiæ, aliquando niues, aliquando grãdines. Quoſdã enim placat ſermo ſanctæ exhortationis, quoſdã leue blãdimentum conſolationis,

E quoſdam vero aſperitas increpationis. Sed & ſicut

Mare & venter.

aquæ in mari, ſic collectio humorũ in ventre ſolet congregari. Ibi ab hepate fit inundatio ſanguinis, fit effuſio fellis, fit etiam more charybdis in pulmone emiſſio & attractio phlegmatis. Fit velut Circes ſplenis indutatio. In tali igitur commotione maris, id eſt ebullitione ventris, fiunt æſtuationes & eiectiones quædam, aliquando per inferiorẽ, & hoc per ſeceſſum, illud per vomitum. Sicut enim mare nihil fœtidũ in ſe diu tolerat, ſic venter quoti die cibo indigens, ne putrefactũ diu cõtineat, ſe per

F ſecretum naturę purgat. Similiter hominis extremę

Terra & pedes.

partes, id eſt pedes aſſimilantur terrę, quia ſunt ſicut illa frigidę & ſiccę naturę. Dũ enim extremę partes hoĩs ęgrotantis frigeſcũt, mortẽ annuntiãt, quia terræ, cuius naturam ſuſcipiunt, appropinquant.

¶ *De quatuor elementis mundi. De quatuor humoribus corporis humani, & de quatuor anni temporibus ad animum vel animam applicatis. Cap. II.*

G

Elemẽta Humores

Quatuor ſunt elementa mundi, ignis, aer, terra, & aqua. Quatuor humores corporis humani, ſanguis, cholera rubra, cholera nigra, & phlegma. Quatuor vero tempora anni,

Tempora anni.

Ver, æſtas, autumnus, hyems. Ignis eſt calidæ & ſiccæ naturæ, aer calidæ & humidæ, terra frigidæ & ſiccæ, aqua frigidæ & humidæ. Similiter ſanguis calidæ & humidæ naturæ, cholera rubra calidæ & ſiccę, cholera nigra, frigidę & ſiccę, phlegma frigidę & humidę. Sic & ver calidę & humidę naturę. Aeſtas calidę & ſiccę. Autumnus frigidę & ſiccæ. Hyems frigidæ & humidæ. Elementa igitur congruunt humoribus, humores temporibus.

H Sed & anima per ſimilitudinem habere dicitur

Elemẽta animæ.

ſua elementa. Pro igne vtitur intellectus ſubtilitate. Pro aere mentis puritate. Pro terra rationis ſtabilitate. Pro aqua ingenij mobilitate. Vt animus de fide recte per intellectum ſentiat, pure diſcernat, firmiter credat, ſine mora fidei præceptis obediat, & ſic bene operando ſane viuat: quia fides ſine operibus mortua eſt. Neceſſe eſt igitur, vt ſubtilitas temperetur puritate, puritas ſubtilitate, ſtabilitas mobilitate; mobilitas ſtabilitate. Vt enim ignis alta petit, aer medium tenet, ſic cauendum eſt ne intellectus nimis alta ſentiat, ne leuitate ſubtilitatis à veritate diſcedat, ſed detineatur puritate reuocante & dicente: non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Cauendum eſt etiam, ne ſtabilitas diſſoluatur per mobilitatem, vel mobilitas per ſtabilitatem, ſed velox ſis ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Similiter & animus vtitur quatuor humoribus, pro ſanguine vtitur dulcedine, pro cholera rubra amaritudine, pro cholera nigra triſtitia, pro phlegmate mentis compoſitione. Dicunt enim phyſici ſanguineos eſſe dulces, cholericos amaros, melancholicos triſtes, phlegmaticos corpore compoſitos. Vt ſit dulcedo in contemplatione, amaritudo de peccati recordatione, triſtitia de perpetratione, compoſitio de emendatione. Eſt etiam attendendum, ne dulcedo ſpiritalis turbetur amaritudine temporali, vel amaritudo habita de peccato corrumpatur dulcedine carnali, ne vtilis triſtitia turbetur ocio vel inertia, vel mens compoſita diſſoluatur per illicita. Sed & anima fertur habere ſua tempora, pro calore æſtatis vtitur charitate, pro frigoribus hyemis torpore tentationis, pro autumno & vere temperantia & mediocritate. Eſto igitur temperatus in corde, mediocris in opere, anima enim, quæ temperamentum cuſtodit, ſalubriter viuit.

Iacob. 2.

Rom. 12.

Iacob. 1.

I

Humores animæ.

K

Tempora animæ.

¶ *De phlegmate, & phlegmaticis. Cap. III.*

L

Volo, prout potero, ad ædificationem animæ de quatuor humani corporis humoribus diligenter pauca diſſerere, vt ex affectibus humorum facilius dignoſci valeant diuerſitates morum. In primis igitur de phlegmate loqui incipiam, vnã frigidis & humidis exordium loquendi ſumam. Phlegma ſiquidem habet ſedem in pulmone, cuius na ura frigida & humida. Vnde fiunt homines tardi & obliuioſi, atque ſomnolenti. Imitatur naturam hyemis, naturam aquæ, naturam decrepitæ ætatis. Purgationem habet per os, creſcit in hyeme. In hoc tempore melius ſe habent cholerici, peius phlegmatici. Melius iuuenes, peius decrepiti. Peſſima eſt infirmitas, quæ eſt ex phlegmate vt eſt febris quotidiana, minus mala quæ fit ex cholera, vt tertiana: eodem bonum eſt vti calidis & ſiccis. Poteſt,

Phlegma

M

igitur natura phlegmatis aſſimilari compoſitioni mentis. Phlegma ſedem habet in pulmone, quaſi in diſcretione. Compoſitio etenim mentis adiuuatur beneficio diſcretionis. Sicut enim pulmo aerem attrahit & emittit, ſic diſcretio quod bonum eſt retinet, & quod malum eſt expellit. Frigidæ & humidę naturæ dicitur eſſe. Eſt autem frigus, quo refrigeramur ab æſtu vitiorum, & eſt humor cõpunctionis, quo mũdamur à ſorde peccatorũ. De primo dicitur. Remitte me, vt refrigerer priuſquã abeã, &

Pſal. 38.

Psal. 6. amplius non ero. De secundo autem, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Inde fiunt homines tardi, obli-
Psal. 44. uiosi, & somnolenti. Tardi ad operandum malum. Obliuiosi, vt obliuiscātur populum suū, & domum
Psal. 4. patris sui. Sōnolenti, vt in pace in idipsum dormiāt & requiescant. Sed & aliter accipitur frigidū & humidum, vt in frigore intelligas torporem in chari-
Matt. 24. tate, in humore torporem in opere. Cum enim abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorū, & sic ex corrupto phlegmate, id est ex corruptæ mentis
N compositione fiunt homines tardi ad operandum bonū, obliuiosi vt obliuiscantur Domini creatoris sui, somnolēti, vt si præualeat inimicus, obdormiāt
O in morte. Est etiam status mentis aquæ similis, quia inundatione est periculosus, fluctuatione turbatus, nutibus instabilis. Hyemis uero tempestates imitatur, tentationum etenim procellis lacessitur: similitudinem tenet ætatis decrepitæ, quia veteris hominis, idest Adæ defectus & inobedientia vix recedunt à mente. Respirationem habet per os. Superfluitates siquidem mentis purgantur per os intimæ confessionis. Crescit & hyeme, quia multiplicatur tentationum tribulatione. In hoc tempore melius se habent cholerici, peius phlegmatici. Melius iuuenes, peius decrepiti. Iuuenes & cholerici calidi & sicci sunt. Phlegmatici & decrepiti frigidi sunt & humidi. Qui igitur peccata sua deflent, nec tamen adhuc illo amore cœlestium succensi feruent, non est mirum si phlegmatici interpretantur. Tentationi citius & corruptioni subiacet illorum status
P mentis. Pessima est infirmitas, quæ fit ex phlegmate, id est ex propria mentis corruptione. Ex propria siquidem corruptione mentis nascitur quotidiana febris, continuus videlicet ardor carnis. In hoc item tempore, id est in hyeme vtendum est calidis & siccis, electorum procul dubio exemplis. Electorū etenim opera Sancti spiritus ardore sunt accensa. Notandum est, quod frigus prædicti tēporis contingere solet ex nimia remotione solis. Tūc enim sol intrat Capricornum, quod esse dicitur infimum signum. Nota naturam animalis vnde signū nomē accepit, vt inde aliquid accipias moralitatis.
Capra. Capra siquidem similitudinem delinquentiū tenet, quia sic capra ex corrupto per febrim continuā humore, vt ex consuetudine peccandi peccator, fœtet. Quæ tamen in altis rupibus pascitur, dum peccator verbis & exemplis sublimium virorum delectatur. In hoc igitur tempore sol capricornum intrat, dum sol iustitię peccatorem Sancti spiritus radijs illu-
Aquarius Pisces. strat. Post capricornum vero intrat aquarium, ut fœtorem carnis abluat lachrymis. Ascendit etiam vsque ad pisces, quod signum est tertium, & obtinet finem hyemis, vt sicuti piscis sub aquis, sic peccator viuat in lachrymis.

¶*De sanguine, & sanguineis. Cap. IIII.*

Q POst frigus & pluuias hyemis, post refrigerium videlicet & lachrymas compuncti cordis peruenitur ad veris temperiem, & aeris serenitatem, idest ad puritatem mētis in nouitate conuersionis. Vnde post illa, quę de phlegmate diximus, ad ea quę de natura sanguinis sunt dicenda, transeamus. Sanguis sedem habet in Sanguis. hepate, estque humidę & calidæ naturę, crescit autem in vere, in quo tempore mala est infirmitas, quæ fit ex febri quartana, pessima quę fit ex sanguine vt synocha. In hoc tempore melius se habent senes, peius iuuenes, melius decrepiti, peius pueri. In hoc etiā tēpore vtendū est frigidis & siccis, Sicut superius diximus, sanguis est dulcedo contemplatio- R nis. Qui sedem habet in hepate quasi in suo fonte, in calore siquidem hepatis est locus feruidæ decoctionis, inde sanguis per membra dirigitur, vt eorū calore tertio decoquatur. Prima enim decoctio fit in stomacho, secunda in hepate, tertia in omnibus membris. Ex ardore igitur dilectionis quasi ex calore hepatis, more sanguinis profluit dulcedo spiritualia contemplantis. Est autem calidę & humidę naturæ. Calor ex amore, humor ex timore. Hoc calore & humore crescunt pueri ij nouiter conuersi, qui assimilantur veri & aeri idest vite nouitati. Crescit in vere. Cum enim aliquis nouiter conuertitur, spiritali dulcedine multiplicius delectatur. In hoc tempore mala est infirmitas, quæ fit ex melancholia, vt quartana. Pessima quæ fit ex sanguine, vt synocha, in initio etenim conuersionis, dū delectatur animus contemplantis, si ex abundantia boni operis quasi inundatione sanguinis nascatur tumor elationis, tunc quasi ex corruptione sanguinis nascitur synocha febris, & contingit vt sanguis, qui est amicus naturæ, fiat inimicus vitæ. Dicunt enim physici synochos esse mortis amicos. In hoc tempore melius se habent senes, peius iuuenes, melius decrepiti, peius pueri. Ex natura etenim consimilis temporis augmentatur materia infirmitatis. Cum vero in contrario tempore infirmitas tempori contraria nascitur, dolor contrariæ infirmitatis lenitur, quia contraria contrarijs curantur. Ideo in vere vtendum est frigidis & siccis. Ne igitur per desiderium vanæ gloriæ feruor sanguinis ebulliat, necesse est vt animus frigus tentationum, & sterilitatem siccitatis ad memoriam reducat, & vtatur huius beneficio diætæ, vt sanior fit in vere, ne in initio conuersionis appetatur amor laudis. Nota etiam, quod T in vere ex calore & humore temporis aperiuntur pori terræ. Procreantur diuersi coloris herbarum flores, diuersi scilicet generis virtutes, & fit quasi nostrum ver in nostra mente. Vnde dicitur: Aesta- Psal. 73. tem & ver tu plasmasti ea. In vere intelliges nouiter conuersos, mansuetudine temperatos, in æstate prouectiores igne charitatis feruentes. In hoc siquidem tempore sol ascendens tria signa fertur obtinere, arietem in initio, taurum in medio, geminos in fine. Attende igitur in ariete ducatum, in tauro iugum, in geminis consortium, ducatum prælationis, iugum subiectionis, consortium cohabitationis. Vt scias præesse, subesse, coesse. Discas etiam simul esse in timore & labore cum amore. Hoc est itaque temperantia veris, mansuetudo scilicet nouiter conuersæ mentis. Solet autem hoc tempus in V constans esse, modo pluuiosum ex vicinitate hyemis, modo siccum ex vicinitate ęstatis, modo eadē ratione frigidum, modo calidū. Inde hoīes citius in

marito

marito infirmantur, quia corpora humana nuper aperta ex nouo calore statim corrumpuntur redeunte subito pristino frigore. Nouiter siquidem côuersi inconstantiæ motu solent agitari, & licet corda eorum sint aperta nouo calore dilectionis, corrumpuntur tamen quandoque subito frigore improuisæ suggestionis. Modo inundatione præcedentium delictorum quasi pluuijs humectantur, modo vero desiderio cœlestium quasi solis radio desiccantur. Prouidendum est autem, ne infirmitas, quæ in frigore hyemis orta fuerat, in martio idest in initio conuersionis reuertatur, & ægrotantem occidat.

De cholera rubra, & cholericis. Cap. V.

X Congruum chariſſime nobis videtur, vt post humorem sanguinis de cholera rubra differatur. Cholera siquidem rubra habet sedē in χολῇ chole idest in selle. Natura eius calida est & sicca. Vnde fiunt homines iracundi, ingeniosi, acuti, & leues. Est autem consimilis igni, æstati, calidæ iuuentuti. Respirationem habet per aures, crescit in æstate. In hoc tempore melius se habēt phlegmatici, peius cholerici. Melius decrepiti, peius iuuenes. Peſſima est infirmitas, quæ venit ex cholera, minus mala quæ est ex phlegmate. In eodem itaque tempore vtile est vti frigidis & humidis. Oportet autem (sicut superius diximus) vt choleræ rubræ assignetur amaritudinis virus. Sicut enim in sanguine dulcedo, sic & in cholera rubra designatur amaritudo, vt nō tantum in spiritalibus dulcescas, sed etiam cōtra vitia grauiter amarescas. Calida est & sicca. Calida feruore bonæ voluntatis, sicca ab humore fluxæ cogitationis. Facit homines iracundos, contra vitia, ingeniosos ad destruenda diaboli machinamenta, acutos vt subtiliter de rebus sentiant. Leues vt audita ci-
Y to percipiant. Est autem similis igni, æstati, calidæ iuuentuti, hæc enim sunt calidæ, & siccæ naturæ. Vt habeas ex cholera rubra amaritudinem cōtra peccatum, ex iuuentute fortitudinem contra diabolum, ex igne claritatem intelligentiæ cognoscendi Deū, ex æstate ardorem diligendi proximum. Purgationem habet per aures. Dum enim libenter audis quod agere debeas, per aures cordis choleræ rubræ superfluitates purgas. Crescit in æstate. Quāto enim plus abundat charitas, tanto plus odio habetur iniquitas, quia ita diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. In hoc tempore melius se habēt phlegmatici, & senes. Peius cholerici, & iuuenes. Senes sunt phlegmatici, iuuenes cholerici. Illi frigidæ & humidæ naturæ. Isti vero calidę & siccæ sunt. Melius igitur habent senes & phlegmatici si infirmentur in æstate, id est in contrario tempore. Citius enim curari possunt, quia contrarijs contraria conueniunt. Iuuenes aūt & cholerici in simili tēpore peius habent si nimis alta sapiunt, si nimio prælationis desiderio succensi calent. Vnde & in hoc tempore peſſima est infirmitas, quæ venit ex cholera, minus mala quæ est ex phlegmate: quia augmentatur materia infirmitatis ex cōsimili natura temporis. In eodem vtile est vti frigidis & humidis. In tanto siquidem ardore charitatis attendendum est frigus præcedentis hyemis idest lapsus delinquentiū ad confirmationem bonorum. Si enim stas, videas ne cadas. Nam quanto gradus altior, tanto casus grauior. Tempera ergo calidum frigido, siccum humido, & ne aliquando nimium caleas, attende Petri casum, attende & lachrymas. 1. Cor. 10 Z Petri lachrymæ.

Lapsus est Petrus, post lapsum fleuit amare.

Protulerūt nobis illius & casus, & lachrymæ. Vtere ergo hoc vnguēto, nō enim adhuc melior es Petro. Nimio calore flagrabat Petrus cū diceret: & si oportuerit me mori tecū, nō te negabo. Immensitas caloris erat nimia cōfidētia ex nimio affectu amoris. Et ideo quia plus exarsit quā debuit, exaruit dicens, Nō noui hominem. Oportuit igitur vt & ariditatē tē peraret, & flāmā nimiæ confidentię extingueret. Egressus enim foras fleuit amare. Petrus agnoscens interpretatur. Est aūt respōsum delphico Apolline di gnū γνῶθι σεαυτὸν nosce te ipsum. Si enim qualis fuisti ante conuersionem consideres, mox & ariditatu tuę lachrymarum rorem infundas, & nimium calorem fragilitatis agnitione temperes. In prædicto aūt tēpore idest in ęstate ascēdit sol vsque ad cancrum, & fit ibidem ęstiuale solstitium. Hęc est eminētiſſima via nobis ab Apostolo demonstrata, de qua & alibi dicitur. Est fides, spes, charitas: maior autē his est charitas. In perfectione igitur charitatis fit solstitium. Vt nihil diligamus plusquam Deum. Vocatur cancer signum tropicum idest, conuersiuum, vt ab amore Dei conuertaris ad amorem proximi. Hic est enim regressus a cancro ad virginem, a feruēti amore Dei vsque ad castum amorem proximi. Sol autē in eadem ęstate tria signa dicitur obtinere. In principio cancrum, in medio leonem, in fine virginē. Vt habeat charitas in cancro ad proximum conuersionem compassionis, in leone vigilantiā circumspectionis, in virgine puritatem dilectionis. Cancer retrograditur. Leo dormiens apertos oculos habet. Virgo est, quæ carnalem commixionē adhuc ignorat. In hoc itaque vigilet, qui ad amorem proximi conuertitur, vt non propter aliud quàm propter Deum proximus diligatur. Huius autem temporis proprium est radices herbarum & arborum arefacere, dum nullo terrenę delectationis humore fidelium nutriuntur mentes. Marc. 14. Matt. 26. Gnothi se auton. Solstitiū æstiuale. 1. Cor. 13 Charitatis perfectio. Cancer. Solis signa in æstate. Cancer. Leo. Virgo.

De cholera nigra, atrabili, & melancholicis. Cap. VI.

Restat nunc, vt de natura cholerę nigrę aliquid sub breuitate dicamus. Ipsa enim dominatur in sinistro latere. Habet autem sedem in splene, frigida est & sicca, facit homines iracundos, timidos, somniculosos, aliquando vigilantes. Purgationem habet per oculos. Crescit in autumno. In hoc tempore melius se habent sanguinei, peius melancholici. Peius senes, melius pueri. Peſſima est infirmitas quæ nascitur ex melancholia, minus mala quę est ex sanguine. In hoc etiam tēpore vtendum est calidis & humidis. In cholera nigra, sicut alibi diximus, intelligi pōt tristitia, vt ꝑ his quę male gessimus A Melancholia.

ſimus triſtes ſimus. Sed & alia ſpecies triſtitiæ dicitur eſſe, dum mens tranſeundi ad Deum deſiderio cruciatur. Dominatur in ſiniſtro latere, quia vitijs ſubijcitur, quæ ſunt in ſioiſtra parte. In ſplene ſedē habet, quia quamuis de dilatione cœleſtis patriæ cōtriſtetur, tameo in ſplene quaſi in ſpe gaudet. Vt eoim legiſſe me recolo, teſtantur phyſici in ſplene generari riſum. Ex hac igitur vicinitate ſatis cōgruū eſſe reor, vt melancholici quandoque rideant, quandoque fleant.

Splen ridere facit.

C

Frigus.

Frigida eſt & ſicca, frigus & ſiccitas aliquaodo io bona ſignificatione accipiuntur, aliquaodo in mala. In mala ſignificatione frigus accipitur, cum dicitur. Iam hyems abijt, & receſſit. Vt in frigore hyemis attēdatur torpor deuotionis. In bona ſignificatione ponitur, vbi dicitur. Trāſiuimus p ignē & aquā, & eduxiſti nos in refrigeriū. Vt poſt æſtum & diſſolutionem tranſeamus ad requiē. Ignis ſiquidem vrit, aqua diſſoluit. Vrit enim tribulationis aduerſitas, diſſoluit blandientis mundi proſperitas. Vas aūt igne conſolidatum aquam non timet.

Cant. 2.

D

Siccitas.

Poſt tranſitum vero tentationis ducet nos Dominus ad refrigerium mentis. Similiter & ſiccum duobus modis accipitur. Vnde & Pſalmiſta. Et ſiccam formauerunt manus eius. Siccam vocat cordis noſtri terram a malis humoribus deſiccatam. Sed & aliter ſiccum intelligi poteſt, quādo mentis ariditas cæleſti ideſt Sancti ſpiritus rore caret. Facit homines iracundos iuxta illud: Iraſcimini, & nolite peccare. Tumidos, quia Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Aliquando ſomnolentos, aliquando vigilantes ideſt quandoque grauatos curis, aliquando vigilanter intentos cæleſtibus deſiderijs.

Pſal. 94.

Pſal. 4.

Prou. 28.

E

Autūnus.

Similis eſt autumno, terræ, & ſenectuti: vt imitetur in terra terræ ſtabilitatem, ſequatur in ſenio ſeniorum grauitatē, in autumno frugū maturitatē. Purgationē habet per oculos. Ab his eñ vitijs, pro quibus triſtes efficimur, ſi per cōfeſſionē eiecta fuerint, per lachrymas purgamur. Creſcit in autumno ideſt in ſenſu maturo. Inquantū enim plus attendis maturitatē ſenſus & ætatis, in tātū magis debet creſcere immenſitas doloris de peccati perpetratione. In hoc tēpore melius ſe habēt ſanguinei, peius melancholici. Peius ſenes, melius pueri. Habuiſti per ſanguinem dulcedinē charitatis. Habes nunc per choleram nigram ſeu melancholiā triſtitiam pro peccatis. In vere vitæ nouitatē, in autumno maturitatē, ut tēperetur maturitas vitæ nouitate, vitæ nouitas cōſilij maturitate. Vt nouiter conuerſus peruenire deſideret ad maturitatē perfectionis, & ſenex recogitet q̄ feruens fuerit in initio cōuerſionis. Si igitur ſic in vere & autumno ætates & humores alternādo conſideras, in cōtrarijs tēporibus vtrorūq; naturas incolumes ſeruas. Oportet etiā in hoc tēpore vti calidis & humidis. Nō enim ſufficit ad cōſeruādā animæ ſanitatē ſiccari ab humore voluptatū, & refrigerari ab æſtu vitiorū, niſi etiā infundaris ſupernæ contēplationis rore, & Sancti ſpiritus amore ſimul accendaris.

F

Autumni ſigna.

Solet in autumno ſol tria obtinere ſigna, librā videlicet in principio, ſcorpiū io medio, ſagittariū in fine. Noſti chariſſime, q autumnus ad extremum maturos colligat fructus. Noſti etiam, q in hoc tpe cōtingat æquinoctiū eſſe. Si igitur ad maturitatem perueniſti, ſi ſponte oō renuis vt botrus exprimi, ſi vinum es, ſi boni ſaporis, ſi incellarium ſummi regis peruenire deſideras, vt dicas cupio diſſolui & eſſe cū Chriſto. Attēde libræ ſigoum, attende ſolſtitiū. Libra eñ æquali lāce ponderat noctes & dies ideſt bonas & malas oꝑationes. Scorpius vero cauda minatur, aculeo pungit. Aculeꝰ ſiqdē in cauda dolor eſt in fine. Cū aūt in ſenectutē perueneris, time quia periculum imminebit mortis.

Philip. 1.

Libra.

Scorpius.

Sagittarius.

Poſt ſcorpiū aūt ſignū intrat ſol ſagittariū: Sagittarius ex duabus naturis conſtat, ferina ſcilicet & humana. Superior pars homini, inferior fero aſſimilatur animali. Qui nō rationabiliter viuunt, digni ſuot cælo, qui aūt beſtialiter, digni ſunt inferno. Arcum tenet, ſagittamque iacit. Eſt aūt duplex arcus, eſt arcus Domini, & eſt arcus diaboli. Illi inoitūntur ſpirituales, iſti animales. Intendunt enim arcū ſuū peccatores, ut ſagittēt in † occultis immaculatū. Quos eñ religionis locus & habitus immaculatós occultat, occultis inſidijs diabolus infeſtare nō ceſſat. Habent etiā peccatores arcū occultæ malitiæ, & chordā nequitiæ. Hñt & pharetrā ideſt thecā, in qua portāt ſagittas, cogitatiooes videlicet peruerſas, qm peccatores intēderunt arcum ſuum parauerūt ſagittas ſuas in pharetra. Sagittas parant, quia ad hoc ſtudēt peruerſi vt ſubuertant. Sed Dominus arcum cōteret, & ſagittas confringet. Eſt aūt iuſtorū arcus ſpiritalis intelligētia, chorda doctrina, ſagittæ verba doctrinæ, pharetra memoria. Hūc arcū tetendit Dominus, & parauit illum. Arcū Dominus parat, cum nobis intelligentiam ſcripturæ ſacræ explanat. Ex hoc arcu mittuntur ſagittæ potentis acutæ: ſic enim vulnerant vt corda transfigant. Nouit enim Dominus (vt ait Auguſt.) ſagittare ad amorem. Nemo pulchrius ſagittat ad amorē quā qui uerbo ſagittat. Sagittat enim ut amantem efficiat. Hac ſagitta vulneratur ſponſa. † Vulnerata (inquit) ſum charitate. Vtinā & ipſe percuſſus hoc iaculo morerer huic mundo.

Arcus.

Pſal. 10.

† obſcuro rectos corde.

Pſal. 10.

Pſal. 44.

Pſal. 17.

Pſal. 119.

Cant. 2.

† amore langueo.

De commixtione elementorum. Cap. VII.

NOuimus quatuor elementorum, quibꝰ omne corpus conſtituitur, duo eſſe leuia, duo grauia, quorū vnum quodque duas habet extremitates, & vnū mediū. Vt ignis vnā ſuperiorem habet extremitatē, quæ agilior, & ſubtilior, & leuior eſt, alteram inferiorem, quæ iungitur aeri, quæ minus eſt agilis, minus leuis, minus ſubtilis: & inter vtrumque eſt temperamentum, ſic & aer. Sic & ſuperior extremitas aquæ, quæ iungitur aeri, minus grauis eſt, minus mixta, minus obtuſa. inferior magis. Medium inter vtrumq; tēperamentum. Similiter & terra. Sicut aūt in elemētis ſic & in qualitatibus eorū animaduertendum eſt ſcilicet in caliditate, frigiditate, humiditate, ſiccitate. Ex his enim commixtiones fiunt in corporibus. Cū igitur grauia leuibus, calida frigidis, humida ſiccis commiſcētur, fiūt inde quecunque fieri neceſſe eſt, prout eorū diuerſitas expetit. In quibuſdam aūt præualēt leuia, io quibuſdā grauia. Suot tamē quædā, quæ omoino ſunt igneæ naturæ, vt ſtellæ. Aliorū vero præualēt ſuperiores extremitates leuium, & hæc ſunt agiliora & leuiora,

H

Elementorū qualitates.

I

Commixtiones ex elemētis.

uiora, & inde per aerẽ feruntur, vt volucres. Quarũ quæ ſuperiores extremitates ſuperioris extremitatis leuiũ habent, agiliores & leuiores ſunt, vt aquila, quæ medium, minus, vt grues, quæ inferiores grauiores, vt anſeres, ſtruthiones. In quibus vero leuiũ mediocritas præeminet, non adeo leuia, ſed mediocriter leuia ſunt, vt maiora quadrupedia, quorum quæ ſuperiores habent illius medij extremitates, ſunt leuiora, quæ medium minus, quæ vltimum tardiora. In quibuſdam vero leuium extremitas inferior præualet, & grauiora ſunt, vt reptilia. Quorũ quę ſuperiora illius extremitatis inferioris leuium habent, agiliora ſunt, vt ſerpẽtes, quę mediũ minus, vt bufones, quæ inferiora tardiora, vt teſtudo. In quibus vero grauiora pręeminẽt, ſupradictis magis ponderoſa ſunt. In quibus vero primæ grauium extremitates præeminent, minus ſunt grauia, vt piſces. Quorum primam ſuperioris extremitatis grauium qui habent extremitatem, agiliores ſunt, qui medium illius ſuperioris extremitatis, minus, qui vltimum, tardiores. In quibus vero grauiũ præeminet medium, terræ ſemper cohęrent & creſcunt, vt arbores & herbæ. Quarum quæ ſuperiora habẽt illius medij grauium altius excreſcunt, vt pinus & abies: quæ medium illius medij grauium minus, vt corili: quę inferiora parum, vt virgulta. In quibus extremitas inferiora grauium præeminet, grauiſſi-

K ma ſunt, vt lapides & metalla. Vides nunc chariſſime ex commixtione elementorum fieri diuerſitates

Pręlati.

rerũ. Vides etiam, quòd ſtellæ omnino ſint igneæ naturæ. Hæ ſiquidẽ prælatis aſſimilari debent, quia

Dani. 12.

eorũ mẽtes & amore ſpiritali feruent, & bonis exẽplis lucent. De his enim dicitur. Qui ad iuſtitiã multos erudiunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. Qui non tantũ noſtras tenebras verbo prędicationis illuminant, ſed etiam ſuperiorem locum præ cæteris ſeruant. Vita enim pręeminent, & bene operando limitem rectitudinis tenent. Sũt aũt

Aquila.

quidam prælati minoris meriti, qui ex merito vitæ aſſimilantur aquilæ. Aquila præ cæteris auibus in altũ volat. Pullos ſuos ad volandũ ꝓuocat, eoſdẽ claritatẽ ſolis irreuerberatis oculis aſpicere cogit. Volentes id facere nutrit, nolẽtes è nido eijcit. Altius cęteris auibus tunc aquila volat, dũ ſe prælatus à terrenis deſiderijs elõgat. Pullos ſuos ad volãdũ ꝓuocat, qñ ſubiectos ſibi ad bene operãdũ verbis & exemplis inuitat. Claritatẽ ſolis irreuerberatis oculis eoſdem pullos aſpicere cogit, dũ ad cõtẽplãdã diuinæ ſubſtãtiæ claritatẽ mẽtes diſcipulorũ trahit. Volentes id facere nutrit, quia eos qui Deũ videre deſiderãt, verbo doctrinæ paſcit. Nolẽtes eijcit: illos enim, qui à

L cognitione Dei oculos auertunt, expellendos è re-

Grues.
Anſeres.

gno prædicit. Grues vero & Anſeres ſunt diuerſi ſubiectorum ordines, qui in volãdo ordinem ſeruãt, & gregatim volãt, illos ſiquidẽ deſignant, qui & rectitudinẽ iuſtitię tenent, & cõuentus amãt. Longas tibias, & longũ collũ grues habẽt, ſubleuãtur à terrenis, & ſilẽtiũ oris tenẽt. Sed & anſeres qui garrulę ſunt aues, illis aſſimilari poſſunt, qui quãuis in quibuſdã ordinate viuãt, ſilentij tñ virtutem negligũt. Quæ ſeſe roſtris lacerant & conclamant, quia detrahendo ſeſe inuicem conuicijs lædunt, & quandoque ex affectu mentis maledictis contendunt. Inter M

Quadrupedia.

volucres & reptilia media ſunt maiora quadrupedia, quæ aliquantulum in altum ſe erigunt, nec tñ à terra longe recedunt. Vſibus hominum deſeruiunt. Vñ ſimplicioribus aſſignari poſſunt, qui quamuis terrenis inhient, ſpiritualiter tamen viuentibus obſequium præbent.

Reptilia.

In quibus vero leuium extremitas inferior pręualet, grauiora ſunt & reptilia, quę pectore & ventre repunt, quia voluntate cordis & voluptate carnis internis deſiderijs ſe coniungunt. Quorum quę ſuperiora illius extremitatis leuium habent, agiliora ſunt, vt ſerpentes, quæ medium minus, vt bufones, quę inferiora tardiora, vt teſtudo. Habent autem hęc reptilia lumen, venenum, & aculeum, deſignant ſiquidem ſerpens, bufo, & teſtudo quaſdam diuerſitates hominem, qui continentur in

Serpens.
Bufo.
Teſtudo.

mundo. Serpens videlicet aſtutos, bufo elatos, teſtudo deſidioſos. Habent deſidioſi limum terrenę delectationis. Elati venenum liuidæ detractionis. Aſtuti aculeum pungentis inuectionis. In quibus grauiora pręeminent ſupradictis magis ſunt ponderoſa. Quædam tamen ſunt grauia, quędam grauiora, quędam grauiſſima. Grauia ſunt, vt piſces, grauiora, vt herbę & arbores, grauiſſima, vt metalla & lapides. Piſces aſſidue in aquis & luto iacent. Herbę & arbores terræ radicibus inhęrent. Lapides &

Piſces.

metalla niſi abſtrahãtur ab ea, ſub terra latent. Quaſi piſces ſunt in aquis, qui fluctuantis ſeculi exagi-

Herbę & arbores.

tantur curis. Sunt & alij quaſi herbę & arbores, totis deſiderijs terrenę cupiditati tanquam radicibus

Lapides.

adhęrentes. Lapides vero & metalla ſunt dura & incorrigibilia carnalium corda.

¶*De quatuor virtutibus humanæ complexioni miniſtrantibus. Cap. VIII.*

N

Virtutes animæ.

DOcet Phyſica quatuor eſſe virtutes humanę complexioni miniſtrantes, videlicet appetitiuam, retentiuam, digeſtiuam, & expulſiuam: miniſtrant eñ virtuti nutritiuę. Virtus uero nutritiua miniſtrat generationi. Quòd primũ enim puer naſcitur, neceſſe eſt vt lacte nutriatur, donec per incrementa temporis paſci valeat fortioribus alimentis. Puer igitur lacte nutritur, quoties de humilitate Chriſti nouiter conuerſus eruditur. Ex hoc ſiquidẽ vbere abſtracto de ſinu diuinæ pietatis, propinatur teneritudini noſtrę lac verę humilitatis, donec illo pane charitatis poſſimus perfrui, de quo ſi aſſidue veſci ſtudeas à nullo poteris ſuperari. Charitas eñ

1. Cor. 13

omnia ſuffert, omnia ſuſtinet, ita vt complexionem

O

mentis fortem & incolumem conſeruet. Eſt autẽ di-

Deliciæ corporis & cordis.

uerſitas inter delicias corporis & delicias cordis. Dum enim corporalis cibus in preſenti non habetur, corpus graui deſiderio & carnis affectu cruciatur. Dum vero habetur & comeditur, comedendo ad faſtidium per ſaturitatem deuenitur. Sed e diuerſo cibus ſpiritalis cum non habetur fit vilis, cum uero à comedente percipitur maiori deſiderio guſtatus eſuritur. In corporali igitur cibo appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat. In ſpirituali uero appetitus ſaturitatem, ſaturitas deſiderium pręſtat.

stat.In corporali saturitas nocet,fastidium displicet.
In spirituali nec saturitas grauat, nec desideriũ cru-
Cibus ui-tæ. ciat.Est itaque cibus vitę verbum doctrinæ, quẽ dũ
prædictæ virtutes ordinate ministrãt,statum huma-
næ complexionis incolumem seruant.Cibum ergo
doctrinæ animus appetit, dum verbum prædicatio
nis libẽter audit & retinet, dũ quod aure cordis per
cipit,in ventre memoriæ retentum iacet.Appetit,&
retinet,& diligit,dũ quod acceptum & retẽtum fue
rat,in diuersos humores idest in bonos mores con-
uertit. Nec tamẽ appetit,retinet, & digerit, sed etiã
expellit,si ea,quæ suis moribus non conueniunt,re
spuere nouerit. Sin autem intus remanet quod ex-
pelli debuerat, etiam bene gestis corruptionem in-
fert.Sed e diuerso sunt quidam, qui nullum cibum
Q appetunt, sed vniuersos fastidiunt. Sunt alij, qui
quoslibet cibos appetunt,sed acceptos celerius euo-
munt.Sunt & alij,qui appetunt & retinent,sed nul-
lã per membra digestionem habẽt. Sũt iterũ quidã,
qui appetunt,retinẽt,digerunt,sed quod expelli de-
buerat per secretũ naturæ non expellunt. Qui cibũ
doctrinæ non appetunt sed fastidiunt, diu viuere
Psal. 106. nequaquam possunt.De his siquidem dicitur.Om-
nem escam abominata est anima eorum, & appro-
pinquauerunt vsque ad portas mortis. Qui enim au
dire renuunt verbum prædicationis, iam ad ingres-
sum festinant æternæ damnationis.Qui aũt appetũt
nec retinẽt cibũ proijciẽtes illum è ventre memorię
lacessente stomacho,diu lãguẽt.Sunt alij,qui appe-
tunt & retinẽt,sed per membra non digerunt, quia
quod vẽter memoriæ retinet,in bonos actus nõ cõ-
uertunt.Qui aũt,nõ expellunt quod debuerat expel-
li,ij sunt qui q̃d suis moribus nõ conuenit, incorpo
rant sibi.Dũ igitur prædictæ virtutes suo ordine nõ
ministrant,à statu suæ incolumitatis naturam mu-
R tant. Notãdũ est etiã, q̃ quatuor prædictæ virtutes
ex quatuor elementis attrahunt sibi vires. Cũ.n.ele-
mẽta coniũguntur in aliquo corpore habilia mẽbra
habente,cũ ignis calidus & siccus sit virtutis appeti-
tiuę,terra frigida & sicca retentiuę,aer calidus & hu
midus digestiuæ, aqua humida & frigida expulsi-
uæ,necessario contingit vt ex natura sua ignis attra-
hat,terra quod ignis attrahit retineat ex natura sua,
quod terra retinuit aer dissoluat ex natura sua, a-
S qua quod aer dissoluit emolliat. Considerandum
etiam (sicut supra diximus) per ignem significa-
ri intelligentiæ claritatem,per terram mentis firmita
tem,per aerẽ vitæ puritatem, per aquam discretio-
nis mobilitatẽ. Dũ enim intellectus ardori spiritali
succensus cęlestia cogitat, spiritalem appetitum in
mente creat, & fit desiderium in corde hominis,ut
auide quærat cibũ sanctæ exhortationis.Quod autẽ
appetitus per intellectum attrahit, stabilitas animi
firmiter custodit. Et quod animus firmiter conser-
uat,puritas mentis per bonos mores fideliter ordi-
nat.Quod vero suis moribus non conuenit, discre-
tio separat,remouet,& expellit.Et sic à temperamẽ-
to animus nõ recedit, sed temperamentum seruans
peccati morbo non succumbit.

¶ *De medico, & nouem modis signorum bonum uel malum portendentium. Cap. IX.*

Oportet medicum quasi prophetã esse, T
vt non solum de præsentibus, sed etiã
de præteritis & futuris possit iudica-
re, vt præsentem cognoscat infirmita-
tem, & infirmitatis occasionẽ, vt sciat
quæ sit morbi materia, vel quæ morbi sit causa. Vt
tandem per præsentia signa cognoscat morbi finẽ, Modi nouem signorum.
mortem videlicet vel sanitatem.Sunt autem nouem
modi signorũ bonũ vel malum significãtium,quos
Hippocrates in prognosticis commemorat, & de Primus.
quibus in eodem libro plenarie tractat. Primus mo
dus est fortitudo infirmi suum morbum facile tole
rantis: contrarium cuius est debilitas infirmi suum Secũdus.
morbum pati nequeuntis.Secundus leuitas infirmi
facile se mouentis: contrarium grauitas infirmi in-
ertem & pigrum motum habentis. Tertius effigies Tertius.
membrorum sibi sano idest dum sanus erat similis,
oppositum eius distributio membrorum effigiei
non sibi sano similis.Quartus sanitas mentis, & faci Quartus.
lis appetitus:oppositum eius perturbatio mentis,&
difficilis appetitus. Quintus bonitas somni in tem- Quintus.
pore congruo facti,& infirmum iuuantis: oppositũ
eius malitia somni in non congruo tempore facti,
& infirmo nocentis.Sextus suauitas spiritus:opposi Sextus. Septim⁹.
tum eius angustia spiritus. Septimus ęqualitas pul-
sus naturali simulantis:oppositum eius inæqualitas,
ut modo sit magnus, modo paruus, modo fortis,
modo debilis. Octauus fortitudo virtutis in loco Octaus.
decoctionis:oppositum debilitas virtutis in loco de Nonus.
coctionis.Nonus laudabilis purgatio purgans cum
sudore vel cum vrina:oppositum eius vituperabilis
purgatio.Sicut ergo superius diximus, oportet me-
dicum quasi prophetam esse,vt non solum de præ-
sentibus,sed etiam de præteritis & futuris possit iu-
dicare.Medicus autem moraliter est quilibet præla V
tus,qui sicut medicus corporaliter infirmos, ita de- Medicus moraliter
bet spiritualiter curare subiectos. Sicut enim mor-
bus in carne,sic peccatum est in mente.Oportet igi-
tur, vt spiritualis medicus attendat peccati mate- *Pulchra pro Concionatore.*
riam,attendat & causam,ex qua videlicet occasione
procedat,& ad quid tendat,vt destruat causam,sub
trahat paulatim materiam, videat vtrum ex ipso pec
catum processerit,an ex alio.Corrumpunt enim mo
res bonos colloquia mala. Vt vero subtrahat occa-
sionem peccandi, expellat è consortio bonorũ per-
uersum fratrem,ne contagium serpat, &.(vt ait bea
tus Augustinus)ne contagione pestifera plurimos
perdat.Oportet item vt medicus perpendat ex ægri
facie signa conscientiæ. Vnde Hippocrates in pro-
gnosticis.Primo,inquit,ęgri faciem pernotabis.Pro
ratione nominis nota Hippocrates equi rector in- X
terpretatur.Prognostica autem futuræ significatio- Hippocrates.
nis iudicia proprie dicuntur,præsentis vero & futu-
ræ improprie. Hippocrates igitur equi rector dici-
tur. Equus autẽ temperatæ naturæ à Physicis credi-
tur esse.Inde est & in pace quietus,& ad bella para- Aene. 3.
tus,quia bello armantur equi. Necesse est autem ut
habenis regatur equus.Similiter necesse est vt spiri
talis medicus, videlicet quilibet prælatus animum
homi-

hominis interioris habenis regat discretionis, ne si
modum æquitatis excedat, morbum dissolutionis
incurrat. Vnde de illo summo medico dicitur. Ae-
Psal. 10. quitatem vidit vultus eius. Aequitatem videt, quia
animum temperatũ diligit, Aequitatem videt, quia
eum diligit qui in proposito bonæ operationis ma
net. Aequa est enim via Domini, Aequitas viæ est
Psal. 118. temperamentum vitæ. Vnde Dauid, In æquitate tua
viuifica me. Aequitas vitæ viuificatio est animæ.

¶ *De primo modo in speciali. Ca. X.*

EStautem primus modus signorum bo-
num vel malum sigoificantium forti-
tudo infirmi suum morbum facile to
lerantis, vel debilitas infirmi suũ mor
bum pati nequeuntis. Infirmatur qui
tentatur; moritur qui desperat. Licet igitur aliquis
interdum peccet, si tamen adeo fortis remanet, vt à
booo opere non cesset, signum est hæc boni fortitu
do iofirmi. Sin autem ægri animus adeo fuerit debi
lis vt cesset ab affectu bonæ operationis, signum est
mortis & futuræ damnationis.

¶ *De secundo modo. Cap. XI.*

Z SEcundus modus leuitas infirmi facile
se mouentis, vel grauitas infirmi iner-
tem motum habentis. Cum homo in-
terior aliqua tentatione affectus labi-
tur, si adeo leuis est, vt facile ad virtu-
tem cõuertatur, recuperandæ salutis spes tribuitur:
sin autem tanta est grauitas infirmi ut obstinatus
nequeat à peccato conuerti, signum mali est euen-
tus, sempiterni videlicet interitus.

¶ *De tertio modo. Cap. XII.*

A TErtius modus est effigies & dispositio
membrorum sibi sano similis, vel di-
stributio membrorum effigiei non si-
bi sano similis. Effigies membrorum
est in interiori homine cõpositio mo-
rum, & in membris externis distributio actionum.
Qui homo tunc est sibi sano similis, quamdiu actio
nes sequuntur temperamentum religiosæ mentis,
Tunc vero non est sibi sano similis, quando varia-
tur per opera peruersitatis.

¶ *De quarto modo. Cap. XIII.*

B QVartus modus est sanitas mentis, & fa-
cilis appetitus. Vel perturbatio men-
tis, & difficilis appetitus. Sanæ mentis
esse dicitur, qui à rectitudine consilij
non alienatur. Facile vero cibum ap-
petit, qui verbum vitæ (quod est cibus animæ) li-
benter audit. Qui autem est turbatæ mentis, & cu-
ius est appetitus difficilis, si verbum vitæ non appe-
tat, necesse est vt mortem perpetuæ damnationis
incurrat.

¶ *De quinto modo. Cap. XIIII.*

QVintus modus est suauitas somni tem- C
pore congruo facti, & infirmum iu-
uantis. Vel malitia somni nõ congruo
tempore facti, & infirmo nocentis. Tẽ
pore congruo dormit, qui dormit in
nocte idest qui tanquillæ mentis est in aduersitate.
In hac quiete Deum somniat, & huiusmodi som-
nus infirmum iuuat: dormit vero in non congruo
tempore, qui dormit in die idest qui delectatur in
mundana prosperitate. Hic enim somnus quanto
magis placet, tanto magis infirmo nocet.

¶ *De Sexto modo. Cap. XV.*

SExtus modus est suauitas spiritus, vel D
angustia spiritus. Suauitas spiritus
idest interioris hominis est sermo cõ
solatorius, vt cum lenitate peccantem
corripiat, & emendet. Angustia vero
spiritus est sermo durus, de quo dicitur. Vos autem Eze. 34.
cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

¶ *De septimo modo. Cap. XVI.*

SEptimus modus est æqualitas pulsus na- E
turali simulantis. Vel inæqualitas pulsus,
vt modo sit magnꝰ, modo paruus, modo
fortis, modo debilis. Arteriꝫ procedunt
à corde, ęqualitas pulsus in arterijs est identitas vi-
tæ, procedens ex affectu cordis. Cum autem mens
in contrarium vertitur, tunc per diuersos motus inę
qualitas mentis designat periculum mortis.

¶ *De octauo modo. Cap. XVII.*

OCtauus modus est fortitudo virtutis in F
loco decoctionis, vel debilitas virtu-
tis in loco decoctionis. Primus deco-
ctionis locus est stomachus, hepar se-
cundus, cętera membra tertius. Cum
autem cibus animę decoquitur in stomacho me-
moriæ per recordationem, in calore hepatis per di-
lectionem, in cæteris membris per operationem,
tunc fortitudo virtutis est in loco decoctionis. Si
vero sequitur debilitas virtutis, signum est
mortis.

De nono modo. Cap. XVIII.

NOnus modus est laudabilis, vel vitupe- G
rabilis purgatio per sudorem. Sicut
enim in quolibet infirmo aperiuntur
carnis pori, vt per sudorem fiat pur-
gatio morbi, sic per confessionem
peccati fit laudabilis purgatio animi. Laudatur etiã
sudor mediocris si habeatur in omnibus membris.
Cum vero sudor a toto manat corpore, omnium
membrorum fortitudinem (quod est signum
boni) designat. Similiter oportet, vt sudor confessio
nis

nis fiat de peccato cuiuslibet operationis. Sed cum
sudor fit tm̃ in quadã corporis parte, velut in capite,
id contingit ex membrorũ debilitate. Moraliter aũt
per ægrum intelligimus animum, per caput inten-
tionem, per reliquum corpus actionum sequentiũ
distributionem, per sudorem confessionem. Cum
igitur aliquis intentionem suam laudat, & hoc qđ
male gessit, sibi conscius excusat, creditur vitupe-
rabilis esse huius purgatio sudoris, quia sudor con-
fessionis poros non aperit, quos excusatio clausos
per obstinationem stringit.

¶ *De dolore capitis.* *Cap. XIX.*

H Caput meũ doleo, dixit puer patri suo.
4. Reg. 4. Cum autem caput sit principale mem
brum hominis, per ipsum significatur
opus principale mentis, dolor vero
capitis est appetitus mundanæ felicita
tis. Quæ ideo dolor esse dicitur, quia quæritur cũ
labore, possidetur cum timore, amittitur cum mœ-
rore. Per puerum intelligimus puritatem cuiuslibet
pœnitentis animæ. Puer igitur caput suum dolet, cũ
puritatem animæ de transgressione mentis pœnitet.
Sed prædictus puer bis caput suum doluit, dũ pu-
ritas animæ de delectatione & consensu peccati fle-
uit. Conuertetur dolor eius (inquit Dauid) in ca-
Psal. 7. put eius. Dolor item capitis est morbus nimiæ cu
I piditatis. Qui dolor in caput conuertitur, quando
mens desiderio rerũ temporalium anxie cruciatur.
Psal. 7. Ecce (inquit) parturit iniustitiã, concepit dolorẽ, &
peperit iniquitatẽ. Concepit dolorẽ mali deside-
Pulchra rij in cogitatione, parturit iniustitiã circumueniẽdo
Concatenato- fratrẽ in locutione, male possidendo peperit iniqui-
ri Lectio. tatem in operatione. Hic aũt dolor aliquando na-
scitur ex calore, aliquando ex tumore. Calor est ni-
miæ cupiditatis ardor: vt igitur sanus fias, morbi
Psal. 111. materiam subtrahere nõ omittas. Dispersit (inquit)
dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum se-
culi &c. Qui pauperibus tribuit, nullius tẽporalis cõ
modi retributionem quærit. Si igitur lugẽdo quę
K possides, contempseris mundum, anxiæ cupiditatis
minues appetitũ. Nec tm̃ materiam morbi subtra-
hes, sed ẽt oleo rosaceo caput vnges, huiusmodi si-
quidem oleum frigidę naturę dicitur esse. Rosaceũ
vero oleum est cruor martyrum. Dum.n. passiones
sanctorum legis, oleo rosaceo caput vngis. Sed ante
quam oleum infundas oportet caput radere, id est
superflua resecare, & sic faciens simul materiã mor-
bi destruis, & fomento frigidi olei feruorem calorũ
premis. Fuge igitur ęstum carnis, quære vmbrã di-
uinę protectionis. Roga summum medicũ, & dic.
Psal. 139. Domine Domine virtus salutis meę, obumbrasti su
per caput meum in die belli. Ne tradas me a deside
rio meo peccatori &c. Repetitio nominis affectum
suscitat pietatis. Virtus, iquit, salutis meę. Ipse.n. cui-
libet homini, dat vires saluandi. Ipse enim est refu-
Psal. 45. gium, & virtus adiutor in tribulationibus, quæ
L inuenerũt nos nimis. Obumbrasti super caput meũ
in die belli. Dies belli est prosperitas mundi. Quæ
dies belli esse dicitur, quia caro aduersus spiritũ in
eo quotidie pugnat, & multoties alter ab altero su-
peratur. Calor diei est calor mali desiderij. Superpo
nit igitur capiti. i. menti summus medicus vmbrã. i.
patientiæ perseuerantis sustinentiam, ne nimius ca-
lor mali desiderij mentẽ grauet, ne a desiderio suo M
iustum peccatori conformet. ¶ Dolor etiam capitis
ex tumore nascitur, quoties ex abundantia boni o-
peris animus gloriatur. Tumor siquidem capitis est
elatio mentis. Et qui oderunt te extulerunt caput. Psal. 82.
Extollentia capitis est superbia mentis. Qui oderũt
te inquit, qui odiunt non obediunt. Qui autem
diligit, libens obedit. Vnde Dominus. Si quis, in- Ioan. 14.
quit, diligit me sermonem meum seruabit. Exhibi- N
tio autem operis indicium est dilectionis. Oportet
autem oleo violaceo caput vngere, vt possis calorẽ
tumoris mitigare. Viola est humilis herba, quę dũ
de terra nascitur, non procul a terra proceritate sepa O
ratur. Oleum igitur humilitatis sedabit superbiam
mentis. Caue tamen ne oleũ peccatoris impinguet
caput tuum. Oleum peccatoris est blandimentum Psal. 140.
adulationis. Hoc autem tumorẽ capitis nõ destruit,
sed auget & nutrit. Vt autem ad plenum sanare pos P
sis tumoris morbum, habe tecum Salomonis oleũ. Eccl. 9.
An enim Oleum de capite tuo non deficiat. Vnde
Gregorius. Non deficiat oleum de capite, id est Gregor.
charitas de mente.

¶ *De dolore verticis.* *Cap. XX.*

Conuertetur dolor eius in caput eius, & Q
in verticem ipsius iniquitas eius descẽ Psal. 7.
det. Superius diximus caput interio-
ris hominis esse mentẽ, nunc autem
verticem capitis possumus appellare
mentis rationem. Sicut enim vertex capitis in dex-
tram & sinistram partem capillos diuidit, sic rõ mẽ-
tis bonas & malas cogitationes discernit. In verticẽ
hominis iniquitas descendit, dum malitia peccati ra
tionem sibi subiectã premit. Sed hæc infirmitas ver R
ticis, id est vertigo capitis hoc modo solet fieri, ut
caput in duas partes videatur scindi. In duas partes
caput scinditur, dum ratio mentis ad diuersa parti-
tur. Oportet autem si hæc infirmitas contingat ali
cui, vt caput infirmi vitta ac fascia. i. panno lineo iu-
beamus stringi. Caput autem vitta, vel panno lineo
stringitur, dum mens vitta. i. doctrina correctrice li-
gatur. Hoc enim medicamine agitur, vt mentis rõ
ad vnum colligatur. Vnde & Psalmista. Veruntamẽ Psal. 67.
Deus confringet capita inimicorum suorum, verti- † capilli.
cem † capitis perambulantium in delictis suis. Capi S
ta inimicorum sunt mentes superborum: Vertex ca
pilli est versutia quæstionum in disputatione subti
li. Quæ ideo vertex capilli esse dr̃, quia per quandã
similitudinem, subtilitati capillorum moraliter cõ-
paratur. Cum autem mens per diuersas quæstio-
nes spargitur, lites generantur. Sed vt dicitur, lis
per litem male dirimitur. Oportet autem ne huic
infirmitati auxilium medicinæ desit, quia huiusmo
di morbus velut cancer serpit. Vnde per Apostо- 2. Tim. 2.
lum dicitur ad Timotheum. Prophana & vaniloc-
quia deuita, multum enim proficiunt ad impietatẽ,
& sermo eorum ut cancer serpit. Et paulo post. Stul-
tas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciẽs
quia

1. Tim. 2. quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes. Solet autem infirmitati vertice dolentium nocere multiloquium. Sed vt infirmo perfectum possis præstare remedium, pro electuario & pharmaco optimo ori eius impone silentium.

¶ *De capillis cadentibus.* Cap. XXI.

T Capillus ex fumo grosso & calido nascitur, qui ex igneis, & incensis est humoribus. Quo crescente crescunt, & capilli, vtpote ab ipso nutriti. Hunc fumū qui perdiderit, & capillos perdit. Pro qualitate ergo fumi erunt capilli, sicut in herbis videmus, ex terræ siccitate, vel humore rarescentibus, vel sese augmentantibus. Quòd si fumus omnino defuerit, pereunt in hominibus capilli, & fiunt calui. Quibus nullæ medicinæ subueniunt, vt amplius comæ crescant. Si autem fumus ex toto

V non amittatur, sed solum ex aliquo humore inficiatur, infirmitas quædam nascitur, quæ alopicia, seu alopecia vocatur. Hic autem morbus ideo alopicia dicitur, quia vulpes, quæ græce ἀλώπεκες alopecæ nuncupantur, hunc sæpe patiuntur. Sicut autem superius diximus, mens est caput interioris hominis, capilli vero capitis sunt discretæ cogitationes mentis. Prædictus autem fumus moraliter est prouidentia habita de rebus futuris. Ex fumo enim capilli, qui caput tegunt, quotidie crescunt, & ex prouidentia discretæ cogitationes prodeunt, quæ secreta mentis abscondunt. Qui autem hoc fumo caret, caluus fiet. Similiter animus, qui in agendis rebus prouidentiam non habet, caluus apparet. Nec discretæ cogitationes mentem cooperiūt, sed quod interius latet, exterius videntibus apertum reddunt. Nullę vero medicinę proderunt, vbi discretæ cogi-

X tationes desunt. Si autem fumus ex toto non amittitur, sed solum ex aliquo humore inficiatur, & infirmitas nascatur quę alopecia vocatur, ex calore cutis illius loci poterit cognosci ex quo humore hæc infirmitas oriatur. Si enim actiua est, calida, & sicca, non dubitamus ex cholera exortam esse rubra. Sicut autem in passionario legitur, oportet, vt myrobalano, i. vnguentaria glande, viola, absynthio, & his similibus medicetur. Myrobalanum oculorum prodest nisui. Viola est humilis herba. Absynthiū est amarissimum. Hęc enim tria cum suis similibus prouidentiam mentis iuuant, vt capilli, i. cogitationes discretæ crescant, nec defluant. Oportet enim, vt oculis cordis peccati morbum diligenter inspicias: Humiliter confitearis, amare pœniteas. Hoc autem medicamine facies, vt inhęreant capiti capilli, i. prouidæ cogitationes. De capite siquidem capilli quandoque defluunt, & in terram cadunt, & hoc fit quoties cogitationes mentis terrenis inhiant, & terrena concupiscunt. Inhærent vero capiti, quoties inhęrent diuinæ maiestatis cōtemplationi. Vn-

Canti. 4. de in canticis dicitur. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Per capillos intelligitur subtilitas cogitationis, comparata capris, quia vt capræ, excelsa petit, & si quando tempo-rali astringitur necessitate, non tamen ab æterno bono excidit intentione.

¶ *De dolore frontis.* Cap. XXII.

Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. De adultera muliere propheta loquitur, vt de ea quasi dolens conqueri videatur. Per eam siquidem animam sermo diuinus intelligit, quæ Deum videre desiderans frontem pudicitiæ simplicitatis velamine tegere consueuit. Si autem peccati morbus eidem aduenerit, per impudicitiam frontem discoopertam gerit, & quæ prius iuste vixerat, abiecto simplicitatis velamine peccatum prædicare non cessat. Quod si in religione alicui cōtingat grauioris culpę secularibus incitamentū præstat. Quanto enim gradus altior, tanto casus grauior. Vnde per Esaiam dicitur, Erubesce sidon, ait mare. Vnde Grego. Plerunque (inquit) ex actione secularium cōfunditur actio religiosorum, dum illi vltra habitum assumunt opera, & isti iuxta ordinē proprium non excitant corda. In Sidone quippe figuratur stabilitas religiosorum, in mari vero vita secularium. Quasi ergo per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per cōparationem vitæ secularium, religiosorum, qui muniti, & quasi stabiles cernuntur, vita reprobatur. Noluisti, inquit, erubescere. Erubescere noluit, qui pœnitere recusauit. Rubor igitur frontis est pudor pœnitentis. Si quis igitur ab hac infirmitate curari desiderat, necesse est vt emplastrum verecundiæ fronti superponat.

Y Hier. 3.

Z Esa. 23.

¶ *Finis Libelli de medicina animæ quatenus extare compertus est, nam de plurium morborum et ægritudinum curatione spirituali, vt ex prologo patet, agere constituerat.*

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis in Soliloquium de Arrha animæ Prologus.

DILECTO fratri G. cæterisque seruis Christi hamerisleuæ degēntibus H. qualiscunque vestræ sanctitatis seruus, in vna pace ambulare, & ad vnam requiem peruenire. Soliloquium dilectionis, qd de Arrha animæ inscriptum est, nisi charitati vestræ, vt discatis vbi vos oporteat verum amorem quærere, & quemadmodum debeatis corda vestra spiritalium studio meditationum ad superna gaudia excitare. Hoc ergo frater charissime rogo, vt cum cæteris in memoriam mei suscipias, nec quòd specialiter tibi mittitur,

tur, cæteros excludat, nec quod communiter omnibus datur, muneris prærogatiuam imminuat. Nolo vos hic prouocare colore dictaminis, sed quia celare non potui meæ erga vos affectum deuotionis. Salutate fratrem B. & fratrem A. & omnes alios, quorum nomina etsi ego in præsenti sigillatim enumerare non valeo, omnia tamen in libro vitæ conscribi exopto. Valete.

¶SOLILOQVIVM HVGONIS de Sancto Victore Canonici Regularis Lateranensis, de Arrha animę: interloquentes sunt, Homo & Anima.

¶HOMO.

A 
Oquar secreto animę meę, & amica confabulatione exigam ab ea quod scire cupio. Nemo alienus admittetur, sed aperta conscientia soli verba conferemus. Sic enim nec mihi timor erit occulta quærere, nec illi pudor vera respondere.

Dic mihi quæso anima mea, quid est quod super omnia diligis? Ego scio, quòd vita tua dilectio est, & scio quòd sine dilectione esse non potes. Sed velim mihi sine verecundia confitearis, quid inter omnia diligendum elegeris? Dicā adhuc, vt manifestius intelligas quid te interrogem. Aspice mundū, & omnia quę in eo sunt: multas ibi species pulchras & illecebrosas inuenies, quæ humanos affectus illiciunt, & secundum varias vtentium delectationes ad fruendum se desideria accedunt. Habet aurū, habēt lapides preciosi fulgorē suum, habet decor carnis speciem, picta tapeta & vestes fucatæ colorē. Infinita sunt talia. Sed hæc cur tibi enumerē? Ecce & tu nouisti omnia, vidisti penè singula, experta pluri ma. Multa iam te vidisse recōlis, & adhuc multa vides, in quibus qd dico experiri & cōprobare possis. Dic ergo obsecro mihi, quid de his omnibus vnicū tibi feceris, quod singulariter amplecti, quo semper perfrui velis? Certus enim sum, q aut horū quæ videntur aliquid amas, aut si iā postposuisti vniuersa hęc, aliud habes quod præ omnibus his diligas.

B ¶ANIMA. Sicut amare non possum quod nunquam vidi, sic de his omnibus quæ videntur, nihil adhuc amare non potui, & tñ de his omnib⁹ quid super omnia amādum sit nōdū inueni. Multis enim iam experimentis didici fallacē esse & fugacē amorē huius seculi, quē semper, vel cū perit id, quod mi hi elegeram, perdere, vel cū aliud, quod magis placeat, superuenerit, cogor cōmutare: sic adhuc desiderijs incerta fluctuo, dum nec sine amore esse possum, nec verum amorem inuenio.

C ¶HOMO. Gaudeo, q saltē in amorē temporaliū non figeris, sed doleo q in amore æternorū nondū requiescis. Infelicior esses, si de exilio patriam faceres: nunc vero, quia in exilio erras, ad viam reuocāda es. De exilio patriam faceres, si in ista vita transitoria æternum amorem habere velles. Nunc vero in exilio erras, quia dū traheris per concupiscentiā tēporaliū, amorē nō inuenis æternorum. Sed magnū salutis principium tibi esse potest, q amorem tuum didicisti mutare in melius, quia sic ab omni temporalium amore auelli poteris, si maior tibi pulchritudo ostensa fuerit, quam gratius amplectaris.

¶ANIMA. Quomodo potest demonstrari, quod videri non potest? quod autem videri non potest, quomodo potest diligi? Certe si in rebus temporalibus, & quæ videri possunt, verus & permanens amor non est, amari autem non potest, quod nō potest videri, æterna miseria semper viuentem sequitur, si semper permanens amor non inuenitur. Nemo enim sine amore esse beatus potest, quia vel in hoc solo miserum esse constat, quòd nō diligit id, quod est. Immo vero quis illum non dico beatum, sed vel hominem diceret, qui humanitatis oblitus, & societatis pacem respuens solitaria quadā & misera dilectione se solū amaret? Necesse est igitur, vt aut eorum quæ videntur amorem approbes, aut si hunc tollis, alia, quæ salubrius atque iucundius amētur, demonstres. D

¶HOMO. Si tēporalia ista & visibilia idcirco amari debere existimas, quia illis quendam sui generis decorem inesse cōspicaris, cur teipsam potius nō diligis, quæ specie tua omnino visibilium decorem & pulchritudinem vincis? O si teipsam aspiceres: O si faciem tuā videres, agnosceres certe quanta reprehensione digna fueras, cum aliquid extra te amore tuo dignum existimabas. E

¶ANIMA. Oculus cuncta videt, seipsum non videt, & eo lumine, quo reliqua cernimus, ipsam, in qua positum est lumen, faciem nostram non videmus. Alienis indicijs discunt homines facies suas, & speciem vultus sui audiendo sæpius quàm videndo cognoscunt, nisi forte quoddam alterius generis speculum afferas, in quo faciem cordis mei cognoscam & diligam, quasi & illum non rectissime insipientem quisque diceret, qui ad pascendum amorē suum similitudinem vultus sui iugiter in speculo consideraret. Ego igitur, quia faciem meam & speciem vultus mei qualis sit, contemplari nequeo, facilius in ea, quæ foris admiranda videntur, affectum dilectionis meæ extendo. Præsertim quia amor nunquam solitarios esse patitur, & in hoc ipso iam quodammodo amor esse, si defintin alterum parilitatis consortem, vim dilectionis non diffundit. F

¶HOMO. Non est solitarius, cum quo est Deus. nec idcirco vis dilectionis extinguitur, si à rebus abiectis & vilibus appetitus eius cohibeatur. Ille magis sibi iniuriā facit, qui vel inhonesta vel certe ea, quæ amore suo digna nōn sunt, in societatem dilectionis admittit. Primum igitur necesse est, vt quisque semetipsum consideret, & cum cognouerit dignitatem suam (ne iniuriam faciat amori suo) abiectiora se non amet. Nam & ea, quæ per se considerata, pulchra sunt, pulchrioribus comparata vilescunt. Et sicut ineptum est deformia pulchris cōiungere, sic omnino indecens est ea, quę non habent nisi infimam quandam & imaginariam pulchritudinem, G

næ, pulcherrimis coæquare. Nõ vis habere aĩa amorẽ solitariũ noli tamẽ habere ꝓstitutũ. Quæris vnicũ, quære & vnice electũ. Scis ꝙ amor ignis est, & ignis quidẽ fomẽtũ quærit vt ardeat. Sed caue ne id inijcias, qd fumũ aut fœtorẽ ministrat. Ea vis amoris est, vt talẽ esse necesse sit, quale illud est, qd amas, & cui p affectũ cõiũgeris, in ipsius similitudinẽ ipsa quodammodo dilectionis societate transformaris. Tuã igit' anima pulchritudinẽ attẽde, & intelliges qualẽ debeas pulchritudinẽ diligere. Nõ est tibi

H inuisibilis facies tua. Ocul' tu' nihil bene videt, si seipsum nõ videat. Nã cũ ad seipsum cõtẽplãdũ bene pspicuus est, nulla eum foris pegrina similitudo, vel adumbrata veritatis imaginatio fallere potest. Quòd si forte interna illa tua visio p negligẽtiã obscurata est, & temetipsam vt decet & expedit cõtemplari nõ sufficis, cur saltẽ quid de te existimare debeas, ex iudicio alieno nõ ppẽdis? Spõsũ habes, sed nescis. Pulcherrimus est oim, sed faciẽ eius non vidisti. Ille te vidit, quia nisi te vidisset, nõ te diligeret. Noluit adhuc seipsum tibi præsentare, sed munera misit, arrham dedit, pignus amoris, signum dilectionis. Si cognoscere illũ posses, si speciẽ illius videres, nõ amplius de tua pulchritudine ambigeres. Scires enim ꝙ tã pulcher, tã formosus, tã elegãs, tã vnicus in tuo aspectu capt' nõ esset, si eũ singularis decor & vltra cæteros admirand' nõ traheret. Quid igitur ages? Nũc videre illũ nõ potes, qa absens est. Et ideo nõ times, neq; erubescis illi iniuriã facere, ꝙ singularẽ ei' amorẽ cõtemnis, teq; alienæ libidini turpi-

I ter & impudice ꝓstituis. Noli sic facere. Si adhuc scire non potes qualis ille sit, q̃ te diligit, considera saltẽ arrhã, q̃ dedit: fortassis in ipso munere eius, qd penes te est, poteris agnoscere quo affectu illũ diligere, quo studio & diligẽtia te illi debeas cõseruare. In signis est arrha ei', nobile donũ ei', quia nec magnũ decuit vt parua daret, nec pro paruo sapiẽs magna dedisset. Magnũ ergo est qd tibi dedit, sed mai' est, qd in te diligit. Magnũ ergo est qd dedit. Quid dedit tibi aĩa spõsus tu'? Expectas fortassis, & nescis quid dicturus sim. Cogitas à quo quid magni acceperis, nec inuenis te aliquid tale habere aut accepisse, vnde gloriari possis. Dicã igit' tibi, vt scias quid dedit sponsus tu'. Respice vniuersum mũdũ istũ, & cõsidera si aliquid in eo sit, qd tibi nõ seruiat. Omnis natura adhuc finem cursũ suũ dirigit, vt obsequijs tuis famuletur, & vtilitati deseruiat, tuisque oblectamentis pariter & necessitatibus secundum affluentiam indeficientem occurrat. Hoc cęlum, hoc terra, hoc aer, hoc maria, cũ ijs, quæ in eis sunt, vniuersis, explere nõ cessãt: in hoc circuitus tẽporũ annuis innouationibus, & rediuiuis partubus antiqua innouans, dilapsa reformans consumpta restaurans pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hoc instituit? quis istud naturæ præcepit, vt sic vno consensu tibi seruiat? beneficiũ accipis, & auctorẽ, eius nõ agnoscis. Donũ in manifesto est, largitor occul-

K tus. Et tamẽ ipsa teratio dubitare nõ sinit hoc tuũ nõ esse debitũ, sed beneficiũ alienũ. Quicũq; ergo ille est, multũ tibi cõtulit, qui hoc totũ & tãtũ tibi dedit multũ diligẽd' est qui tãtũ dare potuit, & qui tantũ dare voluit, multũ dilexit. Tãtũ ergo diligens, & tãtũ diligẽd' dono suo demõstrat, vt q̃ stultũ est amorẽ tã potentis non vltro cõcupiscere, tã impiũ sit atque peruersum tã diligẽtem non redamare. Vide ergo o aĩma imprudens & temeraria, vide qd agis, cũ in hoc mũdo amari & amare cõcupiscis. Tot' tibi mũdus subiect' est, & tu nõ dico totũ mũdũ, sed nescio quid vix aliquã mundi portiunculã, qd nec specie pulchra, nec vtilitate necessaria, nec quantitate magna, nec bonitate optima antecedat, in societatẽ tui amoris admittere non aspernaris. Certe si hæc diligis, vt subiecta dilige, vt famulantia dilige, ut dona dilige, vt arrham spõsi, ut munera amici, ut beneficia domini. Sic tñ, vt semper memineris quid illi debeas, nec ista p illo, nec ista cũ illo, sed ista ppter illum, & p ista illũ, & supra ista illũ diligas. Caue o anima, ne (qd absit) nõ sponsa sed meretrix dicaris, si munera dãtis plusq̃ amãtis affectũ diligis. Maiorẽ charitati ei' iniuriam facis, si & dona illius accipis, & tñ vicissitudinẽ dilectionis nõ repẽdis. Aut dona illi' (si potes) respue, vel si dona illi' respuere non potes, vicissitudinẽ dilectionis repende. Dilige illũ, dilige te ppter illũ, dilige dona illi' ppter illũ. Dilige illũ ut fruaris illo, dilige te ꝙ diligeris ab illo. Di Dilige in donis illius, ꝙ data sunt ab illo. Illum tibi, & te illi dilige, dona illius ab illo tibi, propter te. Hæc pura & casta dilectio est, nihil habens sordidum, nihil amarum, nihil transitorium, decora castitate, iucunda dulcedine, stabili æternitate.

¶ Anima. Verba tua inflammauerunt me, cõcepi ardorẽ, & æstuo intus. Quãuis enim nõdũ viderim hũc, quẽ tã amabilẽ esse asseris, ipsa me tñ (fateor) ser L
monis tui dulcedine & exhortationis suauitate ad amorẽ ei' accẽdis. Cogor siquidẽ cõnib. tuis illũ sup oĩa diligere, a quo me video oĩa ĩ pign' dilectionis accepisse. Veruntamẽ adhuc vnũ superest, qd apud me valde felicitatẽ hu' amoris imminuat, nisi illud quoque (sicut cetera) manus tue cõsolationis abstergat.

¶ Homo. Fiducialiter tibi promitto in hoc amore nihil esse, quod iure displicere debeat, & tamen ne magis videar crudelitatem tuam fallere, quam veritati testimonium perhibere, volo vt mihi quod te mouet aperias, vt meis iterum rationibus confirmata amplius in eius desiderio conualescas.

Anima. Meminisse te volo, sed nec oblitum existimo, ꝙ paulo ante (cũ tu pbabilẽ & honestũ amo- M
rẽ cõmẽdares) dixeris nõ solũ unicũ, sed & vnice electũ esse debere amorẽ. i. in solũ dilecto & solũ diligẽdo cõstitutũ, eo ꝙ pfecte laudabilis amor nõ sit, si vel alter cũ solo diligit, uel q̃ sũme diligẽd' nõ est, sol' amat. Ecce igit' ego vnice electũ & vnice dilectũ diligo. Sed hãc huius dilectionis meæ iniuriam patior, ꝙ solũ dilgẽs sola nõ amor. Nã hãc dilectionis eius arrham, q̃ mihi obijcis, quot sint, vel certe quales, cũ qbus hæc mihi cõis est, tu ipse agnoscis. Quo igitur de priuilegio singularis amoris potero gloriari, quę hoc, qd tã magnũ asseris, non dicã cũ bestialibus, sed & cum ipsis bestijs cõe accepi? Quid mihi lux solis amplius confert, q̃ reptilibus & uermibus terrę? Oĩa similiter viuunt, omnia spirãt, idẽ pastus, idẽ potus omnium. quid hoc tã magnũ? qd hoc tã singulare? vides certe quale est. Non itaq; satis congrue singularite diligendũ probas, si non & ipsum

quoque vel in aliquo singulariter dilexisse demon-
stas. Magna quidē fateor hæc, & singulari amore
digna forent, si singulariter data fuissent.
N ¶Homo. Nō mihi displicere potest hæc diligē-
tia tua, quia in hoc patet, ꝙ pfecte amare desideras,
qm̄ causam pfecti amoris tam diligēter inuestigas.
Gratanter igitur hoc tecū differendum suscipio, vt
& tā optimi amorē ab hac, pro qua causaris, iniuria
defendam, & simul te, ne qua ab illius dilectione su
spicione vacilles, ad integrum restituam. Tria quæ-
dam sunt, in quibus id, quod te mouet, inuenias. Di
scerne quæ dona à sponso tuo accepisti: alia enim
communiter, alia specialiter, alia singulariter data
sunt. Cōmuniter data sunt, quæ omnibus propter te
tecum seruiunt. Specialiter data sunt, quæ multis
O nec tamē omnibus propter te tecū sunt concessa. Sin
gulariter data sunt, quæ tibi soli sunt data. Quid igi
tur, nunquid ideo minus te diligit, quia quædā do-
na sua tecum simul omnibus concessit? Nunquid fe
liciorem te fecisset, si tibi soli mundum dedisset? Ec
ce nō sunt creati homines super terram, nō sunt be-
stiæ, sola diuitias mundi possides, vbi igitur illa gra-
ta & vtilis societas humanæ conuersationis? vbi so-
latia, vbi oblectamenta, quibus nunc frueris? vide
igitur quia & in hoc multum tibi cōtulit, ꝙ hæc ad
solamen tuū tecū creauit. Si mundus iste, & hęc om
nia tibi seruiūt, quomodo etiā omnia ad obsequiū
tuū facta nō sunt? Nunquid paterfamilias solus pa-
nem suū comedit? nunquid solus potū suū bibit? nū
quid solus vestimentis suis induitur? nunquid solus
calefit igne suo? nunquid solus habitat in domo
sua? Totū tn̄ nō immerito eius dicitur, quicquid ha
bent ij, qui ei vel per dilectionē, vel per subiectionē
famulantur. Siue igitur illa, quæ tibi seruiunt, siue il
la, quæ tibi seruientibus necessaria sunt, omnia tibi
data sunt, omnia tibi obsequium impendunt.
P ¶Anima. Qđ me mouebat, pcidisti potius q̄
eradicasti. Ego nāq; hoc querebar, ꝙ vnice diligens
vnice dilecta non sum, quia pignus amoris mei alijs
æque video esse concessum. Tuæ vero rationes hoc
psuaserunt, vt illa quoq; singulariter mihi donata
credere, quæ in vsum seruiētiū mihi cōmuniter data
videre. In quo te cōueniēter satis, sed nō sufficiēter
de hoc, qđ me mouebat, locutū esse confiteor: hinc
enim doceor omnia, quibus vita irrationaliū fouē-
tur, meæ potius ditioni esse assignanda, propterea
ꝙ illa quoque, quæ ijs aluntur, in vsum meū sunt
deputata. Priuilegiū tamē singularis amoris exinde
nō astruitur, quia hæc nō soli mihi, sed cunctis simi
liter hominibus, multis vero amplius subiecta esse
noscuntur. In ijs ergo omnibus, quæ communiter
vsui hominū concessa sunt, & si quidā nō iuste am-
plius aliquid sibi vēdicēt, errāt qui suæ ditioni quic
quam singulariter ascribunt. Est igitur specialis qui
dā amor creatoris ad homines, in quo quidem ipsi
homines alijs creaturis, non autem adinuicem, am-
plius gloriari habent. Nam quòd in assertionem sin
gularis amoris dicis, etiam mihi inter cætera dona-
tā esse societatē hnīm, cū tā mea illis, q̄ illorum mi-
hi concessa sint, nihil ego in hoc singulare reperire
possum. In qua societate nō solum me lædit amissa
gloria singularitatis, sed & vilitas participationis.
Quot enim increduli, quot scelesti, quot impuri
sunt, qui in hac societate similiter gloriari possunt?
¶Homo. Non te cōturbare debet, ꝙ in vsu re- Q
rum tēporaliū eadem bonis & malis est participa-
tio, nec idcirco eos similiter à Deo amari existimes,
quia his omnibus tecū similiter cōmunicare vides.
Nā sicut bestiæ non propter se, sed ppter hominem
creatæ sunt, ita mali hoīes nō ppter se, sed propter
bonos viuunt. Et sicut vita eorū vtilitati bonorum
deseruit, sic omne, quo vita illorū alitur, dubium nō
est quin ad ditionē bonorū referēdū sit. Idcirco aūt
mali inter bonos viuere permittuntur, vt societas il-
lorum, bonorum vitā exerceat, quos & felicitate, sua
admonent potiora his, & quæ mali cōmunicare nō
possunt, bona quærere, & iniquitate sua cogunt ar-
ctius virtutē amare. Postremo, vt dum illos diuina
gratia destitutos vident per quęlibet abrupta vitio-
rum ruere, discāt quātas pro sua salute debeāt crea-
tori gratias referre. Ratio siquidem diuinæ dispensa
tionis ad nostræ salutis augmentū, & glorificationis
documētū hoc exigebat, vt sicut in vita bestiarū di-
cimus summā felicitatē nō esse h s vu, ita quoque in
vita malorū hoīm discamus nec esse summā felicita
tē istis dominari. Similiter igitur bonis ac malis ista
concedi debuerunt, quia aliter boni potiora sibi ser
uari nō crederēt, nisi ista tā bonis q̄ malis cōmunia
esse viderent. Nihil igitur amplius de societate aut
felicitate malorum cōquueraris, nec ideo in priuile-
giū singularis amoris tecum ascribēdos putes, quia
eos in vsu & dominio rerum transeuntium socios
habes, quia ēt in hoc (sicut iā diximꝰ) saluti tuæ p-
ficiunt, ꝙ istis tecū nō tm̄ vti, sed & dominari pos- R
sunt. Quid aūt de societate bonorū dicā? Nā hoc so-
lū nunc restat, ut consideres, vtrū ne idcirco de sin-
gulari amore spōsi tui gloriari nō possis, ꝙ ab eo nō
sine societate bonorū diligeris. Quapropter remini
sci te uolo illiꝰ (quā superiꝰ in assertionē attul) sniæ,
quā tunc quidē quasi minus cōgruā ad id, de quo il
lic agebat atq; agit cōprobādū, iudicasti. Replico igi
tur nūc eā, vt diligentiꝰ corā te discutiā: vtrū ne ali-
quid nobis ad id, qđ demōstrare nitimur cōfirman-
dū, eiꝰ veritas astipulet. Dixi. n. etiā societatem hoīm
dono tibi creatoris esse cōcessam, vt inde solamē ui-
uendi capias, ne quadā solitaria & inerti vita destitu
ta cōtabescas. Sicut igit vita malorū tibi est exerci-
tiū, sic solamē est vita bonorum, q̄ certe tales sunt,
quos nec felicitatis tuæ participes, nec amoris tui
aspernari debes habere cōsortes. Nā si vere bonos di
ligis, quicquid illis beneficij impēdit, inde charitas, q̄
in te est, nō quasi de alieno, sed quasi de pprio gra-
tulat. Licet igit beatū esset, isto amore te vel solā p-
frui, multo tamē beatiꝰ est in ipso cū multorū bono
rū cōgratulatione delectari, q̄a cū in eos ēi, qui con-
participāt, affectꝰ dilectionis expādit, charitatis gau
diū & suauitatis ampliat. Spiritualis nanq; amor tūc
meliꝰ cuiq; fit singularis, quādo oībꝰ est cōmunis.
Nec participatione pluriū minuitur, cuius fructus
vnꝰ & idem totus in singulis reperitur. Nihil igitur S
priuilegio singularis amoris tui societas bonorum
præscribit, quia sponsus tuus in omnibus diligit
te, quos diligit propter te, ac per hoc etiam sin-
gulariter diligit te, quia nihil diligit sine te. Non
autem

autem timeas animum illius in amorem plurium
quasi per affectum distrahi, & idcirco minorem es-
se ad singulos, quòd partitus quodammodo & diui
sus videatur in cunctos. Sic singulis adest quasi om
nibus, quia nec alium nec maiorem dilectionis affe-
ctum singulis impenderet, si absque cũctorum par
ticipatione singulos amaret. Ergo omnes vnum vni
ce diligant, vt omnes ab vno vnice diligantur, quia
nec alius præter vnum vnice ab omnibus diligen-
dus est, nec alius præter vnum vnice omnes dilige-
re potest. Omnes autem in vno se quasi vnum dili-
gant, vt vnius dilectione vnum fiant. Iste amor vni
cus est non tamen priuatus, solus nec tamen solita-
rius, participatus nec diuisus, communis & singu-
laris, cunctorum singulus & singulorum totus,
nec participatione decrescens, nec vsu deficiens,
nec tempore veterascens, antiquus & nouus, affe-
ctu desiderabilis, experientia dulcis, fructu æter-
nus, iucunditate plenus, reficiens & satians, nec vn-
quam fastidium generans.
T § Anima. Satis iucundæ mihi sunt assertiones
tuæ, & fateor quoniam inde iam incipio arden-
tius huius amorem appetere, vnde prius cœperam
eum amplius fastidire. Sane vnum adhuc superest
desiderio meo, quod si per te adipisci potero, satis
per omnia mihi factum esse non dubitabo. Hoc
autem est, si quomodo demonstrari possit, qualiter
iste sponsus castitatis singulis quos diligit quasi om
nibus affectu & effectu adsit. Et de affectu quidem
dubitare non potero, si hoc in effectu verum es-
se cognosco.
V § Homo. O anima mea si tantopere in incepto
pe sistis, nec tibi satisfactum esse iudicas, si non prot
sus singulare beneficium sponsi tui impẽsum agno-
scas, etiam in hoc tuæ petitioni libenter annuo, quo
niam hanc tuam instantiam ex deuotione potius
sci, quam ex importunitate cognosco. Nam in
c quoque prouidit tibi optimus amator tuus, ne
l esset, in quo singulariter de ipso gloriari possis
cut communia & specialia dedit, sic & singu-
laria tribuit. Communia quidem sunt ea, quæ in
vsum vniuersorum veniunt, sicut est lux solis, spi-
ramen aeris. Specialia vero, vt ea, quæ nõ omnibus,
sed quasi cuidam societati concessa sunt, sicut est fi-
des, sapientia, disciplina. Singularia autem, vt ea,
quæ vnicuique propria impertita sunt, sicut Petro
principatus in Apostolis, Paulo apostolatus in Gen
tibus, Ioanni priuilegium amoris. Considera ergo
anima mea, quæ communia cum omnibus, quæ
specialia cum aliquibus, quæ singularia sola acce-
peris. In omnibus ijs te dilexit, quæ vel commu-
niter tecum omnibus, vel specialiter quibusdam,
X vel singulariter tibi soli tribuit. Cum ijs rursum om
nibus te dilexit, quibus te participatione doni sui
sociauit. Præ omnibus ijs te dilexit, quibus te sin
gularis gratiæ dono prætulit. In omni creatura dile
cta es, cum omnibus bonis dilecta es, præ omnibus
malis dilecta es. Et ne parum tibi videatur, quod
præ omnibus malis dilecta es, quanti boni sunt, qui
minus te acceperunt? Sed quia pro desiderio singu-
laris amoris ad ea potius, quæ singulariter data sunt
niti te video, quamuis multa adhuc dici possent de
ijs, in quibus & cum quibus dilecta es, hoc quod
iam dictum est sufficere volo. Nolo tamen, vt pa-
rum existimes vel in tantis, vel cum talibus te esse
dilectam, vbi & bonos omnes habeas socios, malos
vero, vt quæ condita sunt vniuersa, subiectos. Vidi- Y
sti igitur o anima mea, quanta sunt in quibus dile-
cta es, vidisti quales sunt cum quibus dilecta es,
nunc præ quibus dilecta sis considera quantum po-
tes. Tibi loquor anima mea, tu nosti quid accepe-
ris, & necesse habes adhuc melius nosse, ne inci-
pias uel de ijs quæ non accepisti præsumere, uel de
iis quæ accepisti gratias non referre. Vtinam reco-
lere possim ea quomodo tibi expedit, & quomodo
illi placet, qui tibi hæc dedit. Nam & ipse idcir-
co hæc tibi dedit, ut tu semper ea in memoria ha-
beas, & nunquam ab eius amore obliuione tepescas.
Primum cogita anima mea, quòd aliquando non
fueris, & ut esse inciperes, hoc eius dono acceperis
Donum ergo eius erat, ut fieres. Sed nunquid tu ei
aliquid dederas priusquam fieres, quo tibi hoc ab
eo redderetur ut fieres? Nihil prorsus, nihil tu dede
ras, nihil dedisse poteris priusquam fieres, sed gra-
tis accepisti ab eo ut fieres. Cur ergo prælata es in eo
quod facta es? Quis minus accipere potuit, quàm
qui ut fieret accepit? Et tamen nisi hoc esset aliquid
accipere; non poterat qui non erat incipere, & ni
si esse quàm non esse melius esset, nihil ille qui est
eo, qui nõ est, amplius accepisset. Quare ergo Deus Z
meus fecisti me, nisi quia esse magis quàm non esse
voluisti me? Et plus dilexisti me omnibus ijs, qui ac
cipere non meruerunt illud a te. Cum ergo Deus
meus esse mihi dedisti bonum & magnum, bonũ
& pulchrum bonum tuum mihi dedisti, & me (cũ
hoc mihi dares) prætulisti omnibus, quibus hoc tan
tum bonum tuum dare noluisti. O anima mea
nunquid aliquid dicimus, cum hoc Deo nostro di-
cimus? Deo nostro à quo facti sumus, facti qui non
fuimus, & ab omnibus qui facti non sunt, amplius
accepimus. Sic prorsus, sic aliquid dicimus, & mul
tum dicimus cum hoc dicimus, & hoc semper di-
cere debemus, ne vnquam obliuiscamur eũ, a quo
tantum bonum accepimus. Qui vtique si nihil am- S
plius dedisset, pro eo ipso tamen semper a nobis
laudandus & diligendus esset. Nũc autem amplius
dedit, quia dedit non solum esse, sed pulchrum es-
se, formosum esse, quod quãtũ superat nihil per exi
stentiam, tantum antecedit aliquid per formã, in
quo multum placet id, quod est, & amplius id,
quod tale est. In quo anima mea omnibus te præla
tam aspice, quos tale & tam excellens existendi bo-
num vides non accepisse. Sed nec his terminari po A
tuit munificentia largitoris optimi. Adhuc aliquid
plus dedit, & magis nos ad similitudinem suam
traxit: uoluit ad se trahere per similitudinem,
quos ad se trahebat per dilectionem. Dedit er-
go nobis esse, & pulchrum esse: dedit & viuere,
ut præcellamus & ijs, quæ non sunt per essen-
tiam, & ijs, quæ inordinata aut incomposita
sunt, per formam, & quæ inanimata, per uitam.
Magno debito obligata es anima mea, multum
accepisti, & nihil a te habuisti. Et pro ijs omnibus
non habes quid retribuas, nisi tantum vt diligas.

Nam qnod per dilectionem datum est, nec melius nec decentius quàm per dilectionem rependi potest. Accepisti autem hoc totum per dilectionem. Poterat enim Deus etiam alijs creaturis suis dedisse vitam, sed amplius in hoc dono dilexit te. Nec ideo plus dilexit te, quoniam plus diligendum inuenit in te, sed quia gratuito plus dilexit te, talem fecit te vt iam nunc merito plus diligat te.

¶Anima. Quanto plus audio, tanto plus audire concupisco, perge quæso, & qnæ sequuntur narrato.

B ¶Homo. Post esse, & post pulchrum esse, post viuere, datum est & sentire, datum est & discernere, & per eandem dilectionem datum est, quæ nisi præcessisset, nihil a largiente datum, nihil ab indigēte acceptum fuisset. Quàm sublimis, & quàm decora facta es anima mea. Quid sibi iste ornatus tantus ac talis voluit, nisi quia idem ipse, qui te induit, spōsam suo thalamo præparauit? Nouit ad quod opus te conderet, nouit qualis ornatus illud opus deceret, & ideo dedit quod decuit, & quod tantum decuit, vt & ipse diligeret hoc, qui dedit. Sensibus foris decorauit, intus sapientia illustrauit. Sensus dans quasi exteriorem, sapientiam quasi interiorem habitum. Sensus quasi quasdam gemmas fulgentes appendens exterius, sapientiam quasi naturali pulchritudine faciem vultus tui decorans intus. Ecce ornatus tuus, omnium gemmarum vincit pulchritudinem, ecce facies tua omnium formarum superat decorem. Talem omnino esse decebat, quę ad cælestis regis thalamum introducenda fuerat. Quantum dilecta es, & præ quantis dilecta es, qnando talis facta es? Quàm singulare donum, quàm non omnibus concessum, non nisi dilectis & diligendis concedendum? Multum gloriari poteras, & multum custodiri debueras, ne tale donum perderes, ne tale ornamentum fœdares, ne tantum decorem corrumperes, ne eo amisso vel imminuto amplius misera fieres, quàm eo non accepto vel non perfecto misera fuisses, ne te cum damno amissæ pulchritudinis simul torqueret confusio fęditatis, & abiecta vilior fieres quàm si recepta non fuisses. Istud ergo custodiendum, & illud cauendum fuerat, vt istud custo-
C dimm persisterer, & illud cautum non eueniret. Sed vide quid fecisti anima mea, dereliquisti sponsum tuum, & cum alienis prostituisti amorem tuum: Corrupisti integritatem tuam, fœdasti pulchritudinem tuam, dispersisti ornatum tuum. Tam vilis, & tam turpis, & tam immunda facta es, quasi talis spōsi amplexibus amplius digna non esses. Oblita es ergo sponsi tui, & pro tantis beneficijs condignas gratias non egisti. Meretrix facta es, & præ nimijs fornicationibus tuis laxata sunt vbera tua. Rugosa effecta est frons tua, genæ marcidæ, languentes & stupentes oculi, labia pallore obducta, exsiccata cutis, virtus infracta, ipsis quoq; amatoribus tuis odiosa.

¶Anima. Sperabam tanta illa præconia ad alium finem tendere, sed vt video ad maiorem confusionem mei hæc dixisti, vt eò magis odio dignam ostenderes, quò tantis beneficijs acceptis, & non custoditis magis ingratam comprobasses. Vellem ergo aut factum non esse quod dictum est; aut saltem dictum non esse quod factum est, vt vel obliuio confusionem tegeret, si presumptio reatum non vitasset.

D ¶Homo. Non ad cõsnsionem tui, sed ad eruditionem hæc dicta sunt, vt magis illi fias obnoxia, qui te & fecit cum non eras, & redemit cum perieras. Nam illud quoque in assertionem amoris illius cõmemoraui, vt inde occasione sumpta iam nunc tibi narrare incipiam, quantum iste sponsus tuus (qui tam excelsus apparuit cum te conderet) humiliari dignatus est cum te repararet. Illic tam sublimis, hic tam humilis, non tamen hic quàm illic minus amabilis, quia nec hic quàm illic minus admirabilis. Illic potenter magna tibi contulit, hic misericorditer pro te dira sustinuit. Vt enim te releuaret illuc vnde cecideras, ipse descendere dignatus est huc vbi iacebas, & vt tibi iuste redderetur quod perdideras, ipse dignatus est pie pati quod tolerabas. Descendit ergo, suscepit, sustinuit, vicit, restaurauit; descendit ad mortalem, suscepit mortalitatem, sustinuit passionem, vicit mortem, restaurauit hominem: ecce anima mea obstupesce tanta mirabilia, tanta beneficia propter te exhibita. Cogita quãtum diligat te, qui tanta facere dignatus est propter te. Pulchra facta fueras eius munere, fęda facta es tua iniquitate. Sed iterum mundata es & formosa facta eius pietate, operante tamen vtrobique charitate. Olim cum non esses, dilexit te vt conderet. Postea cum fœda esses, dilexit te vt pulchram faceret, & vt ostenderet tibi quantum te diligeret, non nisi moriendo a morte te liberare voluit, vt non tantum pietatis impenderet beneficium, verum & charitatis monstraret affectum. Nunc autem tam syncera charitate te diligit, ac si semper cum eo perstitisses, nec exprobrat tibi reatum, nec improperat tibi beneficium. Et si deinceps fideliter cum eo perseuerare, ipsumque vt decet amare, ac tuum illi amorem incontaminatum conseruare volueris, maiora prioribus se daturum promittit.

E ¶Anima. Iam quodam modo amare incipio culpam meam, quia vt video, non parum mihi malefecisse profuit, qnando ex eo mihi id, quod votis omnibus scire desiderabam, luce clarius innotescit. O felix culpa mea, ad quam diluendam dum ille charitate trahitur, ipsa quoque eius charitas mihi desideranti, & totis eam præcordijs concupiscenti aperitur. Nunquam tam bene dilectionem eius agnoscerem, si in tantis periculis eam experta non fuissem. O quàm feliciter cecidi, quæ post lapsum felicior resurrexi? Nulla dilectio maior, nullus amor syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior: mortuus est pro me innocens, nihil in me qnod amaret inueniens. Quid ergo Domine dilexisti in me, & tantum dilexisti vt morereris pro me? Quid tale in me inuenisti, pro quo tanta & tam dura sustinere voluisti.

F ¶Homo. O anima mea, argue temetipsam corā Domino, ꝙ hucusq; tãtis beneficijs eius ingrata fuisti, & miserationes eius plurimas cognoscere noluisti. Sed vt adhuc melius intelligere possis quãtū illi debeas, me reliqua eius beneficia secundum cœptū ordinem prosequente, volo vt diligenter intendas.

¶Ani-

¶Anima. Hoc semper audire desidero, quod mi-
hi tam dulce est, vt idem te incessanter iterare cupe
rē, si nō ad alia quoq; quæ restāt audiēda, festinarē.

¶Homo. Abieras ergo & perieras, & quia in pec
catis tuis venundata eras, venit ille post te vt redi-
meret te, & tantum dilexit te, vt sanguinis sui pre-
tium appenderet pro te, talique pacto & reduxit te
de exilio, & redemit de seruitio.

G ¶Anima. Nesciui quòd tantū me diligeret Deus,
amplius mihi vilis esse non debeo, quæ tātom Deo
placui, vt & mori eligeret pro me, ne perderet me.

H ¶Homo. Et quid si cogitare cœperis quot & qua
les in comparatione tui abiecti sunt, qui hanc, quæ
tibi data est, gratiam consequi non potuerunt? Cer-
te audisti ab initio vsque ad hanc diem, quàm mul
tæ generationes hominum pertransierunt, quæ
omnes sine cognitione Dei, & pretio suæ redem-
ptionis in interitum sempiternum dilapsæ sunt.
Omnibus illis te Redemptor & amator tuus præ-
tulit, quando tibi hanc gratiam largitus est, quam
nullus horum percipere meruit. Et quid dices?
Quare putas prælata es illis omnibus? Nunquid tu
fortior, nunquid sapientior, nunquid nobilior,
nunquid ditior illis omnibus fuisti, quia hanc præ
illis omnibus specialem gratiam sortiri meruisti?
Quot fortes, quot sapientes, quot nobiles, quot di-
uites ibi fuerunt? & tamen vniuersi relicti & abiecti
perierunt. Tu sola præ omnibus illis assumpta es,
& quare in te hoc factum sit, nullam præter gratui
tam Saluatoris tui charitatem, causam inuenire po-
tes. Elegit ergo & præelegit te sponsus tuus,
amator tuus, Redemptor tuus, Deus tuus. Elegit te
in omnibus, & assumpsit te ex omnibus, & ama-
uit te præ omnibus. Nomine suo vocauit te, vt
memoriale eius semper esset apud te, voluit te parti
cipem esse in nomine, participem io nominis verita
te, quoniam vnxit te illo (quo & ipse vnctus erat)
oleo lætitiæ, vt ab vncto sit vnctus, qui à Christo di
citur Christianus.

¶Anima. Multum fateor collatum est mihi, sed
quæso te, si vt (asseris) ego iam assumpta sum, quid
adhuc differor? quoniam ad amplexus sponsi nec-
dum venire possum?

I ¶Homo. Nescis ergo anima mea, nescis quàm
fœda prius fuisti, quàm polluta, quàm deformis, &
squalida, discissa, & dissipata, omni horrore & enor
mitate plena. Et quomodo tam cito in illum pudo-
ris & castitatis thalamū introduci expetis, nisi prius
saltem cura aliqua & studio exculta ad pristinum
decorem reparetis? Nam hoc est quod nunc expe-
ctaris, hoc est quòd iste tuus sponsus adhuc præsen
tiam suam tibi subtrahit, & necdum in mutuos am
plexus & dulcia oscula te admittit, quia videlicet
nec polluta debet mundum tangere, nec turpem de
cet pulchrum videre. Cum autem præparata & de-
center ornata fueris, tunc demum in illum cœle-
stis sponsi thalamum sine confusione permansura
introibis. Nec te pudebit tunc priscæ turpitudinis,
cum nihil turpe, nihil pudore dignum habebis,
Prius ergo stude formam tuam excolere, fa-
ciem ornare, habitum componere, maculas ter-
gere, munditiam reparare, mores corrigere, di-
sciplinam seruare, & omnibus tandem in melius
commutatis digno sponso dignam sponsam red-
dere. Aliquid dicere volo, vnde te magis cautam K
efficiam, ne pro eo quòd electam te audis, aut ela-
tio tumidam, aut negligentia reddat dissolutam.
Nunquam audisti quid rex Assuerus fecit, quando
Vasthi reginam propter insolentiam illius repu-
diauit? factum insigne, exemplum vtile, pericu-
lum graue. Abiecta est ergo illa propter superbiam Ester.2.
suam, & factum est regis præceptum, vt de om-
ni regno suo congregarentur puellæ speciosæ vir-
gines, & adducerentur ad ciuitatem Susan, &
traderentur in domum fœminarum sub manu Egei
eunuchi, qui erat præpositus & custos mulierum
regiarum, ibique acciperent mundum mulie-
brem, & cætera ad vsum necessaria. Sicque om-
nibus abundanter secundum regiam ambitionem
sopplectis excolerentur, & ornarentur. Per sex
menses oleo myrtino vngerentur, per alios sex
quibusdam pigmentis vterentur, & sic composi-
tæ & ornatæ, de triclinio fœminarum ad regis
cubiculum transirent, vt quæ ex omnibus ma-
gis oculis regis placuisset, illa pro Vasthi in solio
regni sederet. Vide quàm multæ electæ sunt, vt
vna eligeretur, illa scilicet quæ oculis regis for-
mosior & ornatior cæteris videretur. Ministri re-
gis multas eligunt ad cultum, rex ipse vnam eli-
git ad thalamum. Prima electio multarum facta
est, secundum regis præceptionem, secunda ele-
ctio vnius facta est, secundum regis voluntatem:
Consideremus ergo si forte exemplum hoc præ- L
senti (de quo agimus) negocio valeat adaptari.
Rex summi regis filius venit in hunc mundum
(quem ipse creauerat) desponsare sibi vxorem
electam, vxorem vnicam, vxorem nuptijs rega-
libus dignam. Sed quia hunc Iudæa humilitatis
forma apparentem recipere contempsit, abiecta
est. Et missi sunt ministri regis Apostoli videli-
cet, per totum mundum congregare animas, &
adducere ad ciuitatem regis, id est ad sanctam ec-
clesiam, in qua domus est & mansio mulierum
regiarum, id est sanctarum animarum, quæ fœ-
cundantur & generant non ad seruitutem, sed
ad regnum filios. Quæ quia non ex timore, sed
charitate Deo seruiunt, quasi in libertatem bo-
norum operum partus edunt. Multi ergo voca-
ti intrant per fidem ecclesiam, & ibi sacramenta
Christi quasi quædam vnguenta & antidota ad re-
parationem, & ad ornatum animarum præpara-
ta, accipiunt. Sed quia ore veritatis dicitur, Matt. 10.
multi sunt vocati, pauci vero electi, non omnes,
qui ad hunc cultum sunt admissi, ad regnum sunt
eligendi, nisi tantum ij, qui sic student se per ista
mundare & excolere, vt cum ad regis præsentiam
introducti fuerint, tales inueniantur, quos ipse ma-
gis velit eligere quàm reprobare. Vide ergo vbi po-
sita es, & intelliges quid facere debes. Posuit enim
te sponsus tuus in triclinio, vbi mulieres ornan-
tur, varia pigmenta & diuersas species dedit,
cibosque regios de mensa sua ministrari tibi præ-
cepit, quicquid ad sanitatem, quicquid ad refe-
ctionem, quicquid ad reparandam speciem, quic-

quid ad augendum decorem valere potest, tribuit. Caue ergo, ne ad colendam teipsam negligens sis, ne in nouissimo tuo, cum in cōspectu sponsi huius repræsentata fueris, indigna (quod absit) eius consortio inueniaris. Præpara te sicut decet sponsam regis, & sponsam regis cęlestis, sponsam sponsi immortalis.

M ¶Anima. Amaricasti iterum me, & perculisti pauore non modico. Nam quantum ex verbis tuis intelligi datur, mutaui propositum, sed non euasi periculum. Mutaui propositum, quia ab illo, qui me olim distrahebat vago, instabilique amore ad vnicam dilectionem conuersa sum. Non euasi periculum, quia (sicut asseris) nisi me omnibus modis dignam exhibere studuero, ad fructum huius dilectionis non pertingo. Superest ergo vt nunc mihi diligentius edisseras de hoc triclinio in quo mulieres regiæ aluntur, & de cibo regio qui eis datur, & de ipsis quoque vnguentis quibus vnguntur, & de cæteris omnibus, quæ ad cultum siue decorem eis exhibentur. Ipsius enim dilectione prouocor, ijs deinceps studium impendere, sine quibus me video ad dilectionis affectùm non posse peruenire. Atque vtinam ego illa vna esse merear, cuius decorem atque ornatum rex laudabit. Quàm felix illa & quanto electis electior, quæ ad hunc finem studium suum perducet? Quàm exignum iam omnem laborē reputarem, si ad hunc finē studium meum perducere possem. Quęso igitur vt nō pigriteris per singula mihi edicere, quę sint illa remedia, quibus faciē meam debeā ad hunc decorē reformare, quia vehemēter illi placere cupio, cuius charitatē erga me tā benignā, & amorē tā iocūdum agnosco.

N ¶Homo. Sic vere necesse est vt facias. Precorque, vt ipse, qui tibi iam voluntatem hoc faciendi tribuit, vires etiam perficiēdi tribuere velit. Quęris quod sit triclinium, quære etiam quod sit regis cubiculum. Istas duas māsiones propone tibi, quia harum tibi consideratione opus est. Est ergo triclinium, est regis cubiculum. In triclinio sponsæ ad nuptias præparantur, in cubiculo autem nuptiæ celebrantur. Præsens ecclesia quasi triclinium est, in qua nunc sponsæ Dei ad futuras nuptias præparantur. Cęlestis Hierusalem quasi regis cubiculum est, in qua nuptiæ ipsæ celebrantur. Post tempora autem ornandi, de triclinio transeunt ad regis cubiculum, quia post tempora bene operandi veniunt, vt boni operis sui percipiant fructum. Præsens vero ecclesia triclinium dicitur propter tres ordines fidelium, coniugatorum, continentium, rectorum vel

O virginum. Videamus deinceps quæ sunt vnguenta, & pigmentorum genera, qui cibi, quæ vestimenta ad cultum sponsarum præparata. Neque hoc prætermittendum est, quòd ipse sponsus sicut gratuito primum quodammodo fœdas ac turpes diligit, ita & gratuito eis ad ornatum adminiculum omne impendit. Nec quicquam ex se habent, nisi ab illo accipiant vnde illi placeant, vt etiā hoc ad dilectionem pertinere scias, quòd habes vnde ornare te possis, quæ vtique ex te nihil habes, nisi ab illo acceperis. Primū est fons baptismi hic positus, & lauacrū regenerationis, in quo sordes præteritorum criminum abluis. Deinde chrisma & oleum, in cuius vnctione Spiritu sancto liniris. Post hæc delibuta & vnctione lætitiæ perfusa ad mensam venis, & percipis ibi alimentum corporis & sanguinis Christi, quo interius saginata atque refecta noxiam illam præteritorum ieiuniorum maciem depellis, & pristina plenitudine atque fortitudine reparata rursus quodammodo iuuenescis. Deinde vestimenta bonorum operum induis, & fructu eleemosynarum, cum ieiunijs, & orationibus, cum sacris vigilijs, alijsque operibus pietatis, quasi quodam vario ornatu decoraris. Ad vltimum sequuntur aromata vir P

tutum, quarum odor suaue spirans omnem illum antiquarum sordium fętorem fugat, ita vt tibi quodammodo tota mutari, & in aliam transformari videaris, & magis læta, magis alacris, magis sospes efficiaris. Datur etiam tibi speculum sancta scriptura, vt ibi videas faciem tuam: ne quid minus aut aliter quàm decet habeat compositio ornatus tui. Quid ergo dicis anima mea? Scis vtrum ne adhuc aliquid horum perceperis? Certe in fonte abluta fuisti, certe de mensa regis eundem cibum comedisti, & eundem potum bibisti. Sed forte iterum polluta es, habes lachrymas, quibus iterum te abluas. iterum vnctio emarcuit in te, per bonam & piam deuotionem iterum te vngas. Iterum ieiunio diuturno confecta es, iterum lachrymis abluta, & piæ deuotionis vnctione renouata ad refectionem tuam redeas. Vide quàm pia dispensatione tibi vbique concurritur. Non habuisti & datum est tibi, perdidisti & restauratur tibi, nusquam derelinqueris, vt scias quantum ille te diligat, a quo amaris. Non vult te perdere, & ideo tanta patientia expectat, & concedit pie, negligenter toties amissa iterum atque iterum si tu volueris reparare. O quot Q

iam perierunt, qui ista tecum acceperant, sed amissa iterum tecum recipere non meruerunt. Plus ergo omnibus illis dilecta es, quia tibi tam benigne amissum redditur, quod illis perditum tam districte negabatur. Nunquid tibi gratia bene operandi nulla data est? tamen voluntas bona ipso largiente negata non est. Si magna opera facis, misericorditer sublimaris. Si non facis magna opera, fortassis Salubriter humiliaris. Melius nouit ille quid tibi expediat quàm tu, & ob hoc si vis bene de illo sentire, totū, quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige. Forte gratiam virtutum non habes, sed dū vitiorum impulsu concuteris, melius in humilitate solidaris. Suauius redolet Deo humilitas infirma, quàm virtus elata. Nihil ergo dispositioni illius præiudicare audeas, sed semper cum timore & reuerentia ora eum, vt quemadmodum ipse nouit tibi subueniat. Si qua adhuc in te mala permanserunt, pie diluat, si qua inchoata sunt bona, benigne perficiat, & ea te (qua ipse voluerit) via ad se perducat. Quid tibi amplius dicam? est ne aliquid adhuc quod dicere possumus ad ostendendam dilectionem? Tibi loquor anima mea, est ne aliquid? Quid dicis? Si tua dicis, aliena nō poteris. Si aliena & tua, non tamen omnia. Quis enim omnia dicere potest? & tamen scimus quòd omnium origo charitas est.

Ecce duo nati sunt, eadē vtrisque nobilitas generis R

eadem hora natiuitatis. Alter in paupertate relinquitur, alter diuitijs sublimatur, & vtrunque charitas operatur, quia & hunc paupertate humiliat, & illum abundantia cōsolatur. Iste debilis est, & ille fortis, ille tenetur ne malum perficiat, iste roboratur, vt ad bonum opus conualescat: vtrunque charitas probat, non reprobat. Alter per sapientiam illuminatur, alter in simplicitate sui sensus relinquitur. Iste vt seipsum despicere, ille vt studeat creatorem suum agnoscere, vtrique tamen voluit charitas adesse. Talis est amor Dei erga nos, nec quicquam omnino humana infirmitas tolerat, quod ipse (quantum in sua bonitate est) ad bonum nostrum non disponat.

¶*Confessio.*

S Confiteor tibi miserationes tuas Domine Deus meus, quia non dereliquisti me dulcedo vitæ meæ, & lumen oculorum meorum. Quid retribuam tibi
Psal. 115. pro omnibus quæ tribuisti mihi? Vis vt diligam te, & quomodo diligam te? quantum diligam te? quis sum ego vt diligam te? & tamen dili-
Psal. 17. gam te Domine fortitudo mea, firmamentum meum, refugiū meum, liberator meus, Deus meus, adiutor meus, protector meus, cornu salutis meæ, & susceptor meus, & quantum adhuc dicam? Tu es Dominus Deus meus. O anima mea quid faciemus Domino Deo nostro, a quo tot & tanta bona accepimus? Neque enim contentus fuit eadem (quæ & ceteris) bona nobis tribuere, sed in malis quoque nostris eum singularem dilectorem agnoscimus, vt eum tam de bonis quàm de malis nostris omnibus singulariter diligamus. Tu dedisti mihi Domine ut te agnoscam, & præ ceteris multis de tuis secretis reuelata intelligam. Alios coętaneos meos in tenebris ignorantiæ dereliquisti, & mihi præ illis lumen sa-
Quam pulchra deformis. pientię tuæ infudisti. Tu dedisti mihi verius cognoscere te, purius diligere te, syncerius credere in te, ardentius sequi te. Tu dedisti mihi sensum capacē, intellectum facilem, memoriam tenacem, linguam disertam, sermonem gratum, doctrinam suasibilē, efficaciam in opere, gratiam in conuersatione, prouectum in studijs, effectum in cœptis, solamen in aduersis, cautelam in prosperis, & quocunque vertebam me, vbique gratia tua & miseri-
T cordia pręcessit me. Et sæpe cum mihi consumptus videbar, subito liberasti me, quando errabam, reduxisti me, quando ignorabam, docuisti me, quando peccabam corripuisti me, quando tristabar consolatus es me, quando desperabam confortasti me, quando cecidi erexisti me, quando steti tenuisti me, quando iui duxisti me, quando veni suscepisti me. Hæc omnia mihi fecisti Domine Deus meus, & alia multa, de quibus mihi dulce erit semper cogitare, semper loqui, semper gratias agere, vt te laudem & amē pro omnibus beneficijs tuis Domine Deus meus. Ecce habes anima mea arrham tuam, & in arrha tua cognoscis sponsum tuum, serua te illi intactam, serua impollutam, serua integram, serua incontaminatam. Si olim meretrix fuisti, iam virgo facta es, quemadmodum amor illius consueuit corruptis integritatem reddere, & integris castitatem conseruare. Semper antē cogita quantam tecum misericordiam fecerit, & in hoc perpende quantum ab ipso diligeris, quòd eius beneficium nunquam tibi defuisse cognoscis.

¶Anima. Vere fateor merito amor iste singularis V
dicitur, qui cum se in multos diffundat, ita tamen vnice singulos amplexatur. Vere pulchrum & mirificum bonum, quod commune est omnium, & totum singulorum. Cunctis præsidens, singulos implens, vbique præsens, omnium curam agens, & tamen singulis quasi omnibus prouidens. Sic certe mihi videtur cum eius miserationes circa me attendo, quòd (si fas est dicere) quodāmodo nihil aliud agat Deus, nisi vt meæ saluti prouideat, & ita totum ad custodiam mei occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli vacare velit. Semper præsentem se exhibet, semper paratum se offert, quocunque vertero me, non me deserit, vbicunque fuero non recedit, quicquid egero pariter assistit: & quòd tandem cunctis actionibus siue cogitationibus meis perpetuus inspector, & quantum ad bonitatē suam pertinet, indiuiduus cooperator adsit, ipso operis sui effectu patenter ostendit. Ex quo cōstat quòd licet facies eius adhuc a nobis non possit videri, nunquam tamen possit præsentia eius euitari. Ego autem fateor, diligentius hoc considerans timore pariter & pudore ingenti confundor, quòd illum, cui tam vehementer placere cupio, vbique mihi præsentem & omnia mea occulta videntem intueor. O quàm multa sunt in me, de quibus corā oculis eius erubesco, & pro quibus iam magis illi displicere timeo, quàm pro ijs, quæ laudanda in me sunt (si qua sunt) placere posse in me confido? O vtinam ad modicum ab oculis eius possem abscondi, donec maculas istas omnes detergerem, & sic demum ante conspectum eius sine macula immaculata apparerem. Nam quomodo in hac deformitate placere illi potero, quæ & mihi quoque in illa vehementer displiceo? O maculæ veteres, o maculę fędę, & turpes quid tandiu hęretis? Abite, discedite, & ne præsumatis amplius oculos dilecti mei offendere. Nolite fallere vosmetipsas, non semper mecum (ipso adiuuante) manebitis, quamuis me adhuc pigritante exterminari non potuistis. Ego iurauí super vobis, quòd nec tenebo, nec diligam uos amplius, quia omnino detestor, & prorsus abominor turpitudinē vestrā. Itaque deinceps ēt si possem a sponso meo nō videri, nollem tamē a vobis infici. Quāto magis nunc quia palā ipso sum, & quia plus certe me cōtristat eius offensio, q̄ mea ēt turpitudo. Recedite ergo, in vanū ampl⁹ mihi adhęretis, quia ēt mecū manētes, meę non estis. Alienas vos a forte mea iudico, & vobiscum deinceps nullā cōmunionem habere volo. Habeo aliud exēplar, cui conformari cupio, & ad illud iugiter respicio, ac quantum possum magis semper ac magis exinde similitudinem traho. Ex quo hoc etiam didici, quod vos exterminare debeo, & qualiter hoc faciā iā agnosco.

¶Homo. Mira res nobiscū agitur, quā tu ideo for X
tassis non miraris, quia necdum quid dicere velim

 intel-

intelligis. Considero nanque qualiter a principio nostri sermonis multa, quæ aduersari videbantur dilectioni in medium adduxeris, & quòd ex eis sẽper non infirmata, sed amplius probata sit virtus dilectionis. Dixisti dilectionem singularem pariter & communem esse nõ posse, sed inde comprobata est amplius mirabilis, quòd demonstrata est cõmunis esse & singularis. Dixisti rursum te perfectè non diligi, eo quòd ad cultum electam audieras, & adhuc ad thalamum assumptam non vidisti. Sed tamen iterum ostenditur tãto maior erga te dilectio, quanto maior per eius patientiam tua expectatur perfectio. Ad extremum modo dubitare cœpisti, an in hac deformitate tua, quam (licet inuita) pateris, ab illo posses diligi. Sed quando hoc dubitasti, olim te totam fœdam & tamen dilectam fuisse iã non meministi. Si ergo te tunc diligere dignatus est, quando tota turpis, & nihil adhuc decoris habens fuisti, quanto magis nunc diliget te, quando decorari, & priscam turpitudinem deponere iam cœpisti? Nã & hoc quoque ad laudem dilectionis eius pertinet, quòd imperfectam diligere dignatur. Et quamuis quædam adhuc in te videat, quæ sibi non placent, diligit tamen hoc ipsum, quòd tu quoque ea in temetipsa iã odisse cœpisti, quæ illi displicent. Non enim tam statum quàm propositum respicit, nec quid sis, sed quid esse velis, attendit, si tamen tu quantum potes satagis, vt quod adhuc esse non cœpisti, esse merearis.

Y ¶Anima. Hoc vltimum interrogationis meę benigne, vt suscipias, quæso: Quid est illud dulce, quod in eius recordatione aliquãdo me tangere solet? & tã vehemẽter atq; suauiter afficere, vt iã tota quodammodo a memetipsa abalienari, & nescio quò abstrahi incipiã? Subito enim innouor & tota immutor, & bene mihi esse incipit vltra quàm dicere sufficiam. Exhilaratur conscientia, in obliuionẽ venit omnis præteritorũ dolorũ miseria, exultat animus, clarescit intellectus, cor illuminatur, desideria iucundantur, iamque alibi (nescio vbi) me esse video, & quasi quiddam amplexibus amoris intus teneo, & nescio quid illud sit, & tamẽ illud semper retinere, & nunquã perdere toto annisu laboro. Luctatur quodãmodo delectabiliter animus, ne recedat ab eo, quod semper amplecti desiderat, & quasi in illo omnium desideriorum finẽ inuenerit, summe & ineffabiliter exultat, nihil amplius quęrẽs, nihil vltra appetens, semper sic esse volens. Nunquid ille est dilectus meus? Quęso dic mihi, vt sciam an ille est, vt si denuo ad me venerit, obsecrem eum ne recedat, sed semper permaneat.

Z ¶Homo. Vere ille est dilectus tuus, qui visitat te, sed venit inuisibilis, venit occultus, venit incomprehensibilis. Venit vt tangat te, non vt videatur a te, venit vt admoneat te, non vt comprehendatur a te, venit non vt totũ infundat se, sed vt gustandum præbeat se, nõ vt impleat desiderium, sed vt trahat affectum, primitias quasdam porrigit suæ dilectionis, non plenitudinem exhibet perfectæ satietatis. Et hoc est, quod maxime ad arrham desponsationis tuæ pertinet, quòd ille, qui in futuro se tibi videndũ, & perpetuo possidendum dabit, nunc aliquãdo (vt quàm dulcis sit agnoscas) se tibi ad gustãdũ præbet. Simul etiam interim de absentia eius consoleris, quando eius visitatione ne deficias incessanter reficeris. Quæso anima mea multa iam diximus, post hæc omnia vnum agnosce, vnum dilige, vnum sequere, unum apprehende, vnum posside.

¶Anima. Hoc opto, hoc desidero, hoc totis præcordijs concupisco.

¶ *Soliloquij de Arrha Animæ Finis.*

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis in laudem charitatis Prologus.

SEruo Christi Petro. H. gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. A Psal. 33.

¶Cogitãti mihi frater carissime quomodo dilectionem vestrã ad memoriam mei excitare possem, primum occurrit, vt de ipsa vobis dilectione scriberem, qui nihil aliud præter ipsius dilectionis munus a vobis postularem. Quod ergo potui feci, charitatem quibus valui verbis commendaui, quatenus dum eius laudẽ legitis, quàm ardenter ego eam & in vobis diligo, & a vobis expeto, scire valeatis. Nec irasci ipsa vestra charitas mihi debet, si eius igni iam fortiter ardenti exiguum verborum meorum flatum tepidus ipse admoueo, non tam vt illa magis ardeat, quàm vt mei erga se desiderij conamen agnoscat. legite ergo, atque diligite, & quod propter dilectionem legitis, ad hoc legite vt diligatis. totum ex dilectione sit, dilectio mittit, dilectio suscipit, dilectio est quod tribuitur, dilectio quod recompensatur.

¶ *Eiusdem de laude Charitatis Libellus.*

IAm multos iam laudatores charitas habuisse cognoscitur, vt si quid ego in laudem eius dicere cœpero, præsumptio fortassis magis quàm deuotio videatur. Quis enim sanctorum a principio mundi extitit, qui non charitatem nobis aut verbo, aut facto commendauit? Charitas Abel martyrem fecit, charitas Abraham de terra sua eduxit, quia & ille per charitatem innocenter mortem pertulit, & iste per charitatem natale solum libenter deseruit, vterque per charitatem terra cœlum commutauit. Charitas sola est, quæ ab initio seruus Dei mundi huius illecebras fugere, voluptates calcare, carnis concupiscentiam cohibere, desideria frangere, honores contemnere, postremo vniuersa præsentis vitæ blandimenta respuere, ipsam quoque pro desiderio vitæ perpetuæ mortem suadet non timere. Hanc vim dilectionis Paulus senserat, cum

B Gen. 4. Gen. 12. Roma. 8

cum dicebat, quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Spero autem quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Hinc sponsus in canticis canticorum sponsam de virtu-
Psal. 138. te dilectionis admonet dicens. Pone me vt signaculum super cor tuum, pone me vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Mors etenim viuentes extinguit, infernus autem nec mortuis parcit. Dile-
C ctio autem vt mors fortis est, quia sicut illa sensum carnis, sic ista affectum concupiscentiæ carnalis perimit. Dura est sicut infernus æmulatio, quia eos, quos intus trahit desiderium æternorum, nō solum foris blanda respuere, sed & aduersa quæque & aspera pro eo quod diligunt adipiscendo, cogit tolerare. Consideremus quot iam martyres per tormenta ad regnum cœlorum transierunt. Qualem ergo in eis vim amoris arsisse credimus, quos propter Deum nec sibi pepercisse videmus? Consideremus quid dimiserint, quid secuti sint, quā transierint. Quid dimiserint videmus, quid secuti sint non videmus sed credimus, quā transierint audiuimus. Bona ista temporalia dimiserunt, bona æterna secu-
D ti sunt, per tormenta transierunt? Conueniamus nunc cor nostrum, & videamus si acquiescat nobis omnia quæ huius mundi sunt, relinquere, non gloriam, non honorem, non diuitias amare, non arridere prosperis, non condelectari blandis, non congratulari lætis. Domine imperfectum meum viderunt oculi tui. Quàm longe ab hac non dicam perfectio-
Cant. 8. ne, sed perfectionis inchoatione me video. Et certe parum hoc erat amicis Dei, vt pro amore æternorum ista spernerent, ista calcarent, sed abiectis his omnibus alacriter ad votum currentes, nec minis teneri poterant nec tormentis. Trahebat eos charitas, & ideo nec retrahebat cupiditas, nec terrebat aduersitas. Currebant ergo, mundum post se relinque-
E rant, Deum ante se habebant. Sed interposita sunt tormenta vt interrogarentur, vel quo desiderio hunc quærerent, vel qua constantia illum despexissent. Interrogata est veritas, probata charitas, confusa iniquitas. Accedunt illi ad pœnas intrepidi, & quantum mentem amor intus vulnerauerat, tantum caro foris vulnera sua despiciebat. Accedunt, & transeunt, atque morientes confessi sunt, quo viuentes desiderio cucurrerunt. O charitas quomodo
F illis sapiebas, quàm dulcis eis fuisti, quos tanta propter te sustinere coegisti. Quibus illos ad te vinculis traxisti, quos mundo & per blandimenta retrahente, & per tormenta repellente, perdere tamen non potuisti. Cucurrerunt, quia tu eos traxisti, transierunt, quia tu eos iuuisti, peruenerunt, quia tu eos suscepisti. Quàm inextinguibiliter in præcordijs eorum arsisti, quia nec probris, nec præmijs, nec pœnis obrui potuisti. Ista quasi quædam flumina inundauerunt, sed multa flumina, & aquæ multæ
G charitatem extinguere non potuerunt. O charitas quid dicam de te? quomodo laudabo te? Si sapetem te, appreciarē te, si scirem quanti vales, pretium appenderem, pro te. Sed forte excedis angustias meas, nec inuenire tuum pretium potero penes me. Dabo tamen quod habeo, & totum quod habeo dabo, totam domus meæ substantiam pro te commutabo. Totum quod est in habitaculo corporis mei, totum quod est in habitaculo cordis mei pro te dabo, cum totum dedero totum quasi nihilum reputabo. Omnes delectationes carnis meæ, omnes iucunditates cordis mei pro te libenter impendam, vt te solam habere, te solā possidere valeam. Tu sola mihi meis H
omnib' charior, tu sola mihi vtilior, tu sola suauior tu sola iucundior, amplius delectans, abundantius satians, tutius saluans, felicius conseruans. Alijs eoā annūtiabo de te. Dic mihi o cor humanum, vtrum magis eligis, semper gaudere cum hoc seculo, an esse semper cum Deo? Quod plus diligis, hoc potius eligis. Audi ergo, vt aut corrigas dilectionem, aut non differas electionem. Si mundus iste pulcher est qualis putas est pulchritudo vbi creator mundi est? Dilige ergo vt eligas, dilige melius vt eligas salubrius. Dilige Deum, vt eligas esse cum Deo, ergo per dilectionem eligis. Sed quò plus diligis, eò citius peruenire cupis, & festinas vt apprehendas, ergo per dilectionem curris, & per dilectionem apprehendis. Item quò plus diligis, eò auidius amplexaris, ergo per dilectionē frueris. Vide quomodo totū tibi est dilectio, ipsa est electio, ipsa est cursus, ipsa est peruētio, ipsa est mālio, ipsa est beatitudo. Dilige ergo Deum, elige Deū, curre, apprehende, possidefruere. Iam inquis elegi, qua via curram ut perue- I
niam? Per viā Dei curritur ad Deū. Non possum (inquis) viam inexpertam solus currere, da socios ne aberrem. Cum ijs, qui in via Dei currunt, curre & tu viam Dei. Meliores socios habere non potes in via quàm illos, qui iam olim cucurrerunt in ea, & per longam currendi experientiam & vsum labo- K
ris nec errare timent nec deficere. Quæ est ergo (ais) via Dei, & qui sunt currentes in ea? Rectæ sunt viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis. Iustitia est ergo via, & iusti sunt qui in via currunt. Et ne forte moueat te quòd ambulantes nomino, & iterum currentes dico, velociter ambulare ipsum est currere. Psal. 118.
Sicut ille faciebat, qui dixit, viam mandatorum tuorum cucurri: & alibi, beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: vt idem intelligas ambulare & currere, ne beatiorem beatis se diceret, si illis ambulantibus ipse cucurrisset. Habes ergo viam, habes socios in via, habes hæreditatem in patria, habes quā pergas, cum quibus pergas, quò peruenias, vbi requiescas. Quā pergas, iustitiam. Cum quibus pergas, amantes & sectantes iustitiam. Quò peruenias, & in quo requiescas, & auctorem iustitiæ, & fontem vitæ. Nulla via iustitia rectior, nulla societas iustorum societate melior, nulla requies Deo tranquillior. Perge securus, perge festinus, vt velociter peruenias, feliciter requiescas, cito pergere est ardenter amare. Vide ergo quomodo totum bonum tuum ex charitate pendet. Per charitatem viam eligis, per charitatem viam curris, per charitatem ad patriam peruenis. Vis scire, quòd non nisi

per

per charitatẽ viam iustitiæ eligis? si quis (inquit Do
Ioan.14. minus) diligit me, sermones meos seruabit: de ipso
Ioan.17. antem sermone alibi dicitur, sermo tuus veritas
Psal.118. est: de qua iterum psalmista. viam (inquit) veritatis
elegi, iudicia tua non sum oblitus. Si ergo sermo
Domini veritas est, per illam vtique charitatem via
veritatis eligitur, per quam sermo Domini imple-
tur. Ergo charitas eligit viam iustitiæ. Sed nunquid
sine charitate via iustitiæ non eligitur, & sine cha-
ritate curritur? Audi idem ipsum psalmistæ (quod
superius commemoraui) testimonium, quo dicit:
viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti
M cor meum. Quid est enim cor dilatatum, nisi cor
amore feruens, cor a charitate impletum? Per cha-
ritatem igitur cor dilatatur, corde dilatato via iu-
stitiæ curritur. Per charitatem itaque eligis, per cha-
ritatem curris, per charitatem apprehendis & frue-
1.Ioan.4. ris. Deus (inquit Ioannes Apostolus) charitas est,
& qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in
eo. Qui igitur charitatem habet, Deum habet, Deũ
possidet, in Deo manet. O bona charitas, per quam
Deum diligimus, Deum eligimus, Deum currimus
ad Deum peruenimus, ad Deũ possidemus. Quid
amplius dicam de te charitas? ducem te dixi in via
Dei. Et quid si teipsam viam Dei dixerim? vtiq; sic
charitas tu via es. Sed non sicut aliæ viæ tu via es:
N adhuc (inquit Paulus Apostolus) excellentiorem
1.Cor.12 viam vobis demonstrabo, de te enim dixit o cha-
ritas. Tu es nanque via superexcellens, via supere-
minens, vias distortas dirigens, vias rectas ostendẽs.
Tu es caput viarum rectarum, omnes viæ rectæ a te
exeunt, & in te recurrunt. Nam præcepta Dei viæ
sunt eius, quæ omnia a te pendent, & in te consi-
stũt. Tu es plenitudo iustitiæ, perfectio legis cõsum
matio virtutis, agnitio veritatis. Via igitur es o cha-
O ritas. Qualis via? superexcellens, suscipiens, dirigens
& perducens. Cuius via? via hominis ad Deum: &
via Dei ad homines. O beata via, quæ sola commer
cium nostræ salutis agnoscis. Tu Deum ad homi-
nem deducis, tu hominem ad Deum dirigis. Ille
descendit quando ad nos venit, nos ascendimus,
quando ad illum imus. Nec ille tamen nec nos nisi
per te ad alterutrum transire possumus. Tu media-
trix es aduersos concilians, disiunctos socians, &
tantum dispares quodammodo coæquans. Deum
humilians, nos sublimans, illum ad ima trahens,
nos ad summa erigens. Sic tamen vt nec abiecta,
sed pia sit eius descensio, nec superba, sed gloriosa
sit nostri exaltatio. Magnam ergo vim habes chari-
P tas, tu sola Deum trahere potuisti de cœlo ad ter-
ras. O quàm forte est vinculũ tuum, quo & Deus li
gari potuit, & homo ligatus vincula iniquitatis di-
rupit? Nescio si quid maius in laudem tui dicere
possim, quàm vt Deum de cœlo traheres, & homi-
nem de terra ad cœlũ eleuares. Magna virtus tua, vt
per te vsque ad hoc humiliaretur Deus, & vsque ad
hoc exaltaretur homo. Considero Deum ex fœmi-
na natum, infantem, pannis obsitum, vagientem in
cunis, sugentem vbera. Respicio postea comprehen
sum, ligatum, flagellis cæsum, spinis coronatum,
sputis illitum, lanceatum, clauis fixum, felle & ace-
to potatum, illic indigna, hic dira passum, & tamen
cur vel illa dignaretur, vel ista pateretur, si cau-
sam quærimus, aliam præter solam charitatem Q
non inuenimus. O charitas quantum potes?
si tantum inualuisti erga Deum, quanto ma-
gis erga homines? Si Deus propter hominem tanta
pertulit, qd homo propter Deũ tolerare recusabit?
Sed fortassis facilius vincis Deum quàm hominem
citius præualere potes Deo quàm homini, quia
quo magis beatum, eo magis Deo est debitum a te
superari. Hoc optime tu noueras, quæ vt facilius
vinceres, prius illum superabàs: adhuc nos rebelles
habuisti, quando illum tibi obedientem de sede pa
ternæ maiestatis vsque ad infirma nostræ mortali-
tatis suscipienda descendere coegisti. Adduxisti il-
lum vinculis tuis alligatum, adduxisti illum sagittis
tuis vulneratum. Amplius vt puderet hominem ti-
bi resistere, cum te videret etiam in Deum trium-
phasse, Vulnerasti impassibilem, ligasti insuperabi-
lem, traxisti incommutabilem, æternum fecisti R
mortalem. Hæc omnia fecisti, vt dura corda nostra
emollires, & insensibiles affectus compungeres, &
vt se a torpore suo resoluerent, & facilius ea sagit-
tę tuæ penetrarent. Nec in cassum hoc fecisti, multi
enim sic à te superati sunt, multi iam tibi manus de
derunt. Multi iam in suis præcordijs sagittas tuas
infixas portant, & altius adhuc eas infigi desiderãt.
Delectabiliter enim & suauiter vulnerati sunt, &
plagas tuas se percepisse, nec dolent, nec erubescũt.
O charitas quanta est victoria tua, vnum prius vul-
nerasti, & per illum omnes postmodum supe-
rasti. O charitas laudaui te quantum potui, &
multum cogito mecum si quid adhuc sit, quod in
laudem tui excellentius possit dici. Nescio enim an S
fortè maius sit te Deum dicere an Deum te superas-
se. Quod si maius est, etiam hoc libenter & fiducia- 1.Ioan.4.
liter de te dicam. Deus charitas est, & qui manet in
charitate in Deo manet, & Deus in eo. Audi homo
& ne amplius parum reputes si charitatem habes,
audi quòd Deus charitas est. Nunquid parum est T
Deum in se manentem habere? tantum est charita-
tem possidere, Deus enim charitas est. Hoc priuile-
gium sola charitas habet vt Deus dicatur & sit, ita
vt nulli alteri hoc conuenire possit. Non enim dici
tur, Deus humilitas est, aut Deus patientia est sicut
dicitur Deus charitas est. quia cum omnis virtus
Dei donum sit, nulla præter solam charitatem hoc
habet, vt non solum donum Dei, sed etiam Deus
dici possit. Charitas autem ideo donum Dei est,
quia Spiritus sanctus a Deo datur fidelibus, ideo
autem Deus est, quia idem spiritus illi, a quo datur
consubstantialis est in eadem deitate, & coæternus
Reliqua igitur gratiarum dona largitur Deus etiã
ijs, quos reprobat, solam autem charitatem quasi V
seipsum ijs tantum, quos diligit in præmium ser-
uat. Charitas igitur est fons proprius, de quo non
communicat alienus, quia (sicut dictum est, reliqua
dona gratiarum ij etiam, qui per vitam reprobam
a Deo alieni sunt, nonnunquam percipiunt. Chari-
tatem autem malus habere non potest, sed quicun-
que illam habet, non iam alienus est a Deo, sed ip-
se in Deo, & Deus in eo manet. Sic familiaris est
Deo charitas, vt ipse mansionem habere nolit, vbi

cha-

charitas non fuerit. Siquis(inquit) diligit me, ser-
Ioan. 14. monem meum seruabit,& pater meus diliget eum
& ad eum veniemus, & mansionem apud eum fa-
ciemus.Si ergo charitas tecum est, venit Deus ad te,
& manet apud te: si tu recedis a charitate,recedit &
ipse a te,& non permanet apud te. Si charitatem nũ
quàm habuisti, nunquàm venit Deus ad te, nec
mansit apud te. Si charitatem cœptam deseruisti,
recessit Deus a te.Si in charitate cœpta permansisti,
Deus tecum est,& permanet apud te.Charitas om-
X nem animę languorem sanat,charitas vitiorum om
nium radices extirpat, charitas omnium virtutum
origo est. Charitas mentem illuminat, consciẽtiam
mundat,animam lætificat,Deum demonstrat.Ani-
mam, in qua charitas habitat, superbia non inflat,
inuidia non deuastat, ira non dissipat, tristitia mala
non vexat, auaritia non excæcat, gula non inflam-
mat,luxuria non inquinat, semper munda est,sem-
per casta est,semper quieta,semper læta,semper pa-
cifica, semper benigna, semper modesta, in aduer-
sis secura, in prosperis temperata, mundum con-
temnens, Deum diligens, omnium bona amando
sua faciens, sua omnibus libenter impertiens, non
timens inopiam, non magnopere expetens abun-
Y dantiam. In quo charitas Dei est, semper cogitat
quando ad Deum perueniat, quando mundum re-
linquat, quando scandala euadat, quando veram
pacem inueniat. Semper cor sursum habet, & desi-
derium in superna eleuatum. Si quando ambulat,
si quando sedet,si quando agit,si quando quiescit,
quicquid egerit, cor a Deo non recedit. Tacens
Deum cogitat, loquens nil præter Deum, & quod
ad Dei amorem pertinet, loqui desiderat. Alios ad
charitatem exhortando,seipsum inflammat,chari-
tatem omnibus commendat, quàm dulcis amor
Dei, quàm amarus & quàm impurus sit amor
huius seculi non solum voce, sed opere quoque
omnibus demonstrat.Deridet huius mundi gloriã,
solicitudinem arguit, & quàm stultum sit in ijs
quæ transeunt fiduciam habere, ostendit. Miratur
cæcitatem hominum, qui hæc diligunt, miratur
quomodo iamdudum vniuersa hæc transitoria &
caduca omnes non contemnunt. Omnibus existi-
mat dulce esse quod sibi sapit, omnibus placere
quod diligit, omnibus manifestum quod cogno-
scit. Istis indicijs charitas se prodit,& eos,in quibus
habitat,non solum intrinsecus voluntate,sed & fo-
ris conuersatione discernit.Hoc iam tantum de cha
ritate dictum est, & tamen adhuc de charitate dici
potest,& tantum dicendũ est, quantum dici nõ po-
test. Quid igitur o bona charitas, o chara charitas,
Z quid dignum dicam laudibus tuis? Certe post tan-
ta priorum præconia nihil de te dicere mea parui-
tas præsumeret,si vnquàm de te dici satis potuisset.
Illabere igitur nobis o dulcis & suauis charitas, di-
lata cor nostrum, expande desiderium, distende
mentis nostræ sinum, amplifica cordis nostri habi-
taculum, vt capere possit hospitem & maiorẽ Deũ.
Infundat & diffundat te in cordibus nostris per Spi
ritũ sanctum suũ redemptor noster vnicus & salua-
tor Iesus Christus filius Dei, vt ipse cum patre ad
nos venire dignetur,& mansionem in nobis facere.
Qui cum eodem patre,& spiritu sancto viuit,& re-
gnat Deus.Per omnia secula seculorum.Amen.

Libelli Canonici Regularis Lateranensis de Laude Charitatis, Finis.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis de modo orandi libellus optimus, cuius post prologũ hac sunt capita.

¶M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis in Librum de modo orandi Prologus.

Omino & patri Charissi- A
mo,H.Munusculum hoc
dilectionis meæ ea vos
precor benignitate susci-
pite,qua me illud scio de
uotione obtulisse.Dictatũ
breuem de virtute oratio-
nis inelimato licet sermo
ne conscriptum misi cha-
ritati vestrę, in quo distinctum habetis quibus mo
dis orantis animus inter precum verba per com-
punctionem accenditur: demonstratum etiam cur
illæ a nobis scripturæ,quæ petitionis formam non
habent, pro nostra siue aliorum salute postulanti-
bus inter orandũ proferũtur.De oratione ergo ora-
tionem postulaturus scripsi,cuius dulcedinem quã
to iam longo pietatis studio perfectius gustastis,tã-
to libentius donum accipere,& donum impendere
debetis. Valete.

¶ *Quòd ex propriæ miseria, & diuinę misericordiæ consideratione ad orandum Deum incitari debemus.* Cap. I.

Vo studio & quo affectu a nobis oran- B
dus sit Deus, ex nostra miseria simul
& eius misericordia considerare pos-
sumus. Quid enim efficacius hominẽ
ad orãdi studium excitaret quàm mi-
seria & calamitas tantorum malorum, quibus ad-
dictus

dictus premitur? Et quid iucundius ad effectum orandi traheret quàm misericotdia conditoris sui, quam inter mala sua toties experitur? Ne ergo mens humana ad orandum pigra sit, hinc sua necessitate compellitur: ne autem trepida & diffidens oret, illinc pietate Dei prouocatur. Istis duabus alis, miseria scilicet hominis & misericordia redemptoris, oratio subleuatur, quia dum mens alterna horum consideratione se ad deuotionem incessanter excitat, quodam spiritualis desiderij impetu sursum leuata volat.

Duæ Alæ orationem subleuāt.

C Sic ergo orationi sancta meditatio necessaria est, vt omnino perfecta esse oratio nequeat, si eam meditatio non comitetur aut præcedat. Nam & ij, qui mala sua considerare negligunt, aut nihil petendo, aut aliud quàm oportet petendo, facile per ignorantiam falluntur, aut certe minus quam oportet digne petendo per desidiam tepescunt. Primum igitur necesse est, vt si prudenter & vtiliter Dominum orare volumus, iugi meditatione animum nostrum exerceamus, & in consideratione miseriæ nostræ discamus, quid nobis necesse est petere, in consideratione autem misericordiæ Dei nostri, quo desiderio debeamus postulare. Cogitemus quàm breuis sit vita nostra, quàm lubrica via, quàm mors incerta. Cogitemus quòd lugentes in hanc vitam intrauimus, cum dolore pertransimus, cum luctu exituri sumus. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum sit, si quid etiam dulce aut iucundum in via huius vitæ occursu suo nobis alludit. quàm fallax, quàm suspectũ, quàm instabile, quàm transitorium est quicquid huius mundi amor parturit, quicquid species & pulchritudo temporalis promittit.

D Alia sunt mala, cum quibus nascimur, & processu temporis siue occulta Dei gratia, siue manifesta industria, liberamur. Alia vero in hanc vitam nobiscum veniunt, & a nobis ante mortem nõ recedunt. Alia item sunt mala, quæ ex tempore nobis accrescũt, & rursum decursu temporis abeunt. Alia autem post natiuitatem contrahimus, & ante mortem non euacuamus. Et quis omnia mala vitæ huius enumerare possit? Vt enim prętermittamus ea mala, quę omnes communiter homines opprimunt, qualia ęstimamus esse secreta pericula singulorũ, quorũ sibi quique cõscij sunt? Si cogitare quisque voluerit quę ab ineunte ętate mala fecerit, quę sustinuerit, & constituat ante oculos suos prętérita tempora & dies vitę suæ, consideretque diligenter quot inanes labores tulerit, quoties pro amore huius vitæ frustra desudauerit, quoties in laboriosis conatibus fallaces exitus inuenerit, & post longos discursus requiem necdũ vllam adeptus sit, cognoscet quid de hac vita iudicare possit.

Mala diuersa.

E Cum autem vitæ huius ærumnam considerat, etiam quæ sit patriæ cœlestis suauitas atque dulcedo attendat, & perpendat quid inuenerit, quid perdiderit, vbi iaceat, vnde ceciderit, vt ex vtroque intelligat quantum sibi in hoc exilio lugendum sit. Hinc enim Salomon dicit. Qui addit scientiam, addit & dolorem, quia quanto magis homo mala sua intelligit, tanto amplius suspirat & gemit. Postremo superest vt in memoria malorum nostrorum etiam misericordiæ Dei recordemur, quia fiducialius de futuro eius miserationes requirimus, si quemadmodum in præterito nostri misertus sit, cogitemus. Reuocemus ad memoriam bona, quæ tribuit, & quòd in periculis sæpe constitutos clementer eripuit, nec vnquam peccatis nostris quo minus misereretur vinci potuit, oblitos sui de se admonuit, auersos a se reuocauit, venientes ad se benigne suscepit, pœnitentibus indulsit, perseuerantes custodiuit, stantes tenuit, lapsos erexit, malas delectationes in amaritudines commutauit, sed rursum salubriter amaricatis consolationes suas tribuit. Postremo autem tribulatione purgatis quietem & pacem perfectam restituit, qui nec peccantibus vnquàm defuit vt corrigeret, nec iustis vt custodiret. Quisquis huiusmodi meditationibus ante orationis tempus animum suũ exercuit, nec improuidus fortassis nec tepidus ad orationem venit. Meditatio nanque assidua scientiam parit, sciẽtia vero parata ignorantiam pellit, & compunctionẽ parit, compunctio autem parata desidiam fugat, & deuotionem parit, deuotio vero orationem perficit. Scientia est, quando homo ad agnitionem sui illuminatur. Compunctio est, quando ex consideratione malorum suorum cor interno dolore tangitur. Deuotio est pius & humilis affectus in Deum, qui ex compunctione generatur. Territus enim magnitudine malorum suorum animus, & diffidens de proprijs viribus ad Deum se conuertit. Et tanto ardentius patrocinium illius expetit, quanto apertius sibi nihil extra Deum relictum esse videt, in quo confidere possit.

Beatitudo cœlestis.

Eccle. 1.

Scientia. Compunctio. Deuotio.

F Deuotio igitur est conuersio in Deum pio & humili affectu. Humilis enim est ex conscientia infirmitatis suæ, pius est ex consideratione diuinæ clementiæ. Hæc in se tres principales virtutes habet, fidem, spẽ, charitatem. Neque enim homo per deuotionem se ad Deum conuerteret, nisi crederet se ab eo saluari posse, & speraret eum misereri velle. Postremo nisi eum plusquàm mala sua diligeret, nequaquam illa fugiens refugium sibi in ipso eligeret.

Deuotio.

G Credit ergo sperat, & diligit. Credit potentiam, sperat misericordiam, amat custodiam. Nihil ergo aliud est Oratio quã mentis deuotio, idest conuersio in Deũ per pium & humilem affectum fide, spe, charitate subnixa. Sed quia multis modis mens per deuotionem accenditur, rursum quia ipsa deuotio mentis varijs modis voce promitur, debemus aliquas sigillatim orationis species distinguere, vt apertius valeamus eius virtutem indicare.

Oratio.

¶ *De tribus speciebus orationis, & generibus supplicationis. Cap. II.*

H Tres sunt species orationis, supplicatio postulatio, insinuatio. Supplicatio est sine determinatione petitionis humilis & deuota precatio. Postulatio est determinatæ petitioni inserta narratio. Insinuatio est sine petitione per solam narrationem, voluntatis facta significatio. Tria sunt genera supplicationum, captatio, exactio, pura oratio. Captatio est id, quod fit ante postulationem ad pręparandum, & inclinandum animum auditoris,

Supplicatio. Postulatio Insinuatio.

quod

quod tribus modis facimus. Primo cum aliquid di-
cimus, quod personam vel causam nostram com
mendat, siue meritum nostrum, siue infirmitatem,
siue aliud aliquid enumerando, quod ad nostram
causam vel personam commendandam valeat a-
pud eum, cui nostram petitionem offerimus. Secun
dús modus captationis est, cum aliquid in laudem
eius proferimus, quem oramus, per quod apud ani-
mű nostrű charű eum, & acceptabile esse significa-
mus, vt nostra charitate vicissim eius dilectionem
mereamur. Tertius modus captationis est, quando
aliquid dicimus, per quod apud animum auditoris
causa aduersarij nostri siue persona deprimitur, vt
odio potius quàm amore digna videatur. Istis tri-
bus modis fit captatio. Hoc autem genere supplica-
tionis frequentissime diuina scriptura vti solet. Hoc
enim agimus, vbicunque laudes Dei canimus, vbi-
cűque infirmitatem nostram, vbicunque malitiam
aduersariorum nostrorum recitamus. Et omnino
quicquid Dei auribus dignum, & nostræ necessita-
I ti congruum ante petitionis pronuntiationẽ eloqui
Exactio. mur. Exactio est id, quod fieri solet post factam po-
stulationem, quando auditorem (ne petitio nostra
apud eű in obliuionẽ veniat) quadam (vt ita dicã)
importunitate atque instãtia frequenter memorem
facimus. Quę memoria tribus modis renouari vide
tur, videlicet quando aliquid vel de persona eius,
vel de persona nostra, vel de causa nostra iterato di
cimus, vnde vel nos, vel causam nostram atque pe-
K titionem in eius animo renouemus. Hoc genus sup
Pura oratio. plicandi quàm apud homines importunum vide-
tur, tam apud Deum gratum atque laudabile est.
Pura oratio est, quando ex abundantia deuotionis
mens ita accenditur, vt cum se ad Deum postulatu-
ra conuerterit, præ amoris eius magnitudine etiam
petitionis suæ obliuiscatur: & dum amore eius, quẽ
videt, perfrui vehementer concupiscit, totaque iam
illi vacare desiderat, eius etiam, pro quo venit, curã
libenter postponat. Hoc genus orandi informa est,
& quàm prę cęteris omnibus vnicum, tam est apud
Deum præ cæteris omnibus pretiosum. Sed inter
hæc tria supplicationum genera infimum locum
captatio, medium exactio, supremum & excellen-
tissimum pura oratio obtinet. Quia captatio timo-
rem, exactio fiduciam, pura oratio perfectum habet
L amorem. Sciendum est etiam, quòd supplicatio ali
Supplicãdi modi. quando fit per sola nomina sicut est illud: Miseri-
Psal. 143. cordia mea, refugium meum, susceptor meus, libe-
rator meus, Deus meus, adiutor meus. Aliquando
per sola verba sicut est respice, miserere, placare, at-
tende, & fac. Aliquando simul per nomina & ver-
Psal. 5. ba sicut est illud. Verba mea auribus percipe Domi
ne, intellige clamorem meum. Intende voci oratio-
nis meæ rex meus, & Deus meus. Sed illud genus
supplicationis, quod per sola nomina fit, quo ma-
gis est foris significatione imperfectum; tanto ma-
gis intus est abundantia dilectionis plenum. Affe-
ctus enim hoc proprium habet, quòd quanto ma-
ior & feruentior intus est, tanto minus foris per vo
cem explicari potest. Illud vero genus supplicatio-
nis, quod per sola verba exprimitur, minorem qui-
dem isto deuotionem indicat, maiorem autem illo,
quod nominibus simul & verbis, plena videlicet si-
gnificatione pronunciatur. Illud igitur, quod solis
nominibus fit, ad puram orationem pertinere vide
tur. quod solis verbis ad exactionem: quod nomini
bus simul & verbis ad captationem. Ita vt pura ora-
tio magis in iubilum conuertatur, & appropin-
quet Deo, perueniat citius, & efficacius obtineat.

¶ *Quid postulatio, & quid insinuatio. Caput. III.*

Postulatio est determinatæ petitioni in M
serta narratio, sicut est illud, Cor mű- Postulatio
dum crea in me Deus, & spiritum re- Psal. 50.
ctum innoua in visceribus meis. Hæc
tribus modis fit, obsecrando, rogan-
do simpliciter postulando. Obsecratio est, quando Obsecratio.
vehementior necessitas deuotius precibus insistere
cogit. In mediocribus causis rogamus, in minimis
simpliciter postulamus. Habent igitur hæc tria dif- N
ferentias suas, quia excellentissimum est obsecrare,
medium rogare, minimum simpliciter postulare.
Insinuatio est sine petitione per solam narrationem Insinuatio.
voluntatis facta significatio. Hæc quoque tribus
modis fit, timore, fiducia, contemptu. Timore fit,
quando vel causa magna est quam agimus, vel ma-
gna persona est quam rogamus, sicut est illud, Do- Ioan. 11.
mine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.
Rogare enim voluit, vt fratrem suum mortuum
Dominus suscitaret, sed quia propter magnitudinẽ
causæ, & reuerentiam personæ extimuit, insinuare
potius qu. postulare elegit. Domine, inquit, si fuis-
ses hic, frater meus non fuisset mortuus. Dixit vn-
de voluntas intelligeretur, sed temeritas non repre-
henderetur, vt vel non exandita repulsæ non patere
tur opprobrium, vel exaudita voluntatis suę conse-
queretur effectum. Fiducia fit insinuatio, quan- Fiducia.
do vel de facilitate causæ, vel de beneuolentia per-
sonæ confidimus, & ideo desiderium nostrum pa-
tenter exprimere negligimus, quia nos obtinere
posse sola insinuatione speramus. Sicut est illud,
quod in nuptijs deficiente vino Domina mater di- O
cit, vinum non habent. Non dixit, peto vt defectum Ioan. 2.
poculi, vinum creando aut commutando, suppleas,
sed hoc maternę reuerentię priuilegium deberi exi
stimauit, vt quicqud vel innuendo se velle signifi-
caret, pati a filio repulsam non debuisset. Et hoc qui
dem iustum fuerat, si tale aliquid ab eo petiuisset,
quod ille facere posset secundum naturam, quam
ab ea sumptam gerebat. Nunc autem quodammo-
dò iuste reprehenditur, quia ab ea natura, quam
non dederat, obedientiam in miraculo exigebat,
Et dicitur ei. Quid mihi & tibi est mulier? Miracu-
lum enim facere Dei virtus est, non hominis, &
ideò cum a matre Christus homo de miraculo re-
quiritur, idem non quasi homo, sed quasi Deus mu
lierem non matrem de pręsumptione causatur. Ma-
ria enim a Christo non quasi mater exigere a filio,
sed quasi mulier (si necesse fuisset) miraculum hu-
militer postulare, debebat a Deo. Contemptu fit in
sinuatio, quando vel causa vilis est, vel persona quę
rogatur humilis. Quæ omnino ab oratione diuina
excluditur.

excluditur apud homines autem maxime ſuperbos & potentes magno ſtudio exercetur. Et ſicut in ſupradictis oſtendimus, ita quoque in his tribus differentiam inuenimus. Inſinuatio enim ex fiducia perfectis conuenit, ex timore incipientibus, ex contemptu malis. Dehinc reliqua, quæ oratione tractare propoſuimus, adnectenda ſunt.

¶ *Cur orantes legimus interdum ea, in quibus nulla petitionis exprimuntur verba. Cap. IIII.*

QVoſdam ſiquidem mouere ſolet, quòd in orationibus noſtris cum Deum ſiue pro noſtra ſiue pro aliorum ſalute petere volumus, illos etiam nonnunquam pſalmos, qui vel petitionis verba non habent, vel ad noſtram petitionem non pertinent, decantare ſolemus. Et de alijs etiam ſcripturis, quas in orationibus frequentamus, ſimilē abſurditatem producunt, cum eiuſmodi ſunt, vt vel formam orandi non habeant, vel illi, quam nos agimus, cauſæ non concordant. Quid enim (aiunt) prodeſt in oratione illa verba dicere, quibus inuenimus vel nihil, vel aliud quàm neceſſe eſt a Deo poſtulare? Non orat ſed ſubſannat potius, & ad iracūdiam prouocat Deum, qui cum ante conſpectum eius quaſi poſtulaturus venerit, ſubito ſe ad alia (quæ nihil ad rem pertinere videntur) replicanda conuertit. Ecce enim (inquiunt) Deum pro indulgentia peccatorum noſtrorum deprecari volumus: quid nobis ad hoc prodeſt, ſi vel quare fremuerunt gentes, vel attendite popule meus, vel alium huiuſcemodi Pſalmum decantamus? Nōne ridiculum eſt, vt talia canentes orare nos credamus? Iſtud fortaſſe aliqui dicant, & exiſtiment nihil vtilitatis eſſe quoties talia noſtris orationibus admiſcemus: ſed quiſquis ſupradictas orationis ſpecies diligenter proſpexerit, qualiter etiam iſta in orationibus dicta valeant, facile diſcernet. Nam hoc genus orandi ſępe ad impetrandum inuenitur efficacius quàm illud etiam, in quo manifeſte petitionis modum orantes explicamus. Et licet hoc (vt diximus) ex his quæ ſuperius memorata ſunt, ſatis euidenter intelligi poſſit, ſi tamen hic ſpecialiter demonſtretur, quid niſi amplius veritas pateſcit? Hoc intereſt quādo oramus hominem, & quando oramus Deum, quòd homo neceſſitatem noſtram ſcire non poteſt, niſi ab alio doctus fuerit, Deus autem ſcit, etiam antequàm petatur, quid nobis neceſſe ſit. Homo igitur, qui rogatur, per narrationem noſtram edocetur, vt ſciat quid velimus, per ſupplicationem noſtram pulſatur, vt annuat quod petimus. Sed in illa, quæ ad Deum fit, oratione narratio neceſſaria non eſt, niſi fortè homo ad hoc narret, vt ipſe ſuam petitionem melius intelligat, vt & per narrationem ſuam admonitus quid petat conſideret, & per conſiderationem petitionis ſuę excitatus deuotius oret. Sanè quantum ad Deum pertinet, ſola ſupplicatio ſufficit, quia, vt diximus, Deus non neceſſe habet doceri vt ſciat, ſed ſupplicandus eſt vt annuat. Sed nullo alio modo citius Deus ad annuendum flectitur, quàm ſi precantis animus toto deuotionis affectu ad ipſum conuertatur. Quæcunque ergo ſunt verba orantis, abſurda nō ſunt, ſi tantummodo ad hoc competenter proferri poſſint, vt vel orantis affectum ad amorem Dei excitēt, vel (quod amplius eſt) ſi iā amore eius flagrat, excitatum demōſtrent. Demonſtrent autē, nō vt Deum occulta noſtra quaſi neſcientem doceant ſed vt nos dum internum noſtrū deſiderium foris loquimur, ex ipſis noſtris verbis amplius ad amorē inflammemur. Sola ergo cordis deuotio quantum ad Deum ſufficere poterat, niſi ad hoc etiam in voce formaretur oratio, vt mentem orantis ad maiorem deuotionem accendat. Nā, ſicut diximus, ſi petitioni inſerta narratio eſt, non Deus docetur, ſed orās admonetur cōſiderare quid petat, vt deuotius oret. Si vero ſola ſupplicatio eſt, quia deuotionem intus in corde eſſe ſignificat, ad maiorē deuotionem animum inflammat. Sed quia diuerſis modis humanus affectus ad amorem Dei prouocatur, libet nunc ipſos ſigillatim modos diſtinguere, & diſtinctos per exempla demonſtrare.

Pſal. 2. Pſal. 77.

Narratio quādo neceſſaria.

Oratio cur vocalis.

¶ *Tribus potiſſimum modis orantium affectus in Deum excitari. Cap. V.*

Ed ſciendum primum, quòd fere omne hoc genus orandi, quod quibuſdam prorſus ab orationis vſu excludendum videtur, ad captationem pertinet, quam videlicet captationem quamuis ſuperius quaſi ſpeciem ſupplicationis annumerauimus, ſecundum quandam tamen largiorem conſuetudinē non ſolum ſupplicando, ſed etiā poſtulando & inſinuando captare ſolemus. In captatione autem beneuolentia auditoris comparatur. Quod tribus modis fit, ſiue quando aliquid in laudē eius dicimus, ſiue quando aliquid de noſtra miſeria cōmemoramus, vel etiam quando aliquid, quod ad depreſſionem aduerſariorum noſtrorum ſpectat, in mediū adducimus. Dicamus igitur omnes illas ſcripturas, quas quorundam opinio ad orationis vſum non eſſe aſſumendas exiſtimat, idcirco vtiliter debere, & cōuenienter poſſe inter vota precum noſtrarum ab orantibus recitari, quia in nobis affectum pię deuotionis excitāt, & cor noſtrum vel narrando laudem Dei ad eius amorem prouocant, vel noſtram miſeriam commemorando, ante conſpectum eius nos humiliant, vel malitiam aduerſariorum noſtrorum exaggerando, & vtilem nobis ſollicitudinem & fiduciam coram ipſo ampliorem præſtant. Laudem Dei in potentia & bonitate eius cognoſcimus. Miſeriā noſtrā in hoc, quòd fragiles & peccatores ſumus. Malitiam aduerſariorum noſtrorum quia & ad decipiendum ſunt aſtuti, & ad opprimendum impij. Siue igitur laudē Dei bonitate eius & potentia, ſiue miſeriam noſtram in infirmitate & culpa noſtra, ſiue malitiam aduerſariorū noſtrorū in tyrannide eorum & aſtutia, ad exercitationem mentis & augmentum bonæ deuotionis orantes commemoremus, nihil ineptum facimus, & per pium affectum quem ipſa in nobis verba excitant, vbique orātes ſumus. Vt enim

Beneuolentiæ captatio.

Laus Dei in quo.

breuiter

breuiter cũcta complectar, quotiescunque laudem Dei narramus, quæcunque sint verba quantumcunque prolixa, quid in his omnibus tamen intus cor nostrum nisi hoc vnum loquitur, ꝙ eum admirans amat, & amando admiratur? Similiter quando de nostra miseria coram eo orantes agimus, quæcunque sint verba quantuncunq; prolixa, quod in his cor nostrum dicit nisi hoc vnum, quòd confitemur nos misericordiam eius quęrere, & in eo omnẽ fiduciã nostram collocare? Quæ deuotio quanto humilitati propinquior, tanto est Deo acceptabilior. Item cum aduersariorum nostrorum malitiam in orationibus nostris coram Deo accusamus, qualiacunque sint verba quãtuncunque prolixa, quid tamen aliud per hæc omnia quàm iustum iudicium Dei ad nostri liberationem exposcimus? vt eripiat nos ab ijs, quorũ tyrãnide iniuste opprimimur, & quorũ malitiã iuste auersamur? Et quia vltionẽ de inimicis nostris, & iudiciũ causæ nostræ diuino arbitrio libẽter relinquimus, quid est quod pro hac humilitate & deuotione iuste a Deo impetrare non debeamus? Vnusquisque ergo cum in oratione vel psalmos vel alias quascunq; scripturas decãtat, diligenter consideret cui affectui seruiant, & ad illum affectum toto nisu cor suum excitet, ad quẽ id, quod loquitur magis pertinere videt, quia si verborum quæ loquitur affectum habuerit, per affectum ipsum melius verborum virtutem cognoscet, & intelligentiam capiet, & per verborum intelligentiam in maiorem deuotionem affectum accedet.

¶Quantum gratus sit Deo feruens orantis affectus. Cap. VI.

S QVantum autem affectus cordis bonus Deo placeat, humana nobis etiam consuetudo quamuis vitiosa, quadam tamen virtutis imitatione demõstrat. Certe videmus adulatores qualiter se erga illos, a quibus aliquid expetũt, deuotos simulãt. Sæpe procedentibus obuiã eunt, in turba cõstitutos põposis salutationibus honorant, trãsire volentibus viam pręparant, alios locum dare iubẽt, dominos aduentare proclamant, cathedras in medio cõstituunt, puluinaria sternunt, pedibus prouoluũtur. Ex antiquis historijs magnalia patrũ replicant, etsi in eis non inueniunt quid laudent, priorum facta ad eorum laudem retorquent, se deuotos, se fidos non solum dicunt, sed iurant, & quod esse nolint, hoc omni studio videri laborant. Nunquid putatis iuste reprehendi possent, si essent quod non sunt, sed esse se fingunt? Si hoc malum esset vt tales essent, cur tantopere tales videri student? Immo vero si tales essent, quales se fingunt & nõ sunt, vere laudabiles essent. Nec ob aliam causam eorum petitio ab hominibus sæpe respuitur, nisi quia tales non esse, quales se fingunt esse, sciuntur. Si ergo
T illi iuste in suis precibus repelluntur, quia sciuntur tales non esse, quales se esse fingunt: vt nos mereamur quod petimus a Deo percipere, quales illi se simulant, tales studeamus in veritate Deo nos exhibere. Ostendamus foris verbis, habere nos intus erga Deum affectum deuotionis. Et non solum ostendamus, sed quod ostendimus habeamus. Ne si solum ostendamus, non veri amatores sed adulatores simus, & quia Deum ostentatione decipere non possumus, nosmetipsos potius decipiamus. Præterea sicut adulatores simulatam deuotionem priores offerunt, & per eam illorum, quos deprecantur, gratiam comparare volunt, sic & nos precibus nostris præueniamus faciem Domini, & vt mereamur obtinere quod petimus, non simulatam deuotionem, sed veram charitatem offeramus. Beatificemus amicos Domini nostri, indignemur inimicis eius, laudemus in eo potentiam, magnificemus pietatem, admiremur sapientiam, extollamus generositatem, approbemus æquitatem. Item narremus ei miseriam nostram, indicemus ei necessitatem nostram, indicemus & reuelemus ei infirmitatem nostram, confiteamur ei culpam nostram, dicamus & credamus alium non esse, per quem possimus eripi, per quem speremus liberari. Item ostendamus ei aduersariorum nostrorum dæmonum, & peruersorum hominum malitiam, crudelitatem, iniquitatem, tyrannidem, quòd ei aduersantur, qui nos persequuntur, quòd nobis hostes sunt, qui ei contradicunt, quòd odimus quæ odit, quòd diligimus quæ diligit. Malle nos propter eum odia inimicorum eius perpeti, quàm contra eum habere pacem eorum. Omnes igitur scripturæ eiusmodi, quæ ad captationem faciendam congruunt, siue ipsa captatio per supplicationem, siue per postulationem, siue per insinuationem fiat, alienæ ab orationis vsu habendæ non sunt, quia licet aliquæ illarum narrationes petitionem non habeant, habent tamen omnes affectus virtutum, quos in nobis accendunt, per quos qui orant citius, quàm per vocis petitionem, impetrant.

Captatores.

Captandę a Deo beneuolẽtiæ modus.

¶De diuersis affectum modis, & quibus psalmis quisque adaptetur. Cap. VII.

Via igitur in affectibus pietatis est omnis virtus orandi, enumeremus aliquot ex ipsis, & exemplis demonstremus: vt quia omnes enumerare non possumus (infiniti enim sunt affectus) quid tamen in omnibus laudabile sit, & Deo acceptum, ex quibusdam conijciamus. Est affectus dilectionis, cum forte mens vel videns, vel reminiscens id quod amat, subito amoris igne corripitur. Est affectus admirationis, cum aliquid nouum & admirabile contemplans in stuporem excitatur. Est affectus congratulationis, cum acceptabile aliquid & beneplacitum videns, quadam hilaritate perfunditur. Est affectus humilitatis, quando ex consideratione infirmitatis suæ ab elatione sua sponte comprimitur. Est affectus mœroris, quando ex consideratione malorum suorum quodammodo contabescens infirmatur. Est affectus timoris, quando ex consideratione imminentium pœnarum concutitur. Est affectus indignationis, V

Affectus varij.

quando

quando in odium aduersariorum ex ipsa iniquitatis eorum magnitudine inflãmatur. Est affectus zeli, quando ex amore iustitiæ ad desiderium vltionis accenditur. Est affectus bonæ præsumptionis, quando ex noua aliqua & singulari fiducia ad ven-
X dicandum plus solito quippiam animatur. De istis
Affectuũ affectibus primi tres ad istud præcipue genus scri-
discretio. pturarum pertinent, in quo fit laudatio. Quia scilicet ex commemoratione bonitatis, surgit affectus dilectionis, ex commemoratione potentiæ & fortitudinis, surgit affectus admirationis, ex commemoratione autem alicuius prosperi euentus & facti felicis, surgit affectus congratulationis. Tres sequentes ad illud genus pertinent, in quo fit commemoratio infelicitatis & miseriæ. Quia videlicet affectus humilitatis surgit ex commemoratione propriæ infirmitatis, affectus doloris surgit ex cõmeratione malorum præsentium, vel ex recordatione præteritorum. Affectus timoris ex præuisione futurorum. Tres vltimi affectus, illi magis scripturarum generi congruunt, in quo fit inuectio & accusatio in aduersarios videlicet contra nequitiam illorum, indignatio contra iniuriam, zelus propter
Psal. 17. malitiam, maior de Dei misericordia præsumptio.
Psal. 8.
Psal. 46. Exempla singulorum hæc sunt, ex affectu dilectionis canitur psalmus, diligam te Domine. Ex affectu admirationis canitur psalmus, Domine Dominus noster. Ex affectu congratulationis canitur psalmus omnes gentes. Et in his omnibus est
Psal. 30. laudatio. Ex affectu humilitatis canitur psalmus, In te Domine speraui. Ex affectu doloris
Psal. 12. canitur psalmus, vsquequo Domine obliuisceris.
Psal. 6. Ex affectu timoris canitur psalmus, Domine ne in furore, & in his omnibus est mixta querelę deprecatio. Ex affectu indignationis canitur psal-
Psal. 51. mus, quid gloriaris in malitia. Ex affectu zeli cani-
Psal. 93. tur psalmus, Deus vltionum Dominus. Ex affectu
Psal. 25. bonæ præsumptionis canitur psalmus, Iudica me Domine, quoniam &c.

¶ *Quòd in eodem Psalmo sæpius ab vno affectu in alium fiat transitus.*
Caput. VII.

Y Sciendum tamen est hanc proprietatem in omnibus psalmis non esse, vt per totam seriem vnus affectus extendatur, sed sæpe de alio affectu fit transitus in alium, secundum quòd mentes orantium diuersis modis affici solent. Hoc autem qualiter per singulos cognosci possit, explanare, prolixoris operis tractatum expetit. Volumus tamen hoc in aliquibus exempli causa demonstrare. Forte cogitare cœpi quanta sit felicitas esse cum Deo, quanta item sit miseria viuere in hoc seculo, quanta demum calamitas semper cruciari in inferno, & ex hac meditatione mea subito amore cœlestis patriæ attractus, ipso affectu ducen-
Psal. 1. te in hæc verba decurro. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, cuius psalmi totam seriem si secundum intimum cõpunctionis sensum inquirimus, quid aliud nisi hoc vbique dicentem inuenimus? Felices qui nunquam a Deo recesserunt, felices qui semper cum eo permanserunt, felices qui in eius obsequio fideles & deuoti perstiterunt. Nam infelices & miseri illi sunt, qui se ab illo elongauerunt, & cum illo perseuerare noluerunt, vel qui post ad illum non redierunt. Gratias illi qui quantum perstiti, confusio mihi quantum discessi. Nunc autem quantum prope sum elongare nolo, quantum longe sum redire cupio, vtinam ad illum perueniam, vtinam ab illo nunquàm recedam: adiuua me Deus meus. Affectus igitur iste dilectionis est surgens ex laudatione. Item exemplum alterius. Cogitaui mecum quanta esset potentia Dei, ac deinde admirari cœpi vesaniam hominum, qui mortales sunt, & tamen voluntati eius obuiare minime
pertimescunt. Ex hac itaque admiratione com- Psal. 2.
pulsus sum exclamare & dicere. Quare fremuerunt gentes. Et est admiratio mixta indignationi, quia vesaniam admiramur, præsumptioni indignamur, vel certe in nobismetipsis dum foris assultus vitiorum crebros & importunos aspicimus, & intrinsecus de Dei adiutorio præsumimus, ipsam tentationum nostrarum molestiam cum quadam indignatione arguimus dicentes. Quare fremuerunt gentes. Et est summa totus psalmi ad hoc tendens, vt per Dei potentiam confirmati, insolentes aduersitates contemnamus, & tanto nos aduersarijs nostris fortiores, quanto Deo viciniores sumus, præsumamus. Illorum interitum festinum attendamus, Dei magnificentiam contra eorum superbiam frangendam opponamus, cum omni reuerentia animum nostrum ad obsequium illius subijciamus semper supra nos admirantes eius potentiam, infra nos despicientes eorum insolentiam. Hic est affectus admirationis indignationi mixtus ex laudatione surgens. Sequentis Psalmi series non secundum vnum affectum texitur, sed sæpe de affectu in af-
fectum transit, verbi gratia. In angustijs consti- Psal. 3.
tutus quantum semper in Dei misericordia confidebam cogitare incipio, quia tamen quodammodo me ab eo derelictum video, ex affectu doloris in hæc verba prorumpo. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Rursumque ex affectu doloris in affectum bonę præsumptionis recurrens aio Tu autem Domine susceptor meus es. Vt & mœrorem per fiduciam releuem, & fiduciam per mœrorem castigem. Et quis omnes virtutes psalmorum? quis illas ignitas compunctiones sanctorum affectuum enumerare loquendo potest? quibus mens in oratione accenditur, & gratissimum Deo sacrificium in ara cordis adoletur.

Libelli de modo orandi, Finis.

M. HUGONIS DE SANCTO *Victore Canonici Regularis Lateranensis, de amore sponsi ad sponsam Libellus prior.*

M Canti 4. Alii litera Vadã & thuris &c.

Bo mihi ad montẽ myrrhæ, & ad colles Libani, & loquar sponsæ meæ. Sponsus quidã hic loquitur, qui sponsam habet, & spondet se visitaturum eã. Nota ergo, ꝙ non semper domi est sponsus iste, cauet enim forte ne vilescat amor suus: & quia citius in tędium veniret si semper præsens esset, ideo aliqñ se subtrahit, aliquando ad tẽpus recedit, vt dum requiratur absens, strictius teneatur pſens. Et tũc forte aberat, quãdo hæc dicebat. Sed ne rursum longior mora aliquatenus
N obliuionem gigneret, redire disponebat, & ait, Ibo mihi. Secũ loquitur qđ facturus est, quia ad dicendum dulce est, qđ dulce est ad faciendũ, & nescio quo pacto quod multum cupimus, nunq̃ loqui satidimus. Ibo, inquit, mihi. Sibi vadit, quia singularis amor participem secreti nõ recipit. Sibi vadit, q a nõ vult sodalẽ itineris, q ui non patitur cõsortẽ amo
O ris. Sed quæris quisnã sit iste talis sponsus, & quæ sponsa eius? Sponsus est Deus. Sponsa est anima. Tũc autem sponsus domi est, qñ per internum gaudium mentẽ replet: tunc recedit, qñ dulcedinẽ con
P templationis subtrahit. Sed qua similitudine anima sponsa Dei dicitur? Ideo sponsa, quia donis gratiarum subarrhata. Ideo sponsa, quia casto amore illi sociata. Ideo sponsa, quia p aspirationẽ Spiritus sancti, ꝓle virtutum fœcundanda. Nulla est aĩa, q̃ hu-
Q ius sponsi Arrhã non acceperit. Sed est quædã Arrha cõis, qđã specialis. Cõis arrha est ꝙ nati sumus, ꝙ sentimus, ꝙ sapimus, ꝙ discernimus: Specialis arrha est, ꝙ regñati sumus, ꝙ remissionẽ peccatorum cõsecuti sumus, ꝙ charismata virtutum accepimus. Et qđ quisq; hẽt, hoc cuiq; arrha est. Arrha est diuiti diuitiæ suæ, quibus souetur, ne eũ molestia paupertatis frangat. Arrha est pauperi paupertas sua, qua castigatur, ne abundans per incontinentiã diffluat. Arrha est forti fortitudo sua, qua roboratur, vt ad bonum opus conualescat. Arrha est debili debilitas sua, qua frangitur ne malum perficiat. Arrha est insipienti simplicitas sua, qua humiliatur ne superbiat. Et oĩno quicquid in hac vita humana fragilitas tolerat, hoc pius cõditor quantũ in sua bonitate est, vel ad correctionẽ prauitatis, vel ad profectum virtutis dispensat. Ideo in oĩbus gratias agere debemus, vt dum vbique ipsius misericordiã agno
R scimus semper in eius amore proficiamus. Ibo, inquit, mihi ad montem Myrrhæ &c. Myrrha, quæ amara est ad gustandum, & corpora mortuorum a putredine seruat, significat mortificationem carnis. Libanus, quod nomen interpretatur decandidatio, significat munditiam carnis. Hæc ergo est via, per quam sponsus ad sponsam venit, Mons myrrhæ, & colles Libani, quia primũ per abstinentiam concupiscentiam carnis occidit, deinde per munditiã cor dis ignorantiã mentis abstergit. Postremo quasi tertio die ad colloquium sponsus veniens desiderio sui animam accendit, ideo conuenienter dixit Montem myrrhæ, non collis Myrrhæ, & colles nõ montem Libani, quia in afflictione debemus esse constantes, & in successu virtutum humiles. Altitudo enim montis eminentiam significat magnanimitatis, & mediocritas collis temperantiã humilitatis. Item ꝙ montem singulari numero posuit, & colles plurali, significat, ꝙ in mortificatione exterioris delectationis parum est quod perdimus: & in illuminatione mentis intrinsecus multiplex est bonũ, qđ inuenimus. In monte myrrhæ accipimus fortitudinem contra carnis cõcupiscentiã. In collibus Libani accipimus illuminationẽ mentis contra ignorantiam. In colloquio sponsi accipimus charitatem cõtra maliuolentiam & cordis obdurationem. Poten- T tia ad Patrem, sapientia ad filiũ, charitas appropriatur ad Spiritum sanctũ. Qñ. n. ex fragilitate peccamus, peccamus in Patrem, quasi contra potentiam. Qñ ex ignorantia peccamus, peccamus in filiũ, quasi contra sapientiã. Qñ vero ex maleuolentia peccamus, peccamus in Spiritum sanctũ, quasi contra dilectionem. Ideo peccatũ in Patrẽ & Filiũ hic, siue in futuro remittitur, q a qui ex fragilitate, vel ex ignorantia peccat, sicut aliquam excusationem hẽt in culpa, ita ẽt aliquã remissionẽ habere debet in pęna, siue in hoc seculo si pœnituerit, vt facilius cõsequatur indulgentiã, siue in futuro seculo si in malo perseuerauerit, vt tolerabiliorẽ sentiat pœnã. Qui vero ex malitia peccant, eorum peccatũ nullã habet excusationẽ, & ideo pœna eorum remissionẽ hẽre nõ debet, quia siue pœnituerit in hoc seculo, plena satisfactione mulctandi sunt, siue nõ pœnituerint plena damnatione in futuro seculo puniendi, & ideo hi tales nec hic, nec in futuro seculo remissionem accipiunt, non quia pœnitentibus venia denegetur, sed quia pleno peccato plena retributio debeatur. Lo- V quar (inquit) sponsæ meæ. Duobus modis loquitur Deus ad aĩam. Aliter ad fornicariam, & aliter ad sponsam. Aliter ad fœdam, aliter ad pulchrã. Aliter ad peccatricẽ, aliter ad iustificatã. Illius fœditatem increpat, huius pulchritudinẽ laudat. Illam increpãdo timore concutit, Istã laudando ad amorem accendit. Illi loquitur, quando ei maculas suas ostendit, isti loquitur, quando dona, quæ contulit ei ad memoriã reducit. Illius tenebras illuminat, vt agnoscat quid sit, & defleat quod fecit, istam affectu dulcedinis internę tangit, vt recolat quid accepit, & nõ obliuiscatur eum qui dedit. Loquar (inquit) sponsæ meæ. Si ego sponsus sum, si ad sponsam locu- X tus sum, scitote quòd præter amorem nihil loqui possum. Postquam igitur hæc secum dixerat sponsus, continuo iter arripuit, veniensque & videns sponsam mox quasi ex eius specie in admirationẽ tractus in hæc verba prorupit. † Tota speciosa es proxima mea &c. vel cum præcedenti hoc coniungitur: loquar sponsæ meæ: sic. s. tota speciosa es ꝓxima mea &c. Sed illud gratiꝰ accipitur, tota speciosa es, ꝓxima mea: ideo tota speciosa, q a ꝓxima, si nõ esses

Duplex Arrha.

Duob. modis loquitur Deus ad animã.

† Tota pulchra es a-mica mea &c.

esses proxima non esses tota speciosa. Videte quid dixerit. Tota, inquit, speciosa es proxima mea. Omnis anima vel auersa est a Deo, vel conuersa ad Deum. Auersarum autem alia est remota, alia remotissima. Conuersarum vero alia propinqua, alia proxima. Quæ remota est, turpis quidem est, sed non tota. Quæ remotissima est, tota turpis est. Item quæ propinqua est, speciosa est, sed adhuc non to-

Z ta, quæ proxima est, tota speciosa est. Tota speciosa es proxima mea, & macula non est in te. Totus speciosus est, cui nihil deest pulchritudinis. Totus speciosus est, cui nihil inest turpitudinis. Ego totus speciosus sum, quia omne quod pulchrum est in me est. Tu tota speciosa es, quia nihil quod turpe est in te est. Macula non est in te. Veni ad libanum spe-

A ciosa. Inuitat eam & vocat, quia & ideo ad eam venit, non vt cum illa permaneret, sed vt illam ad se traheret. Veni † ad Libanum, veni ad Libanum † venies, coronaberis. Bis inuitando dicit veni, tertio affirmando subiungit venies. Sed hæc quid est affirmatio nisi congratulatio, qua bono proposito nostro congaudet? Ac si diceret. Obedientiam laudo, propositam Deo deuotionem non ignoro. Voco & respondes, inuito & parata es. Ergo

† De libano.

† Veni.

B venies. Sed quare dicit bis veni? Vt qui extra se est, primum ad se redeat, qui in se est, supra se ascendat. Primum in nobis est, & præuaricatores ad cor redire monet, deinde supra nos est, vt iustificatos ad se inuitet. Veni inquit veni. Veni foris intro ad te. Veni intus, interius, & plane intrinsecus supra te ad me. Veni ad Libanum sponsa,

C veni ad Libanum. Veni de Libano veni ad Libanū. Veni de Libano decandidato ad Libanum non decandidatum, sed candidum. Veni de corde mundato ad mundatorem cordium, non mundatum, sed mūdum. Non peruenis ad me si remanes in te,

D ascende supra te & inuenies me. Venies, & transibis ad montem † Seir, vel Sauir. Seir interpretatur hispidus vel pilosus Sauir vero nocturna auis vel fœtor, & Seir idem qui & Edom, id est Esau. Esau & Iacob duo erant fratres, Esau prior natus, sed

† Sanir.

E postea nato Iacob supplantatus. Esau venator, & studijs agrestibus deditus fuerat: Iacob vir simplex domi habitabat. Quid autem hi duo fratres nisi duos motus, qui in homine sunt, designant? Hoc est concupiscentiam carnis & spiritus. Scimus autem quod dicit Apostolus. Non prius quod spirituale, sed quod carnale est, prius est. Hoc est Esau prius nascitur. Cum vero concupiscentia spiritus roboratur, tunc concupiscentia carnis marcescit. Hoc est Esau a post genito Iacob supplantatur. Item concupiscentia carnis quasi Esau venator, foris pascitur, concupiscentia vero spiritus quasi Iacob vir simplex intus delectatur. Est

F ergo Seir pilosus carnis motus turpis, & indecorus. Et bene pilosus, quia sicut pilus in carne radicem figit, sed excrescendo carnem excedit, ita carnis motus de necessitate oritur, sed excrescendo in voluptatem vsque profluit. Et quemadmodum pilus præcidi sine dolore potest, euelli sine dolore non potest, sic appetitus carnis quantum ad superfluitatem pertinet, quasi extra sensum carnis, sine detrimento præciditur, sed quātum ad necessitatem spectat, quasi intra carnem sit, non sine detrimento extirpatur. Ecce diximus G

quid sit Seir: nunc quid sit mons Seir videamus. Habet enim Seir iste montem, habet & vallē: & (vt plus dicam) habet montem, habet campum, habet vallem, sed in valle est debilis, in campo est fortis, in monte insuperabilis. Seir in mōte est appetitus carnis in necessitate. Seir in campo est appetitus carnis in satietate. Seir in valle est appetitus carnis in voluptate. Quando ad viuendum tantum caro sustentamentum accipit, Seir in monte est. Quando vero ad robur nutrimentum quærit, Seir in campo est. Qñ autem ad lasciuiendum delicias poscit, Seir in valle

est. Quare ergo in monte insuperabilis est? quia sustentamentum carnis in hac adhuc mortalitate degentibus necessarium est. Quare in campo fortis? quia & robur carnis aliquando profectibus animæ vtile est. Quare in valle debilis, quia voluptas carnis semper superflua est. In valle prohibetur, in campo conceditur, in monte remuneratur. In valle seruit, in campo pugnat, in monte regnat. In valle est luxuria, in campo est temperantia, in monte parsimonia. In valle adiuuante gratia facile calcatur, in campo cum difficultate vincitur, in monte ne superari valeat, ipse ei quotidianus noster defectus vires iugiter subministrat. Qui superflua resecat, Seir in valle conculcat. Qui vero de necessarijs aliquid minuit, Seir in campo vincit. Qui autem ad sustentamentum tantum naturæ necessaria tribuit, quasi Seir in monte exactori obse- I

quium reddit. Sciendum tamen, quòd Seir iste ibi sine difficultate vincitur, vbi periculosissime dominatur: vbi vero prorsus insuperabilis est, ibi sine periculo tolerari potest. Si vero legatur Seir, K

quod interpretatur nocturna auis, vel fœtor, ad eundem carnalem motum congrue referri potest. Qui vel ideo nocturna auis dicitur, quia occultus venit, dum sub specie necessitatis irrepit voluptatis illecebra, vel quia per delectationem carnis nascitur excæcatio mentis. Nocturna ergo auis est occultus, & improuisus motus carnis. Quare ve- L

ro concupiscentia carnis fœtor dicatur, hoc iam expositione non indiget. Et Hermon. Hermon M

interpretatur Anathema eius. Cuius eius? Ipsius anathematis. Ergo quasi anathema diceretur anathematis. Primum ergo nobis quærendum quid sit anathema, deinde quid sit anathema anathematis adiungendum. Anathema est separatio. Anathema anathematis, separatio separationis. Et fortasse si separatum esse malum sit, tum separatum esse a separato bonum erit. Quis autem me- N

lius potest dici anathema quàm apostata Angelus? qui se primum per superbiam a societate supernæ illius ciuitatis separauit, ex demerito præuaricationis suæ, dum vero capitis membrum esse noluit ab vnitate corporis illius præcisus, caput iniquorum omnium factus est. Constat autem quòd omnis O

homo secundum primam generationem, qua in peccato concipitur, & in peccato nascitur, huius capitis membrum est, & ad illius societatem pertinet: sed quisquis, per sacramenta fidei regeneratus membrum

membrum Christi efficitur, ab vnitate huius cor-
poris separatur. Quis est ergo anathema, nisi diabo-
lus & membra eius? & qui sunt anathema anathema
tis, nisi qui separati a corpore diaboli, facti sunt
membra Christi? Quid significet Hermon iam di-
ximus, nunc quid significet mons Hermon videa-
P mus. Nam quemadmodum supra de Seir dictũ est,
ita & nunc de Hermon dici potest, ꝙ videlicet alij
sunt mons Hermon, alij campus Hermon, alij val-
lis Hermon. Vallis Hermon dici possunt, qui per fi-
dem quidẽ a diabolo iam separati sunt, sed adhuc
per vitã carnalem in infimis desiderijs prostrati ia-
Q ceat. Campus Hermon sunt hi fideles, qui mediũ
quendam statum tenentes nec per voluptatem car-
nis in imo depressi sunt, neque per spiritualem con
R uersationem ad superna erigi possunt. Mons uero
Hermon sunt ij, qui non solum per fidem a diabo-
lo sunt separati, sed etiam per eminentiam virtutis,
& per constantiam mentis contra diabolum sunt e-
recti. Et hi profectò sunt, qbus antiquus hostis ma
gis inuidet, quos non solum a se diuisos, sed etiam
contra se erectos videt. Hi sunt ergo, quos iugiter
persequendo opprimere nititur, quos & a se reces-
sisse, & contra se stare conspicatur. Isti ergo tanto
grauiores tribulationes sæpe sustinent, quanto ma-
gis communem omnium hostem sibi singulariter
infestum habent. Nihil ergo melius per montẽ Seir
quàm parsimoniam, nihil melius per montem Her
mon quàm patientiam sanctorũ accipimus. Sequi-
Cant. 4. tur deinde. A cubilibus leonum. Quid per cubilia
S leonum nisi (ut ita dicam) sopita crudelitas intelli-
gitur? Et quid est sopita crudelitas, nisi carnis volu-
ptas, quæ imprudẽs quos nunc quidẽ delectat per
experientiam, post vero cruciat, prius per cõscientiã
T deinde per pœnam. Attende quomodo nunc in de-
lectatione carnalis voluptatis dormit venturæ dam-
Prouer. 5. nationis pœna. Fauus (inquit Salomon) distillãs la-
bia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissi-
ma autem illius amara quasi absynthium, & lingua
eius acuta quasi gladius biceps. Et rursũ. Si qs est pa
Prouer. 9. ruulus, declinet ad me: & vecordi locuta est. Aquæ
furtiuæ dulciores sunt, & panis abscõditus suauior.
Et ignorauit, ꝙ gigantes ibi sunt. & in profundis in-
Iob. 40. ferni conuiuæ eius. Et Dñs ad beatũ Iob de antiquo
hoste loquens ait. Sub vmbra dormit in secreto ca-
lami, in locis humẽtibus. In illis enim mentib. dia
bolus pausat, q̃ intus a calore diuini amoris frigidę
foris natant in fluxu carnalium voluptatum, q̃ ob-
lectamenta nunc quidẽ mollia videntur per expe-
rientiam, post vero crudelia sentientur per pœnam.
V Nunc siquidem leo cubat & dormit, quia mentib.
carnalium nunc per delectationem peccati diabo-
lus blandum se simulans nõdum qualis futurus sit,
ostendit. Sed tũc euigilare incipiet, qñ eos, quos il-
licitis nunc delectationibus seducens spõtaneos te-
X net in culpa, post aperte sæuiẽs inuitos trahet ad tor
† De motibus pardorum. menta. Sequitur. † A mõtibus leopardorum. Leo-
pardus a leone & pardo ꝑcreatur. Leo crudelis est,
& pardus maculosus. Sic ergo leo pp crudelitatem
dęmones. pardus pp varietatem congrue hæreticos
designat, qui cum vnitatem fidei diuersis & peruer-
sis dogmatibus scindunt, quasi quibusdam maculis
corpus infectum gerunt. Qui sunt ergo leopardi ni
si superbi amatores huius sęculi, quos primum dia
bolus per doctrinam hæreticorum ad perfidiam ge Y
nerat, ac deinde per huius mundi amorem ad uitia
inflammat. Montes leopardorum diuitiæ sunt & Mõtes leopardorũ.
pompæ huius sęculi, in quibus se praui extollunt,
& electorum vitam acrius insectantur, quando eos
in hoc seculo abiectos, & se sublimes aspiciunt. Be-
ne ergo dicitur ad sponsam. Venies, & transibis ad
mõtem Seir, & Hermon a cubilibus leonum, a mõ-
tibus leopardorum. Sed quid est de cubilibus leo- Z
num ad montem Seir, nisi de incontinentia ad casti
tatem, de voluptate ad parsimoniam? Et quid est de
montibus leopardorum ad montem Hermon, nisi
de superbia ad humilitatem, & de crudelitate ad pa
tientiam? Et nota, quòd dixit de cubilibus non de
cubili, de montibus non de monte, & ad montem
non ad montes. De cubilibus ergo ad montem, de
montibus ad montem, hoc est de multis ad vnum
progredimur, quia quanto magis mundum fugiẽ-
do Deo appropinquare incipimus, tanto magis in
vnum congregamur. Quod nobis &c. Amen.

DE FRVCTIBVS CARNIS, & spiritus, & eorum comitibus, & omnium descriptionibus, opusculum elaboratum: quod licet a maiestate dicendi, & a grauitate sententiarum. M. Hugonis a Sancto Victore Canonici Regularis Lateranensis, frigeat, ipsi tamen ascribitur. Cuius hæc sunt Capita.

In opusculum de fructibus carnis, & spiritus ad humilitatis commendationem Prologus.

A
Um omnis diuinæ paginæ sermo id intendat, vt homini bonum humilitatis persuadeat,& superbiæ malum declinandum attentius suadeat, præsertim cum in altero salutis & vitæ, in altero ruinæ principium sit, necessarium videtur ipsius humilitatis & superbiæ fructum, & efficaciam quasi formam quandam visibilem virtutum cultori facie tenus ostendere, quatenus alterutrius speciei, superbiæ, vel humilitatis imitator cognoscat ex fructuum qualitate, quid mercedis assequatur ex vtriuslibet executione. Duas itaque arbusculas fructu & ascensu dissimiles, & rudis & nouello cuilibet conuerso, aduinctis vitiorum siue virtutum paucis diffiniunculis proponimus, ex quarum radice fructuum prouentus pateat, & quæ arbor ex duabus eligenda sit allectus fructu
B discernat. Et quidem superbia fructus carnis radix est, fructus spiritus humilitas. Quæ diuersitas inspecta radicum, fructum earum modestabiliter quærentis appetitum ostendit. Denique vetus Adam se collocat in arce vitiosæ arboris. Nouus Adam principatum obtinet prouentus spiritualis. Si ergo præstantius deteriori, id est bonum malo altrinsecus coniunxeris, quod in his emineat, quod præponderet valenter intellexeris. Collatis enim qualitatibus contrariorum cito meliorum æstimatio patebit. Perspectis igitur radicibus ramis & fructibus nostris arbitrij tui sit eligere quod volueris.

¶ De tribus virtutibus theologicis, & quatuor cardinalibus ex humilitate nascentibus. Cap. I.

C
Vnctarum enim, vt prædictum est, virtutum fundamentum est humilitas, quia omnis qui se humiliat exaltabitur. Et pauperibus spiritu regnũ cœlorum aperitur. Prima autem virtutũ humilitati fides accedit, quia impossibile est sine fide placere Deo: & iustus ex fide viuit. Sed fide quid proficis, si spe non quæris quod fide complecteris? Quod enim nondum videmus speramus & spes non confundit. Quia vero sperando amamus quod iam fide tenemus, spei charitas succedit & sic fides; quæ per dilectionem operatur, recte, procedit. Qualiter autem istæ tres virtutes, id est spes, fides, charitas distinguendæ, tenendæque sint prudentia docet & informat. Iustitia ornat & consummat. Fortitudo retinet & roborat, & ne excurrant in nimia & ne incompetenter intra suos terminos coarctentur. Temperantia moderatur & discernit. Si ergo has quatuor virtutes addas tribus superioribus septenarius iste virtutum numerus plenitudinem septiformis gratiæ suis executoribus adducit, per quam vitiorum compago dissoluitur, corpus diaboli superatur, & perfectam iustitiæ fons & origo virtutum omnium aditur.

Luc. 14. Matt. 5.

Virtutes theologicæ.

Heb. 11.

Virtutes cardinales.

¶ De parium inter se & cum imparibus collatione, vt virtutum cum virtutibus, vitiorum cum vitijs, ac virtutum cum vitiis. Cap. II.

I adiunxeris similia similibus partium D æqualitas vtriusque partis excellentiam perhibet. Si vero dissimilia contuleris magis patet diuersitas alterius. Sicque coniunctio parium differentiam arcet partium singularum, & diuersa qualitas vtriusque crescere uidetur ex vtroque. Confer album nigro, sapientem stulto, superbum humili, malum bono, & ex ipsis contrarijs distantibus argumentum propriæ naturæ videtur accedere singulis speciebus. Sic de fructibus præmissarum arborum considera. Quantæ enim sit amaritudinis cum germine suo radix superbiæ fatale peruidetur ex sanctæ humilitatis vberi dulcedine. Itaque qui vitiorum furias, virtutum oppositione debellare proposuit, ad rem esse nouerit naturas eorum vel qualitates subtili examine considerare, quibus inspectis tota vis eorum considerabitur in triumphis humilitas. Igitur quæ ex virtutum principatu altissimum obtinet locum septiformis virtutum theologicarum, & cardinalium corona cingitur. Ex quibus aliæ virtutes quasi de fonte quodam deriuatæ suis executionibus perfectionem quandam inducunt, & brauium ostendunt, quod pugnantibus quidem promittitur, exhibetur autem vincentibus. Cui humilitati summa vitiorum occurrens superbia, in phalange sua mortis ostendit materiam, & sequacibus ruinam certam. Vtriusque igitur comitatus, natura vel effectu distantes non pigeat considerare, vt reprobatis per rationem vitiis per virtutem possit triumphare.

Humilitas. E

Superbia.

¶ De superbia, & eius comitibus. Cap. III.

Vperbia est singularis excellentiæ, F tumentisque animi super omnes extus quædam gloriæ & supereminentiæ appetitio. Cuius comitatus principales isti sunt.

Superbiæ descriptio

Luxuria.
Ventris ingluuies.
Auaritia.
Tristitia.
Ira.
Inuidia.
Vana gloria.

¶ Quæ-

G ¶ Quæquidem septem vitia principalia (vt aliquid de seculari scientia loquamur) subalterna genera (iuxta quendam modum) dicere possumus, id est vt sint species ad superiora, id est ad superbiam vnde procedunt, Genera vero ad inferiora, id est ad vitia ex ipsis prodeuntia. Verbi gratia, dicimus superbiæ malum quoddam genus substantiuum esse: & vitia de superbia manantia, species quasdam substantiuas, vt sunt animal & homo, equus &c. sed iuxta aliquid. Sicut dicimus noctem tenebras multiplicare, & silentium malitiam tegere, cum in altero lux, in altero vox intermissa sit, & multa his similia. Neminem autem hic fucus & externus color offendat, quem idcirco posui vt fontem & riuum, id est superbiam cum suis appendicibus eò melius ostendam. Nunc itaque annexis diffinitiunculis, de supbię malitię procinctu & comitatu videam*.

¶ *de vana gloria, & comitibus eius. Cap. IIII.*

H Vana gloria est placendi desiderio mota vtriusque hominis incompetens agitatio. In eius comitatu sunt Hypocrisis, inobedientia, iactantia, nouitatum præsumptio, arrogantia, loquacitas, pertinacia.

Hypocrisis. Hypocrisis est virtutum simulatione clausum vitium ex arte palliare.

Inobedientia. Inobedientiæ est ex duritia mentis obstinatæ ei, cui parere debeas iusta imperanti, nolle obtemperare.

Iactantia. Iactantia est fastu mentis id agente, maiora quàm sint de te inaniter prædicare, & promittere.

Nouitatū pręsūptio. Nouitatum præsumptionis est contra qualitatem sui ordinis, aut virium singulari tumore noui aliquid attentare.

Arrogantia. Arrogantiæ est venditare quæ non habes, & gloriari ex eo, quod non acceperis placendi hominibus cupiditate.

Loquacitas. Loquacitas est per quam leuitas interior stulta verborum effusione monstratur.

Pertinacia. Pertinaciæ est ex irrationabili, & inflexibili mentis obstinatione meliori nolle cedere.

¶ *De Inuidia, & comitibus eius. Cap. V.*

I Inuidia. Inuidia est, quæ feruidum in dolore reddit animum ob alterius bonum & honorem, ea videre nolentem. In cuius comitatu sunt odium, afflictio, exultatio, malitia, detractio, amaritudo, susurratio.

Odium. Odium est, quod motum irati animi morosius & tenacius spe vindictæ mordaciter abscondit, & hominem ipsum, non tantum vitia eius, maleuolentia persequitur.

Afflictio. Afflictio in prosperis est odientis animi cruciatus ex profectu minus sibi placentis descendens.

Exultatio. Exultatio in aduersis est ex casu alterius ob coo ceptum semel odium immodicæ lætitiæ ostentatio.

Malitia. Malitia est alieni damni sine spe boni ex eo obtinendi desiderium.

Detractio. Detractio est alienæ gloriæ & famæ mordax & inuida per verba, aut signa diminutio.

Amaritudo. Amaritudo est spiritalis expers gaudij quædam distractæ mentis solitudo, & ex alieno bono ægrotatio.

Susurratio. Susurratio est per quam vel odiosæ adulationis vel derogationis sibilo quodam alter in odium alterius excitatur.

¶ *De Ira, & comitatu eius. Cap. VI.*

K Ira. Ira est strictus concitati animi furor vlciscendi libidine feruens. Eius comites sunt clamor, blasphemia, contumelia, luctus, temeritas, furor, indignatio.

Clamor. Clamor est perpetrati facinoris sonora, & inuerecunda exprobratio.

Blasphemia. Blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conuiciosorum iaculata in alium maledictio: aut est diuini vel humani nominis diminutio iurando vel exprobando facta.

Contumelia. Contumelia est cum mœroris liuore, & amaritudinis imperio alienæ infamiæ manifestatio.

Luctus. Luctus est, qui exacerbato animo, quod minus in superiorem potest vltionis, in se fletibus satisfacit.

Temeritas. Temeritas est rationis expers procacis animi indisciplinatus excursus.

Furor. Furor est effrenata conceptis intrinsecus aduersis animi impatientis, & impotentis rabies.

Indignatio. Indignatio est turbida quędam ex insolenti maleuolentia in inferiorem despectio.

¶ *De tristitia seu acidia & comitatu eius. Cap. VII.*

L Tristitia. Tristitia est ex frustrato rebus cōtrarijs noto turbatæ mentis anxietudo, & rei bonæ bene gerendæ tædium. Eius comites sunt, desperatio, rancor, torpor, timor, acidia, querela, pusillanimitas.

Desperatio. Desperatio est ad vitæ statum, vel virtutum reditum fracta spei gubernatio: vel est spei de salute, aut venia obtinenda abiectio.

Rancor. Rancor est ex atra bili, aut nimia pigritia virium animi & corporis eneruatio & corruptio.

Torpor. Torpor est languenos animi pigritia, remissa motio, corporis totius hebetudo.

Timor. Timor est per quem menti fluctuans angustia ex contrariorum expectatione generatur.

Acidia. Acidia est ex nimia confusione animi nata tristitia siue tædium, vel amaritudo animi nimia, qua iucunditas spiritalis extinguitur, & quodam desperationis principio, mens in seipsa subuertitur.

Querela. Querela est latentem cordis molestiam verbis impatientibus aperire, & se minus posse quàm possit ostendere.

Pusillanimitas. Pusillanimitas est ex rerum aduersarum tædio iners, & inconsiderata fracti animi deiectio.

¶ *De auaritia, & comitatu eius.*
Cap. VIII.

M Auaritia. Periurii. Auaritia est gloriæ, diuitiarum, seu quarumlibet aliarum rerum insatiabilis, & inhonesta cupiditas: eius comites sunt philargyria, periurium violentia, vsura, fraus, rapina, & fallacia.

Phylargyria. Philargyria est per quam singulari appetitu pecuniæ corradendæ continentiæ frena laxantur, in terpretatur enim amor argenti.

Periurii. Periurium est fraudulenta commodi consequendi, aut damni deuitandi gloria, veritatis agnitæ abnegatio peierando facta.

Violentia Violentia est per quam malitia seu iniuria commodi gratia in inferiorem potenter & per vim exercetur.

Vsura. Vsura est pecuniæ aut alterius rei mutuo datę cũ fœnore receptio.

Fraus. Fraus est per quam familiari rei, inopiæ vel malitiæ causa, clandestina surreptione consulitur.

Rapina. Rapina est ex auidæ mentis proueniens impetu, violenta alienarum rerum direptio.

Fallacia. Fallacia est per quam motibus deceptorijs veritas rei palliatur, vel odium alterius vel proprium commodum intenditur.

¶ *De ingluuie ventris seu gula, & comitatu eius. Cap.. IX.*

N De gula. Ventris ingluuies est immoderata qualiumcumq; ciborum, potuumve hiantis concupiscentiæ satisfactio. Eius comites sunt, ebrietas, crapula, mentis hebetatio, languor, delicatio, obliuio.

Ebrietas. Ebrietas est per quam menti quædam sui obliuio generatur ex superfluorum potuum indulgentia.

Crapula. Crapula est solius corporis causa illecebrus, & auidus ciborum appetitus.

Hebetatio. Mentis hebetatio est acutæ rationis obtusio carnalis intemperantiæ crassis sensibus inducta.

Languor. Languor est voracitatis vitio contracta ęgrę mentis desidia.

Delicatio Delicatio est cibi aut potus lauti, deliciosi, & cari vltra statum, & necessitatem appetitio.

Obliuio. Obliuio est per quam animo vitijs ob gulam sepulto, honestatis, & salutis negligentia inducitur.

¶ *De Luxuria, & comitatu eius.*
Cap. X.

O Luxuria. Luxuria est ex immundis descendens desiderijs lubrica, & effrenata mentis corporisve prostitutio. Eius comites sunt, voluptas, lasciuia, ignauia, petulantia, titubatio, blanditiæ, deliciæ.

Voluptas. Voluptas est cum quadam lubrica suauitate ad illicita fœdę mentis inclinatio.

Lasciuia. Lasciuia est indecens motus dissoluti corporis in loco verecundo ex intemperantia carnali prodiens.

Ignauia est de virtutum laudabili exercitio languida vtriusque hominis defectio. Ignauia.

Petulantia est ex carnalium cogitatuum conceptione totius corporis lasciuus in rem amatam impetus. Petulātia.

Titubatio est lubricæ carnalitatis instantia fracti animi vitium exterius prodiens, aut ex immodica venere membrorum vacillatio. Titubatio

Blanditiæ sunt cum quadam dulcedine vitiosorum delectaminum sensualis extrinsecus facta exhibitio. Blanditię.

Delicię sunt corporalis illecebrositatis cum quadam superfluitate vsurpatio. Deliciæ.

¶ *Explicitę sunt diffinitiones vitiorum. Sequuntur diffinitiones virtutum.*

¶ *De humilitate, & eius comitibus. Cap. XI.*

Cognito iam horrendo procinctu Superbiæ, qui trahit ad sinistram: humilitatis exercitum attendæ, qui ducit ad dexteram. Ciuibusque cognitis Babyloniæ, ciues attēde Hierosolymę. P

Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, vel conditoris voluntaria mentis inclinatio. Eius autem hi sunt comitatus principales. Humilitas.

Prudentia.
Iustitia.
Fortitudo.
Temperantia.
Fides, spes, & Charitas.

¶ *De prudentia, & comitatu eius. Cap. XII.*

Prudentia est in sui custodia boni, malique prouida, sagaxque dignoscentia. Eius autem comites sunt, timor Domini, alacritas, consilium, memoria, intelligentia, prouidentia, deliberatio. Q Prudentia

Timor Domini est in fide, & bonis moribus diuinorum præceptorum vigilans custodia. Initium siquidem sapientiæ timor est Domini. Timor Domini.

Alacritas est animi ad bonum opus perficiēdum læta & circunspecta promptitudo. Alacritas.

Consilium est examinandarum gubernandarumque causarum subtilis animi prospectus. Consiliū.

Memoria est ad mentis intuitum imaginaria quędam repræsentatio præteritorum. Memoria

Intelligentia est statum præsentium rationabili viuacitate pensitare & dinoscere. Intelligētia.

Prouidentia est per quam subtilitate sagaci futurorum euentus colligitur. Prouidentia.

Deliberatio est ante quodlibet inceptum plena maturitatis & solertiæ consideratio. Deliberatio.

¶De

¶ De Iustitia, & comitatu eius. Cap. XIII.

Iustitia. IVstitia est per quam communitatis gratia tenetur, & sua cuique dignitas non negatur. Cuius comites sunt, lex, seueritas, æquitas, correctio, iurisiurandi obseruatio, iudicium, veritas.

Lex. Lex est per quam facienda iubentur, & non facienda prohibentur.

Seueritas. Seueritas est per quam iudiciaria vindicta sequẽdo veri rigorem districtius in peccantem exercetur.

Aequitas. Aequitas est lance iustitię ex æquo librata dignissima meritorum retributio.

Correctio. Correctio est erroris innati, vel consuetudine introducti freno rationis inhibitio.

Iurisiurandum. Iurisiurandi obseruatio est quæ plebescito ciuibus promulgato transgressionem eius temerariã arcet præstito iuramento de conseruatione illius perpetua.

Iudicium. Iudicium est per quod ex audientia meritorum dignum redditur vel supplicium vel meritum.

Veritas. Veritas est per quam probabili ratione dictum aliquod, vel factum immutatum profertur.

¶ De fortitudine, & comitibus ipsius. Cap. XIIII.

Fortitudo. FOrtitudo est immobilis inter aduersa animi laborum, & periculorum susceptio. Cuius comites sunt, magnanimitas, fiducia, tolerantia, requies, stabilitas, constantia, perseuerantia.

Magnanimitas. Magnanimitas est generosa quædam excellentia animi res difficiles & arduas pulchre & fortiter administrantis.

Fiducia. Fiduciæ est ex virtutum conscientia immotam mentem inter aduersa sibi constituere, & de bono exitu confidere.

Tolerãtia. Tolerantia seu patientia est diuturna alienæ improbitatis vel molestiæ sufferentia.

Requies. Requies est per quam menti quædam securitas ex contemptu perfunctoriæ varietatis affertur.

Stabilitas. Stabilitas est mentis fixa nulla locorum, vel temporum varietate per diuersa iactatæ retentio.

Constãtia. Constantia est sui similis, & statu suo dignus, perpetuus, & immotus vitæ tenor.

Perseuerantia. Perseuerantia est quæ virtutum quadam perfectione (longanimitate perficiente) confirmat animum, ne ante cõsecutum finem desistat ab incepto.

¶ De temperantia, & eius comitibus. Cap. XV.

Temperãtia. TEmperentia est in illicitos animi impetus rationis firma, & discreta dominatio. Eius comites sunt discretio, morigeratio, taciturnitas, ieiunium, sobrietas, afflictio carnis, contemptus sæculi.

Discretio. Discretio est diiudicandis rerum causis prouida humanorum motuum moderatrix ratio.

Morigeratio. Morigerationis est seruata propria virtute se iuste, pieque, moribus secum commorantium contemperare.

Taciturnitas. Taciturnitas est cum quadam fructuosa animi quiete a verbis etiam vtilibus linguæ suæ coërtio.

Ieiunium. Ieiunium est interiorum vigilantia, discreta parcimoniæ custodia.

Sobrietas. Sobrietas est pura ab illecebris vtriusque hominis temperantia, dicta quòd ebrietate seorsum, ac separata sit.

Afflictio carnis. Afflictio carnis est per quem lasciuæ mentis ieminaria castigatione discreta comprimuntur.

Contemptus sæculi. Contemptus sæculi est ex intuitu caducorum ratione iuductus amor æternorum.

¶ De fide, & eius comitibus. Cap. XVI.

Fides. FIdes est in studio sancto, quæ ex præmisso rum veritate ad inuisibilia futura mentẽ facit pendere. Est enim argumentum rerum non apparentium. Eius comites sunt religio, munditia, obedientia, castitas, reuerentia, cõtinentia, affectus.

Religio. Religio est per quam reuerenti famulatu cæremoniæ diuini cultus exercentur.

Munditia. Munditia est consummata integritas vtriusq; hominis intuitu diuini vel amoris vel timoris.

Obedientia. Obedientia est innixa pio studio propriæ uoluntatis voluntaria abnegatio.

Castitas. Castitas est per edomitas vitiorum furias munda & honesta totius corporis habitudo.

Reuerentia. Reuerentia est castus Deo exhibitus ob fidem, quam de eo habemus, cultus.

Continentia. Continentia est per quam carnalium affectuum impetus consilij moderamine refrenantur.

Affectus. Affectus est concepto per fidem sancto gaudio pij amoris in proximum effusio.

¶ De spe, & eius comitibus. Cap. XVII.

Spes. SPes est animi motus immobiliter ad ea quæ certa ratione expetit accipienda suspensus. Cuius comites sunt, contemplatio supernorum, gaudium, modestia, confessio, patientia, compunctio, longanimitas.

Contemplatio. Contemplatio supernorum est per subleuatæ mẽtis iubilum mors carnalium affectuum.

Gaudium. Gaudium est ex contemptu præsentium veniens festinæ mentis iucunditas spiritalis.

Modestia. Modestia est pudici & honesti habitus de landabili profectu verecundia.

Confessio. Confessio est per quam animæ morbus latens spe consequendæ ueniæ in Dei laudem aperitur.

Patientia. Patientia est æternę respectu gloriæ uoluntaria et insuperabilis contrariorum perpessio.

Compunctio. Compunctio est quoddam animæ suspirantis incendium natum vel timore supplicij vel amore præmij.

Longanimitas. Longanimitas est ad complenda iusta desideria infatigabilis laborum sustinentia.

¶ *De Charitate, & comitatu eius. Cap. XVIII.*

Y

Charitas. Haritas est mentis affectus, & pius amor ad Deum & proximum feruēter & ordinate porrectus. Eius comites sunt gratia, pax, pietas, mansuetudo, liberalitas, misericordia, indulgentia, cōpassio, benignitas, concordia.

Gratia. Gratia est in qua mutuæ beneuolentiæ alterius ad alterum affectuosus cultus ostenditur.

Pax. Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas.

Pietas. Pietas est ex benignæ mētis dulcedine gratia omnibus auxiliatrix affectio.

Mansuetudo. Mansuetudo est per quam mansueti vel modesti tranquillitas animi, nullius improbitate limitem suæ quietis excedit.

Liberalitas. Liberalitas est per quam liber animus in largitione possessorum nulla tenacitate coarctatur.

Misericordia. Misericordia est clemens & æqualis in omnes dignatio, & in afflictos compassibilis animi inclinatio.

Indulgentia. Indulgentia est remissio reatus alieni ex soi consideratione descendens.

Cōpassio. Compassio est per quam ex proximi dolore condolenti animo quædam afflictio generatur.

Benignitas. Benignitas est cum quadam splendida morū suauitate diligentis animi feruida conspectio.

Cōcordia. Concordia est conuenientia in recto animorum indirupta quædam & vnita complexio.

Finis Descriptionum vitiorum, & virtutum principalium, & comitum eorundem.

¶ *De dilectione, & eius ratione duplici. Cap. XIX. & vltimum.*

Z

Votidianum de dilectione sermonem serimus, si fortè scintillet in cordibus nostris, & exardescat ignis flammam faciens, aut totum consumens, aut purgans totum. Ex eo nanque totum est quod bonum est, & totum quod malum est, ex eo est.

Dilectionis riui duo. Vnus fons dilectionis intus saliens duos riuos infundit. Alter est amor mundi, cupiditas: alter est amor Dei, charitas. Meditū quippe est cor hominis, vnde fons amoris erumpit.

Cupiditas. Charitas. Et cum per appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur, cum vero desiderium suum ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui, qui de fonte dilectionis emanāt. Cupiditas, & charitas. Et omniū malorū radix cupiditas, & omnium bonorū radix charitas. Inuenimus aute illud, quod nostra desideria sic multipharium diuidit, & cor vnum in diuersa diducit, aliud non esse præter amorem.

Amor. Qui cum sit motus cordis secundum naturam singularis & vnicus, secundum actionem autem diuisus cum se inordinate mouet, id est, ad ea, quæ non debet, cupiditas dicitur. Cum vero ordinatus est, charitas appellatur. Magnam rem commendare volumus, si tamen valemus qđ volumus. Omnipotens Deus qui nullo indiget, quia ipse summū & verum bonū est, qui est, qui nec de alieno accipere pōt quo crescat, quoniā ex ipso sunt omnia, nec de suo amittere quo decidat, qm̄ in ipso immutabiliter cōsistunt vniuersa, ipse rationalem spiritum creauit sola charitate nulla necessitate, vt eum suæ beatitudinis participē faceret. Portò vt idem aptus esset tanta beatitudine perfrui, fecit in eo dilectionem. Spirituale palatum quodammodo per hanc sensificans ad gustum dulcedinis internę, quatenus per ipsam videlicet dilectionem suæ felicitatis iucuuditatem saperet, eique insatigabili desiderio inhæreret. Per dilectionem ergo copulauit sibi Deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificanda erat, bonum, & ex ipso quodammodo per affectum sugeret, & de ipso per desiderium biberet, & ipsum per gaudium possideret. Igitur per amorem sociata est factori suo creatura rationalis solum, qui est dilectionis vinculum, quod ligat vtrosque in ipsum, & tanto felicius quanto fortius.

Charitas duplex. Propter quod etiam vt indiuisa societas, & concordia perfecta vtrobique haberetur, geminatus est nexus in charitate Dei & proximi, vt per charitatem Dei omnes uni cohærerēt, per charitatem proximi mones ad inuicem vnū fierent, vt quod de illo vno, cui omnes inhærebīt, quisque in semetipso non cap ret, plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero possideret: & bonum omnium fieret totum singulorum.


VETVS
ADAM.
Luxuria.
Fructus
Carnis.
Ventris ingluuies
Auaritia
Baby-
lonia.
Tristitia
Ira
Sinis
stra.
Inuidia
Vanagloria.
Superbia radix uitiorum.
ARBOR
VITIORVM.


Nouus
Adam
Charitas.
cōcor dia
Liberalitas
cōpassio
Pietas
Gratia
Pax
misericordia
indulgentia
mansuetudo
benignitas
Fructus
Spiritus.
obedientia
castitas
reuerentia
continentia
religio sancta
Fides.
affectus
Spes.
contemplatio
confessio
patientia
modestia
longanimitas
gaudium
Hiero-
solyma.
ieiunium
sobrietas
taciturnitas
carnis afflictio
morigeratio
Tēperantia
discretio
tolerantia
fiducia
constantia
magnanimitas
stabilitas
Fortitudo.
perseuerantia
requies
Dexte-
ra.
prouidentia
intelligentia
deliberatio
memoria
timor dñi
consilium
Prudentia
Humilitas radix uirtutum.
correctio
seueritas
iudicium
ueritas
lex
Iustitia.
equitas
Arbor
Virtutum.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, de Nuptijs Libri duo, quorum prior est de nuptijs carnalibus vitandis posterior de Nuptijs spiritualibus amplexandis: quorum post prologum hæc sunt in priorem libellum Capita.

Prologus.

A DVM te charissime, mundi huius agitari fluctibus conspicio, timeo ne aut pondere diuitiarum pressus, aut iuuentutis impetu compulsus, periculum Scyllæ voraginis incurras. Amor etenim mulieris est quasi quædam vorago mortis, velut vnda submergens. Ligat amor mulieris; sed tunc grauius quum indissolubili nodo coniugij stringitur. Mittimus ergo summitatem funiculi spiritualis, vt traharis ne vinculo coniugij tenearis. Summitas funiculi spiritualis est sermo sanctæ exhortationis. Hoc funiculo

B (Hier. 38.) Hieremias infixus in limo cisternę veteris, extractus respirauit. Trahitur Hieremias & educitur de cisterna, & mundatur à contagione luti; quum mundo peccator exiens per pœnitentiam absoluitur à labe peccati. Hieremias trahitur funiculo inuoluto veteribus pannis, nos autem veterum patrum trahimur exemplis. Audi igitur dilecte mi, quæ sunt incommoda nuptiarum, nec philosophorum tantùm, sed etiam diuinorum monitis acquiesce; vtrorunque enim exempla posituri sumus.

¶ De nuptijs carnalibus vitandis suasoribus Theophrasto, atque alijs philosophis, & oratoribus cum latinis tum græcis. Cap. I.

C FErtur aureolus Theophrasti liber de nuptijs. In quo quærit, an vir sapiens vxorē ducat. Et cum definisset, si pulchra, si bene morata, si honestis parētibus: si & ipse sanus ac diues, si sapiens inire aliquando matrimonium, statim intulit. Hæc autem raro in nuptijs concurrunt vniuersa. Non est igitur vxor ducenda sapienti. Primum enim studia philosophiæ impediri, nec posse quenquam libris & vxori pariter inseruire. Multa sunt, quæ matronarum vsibus necessaria sunt, preciosæ vestes, aurum, gemmæ, sumptus, ancillæ, supellex varia, lecticæ: deinde per totas noctes querulę con- (Nuptiarū incommoda.)

D (Vxorum querelæ.) questiones, illa ornatior procedit in publicum, hęc honoratur ab omnibus, ego in conuentu fœminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinā? Quid cum ancilla loquebaris? De foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalē: alterius amorem vxor sui odium suspicatur. Si doctissimus præceptor in qualibet vrbium fuerit, nec vxorē relinquere, nec cum tali sarcina illuc ire possumus. Pauperem alere difficile est, diuitē ferre tor-

E mentum. Adde quod nulla est vxoris electio, sed qualis aduenerit talis sit habenda: si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fœtida, quodcunque vitij est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima queq; mancipia, vestes & lebetes, sedile ligneum, calix & vrceolus fictilis probantur prius, & sic emuntur: sola vxor non ostenditur, ne ante displiceat, quàm ducatur. Attendenda est ergo semp eius facies, & pulchritudo laudanda, ne si alteram inspexeris, se existimet displicere. Vocanda est dña,

F celebrandus natalis eius, iurandum est per salutem illius, vt sit superstes optandum, honoranda est, nutrix & gerula, seruus paternus & altricius, & procurator calamistratus, & in longam, securamq; libidinem exectus spado, sub quibus nominibus adulteria delitescunt. Quoscunque illa dilexerit, ij grati amandi. Si totam ei domum regendam commiseris, seruiendum est, sin aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi non putabit, & in odium vertitur & iurgia. Et nisi cito consulueris, parabit venena anus. Aurifices, & auriolos, & institores gemmarum, sericarumq; vestium si introduxeris, periculum pudicitię est. Si prohibueris, suspicionis iniuria. Verum quid prodest diligens custodia, cū vxor impudica seruari non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas, & illa vere pudica dicenda est, cui licuit peccare, sed noluit. Sit pulchra, aut deformis vxor, vtrinque vrgetur incommodo qui eam ducit. Pulchra enim cito adamatur, fœda cito concupiscit. Difficile custoditur, quod plures amant, molestum est possidere, quod nemo habere dignetur. Minore tamen miseria deformis habetur, quàm formosa seruatur. Nihil tutum est, in quo totius populi vota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facetijs, alius liberalitate solicitat: sicq; aliquo tandem modo expugnatur, quod vndique incessitur. Quòd si propter dispen-

G sationem domus, & languoris solatia, & fugam solitudinis ducatur vxor, multo melius seruus fidelis dispensat, obediens auctoritati domini, & dispensationi eius obtemperans, quàm vxor, quæ in eo se existimat dominam, si aduersus viri voluntatem.i. si quod placet, non quod iubetur faciat. Assidere au-

H tem ægrotanti magis possunt amici, & vernulæ beneficijs obligari, quàm illa quæ nobis imputet lachrymas

chrymas suas, & hæreditatis spe vendat illas, cum & solicitudinem iactans & curam, languentis animũ desperatione conturbet. Quæ si languerit, coægrotandum est cum ea, & nunquam ab eius lectulo recedendum. Aut si bona fuerit, & suauis vxor (quæ tamen rara, aut nulla est) cum parturiente gemimus cum periclitante torquemur. Sapiens, autẽ nunquã solus esse potest. Habet.n. secũ oẽs qui sunt, quique potius fuerunt boni, & animum liberum quocunque

I que vult transfert, quod corpore non potest cogitatione complectitur. Et si hominum copia defuerit, loquitur cum Deo. Nunquam minus solus erit, q̃ cum solus fuerit. Porrò liberorum causa uxorẽ ducere, vel ne nomen nostrum intereat, vel vt habeamus senectutis præsidia, & vt certis vtamur hæredibus stolidissimum est. Quid enim ad nos recedentes e mundo pertinet si nomine nostro alius non vocetur, cum & filius non statim patri suo vocabulum referat, & innumerabiles sint, qui eodẽ appellentur nomine? At quæ senectutis auxilia sunt nutrire domi illum, qui aut prior te forte moriatur, aut peruersissimis moribus sit, aut certè cum ad maturam ætatem veneris, tarde ei videaris mori. Hæc & huiusmodi Theophrastus edisserens, quem nostrum non moueat ad quietam continentiæ vitam? Quieta est enim continentiæ vita, quam nõ inquietat vxoris suspicio, non solicitant ancillarum sumptus, nec conturbat filiorum peruersitas. Quæ mundiciæ gignit florem, puritatis parit fructum, bonæ conscientiæ profert odorem. Hæc tergit carnis maculas, animam sincerat, restringit cogitationũ fluxus. Si quis autem vxoris non est expertus incommoda, experto credat. Cicero.n. rogatus ab Hircio, vt post repudium Terentiæ sororem eius duceret non acquieuit dicens, non se posse & vxori & philosophiæ pariter operam dare. Fertur & Socrates duas vxores habuisse, Xantippen & Mironen neptem Aristidis. Quæ cum eum erebro conuicijs aggrederentur, nouissime verterunt impetum in eum & male mulctatum, tandemq; fugientem diu persecutæ sunt. Sed forsitan putet aliquis concordiæ prouidisse, si pauperem ducat vxorem, Marcus Cato Censorius habuit vxorem Paulam, humili loco natam, vinolentam, impotentem, & (quod credere

K facile posset nemo) Catoni superbam. Philippum regem Macedonum, contra quẽ Demosthenis philippicæ, introeuntem ex more cubiculum vxor exclusit irata. Quid igitur dilecte mi? num doctior es Catone? num Philippo rege potentior? Non acquiescit mulier superba viro sapienti, nec potentem veretur irata. Totę Euripidis tragœdiæ in mulierum maledicta sunt, unde & Hermione loquitur: Malarum me mulierum decepere consilia. Scribit Herodotus, q̃ mulier cum veste deponat verecundiã. Quod sine teste gerit, quasi non fecerit, obliuiscitur. Si quis autem testis adfuerit, ipsa tamen artificio linguę fateri cogit eum non uidisse quod vide-

L rit. Quod verbis excusare non valet, hoc lachrymis excusat. Blanditur oculis, seducit osculis, amplexibus instat, & vincit. Amatur in muliere forma, non anima. Amor autem formæ, viriles eneruat animos, non attendit cui adhęserit, rationis expers esse dinoscitur. Scripserunt sicut legisse recolo Aristoteles & Seneca de matrimonio libros, in quibus amorem formæ vterq; accusat. Amor (inquiunt) formæ rationis obliuio est, & insaniæ proximius philtrum, fœdum, minimeq; conueniens aio sapientium, turbat consilia, altos & generosos spiritus frãgit, a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit, querulos, iracundos temerarios, dure imperiosos, seruiliter blandos, omnibus inutiles, etiam ipsi nouissime amori facit. Nam cum fruendi cupiditate insatiabilis flagrat, plurima tempora suspicionib. lachrymis, conquestionibus perdit, odium facit sui, & ipse nouissime odium est. Tota amoris insectatio apud Platonem posita est, & omnia eius incommoda Lysias explicauit, vt qui non iudicio, sed furore ducatur, & maxime vxorum pulchritudini grauissimus custos accubet. Refert præterea Seneca cognouisse quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum fascia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horæ præsentia eius carere poterat, potionemq; nullam nisi alternis tractam labijs vir & vxor hauriebant, alia deinceps non minus inepta faciẽtes, in quæ improuida vis ardentis affectus erumpebat. De hoc eodem exemplo dicit Hieronymus contra Iouinianum. Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest ex quàm honesta causa quis insaniat. Vnde & Sextus in sententijs. Adulter est (inquit) in suã uxorẽ amator ardentior. In aliena quippe vxore oĩs amor turpis, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem nõ affectu, vt regat impetus voluptatis, ne præceps feratur in coitũ. Nihil.n. fœdius est q̃ vxorẽ amare perinde atq; adulte-

M ram. Certe qui dicunt se cã rei familiaris, & generis humani vxorib. iungi, & liberos colere, imitentur saltem pecudes, & postq̃ vxorũ venter intumuerit, non perdant filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Ducuntur plerunq; vxores non causa fornicationis vitandę, sed causa luxuriæ explẽdę: nec cã prolis, Sed cã pecuniæ. Vnde Martia Catonis filia minor, cũ quæreretur ab ea cur post amissum virum denuo non nuberet, respondit se nõ inuenire virum, qui se magis vellet, q̃ sua. Quo dicto eleganter ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere, q̃ pudicitiã, & multos non oculis, sed digitis vxores ducere. Optima est vxor, quam non auaritia conciliat, nec luxuria copulat. Refert Oeconomicus Xenophontis liber pulcherrimus, in quo de ciuili loquitur coniugio, q̃ pari labore vir & mulier desudarent in opere. Ille foris victus & cultus humanos quęreret, illa vero domi curã agereret, ouiũ cæterarumq; pecudũ fœtus, & fructus custodiret. Sed post mulierum labor immutatus est, & quę laborare cõsueuerant, dominari cœperunt: & quandoq; domi-

N nium concomitatur ociũ. Vnde Columella eum de luxu mulierũ loqueretur, inquit: luxu & inertia defluunt. Vt ne lanificij quidẽ curã suscipere dignentur, sed domi confectę uestes fastidio sint, peruersaq; cupidine maxime placeant, q̃ grandi pecunia & totis pene censibus redimuntur. Instrumentorũ agrestiũ cura grauantur, sordidissimũ negociũ paucis diebus in villa morari dicunt. Amant.n. ciuitatũ

frequentiam,

Liberos, & cętera nuptiarũ bona vilipendit.

Hactenus Theophrastus.

Cęlibatus bona.

Cicero.

Socrates.

Cato.

Philippus Macedo.

Euripides Hermione.

Herodotus.

Formæ amatio.

Plato.

Seneca.

Hieron.

Sextus.

Cæteris animantibus Coitus, est satietas, homini pene nulla.

Martia Catonis.

Xenophõtis.

Columella.

frequentiam, platearũ plausus, fori spectacula, o-
ciosorum cõfabulationes, interesse choreis gaudẽt,
videre & videri summum bonũ existimãt. Quæ igi
tur Charissime placet tibi, an quæ sectatur ociũ, an quę
dominio gaudet, an quæ labore fatigat? Ocium.n.lu-
xuria, dñium superbia, laborẽ iurgia sequũtur: his
igitur & huiusmodi curis laborat & affligitur, qui vxoris
pestiferę cõsortia diligit. Restat nunc frater Charis-
sime, vt qui philosophorũ posuimus exempla, mu
lieris actus explicando, ad diuinarum scripturarum
testimonia transeamus.

¶ *Muliebris commercij, & carnalis coniugij dete-
statio, adductis sacræ scripturæ testi-
monijs. Cap. II.*

O Causa mali mulier, initium culpæ, fo-
Eccl. 25. mes peccati. Scriptum est.n. A mulie-
re initium factum est peccati, & per
ipsam oẽs morimur. Ipsa est, quæ sub
uertit iustũ, sapientẽ decipit, exuperat
fortem. Nonne Dauid virum sanctũ, qui leoni, &
vrso non cessit, qui Philistei frontẽ lapide commi-
nuit, mulieris aspectus traxit ad culpam? Quid tam
ingens Samsoni virtus, vel quod Salomoni tam lau
data profuit sapientia? Vicit.n. vtrunq; mulier. Nã
sicut ignis non satiatur cõbustibilibus, & auaritia nũ-
quam satiatur pecunia, sic ardor mulieris nunquã
dicit sufficit. Vxor ꝓpria habenti solet esse fastidio,
aliena vero nõ sine periculo adamatur. Propria exa
perat verbis, aliena mollit sermones suos, & multo
labiorum suorũ blandimento seducit cor amantis.
Prouer. 2. Vnde Salomon, Vt eruaris (inquit) a muliere alie-
na, & ab extranea quæ mollit sermones suos, & in-
clinata est ad mortem domus eius, & ad inferos se-
mitę ipsius. Oẽs qui ingrediũtur ad eã, non reuertẽ-
tur, nec apprehendent semitas vitæ. Et in eodẽ scri-
Prouer. 5. pium est. Fauus distillãs labia meretricis, & nitidius
guttur eius oleo. Nouissima aũt illius amara quasi
absynthiũ, & lingua eius acuta quasi gladius biceps.
Pedes eius descendunt in mortẽ, & ad inferos gres-
sus illius penetrant. Per semitã vitæ non ambulant,
vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergo
fili audi me, & ne recedas a verbis oris mei. Longe
fac ab ea vitã tuam, & ne appropinques foribus do-
mus eius. Ne des alienis honorẽ tuũ, & annos tuos
crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis,
& labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouis
simis quando consumpseris carnes tuas & corpus
tuum, & dicas. Cur detestatus sum disciplinã, & in-
crepationib' nõ acquieuit cor meũ, nec audiui vo-
cẽ docẽtium me, & magistris non inclinaui aurem
P meam? In fauo mellis duo sunt.i. mel & cæra. In fa-
Fauus mel cie meretricis similiter duo, scilicet decor & gratia,
lis. hoc est pulchritudo oris, & dulcedo sermonis. Cæ-
ra succendit ignẽ, mel præbet dulcedinem. Sic pul-
chritudo meretricis igne libidinis inflammat carnẽ
blandimento vero lenocinantis sermonis subuertit
mentẽ. Stillat mel ex cęra, dum meretrix verba sua
mollit, & facit dulcia. Hanc aũt dulcedinem ęternę
mortis amaritudo comitatur. Vnde sequitur. Nouis
sima illius amara quasi absynthium, & lingua eius
acuta quasi gladius biceps. Mors æternæ damnatio-
nis p gladiũ, amaritudo vero desperationis p absyn
thiũ designatur. Custodi ergo aĩam tuam a mulie- Prouer. 6.
re mala, & a blãda lingua extraneæ, nõ concupiscat
pulchritudinẽ eius cor tuũ: ne capiaris nutibus il-
lius, pretiũ.n. scorti vix est vnius panis. Diligit mu-
lier, vt decipiat, vt rapiat. Amat qd habes, nõ quod Q
es. hæc est quæ (vt Salomon ait) Vecordi iuueni oc- Prouer. 7.
currit ornatu meretricio, ꝑparata ad capiendas aĩas,
garrula & vaga, quietis impatiẽs, nec valẽs in domo
consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis,
nunc iuxta angulos insidians. Apprehẽsumq; deo-
sculatur iuuenẽ, & ꝓcaci vultu blanditur dicens. Vi-
ctimas pro salute tua deuoui, hodie reddidi vota
mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desi-
derans te videre & reperi. Intexui funibus lectulũ
meũ, straui tapetib' pictis ex Ægypto. Asperti cubi
le meum myrrha, & aloe, & cinnamomo. Veni ine-
briemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus,
donec illucescat dies. Non.n. est vir in domo sua, a-
bijt in via longissima. Sacculum pecuniæ secũ tulit,
In die plenę lunę reuersurus est in domũ suã. Irre-
tiuit eũ multis sermonibus, & blandicijs labiorũ ꝑ-
traxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus
ad victimã, & quasi agnus lasciuiens & ignorãs, &
nescit, ꝙ ad vincula stultus trahitur, donec trãsfigat
sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum,
& nescit, ꝙ de periculo aĩæ illius agitur. Nunc igi-
tur fili mi audi me, & attende verba oris mei: ne ab
strahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris se
mitis eius. Multos.n. vulneratos deiecit, & fortissi-
mi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus R
eius penetrantes inferiora mortis. Quid diligitur in
muliere? forsitan qd diligi solet in quolibet flore,
In flore color. In muliere decor, sed vtrunq; parui
temporis est. Rubet rosa, lilia candent, viola purpu-
ram imitatur ferrugineã, nec tñ in hyeme floret ro-
sa, nec redolet liliũ, nec viola nascitur, sed sicut ver-
na tẽpestas sola florum præcipua pulchritudine ve-
stitur, sic mulieris iuuentus sola decoris gratia colo
ratur. Vt autẽ flos quandoq; aut exuritur gelu, aut
pruina marcescit, sic decor mulieris aut infirmitate
languet, aut senio euanescit. Mulier oĩs aut in iuuẽ-
tute morietur, aut erit anus. Si moritur, sequitur do
lor, si eã diligis. Si anum expectas, nemini vetula
placet. Non igitur amandũ qd tam cito displicet,
aut tã leuiter dimittitur. Illa quæ verticis crines aurea S
diuidit acu, quæ frontẽ pingit, faciẽ colorat, gẽmis di-
gitos exornat, erit esca vermiũ, erit colubri cibus.
Huius collũ coluber ambiet, anget anguis vbera. Et
quanto pulchrior atq; tenerior fuerit caro, tanto ve
locius putrefacta vertetur in saniẽ. Hæc in terra pa- T
tietur. Sed qd in inferno erit? Audi Esaiam loquen- Esa. 3.
tem de filiabus Sion, quæ extẽto collo, & nutibus ocu
lorũ eleuatæ, & in pedibus suis cõposito gradu in-
cedebant: decaluabit (inquit) Dñs verticem filiarũ
Sion, & crinem earũ nudabit. Auferet Dñs ornamẽ
tum calciamentorũ, & lunulas, & torques, & moni
lia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perisce
lidas, & murenulas, & olfactoriola, & palliola, &
acus, & specula, inaures, & annulos, & gẽmas in frõ
te pendentes, & mutatoria, & sindones, & vittas,

&

& theriſtra. Et erit pro ſuaui odore, fœtor, & pro
zona funiculus, pro criſpanti crine caluitiũ, & pro
faſcia pectorali ciliciũ. Hic vermis, illic ignis, hic pu
tredo, illic tormentũ ſine termino. Erit tñ ibi ver-
mis cõſcientiæ hic nutritus delectationibus carnis,
qui illic deſperationis dolorẽ cõmonebit. Ecce qđ
amas homo, ecce qd es, & qđ amas. Cinis es & pul-
uis, & vento ſupbiæ ſubleuaris. Nocet vicinitas mu
V lierum, cohabitatio earũ multos traxit ad crimen,
Vicinitas mulierũ. quarum (vt ait B. Gregorius) vox blanditur aurib.
& facies oculis. In paradiſo nocuit mulier, in terra
adhuc nocet, trahitq; ad inferos. Ne igitur obſtruat
Eccl. 42. cęlũ, ſapientis eſt prouidere. Vnde in eccleſiaſtico
legitur. In medio mulierũ noli cõmorari, de veſti-
mentis.n.procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.
Vnde & in prouerbijs Salomon dicit. Nunquid ab-
Prouer. 6. ſcondere põt homo ignem in ſinu ſuo, vt veſtimen
ta illius non ardeant: aut ambulare ſuper prunas,
vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingredi-
tur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cũ
tetigerit eã. Dum ęgrotaret Iob, & damna ſubſtan-
X tiæ pateretur, dum pro morte filiorũ cor eius dolo-
Iob. 2. ribus anxiaretur, dum moleſtia carnis affligeretur,
& teſta ſaniẽ raderet, inter hęc nihil eſt relictũ, qđ
grauius affligeret, q̃ vxor inſana & pverſa. Ait enim
viro ægrotanti? Adhuc pmanes in ſimplicitate tua.
Benedic Deo & morere. In paradiſo (vt diximus)
mulier nocuit, ſed in ſterquilinio (vt audis) non de-
ſinit. Adfuit cũ Petro in ptorio, & cum Herode lo-
Ioan. 18. cuta eſt in palatio. In ptorio Petro præbuit negatio
Mar. 6. nis occaſionẽ, in palatio auſa eſt dicere Herodi, da
mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtę. Cõmorari igi
tur cũ leone & dracone magis placeat q̃ cum mulie
re neq̃ habitare. Nequitia.n.mulieris immutat fa-
ciem eius, & occęcabit vultum ſuum tanquã viſus,
& quaſi ſaccum oſtendet in medio pximorũ. Inge-
Y muit vir eius, & audiens ſuſpirauit modicũ. Auerte
igitur faciẽ tuã a muliere, & maxime a muliere cõ-
pta, & ne reſpicias ſpeciem alienã, pp ſpeciem.n.mu
lier immutat faciem ſuã, & multi perierunt. Hęc cõ-
2. Reg. 13. cupiſcẽtia quaſi ignis exardeſcit. In amorẽ Thamar
ſororis ſuę Amon filius Dauid exarſit, & perijt. Ex-
arſit, & perijt in amore Dinæ filiæ Iacob Sichem fi-
Gen. 34. lius Hemor. Sic ſpeciem mulieris alienæ multi ad-
mitati, reprobi facti ſunt. Nonne in prouerbijs ſcri
Prou. 23. ptum eſt de ea? Fouea pfunda meretrix, & puteus
anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos
incautos uiderit, interficiet. Nonne pretium ſcorti,
Prouer. 6. ſeu meretricis vix eſt vnicus panis? Nonne qui nu-
Prou. 29. trit ſcorta, perdet ſubſtantiã? Ecce duo contraria ſi
Z luxurioſus es & auarus. Largũ.n. quærit luxuria,
parcũ auaritia: Hæ ſunt illæ duæ dñæ contrariæ, de
quibus dicit Auguſtinus, q̧ cõtraria præcipiant. Di-
cit auaritia, ſerua, luxuria dicit, eroga. Perdis ſi ma-
le erogas, ſi aũt nõ erogaueris, non recipis qđ amas.
Nutrimentũ luxuriæ cohabitatio miniſtrat, pbet vi
res, ſupponit igni materiã. Niſi.n.adiacentẽ ſubtra-
has igni ſtipulã, nõ ceſſat ignis: ſic luxuria, q̃diu car
nalibus deſiderijs paſcitur, non extinguitur. Duob⁹
Ignis extinctio. modis ignis extinguitur, ſcilicet dum ſubtrahuntur
ligna, vel aſpergitur aqua. Sic luxuriæ flamma, dũ
ſubtrahuntur carnis incentiua, vel dũ mẽs irrigatur
lachrymarum affluentia, ſuffocatur ne noceat.

¶ ***Inuitatur amicus ad compunctionem cordis, & fontem lachrymarum, ut deuitet illecebras carnis. Cap. III.***

Eni igitur chariſſime ad fontẽ cõpun- A
ctionis, qui oritur in valle humilita- Fons compũctionis.
tis, qui defluit per decliuia conualliũ,
ideſt per corda humilium. Cuius vn-
da extinguit libidinis flammã, vitiorũ
tẽperat ęſtus, mentiũ ſordes lauat, carnaliũ deſide-
riorum reſtinguit ſitim. Irrigatur ab hoc fonte ca-
ſtitatis hortus, humectantur ab eodem virtutũ plan
taria. Huius humor nutrit oliueta miſericordiæ, ro-
ſeta martyrij, caſtitatis lilia, inuiolatæ virginitatis
violas gignit, & varios moratæ iuuentutis emittit
flores. Sicut ex aquarum humore, & calore ſolis ter
ra iſta facta fœcũdior copioſiorẽ cultori ſuo reddit
fructum, ſic hortus animæ noſtræ dum lachryma-
rum affluentia ſuffunditur, dum rore cęleſti & ſan-
cti ſpiritus calore vaporatur, ſegeti virtutũ pſtat in-
crementũ, pullulare cogit virgulta iuſtitię, in vineis
charitatis botros multiplicat gratiæ, multiplicat & B
abundantiam vini.i.intelligentiã uerbi diuini. Men Mẽtes humiles.
tes etenim, q̃ ſitæ ſunt in conuallibus humilitatis,
quas illuminat radius cõtemplationis, per calorem
ſancti ſpiritus defenduntur a tentationis pruina, per
humorẽ cõpunctionis intimę, replentur intelligen-
tia diuina. Sicut riuulus lene ſonantis aquæ obiectu
lapidum dat ſaltus, & quaſi quodã delectabili mur
mure aures demulcet audientiũ: ſic riuus compun- *Pulchra*
ctionis dum peccatorũ occurrit memoriæ, dat ſin- *cõparatio.*
gultus, & pſalmorum dulce murmur auribus cor-
dis inſonat. Dum.n.occurrit peccatorũ memoria,
mens de ſingulis trahit ſuſpiria. Sũt igitur riuuli ſal
tus, animi ſingultus: pſalmorum vero ruminatio,
fluẽtis eſt aqua murmuratio. Super ripas huius fon
tis dulce eſt commorari, & conſiderare vultum na-
tiuitatis ſuæ quaſi in ſpeculo. Vt ſi qua macula di- Ex Iac. 1.
noſcatur in facie, mundetur aqua. Contingit quan- C
doque, vt fons cõpunctionis repleatur terra, nec ali Fõtis obturatio.
quos habeat decurſus, ſed obſtruſis venarũ meatib.
bitumine & limo plenus ſuperabundet. Tunc fons
oppletur terra, cum mens nihil niſi terrena cogitat
ſicut in Ezechiele dicitur de ędificio in monte viſo. Ezec. 41.
Et terra (inquit) erat vſque ad feneſtras, & feneſtræ
clauſæ ſup oſtia. Per ędificiũ ſignatur eccleſia, p fe-
neſtras ędificij eccleſiæ prælati, clauduntur fene-
ſtrę, quia terra erat vſq; ad feneſtras. Intẽti.n.terre-
nis deſiderijs eccleſiæ plati lumen verbi ſubtrahunt
ſubiectis, & hoc eſt feneſtras eſſe clauſas. Sic fons cõ
punctionis, dũ terra repletur, ſiccatur, niſi terra eij-
ciatur. Sed tunc eijcitur terra, cũ per cõfeſſionẽ mẽs D
abſoluitur a culpa. Qñ autẽ nouiter purgatur, tribus Fõtis obſcuratio.
adhuc modis obſcuratur. Obſcuratur.n. pfundita-
te, turbatur limo, agitatur vento. Profunditas fontis
eſt longæ cõſuetudinis in peccatis aſſiduitas mẽtis.
Limus vero delectatio carnalis, quia licet aĩus pecca
to renuntiet, ex cõſuetudine tñ pcedenti, q̃dam dul E
cedo delectationis in carne qñque remanet. Agita- Fontis purificatio.
tur vẽto cũ mẽs nouiter cõuerſa vento ſuggeſtionũ
aliquãtulum mouetur accepto. Sed dum ceſſat ven-

tus

tus, dum limus ima petit, dum illuminatur profun
ditas fontis radio cōtemplationis, tunc mens tran-
quillitatē recipit, & fit illustre qđ erat obscurū. Fit
itaq; fons purus, fit purior, fit purissimus. Purus effi
citur per cognitionem sui, purior per cognitionem
Cognitio sui mūdi, & Dei. mundi, purissimus p cognitionē Dei. Cognitio sui
gñat humilitatē, cognitio mundi ipsius mūdi despē
ctionē, cognitio Dei charitatis ardorē. Cognitio sui
illuminat ꝓfunditatem, contemptus mundi pellit
delectationē, ardor vero charitatis sedat ventorum,
idest tentationū cōmotionē. Sic igitur cōgregantur
illa tria. s. claritas, puritas, & tranquillitas. In intelli-
gentia claritas, in cōsciētia puritas, in moribus tran-
quillitas. Veniāt igitur ad fontē cōpunctionis illi, q
Psal. 136. sedent super flumina Babylonis. Sed quomodo ve-
F nient? recordando Sion. Vnde Psal. Super flumina
Flumina Babylonis & eorum trāsitus. Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recorda-
remur tui Sion. Qui scrutantur fluctus mundanæ
confusionis, qđ est esse super flumina Babylonis, si
contēplentur cęlestia, solo eorum desiderio exciten
tur ad lachrymas. More. n. fluminis mundana cun-
cta transeunt. Amittuntur diuitiæ, mutantur hono-
res, ædificia corruunt, pretiosę vestes conteruntur,
aut consumuntur, amici moriuntur, hi gladio, illi
senio, hi casu, illi infirmitate. Euanescit pulchritu-
do, labitur ętas, cito fit de puero iuuenis, de iuuene
senex, de sene decrepitus. Sic mundana trāseunt, &
tñ multi sequuntur ea. Hi. n. sedent super fluenta lu
xuriæ, illos trahit torrens iracundiæ, hūc vorago gu
læ demergit, illum cupiditatis ꝓfunditas absorbet.
Hunc loquacitatis impetus subuertit, illi ociositatis
G stagna placēt. Assimilatur ociositas stagno, quia si-
Ociositas. cut stagnū abundātiā nutrit pisciū, sic ociositas mul
titudinē cognitionum. Hæc sunt mortis flumina tē
Psal. 39. naci vitiorū luto repleta. Clama igit' charissime, vt
Esa. 12. educaris de lacu miseriæ, & de luto fęcis, vt venias
& bibas de fontibus Israel: & haurias aquas in gau
dio de fontibus saluatoris. Fons cōpunctionis est v-
Fons compūctionis, & q ex eo biberunt. nus de fontibus Saluatoris. In hoc fonte salus & sa-
nitas. Bibit Petrus ex hoc fonte, & salutē recepit. Ve
nit Maria Magdalena ad hunc fontem, & ab languo-
H re peccatorum multorum sanata est. Ad hunc fon-
Fontes. 7. Israel. tē fontes Israel defluunt. Septē sunt. n. fontes Israel,
quibus videntiū Deum mentes irrigantur. i. septem
sunt Sancti spiritus dona, q̄ sunt spiritus sapiētiæ,
& intellectus, spūs cōsilij, & fortitudinis, spūs scien-
tiæ & pietatis, & spiritus timoris Dñi. De fonte sa-
pientiæ ꝓcedit aqua doctrinæ. Spiritus intelligen-
tiæ emittit riuulū ꝓuidentiæ. De fonte consilij ꝓce
dit vena solatij. De fonte fortitudinis robur boni o-
Eccl. 1. peris. Emittit fons scientiæ gemitum doloris: qui. n.
addit scientiā, addit & laborē. Reddit autē fons pie-
tatis decursum cōpassionis. Riuulus vero timoris,
fructum cōfessionis. Aīa itaq; Deum sitiēns cōpun-
gitur timore, cōpungitur & amore. Dum. n. cogitat
vitæ p̄sentis exilium, vel dum recolit inferni suppli
ciū, tūc affligitur lachrymis, vexatur suspirijs. Cum
vero longa mœroris anxietatę cōsumpta, de venia
securitas nascitur, aut cōtēplatione cęlestiū mēs de-
lectatur, tunc est oneri transeundi ad regnum dila-
I tio, & cruciatur mēs desiderio. Ex his igitur quatuor
affectionib' animi tanq̄ ex quatuor riuulis, quorū
duo descēdunt ex superiori irriguo, duo vero ex in-
feriori ascendunt, fons cōpunctionis augmētatur,
& crescit. Hæc est terra, quā dedit Caleb Axæ filiæ
suæ sedenti super asinū, suspirantiq; & dicenti. Da Iosue. 15.
mihi pater benedictionē. Terram australē & arentē
dedisti mihi, iunge & irriguā. Dedit itaque ei pater
suus irriguum inferius. Axa quālibet aīam fidelem,
asinus eidē aīæ subiectā carnem, terra australis ardo
rem exprimit bonæ mētis. Irriguum superius & irri
guum inferius duo genera compunctionis, timoris
& amoris. Gemitus suspirantis dolorē pœnitentiæ
designat. Per irriguum superius igitur, & irriguum
inferius timor & amor intelligitur. Dum. n. ex con-
sideratione p̄sentis miseriæ, vel ex recordatione ge-
hennalis pœnæ, profluimus lachrymis, tunc quasi
geminos aquæductus ex irriguo inferiori. i. ex timo
re ad fontem compunctionis dirigimus. Cum vero
animus foras mittit timorē, & mēs emollitur p amo
rem: dum cruciat mentē dilatio, & aīus accenditur
desiderio, tunc quasi ex irriguo superiori. i. ex amo-
re duo riuuli ad fontē cōpunctionis descēdūt. Hęc K
est hæreditas Axæ filiæ Caleb, filij Iephonæ, qui du
xerit eā vxorem tali ditabitur hæreditate. Caleb cōr
interpretatur, Iephone conuersio, qui. n. conuertun
tur ad cor, irrigua compunctionis possident, & au-
strali terra delectantur. i. bonę menti, q̄ calore Spiri
tus sancti feruens flagrescit, ditantur. In his riuulis
aīæ sordes abluuntur, & carnis inquinamenta pur-
gantur. In inferiori irriguo aīæ vestes a grossiorib.
sordibus mundantur, in superiori mundiores fiūt,
in australi vero terra siccantur. Timor lauat, amor
mundat, calor siccat. In inferiori irriguo timor, in
superiori amor, in australi est calor. Timor ex pęna,
amor ex desiderio, calor ex igne. Sensualitas timet,
ratio delectatur. Animus radio contemplationis il-
luminatur. In vno sordes deponūtur, in altero mun
ditia recipitur, ī tertio cādor. Timor exprimit actio
num peccata. Amor delicta cogitationū eliminat.
Ignis vero meditationum humorem carnalium vo
luptatum exiccat. Vnde Psalmista. Et in meditatio Psal. 38.
ne mea exardescet ignis. Potest & aliud de hac inun L
datione, & mundatione aquarum spiritualium per
similitudinem dici. Solent etenim materiales pan-
ni, prius aqua frigida, postea vero calida lauari, &
sic ad radios solis, vt siccentur, poni. Aqua misce-
tur cineri, colatur (vt ita dicam) per pannum, ne ci-
nis transeat, & sic q̄ lauantur, citius mundantur. Cū
enim per amorem cęlestium desideriorum cōpun-
ctionis lachrymæ excitantur, tunc quasi ad ignē po-
nitur aqua. Cum carnalis fragilitas attenditur, tunc
quasi cineribus aqua miscetur. Colatur per pannū,
& cōmouetur cinis, dum per memoriā mortis con-
siderat animus turbationē carnalis fragilitatis. Per
hoc igitur cōpunctionis lixiuiū aīæ sordes abluun-
tur, homicidij videlicet sanguis, inuidiæ venenum,
luxuriæ fœtor, leuitatis puluis, cupiditatis fumus,
pannus mēstruatę, voluptatis cœnum. Lōge digres- M
si Charissime cœptum reliquimus iter, more viato-
ris, qui iuxta viā fontē reperiens ponit latus super ri
pā, florido gramine delectatur, conspicuas miratur
aquas, sitim releuat, viæ refrigerat ęstū, lota facie la-
uat manus & pedes. Sic qui fontem cōpunctionis
reperit,

reperit, animæ faciem lauat, quia mentis speciē deco
rat. Lauat & opera manuum, lauat & affectus cogi-
tationum, quibus quasi pedibus mens ad optata ꝓ-
greditur. Immorari diutius liberet circa fontis hu-
ius fluenta, saltem loquendo, nisi propositi nostri
finis instaret.

¶ De nuptijs spiritualibus. Lib. II.

¶ *De duplici vxore, & duplici vita. Cap. I.*

N SVRGAMVS igitur, & re-
uertamur ad rē, vt qui pau
lo ante carnalium nupna-
rum patefecimus incōmo-
da, Nunc ad dulces spiri-
tualis coniugij amplexus
ꝓuocemus sociū. Cauen-
dum autem primum esse
moneo, ne illicito fruatur
coniugio, neve talem ducat, quæ aut matris, aut pa-
tris offendat animum. Isaac duos habuit filios, & u-
terque duas habuit vxores. Esau enim duxit Iudith
filiam Beeri Ethæi, & Basemath filiam Elon eiusdē
Gen. 26. loci, quæ ambæ offenderant animū Isaac & Rebec-
Gen. 29. cæ, Iacob vero filias Laban Liam, & Rachel sibi cō-
iugio sociauit. Quid autem hi duo fratres nisi duos
motus, qui sunt in homine, designāt, hoc est concu
piscentiam carnis & spiritus? Quid vxores Esau, ni-
si propriæ laudis amorē, & mundi sapientiā? Quid
O vxores Iacob, nisi actiuā, & cōtemplatiuā designant
Gen. 25. uitā? Ad hoc pertinet, qd dicitur. Factus est Esau vir
gnarus venandi: Iacob autem simplex habitabat do
mi, vel in tabernaculis. Venator carnē sequitur, &
carne vescitur, quia concupiscentia carnalis sectan-
do carnalia carnalibus desiderijs pascitur, animus
vero spiritalis quasi Iacob vir simplex in tabernacu
lis moratur, quia intus spiritalia meditando delecta
tur. Esau feras, Iacob sequitur oues, hic sanguinem
fundit, ille lac ꝓbet, hic lanā, ille pillos inutiles, hic
gerit arcum, vt vulneret, & ponit laqueos, vt deci-
piat, ille baculum tenet sustentationis per cōsolatio-
Gen. 28. nem, & virgā directionis per correctionē. Probans
quoque Esau, ꝙ nō libenter acciperet pater suus fi-
lias Chanaan, duxit vxorem absque his quas prius
habebat, Maheleth filiā Ismael filij Abraham. Erat
enim Ismael ancillæ filius, q̄ est Agar. Agar carnem,
Ismael carnis appetitum, filia Ismaelis curam desi-
gnat carnis. Duxit itaque filiam Ismaelis, qui curam
carnis in desiderijs facit. Vxores Iacob solæ laudan-
tur, in vna fœcunditas, in altera facies commenda-
tur. Quibusdam tn̄ sola Rachel, quibusdā sola Lia
placet. Amant. n. quidā contemplationis pulchritu-
dinem, quietem silentij, lectionis speculum, consciē
tiæ puritatē, piæ meditationis consolationē: Chari-
tati diuinæ quasi vultui Rachelis inhęrent, aspecti-
bus animi tanq̄ voluptuosis amplexibus illius astrin
guntur. Alii vero solius Lię fœcunditas placet. Ge-
nerāt verbo ꝓdicationis filios, hos nutriunt lacte cō
solationis, illos vero pastu cibi fortioris. Necessario
seruiunt labori, curā rei familiaris gerunt, necessaria
fratribus subministrāt, & sunt quasi v..la, aut saga ci
licina, quibus tota pulchritudo tabernaculi a vento
& pluuia custoditur. Apud nos autē vtraq; ducitur
idest Rachel & Lia: ne intolerabilis sit labor Liæ
neu quies Rachelis habeatur tædio, sed constitutis
horis sibi inuicē succedant. Succedat labor oratio-
ni, oratio labori, lectio meditationi, meditatio ꝓdi-
cationi. Sic ad Rachel Iacob q̄nque intrabat, sed ad
Liam sępius intrare consueuerat. Ducēda est igitur P
uxor, q̄ summi patris aīm nō offendat, q̄ gaudium
felicitatis nō cōturbet ęternæ. Hoc. n. interpretatur
Isaac, gaudium, siue risus. Itē cauendum est, ne talē
ducas, quā lex ꝓhibeat. Populo etenim Israel exeun
ti de Aegypto cum septē gentes, .i. Chananæos, &
Pherezæos cum quinque reliquis gētibus expugna
ret Dn̄s, ait, Nō inibis fœdus cum eis, neque socia- Exo. 23.
bis coniugia, filiā tuā non dabis filio eius, nec filiā
eius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum. Pa Morali.
tet moralis sensus. De Aegypto exeunt, qui mundo
renunciant: expugnant illas septem gentes, & possi-
dent terrā eorum, qui terram cordis sui liberāt a do
minio septem principalium vitiorum. Fœdus vero
cum eis non inire, est consensum delectationi non
ꝓbere, Cōnubia non sociare, opera delectationum
nō adimplere. Filii autem & filiæ Cananęorum, sūt
opera eorum ꝑuersa, & suggestiones, vel cogitatio-
nes prauæ. Filij & filiæ Hebræorum sunt opera bo
na, & piæ cogitationes. Coniungūtur siquidem hæ
duę nationes inter se contrariæ mutuo, q̄n opus bo
nū suggestioni, aut cogitatio bona operi nefario cō
sentit. Sed Hebræi filium Chananæi filia seducit,
cū boni consiliū operis suggestio peruersa subuer-
tit. Sic Euæ suggestio primi parentis mutauit consi
liū, porrexit voluptatis pomum, & ad inobedientiæ
promouit transgressum. Quòd si spiritualiter intel- Spūaliter.
ligatur, Eua quotidie primo parenti offert pomum;
quia caro spiritui suggerit voluptatis affectū. Pomo Pomo cō
enim voluptas carnis per similitudinē comparatur. paratur
In pomo. n. tria sunt. s. odor, color, & sapor. Et in vo voluptas.
luptate tria. s. fauor, honor, & amor. Fauor itaque
mundi est quasi odor pomi, color honor, sapor a-
mor. Sicut. n. naribus dulcis odor attrahitur, sic to-
tis desiderijs animi famæ secularis fauor affectatur.
Sed caret pomū pulchritudinę coloris, si voluptas
priuetur honore mundanæ ꝓtātis. Odorem vero sa
por sequitur, q̄n opere desideriū voluptatis imple-
tur. Monstrat diabolus Euæ pomi colorē per sugge
stionem, odorat Eua per delectationem, Adā per de
lectationis amorem cōsentit. Hæc in nobis quoti-
die fiunt. Suggerit. n. diabolus, delectatur caro, spi-
ritus consentit. Adhibenda est igitur custodia, ne
dominetur sensualitas, sed succumbat; ne stultitia
carnis animum priuet virtute rationis.

¶ *Qualiter vxor iam ducta sit habenda, aut si displi cuerit repudianda. Cap. II.*

IN cassium forsitā hortor te Carissime, Q
ne ducas vxorem, qa fortassis aliquā
duxisti. Si autem duxisti, vide vtrum
placeat, caue ne sit ancilla, ne adulte-
ra, ne fœda. Per Moysen etenim scri-
ptū est. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eā, Deut. 24.
& non inuenerit gratiam ante oculos eius propter
aliquā fœditatem, scribet libellū repudij, & dabit in
manu eius, & dimittet eā de domo sua: cumq; egres

sa al-

sa alterum maritum duxerit, & ille quoque od rit eam, dederitque libellum repudij, & dimiserit eam de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino. Audi charissime quid de adducto exemplo Beatus Gregorius dicat. (Grego.) Homo (inquit) vxorem accipit cum actionis terrenæ suscipit curam. Cuius cum cognouerit fœditatem, dat libellum repudij, & dimittit eam de domo sua, quia sæpe ipsa terrena actio, quæ priusquam haberetur fortiter amabatur, cum habita fuerit, eius fœditas agnoscitur: cum scilicet esse per peccatum polluta videtur. Dimittit ergo eam vir de domo sua, vt amorem eius abijciat de mente sua. Quæ egressa alterum virum accipit, quia terrenam actionem, quam tu deseris, alius concupiscit, sed fortasse etiam ipsi in odium quandoque ventura est, vt eam vtiliter dimittat. Bene autem dicitur, dimiserit eam, vel certe mortuus fuerit, quia vnusquisque terrenam curam aut dimittet, aut morietur, id est aut non ei ex animo succumbat, aut propter eam funditus in animæ vita succumbet. Siue ergo eam sequens maritus dimiserit, siue mortuus fuerit, maritus prior eam in vxorem non poterit recipere, quia polluta est, vt videlicet is, qui semel terrenam curam, atque præsentis vitæ intentionem reliquerit, ad eam vltra nullo modo redeat, quoniam ipse iam suo indicio se polluit, qui eam prius ideo deseruit, R quia pollutam esse cognouit. Habes nunc charissime causam separationis idoneam. Causa enim separationis est occasio fœditatis fœtoris. Sed fœtoris assiduitas fortassis quid, & præcipue vel quantum cuilibet noceat dinoscere non permittit, nec fœtorem curæ secularis discernunt nares, nisi quæ fragrantiam consueuerint boni odoris: sed qui remotus est a fœtore, qui moratur inter odoriferos virtutum flores, & bonorum operum velut aromatum reficitur odore, qui carnis munditia delectatur, & puritatem cordis obseruat, talis peccati fœtentem nebulam sentit, & contaminantem superfluitatis euitat labem. Eijce igitur vxorem, & sic eijcies cum vxore fœtorem, id est de domo mentis curam expelle secularem. Non enim sane habitabunt simul animus spiritualis & cura secularis, sed tum separatur animus a terrenis, dum cælestibus inhæret, dum interius diuinæ contemplationis rore suffunditur, & gratiæ spiritualis dulcedine fruitur, cito & facile peccati pessimum discernit odorem. Veni igitur charissime, vt curras adolescens cum adolescentulis, & dicas. (Cantic. 1.) In odore vnguentorum tuorum currimus: adolescentulæ dilexerunt te nimis. Curramus igitur vt vngamur. Sunt enim S quidam qui non currunt, quia nimij fœtoris assiduitate imbuti fragrantiam virtutum non sentiunt. (Currentium varietas.) Sunt alij qui lento passu incedunt, & sic aut vix, aut nunquam perueniunt. Lento siquidem passu gradiuntur, quia minorum virtutum gradibus innituntur. Sunt & alij qui currunt, quorum duæ species sunt, scilicet qui currunt & perueniunt, alij vero qui dum currunt quibusdam occurrunt, & confabulantur eis, sed dum morantur, quò tendebant obliuiscuntur. Currebat Cornelius, currebat Zacchæus, vterque fide & opere currebat, Currunt Ananias & Saphira, currunt & non peruenit sunt. Currunt interdum frustra seculares, currunt & claustrales. Illi enim detinentur quandoque delectamentis mundi, ne exeant a mundo, isti vero reuocantur delectationibus carnis, vt redeant ad mundum. Impediunt ergo cursum boni operis offendicula miseræ carnis. De hoc cursu dicit Apostolus. (Gala. 5.) Currebatis bene, quis vos impediuit? Infirmi currunt vt sani fiant, qui enim delectantur odore vnguentorum, tactu sanantur eorum. Odor vnguentorum fragrantia virtutum est; vnctio eorum exhibitio est bonorum operum. T Vnguenti siquidem spiritalis tres species esse dicuntur, (Vnguentorũ spẽs.) prima videlicet per quam tumores comprimuntur, secunda per quam confractiones solidantur, tertia per quam dolores extrahuntur. Vnguentum etenim humilitatis tumorem curat elationis. Vnguentum consolationis læsionem refouet fractæ mentis. Vnguento autem confessionis ab intimis vis extrahitur inueterati doloris. Sed tunc operatur citius quando assiduæ exhortationis manu fricatur. (Cõfessio:) Tenet etiam quandoque medicinalis potionis similitudinem confessio, sicut enim per potionem curantur interiora ventris, sic per confessionem infirmæ purgantur vitia mentis. Curantur itaque contraria contrarijs, subintrant enim virtutes recedentibus vitijs: hic est autem adolescentularum cursus, virtutum scilicet profectus. Currant ergo iuuenes, (Psal. 148) & virgines, senes cum iunioribus. Sed qui plus diligit, velocius currit. Præcurrit sponsa, id est anima perfecta, subsequuntur adolescentulæ, id est minus perfectæ.

De nuptijs spiritualibus, & earum ferculis, ornamentis, ministris, ac consummatione.

Cap. III.

V Nde veniunt, & quò currunt? Ex Ægypto ad nuptias. Ad cuius nuptias? Summi regis filij. (Nuptiæ summi sponsi.) Qui sũt qui ad eas veniũt? Pauperes, & meretrices, stulti, & ignobiles, & tamen Dominus nuptiarum partitur eis munera sua diuidens singulis prout vult. Nec tũ trahit eos odor vnguentorum, sed etiam sapor ferculorum. Fercula. n. illa Deum sapiunt. Ibi audiẽt (Fercula nuptialia.) noua amoris cantica. (Cantica.) Canit. n. sponsa, Osculetur me (Cantic. 1.) osculo oris sui. Ibi enim videbunt regem in decore (Esa. 33.) suo, speciosum forma præ filijs hominum. (Psal. 44.) Ibi tangent fimbriam vestimenti eius, vt cesset fluxus sanguinis, i. fluxa voluptas carnis. Sic oẽs animi sensus aliquid de eo bene sentiunt. Olfactus odoris fragrã- (Sensuum refectio.) tiam sentit, gustus saporis dulcedinem, visus rerum pulchritudinem, auditus delectabilia, tactus suauia, sed hæc in animo spiritaliter quandoque reperiuntur. Animus enim odorat dum spiritalia cogitat, audit dum attendit, videt dum intelligit, gustat dũ delectatur, tangit dũ operatur. Veniũt igitur ex Ægy-

pro animæ ad nuptias, quæ mundo renunciantes Deo spiritualiter coniunguntur, vt generent sobolem virtutum per temporis incrementum. Quæ fuerant pauperes, quia diuitijs cælestibus diu caruerant: meretrices, quia in domo mentis suæ lupanar libidinosæ voluptatis exercerant: Stultæ, quia mundi sapientiam secutæ fuerant: ignobiles, quia peccato seruierant. Sed Christus pauperem ditat, ignobilem sublimat, meretricem facit vxorem, stultam sapientem. Veni ergo charissime, vt videas ministros nuptiarum indutos purpura, & bysso, rosarum flores & lilia conuallium tenentes, talares tunicas habentes, baltheis cinctos, diuersa portantes fercula. Hi, qui bysso vestiuntur, & tenent lilia, sunt iusti, qui nimio labore munditiam carnis quæsierunt. Byssus de terra nascitur, & fit ex lino, quod cum eradicatur, in aquam mittitur, inde extractum ad radios solis siccatur, siccatum malleis frangitur, fractum manibus fricatur, ferri patitur diuisiones, vt ab aristis & stupa separetur, ducitur in filium, fit tela, transit in vsum vestium. Sed byssus non dicitur, nisi subtilitatem fili & tenuitatem cum candore commitetur.

X Ornamenta nuptiarum. Byssus linum.

Moraliter. Anima autem iusti induitur bysso, & operatur linum, cum mens separata a terrenis delicietijs operatur bonum, sub aquis diu tenetur, & postea sole siccatur, quia post peccatum lachrymis irrigata radio contemplationis illuminatur. Sed qui talis est malleum patitur, manibus fricatur, a stupa disiungitur, quia tribulationem persequentium non veretur, sed tribulationis assiduitate purgatur. Cum autem linum trahitur in filum, a læua in dexteram traducitur manu, vertitur, saliuis humectatur: sic mens cum a vitijs ad virtutes trahitur, manu & saliua, id est exemplo boni operis & verbo exhortationis ad bonum conuertitur. Quidam vero lineis induuntur & non bysso, qui enim non tantum peccata carnis, quæ sunt quasi grossiora fila relinquunt, sed etiam cogitationum delicta subtiliter examinant, hi bysso induuntur, his enim filis tela texitur religionis. Induuntur hi tunica talari, & cinguntur baltheis. Tunica talaris est in bonis operibus perseuerantia longanimitatis. Baltheus, quo renes cinguntur, est castitas, per quam luxuriæ fluxa restringuntur: hæc est igitur tunica Ioseph, hic est baltheus Ionathæ. Alij vero purpura vestiuntur, quæ colorem sanguineum imitatur, hanc purpuram primus traxit Christus. Hac indutus primus Christo ministrauit Stephanus. In spiritalibus siquidem nuptijs diuersi diuersi ministrant. Confessores abluendis manibus aquas præbent, luminaria succendunt. Scriptum est enim de his: Sint lumbi vestri præcincti; & lucernæ ardentes in manibus vestris. Intus enim ardent per affectum charitatis, exterius vero lucent per exemplum boni operis. Hi dant aquas manibus, non enim tantum deflent sua peccata, sed etiam aliena, hoc est enim dare aquam manibus, lachrymis succurrere peccatorum reatibus. Martyres vero diuersa carnium genera ministrant, Stephanus carnes lapidatas, Ioannes oleo frixas, Laurentius igne assas, Vincentius sale conspersas, Hippolytus dissipatas, dat Ioannes caput in disco, Iacobus suum præbet percussoribus, Postea Dionysius suum proprijs manibus, Sabinus abscissas manus. Sed & virgines ministrant teneras carnes, Agatha vbera, Agnes vstulata latera, Margarita carnes virgis cæsas, Tecla flammis ereptas. Ibi auditur Mariæ tympanum, & Dauid cum cantoribus citharam percutit. Post diuersa autem diuinæ scripturæ fercula, post tympanum mortificatæ carnis, post dulce melos citharæ, quæ morum concordiam designat, anima quæ Christo nubere quærit, intrat thalamum suum, id est mentis secretum, parat lectulum conscientiæ, spargit virtutum flores, & dicit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Si noster est, ergo communis. Quibus? Sponso & sponsæ, id est Christo & cuilibet fideli animæ. Tu vero charissime exue te sollicitudine seculari, exorna thalamum mentis tuæ virtutum floribus, & fac animam tuam talem, quam summi regis adoptet filius. Qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat per æterna secula. Amen.

Y Sanctorum diuersa ministeria. Confessorum. Lucerna. Martyrum. Virginum. Nuptiarum consummatio. Canti. 1. Lectulus communis. Conclusio operis.

Explicitus est secundus Libellus de nuptijs.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis, de vanitate mundi, & rerum transeuntium vsu libri IIII. In quorum duobus collocutores signatos inueni singulis literis. D. & I. Quibus docens & interrogans Lib. secundo ad literã. Q. satis indicantur intelligendi.

¶ Sequitur itaque Lib. I. D.

MVNDE immunde, o munde immunde, quare sic diliximus te, hiccine est fructus tuus? Hæc promissio tua? Hæc de te spes nostra? Quare in te sperauimus? Quare tibi credidimus? Quare de te cogitare voluimus? Ecce quomodo decepti sumus. Nihil reliqui habemus, inanes remansi sumus. O munde immunde quare sic diliximus te? I N. Quid vides o homo? D. Nihil melius quàm fugere. I N. Non satis intelligo quid dicere velis, video tamen, sicut iste tuus stupor indicat, quòd vel graue aliquid pateris, vel nouum vidisti, vel malum moliris. Ne igitur abscondas quicquid illud sit, quia si periculum est, simul liberasti me. Sin autem nullum est periculum, & vane conturbaris, forsitan consolabor te. D. Consurge, & ascende, & aspice mecum, & ostendam tibi mirabilia magna, antiquis vetera, præsentibus noua, & posteriora futuris. I N. Quando rem ipsam videro, de qua loqueris, tunc A

melius

melius fortasse intelligam quid dicere velis. Nunc igitur ostende mihi quò ascendere debeam, vt & ego videre possim mirabilia ista, de quibus tu sic conturbaris. D. Oculus carnis quanto sublimior,
B & in altiore loco constitutus fuerit, tanto amplius per visionem in latum se diffundit. Facilius quippe desuper in subiecta acies visionis expanditur, quando omnia quodammodo coram posita intuetur: sed hæc quidem eo ipso, quo per corporis instrumentum emicat, multis ac varijs modis nullo etiam foris interueniente obstaculo, in semetipsa caligat. Nam quia angusta est, maxima comprehendere non sufficit: & quia hebes est, minima non discernit, quia autem pigra est, cum in remotissima extenditur etiam si intercurrat, sola tamen spatij longinquitate hebetatur, quia vero perspicax non est, intima quæque non penetrat, sed ea sola, quæ in rerum superficie sunt constituta, oberrat. Sed nec ea, quæ præterita sunt respicere, nec ea, quæ futura sunt potest prouidere. Hoc ego dixi, vt scias quantas angustias corporea hæc visio patiatur, quæ nisi coram posita intueri non valet. In his quoque, eam & maxima quātitate excedunt, & minima subtilitate fugiunt, & remota longinquitate euadunt, & intima obscuritate subducunt. Nolo igitur, vt cogites visionem huius oculi, quando audis te ad videndum inuitari. Habes alium oculum intus multo clariorem isto, qui præterita, præsentia, & futura simul respicit, qui suæ visionis lumen, & aciem per cuncta diffundit, qui occulta penetrat, subtilia inuestigat, luce aliena ad videndum non indigens, sed sua ac propria luce prospiciens. Quia igitur ea, quæ tibi demonstraturus sum, carnis oculus simul comprehendere non potest, ad hanc visionem non carnis, sed cordis oculus præparandus est. Constitue igitur te quasi in quadam mentis specula, & eius aciem in arcam huius mundi circumquaque lustrandam dirige, vt totus contemplanti coram positus sit mun-
C dus, & inde tibi vniuersa demonstrabo, quæ prius vel non visa ignorasti, vel visa non quomodo oportuit, considerasti. I. Vere nunc fateor, quòd nihil vniuersorum aspectui cernentis absconditur, cum cordis oculus studiose ad videndum aperitur. Quando autem carnis oculum ad videndum aperio, quamlibet late cuncta pateant, in comparatione totius minimum est, quod comprehendo. Sed ecce dum conor, quantum valeo, cor sursum erigere, inuenio me hucusque non solum corpore, sed corde quoque deorsum fuisse. Nam quanto magis contemplandis quibusdam mundi rebus affectu & cogitatione succubui, tanto ad contemplandam rerum vniuersitatem minus idoneus minusque expeditus fui. Nunc igitur ab his, quibus hactenus inhærebam, mentem exuo, & quasi deposito onere leuatus sum, cunctis me statim superiorem agnosco. Nescio enim quo pacto mirabili, subito in me hoc factum sit, vt dum studeo nullis specialiter per cupiditatem inhærere, cunctis incipiam per contem-
D plationem supercellere. Incipe igitur, quia mundum iam vniuersum coram me constitutum aspicio, & quicquid ex omnibus mihi demonstrare

Acies humani oculi.

volueris, sine mora ac difficultate videbo. D. Vides igitur mundum istum? I. Video & bene. Nunquam tam bene vidi, quia nunquam tam diligenter consideraui. D. Quid ergo tibi videtur? Qualis est species eius? I. Pulchra valde. Miror tale opus Dei. D. Deum in cunctis mirabilem inuenis, omnes hoc iam cognouerunt. Sed sileamus interim de operibus Dei, opera hæc hominum tanta ac talia videns mundum admirari cœpisti. Nam & hoc scire debes, quòd mundum hic accipio non hanc solummodo speciem diuini operis, sed mutabilitatem humanæ in hoc mundo conuersionis. Dic igitur mihi opera hominum, quæ vides, qualia sunt? Quid tibi videtur? I. Magnum quoque in his decorem aspicio, & dum considero quid homo sit, miror quō talia facere possit. D. Si bene considerares quid sit homo, non mirareris quòd talia facere posset, sed quòd in talibus confideret. Sed quia mundum attendere cœpisti, nec dignitatem hominis, nec vilitatem humani operis, idcirco tam stulte & inordinate admiraris. I. Quamuis multum contra meam existimationem loquaris, fieri tamen potest, vt & ego deceptus sim, & tu verum dixeris. Volo igitur magis auscultare quàm contendere, vt si assertionem tuam probare potueris, impudenter restitisse non pœniteat, si autem non poteris, prudenter tacuisse non noceat. Dic ergo quæ sit dignitas hominis, quæ vilitas humani operis. Quia profecto si id, quod foris apparet solum inspicitur, homo ipse opere suo nec quantitate maior, nec forma decentior, nec tempore diuturnior inuenitur. D. Primum de operibus hominum tecū disputare volo. E
Vides igitur vniuersa opera hominum quanta & qualia sunt. I. Magna & admiranda satis mihi videntur, sed nunquid tu aliter existimas? D. Prorsus aliter existimo, & aliter te quoque existimare volo. I. Non sum tam pertinax, quin libenter a veritate vinci velim, tantum perge quò libet, & sequar te. D. Respice omnia, & considera diligenter singula. I. Respicio & considero, & quid in his omnibus demonstrare velis expecto. D. Quid vides? I. Nauigantes video in mari, & magnam tranquillitatem maris, magnamque serenitatem aeris, ventis quoque secundis leniter spirantibus optato cursu nauigium ferri. Viros autem per nauem discumbentes ad epulas, & canentes in lyris, & tibijs, & citharis omni genere dulcis cantilenæ auditum mulcentes. Ipsis etiam aquis melodia resultantibus pisces maris greges circunducere, & exultantibus alludendo lætitiam augere. D. Quid tibi videtur? I. Quid? nisi magnum gaudium, magna iucunditas, & (si esse posset diuturna) magna felicitas. D. Istud ergo est, propter quod mūdus placet tibi. I. Et cur displicere debeat ignoro. D. Fige paulisper oculum, & noli declinare intuitum dū videas finem. I. Persequor euntes, & quid sequatur expecto. D. Quid vides? I. Timeo dicere quod tamē celare non possum. D. Quid igitur vides? I. Video vndique nigrescere cœlum, & F
acri ventorū concursu nubes agitari & conturbari, mare fluctib⁹ intumescere, & quasi ab vno sursum fundo totum in cumulum ferri, hæc quid laudaui? D. Quid est? I. O miseri quid vobis cum mari?

Mundus.

Nauigantes.

Nota concionator hoc pulchrum commentū Hugonis nostri, pro describenda Mundi vanitate.

tia: in bonis præsentibus non confidens, sed semper mala imminentia metuens. In tantis ergo doloribus & perturbationibus mentis, quæ quæso potest vera esse sanitas, aut delectatio carnis? Quod fomentum corpori acerbum non redditur, vbi conscientia talibus aculeis laceratur? Hæc est felicitas diuitum, quam tu dum falsa foris bona cerneres laudare cœperas, quia veram intus miseriam non videbas. I. Si sic diuiti est, inimicus sibi fit, qui multa possidere concupiscit. D. Quid ergo tibi videtur, quale est hoc opus hominum? I. Hoc quoque vanitas est, & vanitas vanitatum.

M ¶ D. Conuerte nunc te ad alia, & vide. I. Conuersus sum, & video. D. Quid tu vides? I. Video nuptias celebrari. D. Quid tibi in eis videtur? I. Magna lætitia ibi est, magnus ornatus, & apparatus multus, & (vt quod mihi videtur non taceam) hoc opus idcirco cæteris operibus hominum beatius iudico, quoniam ipsum præcipue est, quod per dilectionis vinculum pacem & concordiam parit animorum. Hoc societatem commendat, amorem sanctificat, amicitiam seruat. Hinc fructus prolis oritur, hinc generis nostri propago dilatatur, hinc mortis diræ necessitati resistitur, & damna patrum in filijs reparantur. Nam cur illud commemorem, quòd in hoc solo carnis concupiscentia, quæ alio nec sine magno labore cohiberi, nec sine turpitudine laxari potest, ita honeste atque pudice coniugali commercio excipitur, vt quasi nulla castitatis damna sentiantur. Nam etsi ipsa concupiscentia experiri voluptatem suam finitur, nulla tamen pudicitiæ confusio generatur. Quis ergo tot ac tanta bona contemnenda existimet, nisi qui ea, quæ hoc excepto mala sequuntur,

Nuptiarū vtilitas.

N non videt? D. Recte de bonis nuptiarum iudicare posses, si etiam mala earum attenderes. Nam quia solum bona, & non mala nuptiarum consideras, idcirco in earum consideratione rectam iudicij censuram non seruas. Negari enim non potest aliqua quidem bona nuptijs inesse, sed si diligenter considerare volumus, plura eis mala admixta inueniemus. Nam illa animorum concordia quàm rara sit, quis ignorat? Immo vero velociter cum pertæsum fuerit societatis, idipsum, quod concordiam generare debuerat, odij & discordiæ fomitem subministrat, & tanto iam miserabilius simul viuere incipiunt, quanto discordes ab inuicem separari minus possunt. Hinc rixæ quotidianæ & iurgia crebrescunt, post dura verba dira verbera succedunt. Neuter alterum effugere potest, Vna domus, vna mensa, vnus lectus, in quo nihil durius est quàm nec concordem socium, nec hostem habere separatum. Nam sicut ijs, quibus in charitate mens vna est, nihil obstat etiam si corpo-

Nuptiarū molestiæ & vanitates.

O re separati sunt, ita magnum tormentum est ijs, qui corporaliter sociati sunt, si animo conuenire non possunt. Præterea quod de propagatione hominum testimonium laudis adduxisti, nos sic quidem verum esse concedimus, vt tamen officium nuptiarum non sanitatis gaudium, sed infirmitatis remedium ostendamus, maius enim esset vt nullus viuens moreretur, quàm vt quisquam morienti succesturus nasceretur. Nunc autem qualiscunque infelicitati nostræ consolatio tribuitur, quando ij, qui morientes retineri non possunt, per nascentes restaurantur, vt quia semper permanentes habere non possumus, saltem semper succedentes habeamus. Suscipiamus ergo, immo sustineamus qualecunque hoc doloris nostri remedium, sed non in eo putemus esse felicitatis oblectamentum. Laudamus potionem, quam quidem non sine amaritudine bibimus, non sine tortione eructamus, quia maiorem & periculosiorem per eā amaritudinem expellimus.

Bonū prolis eleuatur.

P Si consideramus delectationem concumbentis, consideremus etiam angustiam parturientis. Et vt interim taceamus alias molestias & incommoditates, quæ voluptatem carnis sequuntur, quia ipsa & vigorem naturalem frāgit, & omnem virtutem atque decorem corporis tam intus quàm extra emarcescere facit. Quis dicere potest, nisi qui expertus est, quantus labor, quāta molestia sit infantes excipere, & præter cæteras miserias, quæ magis tacendæ sunt, lactare, educare, nutrire, pueros instruere disciplina, pariter & scientia informare, & ad legitimam vsque ætatem perducere? Quis non satis care vnius noctis delectationem emisse se dicat, quam tot annorum labore & cura recompensat? Si hoc nubentes attendere vellent, certe tu nuptijs magis flendum quàm ridendum sibi fore cognoscerent. Nunc autem quasi modica eis concupiscentiæ esca in hamo anteponitur, vt ad diram laboris & doloris necessitatem capiantur. Tale est gaudium, quod vides. I. Nihil per omnia contradici potest, validæ sunt rationes tuæ. D. Quid ergo tibi videtur, quale est hoc opus hominum? I. Vanitas est hoc quoque, & vanitas vanitatum.

Coitus mala.

Q ¶ D. Conuerte adhuc te ad aliud, & vide. I. Conuersus sum, & video. D. Quid vides? I. Scholam discentium video. Magna est multitudo, diuersas ibi ætates hominum conspicio, pueros, adolescentes, iuuenes, senes: diuersa quoque studia. Alij ad formata noua elementa, atque voces insolitas edendas rudem adhuc linguam inflectere discunt. Alij verborum inflexiones, compositiones, & deriuationes primum audiendo cognoscere, deinde conferendo adinuicem, atque identidem repetendo memoriæ commendare satagunt. Alij ceras stylo exarant. Alij figuras varijs modis, & diuersis coloribus in membranis docta manu calamum ducente designant. Alij autem acriori, & feruentiori quodam studio de magnis (vt videtur) negocijs disceptationes quasdam adinuicem exercent, & se quibusdam verborum innexionibus & gryphis vicissim fallere contendunt. Calculantes etiam quosdam ibi video. Alij tensum in ligno neruum percutientes diuersorum sonorum, melodias proferunt. Alij vero quasdam descriptiones, & mensurarum formas explicant. Alij cursus & positiones siderum, & cæli conuersionem quibusdam instrumentis manifeste describunt. Alij de natura herbarum, de constitutionibus hominum, de qualitate rerum omnium & virtute pertractant. In his autem omnibus licet non vna sit discendi forma, vna

Scholasticorum studia.

tamen omnibus est proficiendi voluntas, hoc autē siue ocium negociosum, siue negociū ociosum appellandū sit, cūctis humanis actionibus tuo quoq; iudicio præferendum existimo, eo quòd nihil transitorium, nihil caducum, sed quod æternum est sapientiæ decus, per id mentibus inseritur, & radix eius amplius non eradicanda plantatur. D. Imago veritatis fallit te. Nam & ista est consuetudo mundi huius, vt id, quod magis ad animos hominum illaqueandos præparat, ne caueri, aut vitari possit quadam similitudine veritatis intexat. Error enim quanto manifestius agnoscitur, tanto citius reprobatur. Occultus autem dum foris speciem veritatis erexit, intus venenum falsitatis infundit. Talia

R sunt ista non sapientiæ, sed dementiæ humanæ studia, quibus imprudentes & stulti tam inutili quàm pertinaci labore naturas rerum inquirunt, auctorem vero suum, & naturarum simul omnium artificem ignorant, & tamen quærere negligunt, quasi sine Deo, aut veritas possit inueniri, aut felicitas possideri. Et vt apertius adhuc agnoscas quàm infructuosa, immo quàm perniciosa sint studia hæc, animos non solum ad cognoscendam veritatem non illuminant, sed ne veritatem agnoscere possint, prorsus excæcant. Rapiunt enim cor hominis, & quodammodo extra semetipsum abducunt, vt dum ad alia, quæ ad rem non pertinent, consideranda trahitur, ad circunspectionem sui minimè reuertatur. Sic solent aues capi, quibus in tenebris terræ noctis hinc quod intueantur lumen ostenditur, hinc quo capiantur laqueus præparatur. Quid ergo prodest homini, si rerum omnium naturam subtiliter inuestiget, efficaciter comprehendat: ipse autem vnde venerit, aut quò post hanc vitam iturus sit non consideret, nec intelligat? Quid enim est ista vita mortalis, nisi via quædam? Transeuntes enim sumus, & ea, quæ in hoc mundo sunt quasi a latere transeundo conspicimus. Quid ergo, si non aliqua & ignota nobis transeuntes cernimus, nunquid ad inquirenda ea aut subsistere, aut ab itinere nostro declinare debemus? Hoc faciunt isti, quos tu vides, qui quasi stulti viatores, propositi obliti sunt, & ad inquirenda hæc, quæ vident ignota, quasi in via consederunt. Iamque vsu & assiduitate huius vanitatis adeo a semetipsis exulant, vt nec in via se esse meminerint, nec patriam requirant. I. Si sic est (vt dicis) omnibus alijs istos miserabiliores iudico, quorum vita tanto errore inuoluitur, vt non solum alij, verum etiam ipsi in stadio suo decipiantur. D. Prorsus sic esse & conuersatio eorum probat, & finis demonstrat. Conuersatio quidem, qua nihil turpius, finis vero, quo nihil infelicius esse potest, vt morientes spem salutis non habeant, qui viuentes per iter virtutis incedere nolebant. I. Vere fateor, quòd omninò ineptum est illum sapientem dicere, qui quamlibet ad alia oculum habeat apertum, suum tamen interitum aut præuidere nequeat, aut cauere detrectet. Quòd autem eiusmodi homines nec cautelam instantium, nec prouidentiam habeant futurorum, lubrica eorum vita, & dissoluta conuersatio, necnon & infames gressus satis demonstrant.

Studiorū vanitas.

D. Quid ergo tibi videtur, Quale est hoc opus hominum? I. Video planè, quòd & hoc vanitas, & vanitas vanitatum est.

De vanitate mundi. Liber II. D.

S

LONGVM est per singula vanitatem huius mundi demonstrare. Sciàs tamen, quòd ex istis omnibus quæ vides nihil permanens est, sed transeunt vniuersa, & reuertuntur illuc vnde orta sunt. Omnia sicut initium, ita habent & finem, sed dissimiliter currunt, & non æque perueniunt. Alia recens orta sunt, alia iam olim occiderunt, alia inter medium pertranseunt, alia ortis nascentia succedunt, simul tamen omnia defluunt, & ad vnum locum tendunt. O magnum flumen quò raperis? Paruus est ortus tuus, de fonte exiguo manas, de vena modica erumpis. Curris & crescis, descendis & absorberis. Curris sed deorsum, crescis sed ad interitum, venis & præteris, sed effluis, sed absorberis. O vena quæ non deficis, o cursus qui non requiescis, o vorago quæ non repleris? Quantum vanitas subijcit, Quantum mortalitas trahit, tantum insanabilis mors deglutit. Nec illa edere, nec ista trahere, neque hæc vnquam cessat absorbere. Semper præsentia transeunt, semper futura succedunt, & quia continuus est successus, perpetuus status esse putatur. Sunt enim oculi mortalium depressi, & cursum vniuersorum non respiciunt, atque in exiguis rerum particulis defixi, quid agatur in toto non attendunt. Breuis est etiam vita hominis super terram, & dies eius incerta sorte percurrunt. Mens vero tenebris suis obuoluta non multum valet, aut futura prospicere, aut præterita meminisse. Cumque solum ijs, quæ coram posita sunt occupata tenetur, innouatio præsentium aufert ei præteritorum memoriam. Hinc est, quòd homines cum de mutabilitate rerum aliquid audiunt, continuo stupent & admirantur quasi nouum aliquid acciderit, quia profectò hoc sermo loquentis improuidis mentibus nouum ingerit, quod in rerum cursu iam olim vetus fuit. Sic ergo mutabilitas rerum præsentium semper vetus est, semperque noua. Vetus ijs, qui pridem illam experimento vel ratione didicerunt, noua ijs, qui nunc primum vel experimento excitati, vel doctrina admoniti illam cognoscere incipiunt. Sed & futuris posterior erit ista cognitio, quia ij quoque, qui post nos futuri sunt, non mox vt mundo vti cœperint, nisi post longa experimenta istam mutabilitatis eius cognitionem habebunt. Respice ergo hunc mundum miserum, & magis miseros qui diligunt eum. Iste est, quem putauimus aliquandò nobis esse amicum, in quo nobis tempora longa promisimus, vitam quietam, tranquillam pacem, felicitatem perpetuam. Iste est, cuius pulchritudinem dileximus, cuius speciem laudauimus, cuius iucunditatem concupiuimus, cuius gloriā desiderauimus, cuius gaudium amplexi fuimus. Certe vides nunc quàm sint vana hæc omnia, & nunquā sapientibus,

Eccles. 1.

T

V

tibus, aut virtutis amatoribus appetenda. Vbi enim sunt patres nostri? Vbi sunt illi diuites & potentes, quos olim in huius mundi gloria elatos vidimus? Vbi postremo sunt omnes, de quorum amicitia & familiaritate præsumebamus? Ecce transierunt vniuersi ante nos, & nos soli relicti sumus post eos. Cogitemus nunc seculum illud prætentorum temporum, quando cum illis fuimus, & quæ futura adhuc fuerant nesciebamus, quando vnum nobis cum illis erat propositum, vna voluntas, vnum desiderium, vna mansio, vna dilectio, vnus amor vitæ, vna mortis expectatio. Modo sublati sunt illi a nobis, & quasi præcurrētes citius hinc exierunt, vbi erant exules, & citius illuc peruenerunt, vbi sunt ciues. Nos igitur si illos præsentes vere dileximus, nunc in eorum absentia amorem nostrum comprobemus. Sequamur desiderio vbi illi sunt, & citius ad eos peruenire, simulque cum eis esse desideremus. Infideles pariter, & incōstantes esse comprobamur, si propter amorem præsentium prioris dilectionis
X obliuiscimur. O seculum antiquum vbi es? Olim enim dum eras dilexi te, & modo iterum cum non es diligo te, neq; vnquam trāsitus tuus amorem tui minuere potuit apud me. Quando etas dilexi te, vt permaneres, modo autem quando nō es, diligo te, non tamen volo vt huc reuertaris ad me. Miror ipse desiderium meum, & affectum meum conuenio, nec comprehendo. Quid ergo diligo in te si nolo vt subsistas, nec opto vt redeas? Quis est affectus iste tam extraneus tam inauditus, vbi res diligitur, & præsentia eius non amatur? Quis explicet cordi meo quæ sit ista dilectio? Scio quidem, quòd diligo te, neque tamen volo vt reuertaris ad me. Et ideo fortassis iterum redire te nolo, quia ibi potius vbi tu es tecum esse desidero. Olim ergo peruerse dilexi te, quia vbi ego sum, te vt mecum transires esse volui, nunc consideratius diligo te, quia ibi tecum esse volo, vbi semper subsistas. Ego in exilio sum, tu in patria es, & idcirco de te cogitare nunquam fastidio, quia per memoriam & recordationem tui quodammodo mente ad patriam recurro. O quàm dulce est in terra aliena præteritorum meminisse? Non saturatur mens desiderio, sequitur præteritorum semitam, videt intus viam qua transeat, videt finem quò tendat, videt locum quò per-
Y ueniat, videt portum vbi requiescat. I. Sicut olim cū mundum istū existimaui stabilem species eius me accendebat ad amorem præsentium, ita nunc mirum in modum eius mutabilitas me prouocat ad desiderium futurorum. Rapior affectu, & trahor desiderio quo currunt omnia, etiam nunc in rebus hoc ipsum, quòd transeunt, diligo, quia ex ipsa mutatione, & exemplo vniuersorum ad transeundum hinc amplius inardesco. Videntur mihi in quodam procinctu esse vniuersa, & totius naturæ quasi clamor exhortationis aures meas pulsat simul currentium, vt ad finem suum cuncta perueniant. D. Ergo cognoscis omnia, quæ in hoc mundo sunt caduca, esse transitoria? I. Res ipsa probat, etiam si ego non cognouerim. D. Quid ergo illis erit, qui in istis confidunt? I. Quid nisi vt inanes & vacui remaneant cum pertransierint ipsa, quæ diligunt?

D. Bonum est ergo fugere hinc, & certiorem mansionem quærere: I. Nihil melius, sed quæso te, 2
edoce me quò extra mundum ibimus, vt cunctis quæ in mundo sunt, transeuntibus nos stabiles permanere possimus? D. Interim considera mundum hunc vniuersum, propter mutabilitatem rerum omnium quasi diluuium quoddam decurrentium aquarum. I. Video plane nihil esse stabile, sed omnia ire in præceps. D. Deinde cogita amatores huius mundi quasi quosdam naufragos, qui metsi in huius salis profundo deorsum rapiuntur. I. Nihil conuenientius dici potest, sic sunt omnes, qui transitoria diligunt, cum ijs, quibus inhærent defluunt, D. Puto autem te non am- A
bigere, quin apud Deum nihil prætereat, sed omnia immutabili æternitate subsistant. I. Nemo est, qui ambigat. D. Contemplare ergo Deum quasi sursum in summo, mundum autem hunc deorsum in imo. Illum in eodem semper æternitatis suæ statu consistere, hunc autem cursu mutabilitatis suæ semper fluere, atque instabilem esse. I. Manifesta res est, prosequere inceptum tuum. D. Deinde considera humanum animum quasi in quodam medio collocatum, qui quadam conditionis suæ excellentia, & huic, quæ deorsum est, mutabilitati supereminear, & ad illam, quæ sursum est apud Deum verum, immutabilitatem necdum pertingat. I. Pulchra est, & admodum placet dispositio ista. D. Si autem animus his, quæ deorsum transeunt, se per cupiditatem immerserit, statim per infinitas distractiones rapitur, & a semetipso quodammodo diuisus dissipatur. I. Per- B
quam periculosa est ista distractio. At scire velim, vtrum quisquam ita late dispersus rursus colligi possit. D. Potest omnino si se iterum erexerit, & hæc infima excutiens, rursus esse secum didicerit. Tanto denique amplius quisque animo in vnum colligitur, quanto magis ima deserens cogitatione & desiderio sursum eleuatur, donec tandem omnino immutabilis fit, cum ad illam vnam, & summam immutabilitatem peruenerit. Ascendit ergo animus ab hac infinita distractione, quæ deorsum est, tantoque magis (vt dictum est) in vnum colligitur, quanto magis sursum eleuatur, donec ad veram & vnicam (quæ est apud Deum) immutabilitatem perueniat, vbi perpetuo sine omni immutabilitatis vicissitudine, requiescat.
I. Quia prius de diluuio mentionem feceras, vi- C
detur mihi quasi nunc consequenter quandam specialis arcæ formam in corde humano effingas. Sanè mihi diligentius consideranti admirabilis apparet fabrica ista, & quamuis adhuc nesciam propter quid ad illam sermonem diuerteris, existimo tamen magnum aliquid esse, quod demonstrare conaris. Tria siquidem proponis mihi hactenus tam incognita quàm inaudita, nunc autem tam insolita quàm admiranda. Primum est vniuersus mundus iste cum omnibus, quæ in eo sunt in modum decurrentium aquarum præterfluens, cuius inundationes, & motus mutabilitatis, siue diluuio omnia occupanti, siue mari magno comparemus, res ipsa simillima est. Secundum

est cor humanum ab his transitorijs, & mutabilibus se erigens, & paulatim colligens se in vnum vt vbi mutabilibus proximum est, ibi quasi arca deorsum in fundo latum appareat, coadunatur autem, & quodammodo in vnum colligatur, vbi magis æternis & immutabilibus appropinquat. Deinde in supremo & tertio loco Deum constituis, vt arcam cordis humani deorsum huic fluctuanti salo insidentem, & quasi gubernator dirigat, & quasi anchora teneat, & quasi portus excipiat. Video itaque hæc tria immo quasi diluuium quoddã, mundum istum in medio quasi arcam quandam, cor humanum in supremo quasi gubernatorem Deum. Porrò arca hæc non solum nouitate, sed magnitudine quoq; me ad stuporem excitat, quam tantæ imměsitatis esse conspicio, vt & deorsum fun dus eius aquis huius diluuij insideat, & cacumen eius sursum vsque ad Deum pertingat. Verum hæc quid ad propositum nostri sermonis pertineát, quá uis sine causa te ea commemorasse non existimo, scire tamen plenius concupisco. D. Recolis quid primum tibi persuadere cœperim? I. Recolo. Dixisti enim mundum istum fugiendum esse, & quòd spes in eo habenda non sit. Propterea q nihil oĩom, q̃ in eo sunt, diu subsistere ac permanere possit. Qđ cũ manifesta & irrefragabili veritate mihi cõprobasses, cœpi ego quoq; hoc vehementer velle, & quõ hinc fugiendum esset nulla potui ratione inoenire.

D Deinde tu quædã inducere cępisti, vtrum ad demõ strandum hoc nescio, vbi distinctione quadã pulchra satis, & artificiosa mundũ hunc quasi diluuiũ quoddã in imo, cor humanũ quasi arcã quãdam in medio, Deum vero quasi gubernatorẽ constituisti in supremo. D. Profectò hæc idcirco adduxi, vt tibi periclitanti viã salutis ostẽderẽ, & quasi vere naufrago vel in diluuio arcã, vel in mari nauẽ præpararẽ. Cùm.n. in medio fluctuãtis huius sali profundo iacteris, qño putas aut periculũ euadere, aut ad portũ peruenire poteris, nisi huius salutaris ligni (siue hoc arcam, siue nauem nomines) adminiculo trãsueharis? I. Nouæ istæ similitudines tuæ in nouã am biguitatem me pertrahunt. Si.n. totus mũdus mare vel diluuiũ est, ad quẽ locum extra mũdum nauigabimus, vbi tranquillã & stabilẽ mãsionem inueniamus? Preterea si cor hoĩs arca, & nauis est, qua ratio ue homo vel intrare cor suum, vel cum corde suo mundum transnauigare potest? Postremo cũ Deus, quem tu portum esse dixisti, sursum sit, qualis erit cursus iste, vbi more insolito & inaudito & iter nauis sursum dirigitur, & nauigans a semetipso portatur? D. Qñ mentis oculum ad inuisibilia erigere

E volumus, similitudines visibilium rerũ quasi quædam cognitionis vestigia respicere debemus. In spiritualibus ergo, & inuisibilibus cum aliquid supremum dicitur, non quasi localiter supra culmen, aut verticem cœli constitutum, sed intimum omnium significatur. Ascendere ergo ad Deum hoc est intrare ad semetipsum, & non solum ad se intrare, sed ineffabili quodam modo in intimis etiam seipsum transire. Qui ergo seipsum (vt ita dicam) interius intrans, & intrinsecus penetrans transcendit, ille ve raciter ad Deum ascendit. Qñ autem homo per sen sus carnis ad visibilia ista, quæ transitoria sunt & caduca, concupiscendo exit, tunc nimirum a dignitate conditionis suæ quasi ad infima quędam & abiecta descendit. Quod ergo intimum est, hoc est proximum, & supremum, & æternum: & quod extremum est, hoc est infimum, & longinquum, & trã sitorium. Ab extremo itaq; redire ad intimum, hoc est ab imo ascendere ad supremum, atq; a dispersione confusionis & mutabilitatis colligi in idipsum. Quia vero mundum hunc extra nos, Deum autem intra uos esse cognoscimus, ob hoc a mundo ad Deum reuertentes, & quasi ab imo sursum ascendẽ tes per uosmetipsos transire debemus. Sicque ipsi quodammodo inter vndas uos transuehimus, quãdo ab his, quæ foris mutabilia sunt, ad nos ingressi stabilitatem inuenimus. I. O arcam salutarem, o portum felicem: beatus, qui hoc tempestuosum salum illæsus potest euadere, & ad illam vnicæ quietis tranquillitatem peruenire. Optarem in illam ingredi, optarem in illa saluari, optarem in illa perduci. Doce ergo obsecro quomodo quisque cordis sui arcam intrare debeat, & cum in illa fuerit, quid agendo, periculum euadere, & ad portum optatæ quietis possit peruenire. D. Quia semel rerum similitudines in loquendo suscepimus, iustum est, vt in discursu nostri sermonis prout res postulat deinceps eas teneamus. Mundus diluuium est, cor autem hominis, si per amorem mundanorum se deorsum inclinat, naufragatur inter fluctus seculi, & mutabilibus admixtum inter labentia fluit, geminoq; salutis periculo & per affectum infimorum profunde mergitur, & per occupationem plurimorum late dissipatur. Si vero rursum se ab amore pręsentium per desiderium erexerit æternorum, ac per considerationem propriam cogitationes suas ad semetipsum collegerit, iam quodammodo fluctibus rerum superenatat, & cuncta transitoria quasi subterlabentia calcat, atque in eo quòd se paulatim per gradus virtutum, magis semper ac magis sursum erigit, & in vnum colligit, quandam arcæ formam spiritualiter in se expressam repręsentat. Quædam ergo corda sursum sunt, quædam semetipsa deorsum demerserunt. Deorsum sunt illa corda, quæ configurantur huic seculo, sursum vero sunt illa, quæ conuersationem suam habent in cælo. Deorsum sunt, quæ terrena sapiunt, sursum sunt, quæ iugiter meditantur cœlestia: secundum id ergo, cui per amorem coniungitur, cor hominis sursum ac deorsum esse iudicatur. Et rectè extra semetipsum esse dicitur, quando ad exteriora & transitoria hæc expetenda dilabitur. Tunc autem ad semetipsum reuertitur, quando ea, quæ ad suam salutem pertinent, meditatur. Sunt ergo quædam, quæ amando & cogitando cor hominis deorsum premitur, scissumq; per varia dissipatur: & sunt iterum quædam, quæ amando & meditando sursum eleuatur, & ad semetipsum colligitur. Propter quod oportet nos omnium rerum speciem in duo diuidere, & in altera parte opera conditionis, in altera vero opera restaurationis collocare. Et vt breuiter distinctionem horum signemus: Opera conditionis sunt elementa mundi huius, quæ facta

F Arcę commẽdatio.

G

H

ćta sunt, vt stanti homini seruirent. Opera restaura-
oonis sunt sacramenta incarnationis verbi, quæ ad
remedium data sunt, vt lapsum erigerent. Hæc duo
opera tantum differenti tempote facta sunt, quantũ
dignitate se præcedunt. Opera enim cõditionis qua
si exiguum aliquid diuinæ virtutis indicium breui
in principio mundi tempote, hoc est sex diebus per
fecta sunt. Opera veto restaurationis a principio se-
culi usque ad finem non nisi sex ætatum emenso spa
tio quasi eximia quædam maiestatis, & diuinitaós
insignia perfici, aut consummari possunt. Opera er-
go conditiouis ad tempus data, post io seruitutem
facta sunt. Opera vero restaurauonis in perpetuum
data sunt ad salutem. Propter quod electi opera re-
staurationis magis diligunt, teptobi autẽ opera con
ditionis operibus restaurationis anteponunt. Repro
bi uisibilibus inhærendo cũ transeuntibus defluũt,
electi vero visibilia, & transitoria contemnendo ad
ęterna conscendont. Illi per uisibilia ab inuisibilib.
corruunt. Isti a uisibilibus ad inuisibilia ascendunt.
De operibus ergo cooditionis subter defluentibus
electi quasi de quodam naufragio emergunt, & per
opera restaurauonis, idest, sacramenta salutis suæ
subuecti quasi in quadã salutari arca mergi amplius
omnino non possunt. Quia igitur homo opera con
dióonis peruerse amando dispersus fuerat, & per
opera restauraóonis colligendus erat, ipsa quidem
restaurationis opera sic facta sunt, vt & multa quidẽ
essent, nõ tamen infinita, quatenus cor hominis ve-
ræ adhuc stabilitatis impatiens, & uarietate refice-
rent, & paucitate in vnum congregarent. Et sicut
prius homo per uisibilia a contemplatione Dei ceci
derat, ita nunc per visibilia Dei opeta admonitus ad
ipsam iterum contemplandum resurgere consue-
K scat. Quia rursum ipsa restaurationis opera quędam
per homines, quædam per angelos, quædam per se-
meopsum operatus est Deus: cum de operibus ho-
minum ad opera angelotum, & iterum de operibus
angelorum ad opera Dei contemplanda transimus,
quasi de prima mansione ad secundam, & de secun
da ad terriam mansionem in spirituali arca ascendi-
mus, & tandem ipsum supremum, in quo arca con-
summatur, cubitum tangimus, quando per opera
Dei ad eius cognitionem peruenimus. Arca autem
Arcæ quã in longitudine trecentorum cubitorum potrigitur,
titas, & di quia (sicut dictum est) opera restaurationis nostræ
spositio. a principio mũdi usque ad finem per tria tempora,
naturæ, legis, & gratiæ, quasi per tres centenarios ex
tenditur. Latitudo autem eius in quinquaginta cu-
bitos, & altitudo in triginta definitur, qa oĩs multi-
tudo fidelium, in quibus, & propter quos hæc facta
sunt, per septies septem, id est quadraginta nouem
vno adiecto capite Christo exprimitur, & omnis sũ
ma gestorum, quæ a principio Deus fecit propter
hominem, in triginta voluminibus diuinæ paginæ
continetur. Docebo ergo te quid facias. Calca, & cõ-
temne caduca, & trãsitoria, & ecce de diluuio emer-
sisti. Considera iugiter, & meditare reparationis tuæ
sacramenta, & diuinæ pietaós tibi impensa benefi-
L cia, & io Arcam intrasti. Quando autem cogitaóo-
nem tuam ab exordio mondi usque ad finem seculi
in contemplationem mirabiliũ Dei ducis; & quid
propter nostram salutem vel sub naturali lege, vel
sub scripta, vel tandem sub gracia operatus sit perpẽ
dis, quasi trecentorum cubitorum longitudinem in
corde tuo metiris. Quando autem vniuersitatem fi-
delium consideras, quasi in mensuram quinquagin
ta cubitorum cor tuum dilatas. Quando uero scien-
óam diuinæ scripturæ studio, & assiduitate compre
hendis, in altitudinem triginta cubitorum cor tuum
erigis. Longitudo igitur arcæ in tempore est, latitu-
do in multitudine, altitudo in operum quantitate.
Siue etiam longitudo considerari potest in gestis,
hoc est historia, latitudo in sacramentis, hoc est alle
goria, altitudo in virtutibus, hoc est tropologia; vt
in his finibus concludatur omnis scriptura diuina.
De his scriptionibus in alio quodam libro, qoem Hugo de
de arca composuimus plura diximus, quæ omnia arca.
hic recapitulare non oportet. Hoc autem solum re-
stat vt intremus in hoc salutare habitaculum, quate
nus, & mala ista quæ foris sunt effugere, & delecta-
tiones illas dulcedinis Dei, quas ipse abscondit dili-
gentibus se, intus valeamus inuenire. Hęc est enim
domus Dei, & cella vinaria, quò rex sponsam suam Cant. 1.
introduxit, vt ordinaret in ea charitatem suam, quã
si semel ingressi fuerimus, poterimus Deo iuuante
tam facile in illa iucunditate vniuersa mundi huius
oblectamenta despicere, quàm in illa securi aduersa
nõ timere. I. Quomodo intrabimus in domum Do- M
mini? D. In multitudine misericordiæ eios. I. Quid
est in mulótudine misericordiæ eius? D. Quia mul
ta est miseria nostra, idcirco mulótudo misericor-
diæ nobis est oecessaria. Quoties enim mens ad se-
metipsam redire, suosque affectus, & cogitaóones
pariter ad secretum internæ cootemplationis retra-
here nititur, tot obsistentes aditum ei ingredięti præ
cludunt, quot vitæ veteris desideria ad priscę cõtue
tudinis discursus, erroresque ipsam retrahendo sta-
bilem esse non sinunt. Sed expetenda est atque im-
ploranda diuina misericordia, quæ nos promoueat
quoties ab ingressu quietis intimæ nostra miseria
nos retardat. I. Ecce ingredimur in domum Domini
quandiu permanebimus in ea? D. Donec transeat
iniquitas, dooec cessent aquæ diluuij, in arca nos es
se oportet, postea securi exibimus, quia finito hoc
seculo oon erit amplius quod ómendum sit, quãdo
nec mundus foris caducum, nec homo intus corru-
ptum aliquid habebit. I. Et postquam ingressi fueri- N
mus in domum Domini, quid ibi faciemus? D. Eri-
mus in pace perpetua, & iucunditate. Omnes enim
qui ibi manent, non laborant, neqoe soliciti sunt,
quia nec indigentia illic est præsenoum, nec timor
futurorum. I. Quid ergo faciemus ibi, si non labora-
bimus? D. Vnum est ibi omnium contemplari mira
bilia Dei, & laudare eum in operibus suis. Et si one-
rosum tibi nõ esset vnum exemplum proponerem,
in quo quemadmodum in illo interiori cordis ha-
bitacolo cõuersari debeas, patenter demõstrarem. I.
Immo uero hoc nehementer expeto, nec onerosum
vllatenus esse poterit, quod desiderantem animum
ad effectum desiderij sui perducit. D. Habitaculum O
illud interius, quod propter varias rerum similitu-
dines, nũc arcam, nunc domom appellare solemus,
quasi domus est diuitis patrisfamilias, animus autẽ
quasi

quasi filius delicatus, qui in domo patris sui tantum delicate nutritur, quantum tenere diligitur. Consideremus ergo quomodo viuat paruulus in domo patris sui, quia in domo Dei oportet, & nos taliter conuersari. Ipse namque dicit: nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Quid ergo paruulus facit? D. Non est solicitus, nec concupiscit, ludo simplici, & innocenti exercet se, intantum domestica diligit, vt ad regnum etiã translatus magis antiqua requirat, & solitis interesse desideret. Cognoscat possessionem patris sui, nunc in campo, nunc in horto, nunc in pomœrijs, nunc in pratis, nunc ad fontes, nunc ad vineas discurrit singulis anni temporib. proprias delectationes habet. In vere arantes, & seminantes sequitur, in æstate metentes, & in autumno vindemiantes comitatur. Vbique pastum, ubique iocum, vbiq; refectionem, vbique delectationem inuenit, & præter illas quotidianas, & domesticas epulas, quibus domi pascitur, & foris cibarijs seruorum nõnunquàm degustatis ad priores delicias renouatur. Gaudet nouellos fructus decerpere, & spicas immaturis adhuc granis igne tostas confricare, botros maturescentes eligere, auicularum nidos explorare, & uel oua, vel pullos inuentos cum magno gaudio, & tripudio domum deportare, & quasi de sua venatione, licet tenui, magis quã de alienis copijs refectionem quærere. Si fortè cognouerit patrem suum quoquam iturum siue ad villam, siue ad castellum, siue ad nundinas, siue ad solennitates, & in proximo rediturum, optat simul ire, vt illa noua, & insolita videat, vt reuersus possit sodalibus suis narrare quæ viderit, quis cultus hominum, quis situs locorum, quæ magnitudo vrbiũ, quæ celsitudo domorum, quæ copia rerum venalium, quid inuenerit, quid emerit, quid attulerit. Reuersurus ergo libenter exit, sed si quis in exilium, vnde reditus amplius sperari non posset, ire eum compelleret, non sine magno gemitu & dolore de patria domo exiret. Libenter ergo exit, vt redeat, uidere ea, quę foris sunt, aliquando appetit vt vel ditior, vel recentior ad sua reuertatur. Mansionem autem perpetuam non nisi in domo patris sui, & cum domesticis eius, inter quos natus, & cum quibus enutritus est, habere desiderat, cum illis viuere, & inter illos senescere, ab illis optat nec in morte separari, ut nec moriens deserat, quos uiuos, & notos, & charos habebat. Hanc cupit semper habere societatem, hanc mansionem, has delicias, hanc iucunditatem. Nihil extra hęc requirit, nihil amplius concupiscit. Taliter studeamus conuersari in domo Domini, & inueniemus pacem pariter, & requiem, & iucunditatem. Simus simplices aliena non concupiscentes, delectationes quas nobis Deus præparauit, quæ in domo eius inueniantur, magis quàm oblectamenta mundi huius amãtes. In eis iugiter exerceamus cor nostrum. Lætificemus animum nostrum, accendamus affectum. Habemus ibi fontes lucidissimos, habemus prata florida, campos planos & spaciosos, vineas vberes, greges fœcundos, messem fertilem, pomaria fructifera, hortos irriguos, & omnium deliciarum genera, quæ mens bene potest appetere, vel feliciter possidere. I. Dic oro apertius, quænam sint

Mat. 18. Paruuli studia.

hæc, quæ recitasti, oblectamenta. D. Arbores fructiferæ sunt homines iusti bonorum operum exempla nobis ad refectionem portantes, fontes sunt sapientes, campi humiles, vineæ per disciplinam semetipsos excolentes, diuersis virtutibus quasi horti, & prata vernantes, messe laboris sui alios reficientes, & gregem fidelium verbo, & exemplo alios ad fidem trahendo, & quasi pariendo multiplicantes. Has delicias in domo Dei extrinsecus habemus, exceptis illis singularibus epulis, quibus mater gratia nos intrinsecus quotidie saginat, & reficit. Ingrediamur ergo nunc, & Dominus dux erit nobis, vt dirigat gressus nostros in semita mandatorum suorum, vt recolentes miserationes eius, quæ a seculo sunt, in eius amore exerceamus cor nostrum, & accendamus desiderium. Cum autem ingressi fuerimus, ego ducã te præcedens per omnia a prima fronte domus vsque ad interiora penetralium, in longum, & latum, & altum, vniuersa lustrabimus cænacula, & tristega, tandem conscendemus, & non cessabimus donec ad solium regis perueni.mus. Deambulabimus per cuncta opera restaurationis nostræ ab exordio vsq; ad consummationem seculi secundum decursum temporum, euentus rerum, & facta hominum. Cũque intrinsecus quæ sunt cõtemplati fuerimus, ego aliquando aperiam fenestram Arcæ, & alternatim ea, quæ foris sunt, respicientes in aquis huius diluuij oculos mentis renouabimus. Magis enim delectabile erit alternis vicibus, nunc ea, quæ euasimus quasi de quadam statione, mala prospicere, nunc ea quæ inuenimus & possidemus bona reductis ad interiora oculis considerare. I. Arctius ipsa bona amabimus, si vicissim miseriæ quoque & periculi semper reminisci, semper moneri studuerimus. D. Tuũ ergo erit ex omnibus, quæ vel intrinsecus, vel extrinsecus videris mirabilia, quantum uolueris & dignum iudicaueris interrogare, meũ autem erit quãtum voluero tuis interrogationibus respondere. Introducam autem primum te in partem superiorem domus, hoc est in frontem, quæ est ad orientem, vt ingressus noster simul fiat ab initio mundi, & ab initio seculi. Nam quia longitudo domus trecẽtorum est cubitorum, superior frons orientem tangit, inferior autem vsque ad occidentem peruenit. Latus vero sinistrum ad austrum, & dextrum ad aquilonem respicit, quia diuina prouidentia decursum rerum sic ordinauit, vt ea quæ in principio seculi facta sũt, in oriente quasi in principio mundi fierent, tandẽque decurrentibus temporibus ad finem seculi rerum summa ad occidentem descenderet, hoc est ad finẽ mundi: Ideo primus homo postquam creatus est, positus est in paradiso, in plaga oriẽtali, vt inde quasi a principio mundi per omnes terras proflueret vniuersa propago generis humani. Deinde caput regnorum primum in oriente apud Assyrios fuit, nouissimis autem temporibus seculi ad Romanos in occidente positos potestas summa descendit. Incipientibus ergo nobis ab origine rerum omnium, & per opera restaurationis secundum longitudinẽ arcæ decurrentibus ad finem & consummationẽ vniuersorum, semita strata est per medium seculi, vt transeuntibus a latere hinc inde pateant, quęcunque

Psal. 118.

Orientis ratio.

siue

sine ad aquilonem, siue ad austrum, hoc est ad dextram, & sinistram quasi extra arcam in diluuio fiat. Spatiosa quidem, sed non fastidiosa erit ista deambulatio, vbi intrinsecus tantarum rerum varia oblectatio transeuntibus erit obuia, & rursum per fenestram prospicientibus foris tam mirabilis confusio, & fluctuatio mutabilitatis mundanæ, oculis longe lateque de alta specula, ac firmissima statione intuẽtibus erit subiecta. I. Ecce ad principium mundi ingredimur, sed ego cum oculos retrorsum flectere incipio quasi extra mundum, & ante tempora quid sit scire cupiens nihil video. D. Ab alto exordio interrogationes tuæ initium sumunt.

¶ *Finis Libri Secundi.*

Sequitur Liber Tertius qui intermissis rebus transeuntibus, inquirit de diuinis: interloquuntur autem. A. & R. id est (vt ego interpretor) Anima, & ratio. A.

R

Q VOTIES Dei æternitatem mente voluo, qoaliter aut vbi ante rerum omnium principium exoterit, nullatenus comprehendo. Vbi enim esse potuisset, cũ non esset aliquid, vbi esse potuisset? Hoc itaque meam considerationem perturbat, quòd inuenire non possum vbi Deus fuit quando præter Deum nihil fuit. R. Si consideres omne, quod est, & perpendas totũ hoc vbi est, quis extra locus erit? Totum capiat cum nihil sit, quod totum non capiat. Si ergo vniuersitatis locum non inuenis, quomodo vniuersitatis auctorem loco concludis? Non enim propterea Deus mundum fecit, vt mundus contineret Deum, quasi stabilis esse non potuisset fulcimento carens, sed sicut æternitate totum præcessit, ita immensitate totũ excedit nullo indigẽs, si neque operis sui perfectione consummatus, cui sine illo, & cum non esset nihil defuit, & ex illo cum factum esset nihil accessit. A. Quare ergo fecit Deus creaturam, si bonum eius
S auctum non est per creaturam? R. Charitate non necessitate fecit Deus opera sua, non vt ab eis bonũ suũ augeret, sed vt eis bonum suum impenderet. Fecit enim rationalem creaturam, vt eam in se beatificaret, cui quidem ad obsequium cætera omnia subiecit, seipsum in præmium ad gloriam proponens. Vt ergo laus Dei consummata esset, visibilia, & inuisibilia omnia vno commercio sociauit, quia rationalem creaturam, quam ad gloriam suam condiderat, partim iussit in sua puritate persistere, partim eã corporeis indumentis, & terrenis mansionibus copulans, luteam materiam fecit ad vitæ sensum vegetare. Hæc autem dispensatio creatoris magnæ fuit machinationis principium, quia in eorum conditione prius ostendere voluit, quod postmodum in eis ipse ex dignatione facturus fuit. Ad ostendendã ergo æternam charitatem, facta sunt exemplaria noua, & infimorum summa imis sociata sunt, quia sũmarum ima summo omnium socianda sunt, vt qđ T
esset corpus spiritui, hoc esset spiritus conditori. Nã quia in rebus conditis nihil excellentius est spiritu, nihil terra infirmius vel corruptibilius inuenitur, dum corpori humano de terra facto, & corruptibilem materiam habenti rationalem spiritum id est, animam rationalem sociam tribuit, in vnum quodammodo consortium summis ima coniunxit, præmittens, scilicet futuræ societatis exemplum, vt qđ tunc esset in conditione corpus spiritui, hoc postmodum fieret ex dignatione assumptus spiritus sibi. Sicut enim excellentiam spiritus infirmitati corporalis naturæ coniunxerat vna creationis conditio ita humilitatem creaturæ spiritualis sociare debuerat excellentiæ creatoris vna pietatis dignatio. A. Cũ V
constet rationalem spiritum, qui ad vegetandũ corpus humanum datus est, excellentiorem fuisse si in sua puritate perstitisset, quomodo ad charitatem facientis pertinuit, quod ad depressionem patientis accessit? R. Quoniam ad hoc in parte humiliata est, vt in toto sublimaretur rationalis creaturæ cõditio, vt mirabilius postmodum sublimis fieret, quo sine miseria prius ex parte humiliata fuisset. Quia enim omnis illa natura socianda fuerat in gloria excellentiæ creatoris, expediebat vt prius disceret quantum infra illum esset per naturam, quæ copulanda illi fuerat, & quodammodo coæquanda per gratiam, vt inde amplius diligeret munus gratiæ in gloria, quò verius cognosceret conditionem naturæ in humiliatione sua. Comprobauit ergo Deus potentiam suam fingendo hominem, qoam postmodum exhibiturus erat hominem glorificãdo, vt sciret homo, quòd si potuit Deus tam disparem naturam corporis, & animæ ad vnam fœderationem atque amicitiam coniungere, nequaquam ei impossibile futurũ rationalis creaturæ humilitatem licet longe inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare. Et si tanta fuit sapientia conditoris in societate animæ ac corporis temperanda, vt tam excellenti naturæ non solum pœna non sit, vel miseria inferioris consortium, sed hoc ei pro summa pœna constet, cum ab ea lege mortalitatis addicta morti, cogitur pati diuortium, quanto magis ineffabilis erit, cum sibi factam naturam eandem per charitatem vniens, illam veram, summeque beatam vitam, vitæ alteri a se factæ ad æternam vitam infundens, felicem, beatamq; vnionem nunquam dissidium passuram efficiet? A. X
Multum tamen charitatis priuilegio refragari videtur, quòd spiritualis natura luteæ substantiæ copulata est, quia licet exemplum illis profuerit ad agnitionem charitatis, qui in sua puritate permanserunt, tamen quantum illis detraxerit gloriæ, qui humiliati sunt, constat. Quapropter quantum illi amplius gratiæ debent, qui sine depressione edocti sunt, tãtum iustæ querelæ aduersus charitatem habere vidẽtur, qui propter aliorum eruditionem sunt humiliati. R. Sed recompensatur glorificationi, quod datum non est humiliationi, & tanto in exaltatione amplius accipiunt, quanto minus in conditione acceperunt. Quia enim per terram carnis puritati aliorum ho-

mo subijcitur, postmodum per gloriam eiusdem carnis ad consortium angelorum subleuatur, vt nō solum de sui clarificatioue spiritus gaudeat, sed vt illius quoque gloria, cuius infirmitas ei detrimento fuisse visa est, in augmētum glorificationis accedat. Sic igitur plus angelis in conditione datum est, sed hominibus in glorificatione amplius est collatum, quia in eo quoque ad gloriam conscēdunt, in quo paulominus humiliati a gloria inferiores fuisse visi sunt, vt in vna charitate similiter gaudeant, qui ad vnam charitatem vocati, & ad vnam claritatem con-
Y diti, vnam gloriæ mensuram dissimili licet distributione percipientes exultant. Ergo Deus spiritum rationalem, quem ad suam gloriam condiderat, ita (vt dictum est) dispari sorte disponens, partim iussit in sua puritate persistere, partim vt corporibus terrenis sociatus ad vitam ea, & sensum animaret, illis, quos in sua puritate reliquerat, sursum in cœlo mansionē constituens: illos vero, quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terrena habitat one disponens vtrisque regulam obedientiæ proponens, quatenus & illi ab eo vbi erant non caderent, & isti ab eo vbi erant ad id, vbi illi erant ascenderent, vt cum isti per uenissent, illi non discessissent supra id, quod facti erant, ad id, quod facti erant pertingerent, vt cū eo essent, a quo facti erant. A. Quia propositum nostrū ad hominis conditionem specialiter respicit, ad ea, quæ de ipso post hęc dicenda sunt, narrationem de-
Z flecte. R. Posuit ergo Deus hominem in paradisum quasi in locum disciplinæ, & scholam virtutum, vt ibi per obedientiam mandati exercitaretur, accepturus si persisteret prēmium, si præuaricaretur, pœnam. Quapropter in paradiso solum bonum, sed non summum positum est, vt in eo, quod solū erat bonum, a puritate virtus inciperet, in eo autem, qđ summum non erat bonum, esset quo exercitata proficeret. Sed quia homo præuaricando obedientiam deseruit, sententia maledictionis percussurus, in ea, quam incorruptam acceperat, natura pœnam mortalitatis, quam ad omnem posteritatem suam transmitteret, seminandam accepit. Hic omnes homines ex radice vitiata mortales procreati, testimonium primæ præuaricationis afferimus. Et quamuis quidem per gratiam ad vitam renascamur, omnes ta-
A men per naturam ad mortem nascimur, & damnationē. A. Processus sęculi deinde qualis fuit? R. Protoplastus Adam electus a sede paradisi, vt patet fieret qui non erat filius, ex ea, quam latus s edidit, & costa produxit, duos genuit diuisionis signum, & diuisionis principium, propter quod ex illa perditionis massa iam tunc diuidi incœperunt vasa iræ, & vasa misericordiæ. Nam iustum impius zelando dum noluit mutare quod fuit, non potuit tolerare, quod vidit. Peremit itaque fratet fratrem, affectum naturæ oblitus, & ne periret signo perditionis accepto vagus & profugus super terram effectus est. Testem quippe sui sceleris fugere volens, & conscientiam non valens, tremens & stupens seorsum solus habitare cœpit, propterea societate hominum indignus, quòd societatis amicam & concordiæ vinculū pacem disrupit primus. Adam autem cum esset centum triginta annorum genuit Seth pro Abel, quem

Eua. Cayn. Abel.

Gen. 5.

occiderat Cain, eò quòd semen iustum omnino perire non potuit. Seth autem centum & quinque annorum genuit Enos, qui cępit inuocare nomen Domini, non quidem religionis institutor primus, sed paternæ deuotionis egregius imitator effectᵒ. Enos vero nonagenarius genuit Cainam. Cainam autem septuaginta annos habens genuit Malaleel. Et Malaleel sexagintaquinque annorum genuit Iared. Iared autem cētum sexaginta duos annos vixit, & genuit Henoch. Et vixit Henoch annos sexaginta quinque & genuit Mathusalem, & ambulauit Henoch cum Deo. Postquam autem genuit Mathusalem, vixit trecentos annos, & non comparuit vltra, quia tulit eum Deus extra homines mansurum, & vltra homines victurum, vt viuus nasciturum expectaret sociū postea cum socio interiturus. Mathusalem autē cū vixisset centum octoginta septem annos genuit Lamech. Vixit autem Lamech centum octogintā duos annos, & genuit Noe consummationis terminum, & perfectionis signum, sub quo finem haberet iniquitas, reparationem mortalitas, æquitas consummationem. Porrò Cain filius Adam, author discor- B
diæ, & diuisionis caput, propaginem generationis Gen. 4.
seorsum extendens, primo genuit filium, quem uocauit Henoch, ædificauitq́ue ciuitatem, quam appellauit Henoch ex nomine filij sui, ostendens, quòd in hac vita mansionem quæreret, & ad illam, quæ in futuro sanctis seruatur, hæreditatem se posse per uenire desperaret. Henoch autem filius Cain genuit † Irad, & Irad genuit Mauiael, Mauiael uero genuit † Irath.
Mathusael, & Mathusael genuit Lamech, qui occidit Cain, vt qui in primo filio suo mansionem dedi cauerat, acciperet in septimo perditionem. Sicut econtrario in linea iustorum Abel primus occiditur, & Henoch septimus, qui interpretatur dedicatio, non mortuus sed translatus memoratur, quia nimirum prius in hac vita mali quidem gaudent, sed boni tribulationem sustinent, & post cū mali pereunt, tunc boni plenè a malo liberati ad vitam & gaudiū sempiternū pertingunt. Lamech igitur accepit duas vxores, quarum vni erat nomen Ada, Alteri Sella, primus incontinentiæ exemplum proponens, prius imitator patris, post interfector futurus. Genuitq́ue Ada Iahel, qui fuit pater habitantium in tentorijs atque pastorum, superstitionis scilicet, atque auaritiæ inuentor, & † Thubal, qui fuit pater canentium cithara & organo, lasciuiam atque luxuriæ mollitiem secutus. Sella quoq; genuit Thubalcain, q fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri, furori, videlicet arma ministrans. Noemmam quoque genuit Sella sororem Tubalcain, quæ vndecima generatione sua transgressionem malorum significat, & nouissima intentionem demonstrat. Quid est enim quòd in generatione malorum fœmina nouissima ponitur, nisi vt patenter detur intelligi, quòd prauorum intentio omnis ad delectationem carnalem dirigitur? Omne siquidem quod agunt in hoc fine cōstituunt, atque inde Dei præcepta transgrediuntur, vnde se ad promissa eius non extendunt. A. Valde D
admiror, & stupeo in memetipsa cum dispositionē diuinam in rebus transactis considero, quoniam ex ipso rerum prætereuntium ordine nescio quo pa-

† Iubal.

ćto

cto fixam quandam prouidentiam attẽdo. R. Quid
mirum? Quia enim Deus nobis per opera sua loqui
tur, quid aliud quàm vocem loquentis ad nos perci
pimus, cum oculos mentis nostræ ad consideranda
E mirabilia eius aperimus? A. Perge igit, & prosequa-
mur ea, quæ restant, vt in his, quæ facta sunt inueni
re possimus eum, qui fecit. R. Breuiter ad memoriã
reuocanda sunt, quæ diximus. A primo namque pa
rente incipientes duas generationes seorsum exten-
dimus, alteram per Seth, quæ numeri simul, & pro-
gressionis suę metam in denario collocauit, alteram
vero per Cain, idest malorum, cuius porrectionem
septenarius continuit, multitudo autem vsque ad
F vndenarium se effudit. Præceperat autem Deus, ne
generatio iustorum propagini impiorum miscere-
tur, ne fortè saccum amaritudinis traheret, si vitiatę
radici inserta fuisset. Primo seruabatur mandatum
Dei, permãsit que diu vtrorumque discreta religio.
Procurrente anni tempore dum mora negligentiã
aleret, simulque cupiditas persuaderet præsumptio-
nem, vicit tandem amor carnis reuerentiam creato-
Gen. 6. ris. Et uidentes filij Dei filias hominum, hoc est fide
les impiorum filias, quòd essent pulchræ elegerũt
sibi ex omnibus quascunque voluerunt, & ingressi
ad eas genuerũt homines peccatores, semen nequã,
qui per impiam superbiam Deum contemnerent,
& malis quotidie operibus iram, atque furorem vl-
tionis diuinæ in se prouocare non timerent. Et pœ-
nituit Deum, quòd hominem fecisset in terra. Pœ-
nituit Deum, non sui mutatione sed nostri. Pœni-
tuit, non quia ipse male fecerat, sed quia quod bene
fecerat ipse, a bono defecerat. Ideo pœnituit Deum
non corrigendo quod fecerat, quia bene fecerat, sed
corruptum cernens, quod ipse sine corruptione ad
incorruptionem creauerat. Non ergo pęnituit eum
de suo, sed de nostro pœnituit eum pro suo, quia
quod suum erat bonum erat, quod nostrum erat
malum erat, & in suo erat. Non enim alibi potuisset
esse malum, quod nostrum erat, nisi in suo, quod
suum nõ erat, & ideo mota est pietas, ne periret bo-
num a malo, quod factum non erat ad malum. Pœ-
nituit ergo Deum, quòd hominem fecisset in terra,
G & voluit delere de terra quod malum erat in terra,
& nisi iustus stetisset coram eo, perisset radix gene-
ris humani cum vitio suo, & totum corruptum cũ
corruptione subijsset iudicium, nisi misericordia in
teruueniente & gratia veritas liberasset iustum. Noe
enim inuenit gratiam coram Domino, & erat Noe
vir iustus, atq; perfectus in generatione sua, & ideo
inuenit gratiam, quoniam etsi erat cõparatione pessi
morum iustus, vt placere debuisset ne periret, erat
tamen cur, & ipse iudicium euadere non potuisset,
nisi gratiam inueniret. Inuenit ergo gratiam iustus
ne periret, quia etiam hoc prius ex gratia acceperat,
vt iustus esset, & subeunte mundo exterminium ser
uatus est in mundo sine mortis periculo, qui uixe-
rat in mundo sine dolo. Iustus quippe erat, nec sine
peccato erat, sed sub peccato non erat, quia gratiam
H inuenerat. Propterea mõstratum est ei, in quo salu'
esse potuisset, lignum, & venientibus aquis illæsus
permanere sub arcę culmine, quam ipse fabricauit
iubente Deo, vt in futuro seculo semen seruaretur.

Anno igitur sexcentesimo vitæ Noe inundauerunt Diluuium
aquæ diluuij super terram, & deleta est omnis ca-
ro de sub cœlo in terra. Et erat Noe in arca ipse, &
vxor eius, tres filij eius, & vxores filiorum eius, octo
animæ, vt viuerent, & non perirent cum mundo in
signum futuræ posteritatis, & sacramentum resurre
ctionis, qui primum iudicium in aqua salui euade-
rent, ut consummationis in igne formam demon-
strarent. A. Magna valde & stupenda sunt vniuersis
opera Dei, quibus non solum præteritorum scelerũ
exercet iudicium, sed & futurorum format exem-
plum. Quæ mens in horum consideratione nõ cor-
ruat, vt non dicam subsistat, nec tota dissoluatur à
semetipsa in perscrutatione? Sed quia ipsa, quæ pro
miraculo & districtione pertimescimus, pro verita-
te libenter amplecti debemus, vt ea non sentiamus
ad damnationem, semper audire ad eruditionẽ stu-
deamus. R. Noe intra claustra arcæ sæuientis diluuij I
periculo tutus columba indice in ramo oliuæ viren Gen. 7. 8.
tis cum didicisset, quòd cessassent aquæ super terrã, 9. & 10.
exiuit de arca Deo reserante claustra, ac patefacien-
te in principium seculi venturi. Et educta sunt pari-
ter omnia animantia, quæ intibi seruabantur in po-
steritatis propaginem super terram. Sed & Sem, &
Cham, & Iaphet, filij eius, & vxores eorum cũ eo:
& cœpit iterum mundus alio exortu prodire prio-
ris generationis dãna compensans. Et erat genus hu-
manum, stirpe iam triplici, totũ vt cresceret, quod
ex vna radice prodierat. Sem ergo, & Iaphet hono-
rem dantes principio suo benedictionem meruerũt
super terram, & multiplicati sunt in hæreditate pro
missionis. Chã maledictionis hæres in filio suo do-
lorem possidet, quem ipse prior intulit paternitati.
Disseminatum est deinde genus humanum, & mul
tiplicata sunt iterum mala, & superuenerunt pariter
excogitantes cogitationes malignas, vt se cõtra Deũ
erigerent, & ædificarent ædificationem in cœlo, qui
corde erant in terra. Hoc fecerunt filij hominũ pro- Gen. 11.
uocantes iram de excelso, nec recordantes iudicia Turris Ba
metuenda, & putauerunt ascendendo sine pęna pec bylonica.
care, vt aquam euaderent in igne iudicandi. Et ecce
machina illa contradictionis in sublime cacumen
extulerat, & lætabantur impij uota sua completum
iri in malum, cum subito respectus desuper linguas
omnium confundens malignam conspirationem
dissipauit, & dispersi sunt ex eo loco in omnem ter
ram malitia non recedentes ab inuicem. In hoc tem
pore surrexit Heber patriarcha magnus, vt non de-
ficerent viri virtutum, qui nomẽ bonum & dilectũ
Deo posteritati reliquit, vt sciant ij, qui Deo placẽt,
quoniam transire oportet & recedere a generatione
pessima. Deinde venit Abram nominis patrum hæ-
res, & egressus iubente Deo, de terra sua de Vr Chal Gen. 13.
dęorum transiuit, vt veniret in terram promissionis
quia illam promiserat ei Deus. Hæc est terra dilecta K
Deo, quæ ab initio fundata est, & præparata ijs, qui
hæreditatem possidebunt, non illa gentium, quæ cõ
taminatur ab impijs, sed illa, quam non vident, nec
inueniunt nisi beati. Hæc terra in cœlis est figuram
habens in terra, non quòd bonum hominis in terra
sit, sed quia signo in terra quæritur, quod in cœlo à
spiritu possidetur. In terram itaque Chanaan uenit
Abraham,

Abraham,& fuit peregrinus in ea omnibus diebus, spe promissionem expectans, & non minoratus est obedientia propter dilationem, vt non immolaret vnigenitum,in quo promissionem acceperat, si pro uideutia diuina voce desuper lapsa dextram non
Gen. 22. cohibuisset parentis. Post eum successit Isaac sacrificium viuum stans pro patre in gaudium,& ipse de-
Iacob. cedens reliquit Iacob successorem, qui fuit luctator fortis, vt vinceret & benediceretur. Ex quo duodecim tribus ortæ sunt,& populus sanctus Israel.Post
Gen. 37. hoc Ioseph a fratribus venditur,quem mox secutus pater,cum septuaginta animabus in Aegyptum venit,vt habitaret ibi in tempore angustiæ. Mortuo autem Iacob, & filijs eius cœpit multiplicari Israel, & crescere vehementer, vt manifestum fieret quòd Deus Hebræorum Dominus esset in vniuersa terra,Iam enim erat populus Dei, & gens sancta segregata ab impiorum natione, ex eo pullulare incipiés quo Abraham exiuit de Vr Chaldæorum, vt separaretur ab ijs, cum quibus habitabat, & nō fieret vnū cum ijs, ad quos pergebat. Propterea ergo populus Dei diuisus ab impijs a generatione sua primū modicus vt cresceret, vt sciant qui recta gradiuntur via, quoniam oportet a paruis incipere, vt ad magna perueniatur. Potens est enim Deus noster modica exaltare,& alta deprimere, vt nō habeat homo fiduciam in magnificentia sua,quia spes hominis mortalis est sicut ipse homo. A. Magni isti, & potentes virtutibus viri in seculis suis, cum quibus Deus loquutus est secreta sua,qui oculis suis antiqua viderunt,quæ nostra generatio miratur præterita.Velim autē nosse quales illi fuerunt,inter quos isti cōuersatione probari placuerunt,vt alterutrum hinc bonorum æmulatio prouocet, illinc malorum despectio exemplis
L patientiæ cōfirmet. R. Erant temporibus illis mali potentes in seculo numerositate, & viribus, atque diuitijs in tantū superiores,vt bonorū vita inter eos posset esse,sed cognosci ab eis præ paucitate nō posset.Iam tunc enim regna mundi in filijs huius seculi cū magno fastu & pōpa surgentia, a quatuor plagis mundum cinxerant quasi proprium possessura: Assyriorum ab oriente, vbi primus regnauit Belus: & Sicioniorum ab occidente, vbi primus regnauit Agialeus: & Scytharum ab aquilone,vbi primus regnauit Thanus: & Aegyptiorum a meridie, vbi primus regnauit Mineus.Sed Assyriorum regnū potentia,& viribus famosissimū post Belū Ninus filius eius obtinuit, qui patris affectū orbatus consolari volens sculptilibus ad paternā imaginē fabrefactis idololatriæ exordiū fecit. Dū enim memoriā parentis per vultus sculptiles apud hoies ppetuam facere voluit posteris causam primā nescientibus exemplum er-
M roris reliquit. Vidētes enim homines putauerunt diuinum aliquod imaginibus præsentari,& culturam exhibentes sculptili Bel fecerunt,famosum malū in
† Imitato terra.Inde alij post alios † mutuato errore cum nomine, singuli per linguas suas vnā vanitate diuersa numina,Bel, & Belial, & Bahalim, Beelzebub quoque,& Beelphegor vocauerunt. Et sic quidem sculptilibus cultura humanus error suscepit, quam prius stultitia humana vana pietate instituit. Ninus autē regnum Assyriorum virtute & industria amplian-do totam penè Asiam tandem suæ ditioni subiecit, qui & Zoroastrem regē Bactrianorū bello superans interfecit, & eius maleficij codices igne concremauit,vt Dei iustitia,quę cuncta disponit,rectè in hoc victoriam præstitisse videatur impio,vt impietas nō regnaret. Huius itaque anno. 43. Abraham patriarcha natus est,qui tunc quidem obscurus latuit inter potentes huius seculi, magnus futurus & excelsus in regno Dei. Post Ninum Semiramis vxor eius gu- Semiramis.
bernandum suscepit imperium, quæ virilem habitum assumens, virtuti artem superadijciens, Indos quoque extremos populos bello per domuit, & ad vltimos vsque fines terræ dilatans imperiū, Babyloniæ muros incredibili humanis mētibus amplitudine extruxit,cōfusionē extollēs vt iret ipsa in op' suū. Nā tādē in vltima cōfusione a filio per incestum cognita abominādum cūctis scelus perpetrans, primū viscera sua p libidinē polluit,postea in viscera sua vl ciscentē parricidio maculauit, iusto scelere ab eo interfecta,quem scelere maiori ipsa † necauerat.Susci- † pollserat.
piens ergo filius post mortem matris lugubre imperium hęres factus est,& tyrannus,trucidatę parentis successor violentus effectus. Post hunc cucurrit Assyriorum imperium exempla scelerum ad posteros transmittens, vt in libidine semper & sanguine versarentur, qui libidinis pariter & sanguinis tam crudele ac detestandum ab initio documentum acceperant. Nec enim decuit Babyloniæ regnum alijs studijs ampliari, nisi vt immunditia & crudelitate grassarentur filij confusionis. Et quis omnes horum téporum pestilentias & cōfusiones enumerare queat, quæ per orbem terrarum regna mundi inuicem se collidentia passa sunt? Nam & Scythæ, & Amazones his temporibus seminarunt nouum ac singulare malum in terris: & Aegyptus supra se vires effundens, & quasi intumescendo terminos suos egrediens, dum aliena inconsulte appetit, propria amisit. Multa sunt alia, quæ dinumerare si nunc conaremur, ne illis quidem solis propositum nostrum sufficere potuisset, sed nos in parte totum iudicantes, videamus quanta sit confusio huius mundi, & quemadmodum nihil tutum esse possit in terra,gratias agentes q hæc omnia mala iam mente secura cōtemnimus,& quasi de tuta statione fluctuātē,& bullientē in se mundū sine periculo admiramur.A.Reuertamur iterū ad domesticā narrationem, quia magis nūc libet audire quæ vera sūt, quia vana & falsa audiēdo quātū illa fastidio,tātū ad ista inardesco. N

¶Quartus Liber est de inquisitione mysticæ arcę, & de contextu historię sacrę & prophanę, per quam cognoscitur etiam regnorum instabilitas: concluditque rebus transeuntibus prudenter vtendum. Loquitur autem in exordio (vt opinor) Ratio significata per R.

VM tempus iam aduenisset, vt educeret O populū suum Deus de Aegypto, apparuit Moysi in rubo per ignem ostēdens charitatē:quia ipsa est,quæ liberat a morte, & Exod. 3.
nō est quà Deus ad hominē veniat nisi p charitatē.

Dedit

Dedit ergo mandatum, vt educeret filios Israel de
Aegypto in prodigijs, & plagis, & portentis, vt ostẽ
deret mirabilia sua, & scirent omnes gentes, quòd
Exo. 14. Deus ipse est omnipotens. Venit Moyses in præce-
pto, & scindens mare rubrum virga aperuit, vt da-
ret viam populo eunti ad salutem. Educta ergo sũt
agmina filiorum Israel de Aegypto per semitã abys
si, quos Pharao secutus in virtute sua cum curribus
& exercitibus absorptus est quasi non fuisset, & po
Exod. 15. pulus liberatus laudem Domino decãtauit. Dehinc
Exod. 13. per deserti viam gradientes cęleste obsequium co-
& seq. mitatur in columna nubis & ignis præeunte viã ostẽ
dens in initio, in æstu vmbrã pbens, & lucem in te-
nebris. Cæli manna pluerunt, & Spiritus congrega
uit volatilium multitudinem. Petra autem fudit po
tum ad mensam filiorum Dei. In tantis mirabilibus
significauit se Deus hominibus, vt in Sina legẽ da-
ret, & mandata, & tabernaculum cęlestium imagi-
nem, & arcam fœderis æterni cum tabulis cõsigna
Deu. 34. tis. Post annos xl. ascendit Moyses in montem, & vi
dit terram de longe, & contestatus populum de ri-
Iosue. 1. tu sacro mandatorum decessit in pace. Tunc Iosue
minister eius surrexit, & traduxit in terrã promissio
nis filios Israel. Non enim potuit Iordanis sustine-
re sacra mirabilia, sed deterritus fugit, & viam pate
fecit, vt transirent agmina exercitus pugnatura. Tũc
Iosue gentes prælijs deleuit, & diuinè terram tribu-
bus duodecim in funiculo distributionis. Post hũc
Iosue. 15. Othoniel populum iudicauit, & Sangar sexcentos
Iud. 3. Ibidem. strauit viros vomere. Aoth in populi liberationẽ
periculo se dedit, & regem alienigenã nuntius cru-
Iud. 4. delis extinxit. Delbora quoque in verbo prophe-
tiæ confortata Sisaram in torrente Cison, & Iabin,
atque multitudinem eorum dispersit, & deleuit ho
Iud. 6. stes Dei victoria gloriosa. Dehinc Gedeon vellus
expandit in area, & rore concepto, & ipse nouo triũ
pho lagenas, & lampades cũ trecentis a flumine por-
Iud. 9. tauit ad bellum. Abimelech autem cerebro excus-
so, & vertice contrito parabolarum omen inuenit
Iud. 10. rhamnus a lignis syluarum cõculcatus. Post hæc Tho
la, & Iair iudices fuerunt temporibus suis. Dehinc
Iud. 11. Iephte pro victoria belli voto obligatus filiam im-
molauit, crudele posteris pietatis relinquens exem-
Iud. 12. plum. Post hunc venit Abesan iudex populi, cui
P successit Ahialon, & ille moriens iudicem Abdon
Troiæ excidium. habuit successorem. Huius temporibus famosa il-
la cunctis malis suis Troia Myrmidonum manibus
excisa concidit, cuius ærumna, & lamentabiles ca-
sus ne te a proposito diuertam narrare deuito. Post
Iud. 13. Abdonem venit Samson fortissimus, & ipse salua-
uit populum suum tempore suo mirabilibus magnis
Iud. 15. Mille viros strauit in mandibula capitis asinini, cũ
Iud. 16. arma non haberet, spiritu irruente in eum. Et portæ
fores cum postibus eius extulit in humeris ad verti
cem inimicorum suorum. Mulier vna vicit inuin-
Ibidem. cibilem, & virtutem horrendã cunctis feminæ petulã-
tia emolliuit. Captus gaudium fecit inimicis suis, &
damnatus tenebris sempiternis molæ gyrum duce-
re iubetur, opprobrium superborũ. Sed virtus dei-
fica iam satis ludificato illabitur, & capillo capitis
pullulante pristinum robur membris marcentibus
reparatur. Quassat columnas lacertis & manibus,

& ruente culmine morte sua vlciscitur in hostes.
Plangit Israel, quem miratur Saluatorem suum: &
quem viuũ exegit ad mortẽ, mortuum agnouit re-
dẽptorẽ. Hinc Heli, quadraginta annis populum iu Q
dicauit, & ipse stultitiæ suæ exemplum efferens, dũ 1. Reg. 1.
filiorum suorum intemperantiam cohibere dissimu- & 3.
lit, pœnam cum filijs pereuntibus corruens dedit. 1. Reg. 4. & 5.
Tunc & arca Dei in alienigenas deportatur propter
peccata populi, sed cadens Dagon truncatus maie- 1. Reg. 5.
stati contestatur. Dehinc secreta pudoris putrefacta
superbos compellunt consortium timere sanctita-
tis, & sic arca testamenti ad cultores pietatis remis-
sa est. Surrexit Samuel propheta sanctus, & vnxit
regem populo, & Saul mandatum non seruans a- 1. Re 10.
biectus est, obedientiæ virtutem reprobationis exẽ- & seq.
plo confirmans. Post hæc in Bethleem mittitur in
lentisco oliuum, & exquiritur inter fratres puer Da
uid, qui pascebat oues in deserto, vt rex esset in Isra
el. Spiritus autem recessit a Saule, vt requiesceret
super Dauid, & cum vesania torqueretur impius, ci
thara modulamine mystico impetum mitigauit.
Cadit Philistæus in gladio suo, & lapide fundæ, &
gloriosus bellator capite amputato Goliath tro-
phęum reportauit. Hinc motus inuidia rex persequi
tur innocentem. Sed manus omnipotentis forti-
ter dirigebat, donec in solio regni humilem collo-
caret. Cadit in Gelboe Saul, & Ionathas: sed Dauid
dilectionis memor planctum leuauit super eos. Pro- 2. Reg. 1.
pterea exaltatus est, & magnificatus valde, & nomi & seq.
natus in vniuersa terra. Subiecit hostes in fortitudi-
ne, & mensus est terram inimicorum suorũ. In die-
bus eius exaltatum est regnum Israel, & ipse magni R
ficauit gloriam, & addidit vt ampliaret cultũ sancti 3. Reg. 1.
tatis. Post eum surrexit Salomon filius eius, qui æ- & seq.
dificauit templum Domino, & ostendit sapientiam
suam in operibus suis. Non enim erat sapiens in ter
ra sicut Salomon, quem repleuerat Deus scientia
& intellectu, vt inuestigaret omnia, & esset scruta-
tor mirabilium secretorum. Sed species carnis de-
cepit cor eius, & corruit prudentia in cõspectu pul-
chritudinum exterarũ. Propter hoc Deus scidit re-
gnum eius in manu filij eius, & dedit illud seruo
suo Ieroboam filio Nabath, vt præuaricatio surge-
ret in Israel. Tunc recesserunt decem tribus, ne es-
sent cum domo Dauid. Sed Iudas stetit cum fide,
ne rueret gloria Hierusalem. Ieroboam filius Na-
bath excogitauit malitiã de corde suo, vt firmaret
impietate thronum suum, & constituit vitulos au-
reos, vt gloriam tolleret ab Israel. Ibi cecidit Israel,
& Ephraim præcipitatus est, & dereliquerunt Do-
minum, & abierunt in nihilum, vt delerentur a ter
ra. Tunc surrexerunt prophetæ, & viri scrutatores,
& locuti sunt in spiritu, vt auerterent indignatio-
nem. Et venit Elias Thesbites cohibens pluuiã de 3. Reg 17
cœlo, & rorem ne stillaret super terram. Ipse traxit 4. Reg. 1.
ignem & descendere fecit flammam desuper in ira
furoris Domini, ut ostẽderet virtutem ex alto. Pro-
phetæ Baal corruerunt coram eo, & præualuit solus
in testamento sancto, vt daret gloriam Deo. Mor-
tuus surrexit in prece eius quasi dormiens suscita-
tus, & ipse curru igneo raptus in æthera non visus 4. Reg. 2
est ab hoībus vltra super terram. Eliseus rapta chla- & seq.
myde

myde diuisit Iordanem, & transiuit vt staret in lo-
co eius spiritu duplicato. Ipse dulces fecit aquas, &
cibum mortis condimento mitigauit, reuocans &
ipse animas abeuntes in tabernacula sua. Agmina
missa alia via produxit ad conspectum principis de
monstrans in mirabilibus multitudinem curruum
Miche. 1. ignitorum. Micheas Dominum vidit in solio suo,
& regem ipsum constanter arguens, non timuit in
Ionæ. 1. & 2. comminationibus suis. Ionas ceto absorptus item
in siccum proijcitur, vt nuntiet in mandato Niniuitis
Esa. per totum. subuersionem. Esaias proheta videns & ipse thro-
num excelsi ventura prædixit, & consolatus est Hieru
salem in tempore angustiæ. Sed in his omnibus nõ
sunt reuersi filij Israel a vijs suis, vt redirent ad Do-
Ezechias minum. Sed ipse quoque Ezechias, qui placere vi-
debatur Chaldæis, reuelauit secreta in gloriationẽ.
Propterea dicit Deus, vt traderet populum suum in
Hieremias. manus Chaldæorum, & misit Hieremiam sanctifi-
catum ex vtero, vt ventura prædiceret. Nam Israel
persistens in auersione ad Assyrios abierat, & Iuda cũ
Hierusalem non timuit ne prouocaret Dominum
in iracundia magna. Idcirco locutus est super eos
abiectionem, & venit rex Babyloniæ, & transtulit
Iudam in terram suam in Chaldæos, vt deserta esset
Ezechiel Daniel. sanctificatio. Sed Ezechiel, & Daniel potentes in mi
rabilibus, viderunt visiones, & regna ventura, & cõ
solati sunt peregrinationem in terra aliena. Post an-
nos septuaginta reuocauit Dominus populũ suum
Esdras. in Hierusalem, & Esdras, & Nehemias, & Zoroba-
Nehemias. bel ædificauerunt templum, & ciuitatem. Iesus sa-
Zorobabel. cerdos magnus populum gubernauit in tempore
suo, & reliquit insulis honorem post se in genera-
Iesus. tiones. Sed cum furor indignationis aduenisset,
surrexit Matathias cum filijs suis, vt defenderet
legem Domini, & præualuerunt viri virtutum, vt
Iudas Machabæus. non in perpetuũ dominaretur iniquitas. Iudas Ma-
chabæus terror inimicorũ suorũ accinxit se ad præ-
liũ in fortitudine, & fugauit agmina, & exercitũ gen
Ionathas. tium contriuit, vt staret Hierusalem. Post hunc sur-
rexit Ionathas frater eius, & dedit se periculo pro
gente sua, & ipse saluauit eos in tempore suo. Post
Simon. hunc Simon frater eius suscepit imperiũ, vt pacem
poneret in terra. Sed fraude circumuentus proximo
rum decessit, exemplũ virtutis posteris relinquens.
Ioannes. Ioannes autem filius eius vir gloriosus pro patre ste
tit munimentum populi temporibus suis. Sed filij
præuaricationis pactũ testamenti tenere noluerunt,
& ideo translatum est regnum ad semen alienum.
Herodes. Venit.n. Herodes, qui non erat de Israel, & arripuit
sceptrum dominationis in populum, vt ad exortũ
cœlestis imperij carnale regnum deficeret, & promis
sus a seculis rex Israel cum nõ esset sceptrũ in Iuda,
vt prophetia impleretur, æternum reciperet quod
S temporale transierat. A. In exordio magnarum re-
rum ab integro potius sermonem formare debe-
mus, & idcirco placet, vt prius ea, quæ de superio-
rum temporum excursu adijcienda sunt, explicen-
tur, vt in his, quæ ad salutem veram suscipere opor
tet, finem faciamus. Dic ergo nunc breuiter, quas
in his, quæ modo cursim trãsisti, temporibus mun-
dus in suis concussiones & fluctuationes passus sit.
T Hoc enim conducit, vt ad nostra recentes iterũ ve-
niamus. R. Assyriorum regnum, cum multa tyran- Assyriorũ regnum.
nide, & sanguinis effusione mundum longe, lateq;
oppressisset, nouissime ad regem vastatorem sui de
uolutum est. Qui gloriam præcedentium regum
vita ignominiosa obfuscans, quasi vir in fœminam Sardanapalus.
(primæ commutationis transuerso ordine) abierat,
ignauia & turpitudine vniuersis odiosus. Hunc Ar- Arbaces.
baces præfectus Medorum obsidens vitam miserã
miserabiliore morte finire coegit, regnumq; illud
(crudelitate sua vbique famosum) subito proster-
nens potestatem in Medos traduxit. Medorum po- Medi.
stea regnum Persæ sub Cyro rege destruxerunt, qui Persæ.
& ipse Chaldæorum imperio obtento Babyloniam
illam a seculis famosam & obtinuit & deleuit, ne
vltra gloriaretur mundus in sublimi. Cyrus rex Persa V Cyrus.
rum magnificus triumphis, tantis rebus effectus ni
hil vltra sibi obstare putauit, & Tanaim transiens
Scytharum regnum manu horrenda inuasit. Sed vt
ostendatur, quod homo gloriari non debet in semet
ipso, sanguinem, quem viuus sitijt, mortuus bibit.
Deinde Persarum regnum cum multa diu superbia Macedones.
& crudelitate efferuens Macedonum tandem ma-
nibus subuertitur, & comminutum (quasi per mem
bra corpus pestiferum) dissipatur. Hinc Aegyptus Aegyptij.
reges suos armat tyrannide, Syria vero, & Asia, & Syri.
Græcia viscera sua mutua crudelitate dilacerãt, quo Asiani. Græci.
vsque tandem (cum tempus aduenisset vltionis) X
Roma potestatem suam exaltans omnium regno- Romani.
rum cumulum æmulatur. Sic alternis agitationib*
mundus nunquam stabilis esse potest, sed quicquid
alteri accrescit, vt surgat, alteri decrescit, vt corruat.
A. Satis est hæc modo pro exemplo miseriæ com-
memorasse, vt ad ea rursum, quæ nos præ oculis sem-
per habere oportet, & nunquam obliuisci, citius re-
uertamur. Hoc ergo nunc (vt arbitror) primum cõ-
memorandum secundũ narrationis seriem, quem-
admodũ deficientibus regibus legitimis in Iudæa,
& arripiente alienigena principatum, rex cœlestis
sui aduentus quasi in hoc causam esse commodio-
rem voluerit, vt suum vendicaret imperium. R. Li- Y
cet pro Iudææ imperio totius mundi factor & Do- Christi aduẽtus.
minus ad terras non descenderit, qui totum mun-
dum suo aduentu saluare disposuit, tamen quia in
Iudæa tantum prophetiæ præcesserant, & illis nun-
tiatus fuit, qui electi erant quasi ministri per quos
dispensatio salutis omnium ageretur, propterea ad-
uentus sui principium ex eis congrue moderari de-
buit, qui non pro eis tantum, sed pro omnibus fuit
nasciturus. Tamen si diligentem statum vniuersita Z
tis attendimus, non minus aduentum illius ex re-
gno Gentium, quàm Iudæorum intelligi posse ma
nifesta ratione inuenimus. Quia enim ille & Iudæo
rum regnum quasi suum vendicare, & Gentium re
gnum quasi contrarium expugnare, & sibi subijce-
re venit, idcirco & in Iudæa alienigenã regnantem,
& in Gentibus (collectis quasi in vnum viribus) re-
gnum stabile ac robustum inuenire voluit. Neque
enim decuit, vt aduersarios tunc aggrederetur ex-
pugnandos, quando collapsis viribus in semetipsis
ruituri viderentur, ne forte victoria non fortitudi-
ni vincentis, sed subacti potius infirmitati ascriben-
da putaretur. Idcirco expectauit donec mundus to-

tus in

tus in vnum vires suas conflasset imperium, & Roma victrix super regna omnia superbo fastu caput extulisset. Tunc ergo dominante superbia humilis venit, ut de sua humilitate celsitudinem mundi sterneret, manifeste demonstrans quantus in sua maiestate foret, qui in nostra infirmitate positus

A vniuersa subiecit. Nascituro igitur in carne humana Dei filio, angelus ad virginem mittitur aduen- *Annuntiatio dominica.*
tum nuntiaturus maiestatis, vt virgo, quæ noua lege paritura fuit, nouo modo conciperet. Sic virgo credula uerbum concepit per aurem, vt immaculatam conceptionem generatio incorrupta sequeretur.

Natiuitas Natus est ergo in Bethleem panis cœli, vt reficeret mundum languidum, & positus in præsepio significauit se esse pabulū animalium sanctorum. Huic angeli cum splendore lucis venientes locuti sunt in terra pacem de excelsis, & pastores currētes

B ad præsepium iuxta eis datum signum in pannis in uenerunt inuolutum.

Magi. C Stella Magos rutilans desuper excitauit, & radio splendoris sui cultores numinis noua nouos conduxit ad cunabula.

Purificatio. Suscitantur prophetæ, & currunt obuiam venienti; Simeon & Anna, expectantes redemptionem Israel, & suscepto in vlnas puero, mundo nunciant saluatorem.

D Dedicata autem primum Hierusalem ciuitate sancta aduē-
Fuga in Aegyptū. tu suo, vt etiam Gētes visitaret, in Aegyptum deportatur, vbi completo tempore, quod prędefinitū erat, quasi post introitum Gentium ad colligendas iterū reliquias Israel in Iudeam reuertitur. Interim currēte tempore cum virum implesset ætate corporis, æternitatis dominus, uenit ad Ioannem apud Ior-
Baptizatio. danem, vt aquas criminibus diluendis suo ingressu sanctificaret, vbi cęlis apertis, & throno Dei desuper coruscante, spiritus sanctus in specie columbæ de-

E scendit super eum, voce pariter delapsa. Tu es filius
Deserti aditio & ieiunium. meus dilectus, in quo complacui mihi. His mirabilibus completis tremente Baptista ascendit de Iordane filius Dei, & exemplum formans conseruandæ sanctificationis desertum petiji, habitans eremū in ieiunio quadraginta dierū & noctiū. Sed vt osten-
Tentatio. deretur, q vita hominis super terrā tentatio est, & q vbiq; pugnādo vincere oportet, admissus est hostis volūtate permittētis, nō sæuiētis potestate, & ꝓponens suasiones ineptas ratione confutatur, potestate puniēdus. Dehinc victor obseqo angelorū ho-
Prędicatio. noratus, post ieiuniū sibi salutē hominū esuriēs procedit ad publicū, & manifesta mundū exhortatione cōtestans nūciat venisse regnū cęlorū. Pœnitentibus veniā spondet peccatorū, persistentibus in crimine

F pęnas venturas gehēnę tormēta in iudicio extremo
Apostolorū electio præparata annūciās. Et vt veritas vbiq; manifesta fieret, & nullū latere potuisset, qua uia hominē ad vitā redire oporteat, elegit duodecim discipulos, vt irent in mūdū vniuersum prædicare euāgelium regni, & verbū vitæ hominibus. Ipso aūt cōpleto mysterio, &
Descēsus ad iferos. mortē morte sua triūphās, cū reuersus fuisset ab inferis spoliato tartaro, Vidētib⁹ discipulis suis ad dex-
Ascensus ad cœlos. terā patris æterni perenniter victurus ascendit, mittens illos in mundum testificari resurrectioni vitę,

G & baptizare in remissionē peccatorū credētes in eū.
Aduētus ad iudiciū Cōtestātibus aūt angelis venturū ad iudiciū, & iudi-
Apostolorū caturū mundū in operibus suis, in terrore horribili pauentes, continuo profecti sunt pronūciantes gentibus vniuersis sacra mirabilia. Repleti etenim spiritu sancto miraculis multis, & ꝓdigijs verbū cōfirmauerūt, & cœperūt hoīes cōcurrere vndiq; stupētes, & admirātes in his, quę fiebāt pauescenda. *post spiritus sancti acceptionem dispersio.* Tunc mūdus infremuit, & antiqui erroris ritus corruere cernēs amata relinquere noluit, nec suscipere incognita.

H Trucidātur itaq; precones veritatis, ne falsitas subuertatur, sed patientia morientium irrefragabile præbuit viuis testimoniū veritatis. *Martyrū cędes.* Cadētibus igitur granis paucis seges multiplicata surrexit, quia inde auctus est in viuis numerus fideliū, vnde in morientibus minui videbatur. Mirare ergo in duodecim viris mundū debellatū, & qualibus nō est multū laboris ostendere, vt miraculum Dei, non hominū sit opus eximium. Pauci numero & despicabiles sapientiam mundi sine eloquentia infatuauerunt, vires autem & ferocitatis impetum patientia prostrauerūt. Et surrexit fidelium numerus in vniuerso mūdo, aucta fide & florente disciplina exornato sanctorum populo, exultantibus animis pro regno cælorū & vi-

I ta ꝑpetua in pressuris alacres effecti. Tūc ingemuit diabolus vinci se arte sua, & oppressum iri in eo, *Diaboli dolor.* quo se existimauit seruos Dei oppssurū. Vidit enim mūdus noua bella, & victorias insperatas, & contēni se in flore suo miratus est prius amatus sterilis. Milites autem Christi regem suū sequentes nec minis, nec blandimentis teneri potuerunt, quippe qui prospera promittentem despexerūt, nec timuerunt aduersa cōminātem. Propterea cœlestis vita in terra *Fidei incremēta.* colebatur, & virtutū flores quasi de paradiso Dei in deserto seculi pullulare cęperūt. Alij martyrio rosas. Alij lilia castitate. Alij puritate violas plantauerunt, & omnes sanctorū populi mundum sua præsentia, & virtute vernātes decorauerunt. Alij miraculis coruscauerunt. Alij virtutibus & signis effulserūt. Alij secreta cœlorū videre meruerunt. Alij ventura prænuntiauerūt. Alij dæmones ex obsessis corporibus fugauerunt. Alij gratia sanitatum mirabiles apparuerunt. Alij in populis virtutū exempla efferentes posterioris imitatione digni extiterūt. Alij secreta eremi penetrātes interioris hominis habitū studiosissime coluerūt. Hi sunt adhuc, quos mūdus pariter minatur & odit, quorū licet humilitatē super-

K bus despiciat, cōseruationē tamē attingere nō pt infirmus. A. Quemadmodū in patribus antiquis exēpla subiecta virtutē docuerūt, ita nūc oportet æmu- *De nouis miraculis prefiguratis.* lationē proposita inspectione nouis exēplaribus suscitare. R. Duodecim viri in primis mūdū debellauerūt electi a Christo in miraculū cōcertationis, vt veteres figuras noua veritate adimpleret. Vellus enim carnis iā rorem cōceperat deitatis, & electi de cunctis flumine hausto cum lagenis & tubis ad præliū perexerunt. Non fuerūt arma miraculo pugnaturis, sed lampades latuerūt dū uasa testea frangerentur. Dextræ tubas baiularūt, ut in oēm terrā exiret son⁹ eorū, & honor verbi corporis obseqo i sui clarificatione vteret, dū cōscissis uirib⁹ in morte carnis lāpades miraculorū coruscarent. Nō ergo stare potuerūt hostes uisis mirabilib⁹ cōtra Dei bellatores, et castra Madiā in toto mūdo timore cōstrata lumini corru-

L scanti reuerentiam præbuerunt. Petrus autē uexillū

Petrus. efferens crucis primus hostes aggreditur, & vt impios sacerdotes debellaret assumpto secum Ioanne verbi amico ascendit in templum. Ad imperium autẽ iubentis claudus prosiliens statim turbas populorũ in vnum congregauit, & contestante Petro in cõspectu omnium resurrectionem in Christo (vitæ & mortis indiciũ) agmina multiplicauit in millibus. Post hæc in synagoga pontificum contumaciã humiliauit rationis cõstantia, quia reserato carceris ingressu, angelis famulãtibus, in tẽplo docuerũt. Cum autẽ quinq; millia hominũ docẽtibus Apostolis credidissent, tribus millibus adiunctis cõsummatus est numerus ad beatitudinẽ consignatus. Sed hostes zelantes tãtam gloriã ferre nõ potuerũt, & quia digni inuenti non sunt, qui reciperentur in vocationẽ acquisitionis, medicos salutis eiecerunt. Tunc Philippus eleuata lampade signorum tuba prædicationis insonuit, & antiquum prophetarum certamen consummaturus Samariã aggreditur veterem eorũ parentem. Iãq; enim eleuatus in curru agnũ prædicauerat immolatum prophetarũ excipiens excolenda noualia, & ideo alienigena baptizato, abalienatos reuocauit. Matthæus Aethiopiam. Bartholomęus, & Thomas Indiam. Andreas Achaiam. Ioãnes Asiam. Simon & Iudas zelotes Persidem, & caput illud antiquum superbiæ Babyloniam aggressi subegerunt.

Paulus. Paulus vero vltimus tẽpore, primus certamine Græciam magnam, & insulas regionum ab Hierusalem ad fines multos perdomuit, vt tandẽ cũ Petro principe consors potestatis in culmine mundi triũpharet. Deinde milites ducũ industria exercitati q̃ commemorãda & digna relatu gesserint, si cuncta dici

M nõ possunt, nõ sunt silẽtio prætereũda vniuersa. Primus

Sthephanus. Stephan⁹ audẽs præeuntẽ regẽ secutus ad prælių, hostes prouocauit, sine formidine consistens in multitudine inimicorũ, & cũ fremerẽt indignantes, & unũ multi superare nõ possent, ille Iesum ad dexterã Dei videre contestatur, vt quo propugnatore in auxilio opportuno inuincibilis esset turbæ ostenderet. Sed cum lapides torrentes ad impetum ferocium volitarent, nocẽtes miseratus genua curuauit in precem, ibique immaculatum Deo spiritum commendans Sauli conuersionem obtinuit cum salute

Iacobus maior. multorum. Iacobus autem pertinaciam Iudææ non abhorrens gladio triumphauit pœnam relinquens tyranno, vt sanctorũ Patientia demõstretur in sustẽtatione ordinata habitura iudicium cum potentia. Hinc alij atq; alij fortiter agentes per diuersa præliorum certamina constantiam tenuerunt, vt in omni gente fidei palma floreret, & qui electi fuerunt ab initio, intrarent in repromissionem.

Petrus. Petrus enim Romæ throno veritatis constituto crucem trium-

Clemens. phans ascenderat, & Clemens successor cathedræ insulam pontificalem acceperat. Qui & ipse lacessitus fortiter laborem sustinuit, & ne castra Dei impetus inimicorum concuteret, vltro se opponens di

O gnitatem traditæ potestatis martyrio compensauit.

Dionysius Dionysius Areopagita, accepto mandato Galliam penetrauit, & pugnans vt vinceret, præualuit stabilire leges cœli in terra. Ipso enim vt ostenderet viã vitæ propter testimonium veritatis verbum sanguine consecrauit, & ne mors viã hæreditaret, in mortuis vitæ signum faciens, caput manibus baiulauit occisus.

Laurẽtius Laurentius in craticula ignem vicit, & flammas incendij, & Cæsarem stupefactum arguẽs carnem edendam obtulit frustra sæuienti in carnem.

Vincẽtius Vincentius autem nominis sui memor tyrannum derisit crudelia comminantem, & vngulas cum equuleo despiciens, flagra quoque & incendia superauit. Et erat haud modicum nisi & fœminæ ad pręlium properarent viros confundere in

P iudicio ęquitatis.

Agatha. Venit Agatha, & mamillas prębuit amputandas, ostendens quòd ad ferrum nõ expauesceret spiritu sancto confortata, vt lac fidei credentibus ministraret.

Agnes. Agnes inter flammas ambulauit intrepida, vt sexum & ętatem natura miraretur martyrio robustam, quę sensu consueuit necdum

Margarita. maturo consistere. Margarita bellans vicit admirabili constantia, vt mentem carnis tormenta non subderent in ab alienationem ęquitatis. Hostem enim in manifestam producit confusionem, qui victus retrorsum foris paruit, duplici ignominia confutandus.

† merebatur. Cecilia coronas † merebatur merito castitatis probata, iuuenibus incorruptionis lilia amplexantibus cum fide, vbi rosas etiam miscuit cum purpura in martyrio cruoris decoranda.

Lucia. † apicem. Lucia autem ipsũ sum prędonem castitatis ad immortalis † aspectum conferre non dignata (matre precibus sanata) opes pauperibus erogauit, vt post oblata munera seipsam Deo holocaustum superimpẽderet suauitatis.

Q

Pueri & infantes. Compẽsauit antem virilis sexus infantilis victorias fęminarum, vt vndique circunstarent palmę triumphorum in gloria Dei.

Vitus. Venit Vitus puer & ipse annis virtutem adijciens pugnauit viriliter, coronam arripiẽs per vulnera preciosa, nunquã exemplo glorię & fortitudinis ęmulationi futurus sine stupore spectabilis.

Cyricus. Cyricus cum matre, tanta pertulit & tam horrenda tormentorum genera, vt quid amplius mireris non innenias, nisi forte infantiam cumulandã existimes gloria ad laudem cõstantię muliebris. Venerat vt iam mundus patientia vinceretur bellatorum Christi, & efferbuit pusillum plus solito in nouissima defectione pacandus. Iam enim millia multa simul mandat perimenda, et grassatur in turmas populorum cęde crudeli, quoniam victum expauit congressu certaminis singularis.

R

Thebæorum agmina. Gloriosa Thebęorum agmina legiones suas ad martyrij palmam armauerunt, vt iam voti esse pro Christo mori non necessitatis constaret.

Victor. Nam et molam Victor post vngulas, et equuleum cum taureis sęuientis tyranni trucibus edictis non territus elisit, et trocleas comminuit, quia angelus Dei sua pręsentia inuictum animo martyrem patenti miraculo clarificauit vt vinceret. Vox enim elapsa desuper vicisse Victorem protestatur, quia palmas triumphorum (quas non potuerunt videre oculi impiorum) vt confunderentur semper, aliquando andire debuerunt.

S Et alij atq; alij plurimi quasi vno & vere vno duce spiritu vltro se ad martyria offerentes, ostenderũt se amplius posse patiendo, quã ij, qui insania vexabãtur, potuerunt nocendo. Nõ ergo vltra se putuit continere, vt cõfusionem sui non erubesceret mũdus, sed dedit manus patientia superatus, ne totus occideret, si sęuitiã in membris, q̃ resecabãtur

in fine

in fine prolongaret. Non enim causa perire potuit iustitiæ æternæ, & ideo cessauit aliquando iniquitas persequentium, & patientium virtus sicut non nouit cedere, sic minis minui non nouit. Ceciditq; altitudo potentię contradictionis, & ferocitas minarum impietatis pacata est in humiliationem peccatorum sine contradictione, vt mundaretur placabilis,

Siluester.

& summus pontifex Siluester fontem viuum regis precibus in terrore magno complacatus in purificationem demonstrauit.

Constantinus.

Ipse vero cum cognouisset virtutem altissimi in lauacro emundationis, præcepit aras dęmonum, & culturas coinquinationis finem habere in ruinam cōfusionis, vt vere rex fieret in æquitate, qui prius fuerat psecutor. Sacerdos autem Dei sacra confirmatus gratia, potentia verborū, & ratione confutauit rebelles & incredulos, mystica legis edisserens sacramenta in concione populorum frequentium regis & principum cum indicibus propositionum, atque inde miraculis crebrescenubus ipsum esse Iesum Christum, qui in hunc mūdum pro salute hominum aduenerat Dei patris imperio palam omnibus verissime confirmauit.

Crucis exaltatio

Fulget crucis vexillum in loco sanctitatis, & regina cō-

V pos voti cum gaudio remeauit, nec potuit vltra signo gloriæ sublimato potestas aduersa prosperari.

Confessorum, & virginum tempora.

Post hæc ergo in toto mūdo lilia pacis pullulare cęperūt, & ecclesia mater iam martyrum purpura decorata, confessorum quoq; candore adornari gaudebat. Non enim in vno tantum loco fulsit gratia, sed ad fines vsque orbis terrarum vernantia spectacula ager plenus benedictione pandebat.

Eremitæ.

Nam & deserta in vbertatem versa infusionem pinguedinis supernæ dum acciperent in iucunditate floruerunt. Plena erant inuia, & sicca fluenta manabant gratia.

Paulus. Antonius. Hilarion.

Paulus enim, & Antonius, & Hilarion, Lapides preciosi inuenti sunt, vbi non erat precium & decor, & ipsi in fundamento positi mirabilem structuram superædificauerunt, vt ædificaretur domus saltus Libani in deserto, & saltus in Chermel computaretur ad Libanum.

Machari9 Pānucius. Arsenius. Pastor. Moyses. Doctores. Effrem. Basilius. Gregor. Hieronymus. Ambr. August. Pontifices abbates.

Macharius, & Pannucius, & Arsenius, & Pastor iuncto sibi Moyse in spiritu eodem & virtute populum multum Deo ad terram promissionis per desertum seculi traduxerunt, & cum his omnes nominati, & potentes in mirabilibus viri sancti, & electi transierunt. Vt autem filiæ quoque Pharaonis domum verus Salomon ædificaret, Effrem, & Basilius, & Gregorius, Hieronymus, & Ambrosius, & Augustinus cum multis alijs per orbem terrarum columnæ erecti sunt, mira sapientia fabricati, & sculpti in omnem formam decoris & gratiæ. Nam Gregorius alter spiritu plenus, & ipse domum vario decore adornauit ministrans pulchritudines multas, & iucunditates veritatis. Martinus, & Nicolaus, & Benedictus miraculis effulserunt in sanctitate mirabili, & in his omnibus plenitudo in finem properans, alios quoque omnes qui vocati sunt associans, quotidie consummatur. Vnde nos considerare oportet quāta illic gloria futura sit, cuius simulacrum est omne hoc, quod cernimus, exiguum quidem excellentia decoris quo tendit vt perficiatur,

X quoad nobis sit consummatum. Illuc animos erigere, atque intimis desiderijs properare debemus, ne forte in eo, quod iam vidimus speciem boni, inopprobrium agnitionis prospexerimus, & fructum in gaudium felicitatis nō capiamus. Hoc enim totum imago est Hierusalem cœlestis in terra, ad quam bene in gradibus virtutum ascenditur ab ijs, qui præsenti æmulatione ad veram pacem, stabilitatemque æternam totis desiderijs colliguntur. Multi & varij sunt sermones hominis, quia cor hominis, vnum non est. Nam quia intus mens fonte veritatis per multa desideria scinditur, propterea foris sermo in multas assertiones deriuatur. Salomon vitæ huma- Y

In Ecclesiaste per totum.

næ incertum considerans, & qualiter duplici inconstantia fluctuaret mortalitatis conditio, dum & foris rerum mutabilium varietate quatitur, & intus desideriorum inconstantia dissipatur, vtrumque hoc in semetipso exemplo pariter & eruditione proposuit, cum se & rerum transitu, & mentis defectu toties mutatum ostendit. Audiuimus enim iam supra quoties animum suum de alijs ad alia appetenda transtulerit, & cum experimento rerum admonitus de vanitate præsentium semper habita despexerit, tamen fluctibus concupiscentiæ suæ iactatus nūquam ambire cessauerit habenda. Quia enim existimauit se in rebus transeuntibus aliquid stabile inuenire posse, vbi delectationem suam tranquilla pace, incōcussa stabilitate defigeret, idcirco quoties in rebus habitis vel id, quod concupierat inuenit, vel quod amauerat perdidit, ad alia rursum appetenda conuersus desiderium suum vel supplere, vel reparare contendit. Nunc autem tandem omnibus experimento probatis mutabilium conditionem agnoscit, & quòd nihil ex omnibus, quæ transeunt, perpetuo stare possit, fatetur dicens. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa. Oia tēpus habent, vt nihil perpetuum, semperque permanēs inueniatur, sed omne, quod est aut aliud subsequatur vt non ab initio veniat, aut præcurrat aliud vt vsq; ad finem se non extendat.

Eccl. 3.

Omnia etiā tēpus habent videlicet certum ac definitum, vel quando incipiant, vel quando finiantur. Siue etiam quandiu subsistant, vt prudens animus in his omnibus non putet aliquid esse, quod semper stare possit, vt in eo fiduciam ponat, sed potius veris, & permanentibus bonis se conformans ita rerum mutabilium vanitatem despiciat, vt licet vnaquaque re pro tempore vtatur dum præsens est, nunquam tamen in eius transitu animum à statu suo declinare permittat. Ille enim prudentissimus est, qui sic scit transeuntia in vsum vertere, vt tamen non norit in eorum defectu mentem a sua stabilitate declinare. Male ergo fecit cū quædam sibi (quasi potiora) ex omnibus ad iucunditatem elegit, & in eis felicem se esse posse credidit, quia & omnia suo tempore bene vtenti bona sunt, & tamen omnia, quæ mutabilitati subiacent, licet in miseria qualemcunque consulationem præbeant, felicitatem tamen conferre non possunt. Nihil ergo suo tempore abijciendum, & nihil non suo tempore eligendum: Sed sic animus ad vsum temporis præparetur, vt tamen ad mutabilitatem temporis non mutetur.

Finis Liber Quartus.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis, Lateranensis Aureum de meditando seu meditandi artificio, opusculum.

A MEditatio est frequens cogitatio modũ,
& causam, & rationem vniuscuiusque rei inuestigãs: modũ quid sit, causam quare sit; rationem quomodo sit.
Tria sunt genera meditationũ, vnum
in creaturis, vnum in scripturis, vnum in moribus.
Tria modi tationum genera. Primum surgit ex admiratione, secundum ex lectione, tertium ex circunspectione. In primo admiratio quæstionem generat, quæstio inuestigationem,
B inuestigatio inuentionem. Admiratio est dispositio
Admiratio. nis, quæstio causæ, inuestigatio rationis. Dispositio est in cœlo cuncta æqualia, in terra alta & depressa, pro hac admiratio. Causa, propter vitam terrenam terra, propter vitã cælestem cœlum, pro hac hac quæstio. Ratio, qualis terra, talis vita terrena, quale cœlum, talis vita cœlestis, pro hac inuestigatio. In lectione autem sic considerandum. Primo lectio ad cognoscendam veritatem materiam ministrat, meditatio coaptat, oratio subleuat, operatio componit, cõtemplatio in ipsa exultat. In scripturis
C meditatio est, quomodo scire oporteat. Exemplum
Psal. 36. scriptum est, declina à malo, & fac bonum. Accedit meditatio lectioni, quare dixit prius, declina a malo, & postea fac bonum. Causa quia nisi prius mala recedant, non adueniunt bona. Ratio, sicut prius mala germina eradicantur, postea plantantur bona. Item quare dixit, Declina a malo? Quia in itinere occurrũt. Itẽ declina, quia vbi fortitudine resistere non possumus, consilio & ratione declinãdo euadimus. Item declinamus mala vitando materiã peccati, vt pro superbia, diuitias, pro incontinentia abundãtiã, pro concupiscentia speciẽ carnis, pro inuidia & contentione vitanda amorem possessionis. Hoc est de-
D clinare. Item si quemadmodum omne malũ declinandum præcipitur, sic omne bonum faciendum iubetur. Et sicut qui non omne malum declinat, sic qui non omne bonũ facit, reus est. Sed si sic est quis nõ est reus? Ergo ab omni malo declinare iubemur. Bona autẽ quædã sunt necessitatis, quædã voluntatis. Necessitatis sunt quæ sunt in præcepto & voto, de cæteris si quid supererogatur redditur, si nihil non imputatur. Item meditatio in lectione est, quo-
E modo sint quæ sciuntur quia sunt, & quomodo facienda sunt. Est enim meditatio excogitatio cõsilij, quomodo implẽtur quæ sciũtur, quia inutiliter sciuntur nisi impleãtur. Item meditatio in lectione est
F triplicis cõsiderationis. Secũdum historiã, allegoriã, tropologiã. Secundũ historiã, est quãdo eorũ, quæ facta sunt, rationẽ vel quærim⁹, vel admiramur suis tẽporibus, & locis, & mõ cõgruo perfectã. In hac cõsideratio iudiciorũ diuinorũ meditãtẽ exercet, quæ nullis tẽporibus recta defuerunt & iusta, quibus factũ est quod oportuit, & redditũ quod iustũ fuit. Secundũ allegoriã meditatio operatur in dispositione præcedentiũ, futurorũ significationẽ attendens mira ratione & prouidentia coaptatã sicut oportuit ad intelligentiã, & fidei formã fabricandam. In tropologia meditatio operatur quẽ fructũ dicta afferãt exquirẽs quid faciendũ insinuent, vel quid doceãt esse vitandũ. Quid ad eruditionẽ, quid ad exhortationẽ, quid ad consolationẽ, quid ad terrorẽ scripturæ lectio proponat, quid ad intelligentiã virtutis illuminet, quid nutriat affectionẽ, quid formã viuẽdi
ad iter virtutis edoceat. ¶ Meditatio in morib⁹ secũ G
dũ affectus, & cogitationes, & opera. In affectibus considerandũ est vt sint recti, synceri, hoc est ad id ad quod debẽt esse, & quomodo debẽt esse. Diligere enim qđ non oportet malũ est, & similiter quod diligere oportet, diligere quomodo nõ oportet, ma
lũ est. Itaq; bonus affectus est, quãdo est ad id, ad qđ H
debet & qũo debet. Amnon sororẽ dilexit, & erat af *2. Reg. 13.*
fectus ad quod debuit, sed q̃a male dilexit, nõ erat qũo debuit. Igitur affectus esse põt ad id, ad quod debet, & nõ qũo debet. Nũquã autẽ esse põt qũo debet, nisi ad id, ad quod dẽt. In eo ad qđ debet rectus,
& qũo dẽt syncerus. In cogitationibus cõsiderandũ, I
vt sint mũdæ. & ordinatæ. Mundæ sunt, qñ neq; de malis affectionibus generantur, neq; malas generãt affectiones. Ordinatæ sunt, quando rationabiliter, hoc est tẽpore suo adueniunt. Tẽpore enim nõ suo etiã bona cogitare sine vitio nõ est, vt in lectione de
orõne, & in oratione de lectione. ¶ In operib⁹ cõsi K
derãdũ est primũ, vt bona intẽtione fiat. Bona intẽtio est, quæ simplex est, & recta. Simplex sine malitia. Recta sine ignorãtia. Quæ enim sine malitia est, zelũ hẽt. Sed quæ ignorãtia est secundũ sciẽtiã, zelũ nõ hẽt. Itaq; intẽtionẽ oportet esse & rectã p discretionẽ, & simplicẽ per benignitatẽ. Secũdo in operibus cõsiderãdũ est, vt ex recta intẽtione inchoata cũ perseuerãti feruore ad finẽ perducantur, vt nec pse-
uerãtia torpeat, nec amor tepescat. Itẽ meditatio in L
moribus duplici cõsideratione discurrit, intus & foris. Foris ad famã, intus ad cõscientiã. Foris quid deceat, & qđ expediat. Deceat ad exẽplũ, expediat ad meritũ. Nobis ad meritũ, proximis ad exẽplũ. Intus ad cõsciẽtiã, vt sit mũda cõsciẽtia, nec accusationem patiatur, vel pro torpore boni, vel pro præsumptione mali. Mũda autẽ cõsciẽtia est, quæ nec de præterito iuste accusatur, nec de p̃senti iniuste delectatur.
¶ Itẽ in morib⁹ meditatio cõsiderationẽ suã exercet, M
vt oẽs motus qui oriũtur ĩ corde deprehẽdat, vnde veniãt & quo tẽdãt. Vñ veniant secũdũ originẽ, quo tẽdãt secũdũ finẽ. Oĩs enim mot⁹ de aliquo est, & ad aliqđ. Motus igitur cordis aliqñ manifestã habent originẽ, aliquãdo occultã, & q̃ manifesta est aliquãdo manifeste bona est, aliqñ manifeste mala. Quæ manifeste bona est, à Deo est, q̃ autẽ manifeste mala, siue à diabolo est, siue a carne. Isti enim tres auctores sunt omniũ suggestionũ, & omnes aspirationes, quæ inuisibiliter cordi adueniũt, ab istis procedũt.
Item quæ occulta sunt, aliquando bona sunt & oc- N
culta, aliquando mala, & dubia. Et quæ bona sunt, a Deo sunt, quæ autem mala sunt, vel a diabolo, uel a carne sunt. Quæ igitur manifesta sunt, siue bona siue mala, a prima sua origine iudicãtur. Quę autem dubia sunt in origine, probantur a fine. Exitus enim manifestat quod a principio celabatur, & propterea qui motus suos a principio iudicare non potest

test, finem inuestiget & consummationem. Quę e-
nim dubia sunt vel incerta, bona sunt vel mala oc
culta. Et quæ mala sunt, sicut dictum est, vel a dia-
O bolo, uel a carne sont. Et sunt mala vtraque, nec dif
ferunt in eo q mala sunt, sed differunt, quoniã quę
a carne sunt, frequentius surgunt propter necessita-
tem, quæ vero a diabolo sunt, sæpius oriuntur præ
ter rationem. Quod enim a diabolo suggeritur, si-
cut alienum est ab homine, ita frequenter alienum
est ab humana ratione, vt uerbi gratia. Nuper satia-
tus famẽ patiatur, paulo ante inebriatus siti æstuet;
P post longã dormitionẽ consurgens somno prægra
uetur. In hoc ergo opera diaboli discernuntur, quo
niam extranea sunt ab homine, & aliena ab huma
na ratione. Opera aũt carnis, & suggestiones eius sę
pius præcedentẽ habent causam necessitatẽ. Sed qa
modum & mensuram transeunt, excrescunt in su-
perfluitatẽ. Vt verbi gratia cum post famẽ cibus su-
mendus immoderate appetitur, & post abstinen-
Q tiam in sumendo edulio mensura non tenetur. Itẽ
meditatio morũ triplici iudicio exercetur. Primo
quod iudicat inter diem & noctem. Secundo qd iu
dicat inter diem & diẽ. Tertio qd iudicat omnem
diem. Inter noctem & diem iudicare est mala a bo-
nis diuidere. Inter diẽ & diẽ iudicare est, inter bo-
nũ & melius discretionẽ habere. Omnẽ diem iudi-
R care est singula bona ꝓ merito suo æstimare. Item
meditatio morũ finẽ & directionẽ in omni cõuer
satione considerat. Finis est, ad qd tenditur. Dire-
ctio, qua facilius peruenitur. Omnis enim, qui ad
aliquid tendit, secundum aliquid cursum suum di
rigit, & qui directius pergit, citius peruenit. Sunt
enim q̃dã bona, i qbus etiã multũ moueri parũ est
ꝓmoueri. Alia cõpẽdioso labore fructũ magnũ ad-
S ducũt. Et hæc ergo discernẽda sunt, & eligẽda ma-
gis, q̃ magis ꝓsunt. Quęcũque.n. magis ꝓsũt, me-
liora sũt, & omne opus secũdũ fructũ suũ iudicari
oportet. Multi hãc discretionẽ non habentes pluri-
mum laborauerunt, & parũ profecerũt, quoniam
oculum habuerunt foris tantum ad speciem ope-
ris, & non intus ad fructum virtutis. Gauisi sunt e-
nim magna se facere, magis q̃ vtilia exercere, & di-
lexerũt potius illa, in quibus videri possent, q̃ emẽ
dari. Itẽ meditatio i moribus primũ cõsiderat q̃ de
bita sũt, siue ex ꝑcepto siue ex voto, & ea primũ a-
gẽda iudicat, q̃ sic facta habẽt meritũ, vt nõ facta ge
T nerẽt reatũ. Hæc ergo primũ faciẽda sũt, q̃ sine cul-
pa dimitti nõ possunt. Post hæc si qd voluntaria e-
xercitatione superadditur, sic faciẽdũ est, vt debitũ
nõ impediatur. Alij volũt qd nõ debẽt, qui non va
lẽt id qd debẽt. Alij & si valẽt qd debẽt, voluntaria
impedimẽta adducũt volẽdo qd nõ debẽt. Item me-
V ditatio morũ duo mala i bona actione ꝓcipue cauẽ
da cõsiderat, hoc ẽ afflictionẽ & occupationẽ. Affli
ctio est ad amaritudinẽ. Occupatio ad dissipationẽ.
Per afflictionẽ dulcedo mẽtis amaricat. Per occupa
tionẽ trãquillitas dissipat. Afflictio est, qñ ꝓ his, q̃
X nõ valet p impatiẽtiã vrit. Occupatio est, qñ i his (q̃
valet) agẽdis p impatientiã agitat. Ne igit male ama
ricetur animus, suam impossibilitatẽ patienter susti
neat: ne autem male occupetur, possibilitatem suam
Y extra mensuram suam non extendat. Item medita-
tio morum alia consideratione formam viuendi di-
iudicat probans nec bonum esse ea, quæ non fiunt
impatienter appetere, nec bonum esse ea, quæ fiunt
insipienter fastidire. Qui enim semper quod non fa
cit appetit, & quod facit fastidiuit, nec præsentibus
fruitur, nec futuris satiatur. Inchoata enim ante cõ-
summationem deserit, & inchoanda ante tẽpus ap-
prehendit. Propterea bonum est bono suo esse con-
tentum, & præsentia bona superuenientibus bonis
augere nõ pro futuris abijcere. Leuitas enim est bo- Z
norum commutatio, exercitatio autem virtutis, mul
tumq; diuersa currũt via, qui pro nouis vetera abij-
ciunt, & qui ab inferioribus ad superiora conscen-
dunt. Qui enim mutationem quærit, fastidiosus est,
sicut qui profectum appetit, studiosus est. Rectissi-
me ergo incedit, qui sic est feruens ad melius, vt in
bono non sit fastidiosus, sed sustineat prius, donec
posterius tempore suo apprehendat.

De arte Meditandi Finis.

¶ *Sequi deberet locus depingendæ Arcæ Noæ, secundum mysticum sensum. sed quia nullibi ex tare uisa est, nec a nobis locus is relictus est.*

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis mystica arcæ Noæ descriptio, in qua multa quidem est eruditio: in hoc fortè hallucinatur, quòd vulgarem scriptionem secutus, qua Christus sic scribebatur X P C credebat primum elemẽtum esse x cum sit Ch. secundum P, cum sit r, & tertium C, cum sit s, non enim per x decem, sed per x, nec per s, sed per c designãtur centum. Eius autẽ cuiuscunq; sit auctoris, hæc sunt capita.

¶*De arca igitur descriptione vt supra. Ca. I.*

A

PRimum ad mysticã arcæ Noæ descriptionem, in planitie vbi arcam depingere volo, medium cẽtrum quæro, & ibi fixo puncto paruam quadraturam ęquilateram ad similitudinem illius cubiti, in quo consummata est arca, ei circumduco. Itemque illi quadraturæ aliam paulo maiorem circumscribo. Ita vt id spatium, quod est inter exteriorem & interiorem quadraturam, quasi limbus
Aureus color. cubiti esse videatur. Hoc facto in interiori quadratura crucem pingo, ita vt cornua eius singula latera quadraturæ attingant, eamq; auro superduco. Deinde spatia illa, quæ in supficie quadraturæ inter quatuor angulos crucis & quadraturæ remanent, colore vestio, duo superiora flammeo, & duo inferiora
Flãmeus Saphirin⁹ saphirino. Ita vt medietas vna cubiti in flammeo colore ignem, & altera medietas in saphirino colore nubem repræsentare videatur. Post hæc in limbo cubiti supra crucem scribo α, quod est principium. E contrario subter crucem scribo ω, quod est finis. Ad
Xp̃c. dextrum cornu crucis scribo χ, quæ litera prima ponitur in nomine Christi, & significat decalogũ legis quæ antiquo populo primũ quasi electo & iusto ad
Auctoris error. dexterã collocato data est. Ad sinistrũ autẽ cornu pono c, quę est vltima in hoc nomine Xp̃c, & significat in centum perfectionẽ gratię, quæ data est Gentilitati, quę primũ propter infidelitatẽ abiecta, & ad sinistrã collocanda videbatur. Deinde spatiũ limbi circũ
Purpureus. Viridis. Agnus. quaq; purpureo, & viridi colore induo, exteri⁹ purpureo, & interius viridi, & in medio crucis aureę, quã fecerã, agnũ anniculũ stantẽ pingo. Quo facto
B cõplectus est cubitus. Cuius rei rationẽ si quęris, quid aliud hæc scriptura tibi dicere videtur, nisi ꝙ principiũ & finis sit Christus, lator legis veteris & nouæ? Et pictura quid tibi ostẽdit aliud, quã si diceret, iste cubitus eundẽ significat populũ, quẽ columna ignis & nubis protegebat, quę populũ Israel in deserto pcedebat, illuminãs per ignẽ, & per nubẽ obũbrãs. Et qui priori populo per ignẽ diuinę maiestatis terribilis fuit puniẽdo peccata, & posteriori populo per nubẽ humanitatis mitis apparuit, cõdonando peccata, qui pro peccatis hominũ in cruce est immolat⁹ quasi agnus mitis & nõ aperiẽs os suũ, & pro iustitia hominũ resurgendo, & ascẽdendo super cęlos est exaltatus. Qui vndiq; ad se venientibus per purpurã sanguinis exẽplũ passionis suę proponit, & in viridi colore immarcessibile præmiũ supernę remunerationis. Vel in purpura, sanguinẽ passionis Christi significat, & in viridi colore aquã, qua mundũ olim indicauit. Vel in purpura dãnationẽ malorũ, quos iuste reprobauit, in viridi colore liberationẽ bonorum, quos iuste, & misericorditer saluabit. Qui stat, quia Agnus stans.
inuitat, stat quia cõfortat, stat quia adiuuat, stat quia coronat, stat, quia vigilat vt custodiat ciuitatem suã.
Ita medio cubito cõsummato aliã quadraturam circa prędictũ centrũ longe extra circunduco, & tantæ C
magnitudinis, quantę magnitudinis arcã facere volo, quæ quadratura sexies, tã longa sit, quã lata, quia
arca trecẽtos cubitos in lõgitudine habuit, quinquaginta in latitudine, hoc est sexies longa ad latitudinem. Arcæ quãtitas.
Ego tamẽ propter competentiorem formã in in pictura vsq; ad quadruplam fere longitudinem breuiaui. Post hæc per mediã hanc quadraturam, id D
est per medium fundum arcæ, secundũ longitudinẽ duabus lineis ductis tantę latitudinis spatiũ includo, quantę est interior quadratura medij cubiti. Similiter per mediã latitudinem, ab vno pariete vsq; ad alterũ duabus lineis protensis eiusdẽ latitudinis spatiũ signo. Ita vt hi duo cinguli, quorum alter per mediã latitudinem protenditur, altrinsecus sese intersecante in modum crucis sub medio cubito conueniãt, & interiori latitudini ipsi⁹ respõdeãt, limbo
eius tantũmodo hinc inde excedantur. Hoc ita peracto spatia, quæ inter medium centrũ, vel potius mediũ cubitũ, & singulos angulos arcę interiacent, vnũ quodq; in tria ęqualia positis punctis diuido, & apposita regula binis ac binis pũctis coadiacentibus secundũ longitudinẽ, & latitudinẽ de puncto semper ad punctũ circũquaq; lineam traho: Et ita duas alias quadratas sexies similiter lõgas ad latitudinẽ suã efficio, quę tali proportioni à se distãt, vt quantũ prima vincit mediã, tantũ media vincat tertiam. Inter quas tertia quadratura, quę minima est, & secundũ positionẽ plani infra alias clauditur, mediũ cubitũ ambit, & duos supradictos cingulos, quorũ alter longitudinẽ, alter latitudinem arcę metitur, quadrifariã intercidit. Alterũ sursum & deorsum. Alterum sinistrorsum & dextrorsum. Deinde secunda tertiam cõplectitur, & similiter supradictos cingulos intersecat. Deinde alia, quæ in plano extrema est, in alto autem ima, cęteras omnes includit, & quatuor extrema cornua duarũ zonarum singulis lateribus accingens, totas eas intra se comprehendit. Hoc facto, si E
nosse cùpis quomodo hæc figura formam arcę re- F Columna quadrata
pręsentet, intellige quod de illa zona, quę per mediã latitudinem arcę protẽditur, fiat colũna quadrata ęquilatera in medio arcę erecta, cuius altitudo tãto minor sit latitudine arcę, quãto minor est ternarius quinario, quia altitudo arcę erat, triginta, cubitorum, & latitudo quinquaginta. Si autem scire cu- Altitudo arcæ &c.
pis,

pis, qua ratione ex ipsa zona columnam fieri intel-
G ligendum sit, sic considera. Cubitus ille, qui nunc
secundum positionem plani in medio ipsius zo-
næ affixus iacet, sursum eleuetur, sic vt ipsam zo-
nam quasi per medium complicando secum sur-
sum trahat, deinde ambæ medietates eius deor-
sum pẽdentes plano ad planum inuicem compin-
gantur vt columna erecta videatur. In cuius summi
tate emineat cubitus ille, qui secundum positionẽ
plani prius in medio eius iacebat. Nihilque aliud
esse intelligatur cubitus ipse, quam columnæ præci
sio desuper, & limbus cubiti sit quædam ora siue
eminentia facta desuper in capite columnæ ad ex-
cipienda tigna circunquaque ab imo surgentia,
quæ ipsi columnæ infixa sunt sub eadem eminẽtia,
sub qua etiam summitas tecti consummata est, ad
similitudinem imbricis summitatem tectorum ex-
cipientis. Et quamuis altitudo columnæ non uidea
tur maior esse medietate zonæ, cum facta sit ex ip-
sa duplicata, intelligenda est tamen tanto maior es-
se, quanto maiora sunt triginta quam viginti quin-
que, sed hoc in plano repræsentari nõ potuit. Rur-
sum cum medietas tantum zonæ altitudinem co-
lumnæ teneat, quare ambæ medietates eius depictæ
sint, hæc est ratio.

De columnæ in arcæ medio erectæ significatione mystica, de tiguorum super eam erectione, de mansionibus inter quadraturas tignis infixas designatis, de columnæ supradictæ positione, & de omnium horum mysterio. Cap. II.

H C OLVMNA ista, quæ in medio ar-
Lignum vitæ. cæ erigitur, significat lignum vitæ,
quod plantatum est in medio para-
disi, id est Dominum Iesum Chri-
stum secundum formam humanita-
tis susceptæ in medio ecclesiæ plantatum, qui Chri-
stus Deus & homo est. Et ideo latus columnæ,
quod ad aquilonem respicit, humanitatem eius si-
gnificat, quam pro peccatoribus assumpsit: illud au
tem, quod ad austrum spectat, diuinitatem eius fi-
gurat, qua mentes fidelium pascit. Et hæc est causa,
quare in plano bis altitudinẽ depinximus, quoniã
oportebat vtriusq; lateris superficiem repræsentari,
I quod nisi geminata figura fieri non potuit. Statuta
igitur columna in medio arcæ, erigantur à singulis
Tigna. angulis tigna vsque ad summitatem ipsius, eique
sub eminentia extremæ oræ infigantur. Deinde duę
interiores quadraturæ sursum eleuentur, quousq;
vtraque secundum suam positionem tignis eisdem
ex omni parte orthogonaliter coniungatur extre-
ma quadratura in imo remanente: & tunc videbis,
quomodo illud spatium, quod est inter primam
quadraturam & secundam, pro prima mansione
computetur, quod est inter secundam & tertiã pro
secunda, & quod est inter tertiam & supremum
K cubitum pro tertia. Hoc facto completam habes
formam arcæ subtus latam, & desuper angustam
vsque ad mensuram vnius cubiti. Supradictæ au-
Columnę positio. tem columnæ positio talis est, vt a medio fundo
arcæ surgat, & in omnibus mansionibus me-
dium locum obtineat, & totam portet fabri-
cam. Cuius mysterium hoc est, columna Chri- Mysteriũ.
stus est, australe latus eius (quod diuinita-
tem ipsius significat) lignum vitæ vocatur, &
ideo viridi colore superductum est. Aquilonare L
vero latus (quod humanitatem eius figurat) li-
ber vitæ dicitur, & hoc sapphirino colore super- Liber vitæ.
ductum est. Columnæ arca innititur, & Chri-
sto innititur ecclesia sua, quia nimirum stare nul-
latenus posset, nisi ipse eam sustineret, secundum Canti. 8.
quod scriptum est in Canticis canticorum. Quæ
est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens,
innixa super dilectum suum? Rursum sicut colum-
na singulorum mansionum altitudinem metitur,
sic Christus vniuscuiusque virtutem, & profe-
ctum dispensat. Et sicut columna distinguit sta-
tiones, sic Christus pro arbitrio dignationis suæ
in sancta ecclesia dona gratiarum suarum distri-
buit, alios constituens prophetas, alios Aposto-
los, alios vero euangelistas, & cæteros quos-
cunque spiritualium donorum participes. Et
sicut columna medium vbique tenet locum, sic
Dominus Iesus Christus dicit. Vbicunque duo Mat. 18.
vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego
sum in medio eorum. Si ergo tanta est infirmi-
tas nostra, vt ascendere non possimus in tertiam
uel secundam mansionem, non tamen desperc-
mus, sed congregemur in unum per fidem nomi-
nis eius, & simus saltem in prima mansione, si-
mus in unitate ecclesiæ, teneamus rectam & in-
uiolatam fidem, & ipse ueniet ad uos, vt stet in
medio nostrum cõgratulans bono incœpto nostro,
paratus adiuuare & ad altiora erigere, vt sit vnus in
omnibus, unus inter omnes, vnus prę omnibus Do
minus Iesus Christus.

De zona quæ per medium fundum secundum longitudinem a fine usq; ad finem arcæ porrigitur, quomodo ecclesiam figuret. Ca. III.

R ESTAT nunc vt ostendamus, quid M
sibi vult zona altera, quæ per mediũ
fundum secundum longitudinem à
fine usque ad finem arcæ porrigitur.
Si enim arca ecclesiam significat, re-
stat ut longitudo arcæ longitudinem figuret eccle- Longitudo arcæ, & ecclesiæ.
siæ. Lõgitudo autẽ ecclesiæ cõsideratur in diuturni-
tate tẽporũ, sicut latitudo in multitudine populorũ.
Tũc.n. ecclesia dilatari dicitur, quãdo numerus cre
dẽtiũ augetur, & multi ad fidem colliguntur. Longi
tudo autẽ eius in prolixitate tẽporum consistit, qua
de pręteritis per præsentia ad futura se extendit. Tẽ-
pus autẽ longitudinis eius est ab initio mũdi vsque
ad finẽ, quia sancta ecclesia in fidelib⁹ suis ab initio
cœpit, & vsq; in finẽ seculi durabit. Credim⁹ enim
nullũ tẽpus esse ab initio mũdi vsq; ad finẽ seculi,
in quo non inueniantur fideles Christi. Igitur zona N
ista, quæ ptẽditur à fine vsq; ad finẽ arcæ, designat Zona in longa protensa.
cursum temporis ab initio mundi vsque ad finem
seculi. Medietas autem eius, quæ est superius à ca-
pite arcę usque ad columnam, significat omne
tempus ab initio mundi vsque ad incarnationem

verbi: Altera vero medietas, quæ est a columna. deorsum, designat omne tempus ab incarnatione uerbi vsque ad finem seculi. Ideo in superiori medietate a capite arcæ vsque ad columnam: scribitur linea carnalis generationis ab Adam vsque ad Christum. In altera autem medietate a columna deorsum scribuntur nomina Apostolorum a Petro, ac deinceps eo ordine, quo sibi in regimine ecclesiæ
O quasi filii spiritales patribus successerunt. Quia enim ab Adam vsque ad Christum vetus generatio fuit, quæ est secundum carnem, ideo cursus temporum in priori parte seculi per carnalem generationem distinguitur. Quia vero in Christo noua generatio fuit, quæ est secundum spiritum, ideo cursus temporum in posteriori parte seculi, id est post Christi aduentum per spiritalem generationem determinatur. Has autem generationes tali modo dispono. Superiorem medietatem, quæ est a columna sursum in tres partes æquales diuido, & vnaquęque tertia, sexta pars est totius longitudinis.

De quadratura in fronte arcæ designante quatuor mundi partes per literas nominis Adam scriptionem nominum suorum inchoantes, & de patriarcharum stemmatibus per nominum ipsorum descriptionem ab Adam usque ad Christum: & deinde de noui testamenti principibus, & subsecutis sanctis secundum dispositionem, & diuisionem arcæ, & secundum mundi ætates. Cap. IIII.

P Hac diuisione facta incipio sursum a capite, & primum nomen Adam taliter scribo. In ipsa fronte arcæ facio paruam quadraturam ad figurandas quatuor partes mundi, deinde superiori

Frontis arcæ diuisio Adam.

eius lateri, id est orienti appono, A. hoc est primam literam nominis Adam. Inferiori autem lateri, id est occidenti appono. D. hoc est secundam. Dextero lateri, id est aquiloni appono. A: id est tertiam, Sinistro lateri, id est australi appono. M. id est quartam literam.

Partes mundi. Ἀνατολή

In græco autem singulæ partes mundi ab his literis incipiunt. Anatole, id est oriens incipit ab a, & ideo orienti appositum est. A. Dysis, id est occidens incipit a. d. & ideo occidenti appositum est D. Arctos, id est septentrio incipit ab. A. & ideo septentrioni apponitur rursum. A. Mesembria, id est meridies siue auster, incipitur ab. M. & ideo australi lateri apponitur. M.

Δύσις. Ἄρκτος. Μεσημβρία.

Q Cuius rei rationem quidam talem tradunt. Dicunt enim, quòd recte primus parens a quatuor partibus mundi nominis sui elementa contraxit, qui per omnes partes mundi in prole sua diffundendus fuit.

Patriarchæ.

Post Adam secundum lineam generationis scribuntur, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iaret, Henoch, Mausalam, Lamech, Noe, Sem, Arpharan, Sale, Heber, Phalech, Reu, Sarug, Nachor, Thare, Abraham, Isaac, & Iacob: & hi in prima parte collocantur. In secunda parte primo scribo Iudam, & circa ipsum reliquos patriarchas, hinc inde a dextris & a sinistris hoc modo dispono.

Iudas.

Incipiens a dextro pariete secundum ordinem generationis Ruben, quia primogenitus fuit. Primum scribo. Deinde Simeon, Deinde Leui. Et hi a dextris, Iudæ collocantur: hi quatuor filij Liæ fuerunt. A sinistris Iudæ similiter secundum ordinem generationis primum scribitur Dan, Deinde Nepthaline, hi filij Balæ ancillæ Rachelis. Post Nephtalin ponitur Gad, deinde Aser, hi filii Zelphæ ancillæ Liæ. Deinde Isachar, deinde Zabulon, hi rursum filii Liæ, deinde nouissime Ioseph, & post eum Beniamin, hi filii Rachel.

Ruben.

R Imagines Patriar.

Post hæc singulis nominibus suas imagines superpono semiplenas, a pectore sursum, quales nonnunquam in tabulis solent figurari: quas Græci frequentiori vsu Iconas uocant, ut

εἰκόνας

sic duodecim Patriarchæ secundum latitudinem per transuersum in stationibus suis ordinati appareant, quasi quidam senatus Dei ciuitatis.

S Phares, & soboles.

Deinde reuersus ad lineam generationis post Iudam pono Phares, Esrom, Arã. Aminadab, Naason, Salmõ, Booz, Obeth, Isai, Dauid, Salomon, Roboã, Abia, Asa, Iosaphat, Ioram, Aazias, Ioas Amasias, Ozias, Ioathan, Achas. Et hi sunt in secunda parte. Deinde in tertia parte secundum ordinem ponuntur. Ezechias. Manasses, Amon, Iosias, Eliachim, Ioachim, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azot, Sadoch, Achin, Eliud, Eleazar, Mathan, Iacob, Ioseph. Inter Ioseph autem & columnam scribo, hucusque primus Adam secundum carnem. Post hæc reliquam medietatem, quæ est a columna deorsum, similiter in tres partes æquales diuido, has autem ternas partes supra, & ternas infra, designant latera mansionum, ubi intersecant ipsam zonam secundum positionem plani. Igitur facta hac diuisione post columnam primum in ipsa linea Petrum, & circa ipsum a dextris, & a sinistris reliquos Apostolos, cum suis iconibus sex a dextris, & a sinistris quinque, ut ex una parte columnæ duodecim patriarchę, & ex altera parte duodecim Apostoli sint constituti ad similitudinem viginti quatuor Seniorum in Apocalypsi in circuitu Throni sedentium.

Apostoli.

Patriarchæ.

Et sicut duodecim Patriarchæ superius latitudinem arcæ continent (quia ab eis antiquus ille populus scriptæ legis uniuersus secundum carnem descendit) ita duodecim Apostoli inferius, quia ab eis omnis populus nouæ legis, id est gratię, p fidẽ spiritualiter ꝓpagatus est.

T Papæ.

Deinde post Petrũ sequitur. Clemẽs, Anacletus, Euaristus, Alexãder, Sixtus, Thelesphorus, Iginus, Pius, Anicetus, Sother, Eleuterius, Victor, Zepherinus, Calistus, Vrbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionysius, Felix, Euthicianus, Gaius, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, Melchiades, Syluester, Marcus, Iulius, Liberius, Felix, Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius, Zozimus, Bonifacius, Cœlestinus, Sixtus, Leo, Hilarius, Simplicius, Felix, Gelasius, Anastasius, Simachus, Hormisda, Ioannes, Felix, Bonifacius, Ioannes, Agapitus, Siluerius, Vigilius, Pelagius, Ioannes, Benedictus, Pelagius, Gregorius, Sabinianus, Bonifacius, Deusdedit, Bonifacius, Honorius, Seuerinus, Ioannes, Theodorus Martinus, Eugenius, Vitalianus, Adeodatus, Bonus Agatho, Leo, Benedictus, Ioannes, Conon, Sergius,

gius, Ioannes, Ioannes, Sisinius, Constantinus, Gregorius, Gregorius, Zacharias, Stephanus, Paulus, Stephanus, Adrianus, Leo, Stephanus, Paschalis, Eugenius, Valentinus, Gregorius, Leo, Sergius, Benedictus, Nicolaus, Adrianus, Ioannes, Ioãnes, Martinus, Adrianus, Stephanus, Formosus, Bonifacius, Stephanus, Romanus, Theodorus, Ioannes, Benedictus, Leo, Christophorus, Sergius, Anastasius, Lando, Ioannes, Leo, Stephanus, Ioannes, Leo, Stephanus, Marinus, Agapitus, Ioãnes, Benedictus Leo, Ioannes, Bñdictus, Domnus, Bonifacius, Benedictus, Ioannes, Ioannes, Ioannes, Gregorius, Ioannes, Syluester, Ioannes, Ioannes, Sergius, Benedictus, Ioanne, Benedictus, Syluester, Gregorius, Clemens, Damasus, Leo, Victor, Stephanus, Benedictus, Nicolaus, Alexander, Gregorius, Victor, Vrbanus, Paschalis, Gelasius, Calistus, Honorius. Et quod super est spatium vsque ad finem arcæ illos capiet, qui post nos futuri sunt, vsque ad finem seculi. Ab Adam vsque ad diluuium prima ętas seculi continens Annos. 1656. Secunda ætas a diluuio vsque ad Abraham continens annos. 292. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid habens annos. 942. Quarta a Dauid vsque ad transmigrationem continens annos. 473. Quinta a transmigratione vsque ad aduentũ Christi habens annos. 585. Sexta ætas, quæ nunc agitur, nulla annorum serie certa, sed vt ætas decrepita ipsa morte totius seculi consumenda. Has ærumnosas, plenasq; laboribus mundi ætates quicunque felici morte vicerunt, septima iam sabbati perennis ætate suscepti, octauam beatæ resurrectionis ætatem, in qua cum Domino perenniter regnabunt, expectant.

Hinc nota q Auctor fuit Honorij Secũdi tẽpore, anno Domini. 1125.

V. *Septem mũdi ætates.*

295.
720.
436.
978.

Iterum de trina arca diuisione secundum longitudinem, qua significantur homines legis naturalis, scripta, & gratia. Cap. V.

X. *Arcæ triplex secũdum lõgitudinẽ diuisio.*

Post hæc arcam in tres partes diuido, & primam partem, quæ est ab initio vsque ad duodecim patriarchas, tempus naturalis legis accipio. Secundã, quæ est a duodecim patriarchis vsq; ad incarnationem verbi, tempus scriptæ legis. ¶ Tertiam, quæ est a columna deorsum, id est ab incarnatione verbi vsque ad finem seculi, tempus gratiæ. Et secundum has diuisiones ipsa etiam latera arcæ vtrinque distinguo. Deinde in vtroq; latere per singulas diuisiones ternos colorũ tractus duco, vt velut trabes quædam in longum porrectæ lateraliter coniungantur data singulis congrua latitudine. Nam exterior quasi foris apparens latior cæteris esse debet. Post hunc interior medius quasi inter duos coarctatus minimum latitudinis habebit. Horum positio sic variatur, vt ille, qui in prima parte exterior est, in secunda fit medius, & qui in prima parte medius est, in secunda fit interior, & qui in prima parte est interior, in secunda fit exterior. Rursus qui in secunda parte exterior est, in tertia fit medius, & qui in secunda est medius, in tertia fit interior, & qui in secunda est interior, in tertia fit exterior. Cuius rei mysterium hoc est. Tres colores isti significant tres maneries hominum, id est homines naturalis legis, homines scriptæ legis, homines gratiæ. Nam sicut tria tempora sunt, id est tempus naturalis legis, tempus scriptæ legis, & tempus gratiæ, ita tres sunt manerię hominum, id est, homines naturalis legis, homines scriptæ legis, homines gratiæ. Homines naturalis legis pertinent ad tempus naturalis legis, Similiter homines scriptæ legis pertinent ad tempus scriptæ legis, & homines gratiæ ad tempus gratiæ. Et tamen si diligenter attendimus in singulis his tẽporibus omnes istas manerias hominum inuenimus. Verbi gratia. In tempore naturalis legis, & similiter homines scriptæ legis, & homines gratiæ tunc erant. Sed homines naturalis legis tunc erant in proprio, homines scriptæ legis, & homines gratiæ quasi in alieno. Tempus enim naturalis legis proprie pertinet ad homines naturalis legis, quia illi tunc & numero plures, & conuersatione manifestiores, & statu excellentiores erant. Homines autem scriptæ legis, & homines gratiæ, adhuc erant & numero pauci, & conuersatione occulti extiterant. Similiter de tempore scriptę legis, & tempore gratiæ sciendum est. Exponamus igitur nunc, qui dicantur homines naturalis legis, scriptæ legis, & homines gratię, vt quod de his dicimus ex proposita distinctione singulorum facilius colligamus. Natura tribus modis in sacra scriptura accipi solet, per illo scilicet integro, & incorrupto bono, in quo conditus fuit primus homo, Secundum quam acceptionem dicimus omnia naturaliter esse bona. Deinde pro illa corruptione peccati, in qua nascimur, secundum quam, dicit Apostolus, natura filij iræ sumus, id est corruptibili natiuitate, & peccato obnoxia. Accipitur etiam natura pro reliquijs illis naturalis boni, quæ in homine post peccatum remanserunt. Naturale enim bonum per peccatum in homine corrũpi potuit, extingui omnino non potuit, quia viuit adhuc scintilla quædã naturalis rationis in mente hominis, per quam discernit inter bonum & malum, secundum quam dicit Apostolus. Cum enim Gentes, quæ non habent legem, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Igitur homines naturalis legis sunt, qui aliam legẽ nõ habentes, per naturalem rationem mores & vitam suam instituunt. Vel homines naturalis legis sunt, qui secundum corruptionem peccati, cum qua nati sunt, in concupiscentia ambulant post desideria carnis suæ: Homines vero scriptæ legis sunt, in quibus maior viget cognitio, qui ex traditionibus scripturarũ, & ex præceptis, quæ recta & honesta sũt, formam viuendi accipiunt. Homines autem gratiæ dicuntur, in quorum cordibus diffusa est charitas per Spiritum sanctum, qui datus est eis, per quẽ illuminantur, vt quid agendum sit agnoscãt, & adiuuantur, vt adimplere valeant bonum, quod intelligere meruerunt. Ex his colligere possumus, qualiter in tempore legis naturalis omnes istę tres maneriæ hominum fuerint. Erant enim homines tunc iusti pauci quidem, & penè adhuc mundo incogniti, quos Deus per Spiritum sanctum ad amorẽ sui accenderat, quibus etiam sępe visibiliter apparens, & mutuus

Y *Sub lege naturæ triplices homines.*

Itẽ legis scriptæ.

Natura tripliciter.

Ephe. 2.

Rom. 2.

Hoĩes legis nat.

Scriptæ.

Gratię.

Rom. 5.

Z

& mutuis se collocutionibus familiarem præstans, viam veritatis, & loquendo foris, & intus aspirando patefecit. Isti homines gratiæ erant. Erat rursus aliud genus hominum, qui tustos istos familiarius nouerunt, vel ex affinitate generis, vel ex propinquitate conuersationis, qui cum ex dictis eorum, & factis multa exempla ad iustitiam, & disciplinā morum pertinentia didicissent, non ad virtutem, sed ad quādam vitæ huius honestatem eos imitati sunt. Tales erant omnes religiosorum virorum mali filij, vel affines, siue etiam quicunque familiares, qui disciplinam eorum non per amorem, sed per quandam viuendi consuetudinem tenuerunt, & eiusmodi quasi homines scriptæ legis erant. Reliqua humani generis multitudo nec præceptionibus diuinis, nec humanis iostitutionibus regebatur, sed erat lex vnicuique sua voluntas, & dum impune licuit quicquid placuisset, hoc potissimum quisque sequebatur, quò eū naturalis motus, siue carnis ad concupiscentiam, siue rationis ad quandam formā iustitiæ impellebat. Et ideo non immerito isti homines naturalis legis appellantur, qui tantum reguntur naturali motu, siue concupiscentiæ, siue rationis. Concupiscentia autem (sicut supra narratū est) ideo naturalis dicitur, quia in illa concipitur, & cum illa nascitur homo. Ratio vero ideo naturalis appellatur, quia illam ex prima adhuc conditione retinet homo. Illa igitur naturalis est conditione, ista natiuitate. Illa naturalis est, quia eam cum primum cōderemur accepimus: ista naturalis, quia illam cum nasceremur in hanc vitam nobiscum, & in nobis apportauimus. Tales homines habebant prima tempora seculi, quando lex non erat, quæ peccata puniret, & libere peccabant homines, nec abscondebant peccata sua, quibusdam peccata prorsus esse non credentibus, alijs autem peccata quidem agnoscentibus, sed leuia, & facili piaculo soluenda existentibus. Sed postquam lex subintrauit, & ostendit hominibus peccata sua, simulq; arguit, prohibuit, pœnam indixit, cœperunt homines abscondere peccata sua, & quædam opera virtutū foris exhibere, non vt implerent iustitiam, sed vt vitarent pœnam, sicq; multiplicati sunt homines scriptæ legis. Homines vero paucissimi naturalis legis effecti sunt, homines vero gratiæ aliquanto manifestiores esse cœperunt, quàm prius fuerant, quia lex bona, per hoc, quòd homines ad iustitiam inuitauit, iustorum vitam clariorem reddidit. Adueniente autem gratia (postquam rigor legis in misericordiam mutatus est) rursus multiplicantur homines naturalis legis, dum iam palam sectantur vitia sua, qui prius timore pœnæ coerciti latuerunt, homines vero scriptæ legis minuuntur. Tamen hoc tempus ideo tempus gratiæ appellatur, quoniam nunc homines gratiæ (quamuis non sint numero plures) tamen sunt statu excellentiores, quia veritas a paucis quidem tenetur, sed ab omnibus ferè cognoscitur, & communi omnium iudicio antefertur. Et iā palam est, q homo non ex operibus legis (sicut olim existimabatur) sed ex gratia Dei iustificatur. Cuiuscunque igitur temporis homines naturalis legis sunt aperte mali, homines autem scriptæ legis ficte boni, homines vero gratiæ vere boni. Homines naturalis legis partim sunt extra ecclesiam, sicut infideles quique, partim in ecclesia sicut ij, qui solam fidem habent absque operibus, sed nullo modo de ecclesia sunt, quia boni nō sunt. Hoïes scriptæ legis tantummodo in ecclesia sunt, quia fidem habent, sed de ecclesia non sunt, quia boni non sunt. Soli autem homines gratiæ in ecclesia sunt, & de ecclesia sunt, quia & fidem habent, & boni sunt. Hoc significare volunt illi tres tractus colorum, quos in lateribus arcæ ordinauimus, viridis, croceus, purpureus. Viridis color, qui in tempore naturalis legis foris secus iacet, significat homines naturalis legis, qui tunc manifestiores erāt, qui in cōpositione arcę est, sed arcæ similis non est, sed foris cū terra similitudinem habet. Arca enim, quæ in superficie intrinsecus secundum diuersitatem mansionum varijs coloribus vestita est: in ea tantum parte vbi homines naturalis legis interius collocantur viridi colore obduci non debet, neque croco vbi homines scriptæ legis intrinsecus sunt, sed vbi homines gratiæ interius ponuntur, purpureum oportet vt habeat colorem, quatenus hic solum similitudo vtrinque respondeat interius, quemadmodum hominibus naturalis legis superficies terræ per colorem viridem concordat intrinsecus. Croceus vero color in tempore naturalis legis intrinsecus collocatus est, quia significat homines scriptæ legis, qui secundum Prophetæ sententiam nutriebantur in croceis, qui tunc occulti erant, & hic in arca quidem situs est, sed nec arcæ, nec terræ similis est, quia ficte boni, nec per opera foris infidelibus, nec per virtutem intus fidelibus similes sunt. Purpureus autem color in tēpore naturalis legis quasi coarctatus in medio vtrumque iacet, quia propter regium decus significat homines gratiæ, qui tunc occultissimi erant. Qui color in arca est & positione, & similitudine, quia homines gratiæ & fidem habendo in ecclesia sunt, & virtutem habendo boni sunt. Positio istorum colorum in cæteris temporibus secundum quod significatio postulat variatur. Item homines naturalis legis sunt, qui solam fidem habent mortuam sine operibus. Homines scriptæ legis sunt, qui fidem habent, & opera fidei, sed charitatem non habent. Soli autem homines gratiæ fidem habent operantem ex dilectione.

Margin notes: Cōcupiscētia. — Status sub lege scripta. — Status sub gratia. — Colorum triū in arca significatio. — Viridis. — Crocei. — Thre. 4. — Purpurei. — Homines legis naturalis. Scriptæ. Gratiæ.

¶ *De trina Arcæ secundum latitudinem diuisione, qua supradicti homines significantur, & de trabibus ibidem positis.*

Cap. VI.

Dehinc ad latitudinem manum verto, & incipiens sursum a dextro cornu vsque ad lineam generationis geminas trabes porrigo, & ab inde sursum, id est a linea generationis vsque ad sinistrum cornu similiter duas signo, easdem quidem sed transpositas. Deinde vero à dextro cornu in sinistrum continuo ductu sine transpositione duas ibidem trabes protendo. Hoc modo lateribus secundum longitudinem & latitudinem compositis, inscri-

Margin note: A Diuisio per latitudinem.

inscriptiones eorum taliter distinguo. In dextro latere à fine vsque ad finem scribo, trecentorum cubitorum erat longitudo eius. Econtrario in sinistro latere in parte prima pono tempus naturalis legis, in secunda tempus scriptæ legis, in tertia tempus gratiæ, vt quasi primus cẽtenarius sit tẽpus naturalis legis, secundus tempus scriptæ legis, tertius tempus gratiæ. In superiori parte a dextro latere vsque ad sinistrũ scribo, quinquaginta cubitorũ latitudo eius. Ecõtrario in inferiori latere quasi expositionẽ huius tituli scribo, vnitas fideliũ sub uno capite Christo. In superiori quoq; cornu super capita dua rũ trabiũ, quę in lõgitudinẽ uadũt, pono mõs Sion: in sinistro, latera Aquilonis, subtus cõtra medium, ciuitas regis magni. Dextræ nanq; trabes geminæ

B Dextræ trabes mediæ.

significãt montẽ Sion, hoc est populũ Iudęorum in vtroq; sexu: & sinistræ latera Aquilonis, hoc est populum Gentium similiter in vtroque sexu ad fidẽ concurrentium: & vnam ciuitatem Dei, hoc est ecclesiam ex vtroque facientium. Propterea in superiori latere & transpositio trabiũ & diuisio titulorũ facta est, inferius autẽ & ductus unus, & titulus vnus, quia hi duo populi prius in seipsis diuisi fuerãt, in fide postmodũ Christi vnũ factũ sunt. Deinde in dextro cornu superius capitibus triũ trabiũ, quæ in longitudinẽ porriguntur, per transuersum superscribo homines, postea in sinistro cornu quasi huius tituli determinatione exteriori quidẽ trabi in capite ascribo naturæ, interiori autẽ suppono legis, mediæ uero gratiæ: hoc significare volens quod istæ tres trabes vtriusq; positæ significãt homines naturalis legis, scriptæ legis, & gratiæ, de quibus superius locuti sumus.

¶ *De inscriptionibus trium mansionum arcæ, & de distinctione eiusdem, quæ secundum altitudinem est, & de duodecim scalis, quibus ad easdem ascenditur. Caput. VII.*

C Mansionũ inscriptiones.

INSCRIPTIONES mansionum tales sunt, in dextro latere primæ mansioni inscribitur fides secundæ mansioni spes, tertiæ mansioni charitas. In sinistro latere primę mansioni inscribitur scientia, secundæ mansioni inscribitur disciplina, tertiæ bonitas. In superiori latere primæ mãsioni inscribitur natura, secundę lex, tertiæ gratia. In inferiori latere primæ mansioni inscribitur recta, secũdę utilis, tertiæ necessaria. Quatenus hæc ultima dispositio supradictis singulis respondeat sic habe, recta fides, utilis spes, necessaria charitas. Itẽ recta scientia, utilis disciplina, necessaria bonitas. Item

D Altitudo arcę.

recta natura, utilis lex, necessaria gratia. Sunt aliæ differẽtiæ adhuc, quibus altitudo arcæ distinguatur. Prima mansio sunt cõiugati, secũda cõtinẽtes, tertia virgines. Vel ita. Prima mansio vtẽtes mũdo, secũda fugiẽtes mũdũ, tertia obliti mundũ. Vel ita. Prima mansio sunt pœnitentia, secunda ambulantia, tertia volantia. Item per singulos angulos ascendentibus a frigore oriẽtis, id est a superbia, prima mansio est timor, secunda est dolor, tertia est amor. Ascẽdẽtibus à calore occidẽtis, id est a cõcupiscẽtia carnis prima mansio est patientia, secũda misericordia, tertia compunctio. Ascendentibus a frigore occidentis, id est ab ignorantia, prima mansio est cognitio, secunda meditatio, tertia est contemplatio. Ascẽdentibus a calore orientis, id est a spiritus feruore, prima mansio est temperantia, secunda prudẽtia, tertia est fortitudo. Ideo per quatuor angulos arcæ erectæ sunt sursum duodecim scalę, per singulos angulos tres, in unaquaq; mansione quatuor, in singulis angulis singulæ: & vnaquæq; scala decem passibus distinguitur, qui simul sunt cententũ uiginti, id est sexaginta & sexaginta. Per quos ascendunt ad supremũ cubitũ quasi ad Deũ uiri & mulieres sexaginta & sexaginta, alternatim per singulas scalas quasi sexaginta fortes qui ambiunt lectulum Salomonis, & sexaginta reginæ quæ scandunt ad amplexũ Salomonis: per duodecim scalas, per apostolicam doctrinã, per decẽ tramites, id est per decẽ præcepta legis, a quatuor angulis mundi fide Trinitatis imbuti, & doctrina euangelica. A frigore oriẽtis sursum scripti sunt triginta libri diuinæ paginæ per ordinẽ in singulis mansionibus decẽ, hoc est ad singulos passus singuli in latere scalarum de foris ordinati, & unusquisq; librorũ exterius tribus gradibus distinguitur, propter triplicẽ intelligẽtia, id est historiã, allegoriã, tropologiã. Ex altera parte scalarũ ab eodẽ angulo sursum scribitur ad primã quidẽ scalã. Hic ascendunt timentes gehennam, uocantẽ Esaia & dicẽte. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ideo autem hoc de Esaia dicitur, quia iste in ista scala supremus librorum est, cuius finis talis est. Et hic uersus extrinsecus per singulos passus, tribus gradibus distinguitur propter tria, quæ in Ezechiele dicuntur, quæ sunt lamẽtatio, carmen, & uę. Lamentatio pertinet ad presẽtem miseriã, carmẽ ad futuram gloriam, uæ ad gehennam. Et oportet ut, qui per timorẽ proficiũt, nõ solum gehennam timeant, sed & presẽnti miseria doleãt, & futuram gloriam diligant. Sed tamen in hac scala timor principalis est. In secunda scala scribitur sic. Hic ascendunt lugentes presentis vitæ exilium, propter uastã domus Domini, quę captiua ducuntur in Babylonem. Hoc ideo dicitur, quia in fine libri Paralipomenon (qui in illa scala est supremus) hoc narratur. Et hic uersus similiter per singulos passus tribus gradibus distinguitur, propter supradicta tria, sed hic dolor est principalis. In tertia scala sic scribitur. Hic ascendunt suspirantes ad patriam, suspensi ad reditum sponsi, & dicentes: Veni Domine Iesu Christe. Item a frigore occidentis sursum scribuntur libri ijdem triginta, scilicet qui in priori angulo dispositi sunt, per singulas mansiones decem, quatenus hi duo anguli ordine librorum distincti respondeant aquilonari lateri columnę, quod liber uitę appellatum est. De cuius rei mysterio postea latius tractabimus. Et sicut supra factum est, ita hic quoque singulos libros ternis gradibus secundum ascensum distinguimus. Ex altera uero parte scalarũ ab eodẽ angulo sursũ scribo ad primã scalã sic, Hic ascendunt hi, qui per ignorãtiã primã cognitionem Dei in creaturis accipiũt, docẽte scriptura & dicẽte. In principio fecit Deus cęlum & terrã. Quia Genesis in hac scala primus liber est. Hic versus autem ab

E Scalę. 12.
Cant. 3.
Cant. 6.
Libri. 30.
F Scala. 1.
Esa. ult.
Ezechielis materia.
Lamentatio.
Carmen.
Væ.
Scala. 2.
Scala. 3.
G Scala. 1.

ab imo sursum distinguitur tribus gradibus, quod
significat tria in operibus Dei admiranda, videlicet
immensitatem, pulchritudinem, vtilitatem. Immē-
sitas ad potentiam, pulchritudo ad sapientiam, uti-
litas ad benignitatem pertinet. Quæ si quis ple-
nius nosse voluerit, inspiciat tractatum, quem feci
mus, cui titulus est de tribus diebus. In secunda sca
Scala. 2. la sic scribitur, Hic ascendunt ij, qui ad institutionē
recte viuendi meditationi diuinæ legis inuigilant,
Hiere. 1. audientes scripturam dicentem. Ego constitui te
vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & æ-
difices, & plantes. Hoc in Hieremia inuenitur, qui
primus in hac scala est. Hic autem versus foris duo
bus gradibus distinguitur, propter duo, quæ neces-
saria sunt ad recte viuendum, quæ Psalmista com-
Psal. 36 memorat, dicens. Declina a malo, & fac bonum. In
Scala. 3 tertia scala sic scribitur. Hic ascendunt ij, qui inte-
riori oculo emundato internæ visionis lumen con
1. Esdr. 4 templari sitiunt, quasi de Babylone ascendentes ad
Hierusalem. Quod scilicet in Esdra legitur, qui pri-
mus in hac scala est, Hic autem versus distinctionē
H non habet, sed unus ductus coloris ab imo sursum
trahitur, quia cōtēplatio vniformis est, & simplex.

Scala. 4. ¶ Item a calore occidentis ab imo sursum ex vno
latere scalarum trium, vno ductu hic uersus scribi-
tur. Hic ascendunt ij, qui ab æstu vitiorum ad li-
gnum vitæ refugiunt, & sub folijs eius quasi sub
vmbraculo meridiano a feruore se abscondunt.
Hic autem versus foris ab imo sursum distingui-
Eccl. 34 tur septuaginta septem gradibus, id est per singu-
las scalas viginti sex vno minus. Isti autem gradus
significant, quod in euangelio de remissione pecca
Matt. 18 torum dicitur, septuagies septies. Septem enim vni-
uersitatem significare solent illius rei, cui apponun
tur. Vndecim vero transgressionem. Septuaginta se-
ptem ergo vniuersam transgressionem significant,
quæ hic ascendentibus relaxatur. In altero autem
Coloss. 3 latere primæ scalæ scribitur. Hic ascendunt ij, qui
per abstinentiam, & afflictionem mortificant mem
bra sua, quæ sunt super terram, cum vitiis & con-
cupiscentijs. Et hic versus quadraginta gradibus di
Scala. 5 stinguitur, qui numerus abstinentiæ signum est. In
secunda scala scribitur. Hic ascendunt ij, qui elee-
mosynis, & ceteris misericordiæ operibus priora
Dan. 4 peccata redimunt. Et iste versus quadraginta sex
gradibus distinguitur, quia eleemosyna abstinentiæ
iuncta, quasi sex cum quadraginta, perfectum o-
Scala. 6 pus facit. In tertia scala sic scribitur. Hic ascendunt
Psal. 50 hi, qui contriti cordis & spiritus contribulati iuge
sacrificium Deo in odorem suauitatis offerunt. Et
hic versus quinquaginta gradibus distinguitur, qui
numerus signum est remissionis & libertatis, quia
ex quo homo hæc tria exercet, id est abstinentiam,
eleemosynam, compunctionem, statim absolutio-
nem peccatorum suorum, & sancti spiritus conso-
Scala. 7 lationem in primordia veræ libertatis inueniet. A
calore orientis, qui est vltimus angulus reuertenti-
bus, & discedentibus primus, ab imo sursum vno
tractu scribitur: hic ascendunt ij, qui non iam de
malo ad bonum transeunt, sed de bono in melius
proficiunt, quos lignum vitæ fructu suo pascit, &
prouehit. Hic versus in prima scala triginta gradi-
bus distinguitur propter primum ordinem fide-
lium, qui sunt in ecclesia sancta. qui sunt coniuga- Matt. 13
ti, qui in euangelio triceno fructu significantur. In Scala. 8
secunda scala distinctio fit sexaginta graduum, qui
numerus ad continentes pertinet. In tertia centum, Scala. 9
qui numerus ad virgines pertinet, quibus nihil al-
tius, quia cælibem & celestem vitam ducunt. In alte Scala. 10
ro autem primæ scalæ latere ascriptus est hic ver-
sus. Hic ascendunt licite utentes mundo quasi re-
ptilia in arca, & filij Israel in campo edentes, & bi-
bentes, & videntes a longe gloriam Dei. Hic uer-
sus quinque & semis gradibus distinguitur pro-
pter bonam operationem minus perfectam, cuius
perfectio in pleno senario significatur, quam nec-
dum isti apprehendere possunt. In secunda scala
scribitur. Hic ascendunt obliuiscentes, & fugien-
tes mundum quasi quadrupedia iam ambulantia
in arca, & Aaron cum senioribus filiorum Israel in
ascensu montis. Hic autem uersus sex gradibus di-
stinguitur propter perfectionem operis, ad quam
isti iam promoti sunt. In tertia scala sic scribitur.
Hic ascendunt obliti mundum quasi uolatilia in Scala. 11
arca, & Moyses solus super verticem montis in nu
be cum Domino, hic autem uersus septem gradi-
bus distinguitur, quia tales cum perfectione ope-
ris habent & requiem mentis. Sciendum autem, q Scala. 12
isti gradus forinsecus semper versibus ascribendi
sunt, ut inter gradus & scalas uersus ipsi sursum
protendantur, & varijs coloribus distinguendi.
Nos ad significandam historiam viridem colorem Colorum
posuimus, ad tropologiam croceum, ad allego- ratio.
riam ceruleum.

De supradictis scalis moralis repetitio. Cap. VIII.

Nunc reuertamur ad scalarum allego-
riam. Ascendentibus a frigore orien I
tis, prima scala est timor, secunda do- Scalarum moralia.
lor, tertia amor. Ascendentibus a fri-
gore occidentis, prima scala est cogni
tio, secunda meditatio, tertia contemplatio. Ascen-
dentibus a calore occidentis, prima scala est patien-
tia, secunda misericordia, tertia compunctio. Et istæ
tres scalæ iustitiam perficiunt. In quarta scala se-
quuntur reliquæ tres quaternarum virtutum, A-
scendentibus autem a calore orientis, prima scala
est temperantia, secunda prudentia, tertia for-
titudo. Sunt etiam singulæ virtutes istæ in suis
locis depictæ. Quatuor angulos respondere fa-
cimus quatuor partibus mundi, a quibus colli-
guntur ij, qui ad præmium supernæ remunera-
tionis ascendunt electi Dei, a calore orientis, a
frigore orientis, a calore occidentis, a frigore oc-
cidentis. Calor orientis est feruor spiritualis, fri- Calor orietus &c.
gus orientis est timor superbiæ. Calor occidentis
concupiscentia carnis, frigus occidentis, cæcitas
ignorantiæ. In calore orientis creatus fuit primus
homo, postea superbiendo transiuit ad frigus o-
rientis quasi ad Aquilonem ad consortium dia-
boli. Deinde per concupiscentiam carnis ceci-
dit ad calorem occidentis, & per ignorantiam ad
fri-

frigus occidentis. Sicque per quatuor partes mundi diffuſus eſt, & diſſipatus. Cum autem colligitur & reuocatur, primum de qua uor partibus mundi ad arcam, id eſt ad eccleſiam accedit, & inde ſurſum aſcendens paulatim ſe in unum colligit, quouſque ad ſummum perueniat. Vbi autem primum cecidit, ibi primum aſcēdit, id eſt in frigore orientis, & ibi calcat caput ſerpentis, id eſt ſuperbiam. Poſtea aſcendit a calore occidentis, & ibi calcat ventrem ſerpentis, id eſt concupiſcentiam. Poſtea aſcendit a frigore occidentis, & ibi calcat pectus ſerpentis, id eſt ignorantiam. Poſtea reuertitur ad calorem orientis, ubi creatus fuit, & inde aſcendens totum ſerpentem complicatum deorſum premit, ita ut in ſingulis ſcalis qui ultimus eſt, aſcendentium ſerpentem pede vtrunque ſtipitem ſcalæ amplexum ſic calcare videatur. Duo autem ſtipi-

Stipites ſcalarum.

tes corpus & animam deſignant, quos ſerpens amplectit, quia in utroq; adhuc quoquomodo dominatur. Sed ij, qui per tramites, id eſt diuina pręcepta

L

aſcendunt, ubique deorſum ſerpentem premunt.

Euangeliſtæ.

Sunt etiam in quatuor angulis arcæ quatuor Euangeliſtæ depicti. In frigore orientis Leo, vt terreat elatos. In frigore occidentis Aquila, vt illuminet cæcos. In calore occidentis vitulus, ut carnem mactet. In calore orientis homo, vt hominem ad originem ſuam reuocet. Per librum vitæ, qui ad Aquilonem reſpicit aſcendunt, qui a frigore orientis, & qui a frigore occidentis, & propterea utraque parte a ſummitate inferioris ſcalæ intrinſecus manus cum volumine aperto deorſum extenditur, vt quaſi a libro uitæ ueniens, hic increpet, hinc erudiat. In uno

Geñ. 1.

ſcripta eſt increpatio. Væ, væ, væ In altero ſcripta eſt eruditio Iudæ. In principio creauit Deus cęlum & terram, ſecundum quod ſignificatio aſcenſionū vtriuſq; exigit. Per lignum vitæ aſcendunt, qui a calore orientis, & qui a calore occidētis, propterea in vtraque parte de ſummitate inferioris ſcalæ ramus tenditur deorſum, hinc habens folia, hinc fructum, vt quaſi a ligno uitæ ueniens hos paſcat, illos obumbret. Virtutes autem contra ſingulas ſcalas a latere intrinſecus hoc modo depictæ ſunt.

¶ *Aſcenſiones ad virtutes à frigore orientis. Caput. IX.*

M

Timor.

PRimum a frigore orientis timor contra uolumē nudus aſcendit, exutijs ſuperbiæ deorſum abiectis, propter ignē & uermes, qui ſub pede ſcalæ depicti ſunt. In ſecunda ſcala depingitur do-

Dolor.

lor, & iuxta eum tranſmigratio Babylonis incipiens a Ioachim, & ita oblique deſcendens vſque ad pedem ſecundæ ſcalæ, ibique exiens ab arca in Babylonem, cuius ſitus in mappa mundi ibidem cōſtat,

Amor.

Iuxta tertiā ſcalam amor pingitur quaſi una de uirginibus cum ardente lampade & vaſe olei expectās aduentum ſponſi. Singulæ autem uirtutes una manu ſurſum porrecta, geſtum aſcendentis exprimūt. In hoc etiam differentia attendenda eſt, quia in ſcalis aſcendunt homines, iuxta ſcalas intrinſecus per campos diſponuntur virtutes. In calore occidentis iuxta pedem primæ ſcalæ mulier quædam nuda pubetenus de cauerna procedit folijs ſupradicti rami obumbrata, contra quam a latere incentor vitiorū ignem de ore & naribus emittit, ad exprimendam concupiſcentiam. Paulo altius in eadem ſcala nudus quidam uirgis cęditur, ad exprimendam patientiam. In ſecunda ſcala quidam eleemoſynam largitur, ad ſignificandam miſericordiam. In tertia ſcala quidam in ſimilitudine orantis pectus tundens deſcribitur, ad compunctionem denotandum. Omnes autē uirtutes ſurſum reſpicere debēt, ut pro humana laude nihil fiat. A frigore occidentis iuxta pedem primę ſcalę quidam de cauerna obuoluta facie prodiens corruit, & in lapidem offendens vas, quod portat, confringit, ad exprimendam ignorantiam, quę per uarios errores animę integritatem diſſipat. Poſt hęc in eadem ſcala cognitio erecta pingitur contra uolumen, quod deorſum extenta manu porrigitur, & iuxta eam fragmenta uaſis. In hoc uolumine (ſicut diximus) ſcriptum eſt. In principio fecit Deus cœlum & terrā: quia primo cognitio Dei in creaturis eſt. In ſecunda ſcala meditatio ſedens exprimitur, & colligens fragmenta uaſis fracti. In tertia ſcala contemplatio formatur, ad ſimilitudinem fabri, conflans eadem fragmenta, ita ut liquefactio per ductum coloris (quem ſuperius iuxta uerſum huius ſcalę ſurſum porreximus) quaſi per fiſtulam in medium cubitum, quaſi in monetam currere videatur. Propter hoc myſterium, quia integritatem animæ, quam ignorantia frangit, cogniuo inuenit, meditatio colligit, contēplatio per ignem diuini amoris liquefaciendo in monetam diuinę ſimilitudinis reformandam fundit.

Mulier nuda.

Incentor uitiorum ignitum.

Nudus cęſus uirgis.

Eleemoſynarius.

Deprecās.

uirtutes cur ſurſū ſpectent.

Vas confringens.

Ignorantia.

Meditatio.

Contemplatio.

¶ *Aſcenſiones a calore, & frigore orientis. Cap. X.*

Calore orientis iuxta primam ſcalam pingitur temperantia ad ſimilitudinē patrisfamilias ſedentis ad menſam, comedentis, & eleemoſynam diſtribuentis, quaſi qui licite mundo utatur. In ſecunda ſcala pingitur prudentia in ſimilitudinem peregrini ambulantis, quaſi qui mundum fugiat. In tertia ſcala pingitur fortitudo deorſum nube amicta, quaſi quę mundum calcauerit, & in ſublime ſit eleuata ſurſum erectis manibus. Hoc autem (ſicut diximus) obſeruandum eſt, vt virtutes iuxta ſcalas intrinſecus diſponantur, homines autem in ſcalis per ſingulos tramites, ſinguli alternatim uiri & fœminæ, ut ſint ſexaginta fortes Iſrael & ſexaginta reginæ. Repetamus nunc breuiter numerum, & ordinem ſupradictarum, virtutum. In frigore orientis aſcendentibus de ſuperbia, prima ſcala eſt timor, ſecunda dolor, tertia amor. In calore occidentis aſcendentibus a concupiſcentia, prima ſcala eſt patientia, ſecunda miſericordia, tertia compunctio. In frigore occidentis aſcendentibus ab ignorantia, prima ſcala eſt cognitio ſiue cogitatio, ſecunda meditatio, tertia cotemplatio. In calore orientis aſcendentibus non de uitio, ſed per uirtutem proficientibus, prima ſcala eſt temperantia, ſecunda prudentia,

N

Temperātia.

Prudētia.

Fortitudo.

O

Repetitio uirtutū in ſcalis.

tia, tertia fortitudo, & ibi consummatio vitæ perfectæ est. Primus ascensus, qui est scilicet a frigore orientis, est in affectibus. Secundus, qui est a calore occidentis, est ex operibus. Tertius, qui est a frigore occidentis, est in cogitationibus. Quartus, qui est a calore orientis, est in uirtutibus iam dictis. Multa sunt alia, quę dici possent de his, quæ necessario nos in hoc loco præterire oportet.

O Ascensus a frigore orientis.

¶ De ostio arcæ. Cap. XI.

P Ostium.

Ostium autem arcæ taliter disponimus. Quia enim columna Christum significat, qui dicit, Ego sum ostium. Columna autem propter prædictas causas quasi bis, id est binis lateribus in arca præsentata est, ideo in vtroque latere columnæ, id est in libro uitæ ad Aquilonem, & ligno uitæ ad Austrum deorsum ostium pingimus, & tamē sicut unam columnam utroque latere, ita unum ostium vtroque ostio figuramus. Ostium, quod est ad Aquilonem, per librum uitæ significat fidem, per quam ab infidelitate ingredimur in ecclesiam, quod fit per humilitatem Christi, per quam reuocati sumus, & hoc ostium clausum esse debet, ut amplius ad antiquos errores non reuertamur. Ostium, quod est ad Austrum, per lignum uitæ significat trāsitum ab hac uita ad futuram gloriam, id est ad fructum ligni vitæ. Et hoc ostium apertum est, quia illuc semper oculos mentis dirigere debemus, vt quamprimum ab hac miseria exeamus. Aliud etiā quiddam per ostium figuramus. Quia enim ostiū deorsum est, & fenestra sursum (quam posuimus supra compunctionem cum extenta manu & columba) ideo ostium congrue designare potest exitum per operationem, & fenestra exitum per cogitationem. Quatuor autem modis eximus per operationem. Omnis nanque actio uel terrena est, vel spiritualis. Propter cupiditatem terrenis actibus inseruire unus modus est, quasi immundum animal. Propter necessitatem eas disponere alius modus est, quasi mundum animal. Propter cupiditatē spiritua les actiones tertius modus est suscipere, quasi id faciat malus homo. Propter utilitatē proximi, & laudem Dei, quartus modus est, quasi id bonus homo faciat. Ideo per ostium quatuor animalia exeuntia depinximus, immundum animal asinum, & mundum animal bouem. Bonum hominem Noe, & malum hominem Cham. Bono homini Deus ostium aperit, malus homo inobedienter exiens ex altera parte ualuas frangit.

Ioan. 10. Columna

Ostiū ad Aquilonē.

Ostiū ad Austrum.

Aliter.

Exeundi per operationē modi.

Animalia exeuntia.

¶ Exeundi per cogitationem modi quatuor. Cap. XII.

Q Exeundi per cogitationem modi.

Similiter per cogitationem quatuor modis eximus. Primus modus est, quando consideramus omnem creaturam quid sit ex se. Secundus modus, quando consideramus omnē creaturā quid sit ex beneficio creatoris. Tertius modus est, quādo cōsideramus quomodo utatur Deus ministerio creaturarum ad implenda iudicia sua. Quartus modus est, quando consideramus quomodo utatur homo beneficio creaturarum ad implenda desideria sua. Ex se sunt omnia uana, & transitoria. Ex beneficio creatoris perpetua. Dum Deo seruiunt, sunt instrumentum iustitiæ. Dum homini seruiunt, sūt instrumentū concupiscentiæ. Hoc modo coruus exiuit, qui cadauer inuenit, & in eo resedit. Hæc in eo libro, quem de Arca dictaui, plenius cuncta disserui. Tres priores modi ad columbam pertinent idest ad tria bonarum cogitationum genera, quæ sunt, cogitatio, meditatio, contemplatio. Vanitatem cogitamus, iustitiam meditamur, perpetuitatem contemplamur.

Cogitatio.

¶ De sex mansiunculis Arcæ ad literam. Cap. XIII.

R Mansiunculæ.

Nunc de mansiunculis quomodo dispo nendæ sint videamus. Dicunt nonnulli mansiunculas fuisse quosdam nidos id est quædam receptacula ad parietē arcæ foris constructa, propter illa animalia, quæ nec semper in arida, nec semper in aqua degere possunt, sed vicissim alternando, nunc de aqua ad aridam, nunc de arida redeunt ad aquā. Quibus quia toties arca aperiri non potuit, diuina prouidentia actū est, ut ne uel ipsa quidem perirent, foris eis ad parietem arcæ receptacula fierent, quorū aditus semper apertus esset exterius, pariete arcæ integro intrinsecus permanente. Quæ taliter disposita creduntur, ut dum arca aquis superferretur, foris per aquam ascendentibus, aditus eorum per planum occurreret. Horum receptaculorum numerū scriptura non dicit. Nos tamen ad similitudinē sex ciuitatum, quæ homicidis in refugium deputatæ sunt (quia ad eandem significationem spectāt) sex mansiunculas in arce disposuimus hoc modo. Primum Iordanis fluuius per mediam arcam, id est de uno pariete in alterum iuxta latus columnæ desuper ducitur, ad similitudinē baptismi, qui in sancta ecclesia quasi finis est legis, & initium gratiæ, cuius aqua sanctificationis de latere Christi fluxit. Et quia sex ciuitatum tres ultra Iordanē, tres citra constituēdæ præcipiuntur, nos similitudinē sequentes etiam mansiunculas nostras collocemus, scilicet ultra ceu supra Iordanē tres, id est in superiori parte, & tres citra, id est in parte inferiori arcæ. Prima posita est desuper in fronte arcæ, id est in initio naturalis legis, Secunda & tertia in lege scripta, id est super ripam Iordanis hinc inde. Quarta, & quinta, & sexta in tempore gratiæ. Duæ sub Apostolis contra duas superiores hinc inde, vna in fine arcæ deorsum contra primam. Et ita lex naturalis habet unam, lex scripta habet duas, gratia tres. Quarum mysterium hoc est. Arca significat ecclesiam, diluuium cōcupiscentiam mundi huius. Animalia illa, quæ frequētēr de arca ad aquam, & iterum de aqua ad arcā redeunt, infirmos quosque, & carnales in ecclesia constitutos, qui peccando sępe ad concupiscentiam huius mundi labuntur, quibus tamen remedia pœnitentiæ quasi quædam mansiunculæ in arca spirituali, id est

Mansiunculæ sex dispositio.

S Mystica significatio.

id eſt in ſancta eccleſia præparata ſunt. De quibus manſiunculis quaſi vnam lex naturalis habuit, id eſt ſacrificium. Legi ſcriptæ duæ addictæ ſunt, id eſt oblaoo & purificatio. Gratia autem contra tria carnalia, tria habet ſpiritualia, confeſſionem, orationẽ, carnis afflictionem. Confeſſio immolat, oratio mũdat, carnis affl:ctio mactat, Poſt hæc inter legem naturalem & ſcriptam in vtroq; latere porta aperitur, & per illam, quæ eſt ad Aquilonem, populus captiuus ab Hieruſalẽ ducitur in Babylonem. Per illã, quæ eſt ad Auſtrum, populus de Aegypto liberatus intrat ad terram promiſſionis tendens. Quod quẽadmodum etiam ſecundum ſitum locorum competat, in deſcriptione mappæ mundi poſtea clarebit, quia Babylon ab Hieruſalem eſt ad Aquilonem, Aegyptus ad Auſtrum. Et ideo ab hac porta, qua populus ingreditur deorſum io latere arcæ intrioſecus in ordine ſcribuntur quadraginta duæ manſiones vſque ad ripam Iordanis, per quas populus Dei ſpiritaliter ab Aegypto naturalis legis per deſertũ ſcriptæ legis tendit ad terram promiſſionis gratiæ.

¶ *De manſionibus quadraginta duabus. Cap. XIIII.*

T

Manſiones.42.

Anſiones autem hæ ſunt. Prima Rameſes, ſecunda Sochot, tertia Etham, quarta Siaroch, quinta Mara, ſexta Helym, ſeptima mare rubrum ſecundo, octaua ſolitudo Sin, nona Deſcath, decima Alis, vndecima Raphidim, duodecima Sina, decimatertia ſepulchra concupiſcẽtię, decimaquarta Aſcereth, decimaquinta Rethma, decimaſexta Ramoth, decimaſeptima Lemna, decimaoctaua Redſa, decimanona Caltha, viceſima Rapher, vicemaprima Arada, viceſimaſecunda Marcloth, niceſimatertia Thaath, viceſimaquarta Thare, viceſimaquinta Mercha, viceſimaſexta Aſmona, viceſimaſepóma Maceroth, viceſimaoctaua Maoeiachan, uiceſimanona Galaih, trigeſima Gethabatha, trigeſimaprima Ebrona, trigeſimaſecunda Aſiongaber, trigeſimatertia Sin, quæ eſt Cades, triceſimaquarta mõs Hor, triceſimaquinta Selmona, triceſimaſexta Finon, trinceſimaſepóma Oboth, triceſimaoctaua Gebarin, Triceſimanona Dibungath, quadrageſima Solrr on deblathain. Et quia vna de ſex manſiunculis ſuper ripam Iordanis in latere primæ manſionis ex hac parte ſita eſt, propterea cum in quadrageſima manſione ad eam uentum fuerit duæ ſequentes deſuper ſcribũtur in ſecunda manſione uſque itidẽ ad ripã Iordanis. Sũt autẽ hæ, quadrageſimaprima mõs Abarim contra Nobo, quadrageſimaſecunda campeſtria Moab ſuper Iordanem iuxta Iericho. De interpretatione autem, & myſterio iſtarum manſionum in alio fortaſſis opere, qood de hac eadem arca facere cogitamus, laòus quæ dicenda ſunt exequemur: & quare oaturalis lex Aegypto, ſcripta lex deſerto, gratia vero terræ promiſſionis comparetur, & qualis de illa per hanc ad iſtã trãſitus habeatur. Hæc ad cõſtructionẽ arcæ, his, qui plura facere aut nõ ualẽt, aut oolũt ſufficere poſſunt. Adiecimus tamen quædã, quæ breuiter cõmemorabimus. Hoc

Myſtica interpretatio.

V

Arcæ exornatio.

modo arca perfecta, circũducitur & circulus oblongus, qui ad ſingula cornua eã cõtingat, & ſpatiũ qđ circunferẽtia eius includit, eſt orbis terræ. In hoc ſpatio mappa mundi depingitur, ita ut caput arcæ ad orientem conuertatur, & finis eius occidentem coontingat, ut mirabili diſpoſitione ab eodem principe decurrat ſitus locorũ cũ ordine temporũ, & idẽ ſit finis mũdi, qui eſt finis ſeculi. Conus aotem ille circuli, qui in capite arcæ prominet ad orientem, paradiſus eſt, quaſi ſinus Abrahæ, vt poſtea apparebit maieſtate depicta. Coous alter, qui prominet ad occidentem, habet vniuerſalis reſurrectionis iudiciũ in dextra electos, in ſiniſtra reprobos. In cuius coni angulo aquilonari eſt infernus, quò damnandi cum apoſtatis ſpiritibus detrudentur. Poſt hæc ſupradicto circulo alter paulo laxior circunducitur, vt quaſi zonã videatur efficere, & hoc ſpatiũ aer eſt. In quo ſpatio ſecundũ quatuor partes mundi quatuor anni tempera diſponũtur, ita ut ver ſit ad orientem, ad auſtrum æſtas, ad occidentem autumnus, ad aquilonem hyems. Ver pingitur a lumbis ſurſum puer fiſtulam manu tenens & cantans. Aeſtas iuuenis flores aſpicit. Autumnus in uirili ætate expreſſus fructus naribus admouet & olſacit. Hyems formam ſenis geſtans fructus comedit. Et omnes a lumbis ſurſum pinguntur ſinguli in principijs ſuis.

Coni.

Anni tempora.

¶ *De proprietate quatuor temporum anni, & concluſione operis. Caput. XV.*

X

Temporũ anni proprietates.

Er habet delectationem aurium. Aeſtas oculorũ. Autumnus olfaciẽdi. Hyems guſtandi: quia oblectamentũ pueritiæ in auditu doctrinæ, oblectamentum iuuentotis in exemplo operis, oblectamẽtũ uirilis ætatis in appetitu eſt probitatis, oblectamentum ſenectutis in experientia virtutis. Tenent & ſinguli ſingulos anni quadrãtes. Aeſtas tenet ſuperiorem, hyems inferiorem. Ver dextrũ. Autumnus ſiniſtrum. Et in ſingulis quadrantibus extenſæ ſunt quaſi duæ chordæ propter geminã ſingulorũ proprietatem, qnibus adinuicem collatis muſicum octochordiũ exprimitur, de quo harmonia concordiæ uniuerſalis tẽperatur. Ver eſt humidũ & calidũ. Aeſtas calida & ſicca. Autumnus ſiccus & frigidus. Hyems frigida & humida. In quibus omnibus multo ſermone propter operis compendiũ ſupſedebitur. In hoc eodem ſpatio duodecim uenti diſponũtur, ſingulis temporibus terni attributi ſub ætherea plaga, quaſi deorſum pr ecipites, & a ſcapulis prominentes alati ſub ſingulis menſibus ſinguli ordinaõ. De his quatuor ſunt Cardinales, qui ſinguli duos hinc inde habẽt ſuffraganeos. A medio orientis flat Subſolanus duos hincinde habens ſibi conſpirãtes, a dextris Vulturnũ, a ſiniſtris Eurum. A meridie flat Auſter ſiue Notus, habens a dextris Euronotũ, qui & Euroauſter, a ſioiſtris Libonoiũ, qui & Auſtro africus. A medio occidentis flat Zephyrus, qui & Fauonius habens a dextris Africum qoi & Libs, a ſiniſtris Corũ, qui & Argeſtes. A medio Septentrionis flat Aparctias, qui & ſeptentrio habens a dextris Circium, qui & Thracias, & Thraſceas, vel thraſcias,

Quadrantes anni.

Ver.

Venti.:a

Subſolanus.

Vulturnus.

Eurus.

Auſter.

Notus.

Euronotus.

Libonot⁹.

Zephyr⁹.

Fauonius

Aphricus

Libs.

Corus. Sepẽtrio. Circius. Boreas. Aquilo. ſcias, a ſiniſtris Boreã, qui & Aquilo. Et principales quidẽ ſinguli geminis ſpirant cornibus, ſuffraganei ſinguli ſingulis. Poſt hæc ali⁹ adhuc circulus prædictis duobus exterius circũducitur, & ſpatiũ qđ includit pro ætherea plaga accipitur. In quo ſpatio Y Circulus ætheris. duodecim mẽſes diſponũtur ſecũdũ ordinẽ temporũ, & menſibus duodecim ſigna ſupponũtur, ita vt ſemper in medio mẽſis ſignũ incipiat, & econuerſo menſis in medio ſigni. Et hæc ſigna ſingula deſuper triginta gradibus diſtinguuntur, initio deſuper ſumpto a primo gradu arietis. Et ſic contra mundũ in circuitu ordinatis omnibus ſignis, ſupinatis quidem ad ipſum firmamẽtũ, mẽſibus aũt ab inferiori ſurſum erectis, ita ut ſigna qđe ſurſum verſa in ipſo circulo, qui Aplanes dicitur, ſtare uel ambulare videantur. Mẽſes aũt poſt illa, & ſub illis in æthere ſtãtes appareãt, ſicq̃ue in ſupremo ſigna, ſub ſignis mẽſes, ſub mẽſibus uenti, ſub uentis tempora demõſtrantur. In qua diſtributione magna naturæ ratio, effectuſq; ſignatur, totuſq̃ue cœli ambitus ſic perficitur. Hoc modo cõſtructa machina uniuerſitatis in Maieſtas. parte eius ſuperiori maieſtas a ſcapulis ſurſum, pedibuſq̃ue deorſum eminens, & quaſi in ſolio ſedẽs formatur. Ita vt expenſis hinc inde brachijs omnia continere videatur. Tribuſq̃ue digitis per medium extenſis vſque ad orbẽ terræ, & cæteris in palmum reflexis cœlos concludit. Et in dextera quidẽ ſua tenet thronũ, qui oblique deorſum depẽdet per ætris ſpatiũ, vſque ſupra eũ locũ vbi in cono inferiori (ſicut diximus) ad dextrã partẽ electi reſurgunt, quos & angeli ibidẽ præparati in cœlũ ſuſcipiunt. Ideoq; in ipſo throno ſcriptũ eſt. Venite benedicti patris Mat. 25. mei, percipite regnũ, qđ uobis præparatũ eſt ab initio ſeculi. In ſiniſtra aũt ſua tenet ſceptrũ, qđ dirigitur deorſum uſq; ad eũ locũ⁴ vbi malos ad ſiniſtram reſurgentes dæmones obuij rapiũt, & ideo in ipſo ſceptro ſcriptũ eſt. Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Deinde linea ge- Ibidem. nerationis ab Adã ſurſum extra arcã per mediũ pro minẽtis coni uſq; ad cœli uerticẽ extẽditur, & in ea per ordinẽ ſex rotulæ circinãtur, ita ut nouiſſima ipZ ſius arcæ introitũ complecti videatur. Iſtæ aũt ſex Rotulæ ſex exprimẽtes ſex dierũ opera. rotulæ exprimunt opera ſex dierũ. Prima, nãq; q̃ & ſuprema taliter figurari debet, qualis fuit mundus prima die quãdo lux creata eſt. Secũda, quãdo firmamẽtũ inter aquas & aquas poſitũ eſt. Tertia quãdo aquæ in unũ collectę ſunt, & terra germinibus veſtita. Quarta, quando ſol, & luna, & ſtellæ factæ ſunt. Quinta, quando piſces in aqua, & aues in aere collocati ſunt. Sexta, quãdo beſtiæ factæ ſunt in terra & homo. Vt verbũ ab ore maieſtatis exeat, & omnis ordo creaturarũ ſubſequatur, & ipſius atq; protẽſio pertingat a principio mũdi vſque ad finẽ ſeculi, per mediũ terrę hinc indẽ habens loca, mõtes, flu- Seraphi. mina, caſtella & oppida cõſtituta, ad auſtrum Aegyptum, & ad aquilonem Babyloniam. Poſt hæc circa thronũ ex vtraq; parte, circa mediũ duo Saraphim pinguntur, qui extenſis alis ſurſum & deorſum velant caput maieſtatis & pedes, facie tamen intecta manente. Sub alis autẽ ſeraphim deſuper in eo ſpatio, qđ eſt inter ſcapulas maieſtatis & alas ex utraq; parte ordines angelorũ cõſtituũtur noué, ad cõtemplandã faciẽ maieſtatis cõuerſi. Ipſa nãq; ſumma & vera unitas mediũ & ſupremũ locũ obtinet. Deinde primus ordo angelorũ diadẽ hinc inde binos. Secũdus ordo hinc inde ternos. Tertius ordo hinc inde quaternos. Quartus ordo hinc inde quinos. Quintus ordo hinc inde ſenos. Sextus ordo hinc inde ſeptenos. Septimus ordo hinc inde octonos. Octauus ordo hinc inde nonenos. Nonus ordo hinc inde denos, vt a prima unitate ſit origo omniũ. Et in ſecunda unitate cõſummetur creatio angelorũ, qui ſimul ſunt cẽtũ & octo. De ſingulis aũt ordinibus ſingulis labẽtibus remanẽt nonaginta noué, quibus homo cẽteſima ouis additur, & ſuperna ciuitas cõſummatur. Hæc de arcæ noſtræ figuratione dicimus, vt ſi cuilibeat decorẽ domus Domini, & mirabilia eius (quorũ nõ eſt numerus) intueri, hoc interim exemplari affectum ſuum prouocet. Sit Deus benedictus per cuncta ſecula ſeculorum. Amen. Nouem angelorũ ordines. Cõcluſio.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis, Lateranenſis de arca Noæ libri quatuor, in quorum ſingulorum fronte ſua ponentur capita, in omnes autem ſequens præmittitur Prologus.

CVM ſederẽ aliquando in conuentu fratrũ, & illis interrogãtibus, meq; reſpondẽte, multa in mediũ prolata fuiſſent, ad hoc tandẽ deducta ſunt uerba, ut de humani potiſſimũ cordis inſtabilitate & inquietudine admirari omnes ſimul, & ſuſpirare inciperem⁹, cũq; magno quidẽ deſiderio expoſcerent, demonſtrari ſibi q̃ cauſa in corde hominis tantas cogitationũ fluctuationes ageret, ac deinde ſi qua arte, ſiue laboris cuiuſlibet exercitatione huic tanto malo obuiã iri poſſet, ſummopere doceri flagitarẽt: nos, quãtũ Deo inſpirante ualuimus, in utroq; charitati fratrũ ſatiſfacere uolentes, vtriuſq; q̃ſtionis nodũ ductis tã ex auctoritate q̃ ex ratione firmamẽtis ſoluimus. In collatione aũt, qa qđã ſpecialiter placuiſſe fratrib⁹ ſcio, ea potiſſimũ ſtylo cõmẽdare uolui, nõ tñ ideo q ea digna ſcribi exiſtimẽ, ſed qa qđã ibi pri⁹ inaudita quodãmodo magis grata eſſe cognoui. Primo igitur demõſtrãdũ eſt, unde tãta in corde hominis viciſſitudo oriatur, ac deinceps quomodo ad pacẽ ſtabilẽ mens humana reduci, qualiterq; in eadẽ ſtabilitate ſua conſeruari poſſit inſinuãdũ. Et licet hoc propriũ diuinæ gratiæ opus eſſe non dubitẽ, & nõ tã humana induſtria, q̃ diuino munere, & ſancti ſpiritus inſpiratione poſſideri: Scio tamen, q cooperari nobis vult Deus, & ſic gratis pietatis ſuæ dona præſtat, ut ingratis ea etiã, quæ præſtiterit ſæpe ſubtrahat. Præterea etiã idcirco nõ inutile eſt, & infirmitatis noſtræ magnitudinẽ, & reparationis modũ agnoſcere, qa qui q̃ta ſibi gratia collata ſit neſcit,

nescit, quãtas largitori grates debeat non intelligit.

C Primus itaq; homo ad hoc cõditus fuit, vt si nõ pec callet, per cõtemplationis p̃sentiam vultui creatoris sui semp assisteret, vt eũ semp videndo, semp amaret, semp amãdo, semp ei adhæreret, sp ei adhærẽdo, qui immortalis est, & in ipso vitã sine termino possideret. Hoc ergo erat vnũ & verũ bonum hoĩs, plena videlicet & pfecta cognitio sui conditoris, plena scilicet fm illã plenitudinẽ, quã creat⁹ acceperat, nõ fm illam quã post peractam obedientiam accepturus erat. Sed proiectus est a facie Dñi qñ pp pctũm cęcitate ignorantiæ percussus ab intima cõtẽplationis illius luce foras venit, eoq; profundius ad desideria terrena mentẽ inclinauit, quò magis supernorum dulcedinẽ (quorũ iam gustũ pdiderat) obliuisci cœpit: sicq; factus est vagus, & pfugus super terrã. Vagus videlicet p inordinatã cõcupiscentiã, pfugus per peccatricẽ conscientiam. Cuius voce et illud apte subiungit. Quisquis.n. inuenerit me, occidet me. Gene.4.

D Quia menię diuino desertã auxilio qcũq; tentatio impetierit, subuertit. Cor ergo hoĩs, qd prius diuino amori affixum stabile pstitit, & unũ amãdo vnũ pmansit, postq̃ per desideria terre na diffluere cœpit, quasi in tot diuisum est, quot ea sunt, q̃ cõcupiscit. Sicq; fit, vt mens, q̃ uerum bonum amare nescit, nũquam valeat esse stabilis, quia desiderij sui finem in his, q̃ amplectitur nõ inueniens, dum semp se desiderio extendit sequens qd cõsequi nõ valet, nunq̃ requiescit: hinc igitur nascit motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine puentione, ita ut semp sit inquietũ cor nostrũ, donec illi adhærere cęperit, vbi & desiderio suo nihil deesse gaudeat, & ea, quæ diligit semp mãsura cõfidat. Ecce ostẽdimus morbũ cor fluctuãs, cor instabile, cor inquietũ. Et cãm morbi, amorẽ videlicet mũdi, & remediũ morbi amorẽ Dei, quib. necessario quartũ adiũgit, adeptio remedij, s. qualiter possimus ptingere ad amorẽ Dei, sine quo cętera agnouisse aut parũ, aut nihil proderit.

Libri.I.Capita.

Quæ igitur sit differentia &c. *Cap.I.*

E INTER amorẽ huius mondi & amorẽ Dei hæc est dfia, φ huius mũdi amor in principio dulcis esse vr, sed finem hẽt amarũ. Amor vero Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius dulcedine plena sunt. Quod pulcherrima similitudine euãgelicus sermo nobis oñdit, cum de sponsi nostri ou ptijs decantaret dicẽs. Ois homo primũ uinũ bonũ ponit, & cũ inebriaĩ fuerint, tũc id qd deterius est: tu aũt seruasti bonũ uinũ vsque adhuc. Ois namque Ioan.2. homo, id est carnalis primũ vinũ booũ ponit, quia in sua delectatione fallam quãdã dulcedinẽ sentit. Sed postq̃ furor mali desiderij mentẽ inebriauerit, tunc qd deterius est propinat, quia spina cõscientię superueniens mentẽ, quã prius falso delectabat, grauiter cruciat. Sed sponsus noster postremo vinũ bonũ porrigit, dũ mentẽ, q̃ sui dulcedine amoris replere disponit, quadã prius tribulationũ cõpunctione amaricari finit, vt post gustũ amaritudinis auidius bibat suauissimũ poculũ charitatis. Et hoc est primũ signum, qd Iesus fecit corã discipulis suis, & crediderunt in eũ. Quia inde peccator, & pœnitẽs primũ de mia Dei fiduciam habere incipit, qd est post longa mœroris tędia Sancti spũs cõsolatione cor suum sentit releuari. Quæramus ergo quõ ad amorẽ Dei pertingere possimus, quia ipse colliget, & stabiliet corda nostra, ipse pacẽ restituet, & contĩnuã pstabit lætitiã. Nemo aũt amare potest qd nescit, & ideo si Deum amare cupimus primũ eum cognoscere satagamus, pcipue cũ ipse talis sit, qui nequeat sciri, & non amari. Tanta est.n. ipẽs pulchritudinis eius, ut qui eũ potuerit videre, nõ possit nõ diligere. Homo qui vult alterius hoĩs mores & secreta agnoscere, facit se ei familiarẽ, frequenter in domo eius conuersat, & cũ ijs, qui illi familiares sunt. Et si viderit ea, quę circa ipsum sunt, honeste & prudenter disponi certiortã de virtute ipsius efficit, & amore iã dignũ iudicat, cuius pbitatis tã aperta se indicia inuenisse cognoscit. Et nos igit inquiramus vbi habitet Deus, vbi domus eius sit, interrogemus notos eius de ipso. Vtrũ prudẽs est, vtrũ fidelis est, vtrũ laude dign⁹ est, vtrũ pius est. Siquidẽ humilis fit, dignus est. Si domus suæ curã bõ agit, prudens est. Si seruiẽtes sibi fraudare nõ nouit, fidelis est. Si peccantib. libenter parcit, pius est. Si afflictis cõpatit, misericors est. Si subiectos nõ pmẽdo, sed iuuando regit, humilis est. Sed fortassis interrogas ubi ista domus Dei q̃ rẽda sit, vbi inueniri possit? Domus Dei totus est mũdus, domus Dei ecclesia catholica est, Domus Dei & est qlibet fidelis aĩa. Sed Deus aliter mũdũ inhabitat, aliter ecclĩam, aliter vnãquãq; fidelẽ aĩam: io mũdo est, vt impator in regno, in ecclĩa est, vt paterfamilias in domo, in aĩa est, vt spõsus in thalamo. Pagani, & infideles quiq; in domo ei⁹ sunt. i. in regno qa ipse oẽ qd cõdidit p diuinitatis suæ potẽtiã tenet & regit: falsi fideles in domo eius sunt. i. i ecclĩa qa ipse oib. quõs ad fidẽ uocauit, sacrorum suorũ participationẽ credit: fideles uero in domo ei⁹ sunt. i. in thalamo, & ut uerius dicã ipsi dom⁹ ei⁹ sunt, qa eos p dilectionẽ inhabitans possidet, & regit. Oẽs in domo eius sumus per cõdiõnem, qua creauit nos: in domo eius sumus p fidẽ, qua uocauit nos in domo ei⁹ sumus p dilectionẽ, qua iustificauit nos. Si in domo Dei tm̃ es per condiõnẽ, & diabolus tecũ est. Si in domo Dei es tm̃ per fidem, etiã palea cũ granis in area tua est. Si aũt in domo Dei fueris per charitatẽ, beatus es, quia nõ solum tu in domo Dei, sed tu domus Dei esse cœpisti, ut ipse tecum habitet in te, qui fecit te. Hæc est salutaris mansio, hæc sunt tabernacula iustorum, in quibus uox lætitiæ & exultationis semper personat, ubi habitãt beati, cuius decorem propheta concupiuit, cuius inhabitationem opta-

Ibidem.

F Amoris Dei acquisitio.

Agnitio nis Dei acquisitio.

G Domus Dei ubi fit.

Quomodo sumus in domo Dei.

optauit, cuius desiderio flagrauit. Si ergo hæc mãsio
in nobis esse cœpit, intremus & habitemus cum eo,
Ibi pacẽ inueniemus, & requiẽ ubi ille habitare di-
gnatur, cuius locus in pace factus est. Si uero necdũ
in nobis esse cœpit ædificemus eã, quia si locũ ei p-
parauerimus, ad nos libẽter ueniet, qui idcirco fecit
nos, ut in nobis habitet Iesus Christus Dñs noster.

¶ *Quòd duobus modis inhabitet Deus cor hominis, & quòd multis nominibus dicatur inhabitatio Dei, & inhabitator Deus, & quod Arca sit exemplar ædificij spiritualis. Cap. 11.*

H DVobus modis Deus cor humanũ inha
bitat, per cognitionẽ uidelicet & amo
rẽ, una tamen mansio est, quia & om-
nis qui nouit eum diligit, & nemo di
ligere potest qui nõ nouit. In hoc ta-
mẽ differre uidetur, quòd scientia per cognitionẽ fi-
dei fabricam erigit, dilectio aũt per uirtutẽ quasi co
lore superducto ædificium pingit. Sic autem utrũli
bet necessariũ perspicitur, quia nec splendere potest
si non fuerit, nec placere si non splenduerit. Ingrede
re ergo nunc in secretum cordis tui, & fac habitacu
lum Deo, fac templũ, fac domum, fac tabernaculũ,
fac arcam testamẽti, fac arcam diluuij, uel quocũq;
nomine appelles, una est domus Dei. In templo ado
ret plasma creatorem, in domo ueneretur filius pa-
trem, in tabernaculo honoret miles regem, in testa-
mento auscultet assecla præceptorem, in diluuio im
I ploret naufragus gubernatorẽ. Totum tibi factus est
Deus, & totum tibi fecit Deus. Fecit habitaculum,
factus est patrocinium: hoc unum totum est, & totũ
hoc unũ est, domus Dei est, ciuitas regis est, corpus
Christi est, sponsa agni est. Cœlũ est, sol est, luna est,
stella matutina est, aurora est, tuba est, mõs est, deser
tũ est, terra pmissionis est, nauis est, via in mari est,
sagena est, vinea est, ager est, area est, horreũ est, ple-
pe est, subiugale est, equus est, apotheca est, aula est,
thalam⁹ est, turris est, castra est, acies est, popul⁹ est,
regnũ est, sacerdotiũ est, grex est, pastor est, ouis est,
pascua est, paradisus est, hort⁹ est, palma est, rosa est
liliũ est, fõs est, fluui⁹ est, porticus est, colũba est, ve-
stis est, margaritũ est, corona est, sceptrũ est, thron⁹
est, mẽsa est, panis est, cõiũx est, mr̃ est, filia est, soror
est. Et vt breuius cõcludã de hac, & ad hãc, & ppter
hãc ois scriptura factus est. Propter hãc mũdus fact⁹
est. Propter hãc verbũ caro factũ est. Deus humilis,
homo sublimis. Si hanc ergo habes, totũ habes, si to
K tũ habes, nihil est amplius, quod expectes, & requie
scit cor tuũ. Hui⁹ vero spiritualis ædificij exẽplar ti-
bi dabo arcã Noe, quã foris videbit oculus tuus, vt
ad eius similitudinẽ intus fabricetur animus tuus. *Arca typus ædificij spiritualis.*
Videbis ibi colores quosdã, formas & figuras, quæ
delectẽt visum. Sed scire debes, ideo hęc posita esse,
vt in eis discas sapientiã, disciplinam, atq; virtutem,
quæ exornẽt animũ tuũ. Et quia hæc arca ecclesiam
significat, ecclesia autẽ corpus Christi est, vt euiden
tius exẽplar tibi fiat, totã psonã Christi idest caput
cũ mẽbris in forma visibili depinxi, vt cum totũ vi-
deris, quæ deinde de parte dicuntur facilius intelli-
gere possis. Talẽ autem personam hanc exprimere ti
bi cupio, qualẽ Esaias se vidisse testabatur, & idcirco
eius ipsius verba in mediũ proferã, atq; ex ipsis qđ
tibi demonstrare volo sumã, vt qđ dcit litera, probet
propheta. Ait ergo. Vidi Dñm sedẽtẽ super soliũ ex- L
celsum & eleuatũ. Excelsũ est qđ situ est in sublimi: *Esa. 6.*
eleuatũ est qđ de inferioribus translatũ est ad supio-
ra. Soliũ ergo excelsũ sunt angelici spiritus: soliũ ele
uatũ animæ sanctorũ de huius mũdi voragine trãsla
tæ ad gaudia supnę pacis. Et quia vtrisq; psidet De⁹,
ideo sedere phibetur sup soliũ excelsum & eleuatũ.
Qđ vero in sequẽtibus dicit. Plena est ois terra maię *Terra.*
state eius, p terrã ois corporea creatura significatur,
q̃ plena est maiestate Dei. Quia diuina essentia sicut
spirituali creaturæ p cognitionẽ psidet, ita corporeã
creaturã regẽdo, atq; disponẽdo implet. Qđ ergo ali
bi dr̃. Cęlũ & terrã ego impleo. Et rursum, cęlũ mi- *Hier. 23.*
hi sedes est, & terra scabellũ pedũ meorũ, hoc hic di *Esa. 66.*
citur. Vidi Dñm sedẽtẽ sup soliũ excelsum & eleua-
tũ, & deinde plena est ois terra maiestate eius, & ea
quę sub ipso erãt replebãt tẽplũ. Tẽplũ est angelici *Templũ.*
siue humani intellectus capacitas, qđ scilicet tẽplum
impletur ab his, quæ sub eo sunt. Quia tãta est diui-
norũ operũ immẽsitas, vt ad ea perfecte cõprehendẽ
da nulli⁹ creaturę intelligẽtia sufficiat. Implet cor no
strũ cõsideratio eorũ, nõ cõprehẽdit à corde nostro
immẽsitas eorũ. Qñ ergo factorẽ operis cõprehẽde
re valebimus, qui ipsum opus factoris ad plenũ ca-
pere nõ valemus? Possumus etiã dicere, q soliũ hoc
excelsum & eleuatũ, in quo sedet Deus, ęternitas sit M
deitatis, quia de ipso solo dicitur, qui habitat ęterni *Esa. 57.*
tatẽ, nõ q aliud sit Deus, & aliud æternitas eius, sed
quia soliũ regnãtiũ est, & ideo recte in solio æterni-
tatis sedere phibetur, quia sicut essentię eius ita etiã
omnipotẽtiæ ipsius nec principium nec finis inueni
tur. Sẽper fuit, semper oipotens fuit, semper in se, &
à se plenus, & pfectus fuit, nec tñ redundãs. Dicit er
go. Vidi Dñm sedentẽ super soliũ excelsum & eleua
tũ, quia virtus diuinitatis omnẽ creaturã & æternita
te pręcedit, & dignitate trãscẽdit, & potestate dispo
nit. Sequit. Et ea, quæ sub ipso erãt, replebãt templũ.
Templũ in hoc loco intelligi põt circuitus tẽporum
& ambitus seculorũ. Tẽpora nanq; dũ cursu suo in N
seipsa redeũt, quasi quendã tẽpli ambitũ gyrãdo cir- *Esa. 5.*
cũscribũt. Qđ ergo dicit: ea, q̃ sub ipso erãt, replebãt *Templũ. Tempora*
templũ, sic intelligendũ est, q omnia seculorũ tẽpo-
ra plena sunt operibus Dei, & omnis generatio nar-
rat mirabilia eius. Vel sic legi põt. Ea, quæ sub ipso
erãt, implebãt templũ idest ea, q̃ implebãt templum
sub ipso erãt, qa quicquid tpaliter voluitur, intra &
infra æternitatẽ inuenitur, immẽsitas enim æternita
tis tẽporales angustias intra se claudit, quia & prius
tẽpore est, qđ nunq̃ cępit, & posterius tpe, qđ finem
nescit. Et supra tẽpus est, quod mutabilitatẽ nõ reci-
pit. Seraphim stabãt super illud. Duo seraphim duo
sunt testamẽta. Et pulchre seraphim, qđ interpretat O
ardẽs, diuinã scripturã significat, quæ eos quos p co *Seraphim*
gnitionẽ prius illuminauerit per amorẽ postmodũ
fortiter ardere facit. Dũ enim mẽti nostrę qđ deside
rare debeat ostẽdit, pri⁹ eã illuminat, ac deinde ardẽtẽ
facit. Ardet ergo quia ardentes facit, sicut alibi luce-
re dicitur quia illuminat: de hac.n. Petrus Aposto-
lus ait. Habemus firmiorẽ propheticũ sermonẽ, cui
bene facitis attendẽtes quasi lucernæ lucenti in cali

ginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriať
in cordib. vestris. Et fortassis sm hāc similitudinem
qua ipsi scripturę attribui solet qđ ipsa in cordibus
efficit audientiū, hoc dictū est: Seraphim stabant su
per illud. Surgit.n.cum nos erigit, ambulat cū nos
perficere facit, stat cū nos in bono ꝓposito figit. Sed
inquirendū est quare sup solium Deus sedere dr, &
Seraphim super soliū nō sedere, sed stare perhiben-
P tur. Et quia superius duob. modis hoc soliū interp-
Quæstio. tati sumus, sm vtrumq; modum expositionē ada-
ptare debemus. Si ergo per soliū Dei spūales creatu
ras accipimus, recte sup soliū Deus sedens describiť
quia dignitas deitatis ut sit super omnia nec uirtute
proficit, nec sapia crescit, cum nec plenitudo augeri
possit, nec æternitas variari: mēs uero humana quo
ties per cognitionē sacræ scripturæ illuminata ad cę
lestia cōtēplanda subleuatur, si ipsos quoq; angelo-
rū choros trāscendēs usq; ad pñtiā conditoris sui ꝓ
fecerit, super soliū quidē ascendit, sed tñ stat non se
det, quia illuc ꝓficiēdo per laborē venit, vbi per na-
turā manere nō habuit. Stare nāque laborātis est, se-
dere quiescētis, & ideo super soliū nos stamus, De⁹
sedet, qa esse incipimus per gratiam, ubi ipse est per
naturā. Sicut si per soliū ęternitatē Dei intelligimus
nos super soliū stamus, quia ad eius immortalitatē
non nisi per mortis laborē peruenire possumus, &
qui ex cōditione fini obnoxij sumus, ex adoptione
ęternitatis hæredes efficimur. ¶ Sex alæ vni, & sex
alæ alteri. i. vtrumq; sex alas habebat, quæ iunctę bi
næ & binę tria paria alarū faciunt. Vtrūq; duab. cor
Q Alæ seraphim. pus suū tegit nō Dñi, hoc est primū par. Vtrūq; duas
extēdit, alterā ad tegendū caput nō suū sed Dñi, al-
teram ad tegēdos pedes nō suos sed Dñi, hoc est sm
par. Vtrūq; duabus uolat alter ad alterū, hoc est ter-
tiū par. Si ergo Seraphim scripturā sacrā significat,
tria paria alarū tres sunt intellectus eiusdē scripturæ
.i. historia, allegoria, tropologia, quæ singula idcir-
co bina sunt, quia singula ad dilectionē Dei & pro-
ximi legentiū animos accendunt. Duæ alæ, quæ cor
pus seraphim tegunt, historia est, quę per uela-
men literæ mysticos tegit intellectus. Duæ alæ, quę
vsque ad caput & pedes Dñi extenduntˀ, allegoria
est. quia cum mystica diuinæ scripturę discimus, vs
que ad ipsius diuinitatis agnitionē, q̃ ante omnia, &
post oīa est, per illuminationē mentis penetramus.
R Sed sciendū est, ꝙ alæ extensæ vsq; ad caput, & pe-
des attinguntur, sed vtrūq; tangentes tegunt, quia
quoties ad eius ęternitatem cogitādam per excessū
mentis rapimur, nullū in eo principiū aut finē inue
nimus. Sed hac eadē ala nobis caput eius uelamus,
quia qualiter in eo nullū sit principium comprehē-
dere non ualeamus. Alam ad pedes extēdimus, dū
eum post oīa esse nō tpe, sed æternitate considera-
mus. Sed pedes tegimus, dū in eo finē non inueni-
mus. Tangendo ergo caput eius, & pedes tegimus,
quia quanto magis eius ęternitatē mens humana in
uestigare nititur, tāto magis incomprehensibilē esse
miratur. Quod aūt in Esaia scriptū non est velabant
Esa. 6. caput eius, sed scriptū est. velabant faciē eius, eo mō
intelligi debet, quo dictū est ad Moysen. Non pote-
ris uidere faciē meā, Non.n. uidebit me homo, & vi
Exod. 33. uet. Illa quippe plena cognitio diuinitatis, quæ san-
ctis in ęterna uita promittiť, de qua dicit Apl's. Vide 1. Cor 13
bimus eū facie ad faciē, & rursus, tūc cognoscam si- Ibidem.
cut & cognitus sum. In hac adhuc mortalitate degē
tibus uelata est, & abscondita. In illa aūt vita ęterna
nō uelata, sed reuelata est & manifesta, sicut Dñs in
euangelio de beatis angelis testatur. Angeli eorū sp
vident faciē patris. Quia ergo ad p̄sentē tractatū ma-
gis ptinebat, ut facies nuda remaneret, uerba ꝓphe- Matt. 18.
tiæ nō mutantes, sed p̄termittētes ut uerū sit, ꝙ nul
lum in Deo principiū cōprehenditˀ, caput desup ue
lamus: & ut stare possit qđ dr, angeli eorū sp uident
in cœlis faciē patris, faciem apertā relinquimus: cæ- S
tera quoq;, q̃ hic aliter dñr, nō ad propheriā, sed ad Alæ uolādi.
picturā referenda sunt. Duabus alis uolabant. Istæ
duæ alæ, quibus uolabant seraphim, tropologiā si-
gnificantˀ, quia dū per lectionē diuinæ scripturæ ad
bona opera instruimur, quasi quibusdā alis ad alta
subleuamur. Q̄ rib. ēt volamus alter ad alterū, dum
per studium bonę operationis nos inuicē exhorta-
mur. Volantes aūt Sanctus, Sanctus, Sanctus, clama
mus, si per bona opera nostra nō nostrā, sed patris
nostri, qui in cęlis est, gloriā amplificare satagimus.
Quid est.n. Sanctus, Sanctus, Sanctus, clamare, nisi
creatoris gloriam, quam agnonimus intus, in aper-
to p̄dicare? His breuiter explanatis ea, quæ sequun- T
tur, deinceps tractare incipiamus. Restat.n. ut post-
quam ostēdimus quid sibi vult, ꝙ caput Dñi, & pe-
des eius nobis ascondita esse leguntur, ēt quid de re
liquo corpore cogitandum sit demonstremus. Si er
go caput Dei dicimus esse quod fuit ante constitu-
tionem huius mundi, & pedes eius quod futurum
est post cōsummationem seculi, recte longitudinē
corporis eius accipimus, qđ inter principium & fi-
nem medium est spatium tpis. Caput ergo & pedes
teguntur, quia prima & nouissima inuestigare non
possumus. Corpus apparet, quia ea, quæ media in V
hoc pñti seculo geruntur, videmus. Hoc corpus est
ecclesia, quæ cœpit a principio mūdi, & vsque ad fi
nem seculi durabit. Hæc est arca, de qua loqui pro- Arca.
posuimus, quæ a capite vsque ad pedes pertingit,
quia a principio vsq; ad finem per successionē gña-
tionum sancta ecclesia se extendit. Sed sciēdum est,
ꝙ sicut in persona hoīs alia sunt circa corpus eius,
& neque in corpore sunt, neque de corpore, ita etiā
est in corpore Christi. i. ecclesia, q̃ habitat in medio
prauæ nationis, & dū assultus infideliū excipit, qua-
si quibusdā fluctib. procellosis foris arca tunditur:
dum uero a falsis fratrib. tribulationē sustinet, qua-
si quibusdā noxiis humorib. intus corpus torq̃tur.
Quæcunq; ergo corpori cōtraria sunt siue intus si- X
ue ex̄ sint, nō sunt de corpore. Qđ autē brachia Dñi
hinc inde cōplectunť oīa, hoc significat, ꝙ sub eius
ptāte sunt vniuersa, & nemo manū eius uel dextrā
ad p̄miū, vel sinistrā eius effugere pōt ad suppliciū.
Cur ergo amplius mēbra de salute corporis solici-
ta sint, q̃ talē capitis ptātem agnouerunt? Ipse nouit
quid expediat corpori suo, qui & per cōpassionem
sentit periculum, & per potestatem præstat reme-
dium. Ipse est, qui in mari viam ponit, quia cor-
pus suum, id est ecclesiam suam, quasi arcam in di-
luuio, sic inter huius vitę procellas regens usque ad Y
portum quietis æternæ perducit. Si ergo saluari cu-

pimus,oportet nos intrare hanc arcã . Et ficut fupra
dixi,hanc arcam in nobis debemus facere,vt poffi-
mus iotra nos in ea habitare.Non enim fufficit fi ex
tra nos in ea fumus,fi non etiam didicerimus quali
ter io oobis habitare eã debeamus.Ad qđ nobis tria
principaliter cõfiderãda funt, primũ qualiter eã de-
beamus ædificare in nobis,fecũdũ qualiter eã debea
mus intrare in nobis, tertiũ qualiter eã debeam⁹ ha
Arcæ qua tuor. bitare in nobis . Sed ecce dũ de vna arca loqui pro-
ponimus,ita per confeqnentiã rerũ ducitur mẽs no
ftra, vt iã nõ de vna tantũ , fed de quatuor loquẽdũ
nobis videamus.E quibus duæ vifibiles exterius vi-
fibiliter factæ funt,duæ autem inuifibiles inuifibili
ftructura intus inuifibiliter fiũt. Prima eft,quã fecit
Z Noe fecuribus & dolabris ex materia lignorũ & bi-
tumine.Scđa eft,quã fecit Chriftus p prædicatores
fuos ex collectione populorũ in vna fidei confeffio
ne.Tertia,quã fapiẽtia quotidie ædificat in cordib⁹
noftris ex iugi legis Dei meditatione . Quarta eft,
quã mater gratia operatur in nobis ex cõfœderatio-
ne multarũ virtutũ in vna charitate . Prima eft in re,
fecũda in fide,tertia in cognitione , quarta in virtu-
te.Primã vocemus arcã Noe,fecundã arcẽ ecclefiæ,
tertiã arcã fapientiæ,quartã arcã matris gratiæ.Quo-
dammodo tamẽ vna vbiq; arca eft,quia vnica vbi-
que fimilitudo eft,& nõ difcrepare debet in nomi-
ne , quod non difcrepat in proprietate, vna eft for-
ma, diuerfa materia, quia quod eft in ligno,hoc eft
in populo, & quod eft in mente, idem eft in chari-
tate . Nos tamen fpecialiter de arca fapientiæ loqui
fufcepimus,& idcirco reliquarum trium expofitio-
nem breuiter tranfcurremus , vtin explanatione hu
ius poftmodum liberius morari ualeamus.

De forma, & quãtitate arcæ fecũdũ literã. Ca.III.

A Arca forma. Vi ftudiofius indagare cupiunt earum
rerum ueritatem , quæ de arca Noæ
fecundum literam referuntur , duo
præcipue inquirere debent , uideli-
cer formam & quantitatem arcæ.Et
Origenes refellitur. de forma quidẽ fic dicit Origenes. Ego puto quan-
tũ ex his , quæ defcribũtur apparet,quatuor angulis
ex imo cõfurgentẽ eifdẽq; paulatim ufq; ad fummũ
in anguftũ attractis in fpaoũ unius cubiti fuiffe col-
lectã. Cui fentẽtiæ plura refragari uidẽtur,primũ ꝙ
hæc forma ad natandũ nõ uidetur effe idonea. Con
ftat nãq; tantæ molis machinã, tot & tantis onuftã
animalibus,atque cibarijs,nequaquam ita potuiffe
fupernatare uenıẽtibus aquis,ut nõ ex magna parte
fui deorfum premeretur: cuius rei experimentũ ad
huc capere poffumus in nauibus magna geftãtibus
onera.Si ergo, vt dicitur , ftatim ab imo cõtrahi cœ-
pit,ut intumefcẽtes fluctus latera hinc inde inclinan
tia nõ repellerẽt,fed exciperẽt, & non tam aquæ ar-
cam,q̃ arca aquas porteret?quõ fieri poterat,ut non
Gene. 6. tota ftatim ad ima defcẽderet? Rurfum cũ dicit.Po-
nes oftiũ in latere deorfum. Per latus deorfum uide
tur fignificare parietẽ lateralem ad differentiam late
ris,quod furfum erat in tecto,in quo fortaffis fene-
ftra pofita fuit . Et iterũ dicit. Aperiens Noe tectum
arcę , fatis confequenter innuit ipfam arcam deor-
Gene. 8. fum habuiffe parietes,quibus fuperpofitum fuit te
ctum,quod erat fupremæ manfioni,in qua hõ mo-
rabatur,cõtiguum. Propter has,& alias huiufcemo- B
di caufas,videtur nobis quod in ipfa arca parietes in
quatuor partibus fuerint erecti quibus tectum fu-
perpofitum in cacumine fuo ad menfuram vnius
cubito cõtraheretur.Cuius autem altitudinis fuerint Altitudo arcæ.
parietes ipfi,hoc auctoritas nõ dicit, fed tamen quã
tum conijcimus altitudo parietum vfq; ad fundum
quartæ manfionis extendebatur.Affirmant nãq; do Oftium.
ctores oftium arcę inter fecundam & tertiam man-
fionem locatum,ita vt limen eius fundo tertię man
fionis effet contiguũ . Introitus autẽ eius furfum in
latere eiufdẽ mãfionis excifus, ita vt ab oftio duę q-
dẽ manfiones deorfum effent , tres vero furfum.Et Manfionũ rationes.
vnã dicunt ad fimũ animaliũ recipiendũ ordinatã,fe
cundã ad cibaria eorũ , In tertia fuiffe indomita aia
lia, in quarta mitia aoimalia, in quinta (quę fupre-
ma erat)homines & volatilia.Et verifimile eft,quòd
duæ illæ inferiores mãfiones natante arca deorfum
inter aquas premerẽtur . Tertia vero,io qua anima-
lia erãt,quæ fpiramẽto aperti aeris eguerũt,prοrfus fu
pra aquas eminеret,ita vt foris per aquã ad arcam a-
fcendentibus oftiũ fere per planum occurreret.Et fe
cundũ hunc modum fortaffis dictũ eft. Pones oftiũ Gene. 6.
deorfum.Vel deorfum ideo quia in quacũq; mãfio
ne poneretur , deorfum erat.vt arca intrantiũ pedes
exciperet.Si vero quæritur vtrũ ęqualis fuerit altitu C
do fingularum mãfionũ necne,nos quidẽ ex aucto- Quæftio de altitudine &c.
ritate probare non poffumus , quid inde fentiendũ
fit.Interim tantũ,quod auctoritati contrariũ nõ fit,
nobis cõcedi poftulamus. Volumus enim fic diftio
guere, vt primæ mãfioni demus in altitudine qua-
tuor cubitos,fecundæ quinq;, tertiæ fex,quartæ fe-
ptẽ,quintæ octo,& fic altitudo parietũ qndecim ha
bebit cubitos,& quindecim altitudo tecti. In patio- Nidi.
tibus huius arcæ foris facti erant nidi fiue mãfiun-
culæ quafi ad ipfos parietes affixi,ita vt introitus eo
rũ extrinfecus pateret , ipfo pariete integrò perma-
nente intrinfecus.Et hos nidos dicũt factos effe pro
pter illa animalia,quæ nec femper in aqua nec fem
per in arida degere poffunt,ficut eft Lutra, & vituli D
marini.Hæc de forma arcæ dicta funt. De quãtitate Quãtitas arcæ. Gene 6.
dicitur.Trecentorũ cubitorũ erit lõgitudo,quinqua
ginta latitudo,triginta altitudo.Sed funt qui dicant,
quod hęc magnitudo ad tot genera animalium , &
ad eorum cibos,quibus per annum integrũ vefcerẽ
tur,capiendos non fufficeret. Quã quæftionem do-
ctores hac ratione foluunt.Aiũt nãq; ꝙ Moyfes,qui Cubitus geometricus.
vt de eo fcriptura teftatur omni fapientia Aegyptio-
rũ fuerat eruditus,fecundũ artẽ geometricã,quã prę
cipue Aegyptij callent, cubitorũ numerũ in hoc lo-
co pofuit,qua in fex cubitis vnus deputatur,Quæ v-
tiq; ratio fi obferuetur in huius arcæ mẽfura, inue-
nientur tãta fpatia longitudinis,& latitudinis,& al-
titudinis,quæ vere totius mundi reparãda germina,
& vniuerforũ animantiũ capere potuerint rediuiua
feminaria.Sciendũ quoq; eft,ꝙ illa animalia , quæ E
non de coitu generãtur, fed de humore terræ vel ca-
dauerũ,fine cuiuflibet alteri⁹ rei corruptione,vel il-
la,q̃ ex cõmixtione diuerfi generis nafcunt,vt Muli
& Burdones,neceffe nõ fuit in arca cõtineri.Ex qui-
bus colligitur nõ fuiffe impoffibile,vt reliquorũ om
nium

Mensuræ geometricæ. niũ animãtiũ ſeminaria reparãda tãtæ capacitatis lo
cus contineret. Si antẽ libet diligentius inquirere ea,
quæ ad geometricalium dimenſionum rõnem per-
tinent, magna hic horum elucet diſciplina, ex quib.
Digitus. nos pauca cã breuitatis perſtringimus. Digitus eſt
pars minima agreſtium menſurarũ propriã appella-
tionem habentium. Quicquid.n. digito minus eſt a
partibus reſpondemus, vt eſt ſecũda, tertia, vel quar
ta pars. Per quem videlicet digitũ ſic mẽſuramus, vt
per tranſuerſum pollicẽ pollici lateraliter cõiungen
Palmus. tes radices vnguium recta linea rñdere faciamus. Et
Pes. hac rõne quatuor digiti faciunt palmũ vnum, qua-
Cubitus paruus. tuor palmi faciunt pedẽ vnum. Pes & dimidius cu-
bitum paruũ, ſex parui cubiti cubitũ magnũ, & ſic
Cubitus magnus. magnus cubitus habebit nouẽ pedes. Paruus ſeſqui
pedem. Longitudo ergo trecentorũ cubitorum ma
gnorum habebat paruos cubitos mille octingẽtos.
Pedes duomillia, & ſeptingentos. Palmos aũt decẽ
† 1000. millia & octingentos, digitos vero † quadraginta
Paſſus. tria millia ducentos. Rurſus quinque pedes faciunt
Stadium. paſſum vnũ, centum viginti quinq; paſſus ſtadium
Millare. vnum, octo ſtadia milliare vnũ. Ac per hoc patet, ꝙ
hæc arca in longitudine ſua habuit paſſus quingen-
tos quadraginta, & ſtadia quatuor (id eſt dimidium
milliare) & quadraginta paſſus. Simili rõne poſſunt
F iſta in latitudine & altitudine reperiri. Quod ſi eũ
ſcire delectat, quot quadratorum, ſiue pedum, ſiue
cubitorum fuerit embadion. i. area, multiplica ma-
ius latus per minus, & quot a ſumma inde excreue-
rit, tot quadratorum erit area. Verbi gratia. Dic qn-
quagies trecenti fiunt quindecim millia, tot cubito-
rum quadratorũ eſt area. Et ſic de alijs. Si huius te-
tragoni diagonalẽ lineã quæris, hæc tibi ſit regula.
Multiplica vtrumq; latus. i. maius & minus, vnum-
quodque per ſe, ac deinde illius ſummæ, quæ inde
excreſcit, in vnũ coaceruatę latus quęre, & hoc pro
diagonio habeto. Verbi gratia. Dic trecenties trecen
ti fiunt nonaginta millia. Dic quinquagies quinqua
ginta fiunt duo millia quingenti. Huius ſummæ la-
tus eſt trecenti quatuor & ſemis vnum, hoc eſt non
integrum. Si dimidium huius ſumis, habes centum
quinquaginta duo & ſemis vno minus. Hæc eſt,
quæ extenditur ab angulo vſque ad mediũ. Si hanc
habueris pro baſe, & in medio arcæ in altitudinem
triginta cubitorũ Ratetũ erexeris, & de ipſo Rateto
a ſupremo tertiæ mãſionis ſurſum quindecim ſum
pſeris, & hoc pro Rateto habueris, eique pedetenus
hanc baſim ſm Geometricalem regulam compara
ueris, videbis mirabili ratione oẽs angulares hypote
miſas in menſuram centum quinquaginta duorũ,
& ſemis ꝓuenire. Similr̃ ſi baſim a fronte hinc inde
veniẽtẽ cũ Rateto cõtuleris, videbis ẽt hypotemiſas
a frontib. procedẽtes in centũ quinquaginta duo ſe
mis porrigi. Quæ aũt a laterib. veniũt Hypotemiſæ
in viginti octo, & ſemis extẽduntur hñtes baſes vi-
ginti quinq; cubitorũ. Regula inueniẽdi hypotemi
ſam hęc eſt, vt Ratetũ in ſe multiplices, ſilr̃ baſim in
ſe, & has ſummas ſimul cõponas, & illius numeri,
qui inde excreſcit latus pro hypotemiſa hẽto. In hac
aũt arca hypotemiſæ uicẽ gerũt tigna obliq̃ ab imo
Ratetus. ad ſuperiora porrecta. Ratetus eſt ſtylus in medio
Baſis. arcæ erectus uſq; ad ſupremũ cubitũ. Baſis eſt linea
iacẽs ab angulo arcæ uſq; ad Ratetum porrecta. Dia Diagonalis linea.
gonalis linea vocatur, quæ ꝓtenditur ab angulo in
angulum illi oppoſitũ. In trigonis his, & tetragonis,
multa alia inuenies ad ſubtilitatẽ geometricæ diſci-
plinæ pertinẽtia, quæ oĩa nos pp faſtidium declina
mũs. Sũt alij, qui dicunt in arca non fuiſſe niſi tres G
mãſiones, & ex his vnã ſemel cameratã, mediã bica-
meratã, ſupremã tricameratã: & aiunt has diſtõnes
manſionũ ſcripturã appellaſſe cœnacula: ipſas autẽ
manſiones tres triſtega. Et hanc formã nos idcirco
potius quam reliquas depinximus, quia non facile
altitudinem parietum in plano demonſtrare potui-
mus. In hac enim forma tigna hinc inde ſurgentia
paulatim cõtrahuntur donec in cacumine ad unius
cubiti menſuram conueniunt.

De arca eccleſia, ſeu eccleſia. Cap. IIII.

HÆc ſm literã dicta ſunt de arca Noę. H
Reſtat nũc vt videamus, q̃ ſit arca ec- Arca, quæ eſt eccleſia:
cleſiæ, vel ut expreſſius loquar, ipſa ec
cleſia arca eſt, quã ſummus Noe. i. Do
minus noſter Ieſus Xp̃s, gubernator,
& portus inter procellas huius vitæ regẽs per ſe du-
cit ad ſe. Trecẽtorũ cubitorũ lõgitudo, pñs ſeculum
deſignat, qđ tribus tpibus decurrit. i. tpe naturalis le
gis, tpæ ſcriptæ legis, tpe gratiæ, per quæ ſancta ec-
cleſia a principio mũdi vſq; ad finẽ, a pñti uita ad fu
turã gloriã tendit. Quinquaginta cubitorũ latitudo
uniuerſos fideles ſignificat, qui ſub uno capite ſunt
cõſtituti. i. Xp̃o. Nã quinquaginta conſtat ex ſepties
ſeptẽ. i. quadraginta nouẽ, qui numerus vniuerſita-
tẽ fidelium deſignat, & uno ſuperaddito, qđ ſignifi
cat Chriſtũ, qui eſt caput eccleſiæ ſuæ, & finis deſi-
deriorũ noſtrorũ. Propter qđ in vno cubito cõſum
matur. Altitudo triginta cubitorũ ſignificat triginta
volumina diuinæ paginæ. i. viginti duo veteris teſta
menti, & octo noui, in quib. ſumma cẽm cõtinetur,
quæ Deus vel fecit, vel facturus eſt pp eccleſiã ſuã. I
Tres mãſiones ſignificãt tres ordines fidelium, qui
ſunt in ſancta eccleſia, quorũ primi utunť mũdo, li- Ordines tres fidelium.
cite tñ. Secundi fugiũt & obliuiſcuntur mundũ. Ter
tij iã obliui ſunt mundũ, & ij ſunt propinqui Deo.
Quod in ſuperiorib. arca cõtrahiť, in inferiorib. di-
latatur, hoc ſignificat, ꝙ in ſancta eccleſia maior eſt
numerus carnalẽ uitã ducentium q̃ ſpiritualiũ, ita vt
ſemp quanto pfectiores, tanto ſint pauciores. In ſu-
premo ad vnius cubiti menſurã arca cõtrahiť, quia
Chriſtus caput eccleſię ſuæ, q eſt ſctũs ſctõrum, per
naturã cõſimilẽ inter hoĩes eſt, & per virtutẽ ſingu- K
larẽ ſupra hoĩes eſt. Cẽtũ anni, in quib. ædificata eſt
arca, idẽ ſignificãt qđ centũ cubiti. Nã centum anni
ſignificant tp̃s gratiæ, quia ſancta eccleſia, q̃ ab ini-
tio mũdi cœpit, in tpe gratiæ per immolationẽ agni
immaculati redẽptionẽ accepit. Tũc nãq; fabricata
eſt arca, qñ de latere Chriſti in cruce pẽdẽtis in ſan-
guine & acqua profluxerunt eccleſiæ ſacra. Quando
agnus immolatus eſt, tũc eſt ſpõſa agni nata. Quan-
do Adã ſoporatus eſt, tunc Eua fabricata eſt. Aſcen
dit ſpõſus noſter thalami ſui lectũ, dormiuit, moriẽ
do exhibuit qđ ab initio profuit, fecit qđ ab initio
fuit. Vide ante idem dicere velit ſcriptura, quando
loquiť de fabricatione huius arcæ, hoc eſt eccleſiæ.

Agni. Apo.13. Quid dicis? A. In libro (inquit) vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Quid est hoc? In fine seculi in carnê venit filius Dei, permisit se crucifigi pro salute hominum, permisit se occidi, permisit se immolari. In fine ergo seculi occisus est agnus, semel enim tantum est occisus, & quomodo stare potest quod dicitur, occisus est ab origine mũdi? Nũquid prius potuit occidi quã incarnari? Nihil adhuc mortale habuit, & quomodo mori potuit? Quod si ab initio occisus est, prius occisus est quam incarnatus est. Si ab initio occisus est, non iam semel, sed sæpe, immo semper occisus est. Nam quod ab initio fuit, semper fuit: & quod ab initio est, semper est. Sed fortasse si dixeris, occisus est ab initio. i. ijs, qui fuerunt ab initio, hoc est ad redemptionem, ad salutẽ, ad reconciliationem eorum, qui fuerunt ab initio, ita vt per hoc quod dicitur ab initio determines nõ tempus occisionis sed salutis, iam inconueniẽs nullum erit, si & semel, & ab initio dicatur esse occisus. Prius etiam mors eius profuit, quam fuit, prius pro missio, ac deinde exhibitio. Ab initio ergo seculi occisus est, quia ab initio seculi illi fuerunt, pro quib' in fine seculi occisus est. Sed tamen quando induit decorem. i. carnem immaculatam, carnem impollutam, carnem speciosam de virgineis mẽbris assumpsit, & precinxit se fortitudine. i. per crucis trophęa aerias potestates debellauit, ex tunc parata est sedes eius, ex tunc redempta est ecclesia eius, ex tunc reducta est ouis, quæ perierat, ex tunc cœlestis regni

L aditus patefactus est, qui prius clausus fuerat. Vides ergo nunc quomodo arca & trecentorum cubitorũ longa est, & tamen non trecentis, sed centum annis fabricata est, quia ecclesia, quæ ab initio seculi fuit, in fine seculi redempta est. Quod vero sexies longa est ad latitudinem suam hæc arca, & decies ad altitudinem suam, humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit: nam & ipsa corpus eius est. Corporis enim longitudo a vertice vsque ad vestigium sexies tantum habet quantũ latitudo, quæ est ab vno latere vsque ad alterum latus, & decies tãtũ quantũ & altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere a dorso in ventrẽ, velut si iacentem hominẽ metiaris supinum siue pronum, sexies tm̃ longitudinis est a capite vsq; ad pedes, quantum latus a dextra in sinistram, vel a sinistra in dexterã, & decies quantum latus a terra. Sexies est numerus quinquagenarius in trecentis, & sex ætates sunt in tribus tẽporibus seculi. Vel trecenti significant fidem Trinitatis, vel crucem pp Tau, quod in numeris trecẽtos significat, & adhuc apud suos formã retinet crucis. Quinquaginta remissionem peccatorũ designant,

M triginta mensuram ætatis plenitudinis Christi. Secũdum illam sñiam, qua intrinsecus altitudinem arcæ distinguimus in quinque mansiones, arca est eccle-

Quinque mansiones quinq; homi. mansio. sia, & quinque mansiones sunt quinque status, tres præsentis uitæ, & duo futuræ. Primus status est illorum hominũ, qui dñr carnales, de quib. dicit Apostolus. Non potui loqui vobis quasi spiritualibus,

1. Cor. 3. sed quasi carnalibus lac vobis potum dedi, nõ escã. Secundus status est illorum hoium, qui vocantur animales, de quib. dicit rursum. Aĩalis homo non

1. Cor. 2. percipit ea, quæ sunt Dei. Tertius status est spiritualium, de quibus ait. Spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Ibidem. Quartus status est animarum exutarum a corpore. Quintus status est in anima & corpore resurgentium, qui supremus est, & cubito supremo coniunguus. Quod tres inferiores mansiones N fm altitudinem parietum in directũ ascendunt, & versus supremum cubitũ non inclinantur, hoc significat, q̃ quantumlibet in hac vita proficimus, ad huc tñ a facie conditoris nostri quasi auersi sumus, quia & per meritũ ascendimus, sed per præsentiam contẽplationis ad ipsum non inclinamur. Vnde recte in Canticis canticorum sponsa dilectum suum post parietem stare cõmemorat, quia quandiu hui' Cant. corruptionis tegmine circundamur, quasi quodam pariete interposito ab eius facie prohibemur. Quar O ta autem, & quinta mãsio in ascensu suo ad vnum colliguntur, quia animæ sanctorum & nunc deposito carnis onere in contemplatione sui conditoris lætãtur, & cũ iterum corpora sua immortalia, & impassibilia receperint, tunc plenius & vicinius ei per contẽplationis pñtiam adhærebunt. Quod. n. arca in tecto suo sursum in vnũ colligitur, quid aliud significat, nisi q̃ cum ab huius vitæ tenebris educti fuerimus, tunc oĩum desideriorũ nostrorum finem ad vnum referemus, qñ sicuti est, Deum videre cœperimus, vt iam nil libeat nisi eius faciem sine intermissione intueri, eius dulcedine sine fastidio satiari, eius amore sine defectu perfrui. Hoc est. n. ad ipsum tẽdere, & ad ipsum pertingere, semper eum & per desiderium quærere, & per cognitionẽ inuenire, & per gustum tangere. Illi mansioni, quæ fundo P erat contigua, deputatus erat fimus animalium, qui recte vitã carnalium exprimit, qm̃ ij qui carnis desiderijs inseruiunt, quid aliud q̃ putredo fiunt? Secũda abhinc mansio continet cibaria animalium, per quæ conuenienter designantur ij, qui in sancta ecclesia qnendã medium statum tenent, qui neq; prorsus per illicita desideria carni succumbunt, neq; per contemptũ mundi ad dignitatẽ spiritalium pertingere possunt. Hi aũt dum a spiritualibus spiritualia comparantes pro erogatione verbi Dei doctoribus suis terrenæ substantię subsidia reddunt, quid aliud quàm sanctorum animalium apotheca fiunt? Ter- Q tia denique mansio animalia quidem tenet sed immansueta, per quæ designatur vita spiritualium, qui quamdiu in hac corruptione tenentur, & legi Dei per rationem subiecti sunt, & tñ in sua carne portãt per quod adhuc legi Dei contradicunt. Animalia ergo sunt, quia viuunt per rõnem mentis, sed immãsueta per illicita desideria carnis. In quarta mansio- R ne sunt mitia animalia, quia sicut dicit Apostolus: Rom. 6. qui mortuus est iustificatus est a peccato. Et secundum prophetæ sententiam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Psal. 145. Quoniã vbi a vinculis carnis corruptibilis exeunt, deinceps ab illicitis desiderijs mansuescunt. Quintã mansionem homo tenet, S & volatilia. Per hoiem designatur viuacitas rõnis, & intelligentiæ, in volatili exprimitur agilitas incorruptibilis naturę. Quando ergo mortale hoc induerit 1. Cor. 15 immortalitatem, & corruptibile hoc vestierit incorruptionem, tunc mente pariter, & corpore spiritales effecti, fm modulum nostrum, & per mẽtis illumi-

illuminationem omnia sciemus, & per corporis in-
corruptibilis leuitatem vbique esse poterimus. Vo-
labimus mente per contemplationē, volabimus cor
pore per incorruptionem. Discernemus mente, &
(vt ita dicam) discernemus & corpore, quando ipsi
sensus nostri corporei vertentur in rationem, ratio
in intellectum, intellectus trāsibit in Deum, cui nos
coniungemur per vnum mediatorem Dei, & homi-
T num Dominum Iesum Christum. Quod autem for-
ma arcæ desuper ad similitudinem curtæ pyramidis
vsque ad summum cacumen non peruenit, hoc si-
gnificare potest, ꝙ quicquid infra Deum est, minus
perfecto est, quia & ipse redemptor noster ſm for-
mam susceptæ humanitatis minor patre est, & ipse
hoc patri per obedientiā subijcit, quod ipse a patre
V per æqualitatem maiestatis non accepit. Si quis autē
voluerit indagare mysteria numerorum, quos supra
in altitudine vniuscuiusq; mansionis distribuimus,
videbit congrue quaternarium primæ mansioni de
putatum. Quia enim corpus humanum ex quatuor
Quaternarius. elementis componitur, & ex quatuor humorū com
plexione cōpaginatur, recte carnaliū vita, qui volu-
ptatibus corporis deseruiunt, per quaternarium ex-
primitur. De hinc quinarius pp quinq; sensus apte
Quinari⁹ animales homines figurat, qui quamuis flagitijs car
nalibus turpiter non subiaceant, quia tñ quæ sit de-
lectatio spiritus non nouerunt, ea, quæ foris ad dele-
ctationem sensuum pertinent, sequuntur & diligūt.
Senarius. Senarius pp perfectionem operum spiritualibus cō
Septenarius. gruit. Septenarius, quia requiem significat, animarū
Octonarius. est in spe requiescentium, & præstolantium gloriā
resurrectionis. Octonarius, quia signum est beatitu-
X dinis, illis conuenit, qui iam receptis corporib. bea-
Voluntates tres. ta immortalitate lætantur. Est adhuc aliud, quod di-
cere possumus de tribus primis mansionibus, haber
namque vnusquisque nostrum tres voluntates in se,
quarum prima est carnalis, secunda animalis, tertia
spiritualis. Carnalis voluntas est laxare frena concu-
piscentiæ, desiderijs carnalibus per omnia sine retra
ctatione obedire: Legi non subesse, neminem time-
re, quicquid libuerit facere. Cui econtrario concupi
scentia spiritus aduersata ita desiderat tota spirituali
bus studijs inhærere, vt etiā necessarios carnis usus
optet excludere. Inter has igitur vtrasque concupi-
scentias animæ voluntas in meditullio quodā tēpe-
ratiore consistens, nec vitiorum flagitiis oblectatur,
nec virtutū dolorib. adquiescit: sic quærens a passio
nibus temperare carnalibus, ut nequaquam consen-
tiat dolores necessarios sustinere, sine quibus deside
ria spiritus nequeunt possideri: donum castitatis de
siderans obtinere absque castigatione vel maceratio
ne carnis, sine vigiliarum labore cordis puritatē ac-
quirere: humilitatem Christi sine honoris munda-
ni iactura exhibere. Postremo sic vult futura conse-
Y qui bona, vt non amittat præsentia. Quæ voluntas
nunquam nos ad perfectionem veram perduceret,
sed in tempore quodā teterrimo collocaret, nisi hūc
tepidissimum statū intrinsecus hęc insurgentia bel-
la dirumperent. Nam cum huic voluntati famulan-
tes volumus nosmetipsos paululum relaxare, confe
stim aculei carnis insurgentes, nequaquam nos in
illa, qua delectamur, tēporis puritate innoxia stare
permittunt, sed ad illam, quam horremus, frigidam
& plenam sentibus vitiorum pertrahunt viam. Rur-
sum cum succensi feruore spiritus opera carnis vo-
lumus extinguere sine vllo respectu fragilitatis hu-
manæ, & nosmetipsos totos ad immoderata virtutū
studia cordis elatione conferre, imbecillitas carnis
interpellans ab illa reprehensibili nimietate spiritus
reuocat, ac retardat, & ita fit utraque concupiscentia
tali colluctatione alterna sibimet repugnante, vt ani
mæ voluntas, quæ nec totam se carnalibus deside-
rijs dedere, nec virtutum laboribus vult desudare,
quodam iusto moderamine tēperetur, quadā ęqua-
litatis libra in statera nostri corporis constituta, quę
spiritus, carnisque examine, nec a dextra mentē spi-
ritus ardore succensam, nec a læua carnem vitiorū
aculeis præponderare permittens, tepidū illum ani
malis voluntatis statum excludit, & ad illud quartū
quod volumus salubriter venire compellit, ut vir-
tutes non ocio & securitate, sed iugi sudore & con-
tritione spiritus acquiramus, ne in illo perniciosissi-
mo tepore permanentes, ab ore suo nos emouere in
cipiat Deus. Hanc uero luctam carnis & spiritus, &
fructus eius Apostolus manifestat ubi dicit. Dico au
tum spiritu ambulate, & desideria carnis non perfi-
cietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, &
spiritus aduersus carnem. Hæc autem sibi inuicem
aduersantur, ut non quæcunque vultis, illa faciatis. Z
Moraliter autem. Quisque se ab huius mundi dele-
ctatione separare, & virtutibus operam dare conten
dit cooperante Dei gratia ædificare debet intus ędi-
ficium virtutum, cuius longitudo in fide Trinitatis
trecētos cubitos habeat, in latitudine charitatis, quin
quaginta in altitudine spei quæ in Christo est trigin
ta, ut sit in bona operatione lōgus, in dilectione am-
plus, in desiderio altus, ut cor suū habeat ubi Chri-
stus est in dextera Dei sedens. Vnde & ipsius crucifi
xi caput in altitudine crucis positum est, manus au-
tem in latitudine expansæ sunt, ut affectus cordis
nostri usque ad inimicos diligendos extendatur. In
longitudine crucis corpus crucifixi positum est, vt
non sit remissa operatio nostra, sed extensa, ut perse
ueret usque in finem.

¶ *Finis Libri primi Sequuntur capita secundi.*

De arca sapientiæ. Cap. I.

A 
VOD dicere volumus de arca sapiētiæ ita distinguē, dum est ab ijs, quæ secundum allegoriam superius assignata sunt ecclesiæ: vt quod ibi demōstratum est in re, hoc hic quæratur in cogitatione. Habent enim quoddam esse suum res in mente hominis, vbi illa etiam, quæ in se ipsis vel iam præterierūt, vel adhuc futura sunt, simul subsistere possunt. Et in hoc quodammodo rōnalis anima similitudinem sui creatoris habet, quia sicut in mente diuina omnium rerū causæ æternaliter sine mutabilitate, & distinctione temporali subsistierunt, ita etiā in mente nostra præterita, præsentia, & futura per cogitationem simul subsistunt. Si ergo per studium meditationis assidue cor nostrum inhabitare cœperimus, iam quodammodo temporales esse desistimus, & quasi mortui mundo facti intus cum Deo viuimus. Tunc quicquid fortuna extra molitur facile cōtemnimus, si ibi fixum est desiderium nostrum, vbi mutabilitati nō subiacemus. Vbi nec præterita relinquamus, nec expectemus futura: vbi nec cupiamus huius vitæ prospera, nec timeamus aduersa. Habeamus ergo rectas habeamus viiles, & castas cogitationes, quia de tali B materia fabricabimus arcā nostram. Ista sunt ligna, quę in aquam missa natant, in igne posita ardent, quia tales cogitationes fluxus carnalium delectationum deorsum nō premit, sed flamma charitatis incendit. Nec timeas hunc ignē in tectis tuis. Væ tibi si nō arserit ex eo tabernaculū tuum. Postea bituminabis arcam tuā intus, & extra. Extra vt mansuetudinē exhibeas, intus ut charitatē nō amittas. Nullatenus.n.in secreto cōscientiæ tuæ suauiter pausare poteris, nisi prius malos, & extra per māsuetudinem tolerare, & intus didiceris per charitatē nō odisse. Bitumē calidę C naturæ est, & nascitur de terra fulminata, & charitas procreatur in aīa timore diuini indicij percussa. Deinceps videamus de mēsu.. arcæ, qualiter fieri possit in nobis, diximus supra trecentos cubitos pſens seculum designare. Si ergo tu cogitationē tuā duxeris ab exordio mundi vsq; ad finem, & pertransiens cōsideraueris quæ, & quanta Deus mirabilia pp electos suos operatus sit, vel adhuc operaturus, trecētorum cubitorū longitudinem in corde tuo metiris. Si cogitatione percurris ecclesiā, & vitam fideliū contemplatus eam tibi ad exemplū proponis, & in latitudinem quinquaginta cubitorū cor extēdis. Si vero diuinæ paginæ, quæ triginta libris cōtinetur, sciam adeptus fueris, in altitudinē triginta cubitorum cor D tuum erigis. Hæc est arca, quam ædificare debes. Isti sunt termini patrū tuorum, quos tibi transgredi nō licet, quos Altissimus constituit iuxta numerum filiorum Israel, quando separabat filios Adam, & gentes diuidebat. Hæc est terra, quam inhabitare debes, & pasci in diuitijs eius. Requiesce ergo intra hos parietes, sub hoc tecto mane, habita in domo hac, ꝑ cella & tempestas foris sæuit, quacunque prodieris naufragium patieris. Si superbe per sapientiam tuā diuina secreta rimari conaris, quæ nobis Deus per scripturam suam aperire noluit, altitudinem triginta cubitorum transcendis. Si vsq; in finem seculi nō credis ecclesiam duraturam, sed aliquando Dei destituendam auxilio, tūnc centum cubitorum longitudinem transis. Si frequenter de amatoribus huius mundi, & de vana conuersatione illorum cogitare delectaris quinquaginta cubitorum mensuram trāsgrederis.

Mensura arcę in nobis.

De ostio, & fenestra huius arcæ. Cap. II.

RCA diluuij, sicut iam dictum est, E cordis nostri secretum est, in quo latere debemus a strepitu huius mundi. Sed quia ipsa nostræ conditionis infirmitas diu nos in silentio intimæ contemplationis pausare non patitur, exitum habemus per ostium, & fenestram. Ostium significat exitum per operationem, fenestra exitum qui fit per cogitationem. Ostium deorsum est, fenestra sursum, quia actiones ad corpus pertinent, cogitationes ad animā. Hinc est, ꝙ per fenestrā aues exierunt, per ostiū bestiæ & homines. Quod aūt per auem anima signi F ficetur, & per hoiem corpus, habemus ex libro Iob vbi dicitur. Homo ad laborem nascitur, auis ad volatum. Qm̄ sic nāq in hac vita sumus, vt si volumus animam per contemplationem subleuare, necesse sit corpus per exercitia laboris atterere. Quod vero ostium in latere positum dicitur, hoc significat, ꝙ nūquam a secreto cordis nostri per operationē exire debemus ex proposito intentionis, sed ex accidenti occasione necessitatis. Et forsassis non sine causa hoc de fenestra tacuit scriptura, quia etsi per cogitationē aliqñ voluntate exire liceat, nūquam tamen per operationem foras prodire debemus, nisi ex necessitate. Quod etiam per hoc cōuenienter innuitur, ꝙ homo ipse quando voluit fenestram aperuit, vt aues emitteret. Ostiū uero foris a Deo & clausum, & rursum apertum ab eo esse legitur, vt homo exiret.

Iob.5.

De quatuor modis exeundi per actionem. Cap. III.

VATVOR autem modis eximus per G actionem. Actiones namque aliæ sunt carnales, id est quæ ad vsum corporis pertinēt, aliæ spirituales, quæ pertinēt ad instructionem mentis. Ad vtrasque boni & mali exeunt. Qui ad explendam volnptatē terrenis actionibus foris inseruiunt, similes sunt immundis animalibus, quæ de arca exierunt. Qui autē eas ad vsum necessitatis administrāt, aīalia quidem sunt, sed mūda. Qui uero ecclesiastici regiminis curā, quę videlicet actiu spiritualis est, agendam suscipiunt,

piunt, & a secreto internę quietis, nō ex ambitione, sed ex præcepto obediētiæ ad publicū prodeunt: similes sunt Noę, qui exiēs de arca sacrificiū obtulit. qa sæpe tales eo magis per abstinentiā oēs in se carnis motus occidūt, quo grauiora internæ quietis dāna per occupationē se pertulisse cognoscunt. Illi aūt qui propter gloriam propriā honores in ecclesia suscipiunt, & cum se in sublimi positos vident, cæteros despiciunt, & infirmioribus quibusque in ecclesia positis ex compassione condescendere nolunt, similes sunt Cham, qui denudati patris verenda derisit, & ab hoc meruit sententiam maledictionis accipere.

De quatuor modis exeundi per contemplationem. Cap. IIII.

H Primus. QVatuor etiam modis eximus per contemplationem. Primus modus est, quando consideramus omnem creaturā quid sit ex se, & inuenimus omnia esse vanitatem, quia omnis creatura sicut de nullo ad esse venit, ita & quotidiana im mutatione indicat, quòd quantum in se est ad nihilum tendit.

Secūdus. SEcundus modus est, quando consideramus qd sit eadem creatura ex dono creatoris, & cernimus in ea diuinæ rationis similitudinē, quia ipsa, quę pro sua conditione mutabilitati subiacent, dum hoc ex beneficio creatoris accipiunt, vt nunquàm prorsus esse desinant, quodammodo opus temporale æterni opificis imitatur stabilitatem.

Tertius. TErtius modus est, quandò consideramus quomodo vtatur Deus ministerio creaturarum ad implenda iudicia sua, siue pro sua misericordia beneficia largiendo, siue pro nostro merito supplicia. In hac autem consideratione inuenimus omnia esse instrumentum diuinæ dispensationis, & nostræ prauitatis argumentum. In hoc genere cōtemplationis audimus omnem creaturam tribus vocibus nobis loquentem.

I De tribus uocibus creaturarum. PRima vox dicit accipe, secunda dicit redde, tertia dicit fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge supplicium. Prima vox est famulantis, secunda admonentis, tertia comminantis. Cœli. Vox famulantis est. Cœlum dicit. Ministro tibi lucem in die vt vigiles; tenebras in nocte vt pauses. Ego ad oblectationem tuum gratas temporum vicissitudines pario, tempore veris, & æstatis feruorem, autumni plenitudinem, & algorem hyemis. Ego alternantibus incrementis dierum, & noctium spatia simili ratione dissimiliter extendo: vt & varietas tollat fastidium, & ratio pariat oblectamentum. Aeris. Aer dicit. Vitalem tibi præbeo flatum, & omne genus auium ad tuum mitto obsequium. Aquæ. Aqua dicit Potum tibi præbeo, sordes purgo, arentia vegeto, & diuersorum genera piscium ad tuum esum ministro. Terræ. Terra dicit. Ego te porto, ego te nutrio, pane conforto, vino lętifico, omnigenis fructibus oblecto, diuersis animalibus mensas tuas repleo. Vox Mūdi. admonentis est. Mundus dicit. Vide homo quomodo amauit te, qui propter te fecit me. Seruio tibi, quia factus sum propter te, vt & tu seruias illi, qui fecit & me & te. Me propter te, & te propter se. Si sentis beneficium, redde debitum. Accipis benignitatem, redde charitatem. Hoc tribuit, & hoc exigit Deus. Vox comminantis est. Ignis. Ignis dicit; A me combureris. Aqua. Aqua dicit. In me submergeris. Terræ. Terra dicit. A me absorbeberis. Inferni. Infernus dicit. A me deglutieris. Quia omnis creatura sicut ex conditione sua homini famulatur, sic etiam peccatoribus pro malorū meritorum conscientia comminatur, vt in singulis creaturis perpeti timeant, quod se meruisse cognoscunt. Prou. 28. Propter quod etiam dictum est, q nemine persequente fugit impius, quoniam ita est in securitate impius pauidus, sicut iustus in supplicio securus.

K Quartus modus ex eundi. QVartus modus contemplationis est, quando inspicimus creaturas, secundum hoc q homo eis vti potest ad explendam carnalis concupiscentiæ voluptatem, & in eis cogitamus non naturalis infirmitatis subsidium, sed libidinis oblectamentum. Gene. 3. Hoc oculo Eua lignum vidit, quàm esset pulchrum visu, & ad vescendum suaue, & tulit de fructu eius, & comedit. Qui hoc modo per cogitationem exeunt, similes sunt coruo, qui reuersus non est, quia dum foris quod male delectat inueniunt, ad arcam conscientiæ amplius redire nolūt.

L Reliqua vero tria contemplationis genera in exitu columbæ figurata sunt, quæ cum emissa esset, & nō inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad vesperum portās ramum oliuæ virentis in ore suo; Vacua exiit, sed vacua non rediit, quia foris inuenit, quod intus non habuit, nec tamen foris amauit, quod intro detulit.

Quomodo ramus oliuæ deportetur ad arcam sapientiæ. Caput. V.

M Ramus oliuæ. RAmus oliuæ virentis bonum mentis affectum demonstrat, quia sæpe sancti viri quanto magis foris opera diuina aspiciunt, tanto magis intus in amore conditoris inardescunt. Dum enim rerum præsentium mutabilitatem aspiciunt, continuo omnia quæ in hoc mundo pulchra vidētur, eis in cogitatione vilescunt, & quasi reuertentes oliuam in ore deferunt, quoniam eò ardentius conditoris sui speciem concupiscunt, quo in rebus conditis quod delectaret minus inuenerunt. Delectabiliter intus mens pascitur, quia delectabiliter foris non tenetur, & quasi ad arcæ suæ portum reducta iam secura tripudiat, quæ in mundi fluctibus prius naufraga erat. Similiter in secundo genere contemplationis quoties in rebus visibilibus N inuisibilem Dei virtutem & sapientiam admirari discimus, quasi ramus oliuæ ab aquis ad arcam reportamus, quia in rebus mutabilibus extra nos illū agnoscimus, quem in nobis immutabiliter diligamus. In tertio itidem contemplationis genere dum iudicia eius foris attendimus, in timore eius, & amore intus renouamur. In primo ergo materia vanitatis inspecta, in nobis generat contemptum mūdi,

di, in secundo simulacrum rationis, laudem Dei, in tertio instrumentum dispensationis timorem & amorem Dei, in quarto fomes cupiditatis incentiuũ libidinis. Hunc igitur exitum caueamus, ne egrediamur temere. Nemo de conscientia sua confidat. Dina intus virgo, intus casta, intus columba fuit, sed quia columba seducta fuit non habens cor, egressa foras colorem pariter cum nomine mutauit. Sic enim scriptum est. Egressa est Dina, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Euæi princeps terræ illius, adamauit, & rapuit eam, & dormiuit cum illa vi opprimens virginem. Quæ vi opprimitur, patet ꝙ non ideo exit vt corrumpatur, sed tamen quia temere exijt, pudicitiæ suæ damna etiam inuita sustinuit. Quod autem subiungitur, conglutinauit eam sibi: hoc est coruus cadauer inuenit, & amplius ad arcam redire noluit.

Exeundi pericula. Gen. 34.

De tribus mansionibus arcæ sapientię, siue intellectualis. Cap. VI.

Res mansiones in intellectuali arca, quæ significant tria genera cogitationum, rectum, vtile, necessarium. Si ego diligere cœperò meditationẽ scripturarum, & libenter cogitauero de virtutibus sanctorum, & de operibus Dei, & de alijs quæcunque ad emendationem morum, siue ad exercitationem mentis pertinent, iam in arcæ mansione prima esse cœpi. Sed si bonum quod noui adhuc imitari differo & detracto, tunc dicere possũ, ꝙ recta sit cogitatio mea & inutilis, quia bonum quidem est, quod de alijs cogito, & quod in alijs cognosco, sed inutile mihi, si illud ad exemplũ viuendi non traho. Quia aliena virtus mihi non prodest, si illam (quantum possum) imitari neglexero. Thesaurus absconditus, & scientia abscondita, quæ vtilitas in vtrisque? Scientiam abscondo, si bonum quod noui opere non ostendo, & ideo mihi non potest prodesse, quod cum sciam habere dissimulo. Si autem operam dedero non tantum vt sciam, sed etiam vt agam quæ bona sunt & vtilia, & in hoc sedula fuerit cogitatio cordis mei, quatenus virtutes, quas in alijs iam amare, & admirari didici, meas faciam per exercitium disciplinæ, & formam recte viuendi, tunc possum dicere, ꝙ vtilis sit cogitatio cordis mei, & tunc ascendi in secundam mansionem, & cor meum in vnum iam magis collegi, vt non discurrat per ea, quæ vana sunt, & ad vtilitatem non pertinent. Restat tertium, vt cũ habere cœpero opera virtutum, elaborem quoque ipsas virtutes habere, hoc est vt quod foris demonstro in opere, intus possideam in virtute. Alioquin non multum mihi prodest habere opere, nisi etiã virtutes operum habeam. Si ergo ad hoc cogitationem cordis mei instituo, vt quicquid boni in me foris humanis apparet aspectibus, diuinis, intus sagacitam præsentare obtutibus, tunc ascendi in tertiã mansionem, vbi virtutes sunt, quæ sunt necessarię. Sed inter has omnes præcipue vna necessaria est id est Charitas, quæ nos Deo coniungit, & ideo in supremo arca ad vnum colligitur, vt iam vnum cogitemus, vnum expectemus, vnum desideremus Dominum nostrum Iesum Christum. In prima ergo mansione est cognitio, in secunda opus, in tertia virtus, in supremo præmium virtutis Dominus Iesus Christus. Hos gradus habes in Psalmo vbi dicit. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam: si conuertas, scientiam, & disciplinam, & bonitatem doce me Domine Iesu Christe.

O Mãsiones tres.

P Eccl. 20.

Q Virtus necessaria charitas.

Psal. 118.

De columna in medio arcæ huius erecta. Caput. VII.

R

Olumna in medio arcæ erecta in altitudinem triginta cubitorum, cui vniuersa fabrica innititur, cuius præcisio sursum per quadrum in singulis lateribus vnius cubiti mensuram habet, ipsa est lignum vitæ, quod plãtatum est in medio paradisi idest Dominus Iesus Christus in medio ecclesiæ suæ, quasi præmiũ laboris, quasi merces operis, quasi metã itineris, quasi corona certaminis in communi omnibus fidelibus propositus, qui de terra ortus est, & cęlos penetrauit, qui ad ima venit & summa non deseruit, qui sursum ipse est & deorsum, sursum maiestate, deorsum compassione. Sursum vt trahat desiderium, deorsum ut præstet subsidium. Deorsum intra nos, sursum supra nos. Deorsum quod a nobis sumpsit, sursum quod nobis proposuit. Iste est mons domus Domini præparatus in vertice montium, ad quem fluũt omnes gentes, & de quatuor angulis arcæ quasi de quatuor mundi partibus ascendunt.

Mich. 4

De diuersitate arcam ascendentium. Cap. VIII.

S

Lij siquidem ascendunt de calore orientis, alii de calore occidentis, alij de frigore orientis, alij de frigore occidentis. Calor orientis est feruor spiritualis, calor occidentis est concupiscentia carnis. Frigus orientis tumor superbiæ, frigus occidentis cęcitas ignorantiæ. In calore orientis creatus est homo, propter quod & positus est in hortis Eden ad australem orientis, sed trãsiuit ad frigus orientis, quando ad illius participationem se contulit, qui primus ad aquilonem sedem se positurum dixit. Deinde ad calorem occidentis cecidit, quando post peccatum aliam legẽ in membris suis repugnantem legi mentis inuenit. Tunc quoque ad frigus occidentis corruit, quando ignorantiæ cæcitate percussus, illius cœlestis panis esum obliuisci cœpit. In calore orientis principium est bonæ naturæ, in frigore orientis initium culpæ. In calore, & frigore occidentis pœna corporis, & animæ. In calore orientis, in alto creatus fuit homo, in frigore orientis superbe exaltare se voluit homo, & idcirco in calore & frigore occidentis ad ima corruit homo. Sed per mediatorem Dei & hominum Dominum Iesum Christum, ecce isti iam veniunt ab oriente, & illi ab occidente vt recumbant

Esa. 14

Rom. 7.

Mat. 8.

bant cum Abraham,& Isaac, & Iacob in regno cœ-
Esa.43 lorum. Iam clamant aquiloni vt det, & austro ne
prohibeat filios Dei. Quia enim Iesus Christus ve-
rus Deus & verus homo est, in homine præbet e-
xemplum, ex diuinitate remedium. Ex humiliatio-
ne susceptæ infirmitatis nostram, & superbiam re-
primit, & illuminat cęcitatem : ex virtute maiesta-
tis & animas nostras cibo inuisibili pascit, & corpo
ra nostra per obumbrationem spiritussancti ab
T æstu vitiorum protegit. Idem ergo nobis & lignum
vitę, & liber vitæ efficitur, lignum, quia obumbrat
& pascit, liber quia increpat & erudit. Increpat ela-
tos, illuminat cęcos, esurientes cibat, ęstuantes o-
bumbrat. Audiant elati increpationem, & humi-
lientur, audiant cęci animo doctrinam, & illumi-
nentur. Quos exurit æstus vitiorum, vmbram pe-
tant vt refrigerentur. Qui esuriunt & sitiunt iusti-
tiam, hnc properent vt saturentur. Nemo se excu-
set, omnis homo congruum suo morbo remedium
inuenit, vbi & malis locus datur, vt se corrigant, &
bonis vt meliores fiant. Ascendamus ergo omni oc
casione postposita. Ascendamus alacres, ascenda-
mus lętantes, quia in domum Domini ibimus. A-
scendamus ad festa supernæ patriæ tribus israel ad
confitendum nomini Domini in turribus Hieru-
salem. Leuemus sursum oculos nostros, & videa-
mus purpureas semitas stratas in lateribus mon-
tium ęternorum, & calles superne directos vsque
ad portas Hierusalem. Ibi vexillum crucis in subli-
mi luce, luce rosea micans, hostes terret, & amicos
confortat. Portæ ciuitatis apertæ sunt, & in plateis
eius voces canentium alleluia. Videbis illuc ascen-
dentes populos multos, accinctos in Psalmis canen
tes ex omnibus gentibus, & nationibus, & linguis,
alios in vestitu roseo fulgentes, alios amictu candi-
do nitentes, alios in viola sandicina prælucentes
omnis ornatus ad solennitatem. Grandis & innu-
merabilis populus, qui præparatus est ad diem Do
mini. Ipse rex sursum est, & inuitat nos. Deorsum
est, & adiuuat nos. Excitantur pigri, confortantur ti-
midi, roborantur infirmi, & animosiores reddun-
tur strenui. Omnis ętas, vtriusque sexus, omnis con
ditio concurrunt ex omnibus mundi partibus, &
ascendunt certatim cum alacritate & lętitia videre
regem in decore suo. Cupiunt omnes, cupiunt sin-
V guli in die tantæ solennitatis apparere festiui. Lo-
quamur ergo nunc de his gradibus ascensionum,
quibus in cælum scanditur, vt nullum terreat la-
bor itineris, quem delectat præmium repromissio-
Ascensus nis. Sunt quidem ibi purpurei ascensus, quia cum
multiplex labore ascenditur, sed substernitur Charitas, qua la
Ascensus bor ipse alleuetur. Primus itaque ascensus est de fri
primus. gore orientis, hoc est de tumore superbiæ quia o-
portet primo peccatorem humiliari, & per obe-
dientiam resurgere, qui per inobedientiam lapsum
Secũdus. incurrerat culpæ. Secundus ascensus est de calo-
re occidentis, quia necesse est deinde vitia carnis
calcare, vt non ambulemus secundum desideria no
Iudæ. stra, & mortificare membra nostra, quæ sunt su-
Colos.3 per terram, vt non seruiamus vltra peccato. Ter-
Tertius. tius ascensus est de frigore occidentis, quia cum
iam perfecte affectus carnales per abstinentiam, &
exercitium disciplinæ in nobis extinxerimus, tunc
libere meditationi, & doctrinæ diuinarum scriptu-
rarum vacare poterimus, vt per studium lectionis,
& meditationis rursus illuminetur oculus mentis,
sicut dicit Psalmista. Declinate a me maligni & Psal.118.
scrutabor mandata Dei mei. Quartus ascensus est Quartus.
de calore orientis, vbi de bono proficimus in me-
lius, quia nequaquàm ad perfectionem venire pos-
sumus, nisi etiam in bonis, quæ agimus, sine inter-
missione crescere studeamus. Quod autem colum- X
nam triginta cubitorum altitudinem habentem in
medio arcæ ereximus, siue ita ad literam factum
esse credamus, siue non, nihil interest, si tamen spa-
tium eiusdem dimensionis, & quantitatis ab vno
sursum patuisse intelligamus. Rursum quòd per
triginta cubitorum altitudinem diuinam scriptu-
ram significari diximus, & postea per columnam
triginta cubitos habentem in altitudine Chri-
stum figurari asseruimus, contrarium non est,
quia omnis scriptura diuina vnus liber est, & il-
le vnus liber Christus est, quia omnis scriptura di
uina de Christo loquitur, & omnis scriptura di-
uina in Christo impletur, & legendo scripturam
hoc quærimus, vt eius facta, & dicta, atque prę
cepta agnoscentes, quod iussit facere, & quod
promisit percipere mereamur. Sicque & cogni-
tione veritatis, & merito virtutis crescentes, vs- Ephe.
que ad eius conformitatem & mensuram ætatis ple
nitudinis ipsius specialiter pertingamus.

De ligno vitæ, & libro vitæ in columna. Cap. IX.

Gitur vt melius pateant quæ diximus, Y
ipsam supradictam columnam in me
dio arcæ depinximus, eidemque in
latere australi lignum vitæ, in latere
vero aquilonari liber vitæ nomen
ascripsimus. Vnde & in eodem latere triginta vo-
lumina diuinæ paginæ secundum ordinem ab v-
no sursum, hoc est in singulis mansionibus de-
cem disposuimus, quia (sicut diximus) omnis
diuina scriptura vnus ille liber est, qui liber vitę est.
Et sciendum, quod Christus cum in gemina natura v- Z
na æterna constet persona, secundum vtranque na-
turam & liber vitę, & lignum vitę congrue dici po
test, attamen specialiter nobis secundum formam
humanitatis assumptæ liber vitæ factus est, quia in
homine præbuit exemplum. Secundum formam
diuinitatis lignum vitæ factus est, quia ex virtute
diuinitatis præstat remedium.

De duobus, quæ sunt in ligno, & de libro, & ligno vitæ. Cap. X.

Ignum in se duo habet, fructum & fo A
lia, fructu pascit, & foliis obum-
brat. Sic virtus diuinitatis illumi-
natarum mentium refectio est, &
infirmantium obumbratio. Liber
vitæ ad aquilonem respicit, quia per humanita-
tem saluatoris exortum est lumen habitãtibus in
regio-

regione vmbræ mortis. Et lignum vitæ ad austrum vertitur, vt robustos gustu suæ dulcedinis pascat & prouehat, & infirmos adhuc, ne deficianr in æstu tentationum, sub alis protectionis suæ quasi in umbraculo meridiano abscondat. Hæc ipsa si paululum prosequamur non sit onerosum. Volumus enim nunc more exponentis planis, & paucis verbis sensum aperire, nunc more meditantis, nunc quasi dubitationes, nunc quasi inuenientes huc illucque acie mentis discurrere.

¶ *De diuersis Libris, & quis liber vitæ dicatur. Cap. X I.*

B Vnt autem diuersi libri. Alij enim sunt libri scripti à Deo, alij scripti ab hominibus. Libri, quos scribunt homines, ex pellibus mortuorum animalium, siue ex alia qualicūq; corruptibili materia fiunt, & cum pusillum durauerint, ipsi quoq; veterascunt, & quadam sua morte resoluuntur in nihilum, nullum de se deinceps relinquentes uestigium. Et istos libros omnes qui legunt, moriuntur aliquādo, & nemo semper uiuens inuenitur. Ii ergo, quia ex mortuis à mortalibus morituri fiunt, & suis lectoribus, suis amatoribus vitam semper permanentem dare non possunt, nequaquam libri uitæ, sed mortis potius, uel mortuorū, uel morientium appellari digni sunt. Quod si ego talem librū inuenire possim, cuius origo æterna, cuius incorruptibilis essentia, cuius cognitio sit uita, cuius scriptura indelebilis, cuius inspectus desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas imperscrutabilis, cuius uerba innumerabilia, & unum tamen uerbum omnia, hic sit liber uitæ. Hos sic distinguentes altius uidebimus.

¶ *De tribus libris. Cap. X I I.*

C Res sunt libri. Primus est, quē facit hominem de aliquo, secundus, quem creauit Deus de nihilo, tertius, quem Deus genuit Deum de se Deo. Primus est opus hominis corruptibile, secundus est opus Dei, quod nunquam desinit esse, in quo opere uisibili inuisibilis sapientia creatoris uisibiliter scripta est. tertius est nō opus Dei, sed sapientia, per quam fecit omnia opera sua Deus, quam genuit nō fecit, in qua ab æterno cuncta, quæ facturus erat secundum sententiam prouidentiæ & prædestinationis præscripta habuit. Et hic est liber vitæ, in quo quicquid semel scriptum fuerit, nunquam abolebitur, & omnes, qui meruerint peruenire usq; ad eius inspectionem, uiuent in æternum.

¶ *De tribus verbis. Cap. X I I I.*

D TEM tria sunt uerba: Primum est uerbum hominis, quod prolatum desinit, secundum est uerbum Dei, idest opus Dei, quod creatum non inuariabiliter subsistit, nec tamen aliquando desinit. Tertium est uerbum Dei, quod genitum non creatum, finem & principium nescit, neque vllam mutabilitatem recipit, & hoc est uerbum vitæ.

De tribus lignis uitæ. Cap. X I I I I.

Tem sunt tria ligna vitę. Primum est arbor illa materialis, quam produxit Dominus Deus de humo in principio, cum plantaret paradisum in medio eius. Cuius fructum ne post peccatum tangeret homo, eiectus est a paradiso. E
Secundum est Dominus Iesus Christus, qui secundum formam assumptæ humanitatis in medio ecclesiæ suæ, quasi lignum vitæ in medio paradisi, plantatus est, de cuius fructu quisquis digne manducare meruerit, viuet in æternum. Tertium est lignum vitæ, quod plantatum est in illo inuisibili paradiso, id est sapientia Dei, cuius fructus cibus est beatorum angelorum. Secundum & tertium vnum est lignum vitæ. Sed ad tertium creatus fuit homo, a primo eiectus est homo, per secundum reuocatur homo. Igitur lignum vitæ non est nisi in paradiso, extra inueniri non potest, ibi est locus eius, ibi figit radices, ibi ramos expandit, & profert fructum in tempore suo. Et credo, propter decursus aquarum viuentium, quia plantatum est propter fontem, qui oritur in medio paradisi, & irrigat vniuersum paradisum, & ideo nec siccari radix eius, nec rami arescere, nec folia defluere possunt, sed permanet virens in perpetuum. Habes igitur tres libros, tria verba, & tria ligna, quæ si in singulis sibi inuicem compara re volueris, videbis quàm sit nihil imum comparatum cum medio, nec tamen id esse potest medium comparatum cum summo, quod imum est comparatum cum medio. Gen. 2. F

¶ *Item de tribus libris vitæ. Cap. X V.*

Erbi gratia, tres tibi libros præscripsimus, primum, qui est opus hominis, secundum, qui est opus Dei, tertium, qui est non opus Dei, sed sapiētia Dei, per quam fecit omnia opera sua Deus. Dic ergo opus hominis, opus Dei, & sapientia Dei. Inter hæc qualis sit comparatio uideamus. Certe Salomon cum respexisset ad opera hominum, & considerasset ea, ait sic. Vanitas vanitatum, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid hēt amplius homo de uniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Non ergo satis fuit ei solummodo dixisse vanitas, nisi congeminans repetisset, vanitas vanitatum, uanitas vanitatū, & omnia vanitas. Et bene. Si enim testante Psalmista, vanitas est omnis homo uiuens: merito opus hominis non solum uanitas dicitur, sed vanitas uanitatum. De operibus autem Dei quid sentiat paulo post manifestat dicens. Didici q̃ omnia opera, quæ fecit Deus perseuerent in æter num. Non possumus eis G Eccl. 1.

quic-

quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, vt ti-
Eccl. 3. meatur. Quod factum est, ipsum permanet. Quid igitur dicam? Si opera hominum cũ operibus Dei comparare uoluero, dicam aliquid opus hominis esse, an non? Quando consideratur aliquid in se esse videtur, quando comparatur nihil esse uidetur, quia inæstimabile est, quantum in comparatione superetur. Si tamen altius ascendens opus factori suo comparaueris, minus adhuc inuenis esse omne spatium temporis comparatum æternitati deitatis. Sic etiam est de uerbo.

§ Item de tribus uerbis. Cap. XVI.

H ALiud est uerbum hominis, aliud est verbum Dei, opus Dei non Deus, atque aliud uerbum Dei Deus. Sed opus Dei, quia uisibile est, extrinsecum verbum dicitur, quasi oris prolatio. Sapientia vero Dei, quia inuisibilis est, intrinsecũ verbum appellatur, quasi mentis conceptio. Et sicut vox prolata statim perit, intellectus autem permanet, sic quod Deus fecit variatur, quod est Deus nõ mutatur. Et sicut per prolationem vocis cognoscitur cogitatio cordis, sic in opere suo manifestatur sapientia creatoris. Opus enim hoc, opus pulchrũ. Opus Deo opifice dignum, opus quod sapientem deceat, opus quod nemo nisi omnipotens, facere queat, & ideo specie sua tanquam voce quadam uirtutem sui conditoris protestatur, & sapientiam loquitur. Quæ sapientia sic fœcundauit uniuersa, ut habitet in eis, quæ fecit, in singulis tota, & in toto tota, nec maior in toto, nec minor in singulis, &
I ideo non totum maius, non singula minus, quia totum totam, & singula totam loquuntur sapientiam. Verbum igitur loquitur uerbum, sed uerbũ quod factum est uerbum quod fecit: uerbum quod transit, uerbum quod mutabilitatem non recipit: uerbum quod sensu percipitur, uerbum quod mundo corde videtur: uerbum pulchrum, uerbum pulcherrimum; uerbum quod oculos corporis delectat, verbum quod oculos cordis illuminat: verbũ creatum, verbum non creatum, sed natum: non ore prolatum, sed de corde eructatum, non quod desinit emissam, sed quod permanet genitum. Propterea si sapientiæ opus suum comparas, minus est omne quod transit ad id, quod mutabilitatem nescit, quàm uel unius momenti instans tempori quantũuis diuturno comparatum, quod temporis angustias non excedit. Sic est de ligno.

§ De tribus paradisis, & comparatione trium lignorum, quæ sunt in eis. Cap. XVII.

K TRes sunt paradisi. Vnus terrestris, cuius incola fuit primus Adam terrenus. Secũdus fidelis, quod est ecclesia sanctorum, quam fundauit & inhabitat secundus Adam cęlestis idest Christus. Tertius cęlestis, qui est regnum Dei, & uita ęterna, & terra uiuentium, uel potius terra uiuens, in qua habitat Deus. In primo paradiso lignum uitæ est arbor materialis. In secundo lignum uitæ est humanitas saluatoris. In tertio lignum vitæ est sapientia Dei, uerbum patris, fons uitæ, & origo boni, & hæc est uere uita æterna. Nunc ueniamus ad comparationem. Certe lignum vitæ, quod erat in paradiso terrestri, corporalem solummodo vitam sine defectu vegetare potuit. Li- L
gnum autem vitæ fidelis paradisi idest Iesus Christus manducantibus carnem suam, & bibentibus sanguinem suum vitam æternam repromittit, & tamen idem ipse exprimere uolens quantum distaret sacramentum a uirtute, ait. Corpus nihil prodest, spi-
ritus est qui viuificat. Quasi diceretur. Si me corpo- Ion. 6.
taliter in sacramento sumitis, non hoc uobis sufficere credatis, nisi etiam me quemadmodum uerbum uitæ sum illuminans animas, iustificans peccatores, & mortuos uiuificans, spiritualiter edere didiceritis.

§ De arbore sapientiæ, & uero ligno vitæ, eiusque incrementis, & profectu. Cap. XVII.

HOc est igitur uere lignum uitæ uerbum M
Patris, in excelsis sapientia Dei, quę in cordibus sanctorum tanquam in paradiso inuisibili per timorem seminatur, per gratiam rigatur, per dolorem moritur, per fidem radicatur, per deuotionem germinat, per compunctionem oritur, per desiderium crescit, per charitatẽ roboratur, per spem uiret, per circunspectionem frondet, & expandit ramos, per disciplinam floret, per uirtutem fructificat, per patientiam maturescit, per mortem carpitur, per contemplationem cibat. Sed quia longius sermo processit paululum respiremus, simul orantes ipsam Dei sapientiam, vt nos gustu dulcedinis suæ dignetur satiare, quæ nos per gustum amaræ mortis non dedignata est redimere. Cui honor, & imperium in æterna secula seculorum. Amen.

Finis Libri Secundi.

I N C I P I T.

Liber Tertius, Cuius hæc sunt Capita.

Prologus.

IN fine præcedentis libri per similitudinem cuiusdam arboris demonstrauimus qualiter sapientia oriatur, & crescat in nobis. Hic ipsius incrementi gradus, quos ibi breuiter & summatim perstrinximus, latius per singula prosequendo explanabimus.

¶ *De seminatione arboris sapientiæ per timorem. Cap. I.*

N PRimo igitur ibi de sapientia dictũ est, quòd per timorem seminatur. Et quidem pulchre per timorem seminatur sapientia, quia timor Domini principium est sapientiæ. Et sicut de seminibus oriuntur germina, ita de timore Domini nascitur sapientia. Charitas enim ipsa est sapientia, quia per charitatem Deum gustamus, gustando autem cognoscimus sicut dicit Psalmista. Gustate, & uidete quoniam suauis est Dominus. Timor autem Domini ipse ad nos Charitatem adducit, quia dum docet timere periculum, facit amare præsidium. Consideratis enim pœnis inferni & tormentis, quæ damnatos expectant, subito animus terrore concutitur, ac deinde ad se reuersus, ac uiam euadendi quærens, statim illum ex desiderio requirit, per quẽ instans periculum euadere se posse agnoscit. Quem postquam inuenit, ex affectu dilectionis amplectitur: tunc ille horror primum intolerabilis ex amore mitigatur, & sic de timore charitatis quidem nascitur, sed per charitatem timor consumitur. Præterea

Psal. 33.

O timor Domini postquam uenit ad cor facit pauperem spiritu: paupertas autem spiritus duplex est. Nam sunt & corporales diuitiæ in affluentia rerum temporalium, & sunt spiritales diuitiæ in possessione uirtutum. Vterque ergo apud Deum dites esse conuincitur. Vterque a regno cœlorum prohibetur, & ille videlicet, qui temporalibus his, & perituris bonis superfluo abundare concupiscit, & ille, qui quasi magnum aliquid de se æstimans sua se virtute gloriatur stare. Sed timor domini ad mentem ueniens, dum pondus futuri examinis, & quã districtus uenturus sit iudex nobis in cogitatione anteponit, omnem mox terrenæ concupiscentiæ delectationem extinguit, & nostram infirmitatem utiliter ad memoriam reuocans, quàm humilia de nobis sentire debeamus ostendit. Sopito deinde terrenorum desideriorum strepitu, continuo mens ad quietem internæ pacis componitur, & ut capax esse possit cœlestis sapientiæ, ex ipsa sua tranquillitate præparatur. Sapientia enim habitare nescit nisi P in corde pacifico, & ideo illi, in quibus adhuc terrena desideria perstrepunt, quæ sit sapientia nõ nouerunt. Nam sicut beatus Iob testatur. Mare loquitur secum non esse sapientiam; quia mentes, quas curæ carnales exagitãt, non comprehendunt eam, sed qui minoratur actu ipse inuenit eam, quia dum animus ab exterioribus abstractus ad seipsum colligitur, robustior ad contemplanda æterna subleuatur. Sic ergo timor Domini facit pauperem spiritu paupertas spiritus tranquillat cor, tranquillitas cordis inchoatio est sapientiæ cœlestis.

Iob. 28.

¶ *De rigatione arboris sapientiæ per gratiam. Cap. I I.*

SEcundo dictum est, quòd per gratiam Q rigatur. Sicut enim timor similis est semini, ita gratia similis est humori, qui rigat semen iactum in terram, & germinare facit. Postquã enim mens hominis quadam (ut ita dixerim) uiolentia a delectatione carnali per timorem abstracta fuerit, necesse est ut statim iam aliquid spiritalis gaudij prægustare incipiat, ne si omnino a delectatione aliena remanserit, quasi semen aridum absque humore ad germen sapientiæ conualescere non queat. Fit igitur diuina gratia aspirante, ut cum animus perfecte a corporeis passionibus, & desiderijs terrenis exutus fuerit, quadam statim insolita lætitia perfundatur, vt eo amplius amarum esse agnoscat quod deseruit, quo magis dulce sentit esse quod inuenit. Hæc est gratia, quæ iactum in cor hominis per timorem semen sapientiæ, desuper infusa rigat, quia illas mentes internæ dulcedinis desiderium trahit, quas nullus concupiscentiæ carnalis affectus foris religauit. Dicatur ergo de sapientia, per timorem seminatur, per gratiam rigatur, quia timor primum carnalis delectationis affectum ab animo præcidit, ac deinde gratia eundem animum quasi iam defæcatum, & purum a sordibus spiritali delectatione perfundit.

¶ *De putrefactione arboris sapientiæ per dolorem. Cap. I I I.*

TErtio dictum est, quòd per dolorem R moritur. Sicut semina germinare non possunt, nisi prius in terra computrescant, & quodammodo moriantur: ita nos germen bonum proferre non possumus, nisi prius per salubrem quendam, & uiuificum dolorem huic mundo moriamur. Dolor hic est de præsentis uitæ exilio. Et bene

post perceptionem gratiæ, dolor nascitur, quia tūc vere in quibus malis simus agnoscimus, quando p infusionem diuinæ gratiæ illuminati dulcedinem spiritalium bonorum aliquatenus degustare valemus. Vnde Salomon dicit. Qui addit scientiam, addit & dolorem. (Eccl. 1.) Quicunque enim spiritualium bonorum dulcedinem non nouerunt, carnalis concupiscentiæ passiones etiam tunc amant cum affligunt, & idcirco gratia cor præuenit vt excitet illud, vt agnoscat homo exilium suum, & flere discat mala quæ tolerat. Et inde est, q post acceptum donum gratiæ continuo mens ad lamenta soluitur, dolore pascitur, fletibus delectatur, & tanto iam impatientius mala præsentia tolerat, quanto ardentius e vicino admonita ad bona futura suspirat. Iam non solum mundum deserit, sed fugit, non solum postponit, sed odit, & quæ prius timore coacta ea, quæ illicite possidebat dereliquit, nunc salubri dolore cōpuncta etiam ijs, quæ humanæ conditionis infirmitas exigit, necessitatibus inseruire ingemiscitur. Et sicut prius per timorem ab illicitis mundi actionibus se sequestrauit, ita nunc omnem mundi speciem (quantum possibile est) in hac adhuc mortalitate viuenti, a cogitatione funditus excludit.

§ *De radicatione arboris Sapientiæ per fidem. Cap. IIII.*

S Qvarto dictum est, quod per fidem radicatur. Tria sunt genera hominum. Infideles, infirmi in fide, fideles. Infideles sunt gentes, quę ignorant Deū quæ non credunt euangelio Christi: qui præter hanc vitam, qua temporaliter hic uiuitur, aliam vitam nullam esse arbitrantur. Hi in terra radices figunt, quia eo magis præsentibus inhiant, quo bona perpetua, quæ sequuntur minus nouerunt. Terrena ambitiot, felices hic esse quęrūt, quia post hanc vitam se nihil futuros esse existimant. De numero istorum fuit stultus ille, qui in libro Iob, per Eliphaz subsignatur. (Iob. 5.) Vidi (inquit) stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Stultus est, qui ignorat ad quid factus sit, q p̄ter id, qđ videt nihil esse credit, qui q̄ sibi mala restāt p̄uidere nescit, atq; hæc peritura & falsa q̄dam bona, quasi sēper sint p̄mãsura, diligit. Hic aliquando firmiter radicat' esse videt, dū tēporaliter floret, sed sapiens eius pulchritudini statim maledicit, qa post hęc momētanea bona ad q̄ sit mala rapiendus agnoscit. De hoc quoq; stulto psalmista dicit. Dixit insipiēs in corde suo, non est Deus: (Psal. 52.) & deinde annumeratis cōplicibus eius. Nō est (inquit) timor Dei ante oculos eorū. Qūo enim timere Deū possint, q esse Deum non credunt? Vnde consequenter ostenditur, q eos, ad quos Dei timor non peruenit, etiā ad ipsum principium sapientiæ pertingere non contingit. Nunc iam videamus de ijs, quos secundos numerauimus, an sint radicati, aut vbi

T (De infirmis in fide.) fixerint radices suas. Non videntur ij habere radices. infirmi enim in fide sunt, quibus iam aliquid persuasum est de veritate, sed adhuc in quadam ancipiti mentis sententia fluctuantes, ijs, quæ in sacro eloquio de futuris præmijs bonorum, vel pœnis malorum referuntur, nec omnino contradicunt, nec prorsus acquiescunt. Vident enim quædā in hoc mundo sic geri, ex quibus & Deum esse, & humana curare possit intelligi, & quòd cuncta hominum facta, siue bona siue mala, reseruentur ad iudicium. Hoc ergo considerantes timere incipiunt, quod minatur Deus, atque hoc timore percussi qđ iubet facere, & quod prohibet uitare proponunt, & fit nonnunquam, ut cum ad tempus hoc timore exercitati fuerint, iam non solum timeant quod minatur Deus, sed etiam quodam mentis affectu appetere incipiant quod promittit. V Sed cum rursum malos in hoc mundo florere conspiciunt, & multa alia in hac uita, ita confuso ordine uolui, vt nequaquam mūdus per prouidentiam Dei gubernari, sed omnium rerum euentus fortuitis subiacere casibus videantur, (Psal. 72.) continuo zelare incipiunt pacem peccatorum, & in hoc modo ipsi quoq; florere concupiscūt. Tacitis sibi cogitationibus dicunt, uanum esse timere iudicium, nihil esse quod stulti homines de pœnis inferni, & de supplicijs malorum confinxerunt, ex timore non ex ueritate hoc processisse, cum uoque Deus si ita districte facta hominum pensaret, tam manifestis indicijs hoc declararet, ut nemo X deinceps ambigere potuisset. Postremo autem ualde esse a ratione alienum, pro incertis certa relinquere, & sectando inuisibilia quædam, quæ utrum uere sint, an decepti homines ea ita esse finxerunt, nemini unquam scire datum est, certa & præsentia bona, quæ commune hominum iudicium & sensus probat, non solum bona esse, sed etiam humanę naturæ ualde necessaria, quadam improba presumptione contemnere, maxime cum hæc omnia Deus non nisi ad utilitatem hominum creasse probetur. Et idcirco Deo non fieri iniuriam si utantur bonis, quę nō ob aliud nisi ut homines eis uterentur creauit. Isti ergo tales, qui fidem suam non nisi secundum incertos rerum euentus pensare nouerunt, non possunt esse stabiles, quia sicut quadam mentis lenitate facile uerbo ueritatis ad tempus credunt, ita etiā facile in tēpore tētationis a fide ueritatis recedunt, quia facile cum tentantur falsum esse persuadetur, unde & prius dubitabant etiam cum stare uidebantur. Talium hominum typum in se propheta expressit cum diceret. (Psal. 72.) Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum uidens. Et paulo post. Quomodo (inquiunt) scit Deus, & si est scientia in excelso, quia ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Interrogant enim isti, & dubitant, & quibusdam cogitationum suarum Y æstibus circunferuntur nescientes ad quam partem potius sententiam suę mentis inclinent. (Fideles.) Credere nō possunt, & negare non præsumunt. Assertio dubia est, & fides suspecta. Qui autem fideles sunt, ij radices habent, sed non sicut increduli radices figunt in hoc mundo, sed sunt per fidem & dilectionem radicati & fundati in Deo. Isti sunt uinea Domini Sorec, uinea fidelis, uinea iusta, quam ipse bonus agricola plantauit, immo transplantauit, quia (Psal. 79.) de Aegypto transtulit, & eiecit gentes, & plantauit eam. De his alibi Dominus per prophetam dicit.

Planta-

Amos.9. Plantabo eos super humum suam, & non euellam
eos amplius. Humus namque, & patria nostra Deus
Psal.72. est, in quo plantamur, quando ei per deuotionem
mentis adhæremus dicentes cum Psalmista. Mihi
autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domi-
no Deo spem meam. De qua uidelicet humo am-
plius non euellimur, si usque in finem in eius dile-
ctione permanemus. De hac quoque radicatione
Esa.37. Z Spiritus sanctus per prophetam dicit. Quodcun-
que reliquum fuerit de domo Iudæ mittet radices
deorsum, & faciet fructum sursum. In reliquijs
enim domus Iudæ fideles significantur, qui radicē
deorsum mittunt, quia omnem cogitationem cor-
dis sui ad interna gaudia defigunt. Fructum autem
sursum faciunt, quia in superna patria, quam in hac
uita per amorem semper requirūt, uitæ dona post-
modum in retributione percipiunt. Quod ergo in-
fideles negant, & de quo infirmi in fide dubitant,
fideles & credunt & expectant. Et quod infideles
diligunt, infirmi autem in fide zelant, hoc fideles
fugiunt. Fides igitur est, per quam radicat sapien-
tia, quia per fidem firmatur animus, & constabili-
tur affectus. Qui autem in fide hæsitat, hic neque in
timore Dei, neque in amore Dei perfectus esse po-
test. Aliter enim timemus quod suspicamur, aliter
timemus qđ credimus. Quod credimus, perfecte
timemus: quod autem suspicamur, hoc plerunque
idcirco timere negligimus, quia ex ipsa nostra du-
bitatione in quandam perniciosam securitatem ca-
dimus, ut iam id solum esse iustū credamus, quod
a nostra cupiditate non discordare cernimus, ita ut
sæpe mens nostra decepta hoc potius uenturum esse
existimet, quod magis sibi euenire desiderat. Vt
igitur nec timor remissius, nec affectus tepidus sit,
necesse est ut firmam & inconcussam fidem ha-
beamus, per quam firmiter radicati ea, quæ in
tribus præcedentibus accepimus, bona confir-
memus.

¶ *De germinatione arboris Sapientiæ per deuotionem. Cap. V.*

A Devotio. QVinto loco adiunctum est, quòd per
deuotionem germinant. Deuotio est
feruor bonæ uoluntatis, quem mens
cohibere non ualens certis manifestat
indicijs. Hæc diuiditur in tria, in ze-
Zelus. lum, & compassionem, & beneuolentiam. Zelus
est, dum pro amore iustitiæ defensorem ultro se of-
fert animus calumniam ueritatis pati nō sustinens.
Cōpassio. Compassio est, quando miserijs aliorum condole-
Beneuolē-tia. mus. Beneuolentia est, quando prompta uolunta-
te beneficia rogati annuimus. Et pulchra est simi-
militudo. Germinare enim grana tunc dicimus,
quando natura quadam occulta ui integrum rum-
pit ut germen prodeat, quod intus latuit, & non se-
cus bona uoluntas celare se non ualens quadam
(ut ita dicam) uiolentia ad exhibitionem boni ope-
ris foras exit.

¶ *De ortu arboris sapientiæ per compunctionem. Cap. VI.*

SExto loco de sapientia dictum est, quod B
per compunctionem oritur. Hic mi-
hi occurrit euangelica illa parabola,
in qua regnum cęlorum thesauro ab-
scondito in agro comparatur. Regnū Mat.13.
quippe cęlorum est vita æterna. Vita autem æterna
Christus est. Christus aūt sapientia est, sapientia ve-
to thesaurus est. Et hic thesaurus est absconditus in
agro cordis humani, vbi factus est homo ad imagi-
nē & simil itudinē creatoris sui. Qm̄ ita conditū est
cor hoīs, vt in eo tanq̄ in speculo quodā suo diui-
na sapientia reluceret, & q̄ in se videri non poterat C
in sua imagine visibilis appareret. Magna prorsus
dignitas hoīs portare imaginē Dei, & illius in se iu-
giter vultū aspicere, atq; eū sēper p cōtēplationē p̄-
sentē habere. Sed postq̄ primus ille parēs vetitū alle
ctus, & interdictū tangens delectationē suā in ter-
rā sparsit, peccati puluis superiectus cordi humano
p̄tiosū thesaurū istū ab oculis nostris abscōdit, & ca
ligo ignorantiæ obtēsa lumē sapiētiæ intercepit. Et
hoc est illud qđ in tēplo, Salomonis figuratū est, v-
3.Reg.8. bi legit̃ q postq̄ pfecit Salomō omne opus ad ędifi
cationē domus Dn̄i, & cōsūmata sūt vniuersa, q̄ ad
instructionē domus ptinebāt, continuo nebula im-
pleuit domū, ita vt sacerdotes ministrare nō possēt.
Salomō quippe interpretat̃ pacificus, & significat il
lū, qui est pax nostra, qui recōciliauit nos Deo in sā
guine suo. Et quia idē ipse Iesus Christus Dn̄s no-
ster sapientia est patris: Salomō Deo tēplū ædificat,
quia p sapiētiā Dei cor hominis factū est, vt in eo
quasi in tēplo Deus habitaret. Hæc est sapiētia, q̄ æ-
dificauit sibi domū, quia descendens in orbē terra- D
rū delicias suas dicit esse cū filijs hoīum. Sed hęc do-
mus, vt ædificata est, nebula implet̃, quia hō condi-
tus, ac deinde peccādo ab illa internæ cōtēplationis
specula corruens, in has miseras p̄sentis vitæ tene-
bras labit̃, vbi digne Deo ministrare nō valet, quia
caligine ignorātiæ obuolutus quid agendū vel uitā
dū sibi sit ex magna parte iā nō videt. Abscōditus est
ergo thesaurus iste in agro cordis nostri, qui tūc in-
uenit̃, qn̄ sapiētia orit̃. Sapiētia aūt oritur, qn̄ veritas
manifestat̃. Veritas aūt manifestat̃, qn̄ ignorātia pel-
lit̃. Ignorātia aūt pellit̃, qn̄ mēs illuminat̃. Pulsa aūt
ignorātia veritas manifestat̃. Manifestata veritate sa- E
piētia orit̃. Oriēte sapientia thesaurus inuenit̃. Hæc Compun-
cōpunctio, & quasi palus acutus terrā cordis nostri ctio.
fodit, & quasi ignis rubiginē exurit, & quasi splen
dor tenebras pellit. Per hāc debemus fodere altos
puteos in cordibus nostris, eiicientes omnē terreni
tatē a nobis, vt possimus inuenire thesauros abscon-
ditos, & occultā venā aquarū uiuentiū. Sic Abrahā,
Isaac & Iacob patres nostri puteos foderunt, q̄ren-
tes aquā viuā sapientiæ, & qn̄ Allophyli puteos il-
los absentibus eis terra repleuerunt, ipsi rursū fode
runt, rursūq; aquā viuā q̄rebant, & hoc frequēter fa
ciebāt. Ita & nos si maligni spiritus corda nostra
studio cōpunctionis ab omni terrenitate emundata
rursus insidiantes terra repleuerint, iterū fodere ea
p cōpūctionē, iterūq; emūdare debemus. Et hoc tā-
diu

diu facere oportet, quousque aquam viuam inueniamus, & quousque thesaurum pretiosum reperiamus. Cum autem inuenerimus abscondere eũ debemus, quia cito amittitur quod incaute ma-
F nifestatur. Thesaurum autem inuentum manifestat, qui acceptum donum sapientiæ in ostentatione portat. Thesaurum autem inuentum abscõdit, qui accepto dono sapientiæ non foris in oculis hoĩum, sed intus coram Deo inde gloriari quærit. Oportet etiam nos ire, & uendere omnia quæ habemus, & emere agrum istum, quia quicunque ille est, cui interna gaudia iam reuelata sunt, pro contuitu eorum libenter debet contemnere omnia,
G quæ in hoc mundo ipsum delectare poterunt. Sed inter hæc solicite considerandum est ijs, qui sapientiam quærunt, ꝙ non ob aliud, sed propter seipsam quærenda est sapientia. Nihil enim melius est sapiẽtia, & ideo indignus est sapientia, qui aliud quàm ipsam per ipsam obtinere intendit, qui non vt possideat, sed vt vænalem prostituat sapientiam quærit. Præterea si Christus est sapientia, qui sapientiam, pro humana laude quærit, similis esse conuincitur proditori Iudæ, qui Christum vendidit. Quæramus ergo thesauros absconditos, quæramus sapientiam, quæramus Christum, sed non sicut Iudas, qui Christum quæsiuit vt venderet, non ut pos-
Matt. 28. sideret. Quæsiuit enim Christum Iudas, & inuenit & tenuit, sed non retinuit, quia vendidit. Sed sanctæ mulieres ad sepulchrum cum aromatibus uenientes Christum quæsierunt & inuenerunt, tenuerunt & retinuerunt, quia non quærebant vt uẽ-
Eleganter discurrit. derent, sed vt possiderent. Dicamus ergo de sapientia, per timorem seminatur, per gratiam rigatur, per dolorem moritur, per fidem radicat, per com-
H punctionem oritur. Hi gradus videntur mihi significari, vbi iubetur Abraham exire de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, & tunc demum terra ei demonstranda permittitur. Exi (in-
Gen. 12. quit Dominus) de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram quam mõstrauero tibi. Igitur per timorem eximus de terra nostra, per gratiam eximus de cognatione nostra, per dolorem de domo patris nostri egredimur, per fidem & deuotionem Dominum sequimur, ac sic deinde in sexto gradu terra nobis promissa per cõpunctionem demonstratur. Per timorem relinquimus censum terrenum, per gratiã & dolorem mutamus affectum, per fidem & deuotionem confirmamus animum, per compunctionem inuenimus desiderium. De terra nostra eximus, cum ea, quę fo ris possidentur terrena bona, derelinquimus. De cognatione nostra eximus, quando illis, quæ in nobis, & ex nobis nata sunt abrenunciamus. De domo patris nostri eximus, quando mundum omnẽ, & ea, quæ in mundo sunt, prorsus a cogitatione nostra sequestramus, & omnem animi intentionem
I in sola æterna defigimus. Pater noster secundum illam natiuitatem, qua in peccatis nati sumus, diabolus est, quia secundum natiuitatem ad eius dominium pertinemus, qui auctor est peccati. Eius domus est mundus iste, quia merito suæ peruersitatis mundi huius, & eorum qui mundum istum amãt,

princeps factus est. Egressis autem de terra nostra, & de cognatione nostra, & de domo patris nostri, alia a domino terra ostenditur, quando nobis perfecte huic mundo mortuis quiddam iam de futuris gaudijs quasi de longe odorare conceditur. Afflatus enim, spiritu sancto insolito gaudio animus hilarescit, & miratur quale ad gustandum esse possit, quod tam mire etiam per odorem reficit.

❡ De incremento arboris sapientiæ per desiderium. Cap. VII.

Septimo loco adiũctum est, ꝙ per desiderium crescit. Sicut enim cõpunctio incendio comparatur, ita desiderium simile est fumo, qui de incendio nascitur, qui in directum ascendit, & quanto magis sursum tollitur, tanto amplius extenuatur, tandemq; eleuatus in sublime ab oculis intuentium prorsus subducitur. Postquàm enim per ignem compunctionis rubigo peccati a mente fuerit consumpta, & ille internus fulgor in corde micare cœperit, confestim animus in quandam contemplationis speculam subleuatur, ibique quodammodo seipso altior effectus, quandam (ut ita dixerim) lucidam regionem, & terram nouam eminus prospicit, qualem nunquàm antea vel uidisse se meminit, vel esse existimauit. Miratur & ipse qui videt, & præ gaudio præsentis luminis præteritas ignorantiæ suæ tenebras accusat, miratur subter se in imo, quo prostratus iacuit, miratur super se in summo, quo eleuatus tendit. Gaudet se tantum iam euasisse ab eo quod doluit, dolet se tantũ adhuc abesse ab eo quod, diligit. Conatur igitur festinat, ascendit, crescit per desiderium, & quemadmodum virgula fumi, quanto magis sursum tollitur, tanto amplius extenuatur, ita cælestibus appropinquãs & omnem terrenæ concupiscentię nebulam euaporans totus spiritalis efficitur, tandemque se humanis subducit aspectibus, dum ad terrena ista, & visibilia concupiscenda amplius exire recusans, intus in abscondito faciei Domini gloriatur.

❡ De roboratione arboris sapientiæ per Charitatem. Cap. VIII.

Octauo loco adiunctum est, per charitatem L roboratur. Charitas similis est vino. Vi- *Charitas. Vinum.* num namque eos, quos inebriauerit reddit hilares, audaces, fortes, obliuiosos, & quodãmodo insensibiles. Sic Charitas mũdãdo conscientiã mẽtẽ exhilarat, deinde audacẽ reddit, q̃n per mũditiã conscientiæ, fiduciam præstat. Deinde vi- *Prou. 28.* res auget, quia sicut testatur scriptura fortis est vt leo qui confidit in Domino. Conscientia enim mũda nullis aduersis superari potest, quia cũ intus de Dei semp adiutorio confidit, quicquid aduersi foris tolerat facile contemnit, & uincit. Obliuionem quoque generat, quia dum totam animi intentionem ad desideria ęternorũ trahit, omnium quæ transeũt memoriam ab animo funditus euellit. Insensibi-

lem reddit, quia dum mentem per internam dulcedinem medullitus replet, quicquid exterius amarum infertur conuenit, quasi non sētiatur. Charitas ergo sapientiam roborat, dum menti & fiduciam, & fortitudinem, & insuperabilem quodammodo insensibilem reddendo cōnstantiam præstat. Possumus si volumus in his octo gradibus octo beatitudines per ordinem expressas notare, ita vt id, quod
Matt. 5. dictum est, per timorem seminatur, ptineat ad id, quod dicitur. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Id, quod dictum est, per gratiam rigatur, pertineat ad id, quod dicitur. Beati mites, qm̄ ipsi possidebunt terram. Id quod dr̄, per dolorē morit', pertineat ad id, quod dr̄. Beati qui lugent, qm̄ ipsi consolabunt'. Id, quod dictum est, per fidē radicat, pertineat ad id, quod dr̄. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā, qm̄ ipsi saturabuntur, Id, quod dictū est, per deuotionē germinat, ptineat ad id, qđ dr̄. Beati misericordes, qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Id, qđ dr̄, per cōpunctionē orit', pertineat ad id, quod dicitur. Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deū videbunt. Id, quod dictū est, per desideriū crescit, pertineat ad id, quod dicitur: Beati pacifici, qm̄ filij Dei uocabuntur. Id, quod dictum est, per charitatē roboratur, pertineat ad id, quod dicitur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnum cęlorum.

¶ De uirore arboris sapientiæ per spem. Cap. IX.

M NOno loco adiunctū est, per spem viret.
Spes. Spes futurorū bonorū in mente quasi scintillatio q̄dā est, q̄ nutritur in fomite. Est enim spes quasi memoria q̄dā inuisibiliū gaudiorum, q̄ in corde hominis recondita calefacit illud intrinsecus, & nō sinit arescere frigore infidelitatis in hyeme præsentis vitæ. Et q̄diu hæc spes viuit in nostra mente, nūquàm arescit arbor sapientiæ, sed quemadmodum lignum illęsum seruat virorē suū, dū ęqualē habet contemperantiā humoris & caloris, sic animus arescere non pōt, quem & calor spiritus sancti, qui desuper radiat, nutrit, & studium bonæ operationis quod subius est, rigat.

¶ Quomodo frondescat arbor sapientiæ per circumspectionem. Cap. X.

N DEcimo loco adiunctum est, q̄ per circūspectionem frondescit, & expandit ramos suos. Quidam sunt, in quibus sapientia in altum crescit, quidā vero, in quibus in latum se expandit. In contēplatiuis in altū surgit, qui per acumē mentis penetrant vsq; ad contēplanda secreta cęlestia. In actiuis in latū se expandit, quia illi intentionem mentis suæ multipliciter foras spargunt ad dispensanda terrena. Sunt vero nonnulli, qui per quietē diuinitus sibi concessam, primo multum in contēplatione excrescunt, sed dum vident alios simpliciores fratres terrenis actionibus occupari, eos in cōparatione sui despiciunt, & cum ipsi steriles sint a bono opere, bona tñ opera in aliis non pertimescunt iudicare. Qui ergo in humilitate stare negligunt, vento elationis conquassati, a fastigio contēplationis cadunt. Deiectiq; varijs patent erroribus & multipliciter ab illa interna pace distrahuntur. O
Quorum uidelicet errorū principiū hoc est, q̄ infirmitatē suam humiliter nolunt agnoscere, sed de Dei munere, qđ acceperunt, incaute se extollunt. Necesse.n.est, vt in oculis eorū vilescant facta aliena, qui de suis meritis sentiunt tā immoderata. Nec fieri posset, vt vitā alienam iudicare p̄sumerent, nisi prius in se tumuissent. Hic igitur error semel illapsus animo late venena sua diffundit, & occulte serpens, & immiscens se cunctis motibus animæ, voluntates immutat, consilia dissipat, cogitationes intorquet, & corrumpit desideria, curasq; inducit superfluas. Et quia semel inflatus animus magna de se existimare didicit, facta sua ad examen rationis reuocare contemnit, & eo liberius vitam persequitur alienam, quo minus in se quicquàm reprehensione dignum esse credit. Quæ tamen superbia primum se palliat sub specie boni zeli, & persuadet P
deceptę menti non esse perfectum amatorem iustitiæ, qui consensum præbet culpę alienæ. Eum autem delicto alieno omnimodo consentire, qui negligit, dum potest, delinquentem arguere. Hoc igitur male prouida mens errore decepta, totam se curiositati dedit, & paulatim crescente morbo, dum primum errata aliorum immoderate persequi assuescit, postremo ad hoc deducitur, vt quicquid viderit vel aperte calumniari, vel sinistre interpretari conetur: vnde si fortè aliquos pro communi vtilitate aliquantulum solicitari viderint, hos cupidos vocant. Quos prouidos esse perspexerint, auaros nominant. Eos autem qui se affabiles & hilares omnibus præbent, vitio adulationis inseruire dicunt. Illos vero qui sæpius tristitiam vultu præferunt, inuidia tabescere credunt. Et quos alacres & deuotos in ministrando perspexerint, leues & inquietos esse asserunt. Quos debiles aut graues inuenerint, quasi pigros & inertes accusant. Abstemios, morbo hypocrisis laborare, & eos qui plus necessitati indulgēt, luxui deseruire existimāt. Et hūc quidē errorē multiplex cōfusio sequit'. Mala siquidē & Q
pestilens curiositas, q̄ secretū alienū improbe scrutari contendit, sæpe q̄uis nihil inueniat qđ iuste reprehendere possit, peruersa tamen suspicari nō desistit. Si uero aliquid dignum reprehensione inuenerit, statim tumidam mentem non ad compassionem, sed ad contemptum trahit. Contemptus autem iram excitat, quia typo superbiæ inflatus animus intolerabile esse credit, quicquid ab eo sustinet, quem despicit. Deinde ira in indignationem crescit, indignatio in contumeliam procedit, contumelia odium parit, odium autem inueteratum in inuidiam transit, inuidia uero animo tędiū gignit, tædium autem cum insederit cordi, quasi tinea demolitur illud, & suffocato gaudio interno in I
semetipsa conscientia tabescit. Fit sibiipsi grauis animus, & quasi plumbum immobilis permanens sursum erigi non valet. Et qui prius pennis contemplationis cęlos penetrare consueuerat, nūc grauis pressus pondere sub se cadit. Perhorrescit tene-

bras

bras suas, quas intus patitur, & si possibile esset, vel
et aufugere semetipsum. Igitur relicta conscientia
foras funditus terrenis se immiscet actionibus, ut
vel occupat[*] obliuisci possit malorũ suorũ. Et quia
leuius esse iudicat omne malũ eo ipso quod intus
tolerat, iã miser ẽt dolores suæ occupationis foris
amat. Et quia verã dulcedinẽ lõgo tędio palatũ cor
dis gustare dedicit, carnalis cõcupiscentiæ acetũ si-
tiens aïa cũ desiderio bibit. Inuentã igit in curis ex-
terioribus diabolus corrũpit, & iã nullo sibi iudi-
cio rationis renitentem, ad q̃libet erroris præcipitia
R trahit. Sed quia nunc diximus ad quãta nos mala su
perbia pcipitat, dignũ est vt et cõsideremus qd sit
medicamẽtum, p qd nos gratia diuina restaurat. Ta
le est, n. antidotum hoc, vt non solũ pristinã refor-
met sanitatem, sed & maiorem addat fortitudinẽ.
Non solum reparet quod perijt, uerum etiam su-
peraddat qd defuit. Vnde per oia laudabilis & glo-
riosus Deus, solus misericors & pius, qui gratis lar
gitur donum, & gratis restaurat amissum, & qui in
digni eramus etiam id recipere, qd perdidimus, sic
restituit vt nõ ad interitum, sed ad incrementum ce
cidisse videamur. Igitur iste, qui per sapientiam ex-
S creuerat, de altitudine sua superbiuit, & ideo bonũ
est ei vt pcidatur, & assuescat in latum expandere
ramos suos. Bonum est ei, vt intermisso studio con-
templationis ad tempus foras extrẽ compellatur, &
exteriora dispensanda suscipiat, vt discat experimẽ
to quàm difficile sit per officium, exterioribus in-
seruire, & tñ per desiderium interiora non desere-
re. Et cum se ad curam suscepti regiminis imparem
esse agnouerit, tunc sciat quid de us sensisse debue
rat, quos prius in eodem loco positos inconsidera-
te despiciebat. Et quia maiorem potestatem maior
solet solicitudo comitari, ipsa eum cura exerceat,
ut discat esse prouidus & circumspectus, & nõ tor
pescat ocio, vt ante periculum animum firmet, ut
non solum quid eueniat, sed quid euenire possit, at
tendat. Arridenti fortunæ non nimium credat, in
aduersis fiduciam non amittat, & quicquid finem
habiturum est, siue bonum sit siue malum, ęque
despiciat. Omnem euentum consilio suo præue-
niat, amicos ante necessitatem comparare studeat,
in proprio sensu non plusquàm oportet confidat,
omnes diligere, non omnibus æque credere. Maio
ribus obedientiam debitam, æqualibus dilectionẽ,
subiectis paternam solicitudinem impendat. Et
sic per diuersa virtutum studia sapientiæ suæ ra-
mos diffundat, & tunc demum arbor illa sapiẽtiæ,
quæ prius in modum flexibilis arundinis nudo sti-
pite male excreuerat, iugi iam studio uirtutum ro-
borata, & frondibus circumspectionis vndique ue
stita, rursum ad alta cacumen eleuet, tanto tunc me
lior, quanto fortior, quanto robustior, quanto exer
citatior, quanto circũspectione ornatior, ita ut ẽt ip
sa pcisio sua ei pfuisse videat. Sed quia ipsa sapien
T tia p circũspectiõnẽ ramos suos expandit, diffinia-
mus nunc quosdã generales modos, quibus circun
spectio exercetur. Sunt aũt quatuor. Timor, cura,
necessitas, affectus. Timor est anxietas periclitandi.
Cura est solicitudo euadendi incommodi, aut com
modi adipiscendi. Necessitas est debitum dandi,

Circũspectionẽ exercitãtia
Timor.
Cura.
Necessi.

aut indigentia accipiendi. Affectus est desiderium
perfruendi. Timor premit, Cura trahit, necessitas li
gat, affectus vulnerat. Sic solent agricolæ quando
volunt expandere ramos arborũ, aut superponere
eis põdera q̃ deorsum pmant, aut subtus alligare q̃
deorsum trahant, aut iuxta affigere stipites, & alli-
gare ramos, ne sursum eleuentur, sed in latum se
diffundant, aut ipsi nudo trunco infigere surcu-
los, ut ibi concrescentes arborem vestiant. Timor
igitur est quasi pondus superpositum. Cura qua-
si pondus subtus appensum. Necessitas est similis
stipiti, qui ligat. Affectus est quasi surculus, qui infi V
xus vulnerat. Ista quatuor nascunt ex quatuor gene
rib[*] malorũ, quę homo sustinet in hoc mũdo. Quę
sũt ira Dei, uanitas mũdi, firmitas humanæ cõditio
nis, inuidia diaboli. Ira Dei est dum flagellis atteri-
mur. Vanitas mundi est cum modum necessitatis
excedendo in uoluptatem abimus. Infirmitas hu-
manæ conditionis est quòd facile lædimur aduer-
sis, & difficile ad bona agenda conualescimus. In-
uidia diaboli est dum ipso instigante ad uitia inflã-
mamur. Igitur ira Dei timore præmit, uanitas mun
di curas superfluas mittendo deorsum trahit. In-
firmitas nostræ conditionis diris nos necessitatibus
ligat. Inuidia diaboli illicitis desiderijs nos inflam-
mãdo vulnerat. Sed in his omnibus Dei seruus exer
cetur ad præmium, & tunc ei quoque mala subie-
cta seruiunt, cum eum afflĩgẽdo probãt, non subuer
tunt. Istæ siquidem passiones omnes, uidelicet ti-
mor, cura, & desiderium illicitũ malæ sunt, & ipsa
quoq; necessitas uitæ præsentis à Domino militia
appellatur. Sed Deus idcirco hæc ad tempus electo-
rum suorum mentibus dominari pmittit, vt cum p
experimẽtũ didicerint quãta miseria falsis istis dele
ctationibus insit, ardentius æterna illa & uera gau-
dia requirant, quæ nulla tristitia corrumpit. Et
salubriter, aliquando derelicti permittuntur ad tem
pus seruire passionibus carnis suæ, ut agnoscant in-
firmitatem suam, & de se non præsumant, &
tanto deuotius postmodum diuinæ gratiæ se subij-
ciant, quanto manifestius ex præcedenti casu di-
dicerint ex sua uirtute non esse quòd stant. Est e- X
tiam adhuc aliud, pro quo nonnunquam seruis
Dei utile est, ut tententur, ut uidelicet ipiæ tenta-
tiones eos exerceant, & cautiores reddant, quia
conflictus uitiorum exercitia sunt virtutum. Et
sicut sæpe cadendo discit homo qualiter gressum
figere, & caute ambulare debeat; & in conflictu
belli qui frequenter plagatus est, cautius uenien-
tem ictum excipit, sic qui a diabolo sæpe deci-
pitur, subtilius postmodum uersutias eius de-
prehendit, & machinationes subuertit. Et hoc est,
quòd multos uidemus post multa scelera ad uir-
tutum summam ascendere, & tanta uirtute omnes
diaboli conatus contra se erectos atterere, vt in quo
se prius vicisse gaudebat, iam non spoliasse, sed con
tra se armasse potius videatur. Hoc quippe altũ, hoc
secretum Dei consilium est, ut illud etiã electis suis
proficiat ad coronam, quod inimicus sibi gloria-
batur cecidisse ad uictoriam. Libet itaque nunc
considerare qualiter ex ipsis, quas supra memo-
rauimus, passionibus exercitia sciantur, ac deinde

Affectus.

Tentari quãdo utile.

qualiter per ipsa exercitia circumspectio augeatur.
Y Quatuor enim sunt timor, cura, necessitas, affe-
ctus:& ex tribus idest timore necessitate, affectu, na
scitur quartum idest cura. Quod enim timemus in-
cidere solicite studemus euitare, & quod dolemus
adesse solicite studemus à nobis remouere,& quod
desideramus adipisci, solicite studemus obtinere:
& sic post affectionem passionis requiritur cura soli-
citudinis, & post curam solicitudinis sequitur co-
natus in exercitio operationis, & per exercitium
operationis crescit cautela circumspectionis. Et
quia ex vitio nostræ corruptionis hoc nobis inest
vt magis soliciti simus pro eo adipiscendo, quod
peruerse cupimus,vel eo euitando, quod superflue
formidamus, fit ut cautelam circumspectionis,
quam in bonis studijs comparare neglexinus per
mala studia facile acquiramus. Sępe etenim qui ani
mæ mortem nō metuit,mori in carne pertimescit,
& qui perpetuos gehennæ cruciatus non conside-
rat, pœnas temporales pati reformidat. Sæpe qui
illam confusionem,quæ ante Dei oculos & sancto-
rum angelorum peccatoribus ventura est, timere
adhuc non didicit, vilis esse in oculis hominum
erubescit. Et pro his euitandis laborant homines,
quæ seruis Dei non solum fugienda non sunt, im-
mo etiam nonnunquam cum fructu eorum agno-
Z scuntur appetenda. Similiter sunt multi, qui animæ
suæ ieiunium ignorant,& pro cibo uentris compa-
sando vehementer insudant. Et sæpe homines pro
carnalibus desiderijs adimplendis plurimos labo-
res graues & amaros libenter; tolerant, quos pro
amore æternę uitæ, uel ad modicum subire recu-
sant,cum econtrario electi sine intermissione labo-
rent,& affligant semetipsos,ne desideria carnis per
ficiant. Qui etiam necessitatibus suis non sine timo
re deseruiunt, timentes ne usque ad delectationem
effluat uoluptatis,quod exigit infirmitas conditio-
nis. Carnales autem quique, qui pro adimplendis
desiderijs suis libenter labores tolerant, foris non
tantum opere, sed & mente uagantur. Et dum per
experimenta rerum multa discunt, quasi ex ipsa
Luc. 16. occupatione sui prudentiores fiunt. De quibus Do
minus in euangelio dicit. Filij huius seculi pruden
tiores sunt filijs lucis in generatione sua. Sed hi ta-
les alioquin miseratione diuina ab errore suo con-
uersi, parua studia deserunt, sed prudentia quam
in prauis studijs didicerunt,non amittunt, & in bo
nis agendis tanto cautiores fiunt, quanto in malis
perpetrandis prius studiosiores extiterint. Vnde ma
nifeste ostenditur etiam hoc eis profuisse, quòd ad
tempus derelicti videbantur. Propter hoc superius
dictum est quatuor esse quę exercēt circumspectio-
nem,timorem uidelicet,curā,necessitatem, affectū.
A Tres aūt sunt timores mundani vel carnales, timor
Timor mūdanus triplex. vilitatis,timor pœnę,timor mortis, quorū singuli
suas curas generant. Necessitas aūt duplex, alia in
Necessitas duplex debito dandi, alia in indigentia accipiendi. Aliter
enim dr. Necesse est tributū dare Cęsari,& aliter di
cit. Necesse est escas dare vētri. Iō enim necesse est,
vt tributū des Cęsari,quia tu dare debes, iō necesse
est, vt escas des ventri,quia indiget accipere. Vterq;
tñ exactor est,& Cæsar, & venter. Vtrunq; tributū
est & esca & pecunia. Sed si propius cōsiderare uo-
lumus, minus nocet Cęsar tollendo pecuniam,
quàm uenter accipiendo escam. Cæsar enim se-
mel auferendo pecuniam solicitudinem tollit, uēn
ter autem sine intermissione escam exigendo nun-
quam nos sine solicitudine esse permittit. Cæsar au
ferēdo pecuniā magis nos alleuat, vēter accipiēdo es
cā p abūdātiā,ad uitia nos inflāmat. Et ut breuiter cō
cludā ego p oīa miserabiliorē video eū q seruit uē-
tri,q̄ illū q seruit Cæsari. Necessitas ergo alia est in
debito dandi, alia in indigentia accipendi. Et illa B
quidem; quæ in debito dandi est, multis modis ac- Debitores varij.
cipitur. Debent enim prælati subiectis prouiden-
tiam. debent subiecti prælatis obedientiam, debent
æquales æqualibus charitatem fraternam, debent sa
pientes insipientibus doctrinam, debēt diuites pau-
peribus alimoniam. Sed quia sine prudentia & cir-
comspectione, nec iuste persoluere possumus quod
debemus, nec petendo impetrare id, quo indige-
mus, dum istis necessitatibus subijcimur, quid aliud
quam ad prudentiam,& ad circumspectionem eru
dimur? Et sicut de timoribus dictum est, etiam sin-
gulæ necessitates generant curas suas. Affectus est C
desiderium perfruendi. Desideriorum alia sunt bo- Affectus. Desideria uaria.
na, alia sunt mala. Et bona desideria sunt spiritua-
lia, mala desideria carnalia. Spiritale desiderium
quasi vinum dulce suauiter inebriat, carnale desi-
derium quasi vinum acidum, & intoxicatum bi-
bentes aut in furorem vertit, aut necat. De illo vi- Psal. 74.
no dicitur, quod calix in manu Domini vini meri
plenus misto videlicet qđ lętificat cor hominis. Et Psal. 22.
alibi. Calix Domini inebrians quàm præclarus est?
Multa de illo vino in scriptura dicūtur. De hoc autē
vino dictū est. Fel draconū vinum eorū, & venenū
aspidū insanabile, quod exprimitur de botro ama-
rissimo, quod propinat Babylō de calice aureo for- Deut. 32.
nicationū suarum, de quo inebriantur omnes gētes,
De hoc etiam vino dictum est in euangelio. Omnis Ioan. 2.
homo primū bonum vinum ponit & cum inebria-
ti fuerint, tūc id, quod deterius est. De illo autē vino Ibidem.
dictum est. Tu seruasti vinum bonum vsq; adhuc.
Hoc carnale desiderium quasi peregrinus surcu-
lus infixus menti grauiter eam vulnerat. Et hic
est peregrinus, de quo per Nathan ad Dauid dicitur
qui ad diuitem venerat, pro quo peregrino pascen- 2. Reg. 12.
do diues relictis centum proprijs ouibus vnam oui
culam pauperis auferebat. Desiderium enim car-
nalis cōcupiscentiæ quasi hospes peregrinus ad Da 2. Reg. 11.
uid venerat, quando deambulans in solario domus
suæ Bersabee uxorē Vriæ se lauantē cōspexit, & ada-
mauit. Tunc aūt in pastu peregrini relictis centum
ouibus suis unā ouiculā pauperis occidit, quādo re-
lictis multis uxoribus suis ad explendam uolupta-
tem suā unicam Vriæ vxorem abstulit. Peregrini
igitur surculi nudo trunco infiguntur, vt eum ve-
stiant, quia sæpe omnipotens Deus quos in ocio
suo tepidos, & quasi nudos a bonis operibus esse
conspicit, illicitis desiderijs ad tempus vulnerari
permittit, vt timorati & circumspecti fiant. Quali-
ter autem isti affectus cum sint mali hominem exer
ceant, difficile est agnoscere, difficilius enarrare, ille
autem nouit, qui facit.

¶ *Quomodo*

¶ *Quomodo floreat arbor Sapientiæ per disciplinam. Cap. XI.*

D Tria in flore reperiũtur. Per disciplinã floret. In flore tria sunt. Spes, species, odor, q̃ oĩa p similitudinẽ i bono opere inuenimus. Sicut enim i flore futurus fructus pmittit, ita io booo opere futuræ retributionis pmiũ expectat. Et eos, in quib⁹ bona opera cernimus, ad sortẽ supnę retributionis ptinere speramus. Itẽ sicut flos p speciẽ fulget, & p odorẽ demulcet, ita bonũ opus p exẽplũ quidẽ fulget, qũ p̃senti bus laudabile apparet, eosq; ad imitationẽ accendit. Per odorẽ aũt demulcet, q̃n absẽtibus, & longe positis per opinionem bonæ famæ innotescit.

¶ *Quomodo fructificet per uirtutem. Cap. XII.*

E Per uirtutẽ fructificat. Fruct⁹ boni opis est virtus occulta rectę intentionis. Sub flore.n. boni operis, q̃d foris p exẽplũ lucet, quasi quidã intus in mente absconditus fructus virtutis latet. Proinde quisquis vacuus a virtute booum opus in oculis hominum foris exhibet, velut arbor est, quæ sine fructu floret.

¶ *Quomodo per patientiam, & perseuerantiam maturescat. Cap. XIII.*

F Per patientiã, & perseuerãtiã maturescit. Inchoata virtus oon prodest, nisi ad finẽ perducat. Ac per hoc quisquis virtutẽ inchoat, quasi quẽdã io se bonitatis fructũ format: sed si virtutẽ, quã incipit, ante finẽ deserit, velut immaturus & nõ aptus esui ante tẽpus fructus cadit. Et ideo patientia, & perseuerantia valde nobis oecessaria est, vt in booo, q̃d per Dei gratiam rectè inchoauimus, constanter usque in fioem perseueremus.

¶ *Quomodo per mortem carpatur. Cap. XIIII.*

G Per mortẽ carpit. Quando fructus maturus est tunc discerpit, ut ad patrisfamilias mensã ueniat. Et oos cũ ad modulũ nostræ perfectionis perducti fuerimus, ab hac uita per mortẽ p̃cidimor; vt ad conuiuiũ regis ęterni transferamur. Et hoc est, q̃d in cantico amoris, sponsa ad dilectũ suũ loquit dicens. Veniat dilectus meus in hortũ suũ, & comedat fructũ pomorũ suorũ. Et ipse versa vice ad ipsã ibidẽ respondet. Veni in hotũ meũ soror mea, spõsa, messui myrrhã meã cũ aromatibus meis: comedi fauũ meũ cũ melle meo, bibi uioũ meũ cũ lacte meo. Per mortẽ ergo carpimur, ut quasi fructus bene redolentes ad nuptias regis æterni p̃sentemur. Nos ibi cibus Dei erimus, quia ei cõplacebit io oobis, & ipse cibus noster erit, quia nos delectabimur in ipso facie ad faciẽ gloriã eius cõtẽplãtes, ita ut illud pphetæ cõpleat in nobis: satiabor cũ apparuerit gloria eius. Concludamus ergo summum perfectionis gradum, & dicamus.

Cant. 5.

Psal. 16.

¶ *Quomodo per contemplationem cibat. Cap. XV.*

H Contẽplatio vultus Dei. Per cõtemplationẽ cibat. Iste est cibus, Ista est refectio, de qua psalmista dicit. Adimplebis me lętitia cũ vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem, Amen. Ecce arbor sapientiæ nostræ p quindecim gradus vsq; ad summum incrementũ peruenit: hic aũt numerus magni mysterij cõscius est. Primum quia ex septem & octo componitur. Septenarius uero præsentem vitam, quæ septẽ diebus currit, significat. Octonarius autem, qui post septem venit, æternam vitam designat. Septenarius ergo ad vetus testamentum pertinet, in quo promittuntur bona temporalia. Octonarius autem nouo testamento congruit, in quo sperare iubemor ęterna. Crescat ergo per septem & octo sapiẽtia. Per septem incipiat, & per octo ad consummationẽ pertingat. Prima sapientia sit a Deo terrena bona petere. Secunda sapientia & maxima sit a Deo Deũ desiderare. Item quindecim si duplicentur triginta efficiunt, & sapientia si adiuncta charitate per dilectionem Dei & proximi geminetur, vsque ad conformitatem ętatis plenitudinis Christi nos perducit. Item in quindecim medius idem est qui octauus, hinc inde habens septenarium. Et satis claret, q̃ septenarius ad requiem pertinet, hioc maxime q̃ septima die requieuit Dominus ab omni opere q̃d patrarat. Rursum per prophetam repromittit Deus suis dilectoribus sabbatum pro sabbato, & mensem pro mense: hoc est requiem pro requie, perfectionem pro perfectione: pro requie mentis requiẽ mẽtis & corporis, pro requie qua oon consentiunt malis, requiem qua nulla sentiunt mala. Item pro perfectione operis perfectionem retributionis. Idem est enim quod dicit sabbatum pro sabbato, ac si diceret requiem pro requie: & quod dicit mensem pro mẽse, ac si diceret perfectionem pro perfectione. Prima igitur requies primum sabbatum nobis esse debet in præsenti vita cessare a malo, ut secundum sabbatum adipisci mereamur, vt io ętetnum requiescamus cum Christo. Sed quisquis hoc modo a malis sabbatizare, proponit, necesse est p̃ius q̃ ad illud futurum sabbatum veniat, multa in hoc mundo aduersa patiatur. Et ideo in arbore sapientiæ octauo gradu inter septem & septem, quasi inter sabbatum & sabbatum, tolerantia laboris figitur in centro mediæ vnitatis, cum dicitur per charitatem roboratur. Contra enim magnas tribulationes necessaria est, vel robusta charitas. Et hoc est quod Dominus in euangelio, cum septem beatitudines enumerasset, in octaua ad tolerantiam passionis admonuit dicens. Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cęlorum. Nam quod ibi dicitur, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, hoc hic dicitur per charitatem roboratur. Sed iam dum incidentium rationum expositionem prosequimur, lõgius a proposito nostro digressi sumus. Vnde & de hoc quoque veniam postulamus, quia ut uerum fatear, sępius in hoc tractatu scribenda plura inuenimus, quàm inuenta scriberemus. Neque enim vel in hoc meam insipientiam fateri erubesco. Nunc ergo ad propositum reuertentes de fabricatione arcæ sapientiæ prosequamur.

Psal. 15.

Quindenarij perfectio.

Gen. 2.

Esa. 66.

I Sabbatum primum.

Matt. 5.

FINIS LIB. III.

S E Q V I T V R
Liber Quartus, de arca Noe morali. Cuius hæc sunt Capita.

¶*Vbi, & ex quo ædificata domus Dei. Cap. I.*

K E ædificatione domus domini loqui uolumus, si tamen nos, qui indigni sumus de tanta re loqui, aliquid digne sufficimus. Sed etsi ex nobis sufficientes non sumus, potens est ille sufficientiã nobis præstare, sine quo digne de eo non dicam loqui, sed nec cogitare quicquam idonei inuenimur. Primum designandus est locus, in quo ædificari oporteat domum Domini. Deinde scribẽda materia. Locus est cor hominis, materia cogitationes mundæ. Nemo se excuset. Nemo dicat, non possum ædificare domum Domino, non sufficit tantis impendijs tenuis paupertas mea, cui & ipse locus deest exuli, & peregrino, & in terra aliena degenti. Hoc opus est regũ hoc multorum est opus populorum. Ego uero quo modo ædificabo domum Domino? Cur sic cogites homo? Non hoc exigit a te Deus tuus. Non dicit tibi, vt fundum emas alienum ad amplificanda atria sua. Cor tuum inhabitare vult, hoc amplifica, dilata, dilata inquam, quia magnus est Dominus, & nescit in loco angusto habitare. Dilata ergo cor tuum, vt capere possis, quem capere non potest mũdus. Dilata cor tuum, vt habere merearis hospitem Deum, & non (sicut consuetudo est inter homines) vnius noctis hospitem, sed ęternum habitatorem. Dilata ergo cor tuum. Quod si tu in dilatando deficis, ipse tibi dilatabit, cum ille aliquando dilatatus ab eo dixit. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum

Psal. 118. dilatasti cor meum. Et de impensa quid dicam?

L Non necesse est maria transire, & ignotas exquirere regiones ad comparandos lapides pretiosos, & marmora electa, nec cedros excelsas incisas de Libano per alta maria nauibus conductis aduehere, aut nescio quos numerosa artificum millia congregare, qui & thesauros regum attenuare possent. Nihil horum a te postulatur in te, & de te fabricabis domũ Domino Deo tuo. Ipse artifex eris, cor tuum locus, cogitationes tuæ materia. Nec timeas imperitiam tuã, qui hoc a te requirit peritus est artifex, & alios quos vult artifices facit. Multos ab eo eruditos testi M monio diuinarum scripturarum didicimus. Ipse Noe arcam fabricare docuit. Ipse Moysi, ad cuius similitudinem arcam fabricaret, exemplar ostendit. Ipse Beseleel erudiuit. Ipse Salomonem, vt ædificaret templum nomini eius, sapientia illustrauit. Paulum quoque Apostolum architectum fecit; & multos alios quos enumerare longum est. Et postremo nullus doctus fuit, qui ab eo non didicit, & quisquis ab eo discere meruit, nemo imperitus remansit. Sed si te de operibus eius aliquid audire delectat, omnia hæc quæ vides, ipse de nihilo creauit. Ipse admirabilem mũdi huius machinam fabricauit. Ipse singula quæque qualiter in formas & species suas producenda fuerant, excogitauit, & uniuersorum pulchritudinem ipse condidit. Perpende ergo quantum in rebus inuisibilibus possit, qui hæc uisibilia tam mira ratione disposuit. Hunc ergo inuo- N ca, hunc ora, hunc obsecra, vt te quoque docere dignetur. Inuoca eum, dilige eum: hoc est enim inuocare eum, diligere eum. Dilige ergo eum, & ipse ad te ueniet, & docebit te sicut promisit diligentibus se. Si quis diligit me, sermonem meum Ioan.14. seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Non dixit, facta mansione ueniemus, sed ueniemus, inquit, & mansionem apud eum faciemus. Ego sic intelligo, quòd mundi cordis amator apud nos manere non possit, nisi prius ipse sibi in nobis mansionem fecerit. Ipse quippe est sapientia, de qua dici- Prou.9. tur. Sapientia ędificauit sibi domum, Et in alio Prou.8. loco, ipsa sapientia ubi & unde domus eius cõstructa sit manifestat, dicens. Ego sapientia in consilio habito, & sensatis intersum cogitationibus. Et Prou.7. alibi: sedes sapientiæ appellatur anima iusti. Constat ergo, quod in corde hominis de cogitationibus sensatis sapientia sibi domum fabrefecit. Tria ergo O sunt, locus, materia, artifex. Et sicut diximus, locus est cor hominis, materia cogitationes cordis, artificium autem duorum est, Dei videlicet & hominis, simul operantur hæc duo. Deus enim, qui dignatur cum hominibus habitare, non dedignatur cum homine habitaculum sibi præparare. Proinde non debet homo suam imperitiam aut infirmitatem considerans desperare, sed eum potius, qui secum operari dignatur, attendere. Deus enim est uirtus, & sapientia, & non potest aliquis aut cum uirtute deficere, aut cum sapientia ignorare, maxime cum idem ipse sit, qui & nobis operantibus bonum cooperatur, & non operantibus ut uelimus, & possimus bonum operari, largitur. Dei quippe opus in nobis nobiscum est, & nostrum opus in nobis ab ipso est. Eius opus in nobis nobiscum est, nostrum

strum adiutorium, & nostrum opus in nobis ab ip
P so est, & ipsius donum. His dictis ad ea, quæ proposuimus veniamus, id est vt postquàm agnoueris vbi, & vnde, & cum quo operari debeas, nunc qualiter opereris agnoscas. In omni ædificatione tria sunt præcipue consideranda, ordo, dispositio, & definita dimensio, habens principium & finem determinatum. Superest nunc igitur inquiramus qualem esse oportet ordinem, & dispositionem cogitationum nostrarum, vt ex eis cõstruatur domus Dei. Deinde etiam diligenter considerandum est, qua ratione domus hæc, quam ad inhabitandum Deo ædificamus, definitam dimensionem recipere possit, cum ipse eius inhabitator Deus infinitus sit & immensus. Quod primum inuestigandũ proposuimus primum prosequamur.

In ędificatione consideråda.

¶ De ordine, & dispositione cogitationum nostrarum, quæ finitæ non sunt, vt ex eis construatur domus Dei. Cap. II.

Q

Omnium rerum numerus quantum ad nostræ intelligentię capacitatẽ pertinet infinitus est, quia à nobis comprehendi non potest. Vbi autem non est definitio, non est certitudo: & ubi certitudo non est, confusio est: vbi vero confusio est, ordo esse non potest. Hinc ergo procedit, quòd dum corda nostra ad appetitum terrenarum rerum immoderate laxamus, oborta mox inanium cogitationum turba, ita in diuersa mens nostra rapitur, vt ipse quoque naturalis discretionis ordo perturbetur. Nam quia res mũdanæ, quas inordinate appetimus, infinitæ sunt, cogitationes quoque, quas ex ipsarum rerum memoria intrinsecus concipimus, finitæ esse non possunt. Nam dum per singula momenta aliæ ex aliis orientes multipliciter prodeũt, nec ipsi nos comprehendere valemus, quo ordine, vel quo modo ad cor veniunt, aut a corde recedũt.
R Proinde si ordinatas, & stabiles, ac quietas cogitationes habere volumus ab hac immoderata distractione corda nostra cohibere studeamus. Hoc autem fieri poterit, si certas quasdam & determinatas res nobis præscribamus, in quibus assidue intentio cordis nostri versari, & meditatio exerceri possit. Tria enim sunt, id est, per infinita distrahi, in eodem semper persistere, moderate vagari, quorum primum habere non debemus, secundum hic habere non possumus, & idcirco solum hoc tertium superest, vt quia adhuc vere corde stabiles esse non possumus, interim saltem ab immoderata distractione corda nostra colligamus, vt dum semper nimur minus instabiles fieri, semper magis ac ma-
S gis incipiamus veram stabilitatem imitari. Et ut qđ loquimur, per exemplum manifestius fiat, tres constituamus res, vnam in imo, alteram in summo, tertiam in medio. In imo ponamus mundum, in summo Deum, & in medio collocemus humanum animum. Deinde consideremus deorsum in mundo isto magnam quandam, & horribilem omniũ rerũ confusionem, & infinitam humanarum mentium distractionem: sursum autem apud Deum ppetuã & inconcussam stabilitatem. Post hæc imaginemur quasi humanum animum de hoc mundo sursum ad Deum ascendentem, & in ascendendo magis sẽ per ac magis in vnum sese colligẽtem, & tunc spiritaliter videre poterimus formam arcæ nostræ, quæ in imo lata fuit, & sursum in angustum surrexit, quousque ad mensuram vnius cubiti in cacumine suo perueniret. Similiter enim nos de hoc profundo, de hac conualle lachrymarum per quædam incrementa virtutum, quasi per quosdam gradus in corde nostro dispositos, ascendentes paulatim in vnum colligimur, quousque ad illam simplicẽ vnitatem, & veram simplicitatem, æternãq; stabilitatẽ, quæ apud Deum est, pertingamus. Nemo subito perfectus fit, sed proficiendo quisque ad perfectionem tendit, qui quamdiu adhuc habet, in quo proficere possit, nondum ad summam perfectionẽ peruenit. Hic si volumus considerare possumus mo
T dum reparationis nostræ. Omnipotens enim Deus, cui nihil impossibile est, posset vtique si vellet eos, quibus misereri proposuit, de laboribus, & ærumnis, & de periculis præsentis vitæ, quæ tentationibus plena est, subito & absque dilatione ad æternæ vitæ stabilitatem transferre, sed vult vt electi sui p varias tribulationes, & tentationes plurimas purgã di transeant, vt cum per multos dolores ad eum redeunt, discant quàm longe ab eo peccando discesserint. Dum enim uiam, per quam abierant peccando, pœnitendo non translati, sed reducti pergunt, ex ipsa diuturna (vt ita dicam) itineris fatigatione agnoscunt, q de longinquo adducti sunt. Et hoc io
V tum fit, vt hominibus gratia Dei commendetur: vt tanto ardentius Deum diligant, quanto minus se ab eo etiam cum longe fuerint, vident derelictos, sic vt per prophetam Esaiam ipse promisit dicens. Adducam ab oriente semen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, da; & Austro, noli, prohibere. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Potest vnusquisque nostrum, qui memor est vbi fuerit, & agnoscit vbi sit, in seipso fortassis videre quomodo hom o per diuinam misericordiam de longinquo adducatur, & de dispersione sui in vnum colligatur. Restat nunc vt consideremus, quæ sint res illæ, quas supradiximus, in quibus exerceri oporteat animum, vt paulatim alliciatur se ab huius mundi distractione retrahere, vt ad illã sũmã stabilitatẽ, id est cõtẽplationẽ Dei roboratus assurgat: quod sic videri potest.

Arcæ forma.

Reparationis humanæ modus.

Esa. 43.

¶ De duobus operibus Dei id est conditionis & restaurationis, in quibus exercendus, est animus ne a mundo distrahatur. Cap. III.

X

Omnia opera Dei propter hominem facta sunt, siue ea, quæ pertinent ad primam conditionem hominis, siue ea, q̃ facta sũt ad hominis reparationẽ. Ad conditionem hominis pertinet creatio mundi, id est cœli, & terræ, & omnium, quæ in primordio facta esse leguntur a Deo. Ad reparationem hominis pertinet incarnatio verbi, & omnia q̃ vel an-

ante ipsam incarnationem ab initio ad ipsam præfigurandam & prænunciandam præcesserunt, vel quæ post eam vsque ad finē mundi propter ipsam prædicandam, & credendam fiunt. Cum autem secundum illa prima opera, quæ ad conditionem hominis pertinent, omnium Deus sit, quia ipse omnes creauit & hęc temporalia bona indiscrete oĩbus bonis, & malis tribuit: secundum illa opera, quę ad reparationem hominis pertinent, non omniũ Deus esse voluit, sed eorum tantum, quos ipse ante tempora secularia in proposito bonæ voluntatis suę elegit, vt eos certo tempore vocaret, & iustificaret, & glorificaret in dilecto filio suo Domino nostro Iesu

Deus cur se nō omnium Deum nominet.

Christo. Inde est, quòd in sacra scriptura specialiter quorundam se Deum nominat, sicut est illud. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quia sicut dictum est, qui omnes creauit, non omnes redimit, sed alios per misericordiam saluat, &

Exo. 3.

Y alios per iustitiam damnat. Igitur ea, quæ ad reparatioœm hominis facta sunt, non ad omnes pertinēt, sed ad eos tantum, qui salui fiunt. Et sicut non omnium sunt, ita etiam nō apud omnes facta sunt, nec ad omnium notitiam peruenerunt, sed facta sunt certis quibusdam locis, & temporibus, & cum certis personis secundum altitudinem diuini consilij ad hoc ordinatis. Cum enim Deus secundum omnipotētiam suam multis modis ad restaurationem

Restaurationis modus a Deo electus.

hominis uti potuisset, hunc tamen potissimum elegit, qui nostrę infirmitati cæteris cōuenientior fuit, vt opus misericordiæ suæ non solum potenter & iuste, sed & sapienter impleret. Primus autem homo deseruit creatorem suum, cum eum per contemplationem præsentem aspiceret: nunc autē homo creatorem, quem non videt per speciem, quærit per fidem. Primus homo sine labore stare potuit, & spōte cecidit: nūc autem sponte surgens homo ad Deũ etiam per tormēta redit. Ordinatissimum igitur est de nostra reparatione diuinæ dispensationis consilium, vt qui sponte cecidit, non coactus sed sponte surgat: & qui per liberum arbitrium infirmatus est, sanitatem non recuperet, donec per liberum arbitrium sanari velit. Hoc autem ex nobis non est vt ve-

Liberi arbitrij excitatio.

limus, sed Deus in nobis hoc operatur. Gratia enim Dei præuenit, & excitat liberum arbitrium nostrũ, vt possit velle sanari, quia per se non potest velle sanari, qui per se potuit velle infirmari. Hoc igitur est quod nunc in electis agitur, vt videlicet in præsenti vita ad futuram beatitudinem præparentur, vt homo in hac infelicitate positus mereatur ad illam felicitatem ascendere, sicut primus homo in illa felicitate positus meruit ad hanc infelicitatem deuenire.

Z Sed & illud meritum, quo homo infelix esse meruit, tantummodo ex homine fuit. Hoc vero meritum, quo felicitatem æternam meretur, non ex homine est, sed gratia Dei hoc in homine operatur.

Deus cognitionē sui temperat.

Non ergo sine causa fit, quòd Deus hominem post peccatum a cæcitate ignorantiæ reuocans, sic cognitionem suam ab eo temperat, vt innotescat quidem & tamen semper maneat occultus. Si enim ita aperte se manifestaret hominibus, vt nullus de eo dubitare posset, tunc nec fides meritum, nec infidelitas haberet locum. Innotescit igitur vt fides nutriatur, & occultus permanet ne infidelitas conuincatur. Occultus permanet vt fides probetur, innotescit vt infidelitas condemnetur. Quia enim & fideles aliquid habent, vnde dubitare possent, & infideles vnde credere valerent si vellent iuste, & illis pro fide redditur præmium, & istis pro infidelitate supplicium. Placuit autem Deo vt beatitudinem, quam gratis daturus erat homini, prius hominem promereri faceret, sic tamen vt ab ipso esset & meritum & meriti præmium. Differt igitur nunc dare quod daturus est plenam videlicet sanitatem, plenam cognitionem, plenam felicitatem, & interim per fidē illuminat nostram cæcitatem, ut per ipsam proficiēdo ad manifestã mereamur peruenire eius claritatem.

¶ *Quare in abdito, & obscure loquutus sit Deus.* *Cap. IIII.*

HOc est, quòd ab initio cum paucis, raro, obscure, & in abscōdito loquutus est Deus. Scrutemur scripturas, & inueniemus vix vnquam Deum in multitudine loquutum, sed quotiescunq; hominibus innotescere voluit, non gentibus, & populis, sed vel singulis, vel admodum paucis, & a cōmuni frequentia hominum segregatis, vel per nocturna silentia, vel in campis, vel in solitudinibus, & montibus se manifestauit. Sic loquutus est cum Noe, cum Abraham, cum Isaac, cum Iacob, cũ Moyse, cum Samuele, cum Dauid, & cum omnibus prophetis. Denique in carne apparens, quamuis manifeste loquutus sit mundo, tamen discipulos, vt illis gloriam suam manifestaret, seorsum in montem duxit. Quibus & alibi dicit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, & rursum. Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Sed nec illi antiquo populo legem dedit in Ægypto, nec alibi, donec eum eduxisset in solitudinem seorsum. Neque ibi palam omnibus, sed Moyses solus ascendit in montem, ut legem acciperet. Quid est ergo, quòd semper in secreto loquitur Deus, nisi quòd nos ad secretum vocat? & quid quòd cum paucis, nisi vt nos colligat? Considerate hæc duo, quæ dixi, colligit & ad secretum vocat. Primus homo antequam peccaret non opus habuit, vt ei extrinsecus loqueretur Deus, quia autem cordis intrinsecus habuit, qua vocem Dei spiritualiter audire posset, sed postquam foris aurem ad suasionem serpentis aperuit, aurem intus ad vocem Dei clausit. Quia ergo homo auditum intus perdidit, quo Deum loquentem audiat, reuocans nos Deus ad se foris clamat. Sed cum loquitur, semper quasi occultari volens se subtrahit, ut mentem humanam & per hoc quòd loquitur de se admoneat, & per hoc quòd se occultando fugit ad se trahat. Irritat enim desiderium nostrum vt augeat, quia & loquendo amorē sui in nobis excitat, & fugiendo vt se sequamur inflammat. Tale est enim cor hominis, vt si quod diligit adipisci non valeat, amplius desiderio suo inardescat. Sic in Canticis canticorum Sponsus venit, stat post parietem, prospicit per fenestras, & cancellos, vt quasi lateat & non lateat. Mittit manum suam

Margin notes (right column): A (beside "HOc est, quòd ab initio"); Sancti, ad quos locutus é De⁹. (beside "& montibus se manifestauit"); Mar. 9. (beside "feste loquutus sit mundo"); Matt. 13. (beside "xit. Quibus & alibi dicit"); Matt. 10. (beside "rursum. Quod dico vobis"); B (beside "dit in montem"); C (beside "flammat. Tale est enim cor hominis").

Cant. 2. ſuam per foramen, tangit ſponſam, & ſono depreſſo, voce tenui vocat eam, & dicit: Veni amica mea, columba mea. Ecce hyems tranſit, imber abijt, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra. vox turturis audita eſt in terra noſtra. Illa vt audit ſponſum adeſſe ſurgit mox, feſtinat, aperit peſſulum oſtij ſui & quaſi venientem exceptura brachia ad amplectẽdum parat. vix tolerat. vix ſuſtinet, vix expectat.
Cant. 5. Liqueſcit anima eius, ardet cor eius, feruẽt pręcordia eius, exultat, gaudet, tripudiat, iucundatur, ruit obuiam venienti. Sed ille, cum iam teneri putatur, declinat, & ſubito quaſi de medijs elapſus amplexib. fugit. Quid eſt hoc? Dum non quæritur quærit, dũ non vocatur venit, dum autem quæritur declinat, & dum vocatur fugit. Si non diligit, quare venit? aut ſi diligit, quare fugit? Diligit autem, & ideo venit,
D ſed quia hic nõ diligit, ideo fugit. Quid eſt hoc, quod dixi, hic non diligit? In hoc mundo, in hoc ſeculo, in hac terra, in hac patria, in hoc exilio. Sed uocat nos ad terram ſuam, quia non decet talis amor patriam iſtã, immunitio amoris eſſet vtilitas regionis. Iucundus amor amœnum quærit locum, ideo commendat nobis terram ſuam, ideo laudat patriã ſuam ideo dicit: Flores apparuerunt in terra noſtra, vineæ florentes odorem dederunt, vox turturis au-
Cant. 2. dita eſt in terra noſtra. Vt concupiſcamus talem regionem, vt deſideremus talẽ patriam, & ſequamur eum. Ibi nos amat, ibi amore noſtro frui deſiderat, ibi amplecti a nobis poſtulat, ibi ſequentes ſe non fugit ſed venientes ad ſe expectat. Offert ergo ſe dũ non quæritur, vt nos ad amorem ſui accendat. Dũ quæritur fugit, ut nos poſt ſe currere faciat. Niſi enĩ prius ipſe ſe nobis oſtenderet, nemo eum diligeret. Et niſi dum quæritur ſugeret, nemo eum ſequi vellet. Flores (inquit) apparuerunt in terra noſtra, nõ in terra mea, ſed in terra noſtra, vt eam communicaret nobiſcum. Quaſi diceret, fidelis uobis adſũ nuntius, vidi quod teſtor: audiui quod loquor. Nolite timere, nolite diffidere, nolite hæſitare. Sequimini quò voco, quia inde eſtis vnde venio, non habetis hic manentem ciuitatem. Peregrinum eſt qđ incolitis. Aliunde huc veniſtis, ſi patriæ veſtræ memores eſſetis, vtiq; peregrinationem nõ diligeretis. Propterea & ego huc veni, vt hinc vos educerem, non vt vobiſcum hic permanerem. Et ideo de abſcõdito ad vos clamo, quia innoteſcere hic tantum, nõ permanere volo. Ideo de longinquo vos voco, quia ad reditum feſtino. Sufficit me tantum proceſſiſſe, vt audiri poſſim. Damnum me pati exiſtimarem, ſi quod ſupereſt viæ pergerem. Grauis eſt omnis mora. Flores apparuerunt in terra noſtra. Diſcite quantum uos feſtinare debetis dum me fugientem cernitis. Non veniſſem, niſi vos poſt me trahere vellem.
E Hæc eſt cauſa, quare Deus in abſcondito ſemper lo-
Quare obſcure loquatᷣ De⁹. quatur. Sicut in lege, & prophetis, & in euangelio per parabolas, & ænigmata loquutus eſt. Dignum eſt enim, vt ſub figuris verborum abſcondantur ſecreta myſticorum intellectuum, quia cito vileſcerẽt ſi paſſim omnibus paterent. Ita enim veritas & per inquiſitionem fideles exercet, & ne ab infidelib. inueniatur, occulta permanet. Iſtos, dum difficile inuenitur, maiori deſiderio inflammat, illos, dũ omnino inueniri non poteſt, excęcat. Ex eodem ergo & fideles proficiunt, & infideles cadunt, quia & illi humiliter audiendo, & fideliter inquirendo verba Dei ad agnitionem veritatis perueniunt: iſti autem vel negligendo, vel contemnendo, vel praue intelligendo nunquam ad veritatem pertingunt. Iam diximus quare obſcure, & in abſcondito loquatᷣ Deus: nunc reſtat dicere, quare cum paucis, & raro loquatur.

¶ *Quare cum paucis, & raro loquatur, & locutus ſit Deus.* *Cap. V.*

PRimi hominis natura ita a Deo ordinata, & inſtituta fuerat, vt anima, q̃ corpori præerat, per ſenſus quidem miniſteria corporis foris impleret, ſed intus per rationem ſemper ad creatorẽ ſuum intenderet. Hoc eſt membra corporis ſenſificando foris ad agendum quidem moueret, ſed intẽtionem, & deſiderium intus ad ſolum creatorem dirigeret, & nihil foris ageret, quod ex eius dilectione non procederet, & ad eius dilectionem non pertineret, ita vt omnem actum & charitas imperaret, & ratio diſponeret, & ſenſus impleret, atque perficeret. F
Quandiu ergo hunc ordinem naturæ ſuæ tenuit, q̃quis foris per actionem uariaretur, intus tamen per intentionem, & amorem ſtabilis permanſit, quia unum intendebat, & propter vnum omnia faciebat, vnum diligebat, & omnium voluntatem, atq; actionum ſuarum finem ad unum referebat, & indefeſſa mentis acie ad vnum iugiter reſpiciebat creatorem ſuum. Vnde nec dubitare de creatore ſuo poterat, cui ſemper intus per contemplationem præſens erat. Cuius uiſio, & per cognitionem cor eius illuminauit, & per amorem ſtare & requieſcere fecit. Sed poſtquam merito præuaricationis ſuæ eiectus eſt a facie Domini, factus eſt cæcus, & inſtabilis. Cæcus per ignorantiam mentis, inſtabilis per concupiſcentiam carnis. Quibus ab illo in omnem poſteritatem transfuſis, vniuerſa mala exorta ſunt. Per ignorantiam enim ad hoc tandem deuoluti ſunt homines, ut creatorem ſuum non agnoſcerent, & aut omnino Deum non eſſe exiſtimarẽt, aut diuinitatem ijs, qui dij non erant, attribuerent. Per concupiſcentiã uero infinitis erroribus diſtracti, & diſſipati ſunt. Neceſſe enim fuerat, ut per concupiſcentiam terrenarum rerum, quæ videbãtur, immoderate diffluerent, qui tenebris ignorantiæ preſſi alia inuiſibilia bona eſſe neſcirent. Volens ergo Deus ab hac diſtractione corda noſtra colligere, & ad interna gaudia G
contemplanda reuocare foris loquitur, vt nos intus redire admoneat. Sed quia mens viſibilibus aſſueta neſcit tam cito ad inuiſibilia conſurgere, idcirco voluit ipſe quædam etiam uiſibiliter exhibere miracula, in quibus noſtrum affectum enutriret, & ſuam nobis charitatem commendaret. Hæc autem ſunt ſpecialiter illa, quæ ad reparationem hominis pertinent: nam ea, quæ ad conditionem hominis facta ſunt, magis nobis potentiam opificis indicant: ea uero, quæ ad redemptionem hominis facta ſunt, præcipue ad charitatem ſpectant. Hæc igitur operatus

eſt

est Deus, vt qualem erga nos haberet dilectionem ostenderet, & nos ab amore huius mundi ad amorem sui reuocaret. Hæc igitur opera ita moderari voluit ne infinita essent, ne animum nostrum, qui colligendus erat, in occupatione sua distraherent, & tamen multa essent, vt eundem animum perfectæ adhuc stabilitatis impatientem rerum varietate delectarent. Propterea elegit unam gentem, & unum locum, vbi sacramenta non ad vnius gentis tantum, sed ad salutem totius mundi pertinentia initiaret, vt vnitas vbique commēdaretur, & humanus animus intus & foris ad vnitatem reuocaretur, vt sicut ab uno saluatore est salus omnium, ita etiam ab vno loco, & ab vno populo manaret salutis initium. Qui enim propter nos omnia fecit, sic vtique fecit, sicut
H magis nobis expedire cognouit. Hæc autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est Deus. Plurima per homines, per angelos multa, per semetipsum pauca. Propterea ut dum in meditatione eorū humanus animus de factis hominum ad facta angelorum, & de factis angelorum ad facta Dei ascendendo proficit, paulatim sese in unum colligere assuescat, & quanto magis multiplicitatem euadit, tanto amplius ad veram simplicitatem appropinquare incipiat. Dum ergo Deus cum paucis & raro loquendo mentes nostras in unum colligit, obscure autem & in abscondito loquendo sursum ad se trahit, quid aliud quam (vt ita dicam) inuisibilis cuiusdam arcæ in cordibus nostris formam fingit? Quamuis ergo omnia opera sua propter hominem fecerit, alia tamen voluit esse opera illa, quæ sanis exhiberent obsequium, atque alia quæ infirmis conferrent remedium. Poterat enī mundus sano seruire, sed non poterat ægrotum reparare. Proinde post illam primam rerum conditionem, quæ factę fuerant, vt stantibus subessent, necesse erat alia facere, quæ iacentes erigerent. Quæ tanto primis digniora sunt, quanto magis necessaria, & quanto dignitate præcedunt, tanto prolixiori tempore currunt. Illa enim sex diebus facta sunt, ista sex ætatibus fiunt. Sex enim diebus facta est rerum conditio, & sex ætatibus perficitur hominum reparatio.

¶*Quod aliter pensant electi opera Dei, & aliter reprobi. Cap. VI.*

I SED sciēdum est, quòd opera diuina aliter electi, atq; aliter reprobi pensant. Electi nāq; opera restaurationis præferunt operibus primæ cōditionis, quia illa ad serui tutē, ista ad salutem facta sunt. Sed econtrario reprobi plus amāt opera conditionis, quā opera restaurationis quia præsentē quærūt delectationē, non futuram felicitatem. Philosophi Gentilium superstitiosa quadam curiositate naturas rerum, id est opera conditionis inuestigādo in cogitationibus suis euanuerunt. Philosophi Christianorum opera restaurationis iugiter meditando, omnem a cogitationibus suis uanitatem repellunt. Electi restaurationem sui considerantes, igne diuini amoris inardescunt. Reprobi autem pulchritudinem rerum conditarū peruerse amantes, ab amore Dei refrigescunt. Reprobi dum rebus transitorijs cogitationes suas immergūt creatoris sui obliuiscuntur. Electi autem creatoris sui obliuisci nō possunt, de cuius misericordia semper circa sui reparationem meditantur. Reprobi dū temporalibus inhiant, cognitionem ęternorum perdunt. Electi autem dum temporalia Dei beneficia recolunt, ad agnitionem æternorum proficiunt. Reprobi per visibilia ab inuisibilibus cadunt: electi autem per visibilia ad inuisibilia ascendunt. Sed sciendum est, quòd alia sunt illa visibilia, de quibus ascendunt, alia illa sunt, per quæ ascendunt. De operibus conditionis per opera restaurationis ad conditionis & restaurationis auctorem ascendunt. Ascensus autem isti non extrinsecus, sed intrinsecus cogitandi sunt, per gradus in corde de virtute in virtutē dispositos. Quod sic fortassis facilius intelligere poterimus.

Considerationes electorum & Reproborum.

¶*Duos esse mundos uisibilem, & inuisibilem. Cap. VII.*

SIcut duo opera, id est opera conditionis, & opera restaurationis distinximus, ita duos mundos esse intelligamus uisibilem, & inuisibilem. Visibilem quidem hanc machinam uniuersitatis, quam corporeis oculis cernimus, inuisibilē uero cor hominis, quod uidere non possumus. Et si cut in diebus Noe aquæ diluuij vniuersam terram operuerunt, sola autem arca aquis superferebatur, & non solum mergi non poterat, uerum etiam quātò amplius aquæ intumescebant, tanto altius in sublime eleuabatur, ita & nunc intelligamus in corde hominis concupiscentiam huius mundi esse, quasi quasdam aquas diluuij, arcam uero, quæ desuper ferebatur, fidem Christi, quæ transitoriam delectationem calcat, & ad ea, quæ sursum sunt, æterna bona anhelat. Ideo autem aquis concupiscentia huius mundi comparatur, quia fluxa est & lubrica, & ad similitudinem aquę deorsum currentis semper ima petit, suosque sequaces instabiles, & dissolutos reddit. Si intrauerit homo ad cor suum, videre poterit quomodo semper & concupiscentia deorsum in ea quæ transitoria sunt, defluat: & fides in ea, quæ sursum sunt, bona perpetua tendat. Sed cum scriptura dicat concupiscentiam in carne habitare, fidem in corde, quomodo nos utraque in corde esse affirmamus, nisi quia tunc carne concupiscere dicimur, quādo corde carnaliter concupiscimus? Vtrumque tamen cordis est & concupiscere & credere, sed aliud hēt ex hoc quòd terrena diligit, aliud habet ex hoc, quòd cœlestia quærit, ideo cōcupiscentia deorsum est, fides sursum. Concupiscentia ex carne cordi innascitur, fides non a carne, sed a Deo cordi inspiratur. Proinde Dominus cum fidelem Petri confessionem laudaret: Caro (inquit) & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. De concupiscentia autem Paulus dicit. Non ego operor illud, sed peccatum, quod habitat in me. Et quid sit in me eodem loco determinat. Scio (inquit) quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonū. Rursumque

K

L

Matt. 16.

Rom. 7.

que peccatum ipsum, quod in carne habitare dixerat, quid sit alibi declarat. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Vtique desideria carnis
Gala. 5. concupiscentiam appellans. Igitur concupiscentia in carne habitat, hoc est deorsum in corde, fides uero non in carne, sed in spiritu. Illod tamen diligen-
Nota. ter considerãdum est, quòd Apostolus cum dixit Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis & non dixit non sentietis, sed non perficietis: manifeste declarauit omni homini quamdiu in hac vita est, concupiscendi necessitatem ex corruptione primæ natiuitatis inesse, adiuuante tamen gratia Dei, vt eidem concupiscentiæ non consentiat, nulli impossibile, Propterea alibi dixit. Non regnet peccatũ
Rom. 6. in vestro mortali corpore. Quasi diceret, nõ potest fieri, vt in vestro mortali corpore peccatum, id est fomes peccati, incentiuum vitiorum, stimulus cõcupiscentiæ non sit, sed adiuuante gratia Dei fieri potest, ut non regnet, vt non præsit. Impossibile est ut illud non sentiatis, sed non necesse est ut illi consentiatis. Igitur omnis homo quoddam intus in corde suo diluuium concupiscentiæ patitur, a quo nullus nisi per arcam fidei liberatur. Vbi malus homo per siccum ambulans mergitur, & bonus homo in profundo maris mersus non læditur. Periculosum prius naufragium, quod intus est. Ve ei, qui ibi periclitatur. Nullus portus illi tutus est, nulla statio secura nulla serenitas tranquilla, qui intrinsecus concupiscentię suæ ęstibus iactatur, & insatiabili libidinum voragine absorbetur.

¶ *De tribus speciebus hominum respectu arcæ.* Cap. VIII.

M HIc considerare possumus tres hominũ species, alios qui intus diluuium hẽnt & non arcam, alios qui & diluuium, & arcam intus habent, sed in arca nõ sunt, alios qui in diluuio & arcam habent, & in arca manent. In diluuio sine arca sunt infideles, quos carnis desideria inuoluunt, qui præter hanc uitam transitoriam aliam esse nesciunt. In diluuio arcam habent, sed in ea non manent ij, qui iam per fidem post huius mutabilitatis finem uitã immortalem esse venturam credere didicerunt, sed posthabita hac temporalium rerum delectationi animum suum subijciunt. Dicit enim scriptura. Vbi
Matt. 6. est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vbi est delectatio tua, ibi est & cogitatio tua. Vbi uero est cogitatio tua, ibi est interioris hominis habitatio. Nam ibi quisque secundum interiorem hominem habitare dicitur, vbi cogitatione conuersatur. Itaque ij, qui delectationem cordis sui in vanitate huius mũdi constituunt, quamuis arcam fidei habeant, intus tamen naufragi sunt. Vt autem taceam cæteros mũ-
N di amatores, quot modo literatos cernimus, qui vocari Christiani volunt, & cum cœteris fidelibus ecclesiã intrant, & de sacramentis Christi participant, in quorum cordibus sæpius est memoria Saturni,
In gẽtiliũ amatores. & Iouis, Herculis & Martis, siue Achillis & Hectoris, Pollucis & Castoris, Socratis & Platonis & Aristotelis, quàm Christi & sanctorũ eius. Nugis poetarum diligunt, & ueritatem diuinarum scripturarum aut negligunt, aut (quod peius est) irrident, & contemnunt. Videant nunc quid eis prosit foris ecclesiam ingredi, & intus in corde a fide fornicari. Ego eis pronuntio, quòd illis in fine sociandi sunt, quos nunc in cogitationibus suis per affectum cordis sibi coniungunt, & quorum hic vitam diligunt, eorum illic supplicij participes erunt. Quid illis prodest habere fidem, & non manere in fide? Quid illis prodest nauem integram habere, & in fluctibus naufragium, nõ dicam pati, sed sponte facere? Quid prodest ueritatem cognoscere, & falsitatem diligere? Non sunt tales qui nere fideles sunt. Vis scire quales sint? Audi qualis vnus illorum fuerit, & tales omnes intellige. Dissimiles enim esse nõn possunt, qui veritate vnum sunt. Audi ergo quid de illo dicatur. Lex Dei eius in corde ipsius, hoc est arcã intus habere, & quia hoc fortassis non sufficit, Audi Psal. 36.
iterum. In lege Domini uoluntas eius: hoc est in arca habitare. Hic perfectus est, qui diligit quod credit, ut habeat fidem operantem ex dilectione, quæ Psalm. 1. Gala. 5.
mundum vincit. Hæc est arca, in qua nos saluari oportet, quæ ab aquis portari potest, submergi autẽ omnino non potest, quia hoc mundo uritur quidẽ ad necessitatem, sed non succumbit ei per cupiditatem. Hoc est quod in psalmo dicitur: Hoc mare ma- 1. Ioan. 5.
gnum, & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. Mare enim in nobis est concupiscentia huius mundi, in qua si quæ delectationes inueniri possunt multis amaritudinibus aspersæ sunt, quæ secundum affectum carnalem deorsũ in corde nostro fluunt. Reptilia sunt carnales cogitationes diuersorum vitiorum fœditate deformes. Psal. 103. O Marc.
Quas dum inordinate ad cor nostrum admittimus quasi quibusdam monstruosis reptilibus interiora nostra replemus. Nauis est illa arca spiritualis, id est fides nostra, quæ intrinsecus sursum suspensa calcat concupiscentiam mũdi. Nauis autem dixit propter multas animas. Nam & multæ animæ una anima propter unam fidem & dilectionem, & una fides multę fides propter multas animas fideles, quo modo dictum est, Fides tua te saluam fecit, & fides mea, & fides illius cum tamen una sit fides catholica. Sola ergo nauis fidei mare transit, sola arca diluuium euadit, & nos si saluari cupimus non solum ipsa in nobis sit, sed nos in ipsa oportet maneamus. Et nemo fidens conscientiæ suæ dicat. Quid mihi cum hac arca? Exiccatum est in me diluuium carnalis concupiscentiæ. Qui foris est, nescit quid intus agatur; sed si redierit homo ad cor suum inueniet, ibi tempestuosum salum sæuis inundantium passionum & desideriorum malorum procellis exagitari, quæ toties animum deorsum mergunt, quoties eum per consensum sibi subiiciunt. In omni enim homine, quamdiu in hac vita corruptibili uiuit, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, hoc diluuium est: uel potius omnis homo in hoc diluuio est, sed boni in eo sunt sicut ij, qui in mari portantur a nauibus, mali vero in eo sunt sicut naufragi, qui voluuntur in fluctibus. In bonis quidem aquæ huius diluuij in hac uita minui incipiunt, & secundum differen- Reptilia. Nauis.

differentiam gratiarum in singulis plus minusve decrescunt, plenè tamen nunquàm exiccari potest terra humani cordis, quamdiu in hac uita uiuunt. Et ideo columba emissa nō inuenit hic, ubi requiescat pes eius, sed semper ad arcam reuertitur, quia mēs pura dum in hoc mundo, nihil reperire potest, vbi affectionis suæ pedem securè figat, diu extra custodiam internæ meditationis morari reformidat, sed si fortè aliquando per cogitationem exiuerit, cito quasi columba auolās, & elongans ad solitudinem conscientiæ redit, vbique a strepitu exteriori, quasi in arca a fluctibus requiescit. Intelligamus ergo in nobis esse quod fugimus, in nobis esse quò fugere debemus concupiscentiam, & fidem. Concupiscentiam quam fugere debemus, fidem, quam debemus apprehendere. De concupiscentia ascendere, vt illā proficiendo relinquamus, per fidē ascendere, vt illā tenendo in melius semp proficiamus. Cōcupiscētia pertinet ad opera cōdōnis, fides pertinet ad opera restaurationis, quia & illa inordinate amādo per concupiscentiā diffluimus, & ista pie credēdo per fidem solidamur. Et idcirco diuina monita toties clamāt nobis, & suadēt mūdū fugere, nō utique ut extra cœlum & terrā exeamus, sed vt in cōcupiscentia mūdi non maneamus. Quid est nō maneamus? Quis manet in cōcupiscentia mūdi? Qui delectationē animi sui in ea ponit, & ad eā explendam iugiter intendit. Qui de ea assidue cogitat, & propositū animi sui in ea confirmat. Qui eā ex deliberatione sequit, atque in ea per cōsensum delectaᵗ. Ideo ergo mundus in sacra scriptura maledicit, ideo inimicus Dei appellatur, videlicet non quia subiāa mundi mala sit, sed quia pulchritudo mundi aīas seducit. Substantia.n. mundi fugienda nō esset, si concupiscentia mundi mala non esset. Cum ergo cōcupiscētiam mundi fugimus, ideo fugimus quia mala est: cū uero substantiam mundi fugimus, ideo fugimus non quia mala sed quia occasio mali est. Excogitata.n. mundi specie nascit affectus cōcupiscentiæ. Proinde si concupiscentiam mundi declinare volumus, prius necesse est memoriā mundi huius a cogitatione nostra excludamus. In meditatione mea (ait propheta) exardescet ignis. Sicut ignē ligna nutriunt, sic cogitationes desideria pascunt. Si bonæ cogitationes in meditatione fuerint, exardescet ignis charitatis. Sin autē malæ fuerint cogitationes, exardescet ignis cupiditatis. Nā sicut oculus pascit ex specie, sic animus pasciur ex cogitatioue, & turpi quodā cōmercio impudica mens desiderio suo fruit, dum quodammodo intus per cogitationē rem concupitam amplexatur. Fit et nonnunquam, ut quod frequenter cogitamus ociose, aliqñ concupiscamus illicite, reusq; facti iudicatur, qui per consensum in cogitatione delectat. Sicut ergo infirmi a quibusdam cibis abstinent, nō quia mali sint ipsi cibi, sed quia ipsis ad vtendū idonei non sint, sic & nos terrenarū rerum speciē a cogitationibus nostris arcere debemus, nō quia res ipsæ malæ sint, sed ne animus noster, qui ex semetipso infirmat, ex earum rerum recordatione amplius corrumpatur. Ceterum quātū ad ipsas res pertinet, quia omnis creatura Dei bona est, nulla res est, quæ cogitari nō possit sine peccato. Rursumq; si prauos affectus attendimus, nulla res est, in qua peccare nō possimus cogitando. Nā & de malo bene, & de bono male, & de immundo munde, & de mundo immunde possumus cogitare. Cogitationes.n. non ex re de qua surgunt, sed ex affectu qui gignūt, iudicādę sunt. Legimus sanctos viros non solū cogitasse, sed & loquutos esse & scripsisse de reb. immundis quod vtiq; non fecissent, si cogitationes rerū immūdarum animā inquinarent. Nihil interest, quale sit illud quod cogitat, sed qualis ex ipsa cogitatione affectus consequatur, quia cogitatio mentē non polluit, vbi delectatio conscientiā non corrūpit. Expedit ergo nobis (sicut diximus) vt obliuiscamur mūdū istum, & deleamus memoriā eius de corde nostro, ne fortè dum frequenter de eo cogitamus, ad eius concupiscentiā inflectamur. Satis (vt reor) apertè iā demonstratum est, unde hæc infinita, quā patimur, cogitationū nostrarum distractio oriatur, a mundo videlicet & concupiscentia eius, hoc est ab operib' conditionis. Rursumq; quid sit illud, per qd colligi possunt in unū cogitationes nostræ, hoc est per opera restaurationis. Et quia (sicut supradictū est) ordo esse non pōt, ubi finis nō est, superest ut relictis operibus conditionis quæramus ordinē cogitationum nostrarum ibi, vbi finitæ sunt, hoc est in operib. restaurationis: hoc est, qd superius inuestigare proposuimus, quisnam videlicet cogitationū nostrarū ordo esse debeat, quatenus ex eis spiritualis domus sapientiæ in nobis ædificari possit. Et quia ex rebus cogitationes ueniunt, oportet ut ex ordine rerū sumatur ordo cogitationum. Deinceps ergo tractare incipiemus de operibus restaurationis relictis operibus conditionis, de quibus quasi de quodam subterfluente diluuio egressi sumus, & nunc in opera restaurationis quasi in arcam ingredimur.

Pulcher sensus de columba emissa.

Psalm. 38.

Epilogus.

¶ *Quæ sunt opera restaurationis humanæ.* Cap. IX.

Igitur opera restaurationis sunt omnia quæ ab initio mundi vsq; ad finem seculi facta sunt, uel facienda pro restauratione hoīm, in quibus & res gestas, & personas ipsas, per quas, & pp quas, & apud quas gestæ sunt, loca simul, & tpa, ubi, & qñ gestæ sunt, cōsiderare oportet. In operib. restaurationis tribus modis ordo consideraᵗ, fm locū, fm tps, fm dignitatem. Secūdū locū, ut quid prope, qd longe gestum sit. Scdm tps, quid prius, quid posterius gestum sit. Scdm dignitatē, quid humilius, qd excellentius sit. Hoc postremum in multas partes diuiditur, quid sanctum, quid sanctius, quid utile, quid utilius, quid honestum, quid honestius, quid pulchrum, quid pulchrius, quid mirabile, quid mirabilius, quid rarū, quid rarius, quid difficile, quid difficilius, quid credibile, quid credibilius, quid magnum, quid maius, quid obscurū, quid obscurius, & si qua sunt talia. Et hic ordo quidē, qui est fm dignitatem, vr ad altitudinem arcæ pertinere, ut si dixerimus ea, quæ sancta sunt in prima mansione cōputari, quæ sunt sanctiora in secunda, quæ uero sanctissima sunt in tertia, & sic de cæteris quæ enumerauimus.

Ordo secundū dignitatem.

rauimus. Ordo autem loci, & ordo temporis ferè per omnia secundum rerum gestarum seriem concurrere videatur, & ita per diuinam prouidentiam videtur esse dispositum, vt quæ in principio temporum gerebantur in oriente, quasi in principio mundi gererentur, ac deinde ad finem profluente tempore vsque ad occidentem rerum summa descenderet, vt ex ipso agnoscamus appropinquare finem seculi, quia rerum cursus iam attigit finem mundi. Idẽ primus homo in oriente, in hortis Eden iam conditus collocatur, vt ab illo principio propago posteritatis in orbem proflueret. Item post diluuiũ principium regnorum, & caput mũdi in Assyrijs, & Chaldeis, & Medis in partibus orientis fuit. Deinde ad Græcos venit, postremo circa finem seculi ad Romanos in occidente, quasi in fine mundi habitãtes, potestas summa descendit. Atque ita serie rerum ab oriente in occidentem recta linea decurrẽte, ea, quę a dextris vel a sinistris, hoc est ad Aquilonem vel ad Austrum gesta sunt, ita suis significationibus respondent, vt si quis diligenter considerauerit per diuinam prouidentiam ita disposita esse ambigere non possit. Verbi gratia vt de multis pauca dicam. Ægyptus ab Hierusalem ad Austrum est, Babylon vero ad Aquilonẽ. Ægyptus interpretatur tenebræ, & Auster vẽtus est calidus. Designat ergo Aegyptus mundũ istum in tenebris ignorantiæ, & calore carnalis concupiscentiæ positum. Babylon autem interpretatur confusio, & significat infernum, ubi nullus ordo est, sed sempiternus horror inhabitans. Legimus autem, quòd ille antiquus Hebręorum populus prius in Aegypto in luto & latere seruiuit, ac deinde multis annis intercurrentib. captiuus in Babylonem abductus est. Quod factum quid aliud nobis innuit, quàm totius humani generis casum? quòd propter peccatum originale a cœlesti patria exulando, prius in hac vita mortali, per ignorantiã, & concupiscentiam subditur vitijs, ac deinde post hanc vitã apud inferos captiuatur in tormentis, hoc est in Babylone, ad Aquilonem scilicet, vbi ille primus apostata Angelus sedem posuit. Igitur ordo dignitatis ad altitudinem arcæ pertinet, ordo temporis ad longitudinem arcæ, ordo loci ad altitudinem simul & longitudinem. Ad longitudinem arcæ pertinet; Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suã, similiter & circa horam tertiam, & sextam, & nonam, & vndecimam egressus, & vidẽs alios stantes misit eos in vineam suam. Ad latitudinem arcæ pertinet: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Ad altitudinem arcæ pertinet; Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel ad confitẽdum nomini Domini. Et ne per singula eundo moras innectam, breuiter tibi dicam quod dicendum est. In his tribus dimensionibus omnis diuina scriptura continetur. Historia enim longitudinem arcæ metitur, quia in serie rerum gestarum ordo temporis inuenitur. Allegoria latitudinem arcæ metitur, quia in participatione sacramentorum constat collectio populorum fidelium. Tropologia altitudinẽ arcæ metitur, quia in profectu uirtutum crescit dignitas meritorum. Possumus adhuc, si uolumus, aliter altitudinem arcæ distinguere, vt doctrina multiplex fiat manente eadem veritate. Nam ad hoc admonitum lectorem esse volumus, sæpe nos eandẽ rem in hoc tractatu diuersis modis protulisse propter assuẽtem doctrinæ exercitationem, ut omnem scientiæ viam prudens animus experiatur, hoc tantum obseruato, ut nihil, quod ueritati contrarium sit, aut sentiatur aut dicatur. Sicut ergo arca in tres mansiones distinguitur, ita etiam opera restaurationis in tres ordines distinguuntur. In primo ordine quasi in prima mansione est umbra. In secundo ordine quasi in secunda mãsione est corpus. In tertio ordine quasi in tertia mansione est spiritus: uel si mauis hoc modo dicere, Figura, res, ueritas, vt idẽ intelligas esse umbram & figuram, idem corpus & rem, idem spiritum & ueritatem. Vnde vmbra dicũtur illa, quæ ante aduentum Christi sub lege naturali, & sub scripta lege corporaliter & uisibiliter gesta sunt ad præfiguranda ea, quæ nunc post aduentum Christi in tempore gratiæ corporaliter & visibiliter geruntur: quæ ideo vmbra dicuntur, quia corporalia erant, & figura corporalium. Corpus uocantur ipsa nostra sacramenta, quæ nunc in ista ecclesia visibiliter geruntur. Spiritus autem est id, quod gratia Dei sub uisibilibus sacramentis inuisibiliter operatur. verbi gratia (vt unum exemplum ponamus) Mare rubrum præfigurauit baptisma, quod nũc in sancta ecclesia consecratur. Ipsum autem baptisma uisibile significat emũdationem criminum, quam Spiritus sanctus sub sacramento, quo corpora vnguntur, inuisibiliter in animabus operatur. Mare rubrũ igitur umbra & figura est, baptisma autem aquæ uisibilis, quod nunc habemus, corpus & res, emundatio uero peccatorum spiritus & ueritas. Est adhuc & alius modus, de quo superius loquuti sumus, per quem altitudinem arcæ distinguere possumus. Opera enim restaurationis partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsũ operatus est Deus. In prima ergo mansione collocamus opera hominum. In secunda mansione opera angelorum. In tertia mansione opera Dei. Vel moraliter, prima mansio est fides, secunda mansio est spes, tertia mansio est charitas. Vel secundum anagogem, prima mãsio est cogitatio recta, secunda mansio est meditatio prouida, tertia mansio est contemplatio clara. Vel secũdum operationem, prima mansio est scientia, secunda mansio est disciplina, tertia mansio est bonitas. Vel secundum status differentes, prima mansio est natura, secunda mansio est lex scripta, tertia mãsio est gratia. Hæc enim tria si secundum tempus considerantur, longitudinem arcæ metiuntur, si secundum dignitatem discernuntur, altitudinem arcæ distinguunt, quia sicut tempore se subsequuntur, ita dignitate se præcedunt. Quæ est ergo hæc arca, de qua tam multa dicuntur, & in qua tam multiplices vię scientiarum continentur? Nunquid putas est labyrinthus? Nõ Labyrinthus, nec labor intus, sed requies intus: vnde hoc scio? Quia ille in ea habitat, qui dicebat. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Si enim labor est ubi ipse

est.

Marginal notes (left column): Ordo loci, & temporis. — Eden id est uoluptatis. — T — Lõgitudo arcæ. Mat. 20. — Latitudo. Psal. 18. — Altitudo. Psal. 121. — V — Dimensiones scripturæ sanctæ. — Historiæ. — Allegorię. — Tropologiæ.

Marginal notes (right column): Multiplex scripturę sensus. — X — Ordines restaurationis. — Figura, res, & ueritas. — Maris rubri figu. — Y — Altitudo arcę aliter. — Moraliter — Anagogice. — Secũdum operationem. — Secũdum status. — Z — Arcæ excellentia. — Labyrinthus. — Matt. 11.

est, quomodo requiem inueniunt qui ad eum ve-
Psal. 75. niunt? Nunc uero in pace factus est locus eius, & in Sion habitatio eius. Vbi confregit potẽtias, arcũ, scutum, gladium & bellum: vnde omnis strepitus, & tumultuatio lõge abest, & ubi gaudium, & pax, & requies semper præsens est. Qualis ergo est hæc arca? Vis scire qualis? Sustine me ut de multis pau-
Arca simi lis apothecæ. ca tibi dicam. Hæc arca similis est apothecæ omniũ deliciarum uarietate refertæ. Nihil in ea quæsieris quod non inuenias, & cum inueneris unum, multa tibi patefacta videbis. Ibi uniuersa opera restaurationis nostrę a principio mundi vsque ad finem plenissime continentur, & status vniuersalis ecclesię figuratur. Ibi historia rerum gestarum texitur, ibi mysteria sacramẽtorum inueniuntur, ibi dispositi sunt gradus affectuũ, cogitationum, meditationum, cõtemplationum, bonorum operum, uirtutum, & pmiorum. Ibi quid credere, quid agere, quid sperare debeamus ostenditur. Ibi forma uitæ hominis, & summa perfectionis cõtinetur. Ibi elucent occulta, ibi operosa apparent facilia, & quæ per se videri poterant minus congrua, in ordine suo considerata probantur idonea. Ibi quoddam vniuersitatis corpus effingitur, & concordia singulorum explicatur. Ibi alter quidam mundus huic prætereunti & transitorio contrarius inuenitur, quia ea, quæ in hoc mundo per diuersa tẽpora transeunt, in illo mundo quasi in quodam æternitatis statu simul consistunt. Ibi præteritis pręsentia non succedunt, nec præsentibus futura superueniunt, sed quicquid ibi est, præsens est, propter quod & qui ibi manent, & semper permanẽt, & semper gaudent, nihil dolentes præteritũ, nihil timentes futurum, habentes quod diligunt, ui-
1. Cor. 7. dentes qd concupiscunt, & ideo fortassis dixit Apo-
Mundus duplex. stolus. Præterit figura huius mundi, forma huius mundi, species huius mũdi, pulchritudo huius mũdi, quia est alter mundus, cuius figura non pręterit, cuius forma non transit, cuius species nõ marcescit, cuius pulchitudo non deficit. Ille mundus in isto mundo est, & iste mundus illo mundo minor est, quia ille capit quem capere iste non potest. Istum mundum uident oculi carnis; illum mundum intrinsecus contemplantur oculi cordis. In isto mundo habent oblectamenta sua homines, in illo mundo ineffabiles sunt delectationes. In hoc mũdo currunt homines, & plaudunt ad spectacula vanitatis, in illo mundo per æternum silentium exercentur, & iucundantur mundi corde in contemplatione veritatis. Quam &c.

Finis Libri Quarti De Arca Morali.
Deo Gratias.

M. HVGONIS DE SANCTO Victore Canonici Regularis Lateranensis in libros priorum Excerptionũ. Cum Scholijs Domini Thomæ Garzonij à Bagnacaballo eiusdem ordinis Theologi.

PROLOGVS.

CCIPE Charissime frater excerptionum munus, quod postulasti: Inuenies in eo multa ex multis libris collecta in unam seriẽ ordinate disposita, sibi prout ratio sensuum postulat cohærentia, continuata, & cõnexa dilectionis tuę studio satis vtilia. Sacrorum namque librorum fertiles agros peruolantes, & ex eis optima quæque colligẽtes, pauca vel nulla simplicitati tuæ sacræ scripturæ lectionem ingredienti necessaria pręter mittimus. Per hæc autem, quæ scribimus, nec grammaticos docere, nec sapientes volumus erudire, sed tuæ petitioni, tuo desiderio volumus satisfacere, tuumque studium in melius adiuuare. Sed & hoc tibi notum esse uolumus, quòd de his, quæ tibi scribimus nobis gloriam non damus, sed Deo, & sanctis doctoribus, ex quorum libris ea sumpsimus, licet multa ponamus, quæ proprio sensu cogitauimus, proprijs uerbis dictauimus. Modum scribendi talem serua- Mod⁹ scribendi.
mus. Totam schedulæ huius seriem in duas partes diuidimus. In prima parte materiam habemus originem artium, situm terrarum, cursum historiarum ab initio vsque ad nos decurrentium. In secũda parte materiam habemus sensus allegoriarum, & tropo Primæ partis diuisio.
logiarum secundum subiacentis lineam historię dispositarum. Primam partẽ per decem libros distinguimus. In primo libro de origine artium, & diuisione earum breuiter disputamus. In secundo materiam mundanæ & diuinæ scripturæ: & quomodo mundana diuinæ subseruiat demõstramus cũ quorundam adiectione. In tertio situm terrarum describimus. In quarto summam historiæ diuinæ ab initio vsque ad natiuitatem Christi ponimus. In quinto ortum, cursum, & occasum regnorum mundi a tempore, quo ab initio esse cœperunt, vsque ad natiuitatem Christi. In sexto tractamus de Imperatoribus Romanis ab Octauiano vsque ad Traianum. Octauio.
In septimo a Traiano vsque ad Constantinum Magnum. In octauo a Constantino Magno vsque ad Zenonem. In nono a Zenone vsque ad Carolum Magnum. In decimo tractamus de origine, & regibus Francorum vsque ad Carolum, & post a Carolo usque ad nos. Secundam uero partem operis huius per quatuordecim libros diuidimus. Primus liber tractat de mysterijs rerum gestarum ab initio vsque ad Abraham. Secundus de mysteriis rerũ gestarum ab Abraham vsque ad Moysen. Tertius de mysterijs rerum gestarum a Moyse vsque ad Iosue. Quartus de mysteriis rerum gestarum a Iosue vsque ad Helcanam patrem Samuelis. Quintus de mysterijs rerum gestarum ab Helcana vsque ad David, ubi scriptum est, Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Sextus de mysterijs rerum gestarum a Dauid vsque ad Salomonem. Septimus de mysterijs rerum gestarum a Salomone vsque ad transmigrationem Babylonis. Octauus de mysterijs rerum gestarum,

quæ continentur in Esdra. Nonus de mysterijs rerum gestarum, quæ continentur in libris Esther, Thobiæ, & Iudith. Decimus sermones diuersos singulos de materia sua editos. Cætera, quæ deinceps ponimus, de nouo testamento summus, opus, quatuorque libris determinamus. Sicque totum opus vigin ti quatuor libris consummamus. Quod vero in singulis capitulis breuitati studemus, Ideo facimus ne im perfectionem inchoationis tuæ verbis prolixiorib[us] oneremus. Primæ autem partis libros, & capitula ta liter in sequentibus ordinamus.

Primus liber tractat de origine, & diuisione artium continens capitula xxv.

I N C I P I T

Liber Excerptionum Priorũ primus. Prima pars continet originem, & discretionem artium, Situm terrarum, & Summam historiarum.

De conditione creaturæ rationalis. Cap. I.

A



Eus summe bonus, & immutabiliter bon[us], sciẽs suam beatitudinem communicari posse, & minui omnino non posse, fecit creaturam rationalem, vt eam faceret suæ beatitudinis esse participem. Fecit autem eam ad imaginem, & similitudinem suam secundum dilectionem. Ad imaginem suam secundum cognitionem veritatis. Ad similitudinem suã B secundum amorem veritatis. Ad imaginem suam secundum intellectum. Ad similitudinem suam secundum affectum. Sic opifex fecit Deus creaturam rationalem ad imaginem & similitudinem suam, vt per hoc quòd facta esset ad imaginem Dei, Deũ cognosceret, & per hoc quòd facta esset ad similitudinem Dei, Deum diligeret, & cognoscendo & diligendo Deum possideret, & possidendo beata esset. Sicut enim in vno elemento, scilicet Igne duo sunt inter se diuersa, & a se prorsus remota, scilicet splendor & calor, nec splendor est calor, nec calor splendor, quia splendor lucet, & videtur, & calor ardet, & sentitur, nec splendor ardet aut aliter quàm visu sentitur, nec calor lucet aut videtur. Ità in spirituali creatura imago Dei & similitudo Dei inter se diuersa sunt, & a se quodammodo remota. Nam secundum illud originale bonum, quo facta est ad imaginem Dei, ipsa spiritualis creatura elucet ad cognitionem, & secundum illud bonum, quo facta est ad similitudinem Dei, calet ad dilectionẽ. Iussit autem conditor ipsius partem eius in sua simplici puritate subsistere, scilicet naturã angelicã, parte vero illius luteis corporibus inesse, naturã videlicet humanã.

Domini Thomæ Garzonij in librum Hugonis de Sancto Victore de origine artium, & diuisione earum Scholia.

SCHOLIVM.

Quomodo rationalis creatura, idest homo, ad imaginẽ, & Dei similitudinem formata dicatur, notabiliter habetur ex Auctoribus diuersis. Et primò ex compendio veritatis Aureoli, triplex imaginis assignatio elicitur. Prima, quòd imago quædam est æqualitatis perfectissimæ; & sic solus filius Dei est imago patris. Quædam est imago imitationis, & sic homo factus est ad imaginem Dei, scilicet ut ipsum agnoscat, & in virtutibus imitando, amare studeat. Quædam autem est imago repræsentationis. Et sic mundus dicitur speculum, & imago bonitatis Dei. Secunda differentia ibidem pro elucidatione est, quòd quędam est imago non ad imaginem, sicut filius Dei. Quædam autem est imago ad imaginem, ut est homo, uel Angelus. Quædam est non imago sed ad imaginem, vt mundus, qui non est imago, quia non est capax Dei per amorem, & cognitionem, sed tantummodo est vestigium creatoris. Tertia differẽtia ad hoc declaratiua, quòd quædam est imago naturaliter genita, sicut filij Regis ad Regem; sic est Christus respectu Dei patris. Quædam autem est imago creata, vt anima humana, & Angelus. Quædam verò est imago facta quasi artificialis, vt est in nummo vel denario Regis, vel statua, quę ipsum Regem repręsentat. Amplius sciendum, quòd imaginis Dei nomen in sanctis literis duobus capitur modis; hoc est, secundum substantiam, & secundum similitudinem. Porrò secundum substantiam imago Dei, vt inquit Eucherius libro primo Commẽtariorum in Genesim, nihil aliud est, quàm mens naturaliter omni humanæ animæ à Deo collata, cuius priuilegio cętera carent animalia: imago verò Dei secundum similitudinem, est iustæ sanctæq; animæ cum Deo conformitas ex diuina gratia, & sanctarum actionum studio comparata: de qua D. Ambrosius in commentarijs Epistolę ad Colossenses, super illud Apostoli. Induentes nouum hominem, qui renouatur secundum imaginem eius, qui creauit eum, sic loquutur. Imago hæc in conuersatione bonæ uitæ intelligenda est. Amplius ex Nicolao Lyrano super illud Gene. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, notandum, quòd imago Dei consistit in anima, quantum ad proprietates naturales, scilicet memoriam,

Petrus Aureolus. Nota quomodo homo ad imaginem Dei sit formatus. Et insra, quomodo etiã ad similitudinem.

Eucherius

D. Ambr.

Nicolaus de Lyra.

memoriam,intelligentiam,& voluntatem. Similitudo antem io gratuitis, & ideo similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam.

De tribus bonis primordialibus, & duobus externis homini datis. Cap. II.

C Ria bona primordialia dedit Deus homini in creatione. Primum bonum fuit,quòd eum Deus fecit ad imaginẽ suam: secundum, quòd eum fecit ad similitudinem suam. Tertium bonũ fuit immortalitas corporis, si perstitisset homo in obsequio conditoris. Ista tria bona fuerunt homini in conditione diuinitus data,& naturaliter & originaliter insita. Fuerũt & alia duo bona hominis quã
D si extra eum,unum subtus eum, alterum supra eũ. Subtus eum mundus,supra eum Deus.Mundus visibile bonum & transitorium, Deus inuisibile bonum & æternum. In isto fuit homo creatus, in illo beatificandus. Sub Deo fuit homo conditione, supra mundum dignitate, de inferiori bono recessurus,ad superius bonum peruenturus.Sunt itaq; tria primordialia bona hominis, homini scilicet in conditione data,& substantialiter insita, Imago Dei, similitudo Dei,immortalitas corporis, si perseuerare voluisset in obsequio creatoris.

SCHOLIVM.

De immortalitate corporis longe aliter sentit Scotus cum suis asseclis, vt potè qui opinantur hominem morti fuisse obnoxium, licet in originali permansisset innocentia,ob mortalis naturæ conditionem. Ha ne tamen non pœnalem mortem,sed spiritus dissolutionem suauissimam, veluti flatus ab ore exeuntis,nuncupant.

De tribus malis principalibus. Cap. III.

E Vnt autem tria mala principalia, quæ corrumpunt tria bona præcedentia. Ignorantia, concupiscentia, infirmitas. Ignorantia boni, concupiscentia mali,infirmitas corporis humani.Per primum malum corruptum est primum bonũ,per secundũ secundum,per tertium tertiũ.Per ignorantiam namque corrupta est in nobis diuina imago. Per concupiscentiam diuina similitudo.Per infirmi
F tatem immortalitas corporis. Facta est itaq; uia ho-
Psal.34. minis tenebrę & lubricum,& Angelus Domini per sequens eum. Tenebræ per ignorantiam,lubricum per concupiscentiam,& Angelus Domini, idest infirmitas corporis corpori ad vindictã immissa, persequens eum per mortalitatem, donec in terram reuertatur de qua sumptus est. Solet autem secũdum quosdam hoc, quod hic concupiscentiam nominamus, specialiter vitium dici, vt dicantur tria mala sic. Ignorantia,vitium,infirmitas, per quę tria mala præcedentia bona sunt corrupta.

Concupiscentia. Vitium.

SCHOLIVM.

Intellectui pulchre obijcitur malum ignorantiæ, vitæ sanctitati, & puritati concupiscentia: Infirmitas corporis immortalitati,vt totus homo ex Adæ peccato vulneratum se agnoscat, qui enim prius totus incolumis existere poterat,nisi peccasset, totus infirmus peccando euasit.

De tribus remedijs contra dicta tria mala. Cap. IIII.

Ria sunt remedia principalia contra tria prędicta mala,ut per tria remedia tria mala repellantur,tria bona reformentur. Sũt autem hæc,sapientia, virtus,necessitas.Sapientia contra ignorantiam, virtus contra vitium, necessitas contra infirmitatem. Sapiẽtia est comprehensio rerum prout sunt. Virtus est habitus animi in modum naturæ rationi consentaneus. Est autẽ habitus qualitas veniens per applicationem subiecti difficile mobilis, sicut dispositio est qualitas ueniẽs per applicationem subiecti facile mobilis. Sub iectum dicimus animum,qui ad ipsam suscipiendã qualitatem applicatur. Necessitas est sine qua viuere non possumus,sed felicius viueremus.Sunt itaq; ista tria remedia, sapientia, virtus, necessitas contra tria supradicta mala, ignorantiam, vitium, infirmitatem. G

Sapientia. Virtus. Dispositio. Necessitas.

SCHOLIVM.

Inflictis vulneribus sapientia medetur, intellectum consulendo,virtus concupiscentiam frænando. Necessitas infirmitatem cohortãdo Pijssimus enim Dominus illa remedia languoribus nostris obtulit, quæ suæ miserationi,& nostræ infirmitati apposita essent.

De tribus scientijs. Cap. V.

Ropter autem ista tria remedia inuenta est omnis ars, & omnis disciplina. H
Propter inueniendam namque sapientiam inuenta est theorica, propter inueniendam virtutem inuenta est practica, propter inueniẽdam necessitatem inuenta est mechanica. Theorica ignorantiam expellens sapientiam illuminat. Practica vitium excludens virtutem roborat. Mechanica pœnuriam cauens uitæ præsentis defectum temperat. Theorica in omni quod est & non est uerum scrutari eligit. Practica modum uiuẽdi rectè,& disciplinæ formam secundũ uirtutũ institutionẽ dispoņit. Mechanica res defluentes administrans, humano corpori necessaria prouidere satagit. Omnium enim humanarum actionum seu I studiorum, quæ ratio moderatur, finis & intentio ad hoc spectare debet, ut uel naturæ nostræ reparetur integritas, uel defectuum, quibus præsens subiacet vita,temperetur necessitas. Reparatur autem naturæ nostræ integritas sapientia, ad quam pertinet Theorica,& virtute, ad quam pertinet practica, & temperatur necessitas administratione temporalium,ad quam pertinet mechanica. Nouissima autem omnium inuenta est logica causa eloquentiæ, vt sapientes, qui prædictas principales disciplinas inuestigarẽt,& vnirent,rectius, veracius, honestius illas tractare, & disserere de illis scirent, rectius per grammaticam, veracius per dialecticam, honestius per rhetoricam. Logica namque facundiæ rectitudine veritatem, venustatam administrat. Theorica interpreta-

Theorica. Practica. Mechanica. Theorica.

Practica. Mechanica. Logica.

terpretatur contemplatiua. Practica actiua. Mechanica adulterina. Logica sermocinalis.

SCHOLIVM.

Vt inoeniretur sapientia intellectum consolens, & ignorantiam exeludeos, & veritatem rerum propinans, Theoricam disciplinam edocuit nos Deus. Vt inoeniretur virtus concupiscentiā expellens, uel refrenans, practicam mōstrauit. Vt inoeniretur necessitas infirmitatem cohortans, & adiuuans, ostendit Mechanicam, peouriam eauentem, & miserias siue huius uitæ defectus temperantem. In quib. omnibus Altissimi Dei charitas in nos elucet.

De Philosophia, & partibus eius. Cap. VI.

K

Philosophia.



Vatuor igitur sunt scientiæ, in quas omnis philosophia diuiditur. Theorica, practica, mechanica, logica. Philosophia est amor sapientię, quæ nullius indigens, uiuax mens, & sola primæua rerum ratio est. Philosophia est amor sapientiæ, hoc magis ad etymologiam nominis pertinet. Quod autem additur nullius indigens, uiuax mens, hoc significat, quòd diuina sapientia nihil minus continet, sed semel & simul omnia intuetur præterita, præsentia, & futura. Viuax mens, quia quod semel in diuina fuerit ratione, nulla vnquam obliuione aboletur. Primæua rerum ratio est, quia ad huius similitudinem cuncta formata sunt. Item philosophia est disciplina omnium rerum humanarum, atque diuinarum rationes probabiliter inuestigans.

SCHOLIVM.

Philosophia nullum bonum, nec præstantius, nec optabilius hominibus à Dijs, nec datum, nec dari posse, inquit Ammonius in Porphyrium, & Themistius in primo Physic. cap 4 Philosophia est animæ perfectio, ut medicina corporis. Philosophia aliter mortis commentatio definitur à Platone. Philosophia, secundum Albertum de Animal. lib. primo, nil aliud est, quàm victoria, & abstinentia concupiscibilium. Ipsius Philosophię natura est quærere maximas perscrutationes, ut ait Auerr. 2. Metaphysic. text. comment. 15.

Ammon. Themist. Plato. Albertus Magnus.

De Theorica, & partibus eius. Cap. VII.

L

Heorica diuiditur in Theologiam, Physicam, & Mathematicam. Aliter Theorica diuiditur in intellectibilem, physiologiam, intelligibilem. Aliter Theorica diuiditur in diuinalem, naturalem, doctrinalem. Eadem namque est Theologia, intellectibilis, & diuinalis. Eadem est physica, physiologia, naturalis. Eadem est Mathematica, intelligibilis, doctrinalis. Theologia tractat de inuisibilibus inuisibilium essentijs. Physica tractat de inuisibilibus visibilium causis. Mathematica tractat de uisibilibus uisibilium formis. Theologia est, quando aut ineffabilem Dei naturam, aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus. Physica est, quæ causas rerum ex suis effectibus, & effectus ex causis deprehendit.

Theologia. Mathematica.

Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescũt.
Herbarum ac lapidum vires, irasq; ferarum.
Omne genus nantũ, uolucrũ quoq; reptiliumq;.

Mathematica est, quæ abstractā considerat quantitatem. Abstracta autem quantitas nihil est aliud, quam forma uisibilis secundum lineamentatem dimensionem animo impressa. Omnis autem forma uisibilium in quantitate consistit. Quantitatis autem alia est discreta, quæ multitudo appellatur, ut grex, populus. Aut contigua, quæ magnitudo dicitur, ut arbor, lapis. Rursum multitudinis, alia est discreta per se, ut duo, tria, quatuor: alia distracta ad aliquid, ut sesquialterum, sesquitertium. Magnitudinis alia est immobilis, ut sphęra terræ: alia mobilis, ut sphæra firmamenti. Multitudo discreta per se materia est Arithmeticæ. Multitudo discreta ad aliquid materia est Musicæ. Magnitudo immobilis materia est Geometriæ. Magnitudo mobilis materia Astronomiæ.

SCHOLIVM.

Theologia nihil habet altios mysterium, quàm pātris, ac filij diuinitas, & notio, itemque Spiritus sancti, ut habetur ex Steucho de Perenni philoso. lib. 1. Vnde pulchre de inuisibilibus inuisibilium essentijs tractare dicitur.

August. Steuchus.

De Mathematica, & partibus eius. Cap. VIII.

Vatuor sunt itaque species Mathematicæ, Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia. Arithmetica tractat de numero, Musica de sonorum proportione, Geometria de locorum spatio Astronomia de astrorum motu. Elementum Arithmeticæ est vnitas. Elementum Musicę est unisonum. Elementum Geometriæ est punctũ. Elementum Astronomiæ est instans. Arithmetica est numerorum scientia. Musica est plurium sonorum dissimilium in vnum redactorum concordia. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formarumq; descriptio contemplatiua, per quam vniuscuiusq; rei termini declarari solent. Astronomia est disciplina magnitudinis mobilis, & inuestigans spatia, motus, & reditus cœlestium corporum certis temporibus.

M

Arithmetica. Musica. Geometria. Astronomia.

SCHOLIVM.

Cùm naturalia corpora superficies habeant, & solida, longitudines, & puncta: in corpore cum Physico Mathematica consentit, differt tñ cōsideratione, & alijs, quæ tradit Arist. 2. Phys. c. 2. Eligit quippe ex corpore uniuerso certam partem pertractandam, atque uersatur circa lineas, angulos, numeros, aut aliquid cæterorum. Quatuor sunt eius species ab Hugone commemoratæ, & sunt speculatiuæ disciplinæ, teste Arist. 6. Metaph. cap. 1. & necessariæ ad rerum naturalium, & aliarum cognitionem, ut ait Plato in Epinomide.

Arist. Plato.

¶*De Arithmetica.* *Cap.* IX.

N ARithmeticam ſcriptores ſecularium literarum inter diſciplinas Mathematicæ ideo primam eſſe voluerunt, quia ipſa vt ſit nulla alia indiget diſciplina. Muſica autem,& Geometria,& Aſtronomia quæ ſequũtur, vt ſint atque ſubſiſtant, iſtius indigent auxilio. Prima ergo eſt Arithmetica, quia in proportione, ſpatioq; & motu, numerus inuenitur, ſed non ediuerſo. In numero ſemper proportio, aut ſpatium, aut motus ineſſe cernitur. Vnde Arithmetica & una de quatuor, & aliarum trium inſtrumentum eſſe probatur.

SCHOLIVM.

Boetius. *Ariſt.* *Proclus.*

Omnia,quę ſunt (inquit Boetius) numeris conſtant. Siquidem Deus omnia fecit in numero, pondere, & menſura Sap.2. vt non mirum ſit, aliquãdo Pythagoricos dixiſſe, ex numeris omnia facta, vt ait Ariſt.Metaphyſi.1.cap.5.& Macrobius dixit, animam corporibus, certa numerorum ratione ſociari lib.1. in ſomn.ſcip. Verum Proclus in Timæum Platonis, Pythagoricos quatuor numerorum conſtituiſſe rationes tradit, aliam muſicalem,ut in muſica.& carnibus, aliam naturalem,ut in rerum compoſitione, aliam rationalem,aliam diuinam.

¶*De Muſica, & eius partibus.* *Cap.* X.

O MVſicarum alia mundana,alia humana,alia inſtrumentalis. Mundanarum,alia in elementis, alia in planetis, alia in temporibus. Earum quæ in elementis,alia in põdere, alia in numero,alia in menſura conſiſtit. Quę in planetis, alia in ſitu,alia in motu, alia in natura. Quæ in temporibus, alia in annis, vt in mutatione veris,æſtatis, antumni,& hyemis, alia in menſibus, vt in incrementis,decrimentiſque lunaribus,alia in diebus, vt in viciſſitudine lucis & noctis. Muſica humana alia in corpore, alia in anima,alia in connexu vtriuſque. In corpore alia in vegetationibus, alia in humoribus, alia in operationibus. Prima conuenit omnibus naſcentibus, ſecunda ſenſibilibus, tertia rationabilibus. Muſica in anima,alia in potentijs, vt ſunt ira & ratio,alia in virtutibus, vt ſunt iuſtitia & fortitudo. Muſica in connexu vtriuſque eſt illa naturalis amicitia, qua anima corpori non corporeis vinculis alligata tenetur. Muſica inſtrumentalis alia in pulſu,vt in tympanis & chordis, alia in flatu,vt in tibijs & organis, alia in voce, vt in carminibus & cantilenis.

SCHOLIVM.

Ariſt. *Plato.* *Macrob.*

Muſicam veteres inter diſciplinas collocarunt, & quòd natura quærit, non ſolum in negocio recte, verum etiam in ocio laudabiliter poſſe viuere. Ariſtot.lib.8.Polit.cap 3. Pleriſque autem Muſica uiſa eſt morum eſſe formatrix, & imitatrix,vt Ariſt.lib.8.Polit.cap.5.& Plat.Dial.6. de legibus. Atque Muſicæ ſonis, etiam Barbarorum animos ad uirtutem flecti poſſe, uel in mollitiem voluptatis reſolui placuit Macrob.lib.2.in ſomn.ſcip.cap.3.

¶*De Geometria, & partibus eius.* *Cap.* XI.

GEometria tres habet ſpecies, planimetriam, altimetriam, coſmimetriam. Planimetria longum & latum metitur, & extenditur antorſum & retrorſum,dextrorſum & ſiniſtrorſum. Altimetria metitur altum & profundum, & extenditur ſurſum & deorſum. Coſmimetria,ſphęrica metitur,id eſt rotunda. P

SCHOLIVM.

Scriptum erat in foribus ſcholæ Platonis: Nullus ignarus Geometriæ ingrediatur. Idem.7. de Repub. ſcribit, Geometriam ad veritatem attollere aoimum,& ad philoſophaodum præparare cogitationem, & intereſſe ad diſciplinas comparandas maximè, attigerit ne Geometriam aliquis, an non. *Plato.*

¶*De Aſtronomia, & Aſtrologia.* *Cap.* XII.

AStronomia in Mathematica non ſolnm eſt ordine poſtrema, ſed & loco ſublimior, & excelſior dignitate, quia cum cæteræ tres quodam modo inferius verſentur, hæc ſola cœleſtium, & ſupernorum diſpoſitionem inueſtigandam, ac tractandam ſuſcepit. Aſtronomia diuiditur in duas ſpecies, in ſphęricam & gnomonicam. Sphęrica eſt, quæ ſpatia, & ſitum conſiderat cœleſtium corporum. Gnomonica, quæ motum horologij attendit. Inter Aſtronomiam & Aſtrologiam hoc intereſſe videtur, quòd Aſtronomia de lege Aſtrorum, & conuerſione cœli diſſerit, regiones, circulos, ortus, occaſus ſiderum, & cur vnumquodque ita vocetur inueſtigando. Aſtrologia autem aſtra conſiderat ſecundum natiuitatis, & mortis, vel aliorum quorumlibet euentuum obſeruationem, quæ partim naturalis eſt, partim ſuperſtitioſa. Naturalis eſt in complexionibus, è quibus ſunt ęgritudo, ſanitas, ſterilitas, fertilitas, tempeſtas, ſerenitas, quæ ſecundum ſuperiorem contemperantiam variatur. Superſtitioſa eſt in contingentibus, hæc in conſtellationibus conſtat, & hanc partem Mathematici,qui interpretantur vani,tractant. Q

Sphærica. *Gnomonica.* *Aſtronomia.* *Aſtrologia.*

SCHOLIVM.

Cognitio ex Aſtrorum obſeruatione, & ratiocinatione nata, Aſtrologia dicitur, atque ideo ſubiectum eius ſcientiæ corpora ſunt cœleſtia. Huius duæ ſunt partes, Theorica,& Practica. Theorica, quæ & ſpeculatiua, uerſatur in contemplatione, quæ obſeruat naturas,motus, orbes,circulos,& reliqua Aſtrorum accidentia, quam tractat abunde Ptol. in Almageſto. Practica ea eſt, quæ conſiderat eadem, ſed non abſolutè, ſed quatenus res inferiores reſpiciunt, hoc eſt quatenus explicant uires ſuas, uel influunt in res inferiores, quę traditur à Ptolo.in opere Quadrip. *Ptolemæus*

¶ *De Practica, & partibus eius. Cap. XIII.*

R Practica diuiditur in solitariam, priuatam, & publicam. Aliter practica diuiditur in Ethicam, œconomicam, & politicam. Aliter, practica diuiditur in moralem, dispensatiuam, & ciuilem. Eadem est solitaria, Ethica, moralis: eadem est priuata, œconomica, dispensatiua: eadem est publica, politica, ciuilis. Prima mores instituit. Secunda familiam disponit. Tertia vrbes regit. Prima pertinet ad singulos, secūda ad patresfamilias, tertia ad rectores vrbium. *Ethica.* Ethica est, quæ sui curam gerens cunctis sese erigit, exornat, augetque virtutibus, nihil in vita admittens, quo non gaudeat, nihil faciens pœnitendum. *Oeconomica.* Oeconomica est, quæ familiaris officij curam mediocri componēs dispositione distribuit. *Politica.* Publica est, quæ rei publicæ curam suscipiens, cunctorum saluti suæ prudentiæ solertia, & iustitiæ libra, & fortitudinis stabilitate, & temperantię patientia, medetur.

SCHOLIVM.

Greg. Tho. Pulchras Practicæ diuisiones affert idem concernentes, de quibus summatim Gregorius Tholosanus synt. libr. a 1. ad 22.

¶ *De Mechanica, & partibus eius. Cap. XIIII.*

S Mechanica septem habet species, Lanificium, armaturam, nauigationem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam. Ad hanc omnium rerum fabrica concurrere videtur. Ad hanc enim pertinent vniuersa, quæ humanis necessitatibus inueniuntur grata, commoda, necessaria, & quęcunque sub prędictis septem speciebus eius comprehendi comprobantur.

SCHOLIVM.

Mechanicus est opifex eorum, quæ simul ingenio, & manu perficiuntur: Vnde non quælibet artificia protrita, & vulgaria, Mechanica dicenda sunt propriè, sed ea tantum, quæ ingenio succurrunt difficultatibus contingentibus præter naturam, & subueniunt vtilitati, vt inquit Arist. in prin. Quæst. Mechan. *Aristotel.*

¶ *De Lanificio. Cap. XV.*

T Lanificium est prima species mechanicæ, ad hanc pertinent omnis opera nendi, retorquendi, consuendi, quicquid fit instrumento, colo, fuso, acu, pectine, calamistro, girgillo, alabro, subula. In materia lini, lanæ, canabis, & suberis: omnis vsus floccorum, filtrorum, sagorum, sagmatum, matularum, & sportarum.

SCHOLIVM.

Plato libro Ciuili in duas partes Lanificij diuidit artem: in Discretoriam, & Concretoriam. Discretoria est in longum latumque protractio, seu deductio, vt fuso retorto vel rota. Concretoria texturæ opus habet, implicatione staminis, & subtegminis. *Plato.*

¶ *De armatura. Cap. XVI.*

V Armatura duas habet species architectonicam, & fabrilem. Architectonica diuiditur in cæmentariam, quæ ad latomos & cæmentarios: & in carpentariam, quæ ad carpentarios, & tignarios pertinet. Fabrilis diuiditur in malleatoriam, & exclusoriam. *Fabrilis.* Ad armaturam pertinet omnis industria carpentariorum, tignariorum, cęmētariorum, latomorum, & fabrorum, quicquid fit instrumento, securi, ascia, dolabra, trulla, perpendiculo malleo scalpello, arctauo, incude. In materia ligno, lapide, sabulo, gipso, & ære.

SCHOLIVM.

Fabrilis artis species variæ sunt, cum hoc nomen sit generale ad omnes, qui operantur in materia aliqua dura, vel lapidea, vel lignaria, ferraria, aurea, argentea, à quib. fabri cum additione materię, in qua operantur, dicuntur. De his omnibus (si placet) videas Gregorium Tholosanū in suo Syntaxi. *Greg. Thol.*

¶ *De Nauigatione. Cap. XVII.*

X Nauigatio tertia species est mechanicæ. Ad hanc pertinet omnis industria vēdendi, & emendi. Hæc inuisa litora adit, pacem & familiaritatem cum exteris nationibus componit, & priuata communia facit.

SCHOLIVM.

Ad nauigationem pertinet cognitio marium, locorumque, quę nauigare quis decreuit, diuersitatem, & eorum itinera, ac situs ex quadrato nautico. Item tēpestates præcognoscere, ventorum discrimina; Solis & Lunę uarios cursus, & aspectus, & quarundam stellarum ortus, & occasus.

¶ *De agricultura. Cap. XVIII.*

Y Agricultura quatuor habet species agrorū aruum, idest agrum, qui aratur, & sationibus deputatur: consitum, qui deputatur nemoribus, vt sunt pomaria, vineta, oliueta: pascuum, qui pascuis deputatur, vt sunt prata, tempe, tesqua: & floridum, qui floribus addicitur, ut sunt horti, rosaria, apiaria.

SCHOLIVM.

Plato in Epinomide, artem non putat humanam Agriculturam, sed eam sine arte, ab initio benificio Dei fuisse aggressos homines. Xenophon autem in Oeconom. artem artium uocat, omniumq; nutricem. Eiusdem principia sunt eadem, quæ mundi, secundum Ennium, Aqua scilicet Terra, Aer, Sol, ut etiam Varro lib. 1. cap. 4. *Plato.* *Xenophon.* *Ennius.* *Varro.*

¶ *De Venatione.* *Cap.* XIX.

Z Venatio tres habet species, ferinam, aucupium, piscaturam. Ferina fit multis modis, retibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, arcu, iaculis, cuspide, indagine pennarũ, odore, canibus, accipitribus. Aucupium fit laqueis, pedicis, retibus, arcu, visco, hamo. Piscatura fit sagenis, retibus, gurgustijs, hamis, nassis, iaculis. Ad uenationem pertinet omnis industria pistorum, laniorum, coquorum, & cauponum.

Ferina. Aucupiũ. Piscatura.

SCHOLIVM.

Iulius Pollux commodo Imperatori scribens lib. 5. Onomasti: in principio, vt studiosus sit venationis admonet, quod hoc studium sit heroicum, conferens ad corporis animæq; bonam constitutionem, sitq; te militaris audaciæ specimen. Idcirco venatio apud persas ualde celebris est, vt scribit Xenophon lib. 1. Cyriped & Athæneus lib. 1. Dipnosophost inquit. Apud Homerum vtuntur iuuenes venationibus, ad bellica pericula deuitanda, & omnibus indagationibus, quibus robustiores sanioresque efficiantur.

Iulius Pollux. Xenophon. Athenæus

¶ *De Medicina.* *Cap.* XX.

A Medicina continet occasiones, & operationes. Occasiones sunt sex, aer circundans nos, cibus & potus, somnus & vigiliæ, motus & quies, inanitio & repletio, & accidentia animæ. Operationes fiunt intus & foris. Intus vt ea, quæ intromittuntur per os, per anum ad excitandas sternutationes, uomitiones, purgationes. Foris, ut emplastra, incisio, ustio.

SCHOLIVM.

Medicina à medio dicta est, medium autem est inter excessum & defectum. Vnde apud Hippocratem dicitur deficientis adiectio, & ablatio superantis. Atque in summa ea est ad temperamentum deducens extrema excedentia, vel medium illud conseruans. Sic duo scopi Medicinę, curare, & sanitatem tueri, teste Galeno de Sectis, & Aristot. lib. de Iuuent. & Senectute.

Hippocrates. Galenus. Aristotel.

¶ *De Theatrica.* *Cap.* XXI.

B Theatrica continet ludos. Ludorum autem alij fiebant in theatris, alij in gabulis, alij in gymnasijs, alij in harenis, alij in amphicircis, alij in conuiuijs, alij in fanis. In theatris gesta recitabãtur. In gabulis choreas ducebant. In gymnasijs luctabãtur. In harenis pugiles exercebantur. In amphicircis certabant cursu pedum, equorum, curruum. In conuiuijs musicis instrumentis ludebant. In fanis laudes deorum cantabant.

SCHOLIVM.

Ludorum diuersa genera habentur tum ex Textoris tũ ex Iulij Barbaranæ officina. Multa etiam ex libro Plateæ nostræ lingua vernacula haurire poteris.

Off. Text. & Iulij Barbaranæ.

¶ *De Logica, & partibus eius.* *Cap.* XXII.

C Logica diuiditur in grammaticam, & rationem disserendi. Grammatica diuiditur in literam, syllabam, dictionẽ, & orationem. Ratio disserendi diuiditur in probabilem, necessariam, & sophisticam. Probabilis diuiditur in dialecticam, & rhetoricam. Necessaria pertinet ad philosophos, Sophistica ad sophistas. Grammatica est scientia recte loquendi. Dialectica disputatio acuta, uerum a falso distinguens. Rhetorica est disciplina ad persuadendum quæque idonea.

Grammatica. Ratio disserendi. Probabil. Necessaria. Sophistica. Dialectica. Rhetorica.

SCHOLIVM.

Logica nil aliud est, nisi Ars disserendi. Huius materia, Quæstio generalis, non autem particularis. Finis eius probare, & disserere, hoc est aliquid percurrere disputando. Instrumenta, & media eius, Definitio, Diuisio, Argumentatio.

¶ *Quomodo legendæ sint artes.* *Cap.* XXIII.

D In legendis artibus talis est ordo seruandus. Prima omnium comparanda est eloquentia, & ideo expetenda Logica: deinde per Ethicam purificandus oculus mentis, & sic ad rhetoricam transeundum. Aegyptus mater est artium, & de Aegypto uenerunt in Græciam, de Græcia in Italiam. Sola physica tractat de rebus, cæteræ omnes de intellectibus rerum, sed logica tractat de rebus secundum prædicamentalem constitutionem. Mathematica secundum lineamentalem dimensionem, & ideo logica aliquando pura intelligentia vtitur, mathematica nunquàm sine imaginatione est. Sciendum est autem, quòd aliquando physica large accipitur æquipollens theoricæ. Ethica quoque æquipollens practicæ, & tunc philosophia in tres tantum scientias diuiditur physicam, ethicam, logicam. Sciendum quoque est, quòd mechanica secundum rationem sui sub philosophia continetur, non secundum administrationem. Verbi gratia. Ratio agriculturæ pertinet ad philosophum, administratio ad rusticum.

Aegyptus. Physica.

SCHOLIVM.

Pulchre Eloquentiam, & Ethicam coniungit, quæ oculũ mentis purificare habet: Nam cur inquit Marsilius Ficinus in Platonis Gorgiam, Eloquentia sine sapientia est ensis acutus in manu furiosi.

Marsilius Ficinus.

De inuentoribus artium. *Cap.* XXIIII.

E Theologus primus apud Græcos Linus fuit, apud Latinos Varro, & nostris temporibus Ioannes Scotus de decẽ in Deũ categorijs: physicam naturalem Thales Milesius unus de septem sapientibus inuenit. Arithmeticam,

meticam, Pythagoras inuenit, Boetius trāstulit. Musicæ repertorem diuina historia commemorat Iobal: Græci, & alij alios. Geometriam Græci inuenerunt. Astrologiam Abraham. Neharot autem Astronomiam, cuius etiam nomine inscribitur. Ethicam Socrates docuit. Vsum lanificij fert Minerua Atheniensib. tradidisse. Ninus primus omniū bella mouit. Vsum nauigij pelasgi inuenerunt. Ceres frumētum dicitur inuenisse. Vsum quoque deliciarum coquinę Apitius. Medicinæ inuentor putatur Apollo. Ludos Lydi inuenerunt, qui de Lydia quondam egressi in Hetruria consederunt, & ibi inter cætera superstitionum suarum genera ludos instituerunt. Vnde Romani accersitus magistris ludos Romæ fecerunt. Abraham inuenit literas Syrorum. Phœnix Græcorum, Isis Aegyptiorum, Moyses Hebræorum Carmentis Latinorum, Alcmon quidam fabulas dicitur inuenisse. Parmenides dicitur dialecticam in rupe quadam excogitasse. Demosthenes rhetoricam inuenisse.

SCHOLIVM.

De inuentoribus artiū videndus est partim Polydorus Virgilius, partim Alexander Sardus Ferrariensis. Verum plura in nostra Platea (si libet) degustare putes.

¶ De Magica, & partibus eius. Cap. XXV.

MAgica sub philosophia nō continetur, sed est foris, falsa professione de vero mentiens, & veraciter lędens, homines seducit a religione diuina, culturā dæmonum suadet, & ad omne nefas suos sequaces impellit. Hæc quinque genera maleficiorum continet. Manticen, mathematicam, maleficia, sortilegia, præstigia. Mantice interpretatur diuinatio. Hæc quinque species habet. Necromantiam, Geomantiam, Hydromantiam, Aeromantiam, Pyromantiam. Prima fit in mortuis, secunda in terra, tertia in aqua, quarta in aere, quinta in igne. Mathematica in multis est vanitas. Hæc tres habet species, Haruspicinam, augurium, horoscopicam. Haruspicina dicitur ab inspectione hararum, hæc fit quando in fibris animalium, quæ animalia in haris, idest cubilibus ponuntur, fata quęruntur. Augurium dictum est ab auibus, hoc aliquādo pertinet ad aures, & dicitur augurium ab auium garritu, aliquando ad oculos, & dicitur auspicium ab auium inspectatione Horoscopica in constellationibus cōstat. Maleficia fiunt per incantationes, Sortilegia per sortes, Præstigia per phantasticas illusiones. Magicam Zoroastres rex Bactrianorum inuenit, & post longa tempora Democritus ampliauit. Hydromantiam Persæ feruntur inuenisse. Auguria Phryges. Præstigia Mercurius: Aruspicinam quidam puer Hetruscus nomine Tages.

Mantice.

Mathematica.

Auguriū.

SCHOLIVM.

De Magica nec quid copiosius, nec quid absolutius legi potest, quam quicquid in Palatio nostro reconditum, atque abstrusum est. Si enim uel prisci, uel recentes Auctores de hac materia quidquam laudabile protulerunt, hoc omne in isto volumine patefiet. Hæc lector in memoria habeat, & cum tibi succurrit, experiaris.

Finis Libri Primi.

INCIPIT Liber Secundus, qui tractat de materia mundanæ scripturæ, atque diuinæ, & quòd mundana diuinæ subseruiat cum adiectione quorundam continens decem Capita.

¶ *De materia mundanæ scripturæ, & diuinæ.* Cap. I.

SAne scriptura secularis materiam habet opus conditionis. Diuina scriptura materiam habet opus restaurationis. Duo quippe sunt Dei opera. Opus conditionis, & opus restaurationis. Opus conditionis est, quo factum est ut essent quæ non erant: opus restaurationis est, quo factum est vt melius essent, quæ perierant. Opus conditionis est creatio mundi cum omnibus elemētis suis. Opus restaurationis incarnatio uerbi est cū omnibus sacramentis suis. Opus conditionis in sex diebus factum est. Opus restauationis non nisi sex ætatibus perfici potest. Sex tamen sunt contra sex, vt idem cognoscatur esse redemptor, qui & creator.

H

Quare tria uisibilia mundi, tria inuisibilia Dei demonstrant. Cap. II.

NEc prætermittendum, quòd per opus conditionis tria inuisibilia Dei demonstrantur. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea

I

Rom. 1.

ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Tria sunt inuisibilia Dei, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus omnia, in his tribus consistunt omnia, per hæc tria reguntur omnia. Potentia creat, sapientia gubernat, benignitas conseruat. Quæ tamen tria sicut in Deo ineffabiliter vnum sunt, ita in operatione separari non possunt. Potentia per benignitatem sapienter creat. Sapientia per potentiam benignè gubernat. Benignitas per sapientiam potenter conseruat. Potentiam manifestat creaturarum immensitas, Sapientiam decor, K Bonitatem vtilitas. Immensitas creaturarum constat in multitudine, & magnitudine. Multitudo in similibus, in diuersis, in permixtis. Magnitudo est in mole, & spatio. Moles est in massa, & pondere. Spatium est in longo & lato, profundo & alto. Decor creaturarum est in situ & motu, in specie, & qualitate. Situs est in compositione, & ordine. Ordo est in loco, & tempore, & proprietate. Motus est quadripertitus, Localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est antorsum, & retrorsum, dextrorsum, & sinistrorsum, sursum & deorsum, & circum. Naturalis est in incremento, & decremento. Animalis est in sensibus, & appetitibus. Rationalis est in factis, & consilijs. Species est forma visibilis, quæ oculo discernitur, sicut colores, & figuræ corporum. Qualitas est proprietas interior, quæ cæteris sensibus percipitur, vt melos in sono auditu aurium, dulcor in sapore gustu faucium, fragrantia in odore olfactu narium, lęuitas in corpore, tactu manuum. Vtilitas creaturarum constat in grato, & apto, & commodo, & necessario. Gratum est quod placet, aptum quod conuenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo quid esse non potest.

Inuisibilia Dei. Immensitas creaturarum. Magnitudo. Decor. Vtilitas.

¶ *De scriptura diuina triplici modo tractandi.* Cap. III.

L TRactat de materia sua triplici modo diuina scriptura, secundum historiam, secundum allegoriam, & secundum tropologiam. Historia est rerum gestarum narratio, quæ in prima significatione literæ continetur. Allegoria est cum per id, quod factum dicitur, aliud factum siue in præterito, siue in præsenti, siue in futuro significatur. Tropologia est cum per id, quod factum legimus, quid nobis sit faciendum agnoscimus, & in hoc valde excellentior est diuina scriptura scriptura sęculari, quòd in ea non solum voces, sed & res significatiuæ sunt. M Sicut igitur in eo sensu, qui est inter voces & res necessaria est cognitio vocum, sic in eo sensu, qui inter res & facta vel facienda mystica versatur necessaria est cognitio rerum. Cognitio vocum in duobus cōsistit in pronunciatione & significatione. Ad solam pronunciationem pertinet Grammatica, ad solam significationem pertinet Dialectica. Ad pronunciationem simul & cognitionem pertinet Rhetorica. Cognitio rerum est in forma, & natura. Forma est in exteriori dispositione. Natura in interiori qualitate. Omnis autem dispositio vel in numero est, ad quam pertinet Arithmetica, vel in proportione, ad quam pertinet musica, vel in situ, ad quem pertinet Geometria, vel in motu, ad quem pertinet Astronomia. Ad interiorem qualitatem physica spectat.

Historia. Allegoria. Tropologia. Cognitio vocum. Cognitio rerum.

¶ *Quod scriptura mundana subseruiat diuinæ.* Cap. IIII.

OMnes itaque artes subseruiunt diuinæ sapientiæ, & inferior scientia rectè ordinata ad superiorem conducit. N Sub eo igitur sensu, qui inter voces & res versatur, continetur historia, & ei subseruiunt tres scientiæ, dialectica, rhetorica, grammatica. Et sub eo sensu, qui inter res & facta mystica versatur, continetur allegoria. Et sub illo, qui est inter res & facienda mystica, continetur tropologia. Et his duabus subseruiūt Arithmetica, Musica, Geometria, Astronomia, & Physica.

Historia. Allegoria Tropologia.

¶ *De significatione vocum, & rerum.* Cap. V.

VOces non plus quàm duas aut tres habent significationes. O Res autem tot possunt habere significationes, quot habent proprietates. Hę autem res primæ, res secundas significantes sex circunstantijs discretæ cōsiderantur, quę sunt hæ, res, persona, numerus, locus, tempus, gestum. Res autē hic intelligitur in materia quacunque, vel substantia inanimata cœlestium, siue terrestrium constituta, vt sunt lapides, ligna. Res duobus modis significat, natura & forma. Natura vt nix, quia frigida est, extinctionem designat libidinis. Forma, quia candida est, munditiam designat boni operis. Persona significat, vt Isaac significat Deum patrem, Iacob Gētilium populum. P Numeri significāt nouem modis in diuino eloquio. Secundum ordinem positionis, vt vnitas, quia prima est in numeris, rerum omniū principium significat. Binarius, quia secundus est, & primus ab vnitate recedit, peccatum significat, quo a primo bono deuiatum est. Secundum qualitatem dispositionis, vt idem binarius, qui sectionem recipit, & in duo diuidi potest, corruptibilia & transitoria significat. Ternarius vero, quia vnitate media interueniente sectionem non recipit, ut in duo æqua diuidatur, incorruptibilia significat. Secundum modum porrectionis, vt septenarius ultra senarium requiem post operationem. Secundum formam dispositionis, vt denarius, quia in longum tenditur, rectitudinem fidei significat. Centenarius, quia in latum expanditur, amplitudinem charitatis. Millenarius, quia in altum leuatur, altitudinem spei. Secundum computationem, vt denarius per fectionē, quia in eo porrectio computationis finem facit. Secundum multiplicationem, vt duodenarius vniuersitatem significat,

Res. Persona. Numerus.

quia

quia ex ternario & quaternario inuicem multiplicatis perficitur, quoniam quaternarius corporalium, ternarius spiritualiũ forma est. Secundũ partũ aggregationẽ, vt senarius forma est perfectionis, ppea q eius ternarius, binarius, & vnitas, aggregatę simul totũ complent, & hec vltra exuberãt, nec infra subsistunt. Secũdum multitudinẽ, vt binarius pp duas vnitates charitatem Dei, & proximi significat, ternarius pp tres Trinitatem. Secũdum exaggregationẽ,
C
Leui.26. quale est illud in Leu. Addam correptiones vestras septuplum pp peccata vestra. Vbi nihil aliud, q̃ mul
Q tiplicitas signatur pœnæ expressa per septenarium,
Loca. Loca significant, vt Ierichus significat defectionem mundanam, stabulum, ecclesiam, Hierusalẽ vitam
Tempus. æternam. Tempus significat, vt quod legũtur facta
Ioan. 10. encęnia Hierosolymis, & hyems erat. Hyems in hoc loco frigidam infidelitatem designat Iudæorũ. Ge-
Gestum. stum significat, vt venit Iesus in Bethaniã, & suscitauit
Ioan.11. Lazarum; Bethania dicitur domus obedientiæ; & ad obedientem venit Christus, vt resuscitet Lazarum, idest animam mortuam in peccatis.

Quare scriptura primum ponat opera conditionis. Cap. VI.

R
SIcut supradictum est, scriptura secularis materiam habet opus conditionis. Sacra vero scriptura materiam habet opus restaurationis. Primum factum est, vt stanti homini subesset. Secũdũ factum est, vt lapsum erigeret. Et sacra quidem scriptura, vt ad materiam suam tractandam competentius accedat, primum opus conditionis commemorat. Sicut nãque spiritus humanus pp Deum, & sicut corpus pp spiritum, ita factus est mundus pp corpus, vt mundus seruiret corpori, corpus spiritui, spiritus creatori. Nec posset eloquium sacrum reparationem hominis sine lapsu, nec eius lapsum, sine eius creatione, nec eius creationem, sine totius mundi conditione declarare, & ideo voluit prius opus conditionis commemorare.

De creatione mundi, & operibus sex dierum. Cap. VII.

S
Gene.1. DE creatione mundi sic refert scriptura, dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram. Cœlum vocat tria elementa, ignem, aerem, aquam, quæ erant in una confusione permixta, siue in vna permixtione confusa, circa quartũ, quod est terra, fluctuantia, quæ terra in medio, & in vno trium suo pondere librata subsidebat. Deinde vocat scriptura sacra tria elementa, quæ simul erant permixta, aquas, tenebras. Deinde aquas, vbi dicit, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Tenebras, vbi ait: Tenebræ erant super faciem abyssi. Cęlum propter suspensionem. Aquas propter mobilitatẽ,
T & fluctuationem. Tenebras propter confusionem.
Abyssus. Abyssus est concauitas terræ, quæ receptaculum inferiorum futura erat aquarum. In principio itaque creata sunt cœlum, & terra, idest quatuor simpla elementa omnium faciendorum materia, deinde subinfert scriptura. Dixit autem Deus: Fiat lux, & fa- V
cta est lux. Lux illa primaria eo in loco creditur facta, quo Sol modo quotidie oritur, & per eandem viam, per quam Sol, creditur gyrasse, ac sic vespere & mane peregisse, & hoc fuisse opus primæ diei. Gene. 1. A
Secunda die firmamentum factum est in medio, id est in medio confusionis illius trium elementorum, quæ in principio cœlum, deinde aqua, deinde tenebræ vocata dignoscitur: & hic in opere secundæ diei aquarum vocabulo nominatur: Factum est autem firmamentum in medio aquarum, ita vt partem earum concluderet intra, & haberet sub se, partem vero excluderet a se, & haberet supra se. In massa enim vniuersitatis id, quod est intimum, est infimum, quod est extremum, est supremum. Verbi gratia. Terra in rebus corporalibus omnium est intimum, & ipsa est omnium infimum. Aquæ, quæ supra firmamentum sunt, sunt extrema, & ipsę omnium sunt suprema. In rebus vero medijs quæcunque sunt interiora, ipsa sunt inferiora, & quæcunque sunt exteriora, ipsa sunt superiora. Firmamentum vero ex stellis sibi infixis esse volubile comprobatur, sed de qua materia factum sit, ignoratur.
Tertia die iussu diuino moles aquarum, quæ spatiũ illud, quod inter cœlum, & terram est, occupatum tenebat, deorsum versa in abyssum descendit, & sic aer in medio purus, & serenus permansit. Deinde iussit Deus, vt terra herbas, & arbores secundũ species suas germinaret, & germinauit. Quarta die fecit luminaria, quæ in firmamento probantur esse fixa; exceptis septem planetis, quorum ista sunt nomina, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iuppiter, Saturnus. Quinta die fecit de aqua pisces, & aues, sed pisces in aqua dimisit, auibus vero in aere mansionem habere constituit. Sexta die fecit bestias in terra. Mundo igitur creato, disposito, ornato, & eo, quod esset humano corpori necessarium, commodum, gratum parato, fecit Deus hominem possessorem omnium, dominum vniuersorum, qui quanuis tempore posterior, causa tamen prior, dignitate superior muenitur. Fecit autem Deus corpus humanum de limo rubræ terræ, & inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animã viuentem. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio. Paradisus locus est in Orientis partibus, quò nunquam propter magnam aeris temperiem frigus, vel æstus attingit, sed perpetuus Maius, vernalisque iucunditas, atque serenitas perseuerat. In quo erat lignum uitæ, de quo quãdin homo comederet, nunquam infirmaretur, nũquam senesceret, sed peracta obedientia, sicut modo per mortem, ita tunc sine morte ad consortium angelorũ transferretur. In quo erat ẽt lignũ scientiæ boni & mali, per quod homo debuit experiri bonũ si de eo nõ comederet, malum si comederet. In hoc itaq; loco posuit Deus hoiem, quẽ fecerat, lignum scientiæ boni, & mali illi tantummodo interdicẽs: deinde cunctis animantibus ad Adam adductis, & oibus ab eo nominibus impositis, fecit Deus Euã, Planeta. X Y Paradisi speries. Z

quam dedit uiro, de quo facta erat, sociã: viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et requieuit die septimo ab omni opere, quod patrarat.

¶ *De quatuor operibus Dei. Cap. VIII.*

A SEd quid est, quod hic dicitur Deus ab omni opere requieuisse, cum Christus in euangelio dicat: Pater meus vsque
Ioan. 5. modo operatur, & ego operor? Sciendum est itaque, quod operatio Dei quadrifariam discernitur. Primum opus Dei est opus conditionis. Secundum opus dispositionis. Tertium opus propagationis. Quartum opus gubernationis. Primum fecit Deus ante omnem diem: secundum in sex diebus, & ab hoc in septimo die requieuit; tertium a principio vsque ad finem seculi facit: quartum vero in æternũ facere non cessabit. Taliter accedit sacra scriptura per opus conditionis ad materiam suam idest ad opus restaurationis, de qua materia tripliciter tractat sicut supradictum est, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum tropologiam. Sed prius quam narrationem historicam ingrediamur, oportet vt de situ terrarum nonnulla dicamus. Primum nanque summam historiæ non solum diuinæ, sed & mundanæ perstringere proponimus, ac deinceps mysteria allegoriæ, & tropologiæ pro posse nostro declarabimus.

¶ *De duobus testamentis. Cap. IX.*

B OMnis diuina scriptura in duobus testamentis continetur, veteri videlicet & nouo. Vtrumque testamentum tribus ordinibus distinguunt. Vetus testamentum continet legem, & prophetas, & agiographos. Nouum autem euangelia, Apostolos, patres. Primus ordo veteris testamenti id est, lex, quam Hebræi Torath nominant, pentateuchũ, idest quinque libros Moysi continet hoc ordine. Primus est Bresith, id est Genesis: secundus Hellesmot, idest, Exodus, tertius Vagethra, qui est Leuiticus, quartus Vagedaber, qui est Numeri, quintus Adabarim, qui est Deuteronomion. Secundus ordo est prophetarum: hic continet octo volumina. Primum Iosue Hennum, idest filium Num, qui & Iosue, & Iesus Naue, & Iesus nuncupatur: secundum Soptim, qui est liber Iudicum: tertium Samuel, qui est primus & secũdus Regum: quartum Malachim, qui est tertius & quartus Regum: quintum Esaiam: sextum Hieremiam: septimum Ezechielem: octauũ Thareastra, qui est liber duodecim Prophetarum. Tertius ordo est agiographorum, hic continet nouem libros. Primus est Iob: secundus Psalterium. tertius M flot, qui græce Parabolę, latine prouerbia sonat: quartus Celeth, qui est Ecclesiastes: quintus Sira sirim, idest Cantica canticorum: sextus Daniel: septimus Dabreniamio, qui est Paralipomenon:
C octauus Esdras: nonus Esther. Omnes vero numero viginti quatuor. Sunt præterea & alij libri, vt Sapientia Salomonis, liber Iesu filij Sirach, & liber Iudith, & Tobias: liber Machabæorum, qui leguntur quidem, sed non scribuntur in Canone. His libris viginti duobus veteris testamenti octo adduntur noui. In primo ordine noui testamenti sunt quatuor euangelia, quæ scripserunt Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo similiter quatuor, actus Apostolorum, epistolæ Pauli numero quatuordecim sub vno volumine, Canonicæ epistolæ, Apocalypsis. D In tertio ordine primum locum obtinent Decreta, quæ Canones appellamus: deinde sanctorum patrum scripta, idest Hieronymi, Augustini, Gregorij, & aliorum, quæ infinita sunt. Hæc tamen scripta patrum in textu diuinarum scripturarum non computantur, quemadmodum in veteri testamento (vt diximus) quidam libri sunt, qui non scribuntur in canone, & tamen leguntur, vt Sapientia Salomonis, & cęteri dicti. Textus ergo diuinarum scripturarũ quasi totum corpus, principaliter triginta libris cõtinetur: horum viginti duo (sicut supradiximus) in veteri testamento, & octo continentur in nouo.

¶ *Vnde dicatur testamentum. Cap. X.*

TEstamentum dicitur sacra scriptura, humana consuetudine dante occasionem, E Antiquitus enim qui carebant liberis, adoptabant liberos, & cum constituebant illos hæredes, testes vocabant, & scribebant chirographum, non tamen irratum, quin posset mutari viuente testatore: similiter Deus vnum filium habens ex natura, multos voluit adoptare ex gratia, & primitus vnum elegit Abraham, Gene. 12. cui præcepit exire de cognatione sua, & promisit ei terrã Palęstinã. Post hæc eductis filijs Israel de Aegypto eandem repromisit, & ne dubitarent fecit testamentum in certitudinem promissæ hæreditatis, scilicet legem, quæ per Moysem data est. Sed F quia Deus non poterat mori, & testamentum morte testatoris confirmandum erat, interfectus est pro eo agnus mysticus, cuius sanguine respersus est liber, & totus populus in confirmationem promissæ hæreditatis. Eodem modo Dominus Iesus Christus vocans ad æternam hæreditatem non vnum hominem, sed omnes gentes, fecit testamentum, scilicet euangelium. In cuius confirmationem non agnus ille antiqu[us] occidit, sed ipse (quia homo erat, & mori poterat) mortem subijt. Et sicut Deus ad vetus testamentum dandum vocauit testes, Aaron scilicet, & Mariam sororem eius, & Vr: ita Christus, quia maiora promisit plures vocauit testes videlicet Apostolos, & Martyres. Vetus dicitur testamentum primum, quia prius datum est, vel quia de rebus veterascentibus institutum est. Nouum dicitur, quia de immutabilibus, & semper nouis loquitur.

Finis Libri Secundi.

TERTIVS LIBER

tractat de situ terrarum octo continens Capitula. Cũ Annotationibus. Dom. Tho. Garzony eiusdẽ ordinis Theologi.

¶ *De tribus partibus Mundi.* *Cap. I.*

TRES sunt partes Mundi, Asia, Europa, Africa, quarum Asia illam medietatem terræ, quæ est ad orientem, tenet. Aliæ duæ illam, quæ est ad occidentem: & mari magno ab inuicem diuiduntur.

Annotatiunculæ Domini Thomæ Garzonij eiusdem Ordinis Theologhi, in Librum Tertium.

ANNOTATIO.

Ex Iasone Denores.

His tribus mundi partibus addunt Moderni tres alias partes. Americam. s. Indiarum occidentalium, Antiquis incognitam: Grutlandiam septentrionalissimam recenter detectam, sed adhuc non bene cognitam: & sextam partem Australissimam detectam, sed incognitam, ac in nominatam.

¶ *De Asia, & partibus eius.* *Cap. II.*

H

Asia.

HAbet Asia prouincias multas & regiones, quarum nomina, & situs breuiter expediam sumpto initio a paradiso. Paradisus est locus in orientis partibus omni genere ligni, & pomiferarum arborum consitus. Habet lignum vitæ, non ibi frigus est, non æstus, sed perpetua aeris temperies. Habet fontem, qui in quatuor flumina diuiditur. Paradisus græce, hebraice dicitur Eden; quod vtrunque iunctum in nostra lingua dicitur hortus deliciarum. India Asiæ regio est inter Oceanum & Indum fluuium, & ab Indo fluuio nomen trahit. Habet gentes multas, & oppida, insulam Taprobanam gemmis & elephantibus refertam, Chrysam & Argyram auro & argento fœcundas. Bis metit in anno, gignit tincti coloris homines, & elephantos ingentes, & Rhinoceronta bestiam, Psittacum auẽ, hebenum lignum, cinnamomum, piper, & calamũ aromaticum. Mittit ebur, berillos, chrysoprasos, adamentes, lignetes, carbunculos, margaritas, vniones, quibus nobilium fœminarum ardet ambitio. Habet & montes aureos, quos adiri propter dracones, & Tygres, & griphes; & immensorum hominum genera sane quàm difficile est. Inter Indum & Tigrim fluuium sunt Aracusia, Parthia, Assyria, Media, Persis. Aracusia ab oppido suo nomen accepit. Parthiam Parthi è Scythia egressi occupauerunt, eã que de suo nomine Parthiam vocauerunt. Assyria ab Assur filio Sem est vocata, qui illam post diluuium primus incoluit. In hac inuentus est vsus purpuræ. Inde odores crinium, & corporum vnguenta venerunt. Media & Persis a Medo & Perseo regibus sunt nominatæ. In Media arbor inuenitur, quã alia regio non habet. Persæ ignem colunt, & pyromantiam dicuntur inuenisse. Inter Tigrim & Euphratem fluuios sunt Mesopotamia, Chaldæa, Arabia. Mesopotamia græca etymologia dicitur, quòd duobus fluuijs ambiatur, Tigri & Euphrate. Arabia appellatur, id est sacra, eo quòd in ea sit regio thurifera. Hæc dicta est Saba a Saba filio Chus. Inuenitur in ea arbor thus, myrrha, cinnamomum, phœnix auis, sardonyx gemma. Inter Euphratem & mare mediterraneum sunt Syria, Phœnicia, & Palestina, quæ continet Iudæam, & Samariam, & Galilæam. Syriam Syrus quidam nomine a suo fertur vocabulo nuncupasse. Inuenitur in ea lapis Syrius, qui integer fluctuare dicitur, comminutus mergi. Phœnicię Phœnix, qui in ea regnauit, nomen dedit. In ea est Tyrus. Palęstina à Philistijm sua metropoli nominatur: Iudæa a Iuda. Hæc est Chanaan dicta à Chanaan filio Cam. In medio Iudæę est Hierusalem, quæ est vmbilicus totius terræ, uariarum opum diues, frugibus fertilis, aquis illustris, opima balsamis. Samaria ab oppido, quod Samaria dictum est nomen habet. Galilæa dicta est, quòd candidos homines gignat, terra frugibus satis fœcunda. In latere Asiæ ad Aquilonem ab Oceano orientali occidentem uersus porrigitur Scythia, hæc vndique montibus clauditur, in eius extremitate ad orientem sunt Seres. Inuenitur in ea Smaragdus optimus, & cristallus purissimus. Sub Scythia a mari Caspio vsque ad Euxinum, vel Hellespontum, & fluuiũ Tanaim sunt Amazonia, Albania, Hircania Bactria, Hiberia, Armenia, Cappadocia, Cholcos, Asia minor, Cilicia. Amazonia dicta est eo, quòd in ea fœminæ regnant, quæ ne impediantur a sagittando puellis suis dextram mamillam adimunt. Albania ab albedine populi. Huius terræ canes ingentes tantę feritatis sunt, ut tauros premant, Leones perimant. Hircania ab Hircania sylua copiosa feris, & gregibus, Pantheris, & Pardis. Bactriæ Bactrius amnis nomen dedit. Hæc habet camelos pedes nunquam atterentes. Armenia ab Armeno quodam nomen trahit. In eius montibus post diluuium arca quieuit. Cappadociam urbs proprie nominauit, terra ante alias nutrix equorum. Asia minor habet prouincias Bithiniam, Phrygiam, Galatiam, Lydiam, Cariam, Pamphiliam, Isauriam, & Lyciam. Cilicia a Cilice quodam nomen habens, habet metropolim Tarsum. In latere australi Asiæ porrigitur mare rubrũ, ab Oceano orientali occidentem uersus vsque ad confinia Arabiæ, & Palestinæ. Inter mare rubrum & Oceanum australem ad oriẽtem supra est Aethiopia superior, quæ ab occidente montibus æthiopicis per transuersum clauditur. Sub Aethiopia sunt

Aegy-

Paradisus. India. Taprobana. Chrysa. Argyra. Rhinoceron. I Lapilli indici. Montes. Regiones

Aracusia. Parthia. K Assyria. Purpuræ inuentio. Media. Persis. Medica arbor. Mesopotamia. L Arabia id est, sacra etiam Solino. Syria, Phœnicia, Palestina. Syrius la. M Phœnicia. Tyrus. Palestina. Iudæa. Chanaan. Hierusalẽ Samaria. Galilæa. N Scythia. Seres. Lapilli. O Amazonia. Albania. Canes albani. Hircania, Bactria. P Armenia. Cappadocia. Asia minor. Cilicia: Tarsus. Mare rubrum. Q Aethiopia superior.

Aegyptus duplex. Libya.

Aegyptus superior deserta Aegypti, Aegyptus inferior, Libya Aegyptus est regio imbribus insueta, habet Crocodilum bestiam, & Ibim, ac pelicanum aues.

ANNOTATIO.

Ex eodem

Distinguitur Asia in duas partes principales, una ex quibus respiciens septentrionem uersus, respondet Europæ; Altera respiciens Austrum, respondet Africæ. Prima rursus in tres alias diuiditur partes. Vna est à flumine Tanai, & à palude Meotide usq; ad flumen Rha, & usque ad mare Hircanum. secunda à ponto Euxino vsque ad extremam partẽ Hircani freti Tertia à flumine Rha & ab extremitatibus maris Hircani, quod est uersus oriens, usque ad ultimos fines Asiæ, quę est à statuta linea. Septentrionem uersus. Altera pars principalis, Asiæ subdiuiditur in tres alias partes. Prima, est à Licia, & à mare Rubro usque ad sinum persicum secunda est à sinu persico usque ad flumen Indum. Tertia est à flomine Indo, vsque ad extremum finem Asię, qui est trans lineã Montis Tauri, uersus Austrũ. Quot autem prouinciæ in omnibus his contineantur, explicat prædictus Auctor, in suo De Mundo tractatu.

¶ *De Africa, & partibus eius.* *Caput. III.*

R Africæ regiones.

AFricæ regiones ab oriente ad occidentem porriguntur sic. Aethiopes, Nadaberes, Garamantes, Libya cyrenensis, Tripolitana, Futhensis, Zeugis, Getulia, Numidia, Tingitania, Mauritania. Syrtes *(Syrtes.)* asit a mari mediterraneo exeuntes vsq; ad Oceanũ Atlanticũ in obliquũ ductũ porrectę diuidũt Zeugin, Numidiã, & Mauritaniam a desertis Africæ, vltra quæ sunt Aethiopes. Nadaberes a Nadaber loco vocantur. *(Nadaberes.)* Garamantes quoque a Garamo oppido nominantur. *(Garamantes.)* Lybia Cyrenẽsis à Cyrene ciuitate dicta est. *(Libya cyrenensis.)* Tripolitana a tribus ciuitatibus suis. *(Tripolitana.)* Futhensis autem a Futh putatur cognominata. Porro in Zeugi est Carthago. *(Zeugis.)* Getulia (vt fertur) piscatores non habet. *(Getulia.)* Numidia ab incolis p pascua vagantibus nomen trahit. Nam lingua eorum Numidæ incertæ sedes uocantur. Tingitania a Tingi metropoli nomẽ habet. *(Tingitania.)* Mauritania a mauro, quod est nigrum, nominatur. *(Mauritania.)*

ANNOTATIO.

Ex Eodem

Africa partitur à Monte Atlantis, qui pariter discurrit ab occasu in ortu continua quadam serie usque ad Aegyptum, in duas partes potissimas. Prima, quæ respicit septẽtrionem uersus, e regione Europæ posita, usque ad mare Mediterraneum extenditur. Altera extenditur usque ad oceanum Australissimum; sed restringit se tum ab ocasu, tum ab ortu ita, ut quasi angulum componat in extrema sui parte Austrum versus, vbi promontorium, quod vulgo dicitur Caput bonæ spei, situm est. Prouincias in vtraque parte contentas ex eodem Auctore cernere licet.

¶ *De Europa, & partibus eius.* *Cap. IIII.*

S Europę regiones, & gentes.

HAe sunt regiones Europæ, & gentes, a fluuio Tanai secus littus Oceani ad occidentem porrectæ. Scythæ inferiores. Daci, Gothi, Alani, Gepidæ. Rugi, Bulgari, Vnni, vel Hungari, Nores, Sclaui, Germania, Alemania, Gallia, Aquitania, Hispania, Germania, dicta est propter fœcunditatem gignendorum populorum. *(Germania.)* Gignit etiam aues Hercinias, quarum pennæ nocte lucent, Bisontes feras, crystallum lapidem. *(Bisontes.)* Alemania gleba vberi, ad usum animalium est apta. *(Alemania)* Gallia a candore populi nuncupata est. *(Gallia.)* Hãc ab oriente iuga alpium tuẽtur, ab occidente Oceanus includit. A meridie prærupta montis habet pyrenei. A septentrione Rheni fluenta, atque Germaniã. Aquitania ab obliquis aquis Ligeris nomen habet. *(Aquitania.)* Hispania, ab Hibero flumine prius Hiberia, deinde ab Hispalo rege Hispania dicta est, terra omnium frugum generibus ditissima, Gemmarum; Metallorumque copiis plena. *(Hispania.)* Inter Danubium & mare Mediterraneum sub Euxino & Hellesponto sunt Mesia, Histria, Macedonia, & sub Macedonia ab Aquilone ad Austrũ, Arcadia, Hellada, Thessalia, Achaia. *(T Sinus Euxinus.)* Messia dicitur a messium prouẽtu. *(Messia, uel Mesia)* Histria ab histro idest Danubio. *(Histria.)* Thraciæ Thyras filius Iaphet nomen dedisse perhibetur. *(Thracia.)* Macedonia a Macedone dicta est, patria Alexandri Magni. *(Macedonia.)* Archadia olim Siciona uocabatur, habet Albeston lapidem, qui semel accensus nunq extinguit, hẽt & candidas merulas. *(Archadia Albestos.)* Hellada ab Hellene rege dicta est, In ipsa fuerũt Athenę ciuitas, philosophorum nutrix. *(Hellas. Athenæ.)* Thessalia a Thessalo rege dicta est. In hac inuentus est vsus domandorum equorum. *(Thessalia.)* Achaia ab Acheo dicta est rege. *(Achaia.)* Huius metropolis Corinthus. *(Corinth'.)* Post transmisso sinu Dalmatico inter alpes & mare Mediterraneũ, sunt Campania Apulia, Tuscia, Calabria, Lyguria, Italia quæ & Latium, Vmbria. *(Dalmaticus sinus.)* Porrò Italia ab Italo rege vocata est, terra omnibus in rebus pulcherrima, soli fertilitate seu vbertate gratissima, gignit gemmas, sertitem, ligurium, corallium, boam serpentem, Lyncem feram, Diomedias aues. *(Italia.)* Inter alpes coccias & montem Apenninum est Longobardia, Valeria. *(Alpes cocciæ. Apennin', uel Apenninus)* Inter Thyrrenum sinum & montes Pyrenęos est Prouincia. *(Tyrrhes' sinus. Prouincia)*

ANNOTATIO.

Ex eodem

Europa commode diuidi potest per Adriaticum Mare; per Alpes, per Montem Adulam, & per flumen Rheni, in duas potissimas partes. Illa, quę ab his finibus ad insulas Fortunatas tendit, occidentalis dicetur pars. Altera, quæ ab his terminis respicit flumen Tanai, paludem Meotidem, pontum Euxinum, & Mare Aegeum, orientalis pars dicetur. Quomodo autem hæ partes in alteras rursus diuidantur, ex prædicto habes auctore, qui in terræ Diuisione secutum se profitetur strabonem, Ptolomei Tabulas, & Iacobi Castaldi Pedemontani Mappamundum.

¶ *De montibus in toto orbe insignibus.* *Cap. V.*

V Montes. Indiæ. Scythiæ. Armenię. Ciliciæ. Boreæ. Phęnicię.

SVpra Oceanum Indicum in parte Australi est Calidargamera, ad Aquilonem Samara. In Scythia Imaus, Caucasus, Parapamsades, Taurus, Oscabares, Parcan, Memarmoli, Ariobarzanes, Acroceraunus, Caucasus. In Armenia Parcoatras. In Cilicia Taurus. In Borea Riphei montes. In phœnicia. Libanus. In Arabia Nyseus. In deserto Arabiæ mons Phasga, mons Scorpion, mons Sina, mons Hor, mons Abarim.

Arabiæ. Idumeæ. Indeæ. Thessaliæ Phocidis. Macedoniæ. Siciliæ.

rim. In Idumæa mons Seur. In Iudæa mons Hermon, Carmelus, Gelboe. In Thessalia Olympus, Pindus, Ossa. In Phocide Parnassus. In Macedonia Athos. In Sicilia Æthna. In Italia Appenninus, & Alpes. Inter Galliam & Italiam, Licabantus. Inter Aquitaniam & Hispaniam Pyreneus. In Hispania Solurius, Calpe. In Africa Atlas.

ANNOTATIO.

Montes Armeniæ, ubi arca Noe requieuit, ex sacra Genesi aluffiou esse deducuntur.

¶ *De fluminibus in toto orbe insignibus.* *Cap. VI.*

X Fluuij Indiæ.

Ganges fluuius insignis est in India. Indus ab occidente eius. In Parthiæ Tigris. Bactrus in Bactria. Tigris item inter Assyriam & Mesopotamiam. Euphrates inter Mesopotamiam & Syriam. Nilus in Aegypto. Iordanis in Iudæa. Cygnus in Cilicia, Araxes in Armenia. Timaus in inferiori Scythia. Pactolus, & Hermus, & Meander in minori Asia. Hebrus in Thracia. & Eurotas in Thessalia. Inacus in Achaia. Padus, & Tyberis in Italia. Danubius, & Rhenus in Germania. Rhodanus, Arar, Mosa, Sequana, Ligeris in Gallia. Hiberus in Hispania, Mineus in Gallicia, Tagus, & Bagrada in Carthagine.

ANNOTATIO.

Io. Thomas Frigius.

Flumina totius terrarum orbis copiosius (licet summarie) enumerata habes apud Io. Thomam Frigium, libro Hydrographiæ ipsius.

¶ *De insulis mundi.* *Cap. VII.*

Y Insulæ.

IN Oceano orientali ab Austro ad Aquilonem sunt Taprobanæ, Tyle, Argyria, Chrysa. In Oceano septentrionali ab oriente in occidentem insula Phanesiorum, Albania, Hyperborea, Apolitana, Gangania, Glossaria, Normannia, Orcades, Tyle, Scotia, Britannia, Hybernia. In Oceano occidentali Fortunatæ Hesperidum Gorgades. In Oceano Australi Gauleum, Ichthyophagorum, Adamus, Conens, Malicus. In eo mari, quod diuidit Europam, & Africam ab occidente in orientem, sunt Gades, Baleares, Storchades, Sardinia, Corsica, Sicilia, Cephalenia. In mari magno sunt Cyclades, Rhodos, Tenedos, Carpathos, Cythera, deinde Cyprus, Sydon, Creta. In mari Syrico est Pathmos.

ANNOTATIO.

Plinius. Petrus Appianus.

Insula Diomede a nunc Canonicorum Regularium Lateranensis celebratur à plinio lib. 10. Cap. 44. propter aues Diomedis apud Poetas celebres. Sed, qui insularum omnium cognitionem absolutam requirit, Volumen vulgo insularium dictum legere non Tædeat. Insuper & Petri Appiani insularum mundi Catalogum.

¶ *De ciuitatibus, & vrbibus insignibus.* *Cap. VIII.*

Z Ciuitates, & urbes. Babylon. Niniue. Nysa. Media.

BAbylō est in Chaldæa. Niniue in Assyria. Nysa in India. Media in Media. Persepolis, & Susa in Perside. Ctesiphō in Parthia. In Mesopotamia Carra, Edesse, Calamię, hęc est Seleucia, Philadelphia. In Scythia Hortogoria, Samarcā, Arapti, Alexādria, Scythopolis, vic° Saphiri. In Syria Antiochia, Damascus, Seleucia. In Phœnicia Tyrus, & Sidō. In Cilicia Tarsus. In Asia minori Nicomedia, Nicea, Chalcidonia, Sardis, Iliū, Ephesus, Pergamus, Tiatire. In Samaria Bethaniæ, Samaria, Cæsaria. In Galilæa Nazareth, Chorozaim, Bethsaida, Tyberias, Chana, Capharnam, Naim. In Iudæa Hierusalem, Bethleem, Iericus, & Hebron. In Thracia, Constantinopolis, Panisus, Nicopolis. In Macedonia Philippi. In Aegypto Thebe, Taphnes, Memphis, Heliopolis, Pelusium, Alexandria. In Libya Cirenensi Cyrene, Parthemium, Beronice, Appollonia, Ptolemais, Adrimetum. In Italia Roma, Alba, Capua, Beneuentum, Sipōtus, Neapolis, Tybur, Ostia, Luna Ianua Ancona. In Lomgobardia Mediolanum, Ticinum, seu Papia, Brixia, Verona, Vicentia Patauium, Bononia, Rauenna, Mantua, Cremona. In Valeria Aquileia. In Calabria Tarentum. Istæ sunt ciuitates transalpinę Colonia, Maguntiacus, Salzchurgus † Radisbona, Herbipolis, Argentina, Basilea, Treueri, Senones, Parrhisius, Lugdunum, Rothomagus, Remi, Arelas, Vienna, Parentasia, Ebredunum, Bituri, Turoni, Burdegala, Tolosa, Narbona. In Hispania sunt Pampilonia, Osca, Barzinona, Tarracona, Tortosa, Carthago, Hippus, Megala, Cęsarea, Leptis Bisantium Cliphea. Duodecim Alexandriæ, Alexandria Bucephala, Alexandria montuosa, Alex. apud Porum, Alexandria in Scythia, Alex. apud Babylonem, Alex. in Aegypto, Alex. apud Masagetas. Alexan. apud Orgalas. Alex. apud Granicum. Alex. apud Troadam. Alex. iuxta Tigrim. Alex. apud Xāthum. His igitur de situ terrarum breuiter expeditis, ad sequentia transeamus.

† Ratispona.

Duodecim Alexandrię.

ANNOTATIO.

Multæ vrbes hodie insignes reticentur, vt Venetiæ, Pisæ, Senæ, Florentia, Ferraria, Perusium, & quamplures alię, quia partim neutiquam enumerare voluit, partim aliquas tantum, & non omnes, licet antiquas, in Catalogum redigere voluit. Eodem stilo vsus est recentius Gerama Frigus, in suo vrbium Catalogo.

Gemma Frigius.

FINIS LIB. III.

QVARTVS LIBER *tractat de historia ab Adam vsque ad Christum continens hæc tredecim Capita.*

¶ *Per qua sequens currat narratio.* *Cap. I.*

A
Statuũ duo.
Tempora tria.
Aetates sex.
Successiones quatuor.

SAnè sciendum est, quòd tota ista series & porrectio temporis diuidenda est in duos status, veterem & nouum: & tria tempora, naturalis legis, & scriptę, & gratiæ: & sex ætates, quarum prima est ab Adam vsqoe ad Noe. Secunda a Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. Quarta a Dauid vsqoe ad transmigrationem Babylonis. Quinta a transmigratione Babylonis vsque ad aduentum Christi. Sexta ab aduentu Christi vsque ad finem mundi. Item quinqoe præcedentes ætates ab Adam vsque ad Christum per quatuor successiones dioiduntur. Prima successio Patriarcharum fuit ab Adam vsque ad Moysen, secunda Iodicom a Moyse vsque ad Dauid, tertia Regum a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis: quarta Sacerdotum a transmigratione Babylonis vsque ad Christum. Igitur per istarum quatuor snccessionum viros eximios ab Adam vsque ad Christum sermonem extendo, deinde ab aduentu Christi vsque ad tempora nostra, primum per imperatores Romanorum, deinde per reges Francorum narrationem deduco.

¶ *Patriarchæ sunt hi.* *Cap. II.*

B

ADam, Seth, Enos, Caioam, Malaleel, Iared, Enoch, Mathusalam, Lamech, Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Reu, Satug, Nachor, Thare, Abraham, Isaac, Iacob, Leui, Caath, Amram.

¶ *Iudices qui fuerunt.* *Cap. III.*

C
†Labdon.

MOyses, Iosue, Othoniel, Aoth, Debora, Gedeon, Abimelech. Thola, Iair, Iephte, Abessam, † Ahialon, Abdon, Samson, Heli, Samuel.

¶ *Reges qui.* *Cap. IIII.*

D

SAul, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat, Ioran, Azarias, Athalia, Ioas, Amasia, Ozias, Ioathas, Achas, Ezechias, Manasses, Amoo, Iosias, Ioatham, Ioachim, Sedechias.

Pontifices. *Cap. V.*

IESVS, Ioachim, Eliasib, Iudas, E
Ioannes, Simon iustus, Eleazarus, Manasses, Onias, Simon, Onias, Iesus qui & Iason, Onias qui & Menelaus, Alchimus, Iudas, Ionathas, Simon, Ioannes, Aristobolus, Alexander, Alexandra, Hircanus.

¶ *Historia ab Adam vsque ad Moysem.* *Cap. VI.*

PArentes itaque primi præceptum obe- F
diẽtiæ transgressi de paradiso sunt eiecti, & in miseriam huius mundi proiecti. Cognouitque Adam vxorem suam, & genuit Cam, cuius posteri homines sunt vocati. Genuit Abel, cuius posteri filij Dei sunt vocati. Porro Seth genuit Enos, & Enos genuit Camam, & Cainam genuit Malaleel, & Malaleel genuit Iared, & Iared genuit Henoch, qui translatus est, & Henoch genuit Mathusalem, & Mathusalem genuit Lamech, & Lamech genuit Noe. His diebus gigantes erant in terra, & omnis caro corruperat uiam suam, nam filij Dei idest illi, qui erant de stirpe Seth, uidentes filias homioum, quæ erant de genere Cain, quòd essent pulchræ, miscentes sanctum cum profano duxerunt eas uxores. Vnde iratus Deus dixit, quòd deleret hominem, & omnem animam uiuentẽ, quam fecerat propter hominem, aquis diluuij. Et inuenit gratiam Noe coram Domino, & iussu Dei fecit sibi
arcam, in qua saluaretur ipse, & vxor eius, & tres fi- G
lij eius, & vxores filiorum, & de animantibus mundis introduxit septena, de immundis ueto bina. Igitur aquis diluuij deleta est omnis anima uiuens, exceptis ijs, quæ erant in arca. Peracto diluuio egressus est Noe de arca cum omnibus filijs suis Sem, Cham, & Iaphet. Ab his disseminatum est omne genus humanum post diluuium super terram. Sed antequam posteri eorum ab inuicem diuiderentur, inchoata est ab eis turris Babylonis, ubi confusum est labium eorum. Postquam diuisi sunt, filij Sem meridianam partem Asiæ ab ortu solis vsque ad phœnices possederunt. Posteri Cham meridianam terram à Sidone usque ad Gaditanum fretum. Fi-
lij Iaphet septentrionalem partem Asiæ, a monte H
Tauro, & omnem Europam vsque ad Oceanum Britannicum, nomina sua locis & gentibus relinquentes, de quibus adhuc quædam permanent ut ab Elam Elamitæ, ab Assur Assyrij: quædam uero mutata sunt, ut ab Indo fluuio Indi, ab Aegypto rege Agyptij. Sem autem genuit Arphaxad, & Arphaxad genuit Sale, & Sale genuit Heber, a quo Hebræi sunt vocati, in cuius familia primordialis illa, & cunctis communis lingua, quæ Hebræa dicitur, post confusionem remansit linguarum. Hebet genuit Phaleg, in cuius tempore turris quæ dicitur Babel ædificatur. Phaleg genuit Reu seu Ragau, sub quo dij primum adorantur. Ragau genuit Sarug, & Sarug genuit Nachor, & Nachor genuit

Thare, & Thare genuit Abram, cuius tempore Zo-
I roastres magicam repperit. Hunc Abram, cum iam
cultus idolorum feruerent vbique, Deus de Chal-
Gen. 12. dęa eduxit, & in terram Chanaan induxit, & eo ꝙ
eam semini eius daret promisit. Orta fame peregri-
natus est Abram in Aegyptum, & inde locupleta-
tus, est reuersus; denique diuinitus præceptum ac-
cepit, ut se cum sua sobole circunciderer. Abraham
autem genuit Isaac, qui duxit uxorem Rebeccam,
de qua genuit Iacob & Esau. Postquam autem Ia-
cob edulio lentis primogenita fratris sui obtinuit,
& eum de benedictione patris supplantauit, ad La-
ban auunculum suum perrexit, & pro seruitio suo
filias eius uxores accepit, & ex eis & ancillis earum
duodecim patriarchas procreauit. Multumque lo-
cupletatus in patriam reuersus patrem suum cum
Esau fratre sepeliuit. Deinde Ioseph a fratribus in
Aegyptum est uenditus, & ibi miro Dei nutu su-
blimatus, eumque pater suus cum omni domo sua
est secutus.

¶ *Historia a Moyse vsque ad Iosue.* *Cap. VII.*

K Mortuo autem Iacob, & Ioseph mor-
tuo in Aegypto multiplicati sunt filij
Israel nimis: & surrexit alius rex qui
ignorauit Ioseph, & cœpit affligere fi-
lios Israel in ædificatione urbium, Phi
ton, & Ramesses. Vidit autem Deus laborem eo-
rum, & clamorem exaudiuit, & misit Moysen &
Aaron, & eduxit de terra Aegypti, decem plagis
Aegypto flagellata.

L *Prima rubens vndat, tabes ranæque secunda.*
Inde culex tristis: post musca nocivior istis.
Quinta pecus strauit, uesicas sexta creauit
M *Pone subit grando, post brucus dente nefando*
Moysi genus. *Nona tegit solem, primam necat ultima prolē.*

Sed quia scriptura a Moyse & deinceps rerū sum
mū non secundū patriarcharum generationē, sed se
cundū principū narrat successionē generationem ip
sius Moysi a Iacob ponemus, & sic deinde sub ipso
& sub sequentibus eū duobus, gesta summatim cō
prehendemus. Iacob itaque genuit Leui, & Leui
genuit Caath, & Caath genuit Amram, & Amram
genuit Moysen. Sub istius ducatu fecit multa ma-
gnalia in mari rubro, & deserto. Aegyptum nam-
que decem supradictis plagis flagellauit, mare ru-
brum coram filijs Israel diuisit. In deserto aquas
amaras dulcorauit, & manna de cœlo pluit, quo
filios Israel annos quadraginta pauit. Aquam de
petra produxit, populum Amalech superauit, Le-
gem in monte Oreb dedit, & tabernaculum fœde-
ris, & arcam testimonij fieri, & Aaron & filiū eius
in sacerdotium & clerum sibi consecrari iussit. His
N ita transactis cum filij Israel Moyse duce, columna
præcedente de monte recessissent, denuo Deus eos
cothurnicum carnibus satiauit: Datham, & Abiron
contra Moysen contendentes, terra eos deglutien-
te damnauit: & uirgam Aaron contra naturam fron
dere, florere, fructificare fecit: filios Israel murmu
rantes ignis cœlestis conflagratione puniuit, & igni
tos serpentes eis immisit, & eos à lęsione eorum re
spectu ænei serpentis sanauit; Eos quoque ad redi-
tum duodecim exploratorum murmurantes, an-
nis quadraginta in deserto detinuit. In quibus an-
nis omnes illi murmuratores, & increduli mortui
sunt, & filij eorum interim creuerunt, qui postea
terram promissionis possederunt. Og regem Ba-
sam, & Seon regem Amorrheorum militantibus fi-
lijs Israel Dominus deleuit, & Balach, & populum
eius strauit. Mortuus est autem Aaron in deserto, &
sepultus est in monte Hor, completis quoque an-
nis quadraginta mortuus est & Moyses in monte
Abarim iubente Domino, & successit ei Iosue fi-
lius Num.

¶ *Historia ab Iosue vsque ad Saulem regem.* *Cap. VIII.*

Osue populum Dei in terram pro- O
missionis introduxit, & gentes Cha-
naneorum, reges triginta & unum
in terra illa interfecit, & terram vi-
ctori populo diuisit. Iosue successit
Othoniel, hic liberauit Israel de manu Cusamrasa-
thaim regis Mesopotamiæ, & quieuit terra quadraginta
annis. Post hunc fuit Ahdo de stirpe Gemini, qui
utraque manu utebatur pro dextra. Hic liberauit
Israel de manu Eglon regis Moab. Cum enim fer-
ret munera populi Israel regi Eglon, cui tunc popu-
lus ille seruiebat, sociis cum reuerteretur dimissis,
reuersus ad Eglon, secreto eum interfecit, & cōgre-
gato populo suo Moab expugnauit, & Israel libe-
rauit. Post cuius mortem † Debora cum Barach p- † Delbora
rexit ad pugnam contra Sisaram principem Ia-
bim Asor, & perterruit Dominus Sisaram coram
Barach, & desiliuit de curru suo, & fugiens perue-
nit ad tentorium Iahel vxoris Haber cinęi, quæ tū
operuisset eum pallio, tulit clauum, & defixit in e-
ius tempora, & mortuus est. Post Deboram surre-
xit Gedeon, qui liberauit Israel de manu Madiam, P
& percussit Oreb, & Z b, & Zebee, & Salmana.
Porrò deinde mortuo Gedeone, Abimelech filius
Ierobaal, quem peperit ei concubina eius de Si-
chem, interfecit omnes fratres suos septuaginta ui-
ros, excepto minimo Ionatha, qui euasit. Consti-
tuetur atque uiri Sichem principem Abimelech.
Post hæc misit Deus spiritum pessimum inter Abi
melech & uiros Sichem, & ipse multos illis interfe
cit, & tandem fragmine molę, quod iecit mulier su
per caput eius, excerebratus interijt. Post hunc sur
rexit Thola: & post Tholam Iair: & post Iair Iephi- Q
te. Denique Iephte liberauit Israel de manu filiorū
Ammon. Cumque inter ad bellum vouit Deo, ꝙ
ei immolaret quod sibi primum reuertenti occur-
reret, si uictoriam obtineret. Reuertentique occur-
ritque ei vnica filia sua, quam immolauit, & uotū
quod fecerat impleuit. Post Iephte iudex fuit A-
bessam: & post hunc † Ahialon, & post † Abdon: † Achialō
& post hunc Sanson, hic leonem interfecit, uxorē † Labdon.
de Thamnata accepit, segetes philistinorum caudis
vulpium iunctis facibus accensis, succendit, mille
viros mandibula asini strauit. Portas Gazæ super
montem portauit. Tandem autem Dalilę mulieri
quòd

ꝙ in capillis tantam fortitudinem haberet,aperuit, & ipsa rasis capillis eius, philisteis eum tradidit, qui eruentes oculos eius molere eum fecerunt.Cūque creuissent capilli eius,& coram philisteis conuiuia celebrantibus luderet,concussis columnis domus,eos qui in ea erat occidit,& ipse occubuit. Sanson successit Heli; sub quo Samuel propheta claruit,arca fœderis capitur, & Ophni & phinees sacerdotis filij occiduntur. Denique Heli audito, ꝙ capta esset arca Domini,cecidit retrorsum de sella,& fractis ceruicibus mortuus est. Et percussit Dominus philisteos in secretiori parte natium, & nascebantur in agris mures, qua plaga coacti remiserunt arcam Dei: Heli autem successit Samuel.

¶ *Historia à Saule vsque ad Ezechiam. Cap. IX.*

R Cum autem senuisset Samuel petierunt filij Israel regem, quod Domino displicuit, dedit eis tamen regem Saulem filium Cis,qui bonum habens initium defendit Israel, sed finem malum,habuit,quia Domino in bello,qnod fecit contra Amalech inobediens fuit. Reprobatus itaque, a spiritu malo vexabatur: vnctus est autem Dauid pro eo in regem. Post hæc ductus est Dauid in domum Saulis, & quandocunque arripiebat spiritus Domini malus Saulem, psallebat Daoid cithara, & leuius habebat. Postquam autem Dauid percussit Philistæom,amouit eom Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros. Ionathas vero filius Saulis, dilexit Dauid qoasi animam suam. Cumque Saul ipsum Dauid suspectū haberet de regno, teteo dit ei multas insidias vt interficeret eum, sed non tradidit eum Dominus in manos eius. Denique Dauid fugit ad Achis regem Geth. Mortuo autem Saule ascendit Dauid in Hebron, & regnauit super tribum Iuda. Deinde post mortem Abner regnaoit super omnem Israel. Gad,Nathan,& Asaph prophetæ uerunt. Porrò tempus,quo regnauit Dauid quadraginta anni sunt. Post Dauid regnauit Salomon filius eius. Hic ædificauit templum Domini qui bo-

S num quidem initium, sed finem habuit non bonū, quia deos coluit alienos, vnde iratus Dominus scidit regnum de manu filij eius Roboam, & tradidit illud seruo eius Ieroboam. Cum enim postularet populus,vt alleuaret iugum patris sui, respondit ei dure. Constitueruntque decem tribus regem sibi Ieroboam filium Nabath. Porrò Ieroboam popu-

T lum idolorum cultu contaminauit. Cucurrit autem regnum Israel per annos trecentos & quadraginta,& per reges decem nouem, quorum ista sunt nomina. Ieroboam,Nadab,Baasa,Ela,Iamri,Amri,Achab, Ochozias, Ioram, Hieu, Iohath, Ioas, Ieroboam, Zacharias, Sellum, Manahen, Faceia, Facee, Ozee, in diebus Ozee regis Israel, & in diebus Ezechiæ regis Iuda transtulit Salmanasar rex Assyriorum decem tribus, & posuit in vrbibus Medorum, & introduxit Cuseos in Samariam, isti sunt Samaritani, quibus non cōtebantur Iudæi, Igitur post Salomonem regnauit in Iudæa Roboā: & post Roboam Abia.Hic ambulauit in peccatis pa- *Salmanasar.* *Samaritani.*

tris sui. Post Abiam regnauit Asa,cor autem Asa erat rectum cum Deo, & bellum habuit cum Baasa rege Israel,quo mortuo regnauit Iosaphat.Hic fecit quod rectum fuit coram Domino, & perrexit ad bellum cum Achaz contra regem Syriæ. His diebus prophetauit Elias; Post Iosaphat regnauit Ioram; ambulauitque in vijs Regum Israel. In diebus illis recessit Edom,ne esset sub Iuda,tunc recessit & Lobna, & dormiuit Ioram com patribus suis, & regnauit Azarias filius Athaliæ pro eo. Descendit autem Azarias inuisere Ioram regem Israel, quem vulnerauerunt Syri, & occidit ambos Iheu. Porrò Athalia fuit filia Amri regis Israel,qui videns esse mortuum filium suum interfecit omne semen regium. Tulit autem soror Azariæ Ioas filium Azariæ, & seruauit eum sex annis, quibus regnauit Athalia super terram. Anno vero septimo conuocauit Ioiada sacerdos centuriones, & ostendit eis filium regis,constitueruntque regem, & Athaliam interfecerunt. In diebus illis voluit rex Syriæ pugnare contra Hierusalem,deditque ei Ioas ea, quæ obtulerant patres eius in thesauros Domini, & recessit, denique serui Ioas interfecerunt eum,& regnauit Amasis filius eius pro eo. Iste prouocauit regem Ioas ad bellum, & fugit Amasias, & ascendit Ioas rex Israel in Hierusalē,& tulit inde aurum & vasa aurea, quæ inuenta fuerunt in domo Domini. Facta est autem coniuratio contra Amasiam, & interfectus est in Lachis, & regnauit Ozias filius eius pro eo. Porrò instante insigni solennitate induit se Ozias veste sacerdotali,& intrauit in templum oblaturus incensum, statimque lepra percussus est, vnde postmodum extra vrbem vitam exegit priuatam, Ioatha filio eius regni negocia procurante.Olympias a Græcis institui tur. Mortuo deinde Ozia regnauit Ioathas filius ei[*] pro eo,ędificauit autem Ioathas portam domus Domini,quæ speciosa vocabatur. Romulus nascitur. Defuncto Ioatha regnaoit Achat filius eius pro eo. In diebus illis ascendit Rasim rex Syriæ,& Facee filius Romeliæ ad præliandum contra Hierusalem, & conduxit Achaz Teglafalasar regem Assyriorū, qui interfecit Rasim,& liberauit Achaz.Roma condi tur. Mortuus est autem Achaz,& regnauit Ezechias filius eius pro eo. *Elias.* *Edom.* *Lobna.* V *Athalia.* *Amasis* X *Ozias.* *Olympia dum institutio.* *Romuli æuum.* *Rasim.* *Facee.* *Romæ cōditio.*

¶ *Historia ab Ezechia vsque ad reditum de Babylonia. Cap. X.*

In diebus Ezechiæ conatus est Senacherib transferre Iudam, sed nō permisit eum Dominus,percussit autem in castris Assyriorum centum octoginta millia virorum.Post hæc interfecerunt ipsum Senacherib filii sui in templo dei sui.Post Ezechiam regnauit Manasses filius eius, fecitque malum iuxta ritum Gēnum,& adorauit omnem militiam cęli, & traduxit filium suū per ignē, & fecit malum super omnes reges, qui fuerunt ante eum in Hierusalem. Locutusque est Dominus per manus seruorum suorum prophetarum dicēs, quia fecit Manasses abominationes istas, delebo Hierusalem, & tradam eam in manus inimicorum eius. *Manasses regū pessimus.*

eius. Mortuo Manasse, regnauit Amon filius eius pro eo. Hic ambulauit in via patris sui, & interfecerunt eum serui sui. Regnauitque Iosias pro eo. Ambulauitque Iosias in via Dauid patris sui, & non declinauit ab ea ad dextram neque ad sinistram, & fecit mundari templum, & celebrari Phase quale non fuit a diebus Iudicum vsque ad tempus illud. Destruxit quoque altare, quod fecerat Ieroboam in Bethel, & combussit in eo ossa sacerdotum, qui obtulerant super illud incensum. Veruntamen non est auersus Dominus a furore suo, quem locutus est contra Iudam. Iosias denique congressus cũ Nacheo rege Aegypti occisus est in campo Magendo, & regnauit Iocachad tribus mensibus, quibus expletis memoratus Nechao cepit eum, & duxit in Aegyptum, & constituit regem pro eo Eliachim filiũ Iosię, quem vocauit Ioachim. Condemnauit etiã Iudam centum talentis argenti, & talento auri. Annoque Ioachim vndecimo uenit Nabuchodonosor in Hierusalem: & exegit ab eo tributum, quod Aegyptiorum regi soluere solebat, quod ille tribus annis reddere non erubuit, tertio anno audiens Aegyptios contra Babyloniam dimicaturos soluere distulit, vnde sicut rebellem eum Nabuchodonosor interfecit, & ad tria millia viros de Iuda captiuos duxit, & constituit pro eo regem Ioachim, qui Ieconias nominatur. Quem Ieconiam non multis interiectis diebus, obsedit Nabuchodonosor, & uenientem sibi obuiam cum matre & quibusdam de populo cepit, & duxit in Babylonem, & constituit pro eo Sedechiam patruum eius. Sed & hic Sedechias non multo post contra Nabuchodonosor rebellare cœpit, & tunc secundo reuersus Nabuchodonosor duxit eum in Babyloniam captiuum, & murum ciuitatis euertit, & templum exussit, & vasa sancta asportauit, & posuit in templo dei sui. Vixitque Nabuchodonosor post euersionem tẽpli vigintiquinque annis. Et hoc decedente, regnauit Eilmerodach: & post hunc Labosordac, & post hunc Egesar, & post hunc Balthasar, quo regnante completi sunt anni septuaginta quibus prophetauerat Hieremias iudęorum captiuitatem esse soluendam. Igitur his diebus Cyrus Babyloniam expugnauit, & Iudęorũ captiuitatem relaxauit, sicut scriptum est in libro Esdræ prophetæ. In anno primo Cyri regis Persarum, ut impleretur verbum Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in vniuerso regno suo per scripturam dicens. Omnia regna mundi dedit mihi Deus cęli, & ipse præcepit mihi, vt ędificarem ei domum in Hierusalem, quisquis in vobis est de vniuerso populo eius, sit Dominus Deus eius cum eo, & ascendat.

Amon.
Iosias.
Nechao.
Z
Nabuchodonosor.
Ieconias capitur.
Hieremias.
Cyrus.

§ *Historia a Cyro vsque ad Iudam Machabæum. Cap. XI.*

A CYrus igitur relaxata Hebręorum captiuitate, fermè quinquaginta hominum regredi in Iudęam permisit. Iosedec quoque de genere Aaron sacerdotem, qui fuit cum patribus abductus, redire mandauit, vt ritus veteris solennitatis per assueti sacerdotis scientiam reformaretur. Cuius filius Iesus post eum populum rexit. Itaque per summos sacerdotes post reuersionem de Babylone rerum summa agebatur. Illi autem qui venerunt de Babylone statim fundauerunt templum, & fundato templo obtulerunt sacrificium, steteruntque sacerdotes in ornatu suo & leuitę, & laudabant Deũ Israel, & facta est lętitia magna in populo. Mortuo deinde Cyro rege Persarum detulerunt Samaritæ accusationem aduersum Iudæos ad filium eius, qui Cambises, & Assuerus, & Artaxerses est nominatus. Intermissum est igitur opus, donec consummaretur sub Dario anno secundo regni eius. Et huius Darij anno secundo, obtinente Zorobabel duce, completa est ędificatio templi, quadragesimo sexto anno postquam cœpit ędificari. Vnde Iudęi Domino in euangelico sermone dixisse referuntur. Quadraginta & sex annis ędificatum est templum istud &c. Dario successit Xerxes filius eius. Cuius regni anno septimo Esdras scriba legis Dei, ascendit de Babylone, qui Aegypti referens ad templum Domini pecunias sacras, argenti talenta sexcenta quinquaginta, & uasa argentea talentorum centum, & vasa aurea talentorum viginti, qui & celebrauit solennitatẽ scenophegiorum. Remeauit etiam Nehemias ipsius regis pincerna de Susis castro, anno eiusdem vigesimo qui muros ciuitatis reędificauit. Præfatus etiam Esdras bibliothecam veteris testamenti, post incensam legem a Chaldæis diuino afflatus spiritu, reparauit, cuncta legis, ac prophetarum volumina, quæ fuerunt a Gentibus corrupta, correxit, totumque vetus testamentum in viginti duos libros constituit, vt tot libri essent in lege, quot habentur & literæ. Nehemias quoque misit nepotes sacerdotum illorum, qui in transmigratione sacrum ignem in puteo sicco seruauerant. At illi non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, quam iussit Nehemias aspergi super ligna & holocausta, & accensus est ignis ex aqua illa, & mirati sunt omnes. Tabernaculum uero fœderis, & arca, & altare incensi, quæ Hieremias propheta in monte Abarim abscondit, in eodem monte sunt vsque in præsentem diem. Porrò Iesu, successit Ioachim, & Ioachim Heliasib, & Heliasib Iudas, & Iudę Ioannes, & Ioanni Iaddus, denique Iaddi temporibus Alexander Magnus regem aggressus est Persarum expugnare, mandauitque Iaddo vt fidelitatem, quam Dario regi Persarum promiserat, & eousque seruauerat, ipsi deinceps obseruaret. Respondit Iaddus, se Dario fidem iurasse, & hoc quod ipse peteret donec ille viueret, nequaquam facere posse. Vnde iratus Alexander cõminatus est, ꝙ vrbẽ Hierusalem subuerteret. Exuruit itaque Iaddus, & conuocato clero & populo intimauit eis rem. Oblatum est sacrificium, & præces fusæ ad Dominum. Quibus peractis pontifex omnes dimisit, & ipse solus remansit, statimque sopore depressus vidit uisionem, dictumque est ipsi, ne timeas Alexãdrum, sed indueris veste sacra, & sacerdotes induentur stolis suis, & cum venerit exibitis, & suscipietis eum cum honore, nihil enim vobis mali facturus est Alexander. Interea Magnus Alexander magnis viribus

Iosedech.
Iesus.
B
Cãbises.
Assuerus.
Artaxerxes.
Ioan. 2.
Xerxes.
Esdras.
C
Esdras.
Nehemias.
Ignis sacerd.
Sacerdotes summi.
Alexãder Magnus.
Iaddus.
Alexãdri Hierusalẽ ingressus.

bus Hierosolymam properabat. Cumque appropinquaret ciuitati exiuit Pontifex cũ omni populo,& clero. Putabant Alexandrini, q eos statim interficeret,& vrbem deleret. Sed cum vidisset summum pontificem salutauit. Miratique sunt omnes Alexandri milites vehementer. Cumque regem de hac re interrogare dubitarent, vnus, qui illi erat cęteris familiarior, interrogauit eum dicens. Quare rex istum præ omnibus salutasti? Respondit rex. Cum essem adhuc in terra mea vidi istum in somnis dicẽtem mihi, quod regnum possem obtinere Persarum, ideo eum præ omnibus salutaui. Summus itaque pontifex cum pompa cleri, & frequentia populi regem ad templum deduxit, oblatumque est pro eo sacrificium. Deniq; recedẽs

D Alexander promisit, quòd locum illum deinceps diligeret, honoraret, & exaltaret. Porrò Iaddo successit Onias, & Oniæ Simon iustus, & Simoni iusto Eleazarus.Iste misit septuaginta interpretes Ptolemæo Philadelpho, qui secundus post Alexandrum regnauit in Aegypto. Eleazaro successit Manasses,& Manassæ Onias,& Oniæ Simon, & Simoni Onias(cui frater Iesus)qui & Iason eripere sacerdotium cupiens, cœpit Iudaicæ legis iura non in occulto violare,sed palam omnibus destruere, qua si sacerdotium quod affectabat aliter quàm scelere consequi non valeret. Ausus est enim sub ipsa templi arce gymnasium cõstruere, & optimos quosque

E Ephebotum in lupanaribus ponere, eosque, qui erant Hierosolymis, Antiochenos scribere. Sed hoc impij, & non sacerdotis Iasonis nepharium,& inauditum scelus vltio diuina consecuta est.In leges quippe diuinas impie agere nõ cedit impune, vnde post trienniũ ipse Iason, qui iura violauerat Dei,& proprium germanum captiuauerat, iussu regis Antiochi expulsus in Amanitidem est regionem, & Menelaus quidam de tribu Beniamin sacerdotium obtinuit. Vnde huius Menelai factione Onias pius pontifex interemptus est per quendam regis suffectum Andronicum, & non multo post Menelaus mortuus est, sacerdotio succedente fratre eius Lysimacho. Sed cum nec sic malis desisteret tandem deiectus de turri quinquaginta cubitorum infelicem exhalauit animam. Lysimachus quoque iam multo templi auro exportato plebeio concussu secus ærarium lapidatus interijt. Post hæc Antiochus rex Syriæ ascendens Hierosolymam, intrauit in sanctuarium cum superbia, & tulit altare aureum, & candelabrum, mensam propositionis, & velum, & cætera templi ornamenta & abiit: demum vero pręcepit omnibus regni sui gentibus, vt esset vnus populus, & prohibuit in templo Domini fieri holocausta, & Iudæos escis coinquinari immundis.

Eleazar. Onias. Iason. Lysimachus. Antioch*.*

¶ *Historia ab Iuda Machabæo vsque ad Christum. Cap. XII.*

F IN illis diebus Iudas Machabæus secesserat in desertum, & ibi inter feras vitam cum suis agebat, ne particeps esset coinquinationis.Sed quamuis pauci essent, qui cum eo erant, ita tamen duces regis Antiochi bellis contriuerunt, vt & templum quod erat Hierosolymis recuperarent, & leges, quæ abolendæ erant, eorum felici pertinacia restituerentur. Mortuo denique Antiocho regnauit Demetrius, ad quem accessit sceleratissimus Alchimus, & cœpit regem inflammare aduersus Iudam, dicebat enim regi, Iudas & qui cum eo sunt bella nutriunt, nec patiuntur regnum esse quietum. Vnde ego fraudatus parentum gloria(dico autem summo sacerdotio)Veni ad te primum quidem vtilitatibus regis fidem seruans, secundo etiam ciuibus consulturus. Tunc misit rex Hierosolymam Nicanorem, vt & Iudam comprehenderet, & Alchimũ summum sacerdotem cõstitueret. Alchimus autem beluæ animum gerens cum venisset Hierosolymã, iussit destrui muros domus sanctæ interioris. Sed horum criminum pœnas miser diu vitare non potuit. Subito enim obstrusum est os eius,& loqui non

G potuit.Sed dissolutus paralysi miserabiliter expirauit.Sicque deficentibus sacerdotibus de genere Aaron, & Iuda Machabæo pro patriæ legibus decertante sorte bellica iam defuncto, Ionathas frater eius adeptus est principatum Iudęorum, simulque sacerdotium.Porrò gesta Iudę,& fratrum eius quia multa sunt valde, & in libris Machabęorum scripta continentur, nolui præsenti breuitati inserere. Ionathæ vero Simon frater eius successit. Post Simonem autem peruenit sacerdotium ad ioannem filium eius, qui aduersum Hircanos dimicans Hircani nomen accepit. Ioanni Hircano successit Aristobolus.Aristobolus autem factus est rex & sacerdos: & Aristobolo successit rex pariter & sacerdos Alexander: Alexander vero moriens reliquit super stites filios duos Aristobolum, & Hircanum. Sed donec adolescerent pueri Alexandram coniugem suam temperamento regali pręesse voluit, simul arbitram statuens, cuinam potissimum illorum summum sacerdotium committeret. Illa Hircanum patri in sacerdotio substituit propter senioris ætatis prærogatiuam, Aristobolo fratri nihil publicorum committens officiorum. Post Alexandræ mortem Aristobolus inuasit regnum, & demum Hircanus sacerdotium ei dimisit. Postea vero idem Hircanus excitatus ab Antipatro patre Herodis,primum ad Arabiæ regem se cõtulit facti pœnitens, ac demum

H Pompeio Romanorum duci,qui in Syriam Tygranem regem debellaturus aduenerat, querimoniã detulit,qua occasione idem Pompeius consul Romanorum urbem Hierosolymam expugnauit,& tẽplum polluit,& Aristobolum pontificem vinctum cum liberis Romam misit. Hircano uero pontificatum reliquit,& memoratum Antipatrum procuratorem totius regni constituit. Sicque deinceps gens Iudęorum tributaria Romano facta est imperio, & ita, sicut dictum est, Hircanus & Aristobolus fratres inter se dimicantes primi occasionẽ præbuere Romanis, vt Iudęam inuaderent.

Alchimi fraus. Ionathas. Simon. Ioannes. Hircanus. Aristobolus. Alexander. Alexãdra. Hircanus. Aristobolus. Pomp.

¶ *De Herode,& genere eius. Cap. XIII.*

A PRædicti Hircani pontificis tempore quidam latrunculi ab Hierosolymis egressi circa Ascalonẽ prædas egerunt, vbi inter cæteros captiuos Antipater quidam iuuenis cuiusdam Herodis genere Idumęi, qui

Antipater

mæi, qu[redacted] in A[redacted]ne templi Apollin[redacted]acerdos [redacted]xtitit, [redacted] Hier[redacted]olymam [redacted]pu[redacted]ductus est. Hic itaq; Anti[redacted]te in domo H[redacted]t annis seruiens, ind[redacted]itia ac probi[redacted]e[redacted]dem Hircano domino [redacted]o gratiosus extit[redacted] tantum vt ei vniuersam domum regendam committeret. Antipater aūt antiquæ [redacted]ratiæ non immemor e[redacted] Hi[redacted] benignus extitit, tantaq; m[redacted]destia i[redacted] offi[redacted] exer[redacted]uit, vt tam Iudæis [redacted] Romanis c[redacted]placeret. Ge-
Herodes. nuit [redacted] filium Herod[redacted] n[redacted]e, qui p[redacted]st mortem patris tum merit[redacted] propriæ virt[redacted]tu[redacted] gratia paternæ deuotionis, à Romanis coronā accepit, qui cū irrepsisset contra ius, & fas Iudaicæ gentis in [redacted]onore[redacted] indebitum, cœpit [redacted] uiu in ig[redacted], & ignobiles quosq; [redacted]stitue[redacted]e, quos ei v[redacted] aut ca[redacted]s dedi[redacted]et. Vestem quoq; [redacted] po[redacted] occlusam sub suo tenebat signaculo, nec vn[redacted] eius vsū, potestatem ve permisit pontificibu[redacted] tempori[redacted], & v[redacted] Iobole[redacted] regi[redacted] Iudæoru generi co[redacted]
Dosis. ret[redacted] vxor[redacted] Donde, [redacted]uā pri[redacted] acc[redacted]
Mariāna. p[redacted] M[redacted] A[redacted] ol[redacted]n, & [redacted] pontifices Iudæoru [redacted]eptem. Sed huius[redacted]ulieris experta societas [redacted] sicut post declarabitur, [redacted]s potentiam potius inclinans q̄ exrulit, & dom[redacted] affecit doloribus. Nam dū se[redacted] [redacted] perturbatione[redacted] quali d[redacted]us propria
K m[redacted] ret. Verum vnctione leg[redacted] Iud uæ ge[redacted]ssante, Immi[redacted] secundum sermonem
Iesus Christus. propheti[redacted]m expectati[redacted] gentium, [redacted] noster Iesus Christus, qui verus Rex & sace[redacted] de regum atq; [redacted] genere carnem a[redacted]ens, venit mū[redacted] afferens fidem, in [redacted]pulum Genti[redacted] In[redacted]ficando [redacted]teret,
Tempora.[redacted] & [redacted]ei. Natus est sua ord[redacted] d[redacted]butione anno memorati regis Herod[redacted]mo primo, qui est secundum Hebræ[redacted]s ab [redacted] annus q[redacted]er millesimus nongente[redacted] & qui[redacted] pri[redacted]s. P[redacted] sicut beatus M[redacted] [redacted] h[redacted], & quemad[redacted]odum Græc[redacted] [redacted]cs [redacted]omputant, est q[redacted] mill[redacted]us qua d[redacted]gentesimus septimus.

FINIS LIB. IIII.

QVINTVS LIBER
tractat de regnis Mundi a tempore, quo post diluuium exorta sunt, vsque-quo in potestatem Romanorum deuenerunt, continens Capita XXI. Cum Annotatiūculis Domini Thomæ Garzonij eiusdem Ordinis Theologi.

De Regnis Mundi. Cap. I.

O[redacted] narr[redacted]bo quomodo ab L
i[redacted]regna Mu[redacted] cu[redacted] v[redacted] Chris[redacted] Post d[redacted] in [redacted]e exce[redacted]e [redacted] Scytharum ab [redacted] Tau[redacted]us, Assyriorum [redacted]ab[redacted], vb[redacted] Beli[redacted] Aegyptiorum [redacted]ne[redacted]idie, vbi Mi[redacted]eus. S[redacted]b o[redacted] dente v[redacted] A[redacted] ue[redacted]. Sed de regno Sc[redacted] h[redacted] & [redacted] S[redacted]yon[redacted]rum [redacted] in sc[redacted] memori[redacted], eo quod re[redacted] Sc[redacted]harum longe remotum fu[redacted], & regnum S[redacted]cyoniorum cito decidit.

De Regno Scytharum. Cap. II.

S Cyth[redacted]rū [redacted] gens antiquissima [redacted]ub M
sep[redacted] ne p[redacted]lita, non m[redacted]nus illustria princip[redacted] impen[redacted]abu[redacted], [redacted]c virorum [redacted]is quam [redacted]minarum virtutibu[redacted] Sc[redacted]æ pe[redacted]tas sol[redacted]dines er[redacted] on a[redacted] d vxores & liberos secum in pl[redacted]ustris veh[redacted] [redacted]ortis imbrem & hyeme[redacted] asperitatem euitantes, a[redacted]menta & pecora secum pertrahunt. Lacte & melle [redacted] untur, Gen[redacted] laboribus & bellis aspera, vires corporum immensæ. Scytharum regnum [redacted]ub Ragan putatur exortum.

A[redacted]otationes Domini Thomæ Garzonij eius ordinis Theologi in Librum Q[redacted]tum

ANNOTATIO.

Vt Scytharum Regnum quibus constiterit nationibus, percipiatur, breuiter scythicæ populi sunt anotandi qu[redacted] Ioannes Hunter in suis Cosmographiç Rudiment[redacted] fuisse declara[redacted] Moschos, Arimaspos, A[redacted]hyrses, Basi[redacted]es, R[redacted]xolan[redacted], [redacted]amax-bites, Basterna[redacted] Taurico[redacted] G[redacted]as, Nomades, Georgias, Axiacas Thyssagetas & Gelonos.

De Regno Assyriorum. *Cap. III.*

N Assyriorum regnū sub Belo primo regē exortum, ab anno vicesimo quinto Sarug proaui Abrahæ vsque ad annum septimum Oziæ regis Iudæ cucurrit. Alij a Nino filio Beli regnum Assyrio rum inchoant, propter hoc quòd sub eo primum in exteras gentes dilatatum est. Post mortem Nini Semiramis vxor eius timens committere regnum Nino filio suo, quia infra regendi annos erat, nec ipsa ausa regnum palam tractare, filium in thalamo sedere fecit, & quia similis erat filio, induta veste vi rili sexum mentita finxit pro fœmina puerum, pro vxore Nini filium, & sic regnum tenuit, & multū dilatauit, & quàm plurima viriliter egit. Adulto filio regnum ei tradidit, & tandem accensa in concupiscentiam eius eum ad turpem coitum compulit, vnde tempore postmodum dolore correptus eam interfecit. Cucurrit autem regnum Assyriorum per annos mille trecentos & duos, & per reges triginta septem vsque ad Sardanapalum, post quem ad Medos translatum est. Reges Assyriorum hi fuerunt. Belus, Ninus, Semiramis, zameis qui & Ninias, Arius, Aralius, Xerxes qui & Baleus, Armamitres, Belochus, Baleus, Altadas, Mamitus, Machale*, Sparteus, Mamillus, Sparretus, Ascatades, Amintes, Belochus, Bellopares, Lamprides, Sosares, Lampares, Pamas, Sosarmus, Mitraeus, Tautortes, Theutheus, Tineus, Dergilus, Eupales, Laosthenes, Piorithiades, Offrateus, Offratenes, Actazepes, Thonos, Conolores, qui græce dicitur Sardanapalus. Porro tres sunt reges, qui post Sardanapalum in Assyria regnasse creduntur (sicut refert diuina historia) Ful, Teglat, Falasar, Salmanasar, Sennacherib. Cæterum præfatus Sardanapalus fuit vir muliere corruptior. Semper enim inter fœminarum contubernia versabatur, ad quem admissus cum die quadam præfectus Medis Arbastus, qui & Arbaces vocabatur obtinuisset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem, & inter virgines perfida crimina tenentem, quo viso reuersus ad socios, quę viderit refert, negat se illi prorsus parere posse, qui se mallet esse fœminam quàm virum, moxque fit coniuratio Medorum contra Assyrios, & ii dicitur bellum Sardanapalo. At Sa[illegible]m resistere [illegible] bellantibus non valeret [illegible] regiam se recepit, [illegible] accensa pyra se, suasque diuitias igne concremauit. Sic q; regnum Assyriorum ad Medos translatum est.

Semiramis.

O

Assyriorū Reges.

Reges post Sardanapalū.

ANNOTATIO.

Regnum Chaldæorum, siue Assyriorum, quod dicitur Babylonicum, initium sumpsit ab ędificatione turris Babel, ut dicit Berosus Chaldæus anno ab uniuersali aquarum inundatione centesimo trigesimoprimo. Omnes Reges eius, & Regni mutationes pulchre describuntur à Ioanne Lucido in suis Chronicis, libro quarto in principio, quem uidere fas est.

De regno Medorum. *Cap. IIII.*

Regnum Medorum sub Arbace p[illegible] [illegible] ortum [illegible] no primo [illegible] Oziæ vsque ad annum decimum [illegible] num [illegible] [illegible] lon[illegible] per annos ducentos & quinquaginta [illegible] octo, & reges [illegible], quorum ista sunt nomina. Arbaces, S[illegible]nus, Medus, Cardiceas, D[illegible] [illegible]tes, A[illegible]ces, Astiages. Denique [illegible]rus nep[illegible] A[illegible]gis cum adoleuisset, Astiagi bellum indixit, & [illegible] congressione exercitū eius fu[illegible], & [illegible] A[illegible] gen[illegible]pit, sed nihil ei præter reg[illegible] [illegible]que Cyrus iste dignitatē Medorū ad Per[illegible].

De Arbace.

Medorum reges † [illegible] tes

¶ *De regno Persarum.* *Cap. V.*

Regnum Persarum sub Cyro [illegible] R
[illegible] ex[illegible] per [illegible] cem & [illegible]o, & per reg[illegible] quorum nomina ista sunt [illegible]. C[illegible], [illegible] bises, [illegible], Darius, Xerxe[illegible], Ar[illegible] taxerxes qui & Longimanus, Xerxes se[illegible] S[illegible]dianus, Darius nothus, Artaxerxes [illegible] & [illegible]. Artaxerxes qui & Ochus, Arses O[illegible] Arsinij. Cyrus itaque Persarum [illegible] Persas educatus postquàm Mo[illegible]archi[illegible] Syriam, Scythiamque totam [illegible] bus patratis, Babyloniam obsedit vrbem [illegible] tis cunctis vrbibus fortiorem. [illegible] tus † [illegible] eba[illegible] stad[illegible] ginta [illegible]x. Erat in campi plan[illegible] facie mœnibus par[illegible] per quadr[illegible] rorum enim latitudo erat cu[illegible] ta, habens altitudinem quater [illegible]. A[illegible] rorum erant centū portæ æreæ. Per medium [illegible] ius Euphrates fluuius transcurrebat, & [illegible] p[illegible] Arx aūt, quæ [illegible] eminebat, [illegible] diluuium a Nemrod [illegible] cepit ædificari. A[illegible] nerat illuc Crœsus rex Lydorum, vt auxiliar[illegible] Babylonijs, & cū septimum decimū Balthasar [illegible] set regni sui annū, irritam putans propheti[illegible] re[illegible], qu[illegible] præ[illegible] [illegible] ptiuitatem Iudæorum esse [illegible], c[illegible] mensa sua vasa sacra templi Dei, & contra [illegible] & [illegible] bibit in eis, sed huius criminis pœnas cōfestim [illegible] nam anteq̃ illuceret extinctus est, & Crœsus [illegible] alijs regibus multis, qui illuc cōuenerant f[illegible] Cyrus vrbē intrauit. Post hęc Cyrus regem L[illegible] Crœsum exp[illegible], & r[illegible] D[illegible] de Scythis bel[illegible], vbi e[illegible] † T[illegible] sid[illegible]js cōpositis interfec[illegible]: R[illegible]na[illegible] Cy[illegible] cōpeterat, fil[illegible] cū exercitu ad persequ[illegible] festinauit. Sed Cyrus Scythiā ingress[illegible] vinū & ep[illegible] pparauit, astuq; quasi territus [illegible] epul[illegible] quit. At illi venientes, & cast[illegible] C[illegible] referta inuenientes procubu[illegible], q[illegible] u. Stat[illegible]q; r[illegible] Cyr[illegible]. T[illegible] myri aūt [illegible] d[illegible] cladis illatę & hostē victoria[illegible] que in valle insidijs cōpositis ducēta Per[illegible]

Ba[illegible]

B[illegible]

Cyri [illegible] S[illegible]

Tom[illegible] † Tamaris.

[illegible]ita

Persarũ strages. Cyrique cędes. Cãbises.

subita irruptione deleuit, quibus patratis, iussit Cyri caput amputari, & in vtrem humano sanguine plenum inferri, ita inquiens, Satia te sanguine, quẽ sitisti. Regnauitque Cambises (qui & Artaxerxes & Assuerus dictus est) filius eius pro eo. Porrò Cambises Aegyptom subiugauit, opus templi inhibuit, ipse secundus Nabuchodonosor a Iudæis appellatur, & sub eo quod in Iudith historia continetur factum esse putatur, quo decedente regnauerunt duo magi.

Darius.

Et ijs interemptus Darius Antipatri filius rex est constitutus, qui Cyri regis filiam in matrimoniũ suscepit, & regalibus nuptijs regnum sibi firmauit, ita vt non tam in extraneum regnum translatum, quàm in familiam Cyri videretur reuersum.

T

Xerxes, & eius copiæ.

Cui successit Xerxes, qui in exercitu suo septingẽta millia armatorum, & de auxilijs trecenta millia Græciam expugnaturus legitur habuisse. Naues etiam rostratas mille ducentas, & onerarias ad tria millia, sed tanto agmini dux defuit, nam semper in prælio postremus, & in fuga primus Xerxes apparuit. Vnde ante experimentum belli opibus magnis fretus, montes in planum exęquabat, & Maria pontibus onerabat, & immensas aquarum voragines permeabiles faciebat, sed vbi ad angustias Thermopylarũ peruenit, qua introitus in Græciam patet, turpiter est deuictus, & cum deinde fuisset terrestri, naualique prælio superatus, etiam suis contemptui esse cœpit.

Xergis fuga.

Deficiente itaq; quotidie regia in eo maiestate, Artabanus prefectus eius eum interfecit, Artabano Artaxerxes, qui & Lõgimanus, successit.

Xerxis cędes. Assuerus Artaxerxes.

Ipse est Assuerus, sub quo factum est quod in Esther historia connnetur. Porro Artaxerxi longimano successit Xerxes secundus, & Xerxi secundo Sogdianus, & Sogdiano Darius nothus. deniq; post hæc Ægyptus a Persis recessit, & proprios reges habere cœpit.

Aegyptiorum regnum.

Dario notho successit Artaxerxes qui & Menõ: & post hunc Artaxerxes qui & Ochus. Post hæc Ochus Nechao Aegypti rege in Aethiopiam pulso, Aegyptum recuperauit, & exinde vsq; ad Alexandrum magnum Persæ in Aegypto regnauerunt, sic Ocus, Arses Ochi filius, Darius Arsis filius, Alexander magnus.

Reges in Aegypto.

Sed antequam ad Persicum bellum, & gesta Alexandri narranda accedam, prius ortum regni Macedoniæ, in qua primum ipse Alexander regnauit, paucis expedire curabo.

ANNOTATIO.

Ioannes Lucidus.

Post Sardanapalum cæpit Medorum, & Persarum Monarchia bipartita inter Medos, & Babylonios. Deinde reunita fuit sub primo Cyro, & Dario. Quomodo autem cæperit, & subsecuta fuerit diuisio, habes distinctè, & diffuse ex Ioanne Lucido lib. 4. Chronicorum, capit. secundo.

De regno Macedonum. Cap. VI.

V

REgnum Macedonum sub Cranao primo rege exortum ab anno tertio decimo Oziæ regis Iudæ vsque in annum nonum Oniæ pontificis, qui & Menelaus dictus est, cucurrit per annos Sexcentos & trigiota sex, & per reges triginta nouem. Ante Alexandrum isti fuerunt reges, Graneus, Crenus, Tyruminas, Perdicas, Argeus, Philippus, Europus, Alcetas, Amyntas, Alexander magnus.

Alexan. magnus.

Igitur Magnus Alexander cum vicesimum ætatis ageret annum, regnum adortus est expugnare Persarum, habens in exercitu peditum triginta millia, & equitum quatuor millia quingentos. Et horum agminum ordines nemo nisi sexagenarios duxit, vt si principia castrorum cerneres, senatum te cernere non militiæ duces existimares. Nemo deniq; illorum in prælio fugam, sed victoriam cogitauit, nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit. Porrò rex Darius fiducia virium, non hostem a finibus Persarum arcere, sed intra regni sinum recipere gloriosius ratus, flumen Euphratem, & montem Ciliciæ murum illum sine impedimento transire permisit, ac demum in campis Adrasti dirigit aciem aduersus eum.

X

Darii copię & fuga.

Habuit itaque Darius in ea congressione sexcenta millia militum. Sed tam numerosus exercitus mox terga vertit, superatus non minus Alexandri arte, quàm Macedonum virtute. Magna cędes Persarum in eo prælio fuit: de exercitu vero Alexandri nouem tantum cecidere pedites, & centum viginti equites. Post hanc victoriam maior pars Asię statim ad Alexandrum defecit. Deniq; plurima gessit bella cum præfectis Darij, quos iam non tam armis, quàm nominis sui terrore superauit. Iam enim milites Alexandri Persicum aurum, & totius orienos opes quasi suam prędam ducebant, nec belli periculorumque, sed diuitiarum meminerant. Post hæc autem Darius cum quadringentis millibus peditum, & centum millibus equitum in aciem procedit.

Darii secunda clades, & fuga.

Occurrit ei Alexander, & committitur prælium ingentibus animis. In eo prælio vterque rex vulneratur, & tandiu tamen anceps fuit quoad fugeret Darius, exinde magna cędes Persarum secuta est, cęsa enim sunt sexaginta millia & vnum peditum, & equitum decem millia, capta quadraginta millia. E Macedonibus cecidere pedites centum & triginta, & equites centum quadraginta. In castris Persarum multum auri, & cęterarum opum inuentum ęst, & inter castrorum captiuos capta est Darij mater, & vxor, eiusdemq; soror, & duæ Darij filiæ, quarum redemptionem, oblata etiam dimidia regni parte, Darius non obtinuit.

Alexã. in captiuas humanitas.

Illas tamen Alexander haberi apud se vt reginas pręcepit, filiabus non sordidius matrimonium dignitate patris sperare iussit.

Darius vinctus moritur.

Post hæc autem Darius in grauam victoris Alexandri aureis vincitur catenis a cognatis suis. Et vinctus pariter cum Persarum regno vitam finiuit. Cuius corpus Alexander more regio sepeliuit. Sicq; Persarum regnum cessit in potestatem Macedonum, postquam steterat per annos ducentos triginta vnũ. Interea vero Tyrum florentissimam vrbem Alexander expugnauit, & Alexandriam super amnem Tanaim ędificauit, & Indiam expetijt, vt vltimo Oceani limbo Imperij sui fines terminaret.

Porus vincit. Alexan. periculũ.

Vbi cum Poro ipsius gentis rege fortissimo equo vectus singulari certamine dimicauit, sed occiso deiectus equo concursu satellitum suorum mortem euasit. Subactis deinde omnibus orientis gentibus vsque ad flumen Indum, & ad Oceanum statuit remeare retrorsum.

Alexan. mors.

Verùm cum Darium regem

annis duntaxat quinque superuixisset, & Babyloniam reuersus fuisset, suorum insidijs in eadem vrbe, in ipso ætatis & victoriarum flore, vitā veneno finiuit, vitæ videlicet suæ anno tricesimo secundo, regni vero sui duodecimo. Quo defuncto successores eius orbem vniuersum, qui Macedonū viribus subactus fuerat, inter se partiti sunt, sed postea varia bellorum sorte confligentes ad paucos potestas collecta est. Prima partitio talis fuit. Ptolomęus accepit Aegyptum, Africam, Arabiam: Laius militenus Syriā, Philotas Ciliciā, Philo Illiricos, Acropatus Mediā maiorem, Sother Mediā minorem: Scynus Susanianā gentem, Antigonus Philippi Phrygiā maiorem, Nearchus Lyciā & Pamphiliā, Cassander Cariam, Menander Lydiā, Leónatus Phrygiam minorem, Lysimachus Thraciā & Pontum, Eumenus, Cappadociam & Paphlagoniā, Seleucus summā castrorū, Cassander Antipatri stipatores & satellites regis, Taxiles Seres inter Hydaspem & Indum, Phiton Agenoris, colonias in Indis cōditas, Oxiarches Paropamenos in fine Caucasi, Subitores Aracusios & Chedros, Statanor Drancheos & Areos, Amyntas, Athrianos, Sicheusita Sogdianos, Canor Parthos, Philippus Hircanos, Frataphanes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Arthous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamia. Post hęc (vt supradictū est) ad paucos potestas collecta est. Et Philippus quidē, qui & Arideus dictus est, tādē obtinuit Macedoniā, Seleucus Syriam, Antigonus Asiā minorē, Ptolomęus Lagi filius Aegyptum. Isti sunt igitur reges, qui post Alexandrū magnū in Macedonia regnauerūt, Philippus qui & Arideus, Cassander, Antigonus, & Alexander Cassandri filij, Demetrius, Pyrrhus, Lysimacus, Ptolemęus Cerānus, Meleagrus, Antipater, Sostenes, Antigones, Philippus, Perses. Post hæc finitum est regnum Macedoniæ. Romani enim interfecto Persa, Macedones, Illyrios, & Galatas liberos esse iusserunt.

Z

Alexan. successores.

Imperij diuiso.

Reges Macedonū.

ANNOTATIO.

De Monarchia Alexandri Macedonis propria, & de Regibus post eum sequentibus in Asia, & Syria, nonnulla notatu digna excerpere potes ex Ioanne lucido, libro Chronicorum quarto, capitulo tertio.

De regnis Syriæ. *Cap.* *VII.*

A

PORrò isti sunt reges Syriæ, qui post Alexandrū magnū in ea regnauerūt: Seleucus Nicanor, Antiochus Sother, Antiochus Theos, Seleucus Gallinicus, Seleucus Ceraunos, Antiochus iste relaxauit sacerdotes, & scribas, & cantores tēpli Dñi a tributis, & a regio vectigali, & ab alijs onerib. multis. Post hunc regnauit Seleucus Philopator filius eius, iste est Seleucus, qui Heliodorū Hierosolymā misit ad spoliandū ærariū, qđ erat in tēplo Dñi. Sed Heliodorus diuino correptus iudicio infecto negocio ad regē est reuersus. Deniq; Seleucus successorē reliquit Antiochū fratrē suū, qui Epiphanes. i. illustris, nobilis siue pclarus est appellatus. Iste est Antiochus, qui radix pcti in principio primi libri Machabęorū nominatur, qui tot abominationes fecit in Hierlm: quo mortuo regnauit Antiochus Eupator filius eius annis duobus. Et post hūc Demetrius Seleuci filius egressus ab Vrbe Roma venit in Syriā, in regnū videlicet patris sui. Cuius aduētu compertn exercitus, qui cū Antiocho Epiphane fuerat, eiusdem Antiochi filiū, hoc est Antiochū Eupatorē, qui iā regnare cœperat, interfecit: Sicq; Demetrius Seleuci filius, qui & Sother dictus est, regnū obtinuit. Alexander vero filius Antiochi Eupatoris cum venisset, exercitū collegit, oppressoq; Demetrio regnū recepit. Post Demetrius filius Demetrij fugato Alexandro ptātem ad se reuocauit. Deinde Triphō quidem parnum Alexādri eiusdem filiū Antiochū adolescentem, quē nutriendū acceperat, occidit: sed illo tandem oppresso regnū in progenie Seleuci permansit. Porrò Demetrio Antiochus Cyprius successit: & huic Antiocho Antiochus Cizicenus: & Antiocho Ciziceno Philippus. Tertio decimo anno post mortem Alexandri magni Seleucus in Syria regnare cœpit, in Asia autē quadragesimo. Cucurritq; regnū vsq; ad pfatum Philippū per reges decem septem, & annos ducentos viginti. Post hæc Syria in ditionem Romanorum venit. Antiochus enim in Parthos fugiens Pompeio se tradidit postquàm Philippus captus est a Gabino.

Antioch^s.

Epiphanes.

B

Triphon.

Demetrius.

Antioch^s. Cyprius. Seleuch^s.

Syria Romanis paret.

De regno Asiæ. *Cap.* *VIII.*

C

IN Asia minore post Alexandrum magnū regnauit Antigonus annis decē nouem. Post hunc aūt regnauit Demetrius Poliorcetes decem septē annis. Post hūc Demetrius Seleuco regi Syriæ se tradidit, & regnauit Seleucus in Asia & Syria. His igitur breuiter executis ad sequentia transeamus. Sed priusq̄ de Ptolomæo Lagi filio, qui post Alexādrum magnū in Aegypto regnauit, dicam: exordium regni Aegypti, cuius supra memini, cursumque eius vsque ad hæc tempora paucis expedire curabo.

ANNOTATIO.

Quę hic Hugo noster pertractat, apud Ioannem Lucidum libro, & capitulo prædictis, annotare poteris.

De regno Aegypti. *Cap.* *IX.*

D

QVidā in Aegypto primum deos siue heroas quosdā regnasse ferunt, sic. Festus primus annis sexcentis octoginta. Sol secundus septuaginta septem. Sosinosiros tertius tercētus viginti. Orōoliarchus quartus decē octo. Tiphon quintus quadraginta quinque. Post hæc Mirtheorū regna sic. Procaanubes annis octoginta tribus. Apion sexaginta septē. Vera aūt narratio hēt, q̄ a natiuitate Abrææ sextadecima Dynastia, quā Aegyptij summā ptātē vocant, Thebęorū apud Aegyptios initiū accepit, currēs p annos cētū nonaginta. quindecim. n. Dynastiæ in regno Aegyptiorū iā trāsactæ fuerāt, & sextadecima (vt diximus) qua Thebæi regnabāt exorta est. Dynastia igitur decima sexta regnauerunt Thebæi annis centum nonaginta. Dynastia decima septima Pastores octo. Dynastia decima octaua. Diapolitanorum

Reges Aegyptii.

Dynastia.

rum

rum Amasis primus. Hic fuit tempore famis, sexto anno eius regnare incipiens, Chebron secundus, Menophis, Mephres, Misfar, Mutosis, Theutemosis, Amenophis, Orrus, Achencheres, Achoris, Ebencres, hic submersus est. Acherres, Cherres, Armeus qui & Danaus, Ramesses, qui & Aegyptus. Menophis Dynastia decima nona Zetus, Ram-
E psés, Amenophis, Ammenephus, Thuores, qui & Polybus: Ad hunc Menelaus cum Helena post excidium Troianorum diuertit. Dynastia uigesima Diapolitanorum: Dynastia vigesimaprima Smendis, Psusennes, Nefercheres, Amenophis, Osochor, Psinaces, Psusennes: Dynastia vigesima secunda Sesonchosis, Osorton, Tacelosis: Dynastia vigesima tertia Petubas, Orsochon, Psammos. Dynastia vigesima quarta Bochoris. Dynastia vigesima quinta Sabachon, Aethios, Sobicus, Tharacus, Aethiops. Dynastia vigesima sexta Merres, Aethiops, Stefinatis, Necheompos, NechaoPsammeticus, Necheo secūdus, qui & Neceplos, Psammites, qui & Psammeticus, Vafres, Amasis. Dynastia vigesima septima Persarū annis centum & vndecim. Camhises, Fratres magi. Darius, Xerses Darii filius, Artabanus, Artaxerses,
F Xerses secundus, Sogdianus, Darius nothus. Post hæc Aegyptus a Persis recessit, & proprios reges habere cœpit. Sicut subiectum est. Dynastia vigesima octaua Amarcheus, Saites. Dynastia vigesima nona Nephrites, Achoris, Psammites, Nephrites Nectanebus. Post hæc Artaxerses qui & Ochus, Nectabo rege Aegypti in Aethiopiam pulso, Aegyptum obtinuit, & ex inde vsq; ad Alexandrū magnū Persæ Dynastiā Aegypti tenuerunt: ab anno decimo septimo Ochi vsque ad septimum Alexandri: & nūc Aegyptus in potestatem Græcorum venit: Hac prętereatempestate, qua præfatus Ochus in Persi-
G de regnauit & in Aegypto, Brennus, qui apud vrbem Senonensem regnabat, cum trecentis millibus Gallorum in Italiā venit, & eam vsq; ad Senogalliam supra mare Adriaticum sitam occupauit, & ibi ab inuicem separati sunt, quorum ad centum millia Delphos adeuntes Græcorum gladiis perierunt. Alia uero centum millia in Italia remanserūt, Ticinūque, Mediolanum, Bergomuū, & Brixiā cōstituentes, Cisalpinæ Galliæ nomen dederunt. Vnde Gallia transalpina, quæ vltra alpes respectu Italiæ habetur, & Gallia cisalpina, quæ is alpes est, uocitatur. Et hæc de Brenno, Gallis, & Gallis pauca dixisse sufficiat. Porrò Ocho successit Arxes filius eius, & Arxi Darius Arxis filius, & Dario (vt supradictum est) Alexander Magnus, cuius Imperii anno septimo Aegyptus in potestatem Græcorum venit. Post Alexandrum denique Magnum regnauit Ptolomæus Lagi filius in Alexandria Aegypti.

Helena ad Aegyptum

Aegyptiorum reges proprii.

Artaxerxes.

Brennus Gallorum dux.

De regno Aegyptiorum post Alexandrum magnum. Cap. X.

H Sciendum autem, quod omnes reges Aegypti cōmuni vocabulo primum Pharaones sunt dicti, ab Alexandro uero magno usque ad Cleopatram Ptolomęi fine Lagidæ a Ptolomęo Lagida Lagi filio. Cucurrit itaque regnum Alexandrię vsque ad † Octauianum Augustum per reges duodecim, quorum ista sunt nomina: Ptolomeus Lagida. Iste Hierusalem dolo cepit, & Iudęos captiuauit. Ptolomeus Philadelphus. Iste uetus testamentum de Hebręo in Græcum trāsferri fecit, & Iudæorum captiuitatem relaxauit. Ptolomæus Euergetes: Ptolomæus Philopator: Ptolomeus Epiphanes Ptolome*. Philomitor: Ptolomæus Euergetes: Ptolomeus Phiscon, qui & Sother. Ptolomæus, Alexander. Ptolomeus qui a matre deiectus est, Ptolomęus Dionisius. Cleopatra. Post hæc Aegyptus in potestatem Romanorum venit, cuius regnum semper mollitiem est secutum, & tandem in fœmina prostratum, cuius finem inferius explicabo.

Pharaones.

Lagidæ.

† Octauia

ANNOTATIO.

Aegyptiorum Regnum eo tempore cępit, quo & Regnum chaldęorum, hoc est Anno centesimo trigesimo primo à Noatico diluuio, ut ex Beroso accepimus. Aegyptus autem ab Aegypto Rege ultimum nomen accepit, ut ait Manethon sacerdos Aegyptius in supplemento temporū. Prius enim Oceana, & Nilea, teste Diodoro Siculo in primo libro: postea uerò Aeria dicebatur, ut ait Eusebius in libro de temporibus. Quin etiam ab Osyrii nomine, & cognomine Osyriana ab Aegyptijs, & Mizreia ab Hæbreis auctore Moyse dicta fuit. Vltimo autem uocata est Aegyptus, ut dictum est, ab Aegypto fratre Danai, qui dicebatur Ramesses. Hæc ex Ioanne Lucido, libro Chronicorum quinto, Cap primo, apud quem non nulla alia ad propositum notatu digna comperire potes.

Ex eodem Beroso. Manethō. Diodoro.

De regno Sicyoniorum. Cap. X I.

Regnum Sicyoniorum sub Aegialeo primo rege exortū: ab anno vigesimoquarto Nachor aui Abraę vsque in annum decimū septimum Heli sacerdotis & Iudicis Israel cucurrit per annos noningentos sexaginta & unum, & per reges triginta unum, quorum ista sūt nomina, Aegialeus, Europs, Telchim, Apis, Telon, Aegiorns, Thurimachus. Leucippus, Messapus, Eratus, Plemeus, Orthopolis, Maratus, Maratus, Echireus, Chorax, Epopeus, Laomedon, Sichon, Polibus, Inachus, Phestus, Adrastus, Polyphides Pelasgus, Zeuxyppus. Post hęc sacerdotes Carnii præfuerunt annis viginti octo, quorum ista sunt nomina, Archelaus, Antomidus, Mecludutus, Heuneus, Theonaus, Amphicius, Caridus, Post hęc finitum est regnum Sicyoniorum. I K

ANNOTATIO.

Regnum Sicyoniorum in Græcia iuxta Eusebium de tēporibus, initium habuit ante natiuitatem Abrahæ, annis septuaginta tribus, uidelicet anno 32. Bel, & durauit annis non gentis sexaginta, & uno. Reliquus eius progressus, ex Ioanne Lucido, libro 6. Chronicorum, cap. 4. educere poteris.

Siculus.

De regno Argiuorum Cap. X I I.

L Regnum Argiuorū sub Inacho primo rege exortū vsq; ad nouissimū Acrisiū cucurrit per annos quingentos quadraginta quatuor ab anno primo Iacob patriarchæ usq; ad annū duodecimū Deborę & Barach Iudicū Israel. Reges igit Argiuorum sunt Inach*, Phoroneus, Apis, Argus, Criasus, Phorbas, Triopas, Crotop*. Sthelenus, Danaus, Lynches, Abas, Prœtus, Acrisius. Post hæc in Mycenas Imperium

riũ est trãslatũ.Perseus, Acrisio nõ spõte interfecto migrauit ab Argis.Reges Mycenarũ sunt. Perseus, Sthelenus,Euristeus, Stheleni filius, Atreus & Thyestes,Agamẽnon,Egyltus,Orestes,Thisamenus,Pentilus,Comethes.

ANNOTATIO.

Lucidus. Ioannes. Mox ortis Esau, & Iacob, Anno secundo Balei xersis octaui Regis Assyriorũ, initiũ habuit Regnũ Argiuorũ, ut cõputat Eusebius. Cõputatio,Regum,& temporum ipsorum cernitur breuiter apud Ioannem Lucidum libro Chronicorum sexto,cap. Quinto.

§ De regno Atheniensium. Cap. XIII.

N Cecrops. REgnum Atheniensium a Cecrope rege primo exortum, ab anno vigesimo secundo Moysi hoc est quadragesimo quinto ante egressionem Israel de Aegypto vsque in annum vigesimum nonum Manassæ regis Iuda,cucurrit per annos Noningentos quinquaginta tres.Reges igitur sũt, Cecrops,Cranaus,Amphiction,Ericthonius, Pandiõ, cuius filiæ Progne, & Philomena, Erictheus, Cecrops,Ericthei,Pandion Cecropis,Aegeus,Pandionis,Theseus Aegei,Menestheus, Demophoon Thesei,Oxinies,Aphicitas,Thimotes, Melanthus, Codrus Melanthi.Hucusq; reges,post hæc aũt principes sunt constituti,quorum singuli principatũ usq; ad finem vitæ tenuerunt,Medrus Codri, Acastus,
O Archippus,Theusippus,Phorbas, Mezades, Diognetus,Pheredus,Ariphron,Thespieus,Agamestor
Principes Athenarum. Aeschylus,Almeon,Carops, Aesimedes, Elidicus, Hippomenes,Leocrates, Absander, Eurixias. Post hæc annui principes Athenis constituti sunt noue ex nobilibus ciuitatis.

ANNOTATIO.

Atheniensium Regnum(vt ait Berosus in 5. libro) cæpit Anno quarto Spareti.17. Regis Assyriorum qui fuit annus primus Iasij Regis,Etruriæ & 30. Ori Regis Aegypti. Quorum Reges quot annis regnarunt, ex Eusebio elicit Ioannes Lucidus. lib.6.cap.6.

De regno Lacedæmoniorum. Cap. XIIII.

P REgnum Lacedemoniorum sub Eurystheo primo rege exortum ab anno septimo Samuelis Iudicis Israel, vsq; in annum quadragesimum nonũ Oziæ regis Iuda cucurrit per annos trecentos uiginti quinque & reges nouem,quorũ ista sunt nomina Eurystheus, Agis, Echestratus, Labotes,Doristeus, Agesilaus, Archilaus,Thelectus, Alcamenes.

ANNOTATIO.

Regnum lacedæmoniorum incępit, secundum Eusebiũ, anno quarto Dercili trigesimi primi Regis Assyriorum. Aliqui tamen dicunt,id cępisse prius annis duobus, quod magis computationi nostræ (ait Lucidus) conuenit. Tunc enim erat septuagesimus octauus annus vigesimæ Dynastię Aegyptiorum,& sextus annus Aeneæ Syluii Regis Latinorũ; nec nõ & duodecimus annus Saulis Regis Hebręorũ.Reges Lacedęmoniorũ apud eũdẽ habes ex Eusebio.

§ De regno Corinthiorum. Cap. XV.

Q REgnum Corinthiorũ sub Alethe primo rege exortũ,ab anno octauo Samuelis Iudicis Israel,vsq; in annum primum Ioatham filii Oziæ cucurrit per annos trecentos uiginti. Reges fuerunt, Alethes,Trion,Agilaus,Primitas,Bacis,Agelas,Eudemus,Aristomedes,Agemon, Alexander, Thelestes, Pritanis.

ANNOTATIO.

Eodem tempore incępit,regnum Corinthiorum, quo & Regnum Lacedæmoniorum, iuxta Eusebium. Et Reges eorũ fuerũt numero duodecim. Ioan. Lucidus.lib.6.c.10.

§ De regno Lydorum. Cap. XVI.

REgnum Lydorum sub Ardiso primo rege exortum ab anno quadragesimo octauo Oziæ R
regis Iuda, usque in annum quadragesimum tertium transmigrationis cucurrit per annos trecẽtos triginta,& per reges nouem quorum ista sunt nomina,Ardisus,Aliattes, Meles,Candaules, Giges, Ardis,Sagdiates,Aliattes, Crœsus.Post hęc subuersum est regnum Lydorum a Persis. Crœsus namque Lydorum rex cum Medi,& Persæ Babylonem obsiderent,contra eos Chaldęis auxilium tulit, propter quod postea subuersa Babylone a Cyro rege Persarum bello oppetitur, & superatur. Sicque regnum Lydorum in Persarum ditionem transiit. S Crœsus.

ANNOTATIO.

Regnum lydorum, iuxta Eusebium mox incępit, post finem Regni Corinthiorum,hoc est annis duobus ante primam olympiadem. Ioan. Lucidus lib 6. Chron.cap.13.

§ De regno Parthorum. Cap. XVII.

PArthi postquàm a Seleuco rege defecerunt, proprios reges habere cęperunt, quorum ista sunt nomina, Arsaces,Arsaces.Priapacius,Phrahates, Mithridates, T
Phrahates, Artabanus,Mithridates,Orodes.His tẽporibus Crassus Romanum assecutus consulatum per Mesopotamiam tendens in Parthiam,Euphratem fluuium contra fœdus Luculli & Pompeii cõsulum Romanorum, transiuit,& Carras usque peruenit,vbi a Parthis circumuentus exercitum amisit,& ipse est extinctus. Porrò Orodi successit Pacorus,& Pacoro,Mithridates magnus,& Mithridati magno Pharnaces filius eius.Hic est Pharnaces,qui in bello Pharsalico Pompeio auxilium tulit,quem post mortem Põpeii Iulius cęsar in Ponto deuicit. Crassus. Pharnaces.

§ De regno Numidiæ. Cap. XVIII.

REges Numidię sunt,Gala,Masinissa, Mycipsa,Atherbal,Hiempsal,Iugurtha. V

§ De regibus Babyloniæ. Cap. XIX.

REges Babyloniæ sunt Merodach, Baladã,Nabuchodonosor,Nabuchodonosor, Eulmerodach,Egesar,Labosordach,Balthasar.Isti sunt reges Chaldæorum,qui quamuis gestis fuerint insignes,in numero tamen regum illustrium non computantur.

De

§ *De regno Latinorum.* *Cap.* XX.

X

REgnum Latinorum sub Iano (vt dicunt) primo rege exortum ab anno septuagesimo sexto Ahod Iudicis Israel vsque in annum octauum Darij regis, qui est octogesimus post transmigrationem Babylonis, decimus post reuersioné, quartus post instaurationem tẽpli, cucurrit per annos octingentos viginti nouem, & reges Latinos sex, Albanos quatuordecim, Romanos septem vsq; ad Tarquinium superbum.

Reges Latini.

Reges Latini fuerunt, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, Aenæas. Albani, Ascanius, Siluius. Posthumus Aeneę filius, Siluius, Aenæas, Siluius Latinus, Siluius Epithus, Siluius Capis, Siluius Capetus, Siluius Tyberinus, Siluius Agrippa, Siluius Aremulus, Siluius Auentinus Siluius Procas, Siluius Amulius.

Romani.

Romani, Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Seruius, Tarquinius superbus.

Consules Romani.

Post hęc, expulsis ab vrbe regibus per Brutum, consules rem publicam tractabant vsque ad Iulium Cæsarem, hoc est vsque ad annum vigesimum Hircani regis & sacerdotis Iudæorum per annos quadringentos sexaginta duos sic:

Brutus. Camillus. Quintius.

Brutus post expulsos reges primus consul sub anno primo, deinde decẽ viri constituti sunt anno quadragesimo. Camillus consul anno centesimo trigesimo sexto, Quintius dictator anno centesimo quadragesimo octauo.

Manlius. Regulus. Publius. Corne. Scipio. Fabius. Maximus. Aemilius. Varro. Nero. Liuius. Marius. Mallius, Sylla. Tullius. Cicero. Pompeius. Crassus. Cæsar.

Papyrius consul anno centesimo octogesimo sexto Manlius, & Regulus anno ducentesimo quadragesimo tertio: Publicus Cornelius Scipio anno ducẽtesimo nonagesimo secũdo: Fabius Maximus dictator anno ducentesimo nonagesimo octauo: Lucius Aemilius Paulus, Terentius Varro anno ducentesimo nono: Leuinus, & Marcellus anno trecentesimo quarto: Claudius Nero, & Marcus Liuius Salinator anno trecentesimo quinto: Scipio Africanus maior anno trecentesimo vndecimo: Scipio Africanus minor anno trecentesimo sexagesimo quarto: Scipio Nasica, anno trecẽtesimo nonagesimo primo. Posthumus, & Metellus anno trecẽtesimo nonagesimo tertio: Marius & Cenæus Mallius anno quatricentesimo primo: Sylla anno quatricentesimo vigesimo secundo: Marcus Tullius Cicero anno quatricentesimo sexagesimo nono: Pompeius, & Crassus anno quatricentesimo quinquagesimo septimo. Cæsar solus imperat anno quatricentesimo sexagesimo secũdo. Istos de temporibus consulum excerpsimus, ex eo quo reges expulsi sunt usque ad Iulium Cæsaré singulos annos suos, & tempora quibus post reges rem publicam tractabant adnotantes, & eos magis signauimus, quorum temporibus, vel ab ipsis vel ab alijs aliqua magna gesta referuntur, verbi gratia temporibus Papyrij consulis ea, quæ de Alexandro Magno scripta sunt. Temporibus Scipionum bella punica. Temporibus Marij Iugurthinum. Temporibus Ciceronis Catelinarium. Primus itaque Romanorum Monarcha Iulius Cæsar extitit, cuius gesta paucis expediam.

ANNOTATIO.

Hæc omnia diffusius habes apud Ioannem Lucidũ, lib. 3. Chronicorum, cap 3. sed Robortelus, & Paulus Manutius in Tabulis quibusdam copiosis dederant.

§ *De Iulio Cæsare Primo Imperatore Romano & Pompeio Magno.* *Cap.* XXI.

Y

Cæsar.

IVlius itaque Cæsar Gallorum gentem ferocissimam multis prælijs expugnauit. Nauibus denique in Britanniam transuectus Romanum Imperium vltra terræ limitem dilatauit, mare videlicet Oceanum, quod totum intra decennium cõsummauit. Quo transacto decerni sibi à Senatu Romano postulauit alterum consulatum, contradictum est a Marcello ter consule adnitente Pompeio. Deinde decretum est a Senatu, ne in Vrbem nisi dimisso veniret exercitu, quod Cæsar grauiter tulit, & contractis vndique viribus, Romam hostiliter contendit, & Rubicone fluuio transmisso, Ariminium cępit, & Rauennam se contulit.

Pompeius.

At Pompeius, & omnis Romanorum Senatus crescentibus Cæsaris virib. trepidi tanquam Italia pulsi Gręciam adierunt, Dyrrachiũ gerendi belli sedem eligentes. Cæsar autem cum iam aduersus Põpeij duces multa peregisset certamina, tandem Romam intrauit, & ex ærario publico fractis ianuis pecuniam tulit, quam suis militibus erogauit.

Pompeii copiæ.

Interea vero apud Dyrrachium multi reges Orientis ad Põpeium cum auxilijs deuenere, quod audiens Cęsar, agmine comparato, per Epirum in Thessaliam venit. Pompeius octoginta, & octo cohortes ordine triplici collocauit, fueruntque in exercitu eius peditum quadraginta millia, & equites in sinistro cornu sexcenti, & in dextro quingenti. Inter quos erãt reges multi, senatoresque, & equites Romani plurimi.

Cæsaris copiæ.

Contra Cæsar similiter octoginta cohortes triplici ordinauit dispositione. In exercitu Cæsaris fuere minus quam triginta millia peditum, & equites mille: sed dum vtrinque certaretur, tandem vniuersus Pompeij fugit exercitus.

Pomp. fuga, & strages.

Cæsa sunt in eo prelio Pompeianorum duodecim millia, & centuriones triginta quatuor, Pompeius fugiens onerariam nauim nactus, in Asiam properauit, & inde per Tyrũ in Aegyptum transijt. Ibique statim ut litus attigit iussu Ptolomęi adolescentis in gratiam Cæsaris victoris occisus est.

Z

Pomp. cędes.

Pompeio interfecto Cæsar Syriã peruagatus Alexandriam uenit, vbi Alexandrinis petentibus præfatum Ptolomæum adolescentem Alexandriæ regno donauit, qui tamen illico contra Cęsarem rebellauit, & bellũ instruxit.

Cæsari reliqua gesta. Ptolem. defectio. Clades.

In quo bello referuntur cæsa hominũ viginti millia, & duodecim millia septuaginta nauib. dedita, vnde territus Ptolomæus scapham ascẽdit vt fugeret, sed multis post eum in eandem scapham insilientibus mersus, necatusque est.

Mors.

Cuius dum corpus ad litus deuolutum fuisset, indicio loricæ aureæ cognitum fuit, quem cum Cæsar Alexãdriam præmisisset, Alexandrinos desperatione ad deditionem coegit.

Cleopatra. Pharnax. Cæsaris in Africa gesta.

Quibus parratis rursus regnum Aegypti Cleopatræ dedit. Deinũ uero Syriam peruagatus, Pharnacem in Ponto deuicit. Indeque Romam secundo regressus Dictator & consul est appellatus, deinde in Africam transiẽs

omnes magni Pompeij duces, atque nepotes debellauit. Conflixit apud Mundam ciuitatem aduersum Pompeij duces Labienum atque Accium Varrum, & superauit. Sed & filiam Pompeij Pompeiam, Faustum, & Syllam, Affranium, & Petreium interfecit. Cato. Cato uero apud Vticam sese interemit. Indeque reuersus Romam, rerum summam ac potestatem Monarchia Cęsaris. solus sibi præsumpsit, quam Græci Monarchiã vocant, sed dum ibi reipublicæ statum contra morem Cędes malorum clementer instaurat, auctoribus Bruto & Cassio in curia viginti quatuor vulneribus confossus interijt. Post annos tres & menses sex quàm imparare inceperat. In hac coniuratione ducentos sexaginta conscios fuisse ferunt. Romanus vero populus dolore stimulatus Capitolium cum auctoribus cædis incendere voluit. Apud quos etiam post modũ memorabilis factus est, vt omnes post illum imperatores, Cæsares nuncupentur. Breuiter itaque ortus, cursus, & occasus regnorum Mundi, quæ a tempore, quo post diluuium disseminatum est genus humanum super terram, extiterunt, usque ad tempus Hyrcani Pontificis, declaraui.

ANNOTATIO.

Quæ de Cæsare ac Pompeio, tum in laudem, tum in opprobrium di[c]i possunt, plutarchus accuratissimus scriptor in vitis eorum, studiosissime digessit. Quãplurima in Suetonio de Cæsare, & de ambobus in Appiano, & cæteris Romanæ Historiæ scriptoribus, annotari possunt.

FINIS LIB. V.

SEXTVS LIBER tractat de Imperatoribus Romanis a natiuitate Christi, idest ab † Octauiano vsque ad Traianum, continens capita tredecim.

† Octauio

A

¶ *De concordia igitur præcedentium, & sequentium.* Cap. I.

DEinceps conabor Regnorum, ac Regum seriem, & nomina simili ordine, quo modo ab incarnatione verbi vsque ad tempora nostra cucurrerunt explicare. Lineam namq; computationis qua præsentis seculi cursum metimur, ingeminas partiti sumus partes: superiorem eius partem ab exordio seculi usq; ad incarnationẽ uerbi porrigentes: inferiorem atq; posteriorem ab incarnatióne verbi deorsum ad nos vsq; extendimus. Post tempora cõsulũ Monarchę in Romana republica imperium obtinuerunt. primo Iulio Cæsare corripiente imperium, repentusque est Romæ mos uni parendi, anno ab urbe condita septingentesimo vigesimo secundo, ab exactis vero regibus quingentesimo octogesimo, pro rege Imperatore, uel sacratiore nomine post Augusto appellato.

¶ *De Octauiano secundo Monarcha. Et de natiuitate Christi.* Cap. II.

SEcundus Romanorum Monarcha, interfecto Iulio Cæsare † Octanianus extitit. Hic Illiricum, & Pannoniam occupauit, & Sicambros, & Artures Hispaniæ populos superauit, & moribus informauit. Norici, Dalmatæ, Mesi, Bosphorani, Thraces, Daci, Sarmatæ, ducum eius sunt superati uirtute. Sed antequam regni monarchiam obtinuisset ipse Augustus Italiam, & Galliam, & Hispaniam, Antonius uero Asiam, Pontumq; possidebat. Porrò Antonius cum esset socer eius repudiata Augusti sorore, Cleopatram Aegypti reginam sibi copulauit, & Augusto bellum indixit. Sed ubi uentum est ad prælium, Antonius imperatorem sustinere non valens, propria manu se interfecit, Cleopatra uero admotis sibi serpentibus morte sopita est. Tunc Augustus potitus Alexandria urbe opulentissima, Romam triumphans ingressus est. Quibus patratis, Parti inclyti nominis gloria territi Romana signa, quæ Crasso interfecto diripuerant, ei ultro reddiderunt, & obsidibus datis fœdus ab eo suscipere meruerunt. Ad hunc quoque Indi, Garamantes, Aethiopes legatos cum donis miserunt. Venit ad eum & Herodes rex Iudeę deposito diademate, & insignibus regni sequestratis, eo quòd fuisset de amicis Antonij. Venit, inquam, humili habitu, sed regia mente. Cumque coram imperatore fidem, quam Antonio seruauerat, elegantissime perorasset, Cæsar fidem, & bonitatem admiratus in homine, salue (inquit) & nunc magis utere regno tuo, quoniam non inuidemus uirtutibus, sed delectamur. Et hæc dicens, imposuit coronam capiti eius, ampliauitque regnum eius dans ei Gaddaram & Hyponam, Samariam, & Ioppen, Turrim quoque Stratonis. Ex quibus Herodes Turrim quoque Stratonis aulicis ædificiis venustauit, & Cæsaream iussit appellari. Pacatis igitur omnibus per uniuersum orbem regionibus exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeret uniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino. Ascendit aut Ioseph a Nazareth Galileæ in Bethleẽ Iuda, eo quòd esset de familia Dauid. ut ꝓfiteretur & ipse cũ Maria desponsata sibi uxore prægnante. Anno igitur Imperij Octauiani Augusti quadragesimo secundo, regni Herodis trigesimo primo, Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertię, cum per orbem terrarum firmissima pax uigeret, Iesus Christus filius

B † Octaui². Antoni². Cleopatra. Parthi. Indi &c. C Herodes. Turris. Stratonis. Cęsarea Luc. 2. D Nascitur Christus Dominus

lius Dei in Bethleem Iudæ naſcitur ſecundum fideles promiſſiones. In cuius ortu angeli exultantes
Luc. 2. Matt. 2. cecinerunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Magi quoque venerunt ab Oriente adorare eum, offerentes ei munera, aurum, thus, & myrrham. Herodes autem mala ſuſpicione perterritus occidit omnes pueros, ſperans inter coętaneos Chriſtum interficere. Pręterea agebatur
E funeſtus Herodes ſuſpicione mala per multa flagitia, & ne ignobilis videretur, copulauit ſibi Ma-
Herodis facinora. riannem Ariſtoboli filiam. Deinde copulauit ſibi nouem mulieres, ſed inter omnes pollebat Marian-
Mariāne. ne excellentiſſimi gratia decoris, vnde diligebat eā Herodes, nec offenſam volebat. Verum in Mariannen ſcena adulterij contexitur, quòd Antonio imaginem ſuam deſtinaſſet, vt pulchritudine ſua perſtrictam excitaret in ſe viri non ſobriam mentem: quod audiens Herodes iuſſit eam interfici. Sed non multo poſt ſecuta eſt facti pœnitentia. Itaque Marianne illi audiri & videri videbatur, & interdū con-
F ſiſtere cum illa & confabulari. Addebantur illi ſti-
Herodis filii. muli ab ijs, qui ei a filiorum inſidijs cauendum denunciabant, aſſerentes quòd vltrices materni exitij manus in eum armarent. Tandem igit' ad vrbem Sebaſten Alexander, & Ariſtobolus (ſic enim vocati ſunt) perducti, patris imperio ſtrangulati ſunt. Fecit occidi etiam Antipatrum filium ſuū Herodes.
Herodis exitus. Denique morbo intercutaneo depreſſus lecto decubuit, & tandem morte peſſima vitam finiuit. Suc-
Archelaus. ceſſit igitur Herodi Archelaus filius eius, maieſtate
Viri illuſt. quidem minor, ſed vitijs non inferior. Florebant
Auguſti mores & forma. per idem tempus Romæ Virgilius, Salluſtius, Terētius, Horatius, Liuius, Hortenſius. Porrò Auguſtus Cæſar erat ad recipiendas amicitias parcus, ſed ad retinendas cōſtantiſſimus. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi & lepidi, corpore toto pulcher, ſed oculis magis. Auxit Romam ædificiis multis illo glorians dicto: Vrbem inueni lateritiam, relinquo marmoreā. Nolæ morbo obiit, & Tyberium ſuum priuignum ſibi ſucceſſorem reliquit.

¶ *De Claudio Tyberio Cæſare. Cap. III.*

H
Tyberius. CLaudius Tyberius ad imperium ſublimatus, imperauit circiter viginti duos annos. Iſte tantæ modeſtiæ fuit primum, ut diceret, boni paſtoris eſſe pecus tondere, non deglubere. Apud
Archelaus. hunc denique rex Archelaus de inſolentia accuſatus Viennam Galliæ vrbem exilio relegatus eſt, & ad minuendam regni Iudaici poteſtatem, fratres Archelai Tetrarchæ ſunt conſtituti, Lyſanias, Philippus, Herodes. Anno autem duodecimo Tyberij Cęſaris Pilatus Iudeæ præſes eſt deſignatus. Annoq; quintodecimo Tyberij Cæſaris procurante Pontio
Luc. 3. Pilato Iudæam, & prædictis filijs Herodis regio-
I nes ſibi commiſſas procurantibus, factum eſt ver-
Ioannes Baptiſta. bum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum in remiſſionem peccatorū. Eodem anno Dominus noſter Ieſus Chriſtus euangelicam doctrinam inchoauit, & duodecim Apoſtolos elegit. Deinde elegit ſeptuaginta duos diſcipulos. Herodes autem Tetrarcha abſtulit fra- Herodes Tetrarcha.
tri ſuo Philippo uxorem ſuam Herodiadem. Cumque argueret eum Ioannes baptiſta, vinxit eum, truſitque in carcerem, ac demum fecit eum decollari apud caſtellum, quod Macheronta dicitur. Mar. 6.
Porrò eodem anno, quo capite cęſus eſt ſanctus K
Ioannes, paſſus eſt Dominus noſter Ieſus Chri- Chriſti
ſtus, & reſurrexit tertia die. Mos autem erat Ro- Domini
manis antiquitus, ut prouinciarum iudices ſi quid paſſio. &c.
noui in illis, quas regebant, prouincijs contigiſſet, ſenatui ſcripto nuntiarent. Pilatus ergo ſcri- Pilati epiſtola de
pſit epiſtolam ad Tyberium de his, quæ in Domi- Chriſto.
num noſtrum Ieſum Chriſtum perpetrata fuerant, ſignificans ei, quòd ipſe eſſet vere Saluator mundi. Tunc Tyberius cum ſuffragio magni fauoris retulit epiſtolam ad Senatum poſtulans, ut Chriſtus Deus haberetur. Porrò Senatus Chriſtum recuſauit, indignans, quòd non ſibi ſecundum morem prius epiſtola delata fuiſſet. Ab illa itaque die cœpit immutari laudatiſſima prius Cæſaris modeſtia, in pœnam contradictoris Senatus. Interea
Apoſtoli Hieroſolymis Matthiam ordinauerunt, Act. 1.
ac demum ſeptem diaconos, quorum iſta ſunt no- Diaconi.
mina, Stephanus, Philippus, Procorus, Nicanor, L
Timon, Parmena, & Nicolaus Antiochenus. Ab Nicolaitę.
hoc orta eſt hæreſis Nicolaitarum. Per idem tem- Act. 8.
pus Philippus deſcendens in Samariam prædicauit ibi uerbum Dei, & crediderunt multi. Sed &
Simon Magus, qui eandem urbem magicis arti- Simō Magus.
bus dementauerat, baptizatus eſt. Cumque perueniſſent illuc Petrus & Ioannes, & Simon uideret per manus eorum impoſitionem Spiritum ſanctum dari credentibus, obtulit eis pecuniam poſtulans, ut ſibi iſta poteſtas concederetur, ſed uerbis Petri grauiter confutatus abſceſſit. Circa hos denique dies Paulus Apoſtolus eligitur, & Stepha-
nus Hieroſolymis lapidatur, & Iacobus Alphęi pa- M
triarcha conſtituitur. Apoſtoli quoque, cum iam Apoſtolorum diuiſio.
Iudęa uerbum Dei repuliſſet, ſingulas prouincias adierunt. Petrus Cappadociam & Antiochiam, Ioannes Aſiam, Paulus Græciam, Andreas Achaiam, Matthęus Æthiopiam, Philippus Scythiam, Simon & Iudas Perſidem, Bartholomæus Indiam minorem, Thomas Indiam maiorem. Porrò illi, qui ad fidem conuertebantur, diſcipuli non Chriſtiani uocabantur. Sed florentiſſima apud Antiochiam eccleſia congregata, prima cœpit credentes in Chriſtum Chriſtianos appellare. Pręterea Cęſar cum iam ſuos, & extraneos pariter puniret reſolutis in Vrbe Roma militiæ artibus: Armenia a Parthis, Meſia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a
finitimis gentibus direptæ ſunt. Demum vero in- Tyberij
ſidijs Caij Caligulæ extinctus eſt. exitus.

¶ *De Caio Caligula. Cap. IIII.*

TRadidit igitur Caius Caligula imperator creatus regnum Iudææ Agrippæ N
Herodi, filio Ariſtoboli filij Herodis Caligula.
magni & Mariannes. Tradidit igitur, illi Caius Philippi, Lyſaniæ, & Hero- Herodis
dis Tetrarcharum tetrarchias, & Herodem inceſtū exilium.

una

Herodiadis filię exitus. Pilati exitus. vna cum Herodiade in Hispanias æterno damnauit exilio. Filiam quoque Herodiadis, quę in decollatione sancti Ioannis saltauerat, viuam terra degluuiit. Præses etiam Pilatus non remansit impunitus, sed apud Viennam exulans propria manu se interfecit. Hac præterea tempestate Matthæus euãgelium scripsit. Interea Cæsar profectus quærere hostem viribus ociosis Germaniam, Galliamque percurrens, Bellinus. Bellinum Britannorum regis filium in deditionem suscepit. Et sic est Romam reuersus. His quoque diebus Iudæi apud Alexãdriam commota seditione cæde profligati exponendarum querelarum causa Philo. Philonem quendam eloquentissimum ad Cæsarem mittunt. Sed Cæsar spreuit eius legationem. Demũ Caligulę insolentia. vero iussit templum, quod erat Hierosolymis, prophanari, & se vt Deum adorari. Obscœnitate denique morum suorum omnibus odibilis factus a prætorianis militibus est occisus.

¶ *De Claudio Caligulæ patruo. Cap. V.*

O Cladius. Claudius itaque Tyberius Caligulæ patruus Imperator creatus est. Hic in Britannia transuectus partem illius insulæ in deditionem suscepit, & Orcades Romano Imperio adiecit: sicque Romam reuersus filio suo Britannici nomen imposuit. Britannicus. His diebus misit præfatus Herodes rex manus, vt Act. 12. affligeret quosdam de ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, & apprehendit Petrũ, & misit eum in carcerem, vt produceret eum post pascha populo, sed non permisit hoc diuina prouidentia. Herodes denique cum spectacula in honorem Cæsaris celebraret, & a populo pro splendore deauratarum vestium acclamaretur Deus & non homo. in superbiam elatus ab angelo percussus est, p & concepta infirmitate mortuus est: Et successit ei Herodes multi. Agrippa filius eius. Igitur primus alienigenarum apud Iudæos regnauit Herodes magnus. Post hunc Archelaus filius eius: & post hunc Herodes Tetrarcha frater Archelai. Post hunc quoque Agrippa Herodes filius Aristoboli: & nouissime Agrippa filius Agrippæ Herodis. Hic vsque ad extrema templi excidia perdurauit Romanis semper amicus, & ab illa Iudęorum seditione tutissimus. Hoc quoque tempore Petrus Romã adijt, & Marcus euangeliũ scripsit. Verum Claudius Cæsar Britannicum filium suum exortem imperij fecit, & Neronem filiæ suæ Octauiæ maritum, sibi successorem reliquit.

¶ *De Nerone. Cap. VI.*

Q Nero. Nero igitur Romanum consecutus imperium quinquẽnio valde molestus extitit: & imperij sui anno secundo Festum Iudęæ præfecit, apud quem Paulus. Paulus causa dicta vinctus Romam dirigitur, & ibidem per biennium in libera custodia retinetur. Inde post relaxatus Hispanias adijt, sed inde Romam reuersus iterum tenetur, & ligatur. Per idẽ Florus. † Beronice. quoque tempus Festo Iudęæ procuratori successit Albinus, & Albino Florus. Florus autem iste præsente † Bernice regis Agrippæ sorore honorabiles viros Iudæos Hierosolymis in die solenni flagellis verberauit, & patibulis fixit. Quod non ferentes Iudæi contra Romanos rebellare cœperunt, ad quos R domandos mittitur a Cæsare Vespasianus magister Vespasianus. Titus. militiæ cum Tito filio. Circa hos dies denique Simõ Magus populum Romanum ita dementare cœpit, Simon Magus. vt ante missis imaginibus suis adoraretur vt Deus. Sed cum Petrus adolescentem propinquum Cæsaris, quem Simon magicis artibus suscitare non valebat, in nomine Iesu Christi suscitasset, confusus Petri miraculum. Simon offensum se dixit a Galilæis, relicturumque se vrbem minatur, & diem quo supernis sedibus inueheretur pollicetur. Cum volaret, orante Petro corruit, & confractus mortuus est. Simõ ruit Petrus sã gã parat. Sed Nero Cæsar super hæc indignatus iussit comprehendi Petrum cũque fletibus fidelium victus, vrbem se egressurum promisisset Petrus, vidit occurrentem sibi Christum Dominum, & eum adorans ait, Domine quò vadis? Cui Dominus: Venio (inquit) Romam iterum cru- Reuersus crucifigitur. cifigi. Intellexit igitur Petrus hoc dictum de passione sua, & reuersus & tentus crucifixus est. Paulus Paulus gladio cæditur. quoque Apostolus capite cæsus est. Cæterum tempore Neronis euangelium a Luca scribitur, & Iacobus patriarcha Hierosolymis pertica fullonis excerebratur. Iacobi cædes. Porrò Cæsar Nero hostis iustitiæ, primus Neronis facinora. persecutionem in Christianos excitauit. Matrem quoque suam, sororem, vxorem, & omnes propinquos suos penè interemit. Occidit poetam Lucanũ, & Senecam præceptorem suum. Sed cum hæc, & multa alia mala faceret, Galba in Hispania impera- Fuga, & cædes. tor est creatus, Nero autem desertus ab omnibus ab Vrbe fugit, & se ipsum interfecit, per idem tempus floruerunt Romæ poetæ, Lucanus, Ouidius, satyrici Poetæ. Iuuenalis, & Persius, & Seneca Tragicus, & alter philosophus, Musonius, atque Plutarchus.

¶ *De Galba Cesare. Cap. VII.*

Galba post mortem Neronis Romam S veniens imperauit mensibus sex, & Galba. diebus totidem, & adoptauit sibi Pisonem adolescentem, sed hos Ambos Otho in medio foro interfecit, & imperium inuasit.

¶ *De Othone Cap. VIII.*

Otho itaque imperauit mensibus tribus, cõ- T tra quem Vitellius Lucio Vitellio tertio Otho. consule natus, dimicauit. Sed Otho se suosque vinci in prælio videns, se ipsum interfecit.

¶ *De Vitellio. Cap. IX.*

Vitellius igitur imperium adeptus, impe- T rauit mensibus octo. Interea Vespasia- Vitellius Vespasianus. nus prouinciam Iudaicæ gentis debellabat. Conualescente itaque in exercitu rumore ciuilium bellorum denece Galbæ, & Othonis, & imperio Vitelij, qui post

alios

alios quasi fex resederat, viri veteris militiæ, & duces Vespasianum quasi maturum ad consulendum & ad prælandum validum, tantum Imperatorem creant. Tunc Vespasianus cum Tito filio suo Iudæa egressus Alexandriam ingredi festinauit. Sciebat nanque illic esse maximas vires reipublice, vbi compositis rebus erga se prospere, Antiochiam est reuersus. Indeque Mutiano duce ad Italiam præmisso, ipse per Cappadociam & phrygiam iter direxit. Vitellius itaque sinistro excitatus nuntio Cecinnæ duci exercitus sui summam periculi committit. Porrò Cecinna Roma progressus, vt validam manum aduentare cognouit, conuocatis cēturionibus suadet desistere bello eo quòd gloria imperatoris præponderaret. Sed dum Cecinna moras inuertit, dux partis aduersæ Antonius nomine ei occurrit, & conserto prælio eum superauit. Quod vbi Vitellius comperit, primum molitus est imperium deponere, sed postea animatus a quibusdam Sabinū Vespasiani fratrē nihil mali suspicantem interfecit. Post diem alterum adest Antonius, occurritur ex aduerso, trinoque circa vrbem congressu habito fusi & cæsi sunt Vetelliani. Deficientibus itaque Vitelliani, Vitellius in cellulam quandam se intrusit, indeque turpiter protractus, ad forum ducitur, & occiditur, & demum in Tyberim tractus, communi caruit sepultura.

Vitellij cędes.

¶ *De Vespasiano, & destructione Hierosolymorum. Cap. X.*

V

Vespesianus.

Vespasianus igitur ad imperiū sublimatus anno incarnationis dominicæ septuagesimoprimo Imperauit annis nouem mensibus vndecim diebus viginti. Interea cum apud Iudæos corrupta essent iura legis, & violata religio, deseruit eos diuina prouidentia, & non solum vrgebant Romani, sed & ipsi inter se domesticis seditionibus laborabant. Omnis seditionis erāt duo principes, quorum vnus erat quidam Ioannes, vir leuis, populi lues, doli callidus, falleudi artifex, qui fallaciam virtutem putares, elegātiæ duceret charissimos circunuenire. Alter erat Simon, non dispar crudelitate, quamuis inferior opum quantitate. Porrò Titus executor triumphi paterni cum valida manu ab Alexandria ad obsidionem Hierosolymorum est reuersus. Obsedit eam igitur die solenni paschæ, quo frequens eò turba Iudęorum conuenerat iusto Dei iudicio, vt qui in die paschæ Saluatorem nostrum interemerant, in ipso velut in uno carcere conclusi, feralis pœnæ exitiū, qd merebantur, exciperent. Denique cohortati sunt factionum viri conspirantibus studijs patriam defendere. Ioannes in castro cui nomen Antonia præliabatur. Simon ad Ioannis sepulchrum vicem tuendæ vrbis suscepit. Iudæis itaque audaciam desperatio dabat: Romanis gloriæ cupiditas virtutem addebat Titus monebat militem consilio pugnare, & eam solam dicebat virtutem, cui comes esset prouidentia. Cæsi sunt itaque multi mortales. Arietibus autem quatientibus paulatim cadebat murus, & soluta parte prima murorum Iudæi ad murum secundum concesserunt. Fugientibus ergo Iudæis Romani introierunt, & murum exteriorē diruerunt. Erat ciuitas plena horroris, vbique luctus, vbique pauor, clamor mulierum eiulatus senum, morientium gemitus, viuentium desperatio. Denique Cæsar admouere arietem ad murum secundum iubet. Tandemque vi insistentis Cæsaris solutus est murus secundus. Vnus murus superat, hic est tertius, cum iam Titus temperare militem iubet, suadet Iudæis ne se incendiis vrbis inuoluerent, quæ iam armis teneretur, se veniam præstaturum si modo uel sibi vel patriæ consulerent. Igitur triduo expleto, quia nihil à Iudæis pacificum afferebatur. Titus męnia aggreditur. Interea clausis insuderat se mirabilis fames. Itaque iam in occultis mandebant incocta cibaria, miserabilis esca, lachrymabilis cibus, parētes filijs, filijque parentibus de ipsis faucibus cibum eruerant. Sed quid opus etiam pondus huius famis explicare? cum ibi gestum sit facinus, quale nec apud Græcos, nec apud Barbaros ullus accepit auditus, manebat in ciuitate mulier quædam infelix, quæ infantē suum necauit, assauit, & comedit. Sed dum assaretur nidor incensi ad principes seditionis peruenit, quem fame cogente secuti, hospitium mulieris ingressi sunt. Cōpertum est itaque quod factum fuerat, repleuit cōtinuo totam vrbem tanti sceleris nefas, & vnusquisque ante oculos positum parricidalis conuiuij cibum perhorrescebat. Sed & plerique horrore perterriti, ad hostem confugerunt. Quo cōperto Cæsar execratus infelicis terræ contagium, manusque eleuans ad cœlum, talia protestabatur. Ad bellum quidem o commilitones venimus, sed aduersus homines beluis crudeliores decertamus. Feræ diligunt fœtus suos, quos etiam in fame nutriunt; hoc est vltra omnem acerbitatem, vt membra, quæ genuit, mater deuoret. Ab hoc contagio me tibi mundus absoluo quæcunque in cœlo potestas es. Scis enim, quòd pacem frequenter obtuli. O infelix ciuitas, in qua talis officina, taleque ministerium est. Operiant eam ruinæ suæ, & abscondant huius mundi contagium, ne sol videat, & ne stellarum spectet globus, aut maculentur aurarum spiracula. Thyestæas dapes fabulam putabamus, flagitium videmus, cernimus veritatem tragędijs atrociorem. Maturius igitur bellum cōficiamus, & exeamus terram execrabilem, & perniciosam. Et his dictis admouere muro arietes iubet. Euoluto igitur biennio postquam obsessa est ciuitas, victor Titus machinis, & alijs bellicis instrumentis muros eius irrupit, non tamen sine suorum sanguine. Rupto muro, solito terribilior increpuit sonitus tubę. Titus audito fragrore muri, & clangore tubæ exercitum suum iubet ad arma concurrere. Et iam hostes irruerant, iam cuncta turbauerant, fiunt vulnera super vulnera, gladius obtunditur ferri rigore. Cerneres sanguine tanquam fluuio inundare terram, vbique strages, vbiq; luctus, vbiq; periculum, Vbique clamor, vbiq; desperatio. Verum nocte superueniente vterque requieuit exercitus. Mane facto pręcepit Cęsar ianuas templi argento opertas succendi. Volebat autem Titus templum reseruare, sed cum principes dicerent radices rebellionis funditus euertendas, quidam de Romanis admouit

Sediciosi princip es Iudæorū. Ioannes. Simon.

Murus tertius.

X

Famis sacrę exemplum horrendum.

Hierosolyma capiuntur.

Templi incendium.

uit ignem portę templi, quę vocabatur Speciosa, & liquefactus auri rigor lignum nudauit, ac deinde furor ignis ingrediens in penetrabilia templi sese proripuit. Flamma iam depascebat templi conclauia, & accurrit Titus cupiens cuiusmodi ędes essent inspicere. Cuius gratia motus precellentiorem fuisse operibus templorum suorum fatebatur. Et quia tam honestum non nisi summi Dei domicilium crederetur. Mirabatur saxorum magnitudinem, metalli nitorem, venustatem operis, gratiam pulchritudinis. Interea vnus ex sacerdotibus sese dedit, & quędam vasa, lucernas duas, mensas, crateras, phialas, aureas, & perpetrafinata templi. Phinees quoque custos gazophylacij comprehensus, ostendit sacerdotum purpuram multam, coccum, & cinnamomum, & thimiamata, & aromata, & vasa, & vestem sacratam summi pontificis. Denique Ioannes Tito se tradidit: & Simon à Ruso Terentio comprehensus, Tito est pręsentatus. Concremata est igitur ciuitas, & murus ad solum vsque deiectus. Denique Vespasianus & Titus magnificum de Iudæis reportantes triumphum Romam ingressi sunt. Et continuo in toto Romanorum regno pacem pronunciauerunt. Itaque Vespasianum respublica Romana fato quodam ne penitus rueret assecuta est. Verum anno vitę suę septuagesimo ferijs tocis, quibus delectabatur, admitcens interijt. Nam cum ventris eluuie fessus surrexisset, stantem (ait) Imperatorem excedere terris decet. Sicque exanimatus est, cui successit Titus filius eius.

Deditio sacerdotis Phinees.

Ioannes & Simon capti. Hierosolyma cremātur.

Vespasiani interitus.

¶ *De Tito Vespasiani filio.* Cap. XI.

Y Titus.

Itus ad imperium sumptus imperauit annis duobus. Hic fuit omni genere virtutum mirabilis, & morum imperialium floribus adornatus. Qui intātum facundissimus fuit, ut causas latino poemate peroraret, tragœdias grȩce componeret. Verum assumptæ dominationis decurso bicennio cum ingenti suorum luctu apud Sabinos exanimatus est febre.

Titi mors

De Domitiano. Cap. XII.

Z Domitianus.

Omitianus Titi frater iunior, imperauit annis quindecim, & mésibus sex. Iste Cattos & Germanos deuicit, & Romę multa ædificia construxit. Iple ædificauit templum Pantheon, qđ nunc in honorem omnium sanctorum est consecratum. Domitianus autem atrox factus multos illustres viros occidit, multos in exilium misit. Inter quos & Ioannem Apostolum in Pathmos insulam relegauit exilio. Porrò Domitiani temporibus Clemens papa in Galliam viros ad prædicandum destinauit. Lugdunensibus Photinum, Narbonæ Paulum, Turonis Gratianum, Cænomanis Iulianum. Verum Domitianus cum crudeliter populum in vrbe Flauiarum, exercitum foris hostes cęderent, a Senatu interfectus est, corpusque eius caruit sepultura.

Pantheō.

Clemens Papa. Photinus.

¶ *De Nerua.* Cap. XIII.

Erua ad Imperium sublimatus primo edicto suo cunctos exules reuocauit, quos Domitianus exilio damnauerat. Vnde & Beatus Ioannes Ephesum redijt. Porrò per Asiam pullulauerunt hæreses multæ Cerinthi, & Ebionis, & aliorum, qui negant Christum in carne venisse. Quos Apostolus Antichristos vocat. igitur contra eorum prauitatem præfatus Apostolus rogatu multorum scripsit Euangelium. Denique Nerua Cæsar reipublicæ multum consuluit, dum Traianum virum strenuum sibi in filium adoptauit. Nerua.

Finis Libri Sexti.

SEPTIMVS LIBER tractat de Imperatoribus à Traiano vsque ad Constantinum Magnum, continens capita viginti tria.

¶ *De Traiano Cæsare.* Cap. I.

Raianus igitur genere Hispanus apud Agrippinam vrbem insignia imperij suscepit. Moxque Germaniam, & trans Danubium gentes multas superauit: & nationes trans Tigrim & Euphratem in prouincias redegit, & vsque ad Indię fines post Alexandrum Magnum A Traianus.

gnum

gnum accessit. Erat ei domi sanctitas,& in armis fortitudo. Huius temporibus Ioannes Apostolus requieuit. Eiusque temporibus ebulliente persecutione: Clemens papa in mare præcipitatus est. Simõ filius Cleophæ crucifixus, Ignatius bestijs traditus & papa Alexander martyrio coronatus. Verum Plinius secundus orator, & historiographus scripsit imperatori præter confessionem Christi,& honesta conuenticula, Christianos nihil contrarium Romanis legibus facere, Moxque Dei nutu Cæsar temperauit edictum. Hic Cæsar Traianus denique apud Seleuciam Isauriæ vrbem profluuio ventris extinctus est.

Plinius secundus.

¶ De Aelio Adriano. Cap. II.

B

Aelius Adrianus.

AElius Adrianus imperium adeptus, imperauit annis viginti vno. Hic erat musicus, geometra, pictor, fictorque ex ære, atque facetus, id est acerrimus ad prouocandum, & respondendum serio, ioco, maledictis. Hic edoctus per Quadratum & Aristidem scripsit epistolam ad Minutium proconsulem Asiæ, nemini licere Christianum sine criminis obiectione, & probatione damnare. Iudæos denique prouinciam Palæstinam quondam suam depopulantes vltima cæde perdomuit, & Hierosolymam reædificauit, & Aeliam de suo nomine appellauit. Cuius opera factum est, vt loca sancta dominicæ passionis, & resurrectionis quondam extra vrbem iacentia, nunc vrbis muro septentrionali circundentur. Denique præcepit, ne quis Iudæus eam intraret, Christianis tantum vrbe permissa. Floruit per idẽ tempus Aquila orator, & Aquila interpres.

Aquilæ.

¶ De Antonio Pio. Cap. III.

C

Antonius. Pius. Iustinus philosophus.

ANtonius Pius proinde ab Adriano adoptatus in filium, Imperium est adeptus. Hunc Iustinus philosophus benignum erga Christianos reddidit. Porrò Antonius ita tranquillus exutit, vt merito Pius sit appellatus. Erat autem carens gloriatione, & ostentatione. Ad hunc Indi, Bactriani, & Hircani legatos miserunt iustitia tanti imperatoris comperta. Decessit autem anno Imperij sui vigesimo secundo. Floruerunt per idem tempus Galenus insignis medicus, & Iustinus martyr, & Iustinus philosophus.

Galenus.

¶ De Marco Aurelio, & Aurelio Commodo. Cap. IIII.

D

M. Aurelius An. Aureli.

MArcus Aurelius Antonius Imperium consecutus, imperauit annis nouemdecim, mensibus vndecim. Asciuit autem ad imperij partem Aurelium Cõmodum propinquum suum. Hi ambo de Parthis triumphauerunt. Hac præterea tempestate quarta persecutiõ in Christianos distillauit. Verũ persecutionẽ lues magna est secuta, q̃ multas prouincias vastauit, maxime Italiã. Ab armis denique nulla vsquàm quies, sed per omnem orientem, Illiricum, Italiam, Galliam, bella feruebant. Sed Aurelius Commodus dum cum fratre veheretur in vehiculo, morbo, quem Græci apoplexian vocant, suffocatus est. Marcus autem Antonius nouis conditionibus seueriores leges temperauit. His deniq; diebus Marcomani, Quadi, Vandalali, Sarmatę, & omnes penè Germaniæ populi Quadorum finibus exercitum Romanum circunuallauerunt. Coarctatus igitur Romanus exercitus sui & hostis periculo in preces effusus, ad inuocationem nominis Christi tantum inde pluuiæ obtinuit, vt largissime reficeretur. Barbari vero fulminum ictibus perterriti, in fugam versi sunt. Floruerunt per idem tempus Hegesippus historiographus, & Theodocion interpres. Præterea Imperator in Pannonia constitutus obijt, cui successit Lucius Aurelius Commodus filius eius.

M. Antonius.

Miraculũ ad nominis Christi inuocationem. Hegesippus.

¶ De L. Aurelio Commodo. Cap. V.

E

L. Aur. Commodus.

AVrelius Commodus imperauit annis tredecim. Hic luxuriæ deditus occidit plurimos senatorum. Imperatoris flagitia vrbis pœna subsecuta est. Nam Capitolium fulmine ictum est, quod Romanam bibliothecam cõcremauit. His diebus facta est quæstio de paschate: vnde celebrato concilio apud Cæsaream Palæstinæ statutum fuit vt in die dominico celebretur. Porrò Commodus cunctis incommodus, in domo Vestali strangulatus interijt.

Commodi interitus.

¶ De Aelio Pertinace. Cap. VI.

F

AElius Pertinax a senatu imperator creatus, imperauit mensibus sex, quibus vix expletis Iuliani iurisperiti scelere in palatio interfectus est.

¶ De Iuliano. Cap. VII.

G

IVlianus imperauit mensibus septem. Is apud pontem Miluium ciuili bello extinctus est. His temporibus Africanus historiographus floruit.

¶ De Seuero Cæsare. Cap. VIII.

H

SEuerus igitur Imperator creatus, natura sæuus multis bellis lacessitus, fortissime quidem sed laboriosissime rem publicam rexit. Hic Phesceninum, qui in Aegypto & Asia ad Tyrannidem aspirauerat interfecit. Iudęos & Samaritas coercuit. Parthos & Arabes superauit, & Claudium Albinum, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, occidit: & insulam Britanniam magnis prælijs recepit. Verum hic quintam persecutionem in Christianos excitauit. Porrò apud Eboracum obijt, & reliquit filios Bassianum & Getam. Floruit his temporibus Symmachus interpres.

Symmachus.

¶ De

¶ *De Aurelio Antonino Bassiano. Cap. IX.*

I AVrelius Antoninus Bassianus Seueri filius, Imperium adeptus, imperauit annis septem. hic fuit libidine intemperantior patre, qui etiam nouercam suam duxit vxorem. His temporibus Symmachus hæreticus prædicabat Christum ex Ioseph semine esse natum, & legem iudaico ritu custodiendam. Cæsar deniq; Aurelius Antoninus Bassianus contra Parthos egressus apud Edissam occisus est, cui successit nulla voluntate Senatus Macer Macrinus palatij præfectus.

¶ *De Macro Macrino. Cap. X.*

K MAcer igitur Macrinus post Antoniũ inuasit imperium, sed emenso anno interfectus est.

¶ *De Marco Aurelio Antonino. Cap. XI.*

L MArcus igitur Aurelius Antonin⁹ Gabalus imperio potitus nullam sui, nisi obscœnitatis memoriam dereliquit. Hic tumultu militari Romæ exorto cum matre interfectus est.

¶ *De Alexandro Mammea. Cap. XII.*

M ALexander Mammeas Senatus & militum voluntate Imperium adeptus in Persas expeditione commota Xerxem eorum regem victor oppressit. Cuius mater Mammea Christiana, Origenẽ audire curauit. His quoque temporibus Tyburtius & Valerianus cum Cecilia virgine Romæ martyrizati sunt. Porrò Alexander apud Maguntiacum a Maximo filio interfectus est.

¶ *De Maximo Iulio. Cap. XIII.*

N MAximus Iulius qui & Maximinus Imperium assecutos, propter Mammeam & christianam Alexandri familiam, persecutionem in sacerdotes & clericos excitauit. Anno autem imperij sui tertio a Pupieno tyranno Aquileiæ interfectus est. Pupienus quoque cum imperium cum Balbino fratre suo vsurparet, ambo in palatio cæsi sunt. *Pupieni cædes.*

¶ *De Gordiano. Cap. XIIII.*

O GOrdianus Romanum sublimatus in regnum, postquàm aduersus Parthos feliciter dimicasset, suorum fraude super Euphratem interfectus est. Floruit hac tempestate Africanus vir inter ecclesiasticos scriptores nominatissimus, Porphyrius quoque philosophus.

¶ *De Philippo qui & M. Iulius & eius filio. Cap. XV.*

P PHilippus qui & Marcus Iulius dicitur appellatus, imperator constitutus, annos ab incarnatione Domini ducentesimo trigesimo septimo imperauit annis septem. Hic Philippum filium suum sibi consortem fecit Imperij: & primus Imperatorum Romanorum extitit Christianus. Verum ambo imperatores fraude Decij circumuenti sunt & occisi.

¶ *De Decio. Cap. XVI.*

Q DEcius Romanum postquàm inuasit imperium, ad prosequendos Christianos, vnus post Neronem feralia dispersit edicta. Denique non possumus euoluere quantæ multitudines hac persecutione furente consumptæ sint. Hac præterea tempestate Nouatus hæresim condidit, qui dicebat lapsorum in persecutione fratrum pœnitentiam nõ suscipiendam. Porrò Decius non totis duobus annis expletis cum filio suo in medio barbarorum interfectus est. *Nouatus.*

¶ *De Gallo Hostiliano, & Volusiano filio eius, & Aemiliano tyranno. Cap. XVII.*

R GAllus Hostilianus cum Volusiano filio suo Imperium adeptus cum floreret in initio, sanctos viros, qui pro pace regni eius supplicabãt, persequi cœpit. Sed exorta persecutione, exorta est etiam vlno violati nominis Christiani. Nam nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quę pestilentia euacuata non sit. Hac igitur sola pernicie insignes Gallus & Volusianus dum contra Aemilianum nouis rebus studentem ciuile bellum moliuntur occisi sunt. Aemilianus quoque tertio mense inuasę tyrannidis extinctus est. Porro circa hos dies Origenes defunctus est. *Aemilianus.* *Origenes.*

¶ *De Valeriano, & Galieno. Cap. XVIII.*

S VAlerianus ab exercitu in Rhetia Imperator creatus est. Assumpsit autem Galienum quendam nomine in consortem Imperij. Porrò Valerianus ita primum sanctos Dei venerabatur, vt domus eius Dei esse ecclesia crederetur. Sed deprauatus, postmodum per quendam magum fidem Christianorum detestari cœpit. Octauus denique a Nerone, adigi per tormenta Christianos ad idolatriam iussit. Verum persecutionis huius non est impunitate gauisus. Nam postquàm Christianos interfici iussit, subito solutæ barbaræ gentes laxatis habenis fines Romanorum ingrediuntur. Græcia & Macedonia, Pontus & Asia Gothorum inuasione perdũtur. Germani Rauẽnam vsque perueniunt. Alemanni Gallias ingrediuntur. Quadi & Sarmatę Pannoniam depopulãtur. Parthi Mesopotamiam auferũ. Posthumius in Gallia tyrannidem inuasit, quá decẽ annos tenuit. Sed postea suorum seditione militum peremptus est. Ad extremum vero Valerianus a rege Persarum Sapore captus, donec vixit, hanc infamis officij pœnam tulit, vt acclinis humi, non manu, sed dorso regem ascensurum in equum attolleret. *Posthumius.* *Valeriani ignominia.*

leret. At Galienus tam claro Dei iudicio territus, solus rerum summam assecutus lenius agere cœpit, & pacem ecclesijs condonauit. Statimque ira Dei in misericordiam versa est: & Aemilianus tyrannus cũ apud maguntiacum res nouas moliretur, occisus est: & Marius, qui in Gallis Posthum(um) post mortem Imperium inuaserat, interfectus est: & Victorinus Cæsar a Gallis creatus, oppressus est. In oriente quo que per Odenatum victi Persę, & defensa Syria, & recepta etiã Mesopotamia. Denique Galienus Imperator Claudio succedente defunctus est.

Victorinus. Galienus. Claudius.

De Claudio, & Quintilio. Cap. XIX.

T

Claudius, vir strenuus, & moribus probus, Imperator creatus Gothos iã per annos quindecim Illiricum, Macedoniamq; vastantes, magna strage coercuit. Vnde illi in curia clypeus aureus, & statua simul equestris erecta est. His diebus Paulus quidam hæreticus indigna de Christo sentiens prædicabat eum hominem communis naturæ fuisse, & de terra initium sumpsisse. Verũ Claudio imperatore defuncto, Quintilius frater eius ab exercitu est electus, & in solio sublimatus, sed septimo die Imperij sui interfectus occubuit.

Paulus hæreticus. Quintil.

De Aurelio, seu Aureliano, & Tacito, & Floriano Imperatoribus. Cap. XX.

V

Aurelius, vir industriæ militaris experientissimus, Imperium adeptus Gothorum gentem diris prelijs profligauit, ditionemque Romanam antiquis terminis stabiliuit, & Syriam totam receptam sibi vendicauit. His diebus apud Antiochiam celebre est concilium aggregatum, in quo præfatus Paulus conuictus, & damnatus est. Verum cum exire de domo ecclesiæ nollet, in terpellatus est Aurelianus, qui eum vi publica præcepit expelli. Nondum enim erat Aurelianus prauis deprauatus consilijs, quibus processu temporis bonum propositũ mutauit. Sed cum piorum sanguinem impijssimus funderet Aurelianus, inter Constantinopolim & Hiracliam diuinitus est extinctus. Quo defuncto Tacitus Imperauit mensibus sex. Et hoc in Ponto interfecto, Florianus Romanum adeptus est imperium. Qui & ipse Imperij sui tertio mense apud Tarsum est occisus.

Aurelianus. Cõcilium Antiochenum. Pauli hæretici condemnatio. Tacitus. Florianus.

De Probo. Cap. XXI.

X

Probus denique fortitus Imperium, Gallias iamdudum a Barbaris occupatas, per multa bella tandem deletis hostibus liberauit. Egit duo ciuilia bella, vnum in oriente, quo Saturnum tyrannum oppressit, & alterum quo Proculum & Bonosum apud Agrippinam coloniam interfecit. Hac præterea tẽpestate quidã Manes genere Perses acer ingenio, vita & moribus Barbarus, paraclitum se nonunabat. Ab hoc diffusa est hæresis Manichæorum: hic asserebat duo esse principia, vnũ boni, & alterũ mali. Porrò Probus Imperator apud Sirmium militari tumultu necatus est.

Proculus. Bonosus. Manes. Perses.

De Caro Narbonensi, & Numeriano. C. XXII.

Carus Narbonensis potitus Imperio, cum duos filios suos consortes regni fecisset, ad bellum Parthicum profectus in castris fulmine ictus interijt. Numerianus vero, qui cum patre profectus fuerat, unde rediens Apri soceri sui fraude necatus est.

Carus. Numerianus.

De Diocletiano & Maximiano Imperatoribus. Cap. XXIII.

Y

Diocletianus igitur ab exercitu imperator electus, Numeriano perempto, anno incarnationis dominicæ ducẽtesimo septuagesimo sexto, imperauit annis fermè viginti. Hic Imperator factus Aprum Numeriani interfectorem manu sua interfecit, & Carinum Numeriani fratrem apud Dalmatiam occidit. His diebus Amandus & Eliandus in Gallia collecta rusticorum manu, perniciosos tumultus excitauerunt. Vnde Diocletianus Maximianum Herculeum Cæsarem elegit, & in Galliã destinauit, qui facile rusticam manum virtute militari compescuit: sed in ipso itinere Thebæa legio Heduno loco Galliæ a Gauno sub præfato Maximiano pro Christo libenter occubuit. Anno autem decimo nono imperij Diocletiani, dum prosperis incrementis ecclesia Dei per vniuersum orbem dilataretur & cresceret, subito persecutionis turbo increpuit. Et hæc persecutio eousque flagrauit, vt etiam Occasum imbibit ... flagraret, & semel cœpta rabies vsque ad septimum Constantini Magni annum feruere non cessauit. Hac præterea tempestate o... decim millia Martyrum passi sunt intra Romam. Sed dum ista geruntur, graues per omnes fines Romani imperij persecutionum fragores concrepuerunt: Carausio rebellante in Britannia, & Achilleo in Aegypto, ... & Quinquagentianis Africam infestarent, & Narceus rex Persarum orientem bello premeret. Quo periculo motus Diocletianus Maximianum Herculeum ex Cæsare fecit Augustum, Constantium vero, & Maximianum Galerium Cæsares elegit. Porrò Carausius fraude Alecti socij sui est occisus. Alectus per Asclepiadotũ præfectum est oppressus. Alemanni quoque, qui & ipsi rebellauerunt, per Constantium Cæsarem sunt deuicti. Et Quinquagentiani per Maximianum Augustum sunt edomiti. Diocletianus apud Alexandriã interfecit Achilleum. Maximianus Galerius bi no cum Narseo congressu habito, tertio victus aufugit, sed iterum in hostem reuersus, magnis eum viribus superauit. Denique Diocletianus ab inuito exegit Maximiano, vt simul Imperium deponerent, ac iunioribus substitutis, ipsi in priuato habitu consenescerent. Itaque sub vna die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum purpuram deposuerunt. Tunc Galerius Maximianus, &

Aper interficitur. Amãdus. Eliandus. Thebææ legio. Maximianus. Carausius Alectus. Quinquagentiani. Imperio abdicat se Diocletianus, & Maximianus.

& Coostãtius Augusti, in duas procurationes orientis, scilicet & occidentis, Romanum Imperium primi diuiserũt, & Galerios Maximianus Illiricum, Asiam, & Orientem. Constantius vero Galliam, Hispaniamque possidebat. Maximianus autem grauissimam persecutionem in Christianos exercuit. At Constantius mitius se agebat, & cultores Christi venerationi habebat. Vnde Dei gratia matura prædictorum subsecuta est perditio tyrannorum. Nam Herculeus Maximianus imperium, quod abiecerat, iterum arripere volens, a Constantino nondum imperatore Massiliæ extinctus est. Galerius autem Augustus Seuerum Cæsarem ad Italiam cum exercitu misit. Vbi cum Vrbem possideret, militum suorum scelere desertus & proditus, Rauennæ extinctus est. Diocletianus quoque, sicut iam dictum est, tegia dignitate deposita, Salonæ defunctus est. Coostantius denique strenuissimus imperator Eboraci deficiens, anno Imperij sui decimo quinto ordinauit Licinium Cæsarem Hispaniarum, & Constantinum filium suum Cæsarem Galliarum.

Maximiani persecutio.

Constãtij mors. Licinius. Constantinus.

FINIS LIB. VII.

OCTAVVS LIBER
tractat de Imperatoribus a Constantino Magno vsque ad Zenonem, continens, Capita. XIIII.

De Constantino inquam Magno. Cap. I.

A CONSTANTINVS igitur Magnus, Cõstantij moderatissimi, & egregij principis filius, in Britannia Dei nutu Imperator constitutus, imperauit annis tr[illegible]nta duobus. In Orientis autem partibus regnabat Maximianus Galerius adhuc Augustus: Romæ autem a pretorianis militibus Maxentius Maximiani Herculei filius imperator erat constitutus, qui postea in tanta fece vitiorum versabatur, vt nihil diri facinoris ab eius vita vel actibus esset alienum. Igitur cum septimum annum in imperio suo peregeret Constantinus, aduersus Maxentium conspirante secum collega suo Licinio bellum parauit. Et cum multa de imminentis belli necessitate pertractaret, vidit per soporem in cælo signum sanctæ crucis τὸ ταυ, id est Tau, & angelos sibi assistentes, & dicentes, in hoc signo vinces. Et euigilans signum, quod viderat, in vexillo depinxit militari, & cum non procul a ponte Miluio castra posuisset, Maxentius furia instigatus ab Vrbe per pontem nauigijs compositum egressus, hostiliter ei occurrit. Cumque vtrinque acriter pugnaretur, & exercitus Maxentij virtute sanctæ crucis prosterneretur, ad Vrbem fugiendo remeare volens Maxentius, pontem quem dixi[illegible]us, nauigijs compositum, a[illegible]endit, & continuo subsedere naues, & ipse lapsu equi, in profundo aluei demersus interijt. Tunc Constantinus Romam triumphans ingreditur: & ita totius occidentis imperium, cum ad Constantinum, tum ad Licinium peruenit: tamen adhuc regnabat in Orientis partibus Maximianus, vir impius, & mente ferox, quem Licinius Roma B digressus expugnare parauit. Et cum iam ferro Licinij cecidisset exercitus Maximiani, pars quæ superat Licinio se subdidit, & Maximianus turpiter fugit. Verum dum repararet exercitum, & secundo vellet cum hoste confligere, dolore inte[illegible]iorum viscerum correptus est, ac denium luminibus morbo amissis viuendi finem fecit. Interea C[illegible]nstantinus valida squaloris lepra perfunditur, & cum a medicis curari non posset, sacerdotes C[illegible]tolij dixerunt illi, debere fieri p[illegible]anam in Capitolio, & impleri sanguine innocentum, & calente eo lotum posse sanari. Sed aggregatis innocentibus, dum pius princeps matrum lachrymas vidit, & eiulatum audiuit, illico facinus exhorruit, & propriatis earum pueros iussit restitui matribus suis. Translacta autem die, apparuerunt ei in [illegible] Apostoli Petrus & Paulus dicentes ei, vt adu[illegible]rei de monte Soracte Syluestrum Papam, q[illegible] se ei ostenderet piscinam, in qua l[illegible], & [illegible]retur. Aduocatus itaque Papa fidem Christi [illegible] exponit, & credentem baptizauit, & egr[illegible] fonte Constantinus lepra corpore & animæ p[illegible]ter est curatus. Constantinus igitur m[illegible] Christianus effectus per totum Romanum i[illegible] publico præcepit edicto, vt templa idolorum [illegible]derentur, & ecclesiæ ædificarentur. De[illegible] credibile est memoratu quàm breui e[illegible] cta late per totum orbem creue[illegible] eccl[illegible]. P[illegible]rò Licinius inuidia stimulatus diffid[illegible] m[illegible]chatur, hoc in querelam reuocans, quod non [illegible] se sicut pro Constantino Christiani [illegible]tionibus excubarent. Sed post [illegible] limina sua p[illegible] prodell[illegible] bellum ind[illegible]xit. Factaque congressione, in [illegible] circa Chrysopolim victus est Licinius, & [illegible]hensos, atque apud Thessalonicam capite [illegible]catus. Sicque Constantinus Dei nutu [illegible]

R[illegible]

Constant. Magnus.

Galerius. Maxẽtius scelero[illegible] suis.

Crux Cõstan.[illegible]

Maxẽtius vincitur

Licin[illegible]

Maxi[illegible]

C

C [illegible]

C [illegible]

I [illegible]

D Li[illegible] inuidia

I [illegible] cæ[illegible]

Bizãtiom ædificat. Constātini donationes.

Romani Im[...]ij solus obtinuit. Post hæc ædificauit Constantinus Bizantium maritimam vrbem, vocauitque Constantinopolim de nomine suo: Vrbem vero Romam cum palatio suo, quod Lateranense dicitur, concessit Apostolis Petro & Paulo, & sancto Papæ Syluestro,& Constantinopolim imperialem sedem constituit, dignitate tamen Romani imperatores appellati sunt successores vsque ad tempus illud, quo Romanum imperium ad reges Francorum translatum est. Postea enim ij, qui apud Constantinopolim imperabant, Græcorum potius imperatores sunt vocati. Exinde nanque series temporum per reges Francorum supputatur.

E

Const. sanctiones. Helena.

Porrò Constantinus sanciuit, vt omnia quæ ad ecclesiasticum ordinem pertineant, Romani episcopi iudicio dispositionem accipiant. Helena quoque mater eius magnificentia singularis, diuinis admonita visionibus Hierosolymam petijt, Lignum dominicæ crucis exquisiuit, & mirifice per mortui cuiusdam ad vitam reuocationem inuenit.

Crucis dominicæ exaltatio.

Sed & Constantinus prohibuit lata lege crucis supplicium, quod apud Romanos erat in vsu, & figuratione solidorum illud iussit inscribi.

Arrius.

Erat per idem tempus apud Antiochiam hæreticus quidam presbyter, nomine Arrius, qui prædicabat filium in diuinis creaturam esse, & spiritum sanctum ab eo creatum. Addebat etiam, quòd erat tempus quando filius ipse non erat.

Concilii. Nicenum

Quod audiens Constantinus coadunari fecit Synodum apud Niceam Bythiniæ vrbem anno incarnationis dominicæ trecentesimo decimo sexto, conueneruntque eo trecenti decem nouem, episcopi. In qua synodo definitum est, filium patri esse consubstantialem, & Arrius damnatus est, & ab ecclesia segregatus.

F

Panotius. Euurtius.

Floruit per idem tempus inter cæteros anachoritas seu peremicolas Panutius in Ægypto; homo Dei. Sanctus quoque Euurtius Romanæ ecclesiæ subdiaconus, qui in Galliam perquirendorum germanorum suorum causa tunc forte venerat, in ecclesia Aurelianorum coram clero & omni populo tertio per columbam demissam cęlitus, qui in episcopum eligeretur, designatus, eidem ecclesiæ pontifex consecratur.

G

Constan. obitus, & studia.

Porrò sæpe nominatus Constantinus anno ætatis suæ sexagesimo quinto defunctus est. Qui donec vixit habitum suum gemmis, & caput suum perpetuo exornauit diademate. Nutriuit præterea semper bonas artes, sed præcipue literarum studia, legebat & ipse, scribebat, & meditabatur.

Constant. filij.

Cui successerunt tres filij sui. Constantinus Romæ, Constantius Constantinopoli, Constans Antiochiæ.

H

Imperatores Romani, & Constantinopolitani.

Isti sunt autem, qui post Constantinum Magnum diuiso Imperio Romæ & Constantinopoli regnauerunt. Romæ Constantinus, Iulianus apostata. Romæ & Constantinopoli Iouinianus. Romæ & Constantinopoli Valentinianus, Gratianus Theodosius. Romæ & Constantinopoli Honorius, Valentinianus, Maximianus, Auitus, Maioranus, Anthemius, Olibrius, Glicerius, Nepos, Augustul*, Odoacer, Theodericus, Athalaricus, Theodoadus, & Vitigis, Totila. Constantinopoli Constantinus, Iulianus apostata. Constantinopoli & Romæ Valens, Valentinianus, Theodosius. Constantinopoli & Romæ Arcadius, Theodosius, Martianus, Leo primus, Leo secundus, Zenon, Anastasius, Iustinus, Iustinianus.

¶ *De Constantio, Constantino, & Constante fratribus.* Cap. II.

I

Constantius.

Constantius igitur post patris obitum Romanum adeptus Imperium, imperauit annis viginti quatuor. Hic vt factus est Imperator deprauatus est per necessarios suos a catholica fide, cuius præsidio fulti Arrianorum episcopi prosperitatem ecclesiæ domestica turbatione vastauerunt, & plerosque catholicos viros sibi viriliter pro fidei iustitia resistentes exilio damnauerunt.

Constantinus. Constans.

Denique Constantinus Constantinopolitanus Augustus in suburbio Nicomediæ defunctus est. Constans quoq; frater eius, dum se intolerandis vitijs tradidisset, Magnentij tyranni dolo necatus est.

K

Iulianus.

Mortuo vero Constante aduocauit Constantius Augustus Iulianum quendam nepotem Magni Constantini, & constituit eum Cęsarem Galliarum. Iulianus itaque factus Cæsar deuicit Gallos mira felicitate, & cum militibus esset gratus, appellatus est ab eis Augustus. Quo nomine, spreto Constantio Augusto, Italiam & Illiricum peruasit.

Constãtij mors.

Quod audiens Constantius expeditione belli Parthici derelicta, venit contra illum. Sed in itinere defunctus est anno vitæ suæ quadragesimo quinto. Quo defuncto Iulianus Constantinopolim veniens factus est Imperator.

Anthropomorphitæ.

Hac præterea tempestate nata est hæresis Anthropomorphitarum. Cuius auctor Andes quidam extitit, qui dixit formam habere diuinitatem, & corporis partibus Deum esse distinctum, quod catholicæ contrarium est doctrinæ.

¶ *De Iuliano Apostata.* Cap. III.

L

Iulianus igitur apostata, factus Imperator, reseruauit templa genulium, & factus est Christianorum cæteris persecutoribus callidior persecutor. Porrò militiæ cingulum, & procurationem prouinciarum, officium iuris dicendi Christianis non debere committi dicebat, vtpote quibus lex propria gladio vti vetuisset. Vnde militibus publico postmodum præcepit edicto, vt aut idolis sacrificarent, aut militiæ cederent. Verum quidam catholici officium militiæ quàm fidem zelo Dei deserere maluerunt.

M

Valentinianus.

Per idem tempus Valentinianus, qui postea factus est imperator, zelum, quem pro pietate habuit, non celauit. Quadam nanque die dum templum ingrederetur Augustus, & minister aqua ingredientes aspergeret, Valentinianus videns guttam vnam in chlamyde sua pugno ministrum percussit, dicens se illa aspersione potius maculatum quàm mundatum. Quod cernens Iulianus, iussit eum in custodiam recipi, ac demum ad eremum destinari. Sed cum annus & pauci per-

transissent dies, ille pro mercede confessionis Imperium recipit. Denique Iulianus impudenter baptisma diluens sanguine sacrificiorum cuncta faciebat, quibus dæmones placari solent, Ipse quoque in Athanasium persecutionem fecit, sed eum Dei nutu comprehendere nequiuit. His præterea diebus passi sunt Romæ Ioannes & Paulus martyres Christi, sed & apud Sebasten Palæstinæ vrbem sancti Ioannis Baptistæ sepulcrum populus paganorum funestis manibus effregit, & eiusdem martyris reliquias concremauit, & pulueri immixtas per agros sparsit. Affuere tamen quidam peregrini de Hierosolymis, qui pauca ossa incendio furtim subtraxere, & secum redeuntes deuexere. Denique Iulianus ad bellum Parthicum profecturus, amplius effrenata rabie in Christi cultores desæuire cœpit. Sed cum a Cresiphonte castra mouisset, & iam pugnaturus exercitum ordinaret, incertum a quo venture sanciatus, punitur, & dum moreretur, cepit Christum Deum blasphemare, dicens. Vicisti Galilæe, vicisti. Atq; in his verbis sceleftus expirauit.

Ioãnes & Paul° Ioã. Bapti. reliquiæ crematæ.

¶ *De Iouiniano.* Cap. IIII.

Iouinianus Imperium consecutus imperauit mensibus octo, qui cum violenter post Iuliani necem a militibus ad Imperium traheretur, dixit, non se velle paganis hominibus imperare, cum ipse esset Christianus. Cumque vox omnium proclamasset, dicentium se quoq; esse Christianos, suscepit imperium. Pepigitque fœdus cum Sapore Rege Persarum, & Nisibim oppidum, partemque superioris Mesopotamiæ ei concessit. Moxque Persarum Rex forum venalium rerum illi in deserto præparari fecit. Et ita Iouinianus de medio hostium Romanum exercitum eduxit illæsum. Verum cum ad Illiricum per Galatiam remearet in quoddam cubiculum nouum sese recepit, vbi calore prunarum, & nidore parietum nuper calce illitorum prægrauatus & suffocatus, octauo mense imperij sui vitam finiuit. Et tam pia, atque tam læta principia mors immatura corrupit.

Iouiniani nex.

¶ *De Valentiniano Magno.* Cap. V.

Valentinianus Magnus, cuius supra meminimus, voluntate militum apud Nicenam vrbem Imperator creatus, imperauit annis vndecim. Iste Valentem fratrem suum sibi in consortium regni assumpsit, & sibi quidem occidua retinuit, fratri vero suo orientales partes regendas concessit. Verum Valens coniugis suæ seductus est alloquio in hæresim Arrianorum, cum esset ante fide catholicus, & secundo baptizatus est ab Eudoxio episcopo Arriano, qui Constantinopolitanæ vrbis tabernacula tenere videbatur. Qui ipso baptismate iureiurando obligauit miserum Valentem, vt in impietate permaneret, & contraria sapientes expelleret. Sed malignam insectationem diu texit, nec viuente fratre, voluntati potestatem adiunxit, illius auctoritate compressus. His diebus Auxentius Arriani dogmatis assertor, qui Mediolanensium diu temuerat præsulatum, sero defunctus est. Cui Ambrosius adhuc cathecuminus vir consularis per vocem infantis in concione designatus subrogatur. Interea Valentinianus Christi cultor Saxonum gentem virtute terribilem oppressit, & Alanos adeo contriuit, vt eam Meotidas paludes expetere compelleret. Sed rursus eos illuc insecutus dum situ, & difficultate locorum impediretur, Troianos, qui Sicambriam inhabitabant, sibi in auxilium euocauit. Quibus decennio tributa (si ei auxiliarentur) indulsit. Qua promissione animati, cum essent locorum gnari, eos facile a palude perturbauerunt. Quorum virtutem admiratus Augustus, francos a ferocitate eos appellauit. Quorum originem vel successionem inferius latius explicabo. Floruit per idem tempus Sanctus Martinus Turonensium episcopus. Denique Valentinianus Augustus anno regni sui vndecimo apud Brigitionem oppidum defunctus est. Quo vita priuato, milites Italiæ assumentes Valentinianum filium eius quàm tenerrimum, ad Imperium prouexerunt, fratre eius Gratiano superstite, & Valente eorum auunculo.

Franci.

S. Martinus.

Valentinianus.

¶ *De Valente.* Cap. VI.

Valens ergo Deo odibilis Imperator post decessum fratris cum nepotibus suis Gratiano & Valentiniano minore imperauit annis quatuordecim. Porrò Iustina huius Valentiniani mater Arriana malignam sectam, quam Valentiniano marito suo viuente celauerat, eo defuncto detexit, & orthodoxos lædere cœpit. Tentauit denique sanctum Ambrosium in exilium mittere. Sed dum ille indicto Regi exire de ecclesia nollet, cœpit Iustina populum aduersus eum inflammare. Sed & populo tanta erga Ambrosium fuit obseruantia, & in charitate perseuerantia, ut animas quàm episcopum mallent amittere. Vnde illa sibi iniuriam factam existimata apud filium cœpit conqueri. Tunc adolescentulus querimonia matris inflammatus exercitum misit, qui ecclesiam obsideret, vt eam nemo catholicus ingrederetur. Sed omnipotens Deus corda militum ad ecclesiæ munimentum conuertit, & egredi quidem non sinebant, ingredi vero non prohibebant. Ambrosius vero cum orthodoxis, qui intra ecclesiam tenebantur inclusi, ieiunijs & continuis vigilijs Deo vacabat. Qua occasione vigiliæ, hymni, & antiphonæ in ecclesia Mediolanensi primum cœperunt celebrari, cuius celebritatis consuetudo inde per omnes prouincias emanauit. ¶ Sed dum hæc in Italia geruntur, Valens Deo odibilis Imperator in Orientis partibus crudeli præcepit edicto, vt monachi

Iustina.

Ambro.

Hymnorũ celebratio.

Valentis facinora.

nachi militarent, & nolentes iussit interfici. Qua persecutione furente, multa sanctorum agmina monachorum pro Christo cæsa referuntur. Et cum penè omnes Orientis ecclesias Pastore nudasset, in Cæsaream Cappadociæ venit, vbi Basilium Magnum eiusdem Vrbis episcopum & per se, & per præfectum suum promissis & terroribus ad Arrianam perfidiam tentauit inclinare. Sed cum eum a rectitudine fidei flectere non valeret, in exilium eum mittere decreuit. Cumq; legem, quam de eius exilio scribi præceperat, manu propria roborare voluisset, tertio in manibus eius calamus est confractus. Tunc eius animo terrore completo, ambabus manibus chartam rupit. Verum anno Imperij Valentis decimo tertio, quatuor Scythiæ gentes, i. Gothi, Hypogothi, Gippedes, & Vandali vna lingua vtentes, & nihil aliud nisi tantum nomen mutantes, bipartito agmine Danubium transierunt. Siquidem gens Hunnorum eos ab antiquis eorum sedibus expulerat. Præerant his gentibus duo Duces Frigidernus & Athalicus: qui cum inter se dissiderent, ac bello desæuirent, Athalicus ad Valentem confugium fecit. Valens autem memorato Athalico aduersus Frigidernum auxilium tulit. Itaque Valentis Augusti fretus auxilio Frigidernum Athalicus superauit. Cuius beneficij gratia Gothi simplices poposcerunt, vt eis episcopi, a quibus regulam fidei discerent, mitterentur. Tunc Valens visus maligna prauitate doctores Arriani dogmatis misit eis, a quibus prima rudimenta fidei susceperunt. Sed & Vulfida quidam eorum episcopus, cuius episcopi verba quasi leges immobiles conseruabant, Gothicas literas adinuenit, & vtrunque testamentum in linguam propriam transtulit, & secundum Arrianorum sectam deprauauit. Ipsi denique Gothi post modicum interuallum auaritia Maximi ducis fame compulsi a Valente defecerunt, & per Thraciam sese diffuderunt. Contra quos Valens egressus de Antiochia bellum instructissimum parauit. Vbi statim primo congressionis impetu, conturbatæ equitum turmæ nuda peditum deseruere præsidia. Moxque legiones eorundem peditum equitatu hostium vndique cinctæ, sagittarum nubibus obrutæ perierunt. Ipse vero imperator sauciatus cum in cuiusdam villulæ casa lateret absconditus, ab insequentibus hostibus deprehensus, subiecto igne cælæ consumptus est decimo quinto Imperij sui anno.

Basilius magnus. R Gothi. Hunni. Duces. S Vulfida.

¶ *De Gratiano, & Valentiniano.* Cap. VII.

T Gratianus Valentiniani filius Valête defuncto imperauit cũ fratre suo iuniore Valentiniano annis sex. Iste fuit vir catholicus, & modestus, & admodum literatus, parcus quoque cibi, & libidinis victor. Sed cum exercitum suum negligeret, & Romanis militibus paucos ex Alanis, quos auro sibi deuinxerat, anteferret, in Africæ partibus Firmus quidam excitatis erga se Maurorum gentibus purpuram sumpsit, & Africam & Mauritaniam deuastare cœpit. Cæsaraugustam etiam Hispaniæ ciuitatem nobilissimam dolo captam Barbaris in prædam dedit. Quod audiens Gratianus Augustus, & considerans afflictum & desolatum reipublicæ statum accersiuit ab Hispania Theodosium virum moribus & ætate maturum, & militia strenuum. Iste siquidem nuper a Valentiniano Magno ad Hispaniã destinatus effusas Maurorum gẽtes per Africam & Mauritaniam multis prælijs edomuerat. Hũc igitur virum propria virtute nominatissimũ Gratianus cõtra Firmum ordinauit Imperatorem. Theodosius aũt mox vt factus est Imperator, subactis Barbarorũ gentibus in Oriente, Thraciã ab omni bellorũ strepitu liberauit. Sed & Gratianus Hunnos & Gothos magnis prælijs superauit, & vrbem Constantinopolim victor intrauit. Interea vero in Britãniæ partib. Maximus quidã vir strenuus, & imperio dignus si non contra rempublicã aspirasset, tyrãnidẽ arripuit. Cuius præfectus Andragatus Gratianum dolo & insidijs interfecit. At Valẽtinian' fratris nece cõperta fugit in Illiricũ, dicẽs quod hoc malũ matris cã, quæ Arriana erat, sustineret. Theodosius vero Archadiũ suũ filiũ apud Constantinopolim Imperatorẽ relinquens, ad vindictã Gratiani properauit. Et dũ ad Italiã venit, occurrit ei Valentinianus. Quẽ Theodosius paterna pietate suscepit, ac demũ alpes transmeauit, & Maximũ cẽpit, & occidit. Andragatus vero Maximi nece cõperta præcipitẽ sese in vndas dedit. Igitur Valentinianus iunior in regno cõstitutus, extincto Maximo, eiusdẽ filio victo, quẽ Imperatorẽ Gallijs Maximus reliquerat, ipse in Gallias se recepit, vbi cũ tranquillã rẽpublicã in pace ageret, apud Viẽnã dolo Arbogastis comitis sui (vt ferũt) strangulatus est. Mortuo igitur Valẽtiniano Augusto Arbogastes Eugenium tyrãnũ mox Imperatorẽ creare ausus est. Legit itaq; hoĩem, cui cingulũ Imperatoris imponeret ipse auctorus Imperiũ. Moxq; vir ille aio Barbarus, cũ fiducia animi, audacia, potẽtiaq; nimi', cõtraxit innumeras copias vel Romanorũ præsidijs vel auxilijs Barbarorũ alibi sibi potestate, alibi vero cognatione subnixas.

Valentinianus. Firmus. Gratian'. Theodosius. Maximus tyrannus. Andragatus. Archadi'. Maximus captus occiditur. V Valentinianus. Arbogastes.

¶ *De Theodosio Magno.* Cap. VIII.

X Theodosius igitur Magnus Gratiano Imperatore defuncto, imperauit annis quindecim. Porrò sicut dictum est, interfecto iuniore Valentiniano, Eugenius & Arbogastes instructas acies campis expedierant, & alpium alta latera, imperuiosque transitus præmissis callide insidijs occupauerunt, etsi numero vel viribus impares, sola tamen belli positione victores. At vero Theodosius in summis alpibus constitutus, expers somni ac cibi, sciens quòd destitutus a suis, nesciens quòd clausus alienis, Dominum Christum solus solum qui possit omnia, corpore humi fusus, mente cœlo fixus orabat. Deinde autem postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, & testes, quas in precum præsidij cœlestis appenderat, lachrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit. Solusq; sciẽs se esse nõ solũ, signũ crucis prælio dedit, ac se in bellũ euã si nemo sequeretur, victor immisit futurus. Prima salutis via extitit Arbitio hostilium

Theodosij preces. Y Arbitio.

stilium partium comes. Qui cum ignarum Imperatorem circumpositis excepisset insidijs conuersus ad reuerentiam præsentis Augusti, eum non solum periculo liberauit, verum etiam instruxit auxilio. At vbi ad cōgua miscendæ pugnæ spatia peruentum est, magnus turbo ventorum in ora hostium irruit, ferebanturque per aeram spicula nostrorum, atque vltra mensuram humani ictus per inane deportata, nusquàm cadere priusquàm impingerent, sinebantur: & quæ ipsi vehementer intorserant, excepta vētis impetu supinata retrorsum, ipsos infeliciter cōfigebant. Prospexit itaque sibi humanæ conscientiæ pauor. Nam continuo sese, parua suorum manu fusa, victori Theodosio hostilis prostrauit exercitus. Eugeniusque captus, atque interfectus est. Arbogastes vero sua sese manu percussit. Sicque horū duorum sanguine bellum ciuile restinctum est. Denique fidelissimus Imperator contra errorem gentilium insurgens, eum funditus euertere curauit. Lege igitur lata præcepit idolorum templa solo tenus euerti. Nam vsque ad eius tempora ad aras idolorum ignis accēdebatur, & libamina atque sacrificia offerebantur. Sed hæc omnia Theodosius catholicus Imperator extirpare radicitus imperauit, euellit, corripuit, & condemnauit. Porrò Theodosius Imperator bene iam tranquilla republica apud Mediolanum ægritudinē incurrit. Qua ingrauescente quietem naturalis mortis inuenit anno regni sui decimo sexto, vitæ vero suæ quadregesimo. Floruit per idē tempus Hieronymus presbyter post septuaginta diuinæ legis interpres.

Miraculosa victoria.

Eugenij cædes, & Arbogastis.

Z

Theodosij virtus, & fides.

Theodosij obitus.

S. Hieronymus.

De Archadio, & Honorio principibus. Cap. IX.

A

ARchadius Imperator Theodosio patre defuncto, potitus Imperio cum Honorio fratre suo imperauit annis tredecim. Verum Archadius imperabat in partibus Orientis, & Honorius in partibus Occidentis, Vtriusque tamen cura palatij duobus potentissimis viris credita manebat Rufino & Suliconi. Porrò milites, qui contra Eugeniū tyrannum viuente Theodosio Imperatore profecti fuerant, cum prefato Rufino principe Constantinopolim reuersi sunt. Quibus dum secundum consuetudinem ad portas occurrisset Imperator, statim milites præfatum Rufinum interemerunt, erat enim suspectus Imperatori, quasi qui tyrannidem posset assumere. Præfectus autem Stilico comes Gothos, Alanos, Vandalos, atque Burgodiones in arma sollicitans Gallias bello pulsare cœpit, sperans sub hac necessitate Eleutherio filio suo posse Romanum imperium tradere. Quod vbi Imperatori Honorio patefactum est, iussit eum interfici. Occisus est quoque in illis diebus Eleutherius filius eius. His itaque transactis rex Gothorum Romam obsedit, & cepit, dato prius præcepto, vt si qui in loca sancta confugissent, liberi & inuiolati persisterent. Et non multo post Alaricus, qui & Athalaricus defunctus est. Cui successit Athanulphus eius propinquus, qui & ipse Romam irrupit. In qua irruptione Placidiam Theodosij filiā, Archadij & Honorij germanā, captiuā abduxit, & eam sibi matrimonio copulauit. Quod postmodū reipublicę valde profuit. Nā idem Athanulphus satis demū fideliter Augusto Honorio militauit. Archadius vero Imperator postquam cū patre Theodosio tredecim annis, & cū fratre Honorio quatuordecim īperasset, relicto Theodosio octo annorū filio defunctus est. Sub quo orta est hæresis Priscillianistarū, qua qui inuoluūtur, astruere conātur fatalib. stellis homines colligatos. Pelagiana quoque hæresis, qua qui polluūtur, destruere conantur orationes, quas facit ecclesia pro fidelibus.

Rufinus Stilico.

Rufini cædes.

B

Stiliconis motus.

Stiliconis, & filii cædes.

Alaricus. Gothus.

Athanulphus seu Athaulphus.

Placidia capitur.

C

Archadij obitus.

Priscillianistę.

Pelagiani

De Honorio, & Theodosio iuniore Imperatoribus. Cap. X.

HOnorius igitur Imperator Archadio defuncto imperauit annis sexdecim cū Theodosio nepote suo: sed Honorius, sicut iā dictū est, partes regebat Hesperię, Theodosio vero Archadij filio subiacebant orientales prouinciæ. Porrò Athanulphus rex Gothorū (cui⁹ supra meminimus) apud Barcinonā Hispaniæ vrbē dolo suorū occisus est, cui Segericus successit, q pacē optimā cū Honorio Imperatore cōstituit, & Placidiā eius sororē secū honeste habitā ei restituit. Honori⁹ aūt illā Cōstātino comiti despōsauit, & eū apud Rauennā Imperatorem ordinauit. His vero diebus Luciano venerabili presbytero reuelatum est corpus protomartyris Stephani. Floruit quoque per idē tēpus Augustinus Hipponēsis ecclesiæ episcopus, doctorque egregius. Verū Honorius trāsactis decē annis, quibus cū Archadio fratre suo imperauerat, & alijs quindecim, quibus imperauerat cum Theodosio nepote suo, rebus humanis excessit. Quo defuncto Ioānes quidā tyrannus Hesperiæ inuasit imperiū. Sed hūc Ardaburcus patricius a Theodosio missus intra Rauēnā interfecit. Assumpsitque Theodosius Valentinianū puerum supradictę Placidię, & Constantini filium, & coronauit eū, & cum matre sua Placidia ad Italiam destinauit, illū que Imperatorē, & Placidiam designauit Augustā.

D

Athanulphi cædes

Segericus

E

Constātinus Imperator.

Stephani martyris inuentio.

Archadij obitus.

Ioannes tyrannus.

Valētinianus.

De Theodosio iuniore & Valentiniano principibus. Cap. XI.

THeodosius igitur iunior imperauit cū Valentiniano annis viginti vno. Per idem tempus gens Saxonum ad Britanniam tribus longis nauibus applicuit, & totam penè insulam ab orientali parte vsque ad occidentalem occupauit. Tunc etiam quoniam Pelagiana hęresis Anglorum maculauerat fidem, Gallicani episcopi Germanum Altissiodoreñ. & Lupum Trecassinorū insignes episcopos ad eandem hęresim extirpandam direxerunt. Eo quoque tempore Eudoxia Theodosij filia, Valentiniani vxor, Imperatrix attulit catenas, quibus quondam ab Herode sanctus Petrus ligatus fuit. His etiam diebus in vrbe Constantinopolitana quidam episcopus Nestorius nomine eloquentia seculari pręditus contra catholicam dogmatizauit fidem, sanctā Mariam nō esse Dei genitricē, & hominem purū de ea natū, sed postea homi

F

Saxones Britanniā occupāt.

Germa⁹ & Lupus.

Eudoxia vincula Petri.

Nestori⁹.

ni Deum fuisse permixtum. Vnde collecta est Ephesi tertia sancta Synodus Papa Cælestino iubēte. Conuenerunt patres ducenti, & ibi Nestorius est damnatus, & anathematizatus, & firmatum vt beata Maria Theotocos, id est mater Dei appellatur. Florum per idem tempus sanctus Mamertus Viennensium episcopus, qui tres dies Rogationum instituit. Verum Theodosius Augustus Constantinopoli est defunctus anno imperij sui quadragesimo secundo.

Synodus Ephesina. Theotocos. Mamertus. Theodosij obitus.

De Martiano & Valentiniano Imperatoribus. Cap. XII.

Martianus igitur ad Imperium assumptus, imperauit cum Valentiniano annis sex. Iste cum Parthis & Vandalis Romanum infestantibus regnum, pacem constituit. Horum quoque Imperatorum Martiani scilicet & Valentiniani temporibus celebrata est Chalcedoniæ quarta sancta Synodus vniuersalis sexcentorum triginta reuerēdorum episcoporū, sancti Papæ Leonis industria congregata, ibi Euthices hæreticus cum Dioscoro Alexandrino episcopo abdicatus est, & damnatus. Interea Valentinianus Imperator factione Heraclij spadonis Agerium patricium interfecit. Sed non multo post, idem Valentinianus a satellitibus Agerij dolo Maximini comitis palatij est occisus: & mox idem Maximinus eius inuasit imperium, eiusq; vxorē in suū coniugium transire, coegit. Verum hac incontinētia non est diu gauisus. Nam post alterum mensem a famulis regis mēbratim dilaniatus, & in Tyberim est proiectus. Post cuius mortem Romani Auitum Cæsarem creauerunt. Porrò Martianus sexto imperij sui anno, & sexto pariter mense defunctus est.

H. Synodus quarta. Valētiniani cædes. Maximini tyranni cædes. Auitus Imperator. Martiani obitus.

De Leone Magno. Cap. XIII.

Leo Magnus post mortem Martiani assecutus imperium, imperauit annis sexdecim. Cuius primo anno Hesperiarum Imperator Auitus, intra Gallias ab exercitu suo spretus & derelictus ad Italiam remeauit, & post paucos dies honore dignitatis deposito Placentinorum ordinatur episcopus. Eodemque anno Maioranus a Romanis militibus apud Rauennam Cæsar Italiæ est ordinatus. Qui quidem ad Hispanias abijt, & inde contra suos ad Carthaginem transire proposuit, sed penitus spe sua frustratus, ad Italiam est regressus, vbi tertio principatus sui anno vix expleto decessit. Tūc Leo Imperator Arthemium Cæsarem in Italiam destinauit. Qui vbi Romam attigit Ricemerem generum suum contra Alanos direxit, & per eum multitudinem Alanorum fugauit, & regem eorū Beorgicū primo certaminis impetu superatū interemit. Sed nō multo post idē Arthemius ipsius Ricemeris fraude interemptus regnū reliquit Olibrio. Olibrius vero nondum mense octauo tran sacto sui principatus finem uitæ dedit. Quo defuncto Glicerius eius sibi præsumpsit imperium. Verum anno vix expleto, Nepos quidam nomine eum e regno eijciens episcopum ordinari fecit, & sibi regnū rapuit. Tantas varietates, mutationesque Romanorum principum cernens Theodericus Visegothorum rex Auernorum occupauit ciuitatem, contra quem Nepos Cæsar ab Italia Orestem militiæ suæ magistrum prodire mandauit. Orestes autem vbi cum exercitu Rauennam venit Augustulum Imperatorem filium suum creauit. Quod audiens Nepos præsidio nudus ad Dalmatias fugit, vbi & priuatus defecit. Augustulo vero in Rauenna degente Odoacer Torilingorum rex habens secum Herulos, diuersarumque auxiliarios gentium, Italiam occupauit. Qui & Orestem interfecit, & filium eius Augustulum de regno pulsum in Luculliano Campaniæ castello exilij pœna damnauit. Sicque Hesperium Romanæ gentis regnum, quod septingentesimo nono vrbis conditæ anno primus Augustorum † Octauius Augustus obtinuit, in hoc Augustulo dignitatis suæ priuilegium perdidit, & in mauus regum exterarum gentium tandem collapsum corruit. Memoratus denique Visegothorum rex Theodericus, Illiricum & partem magnam Italiæ occupauit. Porrò Leo Orientis Imperator Zenonem generum suum magistrum totius Orientis fecit, & Basilicum fratrem Berinæ Augustæ magistrū instituit Thraciæ, Leonem vero filium suum coronauit Augustum.

I. Auitus sit episcopus. Maioranus. Leo. Ricemer. Arthemius. Olibrius. K. Glicerius. Nepos. Theodoricus. Orestes. Augustulus. Nepotis obitus. Odoacer. L. † Octauianus. Theodericus. Zeno. Basilicus.

De Leone secundo, Basilico, & Zenone. Cap. XIIII.

Leo secundus post patris obitum imperauit anno vno, quo defuncto Basilicus frater Berinæ ab aulicis militibus acclamatur Augustus, sed Zeno demum factus est Imperator.

M. Zeno.

FINIS LIB. VIII.

NONVS LIBER

tractat de Imperatoribus a Zenone vsque ad Carolum Magnum, continens capita viginti tria.

¶ *De Zenone.* *Cap. I.*

N

ENON igitur sumpto diademate imperauit annis duobus cum Basilico, & quindecim solus. Porrò Zeno iste Enothiō composuit cōtra fidem ecclesiasticam. Theodericum quoq; Visegothorū regem ad se venire fecit, eiq; curā Palatij sui cōmendauit, & non post multos dies patriciatus honore iterū eū insignitū ad partes Italiæ destinauit. Quò dū peruenisset, Odoacrū Herulorū regem varijs successibus debellauit, & regno tandē exturbatū interfecit. Demū aūt regnum Italiæ sibi præsumpsit & vsurpauit. Quod vt sibi perenniter cōfirmaret, filias suas vicinis regibus copulauit, dans vnā Gothorum regi Alarico, alteram regi Burgundorū Sigismundo, Neptem vero suam dedit regi Turingorum Hermenfrido, & sororem suam Vandalorum regi Transemundo, Clodouei quoque regis Frācorum filiam suo cōiunxit matrimonio. Sessionem denique suam Rauēnæ constituit: homo Arianæ sectæ, & bestialem contra catholicos gerens in animo crudelitatem. Per idē tempus facta est inuentio criptę sancti Michaelis archangeli in monte Gargano. Mortuo autem Zenone Augusto, quidam Anastasius assumptus ab Augusta Imperator, simul, & Augustæ maritus cunctis innotuit.

Burgūdorum rex.

Michaelis apparitio.

Anastasi⁹.

¶ *De Anastasio.* *Cap. II.*

O

Nastasius igitur purpuram sumens imperauit annis viginti. Iste ab Achatio depranatus Cōstantinopolitano episcopo, fauebat hæreticis, & catholicos psequebatur. Misit autem ad eum Hormisda papa venerabilis corripiēs eum ab errore suo. Sed perfidus per legatum ipsius mandauit Anastasius, Nos iubere volumus, non iuberi. Sed cum in sua perduraret perfidia, ictu fulminis interijt. Floruit per idem tempus sanctus Remigius Remorum archiepiscopus.

Anastasi mors.

Remigi⁹.

¶ *De Iustino seniore.* *Cap. III.*

P

Vstinus igitur christianissimus Imperator Anastasio perfido succedens in regno, anno incarnationis dominicæ quingentesimo & vndecimo, imperauit annis viginti tribus. Ad hunc misit Hormisda venerabilis Papa ab vrbe regia sanctum Germanum Capuanum episcopum, & Ioannem & Claudinum presbyteros, Felicem quoque & Dioscorum diaconos, necnon & Petrum notarium suum, vt episcopos, quos Anastasius pro catholica exulare fecerat fide, ad pristinas reuocaret ecclesias. Quos omnes cū grandi lætitia suscepit clementissimus Imperator, & remisit honorabiliter. Post Hormisdā aūt Ioannes cathedrā ascendit apostolicā. Qui & ipse ad eūdem principē venit. Deniq; dū Constantinopolim peruenisset, & ibidē vir Dei honorifice ab Imperatore, & ab omni fere eiusdem vrbis populo susceptus fuisset, mox in eorū cōspectu ad portā, quæ aurea vocitatur, rogāti cęco lumen indulsit. Demū vero impetratis pro quibus ierat, Rauennā remeauit. Vbi sępe nominatus tyrannus Theodericus zelo & inuidia, quo audierat eū ab Augusto honorifice susceptū atq; tractatū, cū comitibus eius tenuit, & carceris afflictione peremit, Symmachum quoq; patriciū interfecit. Sed & Boetium consularem uirum summę prudētiæ, qui dialecticam, arithmeticā, atq; musicam suo sermone nobilitauerat, & alios libellos elegātissime cōposuerat, idē tyrannus exilij pœna dānauit, & in territorio Mediolanensi iugulari fecit. Hac vñ immanis sæuitiæ impunitate Theodericus nequaq̃ est gauisus. Nā nō multo post horribili, & inopinata morte pollutā peccatis animā exhalauit. Quā etiā quidam solitarius apud Lipatē manēs insulā corporeis oculis vidit in ollā Vulcani demergi. Vbi mare sicut cacabus feruescit ab igne. Theoderico vero regi Athalaricus nepos eius successit, & Athalarico Theodoaldus. Porrò Lōgobardis adhuc in Pānonia cōsistētibus præerat Alboinus filius Aldoini, qui nō multo post ipsam Lōgobardorū gentē in Italiā introduxit. Interea vero Iustinus Christianissimus Augustus cōtra Parthos feliciter dimicauit, & tandem cum rege eorum fœdus firmissimum stabiliuit. Qui etiam dum deficeret, Iustinianum suum ex sorore nepotem sibi designauit successorem.

Hormisda

Ioannes Papa.

Cæcū illuminat.

Theoderici sæuitia. In carcere perimitur.

Boetius.

Theoderici exitiū.

Athalaricus.

Theodoaldus.

Alboinus.

Iustinianus.

¶ *De Iustiniano Magno.* *Cap. IIII.*

S

Vstinianus igitur magnus assecutus Imperiū, imperauit annis triginta octo, & diebus vndecim. Iste de multis gentibus triumphauit. Nam septimo Imperij sui anno facta sunt Vandalica bella, & recepit Belisarius Africam, & fauente Deo eò perrexit magna cum celeritate, infideles Vandalos superauit, & totam tandem Africam prius auulsam ad antiquę reipublicæ corpus reuocauit. Rex quippe Vandalorum Geilmer cum imperium Belisarij ferre nequiret, ad Maurusios fugit. Sed eū ibi Belisarius celeriter insecutus comprehendit, & argentea vinctum catena secum adduxit, & de eo Cōstantinopoli triumphauit. Et non multo post Iustinianus Augustus eundem Belisarium ad Italiam destinauit. Quò Belisarius veniens primo accessu Siciliam peruasit, & Neapolim obsedit, & expugnauit, & expoliauit. Quod vbi rex Italiæ Theodoaldus audiuit, Vitigem sui exercitus ducem contra eum destinauit. Sed postquam Vitigis Campaniam est ingressus, & rex ab exercitu est creatus, expeditionem soluit, & retro remeauit. Tunc spreto Theodoaldo, & prima cōiuge repudiata, † Mathesuentem Theoderici regis neptem sibi matrimonio iunxit. Sed dū nouis nuptijs delectatur, Belisarius Romam ingreditur,

Belisarius

Theodoaldus. Vitigis.

† Mathesuentem.

ditur, & cum gaudio suscipitur. Confestimque vicina occupauit loca, Romam, oppidorumque praesidia: quibus sine dilatione patratis Vitigis rex Romam aggreditur, eamque per annum integrū obsidione circundat. Verum tandem Belisarius machinas eius igne consumpsit, & inde eū exturbatū vsque ad Ariminū effugauit, & nō multis diebus interiectis, apud Rauennā inclusum in deditionē suscepit, eumque cū vxore sua, & opibus palatij Cōstantinopolim deportauit. Sicque Iustinianus orthodoxus Augustus breui tpis interuallo de duabus validis gentibus per manū Belisarij ducis inclyti nobiliter triumphauit. Porrò post Belisarij ducis discessum, Gothi qui trans padū & in Liguria consistebant, cōtra Romanos rebellantes Totilā qui & Baiola dicitur, sibi regem creauerunt. Qui contra Romanos saepe dimicans, eorū vires multis vicibus fregit, ac superauit.

Vitigis capitur.

Gotthorū motus. Totila. Baiola.

Coruscabat per idem tempus in Italia, vir Dñi gratia Benedictus, & nomine. Ad quem cū praefatus Totila causa perscrutādi, an spiritū prophetiae haberet, venisset, praenuntiauit ei idem Domini vir quae ei ventura erant, dicens. Multa mala facis, multaque fecisti, iam aliquando ab iniquitate cōquiesce, & quidem Romam ingressurus es, mare transiturus es, nouem annis regnabis, decimo morieris. Igitur non multo post dum mare transiens, Siciliam depopulatus fuisset, & inde reuersus Romam cinxisset, atque cepisset, tota fermè nocte suos tubis clangere praecepit, vt Romani a Gothis sese quibuscunque modis
V
occulerent. Capta est igitur Roma a praefato Totila rege anno vigesimo primo Iustiniani Augusti. Qd audiens Iustinianus, Narsetem virum sapientem et dignitate patricium Romanorum, & misit eum ad Italiam. Quò dum peruenisset, regem Totilam superauit, & secundum patris Benedicti prophetiam Totila mortuus est. Per idem tempus facta est mortalitas apud Bizantium magna. Qua de causa eodem
X
anno celebrari solennitas coepit sanctae Dei genitricis Mariae, purificationis ipsius secunda die Februarij mensis, & cessauit mortalitas illa. Et haec solennitas ὑπαντὴ hypante Domini graece solet nominari, eo quod hac ipsa die allato in templum Dño Simeō & Anna ei obuiā venerūt, hypantaōn. graece idem est quod obuiā eo honoris gratia. Post haec autem Iustinianus Augustus trigesimo Imperij sui anno ab Anthimo seductus episcopo coepit declinare a catholica fide. Et dum a diuinis mandatis aurem cordis auertit, iusto Dei iudicio amentiā incurrit. Vnde accersito viro Christianissimo Iustino, Curopalatem eum cōstituit, & ei totius curam Imperij delegauit. Quod cum fecisset, decessit imperij sui anno trigesimo octauo, & mense septimo. Floruit his temporibus in vrbe regia Priscianus grammaticus, & Romae quidam subdiaconus Arator nomine, qui Apostolorum acta versibus hexametris † decantauit.

Benedictus abbas.

Roma capitur.

Narses.

Purificationis solennitas.

Curopalates.

Priscianus. Arator. † perorauit.

❡ *De Iustiniano Iuniore.* Cap. V.

Y
IVstinus itaque iunior genere Thrax, ex Curopalate factus imperator, anno incarnationis dominicae quingentesimo septuagesimo secundo, imperauit annis duodecim, mensibus decem, & diebus viginti. Huius temporibus Narses Romanorum patricius, cuius supra meminimus, cum ab incursu diuersorum hostium totam quietam reddidisset Italiam, pro magnis beneficijs magnam pertulit inuidiam a Romanis, ita vt in vrbem regiam Iustino mandarent dicentes, quòd melius erat Romanis Gothis seruire quàm Graecis, vbi Narses eunuchus imperat & dominatur pro sua libidine. Quibus sermonibus commotus Imperator, Longinum praefectum suum Narsetis loco substituit. Sed & Augusta Sophia hanc Narseti mandauit contumeliam, vt Constantinopolim remearet, cum puellis suis in gynaeceo foeminarum lanarum pensa diuideret. Ad quae verba Narses dicitur respondisse, eam se ei telam orditurum, quam dum viueret nunquam detexeret, & Neapolim secedens Longobardis mandauit, vt paupertina Pannoniae rura, quae incolebant, desererent, & ad Italiae fertilae solum possidendum confluerent. Quod audiens Alboinus rex Longobardorum, in Italiam commeauit cum multitudine magna Longobardorum, anno ab incarnatione Domini quingentesimo septuagesimo octauo. Deinde Mediolanum ingressus est, & intra breue spatium temporis sibi penè totam, praeter Romam & Rauennam, subiecit Italiam. Proinde Iustinus Imperator octāuo Imperij sui anno pedibus coepit infirmari, qua de re assumens comitem excubitorem Tyberium, adoptauit eum in filium, & successorem suum illum declarauit.

Narses.

Sophia.

Z

Narsetis risum.

Longobardorum in Italiā aduentus.

❡ *De Tyberio Imperatore I.* Cap. VI.

TYberius igitur Romanorum quinquagesimus Imperator, imperium sumēs anno incarnationis diuinae quingentesimo octogesimo secundo, imperauit annis tribus, & decem mensibus, & nouem diebus. Hic fuit vir catholicus, & religiosus: vnde multis in Constantinopolitana vrbe renouauit ecclesias. Hic etiam terram Persarum intrauit, & eos potentissime debellauit, indeque regrediens tantam molem praedę cum elephantis multis adduxit, vt humanae cupiditati crederetur posse sufficere. Caeterū idem Tyberius Augustus, vbi sibi finē vitae imminere praeuidit, elegit ad Imperium quendam uirū gñe Cappadocem, strenuū ac sapientissimū, qui Mauritius nūcupatus est. Cui filiā suā Constantiam ornatā reddidit regalibus ornamentis, dicens. Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum. Vtere ergo feliciter eo, & habe in mente incessanter aequitatem & iustitiam praecipua optimi Imperatoris esse insignia. Quod postquam dixit, spiritum exhalauit. Tyberio vero defuncto, Mauritius purpura indutus, & diademate coronatus ad circum processit, & acclamatis sibi laudibus, & largitis secundum morem muneribus, primus ex Graecorum gente Romano potitus est Imperio.

A

B

Mauritius.

❡ *De Mauritio Imperatore ex Graecis primo apud Romanos.* Cap. VII.

MAuritius igitur genere Cappadox, Romanū allecutus Imperiū, Hūnos magna superauit B

S.Greg. Litania.

industria. Hac præterea tempestate sanctus Gregorius septiformem Litaniam propter pestilentiam, quam inguinariam vocabant, instituit, & celeriter est populus liberatus. Septi formis litania ideo dicta est, quod omnis populus septiformiter fuit diuisus. In primo choro fuit omnis clerus, In secundo omnes abbates cum monachis suis. In tertio omnes abbatissæ cum congregationibus suis, In quarto omnes infantes, In quinto omnes laici, in sexto omnes viduæ, in septimo omnes coniugatæ. Is etiam sanctus Gregorius Augustinum, Melitum, & Ioannem, cum alijs pluribus misit in Britanniam, vt Anglorum gẽtem ad fidem conuerterent Christi. Quã gentem præfatorum labore virorum Deo lucrifecit. Porrò Mauritius Augustus dum esset vir Deum timens, malebat in hoc seculo facinorum suorum corporali supplicio vindictam persoluere, quàm tormentis gehennalibus cruciari, quod cum iugiter in suis orationibus Dominum precaretur meruit exaudiri. Quadam itaque nocte cum in stratu suo quiesceret, vidit per somnum ante æneam se astare Saluatoris effigiem, quæ erat ante palanj portam, ex qua emissa est vox ad eum dicens, date Mauritiũ: & tenentes quidam iudiciarij ministri exhibuerunt ei. Tunc ait ad eum Saluatoris imago. Vbi vis reddã tibi mala quæ meruisti: hic an in futuro seculo? Et ille, O amator hominũ Domine, hic potius quàm in illo. Tunc iussit diuina vox tradi illum, & Constantiam eius vxorem, & omnem eorum cognationem Phocę militi. Expergefactus vero misit ad accersendum Philippicum generum suum. Cui sibi assistenti dixit Mauritius. Scis inter agmina nostra aliquem militem nomine Phocam? Cui ille. Scio vnum. Et Imperator. Cuius est qualitatis. Qui ait. iuuenis tumens, & temerarius. Tunc referens Philippico Augustus somniũ suum glorificabat magnifice Deum pro huiusmodi reuelatione. Post hæc autem Mauritius Augustus in hostili terra positus, cũ milites suos ferro & rapinis abstinere compelleret, nec tamen eis consueta stipendia largiretur, Phocã rogare cœperunt, vt Imperij regnum super eos acciperet. Quibus sæpe nominatus Phocas obediens regalem purpuram sumpsit. Quod audiens Mauritius animo dissolutus, rebus aduersum se fluctuantibus cessit, & in quandam syluam mari contiguam fugit: In qua cum vxore & quinque filijs iussu Phocæ Cæsaris interemptus est.

Septiformis.

D

Mauritij visio.

Mauritij cædes.

¶ *De Phoca. Cap. VIII.*

PHocas ergo propria temeritate Romanum inuadens Imperium imperauit annis octo. Hic vt factus est Imperator Leuntiam vxorem suam coronauit Augustam. Imperij denique huius anno secundo venerabilis Papa Gregorius ex hac luce migrauit. Cuius in locum ad Apostolatus officium Sabinus est ordinatus: & Sabino subrogatus est Bonifacius tertius: & Bonifacio tertio Bonifacius quartus. Quo rogante statuit † memoratus Augustus sedem Romanæ, & Apostolicæ ecclesiæ caput esse omnium ecclesiarum. Nam antea ecclesia Constantinopolitana primam se omnium scribebat ecclesiarum. Impetrauit quoque ipse papa Bonifacius a præfato principe dari ecclesiæ Christi templũ Romæ, quod ab antiquis Pantheon vocabatur. Porrò Phocas cum crudeliter in suos desæuiret domesticos, Heraclij Africæ patricij iussu peremptus est, qui post huius necem sibi rempublicam uendicauit.

E

Sabinus Papa.

Bonifacij. Romana ecclesia.

† *Statuit, & declarauit contra petulantiam antistitũ Constantinop. non n. hoc ad secularẽ potẽstatẽ pertinebat, & olim Romani pontifices a petro vsq; ad bonifatiũ primaria ptãte functi sunt. vide de hac re inter cæteros Melchiorẽ Canum.*

Pantheõ.

Phocæ cædes.

F

¶ *De Heraclio. Cap. IX.*

HEraclius igitur Romanum assecutus imperium anno incarnationis dominicę sexcentesimo decimo quinto imperauit annis triginta. Hic inuenit valde dissolutam rempublicam, & attritam. Siquidem Europam vehementer Auares vastauerant. Huius etiam diebus rex Persarum Cosdroes cepit Damascum, & vastauit Hierosolymam, & venerabilia loca, quæ erant in ea, conflagrauit, & populorum copias captiuauit vnã cum patriarcha eius dem vrbis Zacharia, & pretiosum Christi crucis lignum secum in Persidem asportauit. Igitur Heraclius prætores Cosdroæ Sarabbagam & Sabasam, Sain & Razatem superauit, & multas cepit munitiones. Denique Cosdroes ab eo captus est, & in carcerem missus, vbi & mortuus est. His itaque transactis Heraclius Bizantium est reuersus habens secum sanctum dominicæ crucis lignum. Deinde larga militibus prẽmia donauit, & paululum recreatus reuexit Hierosolymas lignum sanctę crucis, plurimas Deo pro tantis triumphis referens gratias. Verum per idem tempus Cyrus Alexandrinus episcopus, & Sergius Constantinopoleos patriarcha Monothelitarum hæresim prædicabant. A quibus deprauatus Heraclius Augustus aberrauit a catholica fide. Vnde diuino iudicio Agareni, qui & Saraceni dicuntur, Hummaro duce imperium eius cœperunt lacerare. Hac præterea tempestate Saraceni, qui & Turci dicuntur, Mahumet pseudopropheta ducatũ eis præbente, a suis sedibus exierunt, Heracliją; imperium deuastare cœperunt. Porrò Mahumet iste Saracenorum & Arabum princeps, & pseudopropheta fuit de genere Hismael filij Abrahæ. Heraclius denique Augustus imperij sui anno trigesimo primo defunctus est. Imperauitque post eius decessum Heraclius Constantinus filius eius mensibus quatuor. Quibus vix expletis veneno sublatus est propinato a nouerca sua Martina. Sicque eo defuncto imperauit Heraclonas frater eius pro eo cum matre sua Martina.

Cosdroes

Cyrus, & Sergius. Monothelitæ.

Agareni. Hũmarus.

G

Saraceni. Turcæ.

Mahumet

Heraclij obitus.

Heraclius Constantinus.

Heraclonas.

¶ *De Heraclona. Cap. X.*

HEraclonas igitur Heraclij filius imperauit cum matre sua Martina mensibus sex. Imperij huius tempore Mahinas Arabũ admiraldus missus ab Hummaro cepit Cæsaream Palæstinæ, & occidit in ea septem millia hominum. Et eodem anno repulit Senatus Heraclonam cum matre sua Martina, & lingua Martinæ recisa, & Heraclonæ naso reciso prouexit ad imperium

rium Constantem filium Heraclij Constantini, nepotem Heraclij.

Heracloniæ supplicium.

¶ De Constante Constantini Heraclij filio. Cap. X.

I Constans igitur Heraclij Constantini filius, nepos Heraclij Augusti, apud Bizantium Romano potitus imperio anno incarnationis diuinæ sexcentesimo atque quadragesimo quarto, imperauit annis viginti sex. Hic etiam in Monothelitarum hæresim incidit, sicut & auus eius Heraclius Augustus, suggerente ei venenum perfidiæ Paulo Cōstātinopolitanæ Vrbis episcopo, qui Pyrrho successit in episcopatu. Multos etiam orthodoxorum verberibus, & exilijs condemnauit, eo quòd hæresi suę nullatenus acquiescere vellent. Propter quod cū apud Bizantium penè omnibus esset exosus, ad Italiam nauigauit, volens illam & a potestate Longobardorū eruere, & ibi aliquantulum manere. Egressus igitur de regia vrbe venit Athenas, ibique mare transiens Beneuentanorum fines inuasit. Sed eius exercitum Grimoaldus eiusdem dux prouinciæ fortiter attriuit. Igitur cernens Augustus, quòd nihil contra Longobardos proficeret, Romam perrexit; cui sexto ab Vrbe milliario Iulianus Papa reuerenter occurrit, & eum ad beati Petri limina cum magna populi perduxit frequentia. Quò cum peruenisset obtulit sancto Petro pallium optimum auro textum. Et cum in Vrbe iam per duodecim dies resedisset, magna tactus cupiditate varia ornamentorū genera ex ære & marmore, quibus Vrbs decorabatur, in Tyberim vexit, vt ea Constantinopolim ferret, inter quæ Basilicam sanctæ Dei genetricis Mariæ, & omnium martyrum, quæ Pantheon antiquitus vocabatur, ereis tegulis discooperuit. Quibus patratis statuit remeare retrorsum. Igitur a Roma digressus ad Siciliam nauigauit. Vbi cum quodam die
K secretius in balneo lauaretur, a suis interficitur. Post cuius decessum milites assumentes Mezentiū quendam Armenium sibi creauerunt Imperatorem, sed non post multos dies Constantinus Constantis Augusti defuncti filius cum multo illuc veniens nauigio, & imperialem purpuram sumpsit, & Mezentium cum interfectoribus patris sui morte pessima condemnauit.

Constātis cædes. Mezētius. Constantinus.

¶ De Constantino Constantis filio. Cap. XII.

L Constantinus igitur Constantis filius post patris interitum, eius obtinens imperiū anno incarnationis Christi sexcētesimo octogesimo imperauit annis sexdecim. Hic fuit vir fide catholicus, modestus. Sapienti quoque vsus consilio, cum Arabibus qui Damascum inhabitabant, & cum Bulgaribus pacem firmissimam fixit: restaurauit etiam ecclesias, quæ fuerant dirutæ a temporibus Heraclij proaui sui. Insurrexit præterea contra Monothelitas, satagens eorum opiniones subuertere, qui vnam tantum in Domino nostro Iesu Christo naturam esse opinabantur, ac prædicabant. Mortuo denique apud vrbem regiam Cōstantino orthodoxo Augusto, filius eius Iustinianus imperij moderamina gubernanda hæreditario iure suscepit.

Monothelitæ. Iustinianus.

¶ De Iustiniano. Cap. XIII.

Iustinianus itaque patri suo succedens in regno, anno incarnationis diuinæ sexcentesimo nonagesimo sexto, imperauit annis decē. M
Hic cum esset quasi annorum sexdecim puerili vsus temeritate pacem, quā pater eius cum Abimelech Arabum principe fixerat, soluit: pacem cum Bulgaribus perturbans & ea, quæ a patre suo ordinabiliter fuerant facta. Renouauit etiam Marcianitarum exercitum, quo imperium suum ab impetu Arabum tuebatur. Quibus repressis, pace & quiete potitus est Arabum principatus vsque in præsentem diem. Et ex tunc libertus Barbari Romaniā depopulauerunt. Porro post hæc Iustinianus contra Sclauos perrexit, & multos ex eis prostrauit. Sed dum inde reuerteretur præpeditus a Bulgaribus in arcto clausuræ N
cum proprij populi cęde & vulneratione vix pręualuit remeare. Sustinuit præterea Stephanum Persam, sacellarium suum, virum crudelem, ac pessimū qui plures reipublicæ principes grauiter affligebat. Quique matrem ipsius Augusti Anastasiam absente eo præsumpsit more pueri flagellare. Quæ res maxime fecit exosum cunctis principibus, & domesticis suis. Insurrexit ergo aduersum eum Leontius patricius, conspirante secum Gallinico patriarcha, & carceribus reseratis, soluisque multis retrusis, qui sex vel octo annis in vinculis detenti fuerant, quorū plures milites erant cum eis exiuit in forum, moxque Iustinianum naribus amputatis ad Cersonam exilio relegauit, deinde pręfatorum armis munitus virorum, Augustalem arripuit dignitatem.

Stephanus Persa. Leontius.

¶ De Leone secundo Imperatore. Cap. XIIII.

Eo igitur anno incarnationis Domini septingentesimo imperium sumens imperauit annis tribus. O
Imperij huius anno tertio Arabes Africam debellabant. Contra quos direxit Ioannem patricium cum stolo copioso. Qui cum carthaginem peruenisset, Arabes in fugam conuertit, & ibidem hyemauit. Demum ad imperatorem regressus est, volens ab eo deposcere stolum maiorem. Sed exercitus, qui in Africa remāserat, absente Ioanne patricio, elegit quendam Absimarum, quem & nominauit Tyberium, & creauit Imperatorem. Absimarus autem sumpto stolo, qui secum erat, nauigauit ad Vrbem, & sine mora introiuit in eam per murum Blachernarum, & apprehendens Leonem exilio relegauit.

Stolus classis, & exercitus. Absimarus.

¶ De

¶ *De Absimaro seu Tyberio. Cap. XV.*

P Absimarus igitur qui & Tyberius nominatur, imperauit annis circiter septem. Iste Philippicum filium Nicephori in exiliũ relegauit, qui asserebat in somnis se vidisse, quòd caput suũ obũbraretur ab aquila, eo quòd somnium huiusmodi ipsum regẽ futurũ designare videbatur. Porrò imperante Absimaro Iustinianus degens in Cersona cœpit manifeste populo, quòd esset iterum suum accepturus imperium, prædicare. Qua de re loci incolæ Augusti zelo permoti, propter huiusmodi opinionem parabant eum quasi regis insidiatorem interficere, vel comprehensum ad eum dirigere. Sed cum hoc idem Iustinianus sensisset, fugit: & Turcorum Chagano se præsentauit. Chaganus autem illum cum honore suscepit, & tradidit ei vxorem germanam suam. Indeq́ue nauigauit ad Terebellum Bulgariæ regem, qui & ipse ei auxilium tulit, & suo imperio restituit.

¶ *Item de Iustiniano restituto, & eius sæuitia. Caput. XVI.*

Q Iustinianus autem imperauit secundo annis sex. Qui vt imperium recepit, omnes qui eum ante expulerant, interfecit: & Absimarum in Circum deductum, & multis iniurijs fatigatum, iugulari præcepit. Sed & Gallinicum patriarcham erutis oculis Romam destinauit, & Pyrrhum abbatem in locum eius prorexit. Innumerabilem denique ciuium multitudinem interfecit, Statuitq́ue, Cersonã vbi exulans degerat subuertere, & colligens omnes naues quas habere potuit, dromones, scilicet trieres, scaphas, chimæras, & Linthres vsque ad Chelandriã eas destinauit, præcipiens omnes ibidem habitantes interfici a minimo vsque ad maximum. Quò cũ peruenissent Mauritius patricius, & Elias spatarius secundum Imperatoris iussionem omnes interfecerũt, exceptis infantibus: Tuduinum ciuitatis principem cum alijs quadraginta principibus ad imperatorem miserunt, & alios septem eiusdem ciuitatis primores igni in ligneis verubus applicantes assauerunt. Deinde Iustinianus misit alium stolum mense Octobri, præcipiens vt omnes pueri, qui reseruati fuerant, morti traderentur. Sed ille stolus penè totus in pelago est demersus, & perierunt ibi hominũ millia septuaginta tria. Quibus agnitis Instinianus furens adhuc magna crudelitate misit iterum aliũ stolum, iubens arari, & ad Pauimentum illidi totam ciuitatem. Quod audientes homines illius prouinciæ assumpserunt Philippicum, qui illic exulabat, & Imperatorem creauerunt. Deinde Philippicus Constantinopolim veniens Iustinianũ augustum, & Tyberium filium eius pariter interfecit.

Philippicus.

¶ *De Philippico Bardanio. Cap. XVII.*

R Philippicus igitur qui & Bardanius nominatur, creatus apud Cernosam Imperator anno diuinę incarnationis septingentesimo vigesimo secundo imperauit anno vno, & dimidiato. Iste cum esset Hæreticus Cyrum Constantinopolitanum episcopum exilio relegauit, & posuit in eandem sedem quendam sui sensus pseudo episcopum nomine Ioãnem Monachum. Ipse etiam Philippus Romam Cõstãtino papę praui dogmatis literas destinauit, quas vir sanctus consilio Romani populi respuit, & præcepit ne eius nomen in Chartis poneretur, aut percussura solidorum eius reciperetur, aut ad missarum solennia recitaretur. Et cum imperasset Philippicus vno anno, & dimidio anni, insurrexit contra eum Anastasius, qui & illum oculis priuauit, & ab imperiali dignitate deposito sibi eius vẽdicauit imperiũ. Apud Italiam vero Ariperto mortuo regnauit Liuprandus filius eius.

Anastasius.

Liuprandus.

¶ *De Anastasio Arthemio. Cap. XVIII.*

Anastasius igitur qui & Arthemius dictus est, imperauit annis tribus, & sex mensibus. Iste cum esset vir catholicus literas Constantino papæ per scholasticum patricium Exarchum Italię destinauit, quibus se fautorem catholicæ fidei, & sancti sexti consilij prædicatorem esse declarauit. Post hęc autem classem in Alexandriam contra Saracenos direxit. Omnis exercitus ad aliud versus consilium ab itinere medio ad Constantinopolitanam vrbem regressus Theodosium orthodoxum virum inquirens, Imperatorem elegit, & coactum imperiali solio sublimauit. Theodosius vero Anastasium apud Vrbem Niceam graui prælio superauit, eumq́ue postmodum presbyterum fieri iussit. S

¶ *De Theodosio. Cap. XIX.*

Theodosius igitur Anastasio defuncto imperauit anno vno. Quo finito, aduersus eum insurrexit Leo quidam vir potentissimus, qui eum quidem ab imperiali vertice deposuit, sed indemnatum abire permisit. Ipse vero postmodũ clericus factus residuum vitæ transegit in pace. T

¶ *De Leone. Caput. XX.*

Leo igitur anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi, septingẽtesimo vigesimo septimo Romano potit' imperio Imperauit annis viginti quatuor. Huius in diebus gẽs Saracenorũ Cõstãtinopolim hostiliter circundedit ferè per triẽnium. Sed ciuibus multa precum instantia Deum deprecantibus, tandem fugam gens inefficax arripuit, & postmodum dum per altum mare nauigaret, subitanea tẽpestate submersa perijt. Porrò Leo Augustus anno imperij sui octauo omnes sanctas imagines destrui præcepit. Maximo enim odio illas abominabatur, & omnes virtutiferas sanctorũ reliquias. Post hæc rex Italiæ Liuprandus audiens, quòd Saraceni depopulata Sardinia loca illa fędassent, vbi ossa beati Augustini Hipponensium episcopi requiescebãt, V

Saraceni.

Leo in sanctorum sæuit imagines.

Liuprandus.

Augustini reliquiæ.

quæ

quę propter vastationem barbarorum olim eò trāſlata, & honorifice tumulata erant, misit illuc, & dato pretio accepit, & transtulit ea Ticinum ibique in monasterio, quod Cella aurea vocitatur, recondidit. Postea Cōstātinopoli factus est terremotus magn⁹, & corruerunt ecclesię multæ, & extinctus est populus multus. Eodem anno mortuus est Leo Imperator, animæ simul & corporis morte: & fit Imperij eius, & impietatis pariter succeſſor Constantinus filius eius, cum esset annus a conditione Mundi secūdum Romanos sexies millesimus ducētesimus quadragesimus, sed secundum computationem Aegyptiorum & Alexandrinorū sexies millesimus ducētesimus & trigesimus secundus.

Cella aurea. Terræmotus. Leonis mors.

¶ *De Constantino impio.* Cap. XXI.

X Constantinus igitur persecutor legum a patribus traditarum, Imperium sumēs imperauit annis triginta quatuor, mēsibusque duobus, & diebus viginti sex. Hic omni vitæ suæ tempore magicis maleficijs & cruētis sacrificijs, & luxurijs semper operam dedit, & multi clerici, ac monachi, & religiosi laici sub eo propter rectam periclitati sunt fidem, habebat etiam sibi cōsentientem in omnibus propter amorem terreni principatus Anastasium Constantinopoleos falsi nominis patriarcham, vnde diuinitus indignatio venit in ciues eiusdem vrbis, admonens impium Imperatorem, vt se cohiberet ab insania, qua flagrabat. Sed ille vt Pharao quōdam inemendatus permansit. Venit quippe pestilens mors incipiens a Sicilia & Calabria in regiam vrbem, & ita eam deuastauit, vt & in ipsa plures domus integræ clauderentur, eo quòd non esset qui eas inhabitaret, ferebantur etiam in plaustris ad sepeliendum cadauera mortuorum. Per idem tempus & stellæ de cœlo cadentes apparuerunt, ita vt omnes id videntes finem seculi instare putarent. Interea Constantinus nefandiſſimus Imperator contra Bulgares pergens horribilem infirmitatem incurrit, qua & defunctus est, non minus quàm Diocletianus sanguine martyrum plenus. Cui successit Leo quartus filius eius.

Anastasi⁹ episcopus impius. Pestilētia grauis, & alia prodigia.

¶ *De Leone.* Caput XXII.

Y Leo igitur anno natiuitatis Christi septingentesimo octogesimo potitus imperio, imperauit annos quinque. Cui successit Constantinus vir Christianiſſimus filius eius.

Leo cæsar. [?]

¶ *De Constantino Imperatore, & Hirene matre eius.* Cap. XXIII.

Z Constantinus igitur cum matre sua Hirene Romanum sortitus imperium anno incarnationis diuinæ septingentesimo octogesimo sexto, imperauit annis decem. Hic facta pace cum Arabibus per Stauratium patricium de Sclauis triumphauit. Hac præterea tempestate direxit Hirene sacellarium suum ad Carolum regem Francorum, vt filiā suā nuptā traderet imperatori Cōstantino filio suo, sed hoc postmodm irritum fecit. Nam anno imperij Constantini & Hirenes decimo excitauit diabolus liuorem discordię inter ipsam Hirenen & filiū eius Imperatorem, & sepsit eum custodia, imperauitque annis quinque. Quibus expletis, Armeniorum fretus auxilio filius eius rursus recepit imperiū. Quod vbi resumpsit, mox Stauratium patricium, & Heuciū protospatariū matris suæ amicos, omnesq; simul spadones eius domesticos in exiliū misit. Ipsā tamē locauit cum affluentia copiosa in palatio Eleutherij, quod ipsa ædificauerat, & in quo pecunias multas absconderat. Postmodum vero mouit exercitū suum aduersus Bulgares, sed victus ab eis rediȷt ad vrbem multis amissis. Qua de re quidā principū contra eum indignati Nicephorum filium proaui sui Cōstantini parabant imperatorem facere. Quod vt comperit Cōstantinus, eundem statim Nicephorū, & fratrem eius Christophorum linguis priuauit. Alexium quoque patricium Armeniorum luminibus orbauit. Sed & vxorem suam nomine Mariam monacham fieri coegit, & Theodotem cubiculariā suam coronauit Augustam. Interea vero Hirene muneribus, & poſſessionibus cœpit sibi conciliare duces, & principes regni, ita vt a suis domesticis, Augustus secundo comprehenderetur. Consiliarij namque matris eius eum oculis priuauerunt, tam nequiter vt statim cruciatū mors sequeretur. Sicq; de secundo imperauit Hirene, vno ferè quinquēnio. Sub hoc tēpore Imperium Romanum ad reges Frācorum translatum est, Carolo magno filio Pipini primo Imperatore facto: in Constantinopoli vero regnum Gręcorum permansit, & post Hirenem Nicephorus Imperium arripuit. Post Constantinum magnum sedes quidem Imperij apud Constantinopolim erat, pro eo quòd ipse piiſſimus & Christianiſſimus Imperator priuilegiū Romanæ sedis beato Petro principi Apostolorum, eiusque vicem tenentibus in perpetuum relinquens apud eandem sibi vrbem sedem Imperialem statuerat, dignitate tamen Romani imperatores appellati sunt vsque ad illud tēpus, quo Romanū imperium ad reges Francorū translatū est. Postea enim ij qui apud Cōstantinopolim imperabāt, solo Imperij nomine retento Græcorum potius imperatores appellati sunt. Exinde autē series temporum per reges Francorum supputatur. Verum priusquam Imperiū Caroli Magni describamus, pauca de origine & regno Frācorum perstringere libet, ne tantæ gentis primordia vel gesta penitus silentio videamur transire.

Carolus Francorū rex. Hirenæ factum. Nicephorus. Z Hirene motus. Imperiū Rom. ad Francos.

Explicitus est Liber Nonus.

DECI-

DECIMVS LIBER tractat de gente, & regibus Francorum ab origine Francorum vsque ad Carolum Magnum: & post a Carolo Magno vsque ad Caroli Simplicis successores, continens capita decem.

De origine Francorum. *Cap. I.*

A

RANCI ab origine Troiani, post euersionem Troiæ, Priamo quodam duce inde regressi iuxta Thraciam super Danubij ripas consederunt, ædificantesque ibi ciuitatem vocauerũt eam Sicambriam, manseruntque ibidem vsque ad tempora Valentiniani Imperatoris, a quo sunt inde expulsi, eo quòd tributa Romanis iuxta morem cæterarum gentium soluere recusarent. Egressi inde Marcomiro, Sunnone, & Gennebaldo ducibus venerunt, & habitauerunt circa ripam Rheni in confinio Germaniæ, & Alemaniæ. Quos cum Valentinianus multis postmodum prælijs attentasset, nec vincere potuisset, proprio eos nomine Francos quasi feruncos. i. feroces appellauit. Ab illo tempore in tantum virus Francorum excreuit, vt totam tãdem Germaniam & Galliam vsque ad iuga Pyrenei & vltra subiugarent. Alij Francos a quodam Francione appellatos volunt. Dicunt nanque, quòd post excidium Troie multitudo magna inde fugiens, ac deinde in duos populos se diuidens, altera pars Francionem quendam supra se regem constituerit, altera † Turcum nomine secuta fuerit, atque ex eo duos populos sumpto nomine Francos & † Turcos vsque hodie vocari.

[margin: Sicãbria. — Duces Franc. — B — Franci vñ dicti. — † Teucrũ. † Teucros.]

De gente Francorum, & de regibus eorum. *Caput II.*

C

Rancorum itaque gens Marcomiro mortuo Pharamũdum sibi regem constituit. Pharamundo deinde Clodio successit, qui Cameracum cepit, & inde Romanos eijciens, vsque ad Somonam fluuium dilatauit limitem suæ dominationis. Post Clodionem regnauit Meroueus, a quo Merouungi vocabantur, qui nunc Franci dicuntur. Post Meroueum regnauit Childericus, & post Childericum Clodoueus. Porrò Clodoueus Chrotildem Christianissimam puellam, & valde speciosam, Childerici quondam Burgundiæ ducis filiam duxit vxorem.

De Clodoueo Rege. *Cap. III.*

D Nterim vero cœpit regnum dilatari Francorum, & præfatus rex Clodoueus Childerici filius a beato Remigio Remorum archiepiscopo tali occasione voluit baptizari: dum quadam die contra Alemannos confligeret, & eius grauiter cęderetur exercitus, eleuatis oculis in cęlum dixit, O Domine Iesu Christe, quem Chrotildis vxor mea colit & adorat, tuam opem deuotus efflagito, & si mihi victoriam dederis in hoc certamine, spondeo tibi, quòd deinceps credam in te, & baptizabor in nomine tuo. Quod cum dixisset Alemanni in fugam acti sunt, & rex Clodoueus cum triumpho remeauit ad propria. Tunc accersito sancto Remigio episcopo, quæ Deo vouerat fideliter adimpleuit, & baptizatus est cum gente sua, regni sui anno decimo quinto. Porrò Clodoueus amplificare cupiens regnum suum inuasit Aquitaniæ regnum, quod rex Alaricus obtinebat. Et cum transisset Ligeris alueum, Turonos ad sancti Martini basilicam diuertit. Quam cum intraret, insonuit in choro vox psallentium dicens: Præcinxisti me Domine virtute &c. Qua voce audita lætior effectus, & Deo gratias agens inceptum tenuit iter. Et cum fluuium, cui Vigenna nomen est, transire vellet, & vadum non inueniret, eo quòd auctus fluuius exundasset, ceruа subito per eundem fluuium transiens vadum ei ostendit, deinde Alarico occurrit decimo milliario ab vrbe Pictauensi, vbi ambo congressi inuicem pugnauerunt. Sed tandem Alaricus ibidem confossus occiditur, & eius exercitus huc illucque dispergitur. Qua patrata victoria in illo anno Clodoueus Burdegalis hyemauit, sed recedente hyema li rigore, & succedente vernali tempore Tholosam caput regni Gothorum petijt, & expugnauit: & inde thesauros Alarici auferens ad Engolismum properauit. In cuius aduentu murus vrbis diuino nutu sponte corruit, & aduenienti regi patens iter præbuit. Inde Turonicam peruenit ad vrbem, vbi dum fessum recrearet exercitum, suscepit literas Anastasij Imperatoris, quibus illum designabat Romanæ reipublicæ consulem, & Augustum. Quod gratanter suscipiens, statim consulari trabea indutus, ab illa die consul simul & Augustus meruit appellari. Et inde Parisios reuertentes pro tantis honoribus, & beneficijs a Deo sibi collatis regalem ibidem ecclesiam ędificauit, quam sanctis apostolis Petro & Paulo consecrari præcepit. Postea vero industria filij sui Theoderici Lemouicenses, Rutenos, Caducos, Auernos, necnon & reliquas Aquitaniæ gentes seu prouincias a Rhodano fluuio vsque ad Ligeris alueum, & item a Pyreneis montibus vsq; ad Oceanũ totum, videlicet Alarici regnum suo copulauit regno.

[margin: E — Aquitaniæ subactio. — Psal. 17. — Cerua index vadi. — Alarici cædes. — F — Miraculũ. — Clodoueus desi gnatur Consul & Augustus. — Fanũ Petri & Pauli, qd nũc Genouefæ.]

G gno. Almaricus quoque Alatici filius ei cessit inui-
Almaricus. tus,& ab Aquitania in Hispaniam migrauit. Igitur
Gothis Arrianis ab Aquitania pulsis, Franci catho-
lici ipsam melioris regula religionis & fidei conti-
nuo repleuerunt. His Rex Clodoueus, Deo fauen-
te,patratis, & longe lateque Francorum regno dila-
tato,obijt anno regni sui trigesimo,ætatis vero suæ
quadragesimo quinto relinquens quatuor filios re-
gni sui hæredes. Qui patri succedentes regnum
Regni diuisio. Francorum interse diuiserunt. Et Theodericus qui
dem sedem regni sui sortitus est Metis, Clodomi-
rus Aurelianis, Clotarius Suessionæ, Childebertus
vero Parisijs.

De filijs Clodouei. Cap. IIII.

H TRes itaq; Clodouei filij, Clodomirus,
Childebertus atque Clotarius, sibi in-
uicem fœderati,& regni sui fines dila-
tare cupientes, Burgundiæ regnum in-
grediuntur, & Sigismũdum, fratrem-
que eius Gotmarum prælio aggressi sunt. Statimq;
Sigismundus capt' cæditur. in ipso primo belli impetu Sigismundus a Clodo-
miro capitur, & Aurelianis perducitur, ibiq; peri-
mitur, & in puteum proijcitur. Non multo tamen
post inde eleuatur,& in monasterium, quod in lo-
co Agnino sancto construxerat Mauritio, socijsq;
I eius, honorifice sepelitur. Demũ quoque non mul-
Clodomiri cædes. tis diebus transactis supra nominati fratres Burgun
diam repetentes Gotmarum Sigismundi fratrẽ ite-
rum adoriuntur. Sed in illa expeditione Clodomi-
rus interficitur. Successeruntque ei tres filij eius,
Theodericus. Gũtrannus,Gerbaldus,& Clodoaldus. Reliqui ve-
ro Childebertus atque Clotarius Gotmarum apud
Augustodunum obsidentes interfecerũt, & totam
K Burgundiam in suam potestatem redegerũt. Theo-
dericus autem memorati Clodouei filius maior cũ
fratre suo Clotario, & filio Theodeberto Turingo-
rum fines ingreditur, & fugato Hermenfrido, re-
gnum eius in suam redegit potestatem. Clotarius
Radegundis. vero inde rediens Radegundem Bertarij regis filiã,
Hermenfridi neptem, secum abduxit, & eam sibi le
gitimo matrimonio copulauit. Sed illa post tempus
modicum relicto maritali thoro intra Pictauensem
vrbem vestem suscepit religiosam, in qua perseue-
Theodebertus. rans,cursum vitæ laudabiliter consummauit. Porrò
memorati Theoderici filius nomine Theodeber-
tus,cum bellator strenuissimus esset, adhuc patre su
perstite Italiam penetrauit,& eam ab alpibus vsque
Bucellenus. ad maritimorum confinia locorum sibi tributariam
fecit. Et dum inde rediret, ducem exercitus sui nomi
ne Bucellenum ad peruadendam Siciliam, & reli-
qua Italiæ loca, quæ non adierat, dereliquit. Sed &
iterum memorati fratres Childebertus ac Clotarius
a Gallia prodeuntes Hispaniam intrauerunt, quam
grauiter deuastantes magnam auri copiam cum sto
Stola Vincentij martyr. la sancti martyris Vincentij inde secum detulerunt.
Verum Theoderico successerunt Theodebertus &
Theobaldus. Tandemque monarchia ad Clota-
Clotarij filij, & mors. rium reuertitur. Qui postquam sexaginta annis
Suessionis regnauerat defunctus est relinquens
quatuor filios sibi successores, Chilpericum Sues-
sionis, Carebertum Parisiorum, Guntrannum Au-
relianis, Sigisbertum Metis.

De filijs Clotarij, & quibusdam alijs regibus.
Cap. V.

SIgisbertus autem vxorẽ accepit † Brũ- L
childem Lemingildi Hispaniæ regis † Brunechildem.
filiam. Chilpericus vero frater eius
cum esset lascivus & vanus multas ha
buit vxores. Inter quas habuit Fredel
gundem satis quidem speciosam, sed pessimis arti- Fredelgũdis.
bus opulentam, quæ memoratum Chilpericũ suis
voluptatibus tenebat astrictum. Hæc cum Landrico Lãdricus.
comite Palatij solebat misceri. Quod Chilpericus
tandem persensit. At illa vbi sibi periculum immi-
nere sensit, vsa calliditate fœminea, crimen maiori
crimine parat obtegere, & redeunti a venatu suo
marito struit insidias. Nam equo descendens Chil- Chilperici cædes.
pericus, dum a proprijs satellitibus excipitur duo- M
bus cultris transfossus occiditur. Successit tamen ei
filius eius Clotarius. Ante hæc præfatus rex Sigis- Clotarius
bertus Clotarij regis Francorum filius est occisus. Sigisberti cædes.
Cuius regnum Childebertus filius eius cum matre
Brunechilde regendum suscepit. Et non multo post
Guntrannus Chilperici germanus defunctus est.
Qui regnum suum reliquit nepoti suo modo dicto
Childeberto. Childebertus quoque cum uiginti Childebertus.
tres annis regnasset in Austrasia,& quatuor in Bur-
gundia, decessit duos sibi relinquẽs hæredes filios.
Quorum vnus, cui nomen Theobertus erat, regnũ Theobertus.
Austrasiorum regebat,& Theodericus regnum Gũ Theodericus.
tranni gubernabat. Verum Theoberto & Theoderi
co varia sorte defunctis, Clotarius regnum Franco-
rum obtinuit. Clotarius vero Brunechildem reginã N
equo indomito alligatam iudicantibus Francis pro Brunechildis suppliciũ.
diuersis prauitatibus suis dirumpi præcepit. Porrò
Clotario Dagobertus successit. Qui cum se ad mor- Dagobertus rex.
tem vrgeri conspiceret, concessit regnum Austrasiæ
filio suo Sigisberto, Regnum vero Neustriæ Clodo
ueo. Inter Rhenum & Mosam est Austrasia. Inter
Mosam & Ligerem Neustria, quasi noua Austrasia,
quæ nunc Franconia & Francia appellatur. Post hęc Neustria.
Clodoueus deficiẽs, duos filios suos sibi reliquit suc Clodouei filii.
cessores, Clotarium in Neustria, Childericum in Au
strasia. Quorum Clotarius post annos tres assumpti
principatus, regnum cum vita perdidit. Quo vita
priuato successit ei frater eius Theodoricus. Verum
hunc post modicum tempus Franci de regno de- O
pellunt, & Ebroinum regiæ aulæ præpositum Lu- Ebroinus.
ponio monasterio intrudunt, cum eius nequitias
vltra tolerare nequirent, deinde assumentes Theo-
derici fratrem Childericum sibi statuerunt regem:
sed non multo post Childericus interficitur, &
Theodoricus in regnum reuocatur. Quod audiens Theodoricus.
Ebroinus, monachali qua induebatur veste deposi-
ta, e monasterio egreditur,& vndiq; circa se viribus
aggregatis, iterum maior regiæ domus efficitur, &
contra viros qui aulæ præfuerunt regiæ Childerici
regis temporibus, & maxime contra Leodegarium
Heduensem episcopum sæuiens illum compræhen-
dit, & post multa tormentorum genera decollari
præcepit.

Pipinus. præcepit. Defuncto vero Ebroino Pipinus filius Anchesigilli dominare sub regibus cœpit in Austrasia Qui ex vxore Pletrude duos filios habuit Drogum & Grimoaldum. Sed ex concubina genuit Carolum Tuditem. Porrò Theoderico successit Clodoueus filius eius, & Clodoueo Childebertus, & Childeberto Dagobertus filius eius. Hac denique tempestate ceperunt reges Francorum a solito vigore deficere, & regni negocia per maiores aulæ regiæ administrare, idest per dapiferum, comestabulum, & camerarium. Post hæc mortuus est Pipinus, & successit ei Carolus Tudites filius eius. Qui Tudites a maioribus fabrorum malleis, quibus tundi & extenuari massa solet, appellabatur. Qui maior aulæ regiæ factus sub Dagoberto minore satis strenue cum Saracenis pugnauit. Nam præcedenti tempore Saraceni ex Africa transfretantes in Hispaniam, eam subiugauerunt: indeque Dagoberti temporibus cum vxoribus & pueris erumpentes, Aquitaniam Galliæ prouinciam inuaserunt, & vsque ad Sepomaniæ & Viennensis prouinciæ fines, quæq; depopulantes peruenerunt. Sed hos Carolus Tudites duobus magnis prælijs, vno in Aquitania, & altero iuxta Narbonē ita deuicit, vt in Hispaniam eos redire compelleret. In qoo bello trecenta Saracenorum millia interfecit. Iste est Carolus Tudites, qui propter assiduitatem bellorum res ecclesiasticas Laicis tradidit, pugnauit etiam cōtra Saxones & † Bauaros, quos cum magna difficultate superauit. Pugnauit & cum Heudone Aquitanorum duce, & Ranfredum comitem regalis palatij e palaoo expulit. Sed vnam ei tantum ciuitatem, hoc est Andegauensem concessit. Porrò Dagoberto regi Francorum successit Theodoricus filius eius. Carolus quoque Tudites defunctus est. Et obtinuerunt principatum eius, filij eius, Carolus magnus atque Pipinus. Præfato denique Dagoberto decedente regnauit pro eo Theodoricus filius eius: & Theodorico successit Childericus, quem & Hildericum vocant. De quo cum esset vir inutilis ac remissus, Pipinus maior aulæ regiæ studuit per legatos Zachariā Romanum antistitem interrogare dicens, an ille deberet esse rex Franciæ, qui ocio dedi-tus solo nomine regio contentus erat: Cui pontifex remandauit illum debere appellari regem, qui benè regeret rēpublicam. Qua responsione Franci animati, Hilderico in monasteriū detruso, & monachali tunica palliato, Pipinum sibi regem constituerunt. Mortuo proinde Pipino anno regni sui decimo quinto, Carolus & Carolomānus filij eius regnum obtinuerunt. Quorum Carolus in Nouiomensi vrbe suscepit regiam coronam, & frater eius Carolomannus Suessione. Sed Carolomannus transacto bienno, quo sublimatus est in regnum, vita decessit. Et vxor eius, & filij eius ad Desiderium Longobardorū regē nulla vi compulsi fugerūt. Sicq; totius regni Francorū monarchiam Carolus solus obtinuit.

Dagobertus.

Francorū regū fractio.

Comestabulus.

Tudites vel tudes.

P

Saracenorum dirup[t]io.

Martelli seu tuditis gesta.

Strages maxima.

† Bauarios.

Theoderi cus Dagoberti.

Hildericus.

Q

Hildericus fit monachus, & Pipinus rex.

§ *De regno Caroli Magni.* *Cap. VI.*

R CArolus primo regni sui anno Aquitaniam ingressus ducem Hunoldum, qui post Vuaifarij mortem, eam prouinciam sibi retinere parabat, aggressus est, quem etiam Vasconiam petere compulit. Sed Carolus Vascorum duci Lupo mandauit, vt perfugam reddar, & nisi hoc mature faciat bello se eum expetiturum. Lupus vero saniori vsus consilio non solum Hunoldum reddidit, verum etiam seipsum cum prouincia cui præerat eius potestati promisit. Porrò dum ad Carolum (sicut dictum est) Francorum ex integro peruenisset regnum, legatus Romanæ ecclesiæ nomine Petrus ab Adriano pontifice missos ad eūdem gloriosum regem Carolum venit, postulans ab eo auxilium contra Longobardorū regem Desiderium, qui more patris sui Astulphi Romanam inquietauit ecclesiam. Cui Carolus obediens bellum contra Desiderium magna virium copia præparauit, & per montem Cenisium Italiam intrauit, & forti robore Ticinum nunc Papiam Italiæ ciuitatem circundedit, vbi Desiderium regem cepit, & in exilium misit. Preterea filium Desiderij Adalgisum a regno patrio effugauit, & subactæ Italiæ filium suum Pipinum regem constituit. Quo in Italia composito negocio, Saxonicum bellum arripuit. Saxones autem ita sunt virtute eius perdomiti & emolliti, vt decem millia hominum ex eis cum vxoribus & paruulis sublata transtulerit, & per Galliam & Germaniam mulómoda diuisione distribuerit. Talique tandem conditione bellum constat esse finitum, vt abiecto dæmonum cultu, Chństianæ fidei sacramenta susciperent, & Francis vniti vnus com eis populus efficerentur. Interim tamen dū hoc bellum gereretur, dispositis per loca congrua præsidijs, Hispaniam est ingressus. Saltuque Pyrenei mōtis superato, & omnibus, quæ adierat, oppidis atque castellis in deditionem susceptis, reuersus est. Sed dum inde rediret in ipso Pyrenei iugo Vascoorum perfidiam est expertus. Nam cum agmine longo (vt loci & angustiarum situs exigebat) porrectus iret exercitus, Vascones in sinu mōtis insidijs collocatis, extremam partem agminis inuaserunt, & in subiectam vallem deiecerunt. Consertoque cum eis prælio omnes, quos inuenerunt interfecerunt. In quo prælio Eggibardus regiæ mensæ præpositus, Anselmus comes palatij, & Rolandus pręfectus limitis Britannici cum alijs compluribus interfecti sunt. Ex quibus Rolandus Blauis castello deportatus, & sepultus. His quoque diebus Magnus rex Francorū Carolus ab Hispania reuersus repperit coniugem Hildegardam geminam edidisse prolem. Post hæc Carolus subiugatis Narbonensibus in Franciam regressus est, & non post multum temporis ad Capuā Campaniæ vrbem per Italiam perrexit, & inde rediens Beneuentanis bellum indixit. Verum dux prouinciæ Aragisus nomine ferocitatem regis ferre nō præualēs, filios suos Romoaldum & Grimoaldum obsides ei pro conseruanda fidelitate transmisit. Et iterum post hæc Carolus Magnus ad Galliam est reuersus. Baioaricum denique bellum est exortum, & celeriter consummatum. Sed & Suæuis bellum est illatum, Dani vero Suæuis erant confœderati. Sed hos omnes vna tantum expeditione edomuit Carolus. Hunnos quoque, & Auares bello aggressus est. Quod bellum intra octauum, ex quo cœptum fuerat, annum feliciter consummatum est. Totam

Bellum in Desiderū.

In Saxones.

S

In Hispanos.

Vasconū perfidia.

Procerū Francorū cædes.

Rolādi cædes, & sepulchrū.

Hildegardæ incontinentia.

In Beneuentanos.

In Baioarios.

In Suæuos.

In Danos.

In Hūnos & Auares

In frisios & Britanos.

Totam præterea F[illegible]siam, atque Britanniam suo dominatui subiugauit.

¶ *Quomodo Carolus Magnus factus est imperator. Caput. VII.*

T ROmæ denique Adriano papæ subrogatus est Leo, Præfati vero Adriani papę cognati Romæ commouentes populum contra Leonem papam tenuerũt, & e[illegible]cauerunt eum, non tamen lumen eius penitus extinguere potuerunt. At ille confugit ad Carolum regem Francorum, qui vltus est eum, & restituit in sedem suam. Leo vero coronauit eum in templo sancti Petri imperatorem, circundans eum imperatoria veste. Tuncque ipsi acclamatum est ab omni populo Romanorum, Carolo Augusto a Deo coronato, magno, pacifico imperatori vita, & victoria.

¶ *De Imperio Caroli Magni. Cap. VIII.*

V CArolus igitur Magnus ex rege Francorum factus imperator Romanorum, anno incarnationis dominicæ septingentesimo octogesimo quarto, imperauit annis circiter quadraginta septem. Hic suscepta (sicut superius dictum est) & ordinata republica inchoauit opera plurima ad imperij dignitatem, inter qui videntur esse præcipua, Basilica sanctæ Mariæ Aquisgrani, & pons apud Maguntiacum in Rheno quingentorum passuum longitudinis. Pręcipue ædes sacras in toto regnu suo vbicunque collapsas repperit, ponnificibus, ad quorum curam pertinebant vt restaurarentur, adhibens curã per legatos imperauit, vt imperata perficerentur. Præcipue vero Romanam ecclesiam defendebat, & suis opibus exornabat. Religioné Christianã summa pietate semper excoluit, & ecclesiam mane, & vespere, & nocturnis horis, & sacrificij t[illegible]pore impiger frequen[illegible]. Circa pauperes quoque maxima liberalitate præditus erat, vt qui non solũ in regno suo, verum etiam in transmarinis regionibus illis subueniebat, & in Syriam, A[illegible]ptum, & Africam, & H[illegible], & Alexandriam, atque Carthaginem pec[illegible] mittere [illegible]gebat. Legebantur ei historiæ, & [illegible] gestæ. Del[illegible]batur & in libris sancti Augustini, præ[illegible] pue in ijs, qui de ciuitate Dei titulum habent. H[illegible]buit præterea tres filios, Carolum, Pipinum, & Ludouicum. Verum [illegible]dem magnificus imperator Carolus [illegible] finem sibi vitæ cerneret imminere, L[illegible] [illegible] coronam imperialé dereliquit. De[illegible] autem anno vitæ suæ septuagesimo secũdo, reg[illegible] vero [illegible] quad[illegible]simo septimo & incarnationis Christi octing[illegible]simo decimo quarto, indictione quarta, quinto Kalendas Februarij. Sepultus est auté in ecclesia beatæ Mariæ Aquisgrani. Eodem quoque tempore claruit Aegidius sanctus confessor præcipuus, natione Gręcus: qui Dei nutu veniens ad [illegible] in prouincia, cui Septimania nomen est, eremiticam duxit vitam.

Opera in signia Ca. Mag.

Religio.

Liberalitas.

Studia.

Liberi.

Aegidius sanctus.

¶ *De Ludouico pio, & quibusdam alijs regibus. Caput. IX.*

LVdoui[illegible] de[illegible]ique pius Caroli M[illegible] imperator[illegible] post patris obitum Romanum obtinet imperium, anno incarnationis d[illegible] [illegible] octingentesimo decimo quarto. imperauit annis ferme viginti septem. Hic fuit vir clementissimæ naturæ. Vnde cum iuxta suorum lenitatem morum ré publicam disponeret, tuli[illegible] fuerunt multus aduersi[illegible] bus plenum, tam a [illegible]beris quàm a regni proceribus crudeliter impugnatus. Fuit etiam præceptorum Domini feruentissimus exequutor, & legis sanctæ strenuissimus propagator. Ipsius denique tempore cęperũt deponi [illegible] episcopis, & cleri[illegible] [illegible] gemmis onerat[illegible] & seculari[illegible] [illegible] Ge[illegible] ipse serenissimus imperator filios tres ex Hermengarda prima vxore [illegible], L[illegible]tarium, Pipinum, atque L[illegible]uicum: & ex secunda nomine Iudith Carolum regem Francorum. Po[illegible] Lotharius imperatoris [illegible]mogenitus, dum esset a p[illegible] per Italiam constitutus, Ro[illegible] paschæ die in ecclesia [illegible] coronam cum nomine suscepit A[illegible]. Ver[illegible] Lotharius iste postea patrem suum Ludouicum [illegible] præhendit, & apud sancti Medardi monasterium custodiri mandauit. Vxorem quoque ipsius Iudith exilio relegauit, & Ca[illegible] quem ex ea Ludouicus g[illegible]nuerat, castro prin[illegible]ndauit. Sed non multo post Franciæ principes imperatorem Ludouicum a custodia liberauerunt, & patri Lotharium filium reconciliauerunt. Post hæc vero clementissimus imperator inter quatuor suos filios [illegible] quidem Italiam, Ludouico autem Ge[illegible] atque [illegible]xoniam, Pipino Aquitaniam, [illegible]arolo vero Franciã delegauit atque Bur[illegible]undiam. Sed Lothari[illegible] hanc [illegible] [illegible] non æq[illegible] tulit, & to[illegible]tum [illegible] subij[illegible]ere tentauit. Quod v[illegible] pater co[illegible] aduer[illegible] eum iter [illegible]puit. Sed in ip[illegible] [illegible] aduersa con[illegible] valetudine, diem cla[illegible] extre[illegible]am. Post cuius obitum [illegible]tuor eius fil[illegible] apud [illegible]ontanidum [illegible]mpum a[illegible] inter se dimicauerunt. In quo bell[illegible] Ita[illegible]læ, Aq[illegible]taniæ, Alemaniæ, Saxoniæ, Bu[illegible]undię que omn[illegible] pene m[illegible] [illegible] oc[illegible] V[illegible] Floruit etiam [illegible] centium abbas, & A[illegible] cum infinitis aliis [illegible] torem L[illegible] legatus Vb[illegible] eod[illegible] tor. E[illegible] Theodulfus pro[illegible] sente imperatore [illegible] vsque per Gal[illegible] in eadé solennitate [illegible] editos per fenestra[illegible] decantauit, quorum hęc est exo[illegible] G[illegible] & honor tibi [illegible] ste Redemptor [illegible] tus, mo[illegible] [illegible]

X

Ornatus resectus cleri.

Ludouici filij.

Lotharius Augustus.

Eius impietas.

Imperij diuisio.

Ludouici pij mors.

Y

Prælium atrox, & strages ingens.

Carolus Caluus &c.

Theodulfus.

Gloria, laus &c.

gratis condonauit. [illegible] per [illegible] pus Rabani [illegible] nos multis diebus [illegible] terra [illegible] trre[illegible]us, [illegible] ns Ludo[illegible] Carolus ve[illegible] Ludo[illegible] Lotha[illegible]us, & Lothar[illegible] Ludo[illegible] imper[illegible], Ludo[illegible] Conradus, Hen[illegible] Otho, Otho [illegible] us, Hen[illegible] Henricus, Lu[illegible] & [illegible] Ludo[illegible] Carolus Simplex.

Rabanus. Carolus cal[illegible]. Successores imperii. Successores regni.

¶ *De gente Normannorum, & successoribus Caroli Simplicis. Cap. X.*

Z. Normanni.

HA[illegible] Carolo Simplici [illegible] Sey[illegible] Ger[illegible] quam [illegible] O[illegible] parte Bri[illegible] pantes vsque in [illegible] Normanni [illegible] ne v[illegible] Normanni [illegible] quia à [illegible] septentrio[illegible] mu[illegible] ab [illegible] mundi parte venerant. [illegible] rex Francorum [illegible] Rolloni [illegible] Nor[illegible] vocatur con[illegible]. Q[illegible] R[illegible] Roberti nomen [illegible] cepit. A[illegible] Normannorum Ch[illegible] credens [illegible] est. Postquam autem N[illegible] rant, parte [illegible] no A[illegible] Carol[illegible] fuit [illegible] R[illegible] P[illegible] L[illegible] A[illegible] L[illegible], L[illegible], &

Normannia Rolloni data. Normannorum excursiones. Roberto rex. Ludo. filius Caroli & eius successores. Auianus

Finis [illegible] de imi[illegible] prioris par[illegible] ex[illegible] um sive [illegible] um M. H[illegible]nis de Sancto Victore, Canonici Regularis Lateranen[illegible] vt plerique [illegible] mihi tamen ob phr[illegible] gente sua formam, aliter citra [illegible] vt [illegible] est. Secunda autem pars in primo tomo Operum M. Hugonis impressa est.

SEQVITVR, vt à pl[illegible] ep[illegible]ola Hugoni[illegible] S[illegible] Victore Canonici Reg[illegible] L[illegible] R[illegible]nerum con[illegible] in librum cui vita [illegible] animalibus [illegible] tractat Bestiario inscriptio [illegible] verius tamen de proprietatibus rerum mysticarum inscriberetur, quia de [illegible] rebus tractat, tam in hoc qu[illegible] in sequenti opere, de quibus hunc coll[illegible].

Sequitur Tabula trium librorum sequentium de naturali historia, siue de proprietatibus rerum, qui Bestiariorum nomi[illegible] quarti autem, qui de pr[illegible] rerum [illegible] est, non c[illegible] bellam. Horum autem trium tab[illegible] secundum l[illegible] col[illegible] est [illegible] quorum prior est libri, posterior capitis, hoc modo.

Arteria.

Simia

Finis Indicis ſerie literaria.
Sequitur Prologus.

Hugo Rainero ſuo ſalutem.

A ESIDERII tui petitionibus citiſſime ſatiſfacere cupiens: columbam, cuius pennæ ſunt deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri, pingere, & per picturam mentes ædificare decreui, vt quod ſimplicium animus intelligibili oculo capere vix poterat, ſaltem carnali diſcernat: & quod vix concipere poterat auditus, percipiat viſus. Nec tantum volui columbam formando pingere, ſed etiam dictando deſcribere, & per ſcripturam demonſtrare picturam, vt cui non placuerit ſimplicitas picturæ, placeat ſaltem moralitas ſcripturæ. Tibi ergo, cui datæ ſunt pennæ columbæ, qui elongaſti fugiens, vt in ſolitudine maneres, & requieſceres, qui non quæris dilationem in voce coruina, cras, cras ingeminante, ſed contritionem in gemitu columbino. Tibi, inquam, non tantum ad præſens columbam, ſed etiam accipitrem pingam. Ecce in eadem pertica ſedent accipiter & columba. Ego enim de clero, tu de militia ad conuerſionem venimus, vt in regulari vita quaſi in pertica ſedeamus, & qui rapere conſueueras domeſticas aues; nunc bonæ operationis manu ſylueſtres ad conuerſionem trahas, id eſt ſeculares. Gemat igitur columba, gemat & accipiter, vocemque doloris emittat. Vox enim columbæ, gemitus, vox accipitris, queſtus. In principio huius operis idcirco præpoſui columbam, quia ſpiritus ſancti gratia ſemper præparatur pœnitenti, nec niſi per gratiam peruenitur ad veniam. De accipitre vero poſt columbam ſubiungitur, per quem nobilium perſonæ deſignantur. Cum enim aliquis nobilium conuertitur, per exemplum bonæ operationis pauperibus præſentatur. De quibuſdam vero tam volucribus quam animalibus, quæ ad exemplum morũ diuina ſcriptura commemorat, quanto citius potero breuiter aſſignare tentabo.

Colũba. Pſal. 67.

B Accipiter

Columba cur prima.

Accipiter ſecundus.

Præfatio altera eiuſdem in eundem libellum, per quam innuit auctor quiſquis eſt, ſe animalia ipſa, & lapillos depinxiſſe, ſed quia imprimendo non poſſumus colores obſeruare, & animalium plurima per ſe nota ſunt, eorum picturis ſuperſedebimus.

CVM ſcribere illiterato debeam, non miretur diligens lector, ſi ad ædificationem illiterati de ſubtilibus ſimplicia dicam. Nec imputet leuitati, quòd accipitrẽ vel columbam pingã, cũ beatus Iob, & propheta Dauid huiuſmodi uolucres nobis reliquerint ad doctrinam. Quod.n. doctiorib. innuit ſcriptura, hoc ſimplicibus pictura. Sicut.n. ſapiẽs delectatur de ſubtilitate ſcripturæ, ſic ſimplicium animus detinetur ſimplicitate picturæ. Ego autem plus

laboro, vt simplicibus placeam, quàm vt doctioribus loquar, & quasi vasculo pleno latices infundã. Qui enim sapientem verbis instruit, quasi pleno vasculo latices infundit.

De tribus columbis, quarum scriptura meminit. Caput I.

D
Psal. 67.

I dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. In sacra scriptura, frater, tres columbas legendo reperi. Ex quibus, si attente considerentur, simplicium mentes ad perfectionem poterunt edoceri. Columbam scilicet Noe, columbam Dauid, columbam Iesu Christi. Noe requies, Dauid manu fortis, Iesus saluator interpretatur. Peccatori autem dicitur: Peccasti? non adijcias iterum. Si igitur vis esse Noe, quiesce a peccatis. Vt Dauid esse possis, operare fortia. Si saluari desideras, a Saluatore salutem postula. Diuerte igitur a malo, & fac bonum, inquire pacem. Diuerte ad arcam Noe. Præliare cum Dauid prælia Domini. Inquire pacem cum Iesu in Hierusalem. Diuerte ad quietem mentis, resiste tentationibus, expecta patienter salutis beneficium. De columba vero Noe dicitur: Reuersa est columba ad vesperam ferens in ore ramum virentis oliuæ. Ad arcam Noe columba reuertitur, cum ad quietem mentis ab exterioribus animus reuocatur. Reuertitur ad vesperam, cum deficiente luce mundanæ felicitatis, vanæ gloriæ fugit pompam, timens ne incurrat obscuritatem mentis, id est profunditatem perpetuæ damnationis. Oliuam gerit, quia misericordiam quærit. Oliuam in ore portat, dum indulgeri sibi quod deliquit, precibus exorat. De columba vero Dauid dicitur. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. In posterioribus dorsi aurum habetur, quia bene operanti, in futuro venia promittitur. Similiter & de Saluatore legitur, quòd in descensu columbæ super eum hæc vox audiretur: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Columba est spiritus sancti gratia, quæ super Iesum in Iordane descendisse cernitur, quia cuilibet humili a peccatis mundato, gratia præparatur. Pœnitenti igitur fit misericordia, operanti promittitur venia, diligenti datur gratia.

Columbę tres.
Eccle. 21.
Psal. 33.
E
Gene. 8.
Columba Noe.
Columba Dauid.
Columba Domini.
Mat. 3.

De columba ad ecclesiam collatione. Cap. II.

F
Psal. 67.

I dormiatis inter medios cleros, pennę columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Columba deargentata est ecclesia doctrina diuini eloquij erudita, quæ per similitudinem fertur habere prædicationis rostrum ratione diuisum, quo grana congregat hordei & frumenti, sententias scilicet veteris & noui testamenti: habet dextrum & sinistrum oculum, mortalem & mysticum sensum. Seipsam respicit sinistro, Deum vero contemplatur dextro. Duas alas habet, actiuam & contemplatiuam vitam, his duabus alis sedens tegitur, His duabus volans ad cœlestia subleuatur. Volamus cum mente excedimus. Sedemus cum inter fratres sobrij sumus. In his siquidem alis pennæ sunt. Pennæ vero sunt doctores alis sacræ actionis & diuinæ contemplationis inhærentes. Cleros vero sortes vocamus latine. Duæ sortes, duo sunt testamenta. Inter quas sortes dormiunt, qui auctoritatibus veteris & noui testamenti concordant, & acquiescunt. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dorsum columbæ illam partem corporis esse dicunt, cui radices alarum sese inuicem naturaliter coniungunt. Ibidem cor ponitur, quod dorso proximum, auro perpetuæ beatitudinis in futuro operietur. Sicut aurum pretiosius est argento, sic & beatitudo futuri seculi pretiosior est felicitate præsenti. Posteriora igitur dorsi columbæ in pallore auri erunt, quia iusti in æterna beatitudine nimia claritate fulgebunt.

Volamus. Sedemus.
Pennæ columbæ.
Cleri duo.

De columba ad fidelem animam comparatione. Cap. III.

G
Psal. 67.

I dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Columba est qualibet fidelis, & simplex anima. Deargentata in pennis, declarata in virtutibus per famam bonæ opinionis, quæ tot in cibum colligit seminum grana, quot ad bene operandum assumit sibi iustorum exempla. Duos habet oculos, dextrum & sinistrum, memoriam scilicet & intellectum. In hoc futura prauidet, in illo transacta deflet. Hos oculos clauserunt in Ægypto patres nostri, quoniam non intellexerunt opera Dei, nec fuerunt memores multitudinis misericordię eius. Duas vero alas habet, amorem proximi, & amorem Dei. Vna extenditur per compassionem ad proximum, altera erigitur per contemplationem ad Deum. Ex his alis procedunt pennæ idest virtutes animæ. Hæ pennæ argentea claritate resplendent, quando per famam bonæ opinionis audientibus argenti more dulcem tinnitum præbent. Cleros vero græce, sortes dicimus latine. Quatuor autem sunt sortes, timor & spes, amor & desiderium. Sortes sunt, quia paternæ hæreditatis locum nobis distribuunt. Timor & desiderium sortes sunt extremæ, spes & amor mediæ. Timor animum conturbat, desiderium mentem cruciat, & nisi aliquid medium interuenerit, animus a quiete recedit. Oportet igitur vt inter desiderium & timorem, spem ponamus & amorem: spes igitur timorê recreat, amor desiderium temperat. Inter spem igitur & amorem, quasi inter medias sortes quietus dormit, qui inter extremas scilicet timorem & desiderium vigilat, & obstu-

Columbę oculi.
Columbę alæ.
Pennæ deargentatæ.
Sortes.

obstupescit. Si igitur es columba, vel columbæ penna: dum times & desideras, inter extremas sortes vigilas. Dum speras & diligis, inter medias quie-
H Posteriora dorsi. tus dormis. Et posteriora dorsi eius in pallore auri.

¶ In dorso solent onera portari. Et per hęc eadem possunt operum labores designari. Per posteriora vero dorsi denotatur expectatio præmij. Post tolerantiam siquidem præsentium laborum, in futuro subsequi credimus iustis meritorum præmia. Reddet enim Deus sanctis mercedem laborum suorum, & deducet eos in via mirabili. Et hoc in pallore auri esse credimus, quia pretiosa est in conspectu
Psal. 115. Domini mors sanctorum eius. In pennis igitur argentum, quia in linguis eloquium. In posterioribus vero aurum id est post labores præmium.

De columba ad prælatum comparatione. Cap. IIII.

I Psal. 67. SI dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Columba deargentata est absq; felle malitiæ quælibet adhuc viuens prælatorum persona, quæ inter medios cleros dormit. Cleros græce, latine sors. Vnde & cleronomia proprie vocatur hæreditas quæ defertur ex testamento. Inde contingit vt filij Leui, inter filios Israel non haberent sortem, id est hæreditatis partem, sed ex decimis viuerent. Duæ autem sunt hæreditates, terrena veteris testamenti, & æterna noui. In medio igitur istarum dormit, qui in contemptu terrenorum, & spe cœlestium, vitam finit: dum nec nimis ardenter præsentibus inhiat, & futura patienter expectat. Et posteriora dorsi eius in pallo-
K re auri. Oculi enim iustorum videbunt regem in decore suo. Tunc enim aurum in posterioribus habebis, cum apparuerit in futuro gloria diuinæ maiestatis. Coronæ siquidem regum ex auro purissimo fabricantur, ex argento vero monetæ fiunt, quibus imagines regum imprimuntur. In moneta notatur imitatio formæ, in corona signum victoriç. Moneta siquidem diuini eloquij docet imitationem vitæ Christi, corona vero victoriæ. Post labores præsentis seculi fiunt pugnæ. Ibi igitur quasi in posterioribus aurum, hic in pennis prædicationis argentum, quia cum ad illa dona columba peruenerit, iam prædicationis eloquio non indigebit, sed in eo quod pro retributione percipiet, in puritate perfectionis sine fine viuet.

De columbæ habentis pedes rubros ad ecclesiam comparatione. Cap. V.

L DE qua columba hic agitur, rubros pedes habere perhibetur. Hæc columba est Ecclesia, quæ pedes habuit, quibus totius mundi spatium perambulauit. Pedes sunt martyres, qui tot passibus terram perambulāt, quot bonorum operum exemplis viam iustitiæ sequentibus se demonstrant. Terram tangunt, cum dignis increpationibus acti, & voluntates terrenas reprehendunt. Sed dum terra premitur, asperitate terræ, id est terrenorum crudelitate, pedes vulnerantur, & sic pedes ecclesiæ rubri facti sunt, quia sanguinem suum pro Christi nomine martyres effuderunt. Rubor igitur pedum est cruor martyrum.

De pennis deargentatis columbæ, ad prædicatores collatis. Cap. VI.

QVæ columba pedes rubros habere dicitur, pennas deargentatas habuisse verbis propheticis demonstratur. Pennæ (inquit Dauid) columbæ deargentatæ. Pennæ columbæ deargentatæ sunt prædicatores ecclesiæ. Est autem argentum diuinum eloquium, tinnitus argenti dulcedo verbi, color candor. Candorem vero argentum retinet, dum quilibet doctor munditiam verbis prædicat, & munditiam in se habet, dum quod docet diligit, & quod intus amat, foris operibus ostendit. Hæc sunt eloquia Domini casta, argentum igne examinatum. Eloquia Domini casta, quia nulla sunt simulatione corrupta, nullo sunt semine cupiditatis impregnata. Argentum examinatum igne, sol[i]datum in qualibet perturbatione. Candor igitur argenteus in pennis, est in linguis docentium lene blandimentum sermonis. M Psal. 67.

De sapphirino colore alarum columbæ ad contemplatiuos collato. Cap. VII.

ALarum colorem non reperi scriptum, sed ex similitudine materialis columbæ potest assignari: vt si columbam pictam respicias, colorem materialis columbæ eam habere non cōtradices. Alarum enim superficies sapphirino colore superfunditur, quia cæli speciem animus contemplantis imitatur. Sed color sapphirinus candidis lineis distinguitur, vt sapphirino colore niueus misceatur. Color enim niueus sapphirino mixtus designat munditiam carnis, & amorem contemplationis. N

De coloribus columbæ ad mores collatis. Cap. VIII.

POsteriora dorsi columbæ deargentatæ propheta commemorat, & postea finem vitæ præsentis in quolibet homine moraliter demonstrat. In auro puritatem mentis, in pallore vero auri designat mortificationem carnis. Est enim pallor animi patientis, & mortificatæ carnis innatus color. Posteriora igitur columbæ deargentatæ in pallore auri erunt, dum puritas mentis, & mortificatio O Psal. 67.

ficatio carnis finem cuiuslibet morientis obtinebunt. Sed & ideo color aureus in posterioribus dorsi columbæ colori sapphirino iungitur, quia contemplátis animum futurę beatitudinis gloria subsequetur. Color igitur aureus in posterioribus designat æternæ retributionis munus.

De oculis croceis, & cautione columbæ ad ecclesiæ cautionem comparatis. Cap. IX.

P

OCuli tui columbarum. Columba super aquas sedere sæpissime solet, vt cum viderit vmbram superuenientis accipitris fugiens declinet. Ecclesia vero scripturis se munit, vt insidiantis diaboli fraudes euitare possit. Hæc igitur columba croceos oculos habet, quia ecclesia matura consideratione futuros casus ostendit, & prouidet. Color itaque croceus in oculis, discretionem designat maturæ considerationis: dum enim aliquis quid agat, vel quid cogitet, mature considerat, quasi croco spirituales oculos adornat. Habet enim crocus colorem maturi fructus. Croceus igitur oculus est maturitas sensus.

¶ De colore reliquo columbę mutabili ad mare turbatum; & de mari ad carnem comparato. Cap. X.

Q

COlor reliqui corporis imitatur colorem turbati maris. Mare motu fluctuum sæuiens ebullit. Caro motu sensuum ebulliens sæuit. Mare perturbationibus suis arenas mouet, & subleuat. Caro delectationibus suis animi leuitatem pulsat. Mare terminos suos egrediens, aquis dulcibus occurrit. Caro lasciuiens lachrymarum dulces riuulos obtundit. Mare diuersis procellarum turbinibus, nauigantium cursus impedit. Caro procellosa recte viuentium mores in profundum mergit. Dum tantis mare tempestatibus agitatur, vndarum collisione terra fluctibus immiscetur, & sic ex collisione maris & terræ, colorem mixtum recipit mare. Similiter dum caro suggerit, & animus non consentit, quasi ex nigro & niueo quidam in corpore color efficitur, qui ex diuersis factus color medius appellatur. Marinus igitur color in pectore columbæ tribulationem designat in humana mente.

De diuersis columbæ proprietatibus. Cap. XI.

R

Proprietates. x. columbæ.

IN diuersis locis diuersas columbę proprietates reperi, quas inserens huic operi, tibi frater annotare curaui. Prima vero columbæ proprietas est, quod pro cantu gemitum profert. Secunda, quod felle caret. Tertia, quòd osculis instat Quarta, quòd gregatim volat. Quinta, quòd ex raptu non viuit, Sexta, quòd grana meliora colligit. Septima, quòd non vescitur cadauere. Octaua, quòd nidificat in petrę foraminibus. Nona, quòd super fluenta aquarum residet, vt visa accipitris vmbra, venientem citius deuitet. Decima, quod geminos nutrit pullos.

Notabile pro Craco [?] natura.

Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Octaua. Nona. Decima.

Columba pro cantu vtitur gemitu, quia quod libens fecit, plangendo gemit. Caret felle, idest irascibilitatis amaritudine. Instat osculis, quia delectatur in multitudine pacis. Gregatim volat, quia conuentus amat. Non viuit ex raptu, quia non detrahit proximo. Colligit grana meliora, idest meliora dicta. Non vescitur cadaueribus idest, desiderijs carnalibus. Nidificat in foraminibus petræ, quia spem ponit in Christi passione. Super fluenta aquarum residet, vt visa accipitris vmbra, venientem citius deuitet, quia in scripturis studet, vt superuenientis diaboli fraudem declinet. Geminos nutrit pullos id est, amorem Dei, & amorem proximi. Qui igitur has naturas habet, assumat sibi contemplationis alas, quibus ad cœlum volet.

¶ De Aquilone, & Austro ventis. Cap. XII.

S

Cant. 4. Hiere. 1. Esa. 49. Esa. 14.

SVrge Aquilo, & veni Auster &c. Aquilo frigidissimus ventus est. Ab Aquilone (inquit Hieremias) pandetur omne malum. Ibi sedes Sathanæ, Inde ruinę principium. Ventus Aquilo grauis est tentatio. Flatus Aquilonis suggestio tentationis, frigus negligentię torpor. Aquilo igitur venit, quando grauis tentatio mentem cuiuslibet inuadit. Aquilo vero surgit, quando ab animo tentatio recedit. Ab aquilone (inquit) venient & mari. Aquilo tentatio, mare mundus. Ab aquilone igitur & mari Christus suos congregat, cum à tumultu tentationum non tantum iustos, sed & peccatores sequestrat. Ponam (inquit) sedem meam ad aquilonem, & ero similis Altissimo. Sedem ad Aquilonem ponere desiderat, quem penna superbię sursum leuat, Esse similis Altissimo concupiscit, cum illi, cui subesse debet, per arrogantię spiritum se ęqualem facit: & (vt plus dicam) non tantum se magistro suo ęquiparat, sed etiam se illo meliorem esse putat. Cecidit diabolus cum se exaltare voluit. Humiliatur homo cum se exaltare concupiscit.

T

Auster. Abac. 3.

Auster calidissimus ventus est. Deus (inquit) ab Austro veniet. Ibi sedes Altissimi, ibi dilectionis ardor. Inde synceritas veritatis. Auster à serena regione procedit, quia Deus in serenitate morum requiescit, ibi pascit, ibi cubat, ibi quies mentis, ibi refectio contemplationis. Auster Spiritus sancti gratiam designat, flatus Austri benignitatem Spiritus sancti, Calor amorē, Auster igitur venit, quoties gratia Spiritus sancti mentem cuiuslibet accendit. Surgit quoties à mente gratia recedit. Deus, inquit, ab Austro veniet. Ab Aquilone diabolus, ab Austro. Deus. Ille ignorantiæ tenebras inhabitat, iste serenitatē charitatis amat. Frigus Aquilonis poros carnis stringit, calor Austri clausos aperit. Quod enim frigus auaritiæ stringendo retinet, apertis eleemosynæ

I

manibus

manibus charitas large præbet. Penna siquidem vetus in infernum mergit, noua vero animum ad cœlestia desideria sustollit. Peccata enim grauant, virtutes vero sublenant.

¶ *De accipitre quomodo plumescat expandens alas suas ad Austrum.*
Cap. XIII.

V Iob.39. NVnquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrũ? Vnde beatus Gregorius: Agrestibus accipitribus moris est, vt flante Austro alas expandant, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tẽpore concalescant. Cum vero ventus deest, alis contra radium solis expansis atque percussis tepentem sibi auram faciunt, sicque apertis poris vel vetores pennæ exiliunt, vel nouæ succrescunt. Quid est ergo accipitrem in Austro plumescere? nisi quod vnusquisque sanctorum tactus flatu Sancti spiritus concalescit, & vsum vetustę conuersationis abijciẽs, noui hominis formam sumit? Quod sanctus Paulus

Colos. 3. Apostolus admonet, dicens. Expoliãtes vos veterẽ hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Et rursum. Licet is, qui foris est noster homo cor-

2.Cor.4. rumpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem. Vetustam autem pennam proijcere, est inueterata studia dolosæ actionis amittere. Et nouam pennam sumere, est mitem & simplicem bene viuendi sensum tenere. Penna namque veteris conuersationis grauat. Et pluma nouæ immutationis subleuat, & ad volatum tanto leuiorem, quanto nouio-

X rem reddit. Et bene ait, Expandẽs alas suas ad Austrum. Alas quippe nostras ad Austrum expandere, est per aduentum Sancti spiritus nostras confitendo cogitationes aperire, vt iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad Austrum alas expandit, quia tunc se vnusquisque virtutum pennis induit, cum Sancto spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim confitendo vetera non detegit, nouæ vitæ opera minime producit. Qui nescit lugere quod grauat, non valet proferre quod subleuat. Ipsa namque compunctio poros cordis aperit, plumas virtutum fundit, cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, aliqua nouitate iuuenescit. Dicatur ergo cum beato Iob, Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? Id est Nunquid cuilibet electo tu intelligentiam contulisti, vt flante Spiritu sancto cogitationum alas expandat, quatenus pondera vetustæ conuersationis abijciat, & virtutum plumas in vsum noui volatus sumat, vt hinc videlicet colligat, quòd vigilantiam sensus in semetipso ex se non habet, qui hanc ex se conferre alijs nequaquam valet.

¶ *De duabus accipitrum speciebus.*
Cap. XIIII.

Y DVæ sunt species accipitrum, domesticus, scilicet & syluester, ijdem tamen sunt. Sed diuersis temporibus potest esse syluester & domesticus. Syluester rapere consueuit domesticas volucres, & domesticus syluestres. Syluester quas rapit continuo deuorat, domesticus captas domino suo relinquendas seruat. Porrò dominus eius captarum volucrum ventres aperit, & eorum corda accipitri in cibum tribuenda sumit. Interiora ventris cum fimo eijcit, qui intus remanens putredinem carnium cum fœtore gignit. Moraliter, syluester accipiter captas volucres & rapit & deuorat, quia quilibet peruersus actus & cogitationes simplicium dissipare non cessat. Domesticus vero accipiter est quilibet spiritualis pater, qui totiens syluestres volucres rapit, quoties seculares ad conuersionem prædicando trahit. Captas occidit, dum seculares mundo mori per carnis mortificationem cogit. Dominus autem eius, & omnipotens Deus ventres earum aperit, quando mollitiem carnalium per scripturas increpando soluit. Corda vero extrahit, dum cogitationes secularium per confessionem manifestas facit. Interiora ventris cum fimo eijcit, quando memoriam peccati fœtentem reddit. Ad mensam itaque domini captæ volucres veniunt, dum in corpus ecclesiæ peccatores doctorũ dentibus masticati sese conuertunt.

¶ *De domesticorum accipitrum curatione.*
Cap. XV.

Z DOmesticis accipitribus quo melius plumescere debeant, munita ac tepentia requiruntur loca. Loca munita sunt claustra, in quibus dum syluester accipiter ponitur, vt domesticus fiat, clausus tenetur. Ibi veteres pennas amittit, & nouas assumit, quia quilibet claustralis, qui pristinis vitijs spoliatur, non hominis virtutibus adornatur, nec inde extrahitur, nisi prius eiectis veteribus pennis, nouæ solidentur. Sed cum firmus in volatu fuerit, ad manum venit. Similiter si aliquis conuersus de claustro exeat, necesse est vt ad manum bonæ operationis accedat, & inde emissus uolet, vt ad desideranda cœlestia toto adnisu mentis seipsum leuet.

¶ *De accipitris in laua gestatione.*
Cap. XVI.

A ACcipiter in siuistra manu gestari solet, vt in dextram ad aliquid capiendum emissus volet. Læua (inquit) eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur Cant.2. me. Lęua sunt bona temporalia, dextera vero sunt æterna. In læua igitur sedet, qui bonis temporalibus præsidet. In dexteram vero volat, qui toto mẽ-

tis affectu æterna desiderat. Ibi capit accipiter columbam, id est quilibet mutatus in melius Sancti spiritus gratiam recipit.

¶ De pertica, super quam stat, aut sedet Accipiter. Cap. XVII.

B Pertica accipitris designat nobis rectitudinem vitæ regularis, quæ à terra longe suspenditur, quia à terrenis desiderijs huiusmodi vita separatur. In hac pertica ligatus sedet, qui regularis vitæ statuta firmiter tenet. Duobus parietibus inhærere dicitur, à quibus ex vtraque parte sustentatur. Duo parietes, qui perticam sustentant, sunt actiua & contemplatiua vitæ, quæ pie viuentium rectitudinem portant.

¶ De accipitrum pedicis seu compedibus. Cap. XVIII.

C Quasi compedes in pedibus accipiter habere consueuit, ne cum voluerit, exorta qualibet occasione volare possit. Pedes accipitris quasi compedibus stringit, qui timore iudicij & dolore supplicij, mentis affectus premit. Et humiliauerunt (inquit Psalmista) in compedibus pedes eius. Pedes
Psal. 104. Ioseph in compedibus humiliat, qui ad memoriam reducens præsentem & æternam pœnam, ne ad optata progrediantur affectus animi ligat.

¶ De loro seu corrigia; & ligamine accipitris. Cap. XIX.

D Corrigia, per quam accipiter ligatur in pertica, est mortificatio carnis, per quã quilibet conuersus tenetur in regulari vita. Corrigia siquidem, quæ fit de corio mortui animalis, designat mortificationem carnis. Non rumpitur hæc corrigia, sed soluitur, cum ad capiendum aliquid accipiter impellitur. Similiter si quilibet frater ad aliquid temporale exeat, non rumpitur propositum, sed cum reuertitur, eadem corrigia, qua prius, seipsum firmius ligat.

¶ De Turture, & Passere. Cap. XX.

E Post columbæ gemitum, & accipitris questũ, rogas Charissime, ne diutius differã, sed planctum turturis, & clamorem passeris tibi velocius scribam: nec tantum scribam, sed etiam pingam qualiter turtur eremi secretum diligat, & passer solitarius in tecto clamare non desinat, ut sub exemplo turturis teneas munditiam castitatis, & sub exemplo passeris ames custodiam cautæ circumspectionis, vt & viuas caste, & ambules caute.

¶ De palma quomodo ei compartur iustus. Cap. XXI.

Sicut palma multiplicabo dies. Palma F
multiplicat dies, quia tarde proficit, Iob. 29.
priusquam in altum crescat. Sic inter iustus tarde proficit, priusquam ad hoc perueniat ad quod tendit. Est enim iusti desiderium, vt perueniat ad cœleste regnum. Sed hoc desiderium mundus impedit, ne ad optata nisi tarde peruenire possit. Palma dies multiplicat, nec tamen eam frigus hyemis vel nimius calor æstatis impediunt, quin semper viridescat. Similiter iustus viuit, nec ab aliquo impeditur, quin in proposito bonæ operationis perseueret. Frigus hyemis est torpor vel negligentia refrigeratæ mentis. Nimius calor æstatis est calor libidinis, vel iracundiæ flamma, seu incendium cupiditatis. Sicut igitur palma nec marcescit hyemis frigore, nec nimio æstatis, vritur calore, sic iustus non perimitur qualicunque prosperitatis vel aduersitatis tentatione. Aliter, Palma dies multiplicat, quia iustus dies antiquos ad memoriam reducit, & annos æternos in mente tractat. Paucitatem enim dierum suorum nuntiat sibi, & ex alia parte longitudinem dierum in futuro sperat. Qui hæc igitur intra se colligit, multiplicando dies sicut palma vincendo mundum in altum crescit.

¶ Quomodo ei comparentur ecclesia, et anima fidelis. Cap. XXII.

Statura tua assimilata est palmæ. Statu- G
ra ecclesiæ, vel cuiuslibet fidelis animæ Cant. 7.
assimilatur palmæ. In statura cuiuslibet hominis notatur paruitas vel magnitudo in membris per lineamenta corporis. Habet autem staturam palmæ iustus, si apud se est modicus, apud Deum magnus, in se humilis, coram Deo sublimis. Hęc palma est Christus, cui assimilatur iustus. Dum enim tribulationes, quas passus est Christus, patitur, staturæ palmæ iustus assi-
milatur. Vnde Apostolus. Qui erunt participes tri- 2. Cor. 5.
bulationum, erunt participes & gloriæ. Qui igitur membrum corporis est, quæ sunt capitis, sentire debet. Iam palma creuit in altum. Iam cacumen illius penetrauit cœlum. Iam cum capite sunt capitis comæ, quæ sunt elatæ palmarum, idest electæ animarum. Adhuc stipes rigoso cortice, idest ecclesia circundata tribulationum asperitate, in terra figitur, &
rami, idest sancti in ęterna fęlicitate gloriãtur. Iustus H
enim vt palma florebit. Iustus plantatur, floret, & Psal. 91.
fert fructum, plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Domus Dei nostri est domus cõuersionis. Est autem atrium ante interiorem domũ. Ante domum siquidem conuersionis est atrium renuntiationis. Qui enim mundo renunciat, palmam victoriæ, quia mundum vincit, in atrijs domus Domini plantat. Plantatur igitur in domo conuersionis, floret per famam bonæ opinionis, fert fructum bonæ operationis. Sed quorsum figit radicem? quo modo crescit? quomodo roboratur? Radicatur per fidem, crescit per spem, roboratur per charitatem.

Psal 91. Mirum est tamen quod de iustis dicitur: Plantari in
domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebūt.
Mirum est quòd plantantur in domo, & florent in
atrio. Sed fortassè per fidem plantantur intus, per
exemplum boni operis florent exterius, & sic per fa-
mam bonæ opinionis foras exit odor floris, vel ali-
ter. Plantantur in domo, florent in atrio, quia iusti
plantantur in præsenti ecclesia, & flore immarcesci-
bili florebunt in ęterna vita. Ibi enim cum flore reci
pient fructum, idest cum munditia carnis, & ani-
mæ, futuræ retributionis præmium.

¶ *De nido turturis, idest fidelis animæ in palma idest arbore crucis per fidem passionis. Et quomodo palma portetur in manu victoris.* *Cap. XXIII.*

I
Cant. 7. ASCendam in palmam, & appræhendam
fructus eius. Palma iuxta terram est
gracilis & aspera, versus cœlum gros-
sior & pulchra. Est igitur ascensus
difficilis, sed fructus dulcis. Minuitur
ascendentis labor, dum fructus in arbore sentitur o-
dor, difficultatem ascensus aufert dulcedo gustus.
Psal 34. Palma est Christus, fructus eius salus. Dic (inquit
Psal. 33. David animæ meæ; salus tua ego sum: & gustate, &
videte quoniam suauis est Dominus. Spes salutis in
ligno crucis. Ascende igitur in palmam, id est atten-
de crucis victoriam. Per scalam siquidem crucis a-
scendens ad solium victoris. Tolle & tu crucem
tuam, & sequere eum. Qui affligit carnem suam, tol
lit crucem suam.

K ¶ Palma manum victoris ornat, & iustus palmā
uictorię in manu bene operando portat. Tria dicun
tur esse, de quibus iustus victoriam debet acquirere,
scilicet, mūdus, caro, diabolus. Iustus mundum vin-
cit, cum eum cum suis oblectationibus contemnit.
Carnem superat, dum eam per abstinentiam domat.
Diabolo dominatur, & eum subijcit, cū eum a suis
finibus expellit. Palmam igitur in manu gestat, qui
de his tribus bene operando triumphat.

¶ *De voce turturis ad animam comparatæ, & de terra nostra, & aliena. Cap. XXIIII.*

L
Canti. 2. VOx turturis audita est in terra nostra.
Vox turturis est dolor lęsę mentis.
Vox turturis gemitum designat cu-
iuslibet animę pœnitentis. Terra de
qua hic agitur, est animus, qui ter-
M renę fragilitatis occupationibus irretitur. Est au-
Psal. 53. tem terra nostra, & terra aliena. Terra aliena est mēs
diaboli dominio subiugata. Vnde: Alieni insur-
rexerunt aduersum me, & fortes quęsierunt ani-
mam meam. Terra aliena est Babylonia, terra no-
stra Hierusalem. Babylonia confusio. Hierusalem vi
sio pacis interpretatur. Terram nostram alieni de-
uorant, quando dęmones suis incursionibus men-
tem vastant. In Babylonia tenemur captiui. In Hie-
Psal. 136. rusalem sumus liberi. Quomodo cantabimus
canticum Domini in terra aliena? Terra esse no-
stra dicitur, dum nihil in mente nostra pro-
prium reperitur. Terram nostram esse dicimus,
dum mentem nostram cum magistro & fratribus
possidemus, vt animus Deo deuotus, seruiat per di-
lectionem fratribus, per compassionem proximo,
per modestiam sibi, & sic communis fiat. In terra igi
tur nostra vox turturis auditur, dum ad pœniten-
tiam auris interior humiliter inclinatur.

¶ *De turture ecclesiæ, & fideli animæ comparata, & de nido eius, & de Christo marito talis turturis. Cap. XXV.*

TVrtur secretum deserti diligit, quando N
que tamen ad hortulos pauperum, &
agros cultorum descendit, vt grana se-
minum colligat, vnde viuat. Turtur
est ecclesia, vel quęlibet fidelis anima.
Secretum deserti, solitudo claustri. Grana seminum
sententię doctorum. Hortuli vel agri sunt doctorū
libri. Ex his animus reficitur. In ijs vita spiritus. Sic
enim viuitur, & in talibus vita spiritus mei. In locis
tutissimis & delectabilibus inuenit turtur sibi ni-
dum, vbi reponat pullos suos. Inter ramos arboris
condensę nidum collocat, oua ponit, vnde suo tem O
pore procreentur pulli. Per arborem intelligimus
crucem, per nidum salutem, per oua spem, per pul-
los geminam charitatem, amorē scilicet Dei, & pro-
ximi. Quæramus igitur nidum turturis, quæramus
ouum in nido, nidum in arbore, idest spem salutis
in ligno crucis. Notum etiam compluribus esse
reor, naturam turturis esse talem, vt si semel so- P
cium amiserit, absque socio semper erit: Christus
est sponsus ecclesię, vel cuiuslibet fidelis animę.
Ascendens Christus in arborem crucis, vndiq; nidū
contraxit: Ascendā, inquit, in palmā, idest crucē: &
cum exaltatus fuero omnia traham ad meipsum.
Mortuus est Christus, expectat eum ecclesia, vel
quęlibet fidelis anima, donec redeat, & castę socie- Ioan. 12.
tatis interim legem seruat. Redit sępius ad arborē,
frequentat nidum, videt effusionem sanguinis, indi
cium videlicet mortis, dum hęc attendit, gemit. Si-
militer quęlibet anima fidelis sæpius ad memoriam
reducit mysterium crucis, attendit pretium sangui-
nis, quę dum attente considerat, multiplicatis gemi
tibus mentem ad lamenta vocat.

¶ *De Libano, & Cedro mysticis. Et de passeribus in ramis cedri nidificantibus. Cap. XXVI.*

IN bona significatione Libanus & ce-
drus quandoque ponuntur, sicut in Q
Canticis Cāticorum per Salomonem
dicitur. Species eius vt Libani, electus Canti. 5.
vt cedri. Libanus est mons Phœnicę
terminus Iudeę contra septentrionem. Arbores il- Libanus.
lius proceritate, specie, & robore cęterarum sylua-
rum ligna pręcellunt. Per montem Libani sane in-
telligere possumus eminentiam virtutum. Termi-
nus est Iudeę contra septentrionem, ne diabolus
mentes vere confitentium intret per tentationem.
Arbores illius proceritate, specie, & robore alias ar
bores

R bores præcellunt, dum quælibet fideles animæ, pro-
Cedrus. ceritate desiderij, specie castitatis, robore perse-
uerantiæ, alias antecedunt. Per cedrum intelligi-
Psal. 103. mus Christum. *Hæc est cedrus alta Libani, con-
formata hyssopo*, qui cum esset sublimis, factus est
humilis. De his dictum est per prophetam. *Satura-
buntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit,
illic passeres nidificabunt.* Passeres sunt prædicato-
res. Pulli sunt ij, qui verbo prædicationis sunt pro-
creati. Nidus, quietæ mentis locus. In hac ergo ce-
dro nidificant, qui tranquille viuendo, de æterna
beatitudine non desperant. Sunt cedri Libani quas
plantauit Dominus. Cedri Libani sunt diuites hu-
ius mundi. Passeres sunt cœnobiorum rectores, pul-
li discipuli, nidus officinarum locus. In his cedris
passeres nidificant, quia rectores animarum in pos-
sessionibus diuitum cęnobia locant, ibi passeres cla
mare non cessant, vt sibi a Deo escam quærant. A
Deo sibi escam quærunt, qui verbis diuini eloquij
quasi cibo satiari volũt. Die ac nocte clamitant, quia
pro suis benefactoribus toto nisu mentis Deum ro-
gant. In nido tranquillæ mentis pennas contempla-
tionis nutriunt, quibus ad prædictam cedrum, quã-
to citius possint, adnolare contendant. Circa ligna
Libani volitant, quia vitam seu mores virorum
Cant. 3. sublimium scire desiderant. Ex his lignis Libani Sa-
lomon ferculum fecisse legitur, quia ecclesia de viris
S sublimibus & infatigabilibus ædificatur. Sunt cedri
De cedris malis. quas non plantauit Dominus. Non plantauit in pro-
pria voluntate, non dilatauit cupiditate. Omnis au-
Matt. 51. tem plantatio, quam non plantauit pater meus cœ-
Psal. 103. lestis, eradicabitur. Hæ cedri Libani sunt diuites su-
perbi. In his nidificant herodij & accipitres, id est
raptores. Nidos componunt, quia in possessionibus
diuitum raptores munitiones construunt. Pulli sunt
complices raptorum seu ministri. Hæ volucres in
cedris, vt rapiant, latent, quia raptores nocendi po-
tentiam a principibus peruersis habent. Sed Domi-
nus confringet cedros Libani, id est diuites mundi,
quosdam per pœnitẽtiam, quosdam per vindictam.
T Per pœnitentiam, quia sicut vitulum Libani com-
Psal. 28. minuet. *Comminuet sicut vitulum Libani*, ad imita
tionem vitæ Christi, vt fiat vitulus sacrificijs aptus,
vt carnem mortificet, & cum Christo crucem por-
tet. Per vindictam confringet alios, quia æterno igni
concremabit reseruandos. Prædicta cedrus succisa
multum proficit, quia Christus morte propria mun
Ioan. 12. dum redemit. Nisi enim granum frumenti cadens
in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si
autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ce
drus ergo succiditur, dum Christus moritur. Mors
siquidem Christi multis profuit. Descendens enim
ad inferos captiuam abduxit captiuitatem, surgens
a mortuis, & ascendens ad cœlos, spem resurgendi
morientibus dedit. Quid enim prodesset misere vi-
uere, tribulationibus concuti, ad extremum mori,
nisi sequeretur spes resurgendi? Et quid prodesset
resurrexisse, nisi fides constans esset hominem im-
mortalem absque supplicio sine fine manere? Simi-
liter cum cedrus, quam plantauit Dominus, succidi
tur, multum proficit, quia ad æternæ beatitudinis
ædificium transfertur. Si autem cedrus, quam non
plantauit Dominus, succisa fuerit, non minimæ vti-
litatis erit, quia quæ nullum fructum ferebat in Li-
bano idest in seculo, pondus ędificij succisa susti-
net in spirituali templo. Ita dico, si cedri superbiam
succidas per pœnitentiam. Si vero per vindictam
succidas, gehennæ incendijs illam concremandam
in perpetuum seruas.

¶ *Quis per passerem sit mystice intelligendus. Cap. XXVII.*

IN Domino confido, quo modo dicitis V
animæ meæ, transmigra in montem Psal. 10.
sicut passer? Sub passeris nomine de- Passer.
signatur instabilitas mentis in quoli-
bet homine. Est enim passer auis incõ-
stans & instabilis, & ideo designat mobilitatem mẽ-
tis. Porrò per montem intelligimus elationis altitu-
dinẽ. Quasi passer enim in montem transmigrat, qui
de valle humilitatis mentem in superbiam leuat. Po
test & aliter dici, vt per passerem intelligamus quem
libet in fidelem, mons vero supradictus sit eminen-
tia sensus. Si quis in hũc montem impingit, nauem
frangit. Quasi passer igitur in hunc montem trans-
migrat, qui humilitatem incarnationis Christi dese-
rens, Christũ Deum & hominẽ esse negat. Hæreticis
itaque fidei repugnantibus propheta respondens di
cit se non discessurum a fide, quia in Domino con-
fidit. Non enim in virtute sua confidit, nec in mul-
titudine diuitiarum suarum gloriatur.

¶ *De domo quam passer inuenit, & de passeris mansuefacti moribus. Cap. XXVIII.*

PAsser inuenit sibi domum. In domo pa X
tris mei mansiones multę sunt. Passer, Psal. 83.
qui de ramo in ramum volare nouerat Ioan. 14.
nunc de syluis ad domum volat. Sic
multi, qui seculi diuersis actibus inhę
rebant, nunc mentem in domum non manufactam:
quæ in cœlis est, leuant. Passer, qui vestiebatur leui-
bus plumis, idest secularibus curis, nunc incedit pẽ-
natus virtutibus & præceptis. Ascendit, & nidum
ponit. Dat autem Deus vnde fiat nidus. Verbum si-
quidem patris induit se fœno carnis. Et sic in altum
nidus erigitur, quia supra angelicam creaturam hu-
mana natura collocatur. Nidificat in foraminibus
petræ, quia spẽ ponit in Christi passione. Petra enim 1. Cor. 10.
erat Christus. Hæc alta cedrus Libani conformata
hyssopo, illic passeres nidificabunt.

¶ *De vigilia passeris, idest monachi nuper conuersi. Cap. XXIX.*

VIgilaui, & factus sum sicut passer soli- Y
tarius in tecto. Locũ manendi in domo Psal. 101.
fidei passer inuenit, & qui prius insta-
bilis fuerat, ne ab accipitre rapiat, vigi-
lare non cessat. Sic a quolibet fideli agi
tur, ne a diabolo raptus teneatur. Vigilat sibi per cu-
stodiam, vigilat proximo per doctrinam. In tecto pas
ser habitat, vt a terrenis longe fiat. In domo manet,

in

in tecto residet, qui fidei firmitatem tenet, de culmine virtutum subiectos docet. Ecce quomodo passer, qui prius ad montem perfidiæ transmigrare consueuerat, nunc pro veritate fidei vigilans, de excelso clamat. Qui ideo dicitur solitarius, quòd a terrenis desiderijs procul sit remotus.

¶ *Quomodo passer assimiletur animæ vitando laqueos. Cap. XXX.*

Z Psal. 123. ANima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Tenet anima similitudinem passeris, dũ in his, quæ agit vtitur exemplo calliditatis. Dum enim anima sæpius seipsam considerat, contingit quandoque, vt ex vsu assiduæ considerationis animus callidior fiat, vt in via positum vitet laqueum. Laquei tres. Sunt autem tres laquei venantium. Primus laqueus est fallax suggestio dæmonum. Secundus subtilis deceptio hæreticorum. Tertius dulcedo vitę carnalium. Hi laquei ponuntur in semita, in via, in campo. Semita est arctior vita, via est lata vita, campus spatiosa. Per arctam & arduam religiosi, per latam & rectam coniugati, per spatiosam & deuiam voluptuosi gradiuntur. Laqueus passerem captum retinet, dum diabolus mentem possidet, vel dum dulcedo vitæ præsentis placet, seu dum hæreticus blandiijs deceptum fouet. Sed laqueus rumpitur, & passer liberatur, si abiectis carnalibus desiderijs anima ad Deum conuertatur, hoc autem non fit per Psal. 123. nostram potentiam, sed per gratiam. Adiutorium enim nostrum in nomine Domini.

¶ *De passerum duorum & quinque iuxta euangelium precio mystice explicando. Cap. XXXI.*

A Matt. 10. Luc. 12. IVxta seriem euangelij duo passeres asse veneunt, & quinque dupondio. Passeres sunt homines vagi & inconstantes. Dupondium ex duobus assibus cõstat, vtrumque tamen parui ponderis est. Asse igitur & dupondio passeres venduntur, dum pro transitorijs & temporalibus æterno igne cruciandi peccatores diabolo subijciuntur. Et tamen non erit in obliuione coram Domino vnus ex illis, Matt. 10. quia peccatoribus semper parata est misericordia redemptoris. Vos autem, inquit, multis passeribus Matt. 10. pluris estis. Hoc de discipulis dixit. Sunt iusti maioris pretij. Dum enim iusti se & sua pro Domino in præsenti seculo tribuunt, in futura beatitudine pro transitorijs & commutabilibus æterna possidebunt. Sunt quidam, qui duos passeres coniunctè animam & corpus interpretantur. Quinque vero passeres ad quinque sensus corporis referunt. Item nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram absque patre vestro? Vnde Hieron. Si parua, inquit, alia, & vilia absque Deo actore non decidunt, Vos qui æterni estis, non debetis timere ne absque prouidentia viuatis. Nolite ergo timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

¶ *De duobus passeribus ex lege immolandis pro mundatione a lepra. Cap. XXXII.*

REx Moysi præcepit, quod si quis a lepra mundatus fuerit, offerat duos passeres viuos, ex quibus vnum immolet sacerdos in vase fictili super aquas viuas, alterum vero intingat in sanguine passeris immolati, & eum liberum in agrum auolare permittat. Duo passeres sunt corpus & anima. Vas fictile fragilitas carnis moribundæ, aquæ viuæ flumina diuinæ scripturæ, quæ nobis præstant potum spiritalem, & ablutionem. Duos passeres offerimus, cum corpus & animam Deo consecramus. Quòd vero vnus passer immolabatur, retorto ad pẽnulas capite, ita vt sanguis effunderetur, nec tamen caput à collo abrumperetur, designat quòd ita caro nostra affligenda est per abstinentiam, vt non penitus extinguatur à vita. Quòd vero alter passer liber in agrum auolare permittitur, moraliter designat quod anima nostra concupiscentijs carnalibus edomitis, pennis contemplationis ad cœlestia sit subleuanda. B Leui. 14.

¶ *De Pelicani natura. Cap. XXXIII.*

SImilis factus sum pelicano solitudinis. C Psal. 101. Pelicanus est ægyptia auis, habitans in solitudine Nili fluminis. Hæc auis rostro pullos suos fertur occidere, & per tres dies gemere super eos, post tres dies seipsam rostro percutit, & suo sanguine pullos aspergit, & sic quos prius occiderat, asperso sanguine viuificando lauat. Mystice pelicanus significat Christum: Aegyptus mundum, pelicanus habitat in solitudine, quia Christus solus de virgine nasci dignatus est sine virili copulatione. Est enim solitudo pelicani, quòd immunis est à peccato vita Christi. Hæc auis rostro pullos suos occidit, quia verbo prædicationis incredulos conuertit. Super pullos suos gemere non desinit, quia Christus cum resuscitaret Lazarum, misericorditer fleuit. Et sic post tres dies sanguine suos pullos lauando viuificat, quia Christus proprio sanguine suo redimendo lauat. Mors enim pelicani, passio est Christi. D Moraliter autem per pelicanum intelligere possumus non quemlibet iustum, sed à carnali voluptate longe remotum. Per Aegyptum vitam nostram ignorantiæ tenebris inuolutam. Aegyptus enim tenebræ interpretatur. In Aegypto igitur solitudinem facimus, dum a curis & voluptatibus seculi longe sumus. Sic & iustus in ciuitate solitudinem facit, dum se immunem, inquantum humana natura patitur, a peccatò custodit. Rostro pelicanus pullos suos occidit, quia iustus cogitationes & opera quæ male gessit, ore proprio iudicat & confundit, dicens: Dixi, Psal. 33. confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Super eos triduo deflet, quia quicquid cogitatione, locutione, & opere male gesserint, lachrymis delere docet. Et sic pullos suos aspersos sanguine viuificat,

dum

dum carnis & sanguinis opera minuit ac delet, & actus spiritales bene viuendo seruat: Huius etiam volucris natura talis dicitur esse, quòd semper afficitur fame, & quicquid glutit, cito digerit, quia venter eius nullum habet diuerticulum, in quo retineat cibum. Non igitur cibus ille corpus impinguat, sed tantum sustinet, & confortat. Huic siquidem pelicano eremitæ vita fit similis, qui paruo pascitur, nec quærit repletionem ventris, qui non viuit vt comedat, sed comedit vt viuat.

¶ *De Nycticorace idest Noctua. Cap. XXXIIII.*

E Factus sum sicut nycticorax in domici-
Psal. 101. lio. Nycticorax est auis, quæ amat te-
nebras noctis. In parietinis habitat, qa
in ruinis maceriarum, quæ sunt sine
Ezech. 18. tecto, domicilium seruat. Lucem refu-
git. In nocte volitans cibos quærit. Mystice nyctico-
rax Christum significat, qui noctis tenebras amat,
Ioan. 3. quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuerta-
tur & viuat. Ita enim Deus dilexit mundum, vt pro
redemptione mundi morti traderet filium suum.
Quod autem peccatores tenebræ vocentur, Aposto-
Ephe. 5. lus testatur dicens: Fuistis aliquando tenebræ, nunc
autem lux in Domino. Habitat nycticorax in ruinis
parietũ, quia Christus nasci voluit de populo Iudæo
Matt. 15. rum. Non sum, inquit, missus nisi ad oues quæ perie
runt domus Israel. Sed Christus opprimitur a rui-
nis, quia occiditur a Iudæis. Lucem refugit, quia va-
nam gloriam detestatur, & odit. Cum enim lepro-
sum curaret, vt nobis exemplum humilitatis daret,
Matt. 8. dixit leproso. Vide nemini dixeris. De hac luce dici-
Iob. 38. tur: Auferetur ab impijs lux sua, idest præsentis vitæ
gaudia. Ipse autem est lux inaccessibilis, quæ illumi-
Ioan. 1. nat omnem hominem venientem in hunc mũdum.
Lux igitur refugit lucem, idest veritas refugit mun-
danæ gloriæ vanitatem. In nocte volitans escas quæ
rit, quia peccatores in corpus ecclesiæ prædicando
conuertit. Moraliter autem Nycticorax non quemli-
bet iustum innuit nobis, sed eum qui inter homines
degens, ab intuitu hominum se inquantum potest
abscondit. Lucem refugit, quia humanæ laudis glo
Iob. 18. riam non attendit, de qua luce dicitur. Nonne lux
impij extinguetur, nec splẽdebit flamma ignis eius?
Lucem dicit præsentis vitæ prosperitatem. Sed lux
impij extinguitur, quia futuræ vitæ prosperitas cum
ipsa terminatur. Nec splendebit flamma ignis eius.
Ignem dicit temporalium desideriorum feruorem.
Flamma est decor, vel potestas exterior, quæ de in-
terno eius ardore procedit. Sed non splendebit,
quia in die exitus omnis exterior decor, & po-
testas peribit. In nocte vigilat, dum peccatorum
tenebras attendens, eorum errores vitat. Habitat
in ruinis parietum, dum mundi defectum consi-
derat, & expectat occasum. Escam in nocte quæ-
rit, quia peccantium vitam recogitans, de exem-
plis iustorum mentem, & vitam pascit.

¶ *De Coruo. Cap. XXXV.*

Coruus in diuina pagina diuersis modis ac- F
cipitur, vt per coruum aliquando prædi-
cator, coruus enim crocitans est doctor
prædicans, aliquando peccator, aliquan-
do diabolus intelligatur. Isidorus in libro etymolo-
giarum dicit quòd coruus primum in cadaueribus
oculum petit. Coruus autem est diabolus, qui in ca-
daueribus primo oculum petit, quia in hominibus
carnalibus intellectum discretionis extinguit, & sic
per oculum cerebrum extrahit, quia extincto discre
tionis intellectu, sensum mentis euertit. Item per
coruum quilibet peccator intelligitur, qui quasi pec
catorum plumis nigrescentibus vestitur. Sunt autem
quidam peccatores, qui de misericordia Dei despe-
rant. Sunt & alij, qui ad hoc vt religiosorum preci-
bus adiuuentur, orant, de quibus dicitur: Corui pa- 3. Reg. 17
uerunt Eliam. Per coruos igitur peccatores intelligi
volunt, qui de sua substantia religiosos pascunt. Illos
enim Elias significat, quos locus & habitus religio-
nis occultat. Sunt autem alij, qui desperant, terrenis
inhiant, cum intus deberent esse, foras spectant, de
quibus scriptura dicit. Coruus ad arcam non redijt, Gen. 8.
quia forsitan aquis diluuij interceptus perijt, vel ca
daueribus inuentis forsitan supersedit. Similiter pec
cator, qui carnalibus desiderijs pascitur, quasi cor-
uus qui ad arcam non redijt, curis exterioribus deti-
netur. Sed in bona significatione coruus accipitur, G
vt per coruum quilibet doctus prædicator intelliga-
tur. Vnde per beatum Iob dicitur: Quis præparat
coruo escam suam, quando pulli eius ad Deum cla- Iob. 38.
mant, vagientes eo quòd non habeãt cibos? Coruus
(sicut ait beatus Grego.) est doctus quisque prædi-
cator, qui magna voce clamat, dum peccatorum suo
rum memoriam, quasi quandam coloris nigredinẽ
portat. Cui quidem nascuntur in fide discipuli, sed
fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam
nesciunt, & fortasse a peccatis præteritis memoriam
auertunt, & per hoc eam, quam assumi oporteret
cõtra huius mundi gloriam, humilitatis nigredinem
non ostendunt. Hi velut ad capiendas escas os ape-
riunt, cum doceri de secretis sublimibus quærunt.
Sed eis doctor alimenta prædicationum sublimium
tanto minus tribuit, quanto illos peccata præterita
minus digne deflere cognoscit. Expectat quippe at-
que admonet, vt a nitore vitæ præsentis prius per pę
nitentię lamenta nigrescant, & tũc demum congrua
prædicationis subtilissimæ nutrimenta percipiant.
Coruus in pullis ora hiãtia respicit, sed ante in eis pẽ
narum nigredine indui corpus quærit. Sic discretus
doctor interna mysteria eorum sensibus non mini-
strat, quos adhuc ab hoc seculo nequaquàm se abie-
cisse considerat. Et quo se a temporali gloria minus
euacuant, eo magis a spirituali refectione ieiunant.
Si vero confessione vitæ pręteritæ, lamenti sui gemi
tus velut nigrescentes plumas proferant, illico in cõ
templatione doctor ad escam de sublimibus desse-
reodam quasi pullorum refectionem cogitans, vt
coruus volat, eisque hiantibus in ore cibum reuo-
cat, dum ex ea intelligentia, quam ipse cepit, esu-
rientibus discipulis alimenta vitæ loquendo submi-
nistrat.

nistrat. Quos tanto ardentius de superioribus refi-
cit, quanto verius a mundi nitore nigrescere peni-
H tentiæ lamentatione cognoscit. Pulli autem dum ni
gro se pennarũ colore vestiunt, de se etiam volatum
promittunt, quia quo magis discipuli abiecta de se
sentiunt, & sese despicientes affligũt, eo amplius spẽ
prouentus sui in altiora pollicentur. Vnde & curat
doctor festinantius alere, quos iam per quædam in-
dicia prouidet posse & alijs prodesse. Quæ doctri-
næ discretio dũ caute a prędicatore custoditur, tunc
ei diuinitus largior copia prædicationis datur. Vnde
enim per charitatem compati afflictis discipulis no-
uit, dum per discretioné cogruũ doctrinæ tẽpus in
telligit, ipse nõ solum pro se, sed etiã pro eis, quibus
laboris sui studia impẽdit, maiora intelligẽtię mune
ra percipit. Vnde apte dicitur. Quis præparat coruo
escã suam, quãdo pulli eius ad Deum clamãt, vagiẽ-
tes eo quòd non habeant cibũ? Cũ enim pulli vt la-
tientur clamãt, coruo esca prępar atur, quia dũ verbũ
Dei boni auditores esuriũt, pro reficiendis eis maio-
ra doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Cuius
pulli, idest, prædicatores ex eo editi, nõ in se præsu-
mũt, sed in viribus redemptoris sui. Vnde bene dici
tur. Quãdo pulli eius ad Deum clamãt. Nihil enim
sua virtute posse se sciunt. Et quamuis animarum lu
cra pijs vocibus esuriant, ab illo tamen qui cũcta in
trinsecus operatur, hæc fieri exoptãt. Vera enim fide
cõprehendũt, quòd neq; qui plãtat, est aliqd, neq; qui
I rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Quod vero di-
ctũ est, vagiẽtes eo quòd nõ habeãt cibos: in hac va-
gitione nihil aliud q̃ piarum mentiũ ad cibũ salu
tarẽ per prędicationem, aut sacramentorũ susceptio
nẽ vota signantur. Innatũ est enim, vnicuiq; salutis
suæ, & sciendi, ac cognoscẽdi desideriũ, quocirca dũ
id boni prædicatores animaduertunt, omnes pullos
suos, idest populos sibi subditos in ecclesiæ sinũ re-
cipere ambiunt, magnoque ardore succensi, nũc ad
hos, nũc ad illos colligẽdos desideriũ emittũt. Qua-
si enim, quædã vagitio est ipsa cogitationis æstuatio.
Sunt qui legãt vagantes, & ad coruos, idest prædica
tores referant, qui ad loca varia multis nuntijs tran
seunt, dum pro adunãdis animabus in modos innu-
meros, ac in partes diuersas esurienti mẽte discurrũt.
K ¶ Potest hęc auctoritas etiam aliter exponi, vt per
coruum intelligantur quidam ecclesiæ prælati pec-
catorum fuligine nigri, qui non tantũ escã suam sibi
parãt, sed etiã præparant, vt præ ceteris delicatius vi
uant. Quorũ pulli sunt eorum discipuli, qui ad Deũ
clamant, & inde murmurant, quod eorum magistri
in cibũ delicatiora sumãt, vagantes à claustris exeũt,
& sic abundantiam victualiũ sibi quærunt. Sunt &
alij corui, potestate maiores, dignitate sublimiores,
qui quandocunq; populos in ecclesijs congregant,
ieiunia prædicant, ipsi tamen in diebus ieiuniorum
carnes edunt, & sic simplices scandalizant & offen-
dunt. Inde populi vagantes mente dubitant vtrum
prælati, qui ieiunia docent, ea populis prodesse cre-
dant, aut vagientes boni ingemant, cibum boni exẽ
pli esurientes, mali illorum exemplis corrupti, con-
similem indulgentiam desiderantes. Et hæc ad præ
sens de coruo sufficiant, donec aliquis de eo potio-
ra dicat.

¶ De Galli gallinacei natura moraliter. Cap. XXXVI.

QVis dedit Gallo intelligentiam? De Gal- L
lo quæritur a quo ei intelligentia tri-
buatur. Sed hęc quæstio cito soluitur,
si beatus Gregorius loquens in morali
bus audiatur. Intelligentiã enim (sicut
ait beatus Gregorius) gallus accipit, vt prius noctur-
ni temporis horas discernat, & tũc demum vocem
excitationis emittat: quia videlicet sanctus quisque
prædicator prius in auditoribus suis qualitatem vitę
considerat, & tunc demum ad erudiẽdum congruã
vocẽ prædicationis format. Quasi enim horas noctis
discernere est peccatorum merita diiudicare. Quasi
horas noctis discernere est actionum tenebras apta
increpationis voce corripere. Gallo itaq; intelligen-
tia desuper tribuitur, quia doctori veritatis, discre-
tionis virtus, vt nouerit, quibus, quid, quando, vel
quomodo inferat, diuinitus ministratur. Non enim M
vna eadẽq; cunctis exhortatio cõuenit, quia nec cun
ctos par morum qualitas astringit. Sæpe enim alijs
officiunt, quæ alijs prosunt. Nam & plerũq; herbæ,
quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt, & lenis si-
bilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamen-
tũ, quod hunc morbũ imminuit, alteri vires iũgit:
& panis, qui vitam fortiũ roborat, paruulorum ne-
cat. Pro qualitate igitur audientium formari debet
sermo doctorum, vt & sua singulis tribuat, & tamẽ
a communis ædificationis arte nunquam recedat.
Quid enim sunt intentæ mentes auditorũ, nisi quasi
quædam in cithara tensiones chordarum? quas tan-
gendo artifex, vt non dissimilem concentũ faciant,
dissimiliter pulsat. Idcirco enim chordæ consonam
modulationem reddunt, quia vno quidem plectro,
sed non vno impulsu feriuntur. Vnde & doctor pru
dẽtissimus quisq;, vt in vna cunctos virtute charita-
tis ædificet, ex vna doctrina, non vna eademq; ex-
hortatione tangere corda audientium debet.
¶ Habemus & aliud, quod de galli huius intelli- N
gentia considerare debemus, quod videlicet profun
dioribus horis noctis valentiores ac productiores
edere cãtus solet. Cũ vero matutinũ iã tẽpus appro-
pinquat, leuiores ac minutiores omnimodo voces
format. In quibus galli huius intelligentia quid no
bis innuat considerata prædicatorum discretio de-
mõstrat, qui cũ iniquis adhuc mentibus prædicãt, al
tis & magnis vocibus æterni iudicij terrores intimãt
quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris cla
mant. Cum vero iam auditorũ suorũ cordibus veri
tatis lucẽ adesse cognoscũt, clamoris sui magnitudi
nẽ in leuitatẽ dulcedinis vertunt, & non tã illa quæ
sunt de pœnis terribilia, quã ea quę sunt de pręmiis
blanda proferũt. Qui etiã minutis tunc vocibus cã
tant, quia appropinquante mane diuinæ lucis, subti
lissima quæque de mysterijs cœlestibus prædicant,
vt sequaces sui eo subtiliora & arguriora de cælesti
bus audiant, quo loci veritatis iam certius appropin
quant. Et quos dormientes longus galli clamor ex-
citauerat, vigilantes succisior & modulatior secu-
tus delectet, quatenus correcto cuilibet cognosce-
re de regno subtilia & dulcia libeat, qui prius de
iudi-

iudicio aduersa formidabat. Quod bene per Moysen exprimitur, cum ad producendum exercitum tubę clangere concisiis iubentur. Scriptum nanque est: Fac ubi duas tubas argenteas ductiles. Et paulo post. Cum concisiis clangor increpuerit, mouebuntur ca-
Num. 10. stra. Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo præcepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur. Quę idcirco argenteę fieri præcipiun-
O tur, vt prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentes nulla sui obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia necesse est, vt ij, qui venturam vitam prædicant, præsentium tribulationum contusionibus crescant. Bene autem dicitur. Cum concisiis clangor increpuerit, mouebuntur castra, quia nimirum prædicationis sermo quo subtilius, ac minutius agitur, eo auditorum corda contra tentationum certamina ardentius excitantur.

¶ Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum,
P quia cum iam edere cantum parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, vigilantiorē reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorum prædicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum per verba prædicationis tuonent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce, sed ante se per sublimia facta excutiunt, & tunc ad bene agendum alios solicitos reddunt. Gallus enim alis se percutiens, est doctor bonæ vitę exēplum prębens. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia dum quod in se inutiliter torpet, solicita inuestigatione deprehendunt, districta animaduersione corrigunt. Prius sua punire fletibus curāt, & tunc quæ aliorū sunt punienda denuntiant. Prius ergo alis insonant, quàm cantus emittant, quia antequam verba exhortationis proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant. Et profectò dum in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed vnde hæc tanta doctori intelligentia, vt & sibi perfecte vigilet, & dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris prouentibus vocet? Vt & peccatorum tenebras prius caute discutiat, & discrete postmodum lucem prædicationis ostendat? vt singulis iuxta modum & tempora congruat, & simul omnibus, qui illos sequantur ostendat? Vnde ad tanta & tam subtilia efficax traditur, nisi intrinsecus ab eo, a quo est conditus, doceatur? Quia igitur liis tantę intelligentię non prædicatoris virtus est, sed auctoris, rectè per eundem auctorem dicitur. Quis
Iob. 38. dedit gallo intelligentiam? ac si diceret: nullus alius nisi ego, qui doctorum mentes, quas ex nihilo condidi, ad intelligenda quę occulta sunt mirabilius instruxi.

¶ Potest etiam de gallo dici, quod sunt quidam
Q ecclesię prelati, quibus a Deo intelligentia datur, nec tamen iuxta intelligentiam a Deo sibi datam aliquid operantur. Nō seipsos alis excitant, nec alios monēt, vt ad bene operandum surgant. Seipsos amant, & sic ocio & voluptati vacant. Horas noctis sicut gallus non annunciant, quia culpas delinquentium nō accusant. Confessionis & pœnitentię districtionem non attendunt, sed in acquirendis rebus transitorijs intelligētiam a Deo sibi datam ponunt. Animarum lucra quærere nolunt, ea tamen, quę ad delectationem carnis pertineant, tota mente quærunt. Sunt &
R alij nimis simplices, & illiterati, qui quasi gallus sedent in pertica regiminis, idest in cathedra prælationis locum occupant, & tamen officium diuinę legis ignorant. Sedent, & tacent, & seipsos pascunt, nec gregem sibi commissum ad pascua ęternę viriditatis ducunt. Et hic igitur, cui intelligentia datur, nec populo verbum Dei prædicat, & hic qui tacet, quia nescit quid dicat, vterque caueat, ne quasi gallus de pertica cadat. Filios suos Heli corripuit sæpe, sed quia manum correctionis non adhibuit, fractis ceruicibus de sella cecidit, antequàm moreretur, mortem filiorum vidit, & arcam Domini ab allo- 1. Reg. 4.
phylis captam cognouit.

¶ *De Struthione & eius pennis, quibus notantur hypocritæ. Et accipitris, ac Herodij, quibus significantur electi. Cap. XXXVII.*

Penna Struthionis similis est pennę Herodij, & accipitris. Quis herodium, & accipitrem nesciat aues reliquas quanta volatus sui velocitate transcendant? Struthio verò pennę eorum similitudinem habet, volatus celeritatem non habet. A terra siquidem eleuari non valet, & alas quasi ad volatum specie tenus erigit, sed tamen nunquàm se a terra volando suspendit. Ita sunt nimirum omnes hypocritę, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ † conuersationis habent, veritatem sanctę actionis non habent. Habent quippe volandi pennas per speciem, sed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere pręgrauati, nullatenus a terra subleuantur. Speciem nanque pharisęorum reprobans Dominus, quasi struthionis pēnam redarguit, quę in opere aliud exterius, & in colore aliud ostendit dicens. Væ vobis Scribę & Pharisęi hypocritę. Ac si diceret. Subleuare vos videmur speciem pennę, sed in infimis vos deprimit pondus vitę: de hoc pondere per prophetam dicitur. Filij hominum vsquequò graui corde? Huius struthionis hypocrisim se conuersurum ad sui glorificationem Dominus pollicetur, per prophetam dicens. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones. Quid enim draconum nomine, nisi in aperto malitiosę mentes exprimuntur, quę per terram semper in infimis cogitationibus repunt? Quid vero per struthionis vocabulum, nisi ij, qui se bonos simulant, designantur? qui sanctitatis vitam quasi volatus pennam per speciem retinent, sed per opera non exercent. Vnde struthio in deserto est simulatio in conuersatione. Glorificari itaque se Dominus a dracone vel struthione asserit, quia & aperte malos, & ficte bonos plerunque ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit.

S Iob. 39.

† Visionis

Matt. 23.

Psal. 4.

T Esa. 43.

¶ Habemus adhuc quid in consideratione struthionis huius de accipitre & Herodio attentius perpendamus. Accipitris quippe & Herodij parua sunt corpora, sed pennis densioribus fulta, & idcirco cū celeritate transuolant, quia eis parum inest quod aggrauet, multum quod leuet. At contra struthio magis V

tis pennis induitur, & immani corpore grauatur, vt etsi volare appetat, ipsa pennarum paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat. Beoc ergo in Herodio & accipitre electorum persona significatur, qui quandiu in hac vita sunt, sine quantulocunque culpæ contagio esse non possunt, sed cum eis parum quid inest quod deprimit, multa virtus bonæ actionis suppetit, quæ illos in superna sustollit. Econtrario hypocrita, & siqua facit, pauca quæ leuent perpetrat, multa quæ grauent. Neque enim oulla bona agit hypocrita, sed quibus ea ipsa deprimat, multa
X peruersa committit. Paucæ igitur pennæ struthionis corpus non subleuant, quia paruum bonum hypocritæ multitudo prauæ actionis grauat. Hæc quoque ipsa struthionis penna ad pennas Herodij & accipitris similitudioem coloris habet, virtutis similitudinem non habet. Illorum nanque conclusæ, & ideo firmiores sunt, & volatu aerem premere virtute suæ colligationis possunt. At econtrario struthionis pennæ dissolutæ, ideo volatum sumere nequeunt, quòd ab ipso, quem premere non potuerunt, aere transcéduntur. Quid igitur in his aspicimus, nisi quòd electorum virtutes solidæ euolant, vt ventos humani fauoris premant? Hypocritarum vero actio quanlibet recta videatur, volare tamen non sufficit, quia videlicet fluxæ virtutis pennam humanæ laudis aura pertransit. Sed ecce cum vnum eundemque bonorum malorumque habitum cernimus, cum ipsam in electis ac reprobis professionis speciem videmus, & vnde nostræ intelligentiæ detur, vt electos a reprobis, vt a falsis veros cõpræhẽdẽdo discernat, perspicimus. Quod tamen citius agnoscimus, si inteme-
Matt. 7. rata in memoriam præceptoris oostri verba signamus, qui ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Neque enim pensanda sunt quæ ostendunt in imagine, sed quæ seruãt in actione. Vnde hic postquàm speciem struthionis huius intulit, mox facta subiun-
Iob. 39. Y git, dicens: Quæ derelinquit in terra oua sua. Quid enim per oua nisi tenera adhuc proles exprimitur? quæ diu fouenda est, vt ad viuum volatile perducatur. Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamen calefacta in viua volatilia conuertuntur. Ita nimirum certum est, quòd paruuli auditores, ac filij frigidi insensibilesque remaneant, nisi doctoris sui solicita exhortatione calefiant. Ne igitur derelicti in sua insensibilitate torpescant, assidua doctorum voce fouendi suot, quousque valeant & per intelligentiam viuere, & per contemplationem volare. Quia vero hypocritæ quamuis peruersa semper operẽtur, loqui tamen recta non desinunt, bene autem loquẽ-
Z do, in fide vel conuersatione filios pariunt, sed eos bene viuendo nutrire non possunt, rectè de struthione hic dicitur. Quæ derelinquit in terra oua sua. Curam nanque filiorum hypocrita negligit, quia ex amore intimo rebus se exterioribus subdit, in quibus quanto magis extollitur, tanto minus de prolis suæ defectu cruciatur. Oua ergo in terra dereliquisse est natos per conuersionem filios nequaquam a terrenis actibus interposito exhortationis nido suspendere. Oua in terra dereliquisse est nullum cœlestis vitæ filijs exemplum præbere. Quia enim hypocritæ per charitatis viscera nõ calent, de torpore proles editæ, idest de ouorum suorum frigore non dolent, & quanto se libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligentius eos quos generant, agere terrena permittunt. Sed quia derelictos hypocritarum filios superna cura non deserit (nonnullos nanque etiam ex talibus intima electione præscitos largitæ gratiæ respectu calefacit) rectè subiungitur. Tu fortitan in Iob. 39. puluere calefacies ea: ac si dicat, vt ego qui illa in puluere calefacio, quia paruulorum animas prædicatorum suorũ sollicitudine destitutas, & in medio peccantium positas Domious amoris sui igne succendit. Hinc est enim, quod plerosque cernimus & in medio populorum viuere, & tamen vitam torpentis populi oon tenere. Hinc est etiam, quòd plerosque ceroimus & malorum turbas non fugere, & tamẽ superno ardore flagrare. Hinc quoque est, quòd plerosque cernimus (vt ita dixerim) in frigore calere. Vnde enim oonnulli inter terreoorum hominum torpores positi supernæ spei desiderijs inardescuot? Vnde etiam inter frigida corda succensi sunt, nisi quia omnipotens Deus derelicta oua scit etiam puluere calefacere, & frigoris pristini iosensibilitate discussa, per sensum spiritus vitalis animare, vt nequaquàm iacentia in infimis torpeant, sed in viua volatilia versa, sese ad cœlestia contemplando, idest volando, suspendant.

¶ Notandum vero est, quòd io his verbis non so- A
lum hypocritarum actio peruersa reprobatur, sed booorum etiam magistrorum, siqua fortasse subrepserit, elatio premitur. Nam cum de se Dominus dicit, quòd derelicta oua in puluere ipse calefacit, ipse profectò aperte indicat, quòd ipse operatur intrinsecus per verba doctoris, qui & sine verbis vllius hominis calefacit quod voluerit in frigore pulueris. Ac si aperte doctoribus dicat: Vt sciatis quia ego sum, qui per vos loquentes operor, ecce cum uoluero, cordibus hominum etiam sioe vobis loquor. Humiliata igitur cogitatione doctorum, ad exprimendum hypocritam sermo conuertitur, & qua fatuitate torpeat, adhuc sub struthionis facto plenius indicatur. Nam sequitur: Obliuiscitur quòd pes concul- Iob. 39.
cet ea, aut bestia agri conterat. Quid in pede, nisi transitus operationis accipitur? Quid in agro, nisi mundus iste signatur? de quo in euangelio Dominus di- Matt. 13.
cit. Ager autem est mũdus. Quid in bestia, nisi quòd antiquus hostis exprimitur? qui huius mundi rapinis insidians, humana quotidie morte satiatur. De qua per prophetam pollicente Dño dicitur: Et mala Esa. 35.
bestia non transibit per eam. Struthio itaque oua sua B
deserens obliuiscitur quòd pes conculcet ea, quia videlicet hypocritæ eos, quos in conuersione generant filios derelinquunt, & omnino noo curant, ne aut exhortationis sollicitudine, aut disciplinæ custodia destitutos, prauorum operum exempla peruertant. Si enim oua quæ gignunt diligereot, nimium metuerent ne quis ea per opera peruersa demõstrando calcaret. Obliuiscitur etiam quòd bestia agri conterat, quia nimirum si diabolus in hoc mundo sęuiens editos in bona conuersione filios rapiat, hypocrita omnino non curat. Habent ergo veraces magistri super discipolos suos timoris viscera ex virtute charitatis, hypocritæ autem tanto minus commissis sibi

metuunt,

metuunt, quanto nec sibimetipsis quod timere debeant, deprehendunt. Et quia obduratis cordibus viuũt, ipsos etiam quos generant filios nulla pietate debiti amoris cognoscũt. Vnde adhuc sub struthionis specie subditur. Induratur ad filios quasi nõ sint sui. Quem enim charitas gratia non infundit, proximum suum, etiam si ipse hũc Deo genuit, vt extraneum respicit, vt profectò sunt omnes hypocritæ quorum videlicet mentes dum semper exteriora appetunt, intus insensibiles fiunt, & in cunctis, quæ agunt, dum sua semper expetunt, erga affectum proximi nulla charitatis cõpassione mollescunt. Et quia charitatis viscera nesciunt, eorũ mens quantum per mundi concupiscentiam in exteriora resoluitur, tantum per inaffectionem suam interius obduratur, & torpore insensibili frigescit intrinsecus, quia amore
C damnabili mollescit foris, seque ipsam considerare non valet, quia cogitare se minime studet. Cogitare vero se mens non potest, quæ tota apud semetipsam non est. Tota vero esse apud semetipsam nõ sufficit, quia per quot concupiscentias rapitur, per tot a semetipsa species dissipatur, & sparsa in infimis iacet, quę collecta si vellet ad summa consurgeret. Vnde iustorum mens, quia per custodiam disciplinę, a cũctorum visibilium fluxu appetitu constringitur, collecta apud semetipsam intrinsecus integratur, qualisque Deo vel proximo esse debeat, plene conspicit, quę nihil suum exterius derelinquit. Et quantum ab exterioribus astricta compescitur, tantum aucta in intimis inflãmatur. Et quo magis ardet, eo ad depræhendenda vitia amplius lucet. Hinc est enim quòd sancti viri dum se intra semetipsos colligunt, mira ac penetrabili acie occulta etiam aliena delicta deprehendunt.

D ¶ Sequitur: Cum tempus fuerit in altum alas erigit. Quid enim per alas huius struthionis accipimus, nisi pressas hoc tempore quasi complicatas hypocritę cogitationes? Quas cum tempus fuerit, in altum eleuat, quia opportunitate comperta eas superbiendo manifestat. Alas in altum erigere est per effrenatam superbiam cogitationes aperire. Nunc autem quia sanctum se simulat, & quasi in semetipso stringit quę cogitat, quasi alas in corpore per humilitatem plicat. Eat ergo hypocrita, & nunc sui laudes appetat, postmodum vitam proximorum premat, & quandoque se in irrisione sui conditoris exerceat vt quo elatiora semper excogitat, eo se supplicijs atrocioribus immergat. Vnde & subditur: Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, & bestia agri conterat.

Iob. 39.

E Tunc oua pes calcat, & bestia agri conterit, cum in terra deseruntur, quia videlicet humana corda, dum semper terrena cogitant, semper quę ima sunt, agere appetunt, ad conterendum se bestię agri, idest diabolo sternũt, vt cũ diu infima cogitatione abiecta sunt, quandoque etiam maiorum criminum perpetratione frangantur. Sequitur. Induratur ad filios, quasi non sint sui. Quasi non suos respicit, quos aliter viuere quàm docuit ipsa deprehendit, & durescente sęuitia terrores admouet, seque in eorum cruciatibus exercet, atque inuidię facibus inflammata, in quibus non laborauit vt possent viuere, laborat vt debeant interire. Hypocritę ergo, qui per struthionẽ intelliguntur, cõsuetudinis talis esse perhibentur, vt de nullo alio curam habeant, sed de his quę agunt, in se glorientur, & sibi soli bonum quod agunt, prę cęteris ascribunt.

¶ *De Vulture, & eius natura Christo applicata. Cap. XXXVIII.*

F Semitam ignorauit auis, nec intuitus est † oculos vulturis. Quis hoc loco auis nomine signatur nisi ille, qui corpus carneum, quod assumpsit, ascendendo ad æthera librauit? Qui apte quoque vulturis appellatione exprimitur. Vultur quippe dum volat, si iacens cadauer conspicit, ad escam cadaueris deuolat, & plerunque sic in morte capitur, dum ad mortuum animal de summis labitur. Recte ergo mediator Dei & hominum redemptor noster vulteris appellatione signatur, qui manens in altitudine diuinitatis suę, quasi quodam volatu sublimi cadauer mortalitatis nostrę conspexit in infimis, & sese de cœlestibus ad ima demisit. Fieri quippe propter nos homo dignatus est, & dum mortuum animal petijt, mortem apud nos, qui apud se erat immortalis, inuenit. Sed huius vulturis oculus fuit ipsa intentio nostrę resurrectionis, quia ipse ad triduum mortuus, ab ęterna nos morte liberauit. Ille enim perfidus Iudęę populus, quia mortalem vidit, sed quomodo morte sua mortem nostram destrueret, minime attendit, conspexit quidem vulturem, sed oculũ vulturis non aspexit. Qui dum humilitatis eius vias, quibus nos ad alta subleuaret, considerare noluit, semitam auis ignorauit. Neque enim pensare studuit, quòd eius nos humilitas leuaret ad cęlestia, & mortis eius intentio reformaret ad vitam. Semitam igitur ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis, quia & si vidit eum quem morte tenuit, videre noluit quanta vitę nostrę gloria de morte eius sequeretur. Vnde ad crudelitatem quoque persecutionis exarsit, verba vitę recipere renuit, prędicatores regni cœlorum prohibendo, sęuiendo, feriendo repulit. Qui prædicatores scilicet Apostoli repulsi, Iudæam ad quam missi fuerant deserentes, in Gentilitatis collectionem dispersi sunt. Sed & natura vulturis talis esse dicitur, vt
H per vulturem quisque peccator intelligi videatur. Vultur siquidem exercitum sequitur, vt mortuorũ cadaueribus satietur, quia peccator prauos homines, qui sunt in exercitu diaboli, sequitur, vt prauos eorum mores imitetur. Mortuorum cadaueribus vescitur, quia carnalibus desiderijs, quæ mortem generant, delectatur. Vultur etiam pedibus libenter graditur. Vnde & a quibusdam gradipes appellatur, quia terrena peccator amat, & terrenis inhiat. Quandoque etiam vultur in altum volat, quia peccator ad cœlestia mentem quandoque leuat, sed qua intentione hoc faciat, alter ignorat. Quis enim intuetur oculos vulturis, idest intentionem cogitationis? Hoc enim omnipotens sibi reliquit, qui cogitationes hominum solus nouit. Nota etiam quòd vultur (vt ait Isidorus) a volatu tardo nominetur. Tarde enim cum volare cœperit,

Iob. 28.
† oculus habet litera.
Natura vulturis.

petit, a terra recedit, quia peccator aut vix aut nunquam terrena desideria derelinquit.

§ *De Gruibus ordine literato vnam præuolantem sequentibus &c. Cap. XXXIX.*

I Gruis natura.



Rues dum pergunt, vnam sequũtur ordine literato. Excelsa autem petunt, quo facilius videant, quas petant terras. Castigat autem reliquas acri voce ea, quæ cogit agmen. At vbi raucescit, succedit alia. Nocte autem excubias diuidunt, & ordinem vigiliarum per vices faciunt, tenentes lapillos suspẽsis a terra pedis alterius digitis, quibus somnos arceant. Quid cauendum erit, clamor indicat. Ætatem in illis color prodit. Nam in senectute nigrescunt. Grues cum de loco ad locum transuolant, ordinem procedendi volando seruant. Illos autem significant, qui ad hoc student, vt ordinate viuant. Grues.n. ordine literato volantes designant ordinate viuentes. Cum autem ordinate volãdo procedũt, ex se literas in volatu fingunt. Illos autem designãt, qui in se præcepta scripturę bene viuendo formant.

K Vna earum reliquas antecedit, quæ clamare nõ desinit, quia prælatus, qui primum locum regiminis obtinet, suos sequaces moribus & vita præire debet, ita tamen vt semper clamet, & viam bonæ operationis sequacibus suis prædicando demonstret. Quæ autẽ alias antecedit, si rauca facta fuerit, tũc alia succedit, quia prælatus si verbum Dei subiectis non prædicet, vel prædicare nesciat, cũ raucus fuit, necesse est

L vt alius succedat. Si autem nox accesserit, illa, quæ præcedit, cum alijs ad terram descedens, locũ quietis petit, tunc simul omnes ad custodiam sui vigilias ordinant, vt reliquæ securius somni quietẽ sumant. Possumus autem per vigiles intelligere quoslibet discretos fratres, qui cõmuniter fratribus temporalia prouident, & de singulis specialiter curam habent. Ad obsequia fratrũ pro posse suo vigilant, vt ab eis incursus dæmonũ, & accessus secularium repellant prudenter. Grues vero, quæ ad hoc eliguntur, vt pro alijs vigilent, in pede a terra suspenso lapillũ teneant, timentes ne si qua earũ dormiat, lapsus a pede lapillus cadat. Si autem cadat, euigilans clamat. Lapis est Christus, pes mentis affectus. Sicut.n. aliquis pedibus incedit, sic mens suis affectibus quasi pedibus ad optata tendit. Si quis igitur ad custodiam sui vel fratrum vigilat, Lapillum in pede.i. Christũ in mente portet. Illud autẽ summopere caueat, ne si in peccato dormierit, lapillus e pede decidat, i. Christus a mente recedat. Si autem ceciderit, per confessionem clamet, vt dormientes excitet, id est fratres tam pro se quàm pro eorum excessibus ad vigilantiam circunspectionis inuitet. Ætatem in illis color pro-

M dit. Nam in senectute nigrescunt. Hic enim color in senectute seni competit, cum pro peccatis plãgendo gemit. Cum enim quæ male gessit, senex commemorat, in senectute colorem mutat. Mutat enim amorem pristinæ delectationis in dolorẽ contritionis. Ecce qualiter per naturam volucrum doceri potest via religiosorum.

§ *De natura Milui ad vitiosos applicata. Cap. XL.*

Iluus, mollis est viribus & volatu, quasi mollis auis, vnde etiam nũcupatur, rapacissimus tamen est, & semper domesticis auibus insidiatur. Sicut enim in libro Etymologiarum Isidori legitur, Miluus a molli volatu nominatur. Est igitur Miluus mollis viribus, illosque significat, quos mollities voluptatis tentat. Cadaueribus Miluus vescitur, quia carnalibus desiderijs voluptuosi delectantur. Miluus enim carnes rapiẽs est, desidiosus, voluptuosa quærens. Circa coquinas & macella Miluus assidue volitat, vt si quid crudæ carnis ab eis proijciatur foras, velociter rapiat. Per hoc autẽ Miluus eos nobis innuit, quos cura ventris solicitos reddit. Qui igitur huiusmodi sunt, voluptuosa quærunt, macella frequentant, & coquinis inhiant. Miluus timidus N

O est in magnis, audax in minimis. Syluestres volucres rapere non audet, domesticis autem insidiari solet. Insidiatur pullis vt eos rapiat, & quos incautos reperit velocius necat. Sic molles & voluptuosi teneros pullos rapiunt, quia simpliciores & prouidos suis moribus aptant, & ad peruersos vsus pertrahunt. Super eos lente volando incautos decipiunt, dum eos blandis sermonibus adulando seducunt. Ecce quomodo volucres, quæ ratione carent, peritos homines, & ratione vtentes, per exempla peruersæ operationis sibi cauere docent.

§ *De Hirundinis natura moraliter animæ pœnitenti addicta. Cap. XLI.*

P Hierem. 8.

Vrtur, & Hirundo, & Ciconia cognouerant tempus aduentus sui: Israel autem non cognouit iudicium Domini. De turture superius diximus. Restat autem vt nunc de hirundine, & postea de Ciconia disseramus. vnde Isidorus. Hirundo (inquit) dicta est, quòd cibos non sumat residens; sed in aere hærẽdo capiat escas, & edat: garrula est auis, & per tortuosos orbes, & flexuosos circuitus peruolans, & in nidis construendis, educandisque fœtibus solertissima, habens etiam quiddam præscium, quod quæ lapsura sint deserat, nec appetat culmina: ab alijs quoque auibus non impetitur, nec vnquàm præda est. Maria transuolat, ibique hyeme commoratur. Custodit autem tempora aduentus sui, nouit etiàm quando veniat, & quando reuertatur. Nouit pia auis annunciare aduentus sui testimonio veris initium. Per hirundinem (sicut authoritas testatur) aliquando superbia mentis, aliquando contritio contribulati cordis intelligatur. Quòd per hirundinem superbia designetur per Tobiam dicitur: Cum iacuisset se (inquit) Tobias iuxta parietem, & obdormisset, contigit vt ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretque cæcus. Vnde Beda super Tobiam: Hirundo propter leuem volatum superbiam cordis leuitatemque figurat. Cuius immun-

Hirundo. *Tob. 2.*

ditia confestim excæcat, nec enim videre permittit, Q qualis fuerit. Quòd autem per hirundinē contritio
Esa.38. cordis intelligi debeat Propheta demonstrat dicēs: Sicut pullus hirundinis sic clamabo. Intelligimus igitur per hirundinem quemlibet discretum doctorem, per hirundinis pullum clamātem discipulum, per clamorem mentis contritionem. Clamat pullus hirundinis, dum quærit a magistro verbum prædicationis. Clamat pullus hirundinis, dum per confessionem magistro manifestat affectum contriti cordis. Si nosti clamorem hirundinis, nisi fallor, questum designat animæ pœnitentis. Clamor enim hirūdinis est dolor pœnitentis. Hirundo cibos residēs nō sumit, sed in aere hærēs escas edit, quia quæ terrena non diligit, remotus a terrenis cœlestia quærit. Garrula auis dicitur, quia querulosis orationibus sæpius delectatur. Ideo flexuosos circuitus peruolat, vt ad diuersa obedientiæ præcepta mentem subiectus flectat. In nidis construendis, educandisque fœtibus solertissima, nidum in alto construit, quia in fide passionis Christi spem fixam ponit, solers est in educandis fœtibus idest in docendis subiectis fratribus. Habet etiam quiddam præscium, quòd deserat lapsura, nec appetat culmina. Quiddam etiam præscium habent, quos vere pœnitet, quia casum præsentis seculi fugiunt, & permansura sine fine quærunt. Hirundo ab alijs auibus non impetitur, nec vnquam præda est: rapaces enim aues nunquam hirundinem rapiunt, quia contriti corde nunquam dæmonibus præda fiunt. Hirundo maria trāsuolat, quia quem vere pœnitet, amaritudines & tumultus huius mundi exire desiderat. Ibique hyeme commoratur. Cum enim hyems ingruit, & frigus accedit, tunc iustus ad calorem charitatis transit, ibique patienter expectat, donec frigus tentationis a mente recedat. Nouit pia auis annuotiare aduentus sui testimonio veris initium. Reuertitur hirundo post frigus hyemis, vt annuntiet initium veris. Similiter iustus post frigus nimiæ tentationis reuertitur ad temperantiam moderatæ mentis, vt qui frigus tētationis euaserat, ab æstatem idest dilectionis calorem moderate per ascensus boni operis accedat. Hęc est igitur natura hirundinis, id est animæ pœnitentis, quæ semper quærit veris initium, quia in omnibus tenet discretionis & temperantiæ modum. Ecce qualiter simplex auis eos instruit, quos ab initio diuina prouidentia discretos facit.

De Ciconiæ natura. Cap. XLII.

Ciconiæ. S

Iconię vocatæ sunt a sono quo crepitant, ciconiæ, quem sonū oris potius esse constat, quàm vocis, quia eum quatiente rostro faciunt. Hæ veris nuntiæ, societatis comites, serpentium hostes, maria transuolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas præcedunt, & ipsæ quasi exercitus prosequuntur. Eximia illis circa filios pietas. Nam vsqueadeo nidos impensè fouent, vt assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderint in fœtibus educandis, tantū & ipsę inuicem a pullis suis aluntur. Ciconiæ sonum oris pro voce quatiente rostro faciunt. Illos autem ptendunt, qui cum fletu & stridore dentium quod male gesserunt, ore promunt. Hæ sunt nuntiæ ueris, quia cæteris demonstrant temperantiam conuersæ mentis. Societatis sunt comites, quia libenter habitant inter fratres. Dicitur etiam de Ciconia, quòd sit serpentibus inimica. Serpentes sunt peruersæ cogitationes, siue peruersi fratres, quos Ciconia rostro percutit, dum iustus prauas cogitationes restringit, vel peruersos fratres pungenti inuectione reprehendit. Maria transuolant, in Asiam collecto agmine per- T gunt. Asia interpretatur eleuata. Maria igitur transuolant, & in Asiam pergunt, qui spretis mundi tumultibus ad altiora tendunt. Eximia illis circa filios pietas, vt assiduo incubitu super eos plumas exuant. Assiduo incubitu super pullos Ciconiæ plumas exuunt, quia dum prælati subiectos nutriunt, superfluitatis & leuitatis a se plumas euellunt. Quantum autem tempus impenderint in fœtibus educandis, tantum & ipsę inuicem a pullis aluntur. Quandiu pulli earum indigent, tandiu Ciconiæ eos nutrire debent, quia quandiu erudiri indigent discipuli, tandiu verbo doctrinæ debent eos alere prælati. Similiter subiecti prælatos suis laboribus fouere debēt, vt eis ministrent necessaria, quibus indigent. Turtur igitur, & Ciconia, & hirundo illos reprehendunt, qui Christum in carnem aduenisse non credunt, & iudicium Domini futurum non pertimescunt.

¶ *De Merulæ natura moraliter.* Cap. XLIII.

Sidorus de merula. Merula (inquit) antiquitus modula vocabatur, eo quòd moduletur. Alij merulam vocatam aiunt, quia sola volat, quasi mera volās. Hæc cum in alijs locis nigra sit, in Achaia tamē candida est. Merula est auis parua, & nigra. Illos autem innuit, quos peccati nigredo tingit. Merula dulcedine propriæ vocis mentem mouet in affectum delectationis. Illos autem figurat e demonstrat, quos voluptas carnis per suggestionem tētat. De ea siquidem Beatus Gregorius in libro dialogorum scribit, qualiter beato Benedicto volitans occurrerit, qualiter vir tantus post discessum volucris tentatus fuerit ardore libidinis. Ait enim: Quadam vero die dum solus esset beatus Benedictus, tentatio affuit. Nam nigra, paruaque auis, quę vulgo merola vocatur, circa eius faciem volitare cœpit, eiusque vultui importune insistere, ita vt capi manu posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset, sed signo crucis edito recessit auis, tanta autem carnis tentatio aui eadem recedente secuta est, quantam vir sanctus antea nunquàm fuerat expertus. Quandam namque aliquando fœminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos adduxit, tantoq; igne serui Dei animū in specie illius accendit, vt se in eius pectore amoris flamma vix caperet, ut etiam penè deserere eremum voluptate victus deliberaret, cū subito superna gratia respectus, ad semetipsum reuersus

Lib. 2. Cap. 2.

reuersus

reuersus est. atque vrticarum & vepriuin iuxta densa succrescere fruticeta conspiciens, exutus indumẽto, quo vestitus erat, nudum se in illos spinarum aculeos, illaque vrticarum incendia proiecit, ibique diu volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exijt, & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus men-
X tis, quia voluptatem traxit in dolorem. Merula igitur volitans est suggestio voluptate tentans. Qui igitur abijcere cupiunt voluptatem merulæ, oportet vt ad beati Benedicti transeant correctionem disciplinæ, & sic delectationem mentis extrahant per afflictionem carnis. In regionibus Achaiæ sunt, sicut Isidorus testatur, candidæ merulæ. Candida merula est voluntas munda. Achaia vero soror laborans interpretatur. Duæ sunt sorores Rachel & Lia, actiua scilicet & contemplatiua vita. Lia laboriosa interpretatur. Actiua vita docet eleemosynas impendere, rudes & simplices docere, munditiam castitatis habere, proprijs manibus laborare. hic est labor actiuæ vitæ, hæc est soror laborans. hæc est Achaia scilicet actiua vita. In Achaia igitur quasi candidæ merulæ sunt, qui in actiua vita pure viuunt.

¶ *De Bubonis natura moraliter. Cap. XLIIII.*

Y ISidorus de Bubone. Bubo a sono vocis compositum nomen habet. Auis feralis, onusta quidem plumis, sed graui semper detenta pigritia, in sepulchris die noctuque versatur, & semper commorans in cauernis. Vnde Rabanus, Bubo (inquit) tenebris peccatorum deditos, & lumen iustitiæ fugientes significat. Ideoque inter immunda anima-
Leuit. 11. lia in Leuitico deputatur. Vnde per Bubonem intelligere possumus quemlibet peccatorem. Bubo a sono vocis dicitur, quia ex abundantia cordis os lo-
Matt. 12. quitur. Nam quod cogitat mente, profert voce. Auis fœda esse dicitur, quia stercore eius locus in quo habitat, commaculatur, quia peccator illos, cum quibus habitat, exemplo peruersi operis dehonestat. Auis est onusta plumis, id est superfluitate carnis, & leuitate mentis. Sed graui quadam detenta pigritia. Detinetur inertia, & pigritia graui, quia peccatores ad bene operandum sunt inertes, & pigri. Die noctuque moratur in sepulchris, nam delectatur in peccato, quod est fœtor humanæ carnis. Habitat etiam in cauernis, nec per confessio-
Z nem exit foras, sed lucem veritatis odit. Ab alijs auibus visus, magnis earum clamoribus proditur, magnis etiam incursionibus vexatur. Si enim peccator ad lucem cognitionis, vbi peccata sua cognoscãtur, veniat, magnam bene agentibus derisionẽ præstat, & cum in peccato deprehensus fuerit, ab alijs verba reprehensionis audit, plumas enim eius euellunt, & rostro lacerant; quia & carnales actus peccatoris bene agentes reprehendunt, & superfluitatem leuitatis eius damnant. Infelix ergo Bubo dicitur, quia infelix est, qui ea, quæ prędiximus operatur.

¶ *De Graculi natura moraliter. Cap. XLV.*

RAbanus de Graculo. Graculus a garrulitate nuncupatus, non vt quidam volunt, graculi dicti quòd gregatim volent, cum sit manifestum ex voce eos nuncupari. A
Est enim loquacissimum genus, & vocibus importunum, quod vel philosophorum loquacitatem, vel hæreticorum verbositatem noxiam significare potest. Potest adhuc & aliud dici de natura graculi. Graculus enim garrulos designat, & gulosos. Qui enim gulositati student, post cibum inanes rumores libenter referunt, & vel detrahunt, vel aures detractioni præbent. Graculus in syluis degit, de vna arbore in aliam garriendo transuolat, quia homo garrulus de ijs cum quibus habitat, etiam turpia, quæ de eis nouerit, alijs narrare nõ cessat. Graculus cum aliquem transire conspicit, garrit, & cum occultos reperit, similiter agit: quia garrulus homo non tantum detrahit secularibus, sed etiam eis quos religionis occultat locus. Graculus aliquando captus cauea includitur, vt articulata verba loqui doceatur. Similiter cum aliquis secularis ad conuersionem venerit, verba religionis addiscit, vt lingua volucris verba loquatur hominis, vt qui inordinate loqui consueuerat, ordinate loqui deinceps assuescat. Quandoque tamen euenit, vt graculus, qui clausus tenebatur, euadat: & qui prius garrulus fuerat, post egressionem magis clamet. Eodem modo garrulus homo cum vitam religionis accipit, vix linguã suam deserit, sed si forte relicto habitu foras exierit, bonum religionis in partem malam detrahendo B
quasi garriendo vertit. Moneat igitur natura volucris, quis recipi debeat ad consortium religionis. Prouidus igitur doctor cum aliquem recipere debet, saltem eum prius per aliquantulam cohabitationem probet. A quodam viro prudente & religioso didici, quòd sunt quædam diuersitates hoĩm, quæ vix ordinate in religione possunt detineri. Si autem quæras qui sint, vt euitari possint, hi sunt pictores, *Inutiles claustro.*
medici, ioculatores, & quidam alij, qui per diuersas regiones discurrere sunt assueti. Huiusmodi hoĩes vix possunt esse stabiles. Ars pictoris valde est dele- *Pictores.*
ctabilis. Cum enim pictor ecclesiam, capitulum, refectorium, vel aliquas officinas pinxerit, ad aliud monasterium si ei concessum fuerit rogatus ab aliquo, causa pingendi transit. Opera Christi pingit in pariete, sed vtinam ea teneret in mente, vt ea sciret pingere coloribus idest exemplo, & moribus. Ars vero medicinæ multis indiget, & vix vnquam *Medici.*
propria rerum possessione caret. Qui enim eam exercet, necesse est vt aromatibus & pharmacorum speciebus abundet. Cum aliquis ecclesiæ vicinus infirmitate premitur, medicus, vt ad infirmum veniat, rogatur. Si autem abbas eum ire non permiserit, iram & indignationem tam ægri quàm medici incurrit. Medicus quandoque videt quod decenter eũ videre non licet. Tangit quod religioso tangere non conuenit. De incertis per experimẽta loquitur, sed experimẽtũ est fallax, ideo sæpe fallitur. Sed hoc religioso non expedit, vt alia quàm vera loquatur. Promittit ecclesiæ suæ lucrum, si eat ad infirmũ, sed

tacet scandalum, & animæ suæ damnum. Nosti forsitan fratrem de monacho medico, Iusto nomine, sed vtinam iusto operatione, qui in medicamine tres aureos absconderat, quid de eo beatus Greg. dicat, qui licet ei in infirmitate sua seruierit, in correctione tamen ei non pepercit. Fratres ante mortem cum eo loqui prohibuit, post mortem vero eum in sterquilinio sepeliri iussit. Sic autem est absolutus post mortem: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Sed & ioculatores, ante conuersionem leues, cum ad conuersionem veniunt, sæpius vsi leuitate, leuiter recedunt. Illi vero qui per diuersas regiones discurrere sunt consueti, si tędio claustri fuerint aggrauati, citius à claustris exeunt, quia terrarum diuersitates norunt.

Lib.4. dialog. cap.55.

Act. 8.

Ioculatores.

¶ *De Anseris natura moraliter.* *Cap. XLVI.*

C ANser vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. Nullum autem animal ita odorem hominis sentit, vt anser: vnde & clangore eius Gallorum ascensus in Capitolium deprehensus est. Vnde Rabanus: Hæc auis prouidos homines, & erga sui custodiam bene vigilantes significare potest. Anserum duæ sunt species, domestici scilicet, & campestres. Campestres in altum, & ordinate volant, illosque design. n., qui remoti a terrenis, ordinem bene viuendi seruant. Domestici uero in vicis simul habitant, frequenter exclamant, seipsos rostro lacerant, illosque significant, qui etsi conuentus amēt, loquacitati tamen & detractioni vacant. Campestres anseres omnes, sunt coloris cinericij, nec aliquē eorum varium seu niueum vidi. In domesticis vero non solum habetur color cinericius, sed etiam varius vel albus. In campestribus habetur color cinericius idest, in ijs, qui à seculo sunt remoti, pœnitentiæ vilis habitus. Ii vero qui in vicis vel in vrbibus habitant, pulchrioris coloris vestem portāt. Anser prę cæteris animalibus superuenientis hominis odorem sentit, quia discretus homo per bonam vel per malam famam alios licet longe remotos cognoscit. Cū igitur anser superuenientis hominis odorē sentit, nocte clamare non desinit, quia cum negligentias ignorantiæ circunspectus frater in alijs videt, clamare debet. In Capitolio quondam Romanis profuit clamor anseris, & in capitulo quotidie prodest, cum negligentias viderit, clamor prudentis fratris. Clamor anseris à Capitolio repulit hostem Gallum: A capitulo vero clamor prouidi fratris hostem repellit antiquū. Clamor anseris vrbem Romam ab impetu hostium seruauit immunem, clamor prudentis fratris ne turbetur à peruersis custodit vitam communiter viuentium. Diuina autem prouidentia naturas volucrum nobis (vt opinor) non proponeret, nisi eas in aliquo nobis prodesse vellet.

¶ *De natura ardeę.* *Cap. XLVII.*

D ARdea vocata quasi ardua propter altos volatus. Formidat enim imbres, & supra nubes euolat, vt procellas imbrium sentire non possit. Cum autem euolauerit, significat tempestatem. Hāc multi Tantalum vocant. Vnde Rabanus. Hæc auis potest significare animas electorum, quæ formidantes perturbationem huius seculi, ne forte procellis persecutionum instigante diabolo inuoluantur, intentionem suam super omnia temporalia efferētes, ad serenitatem patriæ cęlestis, vbi assidue conspicitur Dei vultus, mentes suas eleuant. Licet autem ardea cibos in aquis quærat, in syluis tamen & in altis arboribus nidum locat, quia iustus, qui rebus labentibus & transitoriis seipsum pascit, in rebus tamen diuinis & ita sublimibus spem ponit, & licet eius caro sustentetur transitorijs, anima tamen delectatur æternis. Ardea pullos in nido rostro defendere nititur, ne ab alijs auibus rapiantur. Eodem modo iustus forti inuectione percutit, quos peruersos ad decipiendum subiectos nouit. Quędam vero earum habent colorem album, quædam cinericium, vterque tamen color in bonam partem accipitur, si per album mundicia, per cinericium pœnitentia designetur. Eiusdem generis sunt & qui pœnitentiam agunt, & qui munde viuunt. Et color igitur ardeæ, & modus vitæ exemplum salutis religiosis demonstrant viris.

¶ *De Caladrio aue.* *Cap. XLVIII.*

E PHysiologus de caladrio dicit, quod totus albus sit cuius femoris pars interior caliginem aufert ab oculis. Natura igitur caladrij talis esse dicitur, vt si ad infirmum hominem aliquoties adducatur: vtrum infirmus mori, an viuere debeat, astantes certos reddat. Si enim faciem hominis respicit, nec oculos auertit, sed infirmi faciem diligenter consideret, signum est quòd viuet. Si autem oculos à facie infirmi hominis auertat, signum est mortis. Per caladrium intelligimus Christum, qui venit in mundum, vt saluum faceret genus humanū. Qui dicitur esse niuei coloris, quia ab omni peccato fuit immunis. Cuius interior pars femoris abstergit ab oculis obscuritatē caliginis. Per femur propagatio generis intelligitur. Interior igitur pars femoris est incarnatio Saluatoris. Interior siquidem & occulta fuit incarnatio Saluatoris, quę etiam diabolum latuit. Venit Christus in mundum, vt saluum faceret genus humanum. Faciem suam a Iudæis auertit. Gentiles respexit, iniquitates nostras sustinuit: & qui peccatum non fecerat, in ligno crucis peccata nostra portauit. Sed & quotidie præfatus caladrius infirmitates nostras visitat, mentem per confessionē considerat, & eos sanat, quibus gratiam pœnitendi præstat, ab illis vero faciem auertit, quorum cor impœnitens nouit. Istos respuit, sed illos, in quos faciem intendit, sanos reddit.

Caladrius, seu. Caladriō alijs, vt gazæ, Charadrius dicitur.

¶ *De Phœnice.* *Cap. XLIX.*

PHœnix Arabiæ auis dicta, quod colorem phœniceum habeat, vel quod sit in toto orbe singularis, & vnica. Nam Arabes rem singularem vocant phœnicem. Hæc quingentis & vltra annis viuēs, dum se viderit F

senuisse,

fenuisse, collectis aromatum virgulis rogum sibi instruit, & conuersa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sicque iterum de cineribus suis resurgit. Vnde Rabanus: Phœnix, inquit, potest significare resurrectionem iustorum, qui aromatibus virtutum collectis, restaurationem prioris vigoris post mortem sibi reparant. Phœnix est Arabiæ auis. Arabia vero interpretatur campestris. Campus est hic mundus, Arabia secularis vita, Arabes seculares. Arabes phœnicem appellant singularem. Singularis est quilibet iustus a curis secularibus omnino remotus. Phœnix per quingentos annos viuere creditur, sicut scriptura testatur. Centenarius vero numerus in annis moraliter designat terminum perfectionis. Quingentorum autem annorum numerus assignari potest quinque corporis sensibus. Cum enim visus deficit, primus centum annorum numerus transit. Cum vero deficit auditus, transit secundus. Cum tres reliqui sensus idest tactus, gustus, odoratus deficiunt, tunc quingenti anni moraliter transacti sunt. Cum vero morti phœnix appropinquat, tunc diuersas species aromatum parat. Aromata sunt bona opera, diuersæ species diuersæ animæ virtutes. Congeriem aromatum construit, & se in medijs aromatum speciebus componit. Hoc toties iustus agit, quoties ad memoriam suam bonorum operum suorum multitudinem reducit. Ad radium solis alis ignem voluntarium excitat, quia mentem alis contemplationis excitatam iustus ardore Sancti spiritus inflammat. Sic igitur phœnix incenditur, sed ex eius cinere phœnix iterum procreatur. Cum ergo phœnix moritur, & ex eius cinere phœnix iterum nascitur, hoc exemplo agitur, vt futuræ resurrectionis veritas a singulis credatur, & resurrectio phœnicis est spes, & species, seu specimen futuræ resurrectionis. Non est ergo maius miraculum fides futuræ resurrectionis, quàm ex cinere facta resurrectio phœnicis. Ecce voluctum natura simplicibus resurrectionis argumentum præstat, & quod scriptura prædicat, opus naturæ confirmat.

¶ De Perdicis natura. Cap. L.

G

Hier. 17.

Clamat perdix, & cōgregans fouet oua quæ non peperit, faciens sibi non cum iudicio diuitias: In medio enim dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimis suis erit insipiens. Vnde Isidorus. Perdix de voce nomen habet, auis est dolosa, adeo autem fraudulenta, vt alterius oua diripiens foueat. Sed fraus fructum non habet. Nam cum pulli vocem propriæ genitricis audierint, naturali quodam instinctu hanc, quæ eos fouit relinquunt, & ad eam, quæ genuit, reuertuntur. Vnde Rabanus: Diabolus per principes hæreticorum congregauit populos, quos non peperit, & deceptorum sibi multitudinem consociauit, quos postea dimisit, & omnium iudicio stultissimus esse comprobatur. Possumus ergo intelligere diabolum per perdicem, per ouum spem. Perdix vero illa cuius oua diabolus furatur, ecclesia procul dubio intelligitur. In perdice igitur scriptura diabolum nobis innuit, qui oua alterius perdicis idest habentes spem salutis furatur, fouet, & nutrit. Furatur dum spem salutis eis subtrahit, fouet ocio, & delectatione nutrit, fouet terrenis desiderijs, nutrit carnalibus illecebris. Cum autem pulli vocem propriæ genitricis audiunt, quodam naturali instinctu eam recognoscunt. Similiter cum aliquis diabolo subiectus fuerit, & vocem ecclesiasticæ prædicationis audit, ad ecclesiam quasi ad genitricem propriam relicto diabolo transuolat, vt sub alis diuinæ protectionis viterius in pace viuat. Ecce qualiter perdix oua, quæ furatur & congregat, in pullis perdit, quia non est mirum si quos male congregauerat diabolus, iudicio veritatis perdat. In nouissimis ergo suis diabolus insipiens erit, quia in die iudicij æterna benedictione carebit, & tunc audiet perdix cum perdiis, id est diabolus cum subiectis: discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ad hoc enim tendunt, qui in hac vita diabolo seruiendo succumbunt. K Matt. 25.

¶ De Coturnice, seu qualea aue. Caput LI.

Coturnices à sono vocis dictas constat, quas Græci ortygas vocant, eo quòd visæ fuerint primum in Ortygia insula. Hæ adueniendi habent tempora. Nā æstate depulsa, Maria transuolant. Ortygometra dicitur auis, quæ gregem ducit: eam terræ propinquantem accipiter videns rapit, ac propterea cura est vniuersis ducem sollicitare externi generis, per quam prima caueant discrimina. Sola hæc auis, sicut & homo, caducum patitur morbum. Coturnices adueniendi habēt tempora. Nam maria transuolant æstate depulsa. Coturnix maria transuolans est anima omnia labētia calcans. Calor æstatis est ardor charitatis. Frigus hyemis est tentatio refrigerat atq; mētis. Ab amore igitur proximi per mare mūdi huius transmeat iustus ad amorē Dei, vt in calida regione semper maneat, qui semper calore dilectionis in semetipso flagrat, vt vitet frigus hyemis, procellas.s.& vētos improuisæ tētationis. Ortygometra dr, q̄ gregē ducit. Eā terræ propinquantē accipiter videns rapit. Terra sunt terrena desideria, maria mundi pericula, accipiter insidiās diabolus p suggestionē tentās. Propinquātē igitur terræ accipiter vidēs rapit, quia eos qui terrena quærunt, diabolus secum trahit. Prælatus igitur, qui gregem antecedit, diligenter prouideat qua intentione terrena petat, vtrum in suos vsus ea redigat, an ad necessitatem fratrum ea quærat, ne accipiter idest diabolus eum rapiat, qui postpositis spiritalibus, terrenis inhiare non cessat. Propter quod cura est vniuersis, ducem sollicitare generis externi, per quem prima caueant discrimina. Duo sunt hominum genera bonorum, scilicet & malorū. Generis externi sunt hoies peruersi. Iusti igitur peruersos sibi pponunt, dū casus & euētus eorum diligenter attendunt; Dum igitur hæc attente considerant, prima peccandi discrimina considerādo vitāt, H I

Hæc auis sicut homo caducũ morbum patitur, quia spiritualis homo sicut carnalis aliquoties peccare perhibetur, nec quoties peccat, moritur, quia ei pœnitẽdi gratia non negatur. Vnde scriptũ est: Septies in die cadit iustus nec tamẽ desinit esse iustus. Quoties enim iustus peccat, toties adijcit vt resurgat.

§ De Vpupæ natura. Cap. LII.

K VPupam Grecis ἔποψ epops appellatur, ab ἐποψάομαι: epopsaomæ, quod est obsonium facio, eo quòd stercora humana consideret, ac congreget, & fœtenti pascatur fimo: Auis est spurcissima, cristis extantibus galeata, semper in sepulcris, & humano stercore commorans. Vnde Rabanus: Hæc auis sceleratos peccatores significat, homines scilicet, qui sordibus peccatorum assidue delectantur. Vpupa etiam luctum amare dicitur, quia seculi tristitia mortem spiritus operatur. Propter hoc oportet eum, qui diligit Deum, semper gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere, quia gaudium fructus est spiritus. De vpupa etiam Physiologus dicit, quòd cum senuerit, & volare non possit, filij eius ad eam veniunt, & pennas vetustissimas e corpore ipsius euellunt, eamque fouere non cessant, & donec iterũ pennæ nouæ crescant, cibis sustentant (vt scriptura dicit) donec sicut ante assumptis viribus euolare possit. Exemplo igitur suo vpupæ peruersos homines arguunt, qui patres suos cum senuerint à domibus proprijs expellunt: qui eos cum deficiant, sustentare renuunt, qui tamen ipsos cum adhuc paruuli essent, educauerunt. Videat igitur homo rationalis creatura quid patri vel matri debeat, cum irrationalis creatura quod prædiximus, in necessitate cum senuerint, parentibus reddat.

1. Thes. 5. Gala. 5.

§ De Holore vel Cygno. Cap. LIII.

L HOlor auis est, quam græci κύκνον cygnum appellant: Holor autem dictus est quia ὅλος holos dicitur totus, quod sit totus albus in plumis. Nullus enim meminit cygnum vidisse nigrũ. Cygnus autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Id eo autem suauiter eum canere perhibent, quia longum collum & inflexum habet, & necesse est eluctantem vocem per lõgum & flexuosum iter varias reddere modulationes. Ferũt in Hyperboreis partib. præcinentibus citharœdis. holores plurimos aduolare, apteque admodum concinere. Cygnus plumã habet niueam, sed carnem nigram. Moraliter holor niueus in plumis designat effectum simulationis, quia caro nigra tegitur, quia peccatum carnis simulatione velatur. Cygnus dum in flumine natat, ceruicem capitis erectam gestat, quia superbus qui cũ rebus transitorijs ad interitum trahitur, etiam de labentium rerum possessione ad tempus gloriatur. Ferunt in Hyperboreis partibus præcinentibus citharœdis, holores plurimos aduolare, apteque admodum concinere, quia qui voluptatibus totis desiderijs inhiant, quasi aduolantes voluptuosis concordant. Sed & in extremis cum cygnus moritur valde dulciter canere perhibetur. Similiter cum de hac vita superbus egreditur, adhuc dulcedine præsentis seculi delectatur, & quæ male gessit, ad memoriam moriens reducit. Cum vero niuea pluma cygnus exuitur, in veru positus ad ignem torretur. Similiter cum diues superbus moriens exuitur mundana gloria, descendens ad flammas inferni cruciabitur per tormenta, & qui cibum sumere consueuerat minis, in abyssum descendens fit cibus ignis.

§ De classe Salomonis, & Iosaphat. Cap. LIIII.

CLassis Salomonis per mare semel per tres annos ibat in Tharsis deferens inde aurum, & argentum, dentes elephantorum, & simias, & pauos seu pauones. Tharsis interpretatur exploratio gaudij. Est autem gaudium præsentis seculi, est & futuri. Gaudium præsentis vitæ fine clauditur, gaudium vero futuræ, nequaquam fine terminatur. Gaudium præsentis vitæ dolor & tristitia sequitur, gaudium vero futuræ nec dolor nec tristitia subsequitur. Gaudium præsentis seculi est honoribus sublimari, rebus transitorijs ad tempus perfrui, abundare parentum copia, & eorum delectari præsentia. Cum autem aliquis priuatur honoribus, spoliatur rebus, cum aliquis amicorum moritur, tunc dolor sequitur. Hoc gaudium igitur semper doloribus immiscetur. M 3. Reg. 10

§ Per tres annos semel classis Salomonis per mare mittitur in Tharsis. Classis Salomonis est virtus confessionis. Hac classe per huius mundi mare vehimur, ne submergamur. In Tharsis ergo classis mittitur, quæ inde aurum, & argentum, dentes elephantorum, simias, & pauos deferre perhibetur. Aurum & argentum in Tharsis esse dicitur idest, viri sapientia clari, eloquentia præditi, qui dum præsentis seculi gaudium explorant & exquirunt, seipsos cognoscunt. Et dum per classem Salomonis de Tharsis ad Hierusalem veniunt, & aurum purum adductum in pace ecclesiæ per confessionem puriores fiunt. De hoc auro purissimo fecit rex Salomon scuta aurea. Scuta aurea sunt qui pure viuunt, & alios ab incursu diaboli defendunt. Ex prædicto etiam argento fiunt tubæ argenteæ idest doctores ecclesiæ. Attulit etiam simias & pauos, idest derisores & delicatos, vt qui in Tharsis derisores & delicati fuerant, in pace conuersionis humiles existant. Attulit etiam classis Salomonis dentes elephantorum, id est detractiones superborum. Dum enim verbis detractorijs bonis operibus simplicium detrahunt, quasi dentibus eorũ ossa rodunt. Nota, quod dentes elephantis N materia fiunt eboris, & de materia eboris fit thronus Salomonis. Qui enim ex rapina viuere consueuerant, subiecti vero Salomoni seipsos postea vt sint thronus eius, per virtutem iustitiæ & charitatis parant. Per tres annos semel classis Salomo-

nis

nis ire consueuerat in Tharsis. Primus annus moraliter est cogitatio, secundus locutio, tertius operatio. Cum igitur de his tribus simul confessio agitur, quasi a seruis Salomonis per tres annos semel in Tharsion itur.

O ¶ Sed & Iosaphat rex Iuda (sicut historia dicit)
3.Reg.22 classes in mari fecit, quæ nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber. Iosaphat iudicans, Asiongaber lingua viri, idest confessio interpretatur. Iosaphat rex Iuda esse intelligitur vel esse dicitur, quando iudicium confessioni dominatur. Cum enim peccator in confessione seipsum iudicat, tunc rex Iosaphat in Iudæa regnat. Ophir vero herbosum interpretatur, herbosa terra dicitur, quæ ab aliquo non elaboratur, in qua nascitur abundantia graminis, vt moueat affectum delectationis. In hoc Ophir idest herboso voluptuosi sedent, delitiosi iacent. Sedent assiduitate, iacent dissolutione. Hoc herbosum est hic mundus sterilis & infœcundus. In Ophir igitur classis Iosaphat ire propter aurum nititur, vt dum mundi cultus attenditur, mentis puritas acquiratur. Sed cum hoc agitur, in Asiongaber classis Iosaphat fracta fuisse perhibetur. Gaber (sicut dicit Hieronymus) iuuenis siue fortis interpretatur. Non est igitur mirum si classem confessionis frangat impetus iuuentutis.

¶ *De Pauonis natura.* Cap. LV.

P Auo iam de quibusdam præmissis iam diximus, restat vt de pauone, de quo agere intendimus, aliquid dicamus. Pauo (sicut dicit Isidorus) à sono vocis nomen accepit. Cum enim ex improuiso clamare cœperit, pauorem subitum audientibus incutit. Pauo igitur à pauore dicitur, cum per vocem eius pauor audientibus inferatur. Pauo dum in Tharsis habitat, delicatos designat. Cum vero per classem in Hierusalem delatus fuerit, doctorum prædicantium figuram gerit. Duras habet carnes, & putredini resistentes, quæ vix à coquo coquuntur igni, vel à calore hepatis coqui possunt in stomacho. Tales sunt fortium doctorum mentes, quas nec flamma cupiditatis exurit, nec calor libidinis accendit. Habet pauo vocem terribilem, incessum simplicem, caput serpentinum, pectus sapphirinum, habet etiam in alis plumas aliquantulum ruffas. Habet caudam longam, & vt ita dicam, quasi oculis plenam. Habet, inquam, pauo vocem terribilem, quando prædicator peccatoribus comminatur inextinguibilem gehennæ ignem. Simpliciter incedit, quoties in operibus suis humilitatem non excedit. Habet caput serpentinum, dum caput mentis tenetur sub custodia callidæ circunspectionis. Color vero sapphirinus in pectore cœlestæ desiderium designat in humana mente. Color ruffus subrubens in pennis amorem significat contemplationis. Longitudo caudæ longitudinem innuit futuræ vitæ. Quòd autem quasi oculos in cauda habet, ad hoc pertinet quòd vnusquisque doctor prævidet quod periculum in fine singulis imminet. Est in cauda color viridis, vt initio conueniat finis. Varietas igitur colorum designat diuersitatem virtutum. Nota etiam, quòd pauo dum laudatur, caudam erigit, quando prælatus quilibet adulantium laudibus per vanam gloriam mentem leuat. Pennas in ordine ponit, quia quicquid doctor agit, se ordinate fecisse credit. Cum autem cauda erigitur, posteriora nudantur, & sic quod laudatur in opere deridetur in elatione. Oportet igitur vt pauo caudam submissam gerat, vt id laudabile, quod doctor agit, cum humilitate fiat.

¶ *De natura Aquilæ.* Cap. LVI.

Q Aquila ab acumine oculorum vocata. Tanti enim visus aut contuitus esse dicitur, vt cum super maria immobili penna feratur, ita vt humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac turbinis instar descendens, raptam prædam pennis ad littus pertrahat. Nam & contra radium solis fertur obtutum non flectere, vnde & pullos suos vngue suspensos, radijs solis obijcit, & quos viderit immobilem tenere aciem, vt dignos genere conseruat, si quos
Ier.39 ca. vero per spexerit reflectere obtutū, quasi degeneres
Iob c.33. abijcit. Vnde beatus Gregorius: Aquilæ vocabulo in scriptura sacra aliquando maligni spiritus, raptores animarum, aliquando præsentis seculi potestates, aliquando vero vel subtilissimæ sanctorum intelligentiæ, vel incarnatus Dominus, ima celeriter R
Hier.4 transuolans, & mox summa repetens designatur. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Hieremia attestante qui ait: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli. Persecutores enim velociores sunt, cum tanta contra nos maligni homines faciunt, vt ipsas etiam aereas potestates inuentionibus malitiæ præire videantur. Aquilæ vocabulo potestas terrena figuratur. Vnde per Ezechielem prophetam dicitur. Aquila grandis magnarum S
Ezec.17. alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullā cedri, & summitatem frondiū eius euulsit. Quia videlicet Aquila quis alius quā Nabuchodonosor rex Babylonis designatur? qui pro immēsitate exercitus magnarū alarū, pro diuturnitate temporū longo mēbrorū ductū, pro multis vero diuitijs plenus plumis, pro innumera autē terrenæ gloriæ cōpositione plenus varietate describitur. Qui venit ad Libanū, & tulit medullā cedri, & summitatem frōdium eius euulsit, quia Iudææ celsitudinē petens, nobilitatē regni eius quasi medullam cedri abstulit, & dum tenerrimam regum prolem à regni sui culmine captiuādo sustulit, quasi summitatē frondiū eius euulsit. Aqui- T
lę vocabulo subtilis sanctorum intelligentia expri Ezech.1.
mitur. Vnde idem propheta dum sub animaliū specie euangelistas quatuor se vidisse describeret, in eis quartum animal, id est Ioannem per Aquilam significauit, qui volando terram deserens, quia per subtilem intelligentiam interna mysteria Verbi videndo penetrauit. Similiter qui hæc terrena mente

deferunt, velut Aquila cum Ioanne per contempla-
In Iob 9. tionem cœlestia quærunt. Item beatus Gregorius
Cap. 23. de Aquila. Sicut Aquila volans ad escam. Moris
quippe est Aquilæ, vt irreuerberata acie radios so-
lis aspiciat, sed cum refectionis indigentia vrgetur,
eandem aciem oculorum, quam radijs solis infixe-
rat, ad respectum cadaueris inclinat, & quamuis ad
alta euolet, pro sumendis tamen carnibus terram pe-
tit. Sic & antiqui patres fuerunt, qui inquantum hu-
manitatis infirmitas admittebat, creatoris lucem ere-
cta mente contemplati sunt. Sed hūc incarnandum
in fine mundi præuidentes, quasi a solis radijs defle-
xerunt. Et quasi de summis ad ima, veniunt, dum
Deum super omnia, & hominem infra omnia agno
scunt, Quem pro humano genere dum passurum,
moriturumque conspiciunt, (qua scilicet morte se-
metipsos refici, atque reformari ad vitam nouerūt)
quasi more Aquilæ post contemplatos solis radios,
in cadauere escam quærunt. Aliter. Sicut Aquila vo-
Ibidem. lans ad escam. Aquila etenim alto valde volatu su-
cap. 25. spenditur, & adnisu præpeti ad æthera libratur, sed
per appetitum ventris terras expetit, seseque a subli-
mibus repente deorsum fundit. Sic humanum ge-
nus in primo parente ad ima de sublimibus corruit,
quod nimirum conditionis suæ dignitas in rationis
celsitudine quasi in aeris libertate suspenderat, sed
quia contra præceptum cibum contigit, per ventris
concupiscentiam ad terras venit, & quasi post vola-
tum carnibus pascitur, qui illa libera contemplatio-
nis inspiracula perdidit, & deorsum corporis volu-
ptatibus lætatur. Item de Aquila. Renouabitur vt
X Aquilæ iuuentus tua. Solet dici de Aquila dum
Psal. 102. senectute premitur, quòd rostrum illius aduocetur
& incuruetur, ita vt sumere cibum nequeat, & ma-
cie langoescat, sed veniēs ad petram rostrum acuit,
& cibum capiens, iterum iuuenescit. Petra est Chri-
stus, Aquila quilibet iustus, qui ad petram rostrum
acuit, dum seipsum Christo per bonam operatio-
nem conformem reddit.

De Ibi seu Ibide aue. Cap. LVII.

Y EST volatile quod dicitur Ibis, hoc secundū
legem immundum est præ omnibus vola
tilibus, quoniam mortuis, & morticinis
cadaueribus vescitur, & super litora ma-
ris vel fluminum vel stagnorum die noctéque mo-
ratur, quærens mortuos pisciculos, vel aliquod ca-
dauer, quod ab aqua iam putridum vel madidū eie-
ctum fuerit foras. Nam in aquam ingredi timet,
quia natare nescit, nec dat operam vt discat, quia
mortuis cadaueribus delectatur, ideo non potest in
altitudinem aquæ ingredi, vbi mundi pisciculi de-
morantur, vt inde sibi capiat cibum, sed semper fo-
ris oberrans circuit refugiens puriores & altissimas
aquas, vnde posset mundus viuere. Tu igitur Chri-
stiane homo, qui ex aqua & Spiritu sancto renatus
es, ingredere ad intelligibiles & spirituales aquas, id
est in altitudinem præceptorum Christi, quæ sunt
Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, longa
Gala. 5. nimitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, con-
tinentia, castitas. Quia si nolueris in altiores ingre-
di, & de ipsis spiritualibus escas tibi capere & sume-
re, sed circuniens foris & oberrans mortuis, & fœ-
dissimis cadaueribus saginari volueris, de quibus di-
cit Apostolus. Manifesta autem sunt opera carnis, Ibidem.
quæ sunt immunditia, adulteria, fornicatio, impudi-
citia, luxuria, ebrietas, comessatio, auaritia, cupidi-
tas: ad immundorum societatem peruenies. Hæ
sunt carnales & mortiferæ escæ, quibus infelices
animæ nutriuntur ad pœnam. Disce igitur natare Psal. 103.
super hoc mare magnum, & spatiosum manibus,
sunt illic reptilia quorum non est numerus. Nec
eos aliter superabis, nisi per signum crucis. Sancti
igitur tanquam Naues pertranseuntes perueniunt
ad regna cœlorum velut quietissimum portum. Ne
scientes autem spiritualiter natare excludentur a re-
gno cœlorum, & mortui cum mortuis peribunt, si-
cut dicitur in euangelio: Dimitte mortuos sepelire Matt. 8.
mortuos. Conuenienter ergo hoc de Ibi Physiolo-
gus dicit, & quòd serpentes violenter fugat. Et tu
cum oras, extende manus tuas ad cœlos, quia virtus
crucis semper defendit orantes & dicentes: Signatū Psal. 4.
est super nos lumen vultus tui Domine. Nam & sol
ipse nisi extenderit radios suos non lucet, & volu-
cres nisi expanderint alas suas, volare non possunt.
Naues nisi leuauerint vela sua, vento flante non mo-
uebuntur. Denique dum Moyses leuabat manus Exo. 17.
suas, superabat Israel, cum remitteret manus suas,
conualescebat Amalech.

De Fulica. Cap. LVIII.

EST volatile, quod dicitur Fulica, satis in Z
telligibile, & prudentissimum super
omnia volatilia, cadaueribus non ve-
scitur, non aliunde aliò peruolans at-
que oberrans, sed in vno loco com-
moratur & permanet vsque ad finem, & ibi escam
suam habet, & requiescit. Sic ergo omnis homo fi-
delis secundum Dei uoluntatem conseruatur & vi-
uit. Non huc atq; illuc per diuersa loca oberrans
circunuolat, sicut faciunt hæretici. Nec secularibus
desiderijs, ac voluptatibus delectatur corporalibus,
sed sicut illa volucris, quæ carnibus non vescitur,
semper in vno eodemque se continet & requiescit
loco, id est in ecclesia catholica & apostolica, & ibi
permanet vsq; in finem, sicut dicitur in euangelio:
Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus Matt. 10.
erit. Ibi ergo se continet, & ibi Dominus inhabita-
re facit vnanimes in domo, & ibi habet quotidianū
panem immortalitatis, potum vero pretiosum san-
guinem Christi, reficiens se sanctis epulis, & super
mel & fauum suauissimis eloquijs Domini. Non
enim in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo
Dei. Fulica auis est stagnensis habens nidum in Matt. 4.
medio aquæ, vel in petris quas aqua circumdat,
maritimoque semper delectatur profundo, dum
tempestatem præsenserit, fugiens, in nido ludit.

Finis de Naturis rerum
Libri Primi.

SEQVI-

SEQVITVR LIBER Secundus, qui est præcipue de naturis animalium, Cuius hic est Prologus.

A BESTIARVM vocabulum
proprie conuenit pardis, vulpi-
bus, tigribus, lupis, simijs, vr-
sis, & cæteris, quæ vel ore, vel
vnguibus sæuiunt, exceptis ser-
pentibus. Bestiæ autem dicun-
tur a vastando, & vi qua sæ-
uiunt. Feræ appellantur eo q.
naturali vtuntur libertate, & desiderio suo ferantur.
Sunt enim liberæ eorum voluntates, & huc atq; il-
luc vagantur, & quò animus duxerit, eò feruntur.

De Leone. Caput I.

B LEo ex græco vocabulo inflexum est in
latinum. λέων enim dicitur græce, Est
rex ferarum, & omnium quadrupedũ
princeps, cuius genus trifarium dici-
tur. E quibus breues ac iuba crispa im-
belles sunt, longi & coma simplici acriores. Animos
eorum frons & cauda indicat, Virtus eorum in pe-
ctore, firmitas in capite. Septi autem a venatoribus,
terram contuentur, quo minus conspectis venabu-
lis terreantur. Rotarum strepitus timent, sed magis
ignem. Et cum ad nullum paueant occursum, ferun-
tur album gallum valde timere. Physici deniq; di-
cunt quinque naturales res siue naturas habere leo-
nem. Prima est, quòd per cacumina montium amat
ire. Si vero contigerit quòd a venatoribus quæra-
tur, odorem eorum sentit, atque sua vestigia cauda
sua tegit, vt per eius vestigia venatores eum inuesti-
gare nequeat. Sic & Saluator noster, spiritualis Leo
Apo. 5. de tribu Iuda, radix Iesse, filius Dauid, missus a su-
perno patre, cooperuit vestigia deitatis suæ, carnem
assumens ex Maria virgine, vt etiam diabolus huma
ni generis inimicus, mysterij incarnationis eius igna
rus, quasi purum hominem eum conatus sit tenta-
re. Cum enim Dominus noster Iesus Christus diu
ieiunans in deserto pro nostris peccatis esuriret ex
parte carnis, accessit ad eum tentator dicens ei: Si fi-
Matt. 4. lius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quando
autem pro nobis pati voluit, traditus a discipulo in
manus Iudæorum, ratus est diabolus eum morte
vincere, quem viuum non valuit superare. Sed cum
propria virtute a mortuis resurrexisset, nõ solum ab
C inferis redijt, sed etiam captiuam duxit captiuitatẽ,
suam demonstrans deitatem. Secunda natura Leo-
nis est, quòd cum dormit, oculos apertos habere vi-
detur. Quod bene dicitur de Christo in Canticis cã-
Cant. 5. ticorum. Ego dormio, & cor meum vigilat. Dormi-
uit enim caro in cruce moriendo, diuinitas vero vi-
gilabat cuncta protegendo, vnde psalmus, Ecce non
Psal. 120 dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Ter-
D tia eius natura, q. cum Leena parit, suos catulos mor
tuos parit, & ita custodit tribus diebus, donec ve-
niens pater eorum in faciem eorum exhalet, vt viui
ficentur. Sic omnipotens pater Dominum nostrum
Iesum Christum filium suum tertia die suscitauit a
mortuis, dicente Iacob: Dormitabit tanq̃ Leo, & si- Gen. 49.
cut catulus Leonis suscitabitur. Quarta natura Leo- E
nis est, q. nisi læsus fuerit, non facile irascitur. Patet
enim eius misericordia, q. prostrans parcit. Vnde
versus:

Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis.
Tu quoq; fac simile quisquis dominaris in orbe.

Captiuos homines sibi obuios repedare pmittit, &
non nisi præ magna fame interimit. Ad cuius exem-
plum rationabiles homines respicere debent, qui
non læsi irascuntur, & innocentes opprimunt, cum
eos Christiana lex dimittere iubeat liberos.

De Antula seu anto aut antolope animali. Caput II.

EST animal Antula nomine acerrimum, ita F
vt nullus venator ei possit appropinqua-
re, habet enim cornua longa in similitudi
nem serræ, quibus secare potest maximas
quercus; condensa & superflua quæque arborum co
dendo secat, in nullo restans. Quando vero sitit, va-
dit ad flumen magnum Euphratem, & bibit. Sunt
autem ibidem virgæ vimineæ virides & molles. In-
cipit autem illud animal ludere in virgulis illis, &
ludendo obligat semetipsum cornibus, obligatusq;
cornibus vociferatur ingenti rugitu, quia euadere
non potest gracilibus virgulis circumseptus, & tunc
quilibet venator absconse venans, audiens vocem
eius currit, & inueniens ligatum occidit. Caue ergo
homo Dei, ebrietatem, nec obliges is luxuria volu-
ptate, vt non interficiaris a diabolo. Vinum enim & Eccl. 19.
mulieres apostatare faciunt homines sapientes. Ve-
rum vir sapiens & prudens a vino & a muliere se
auertet. Sunt autem duo lapides igniferi, masculus
& fœmina. Tu igitur professor prudentiæ, intellige,
multos perijsse propter vinum tanq̃ virum, & pro-
pter fœminas.i. voluptates, & cautus esto vt saluus
euadas. Ergo hoc animal suprascriptum significat
viros habentes cornua bonorum operum, siue sciẽ-
tiam duorum testamentorum, qui quãdiu in his stu
duerint, non solum modica, sed etiam grandia vitia
resecant. Si vero inde reuersi, ad illecebras huius vi-
tæ & voluptates attenderint, gulæ ac lenocinio ser-
uierint, non solum virtutem bonorum operum, sed
etiam præmia perdunt habenda.

De Onocentauro. Caput III.

ONocentaurum duabus naturis consta- G
re Physiologus asserit, dicens. Supe-
rior pars centauro homini similis est,
inferior vero ono.i. asino. Huic assimi
lantur vecordes atque bilingues ho-
mines. vnde Paulus dicit. Habentes promissiones 2. Cor. 7.
pietatis, factis autem abnegantes, & Psalmus.
Homo cum in honore esset, non intellexit, com- Psal. 48.
paratus est iumentis insipientibus, & similis factus
est illis.

De

De Herinaceo, seu Hericio. Cap. IIII.

H Physiologus dicit de herinaceo, quod figuram habet porcelli lactentis, & est totus spinosus, qui tempore vindemiarū ingreditur vineā, & vbi inuenit vitem oneratā, ascendit supra, & excutit racemos ad terram, deinde descendit, & inuoluit se super congregatos racemos, vt infigātur in spinis suis, & sic fert eid catulis suis. Est aūt aptus medicinæ, coctus & comestus proficit. Tu vero homo Dei custodi vineā tuā, & oēs fructus eius spirituales, ne te occupet istius seculi solicitudo, & tēporalium bonorū voluptas, & spinosus diabolus infigat suis spinis oēs fructus eius spirituales, & faciat eid bestijs, & fiat anima tua nuda, vacua & inanis, sicut pāpinus, siue vitis ablatis vuis. Post hoc enim frustra clamabis. Vineam meam non custodi-

Canti. 2 ui. Huius herinacei etiā natura est, vt si quando senserit hominem, contra omnes insidias eius protegit se suis spinis sepiens, & se in globum colligens, & velut planctū stridet. Tu aūt salutis tuæ inimicum præsentiscens, datis tibi virtutibus & ecclesiæ sacramētis contra eum te muni, & vt Deo viuas, mundi, carnis, & diaboli operibus mortuum te finge.

De Vulpe & eius natura. Cap. V.

I Vlpes dicta est quasi volupes. Est.n. volubilis pedibus, & nunq̄ recto itinere, sed tortuosis anfractibus currit. Est autē animal fraudulentum, & ingeniosum. Cum.n. esurit, & non inuenit quod manducet, inuoluit se in rubra terra, vt appareat quasi cruentata, & proijcit se in terram, retinetq; flatum suum, ita vt non spiret, aues vero videntes eam non flantem, & quasi cruentatam, & linguam ore eius eiectam, putāt eam esse mortuam, & descendunt sessum super eam. Illa autem sic rapit eas, & deuorat. Istius autem figuram diabolus possidet. Omnibus enim viuentibus secundum carnem fingit se esse mortuum, quousq; intra guttur suum eos habeat, & puniat. Spiritualibus tamen viris in fide viuentibus, quæ dilectionem operatur, vere mortuus est, & ad nihilum redactus. Qui aūt volunt exercere opera eius, moriuntur, dicente

Rom. 8. Apostolo. Scientes hoc quia si secundum carnē vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, & David. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium

Psal. 62. erunt. Et Dominus de Herode. Itē, Et dicite vulpi il-

Matt. 15. li, & in Canticis canticorum. Capite nobis vulpes

Cant. 2. paruulas exterminantes vineas.

De Monocerote siue vnicorni animali. Caput. VI.

K Est animal quod dicitur Monoceros. Monoceros autem græce, vnicornis dicitur latine, eo quod vnum cornu habet in medio capite. Physiologus dicit hanc vnicornem habere naturā quod sit pusillum animal, & hœdo simile, acerrimumque habet in capite cornu vnum, ipsumque nullus venator vi aut pueritie aut capere potest, sed hoc dictaxat commento ac dolo capiunt illud. Puellam virginem quē speciosam ducunt in locum illum vbi moratur, & dimittunt eam solam, cum autem ipsa viderit illud, aperit sinum suum, quo viso, omni ferocitate deposita, caput suum in gremium eius deponit, & sic dormiens dephenditur ab insidiatoribus, & exhibetur in palatium regis. Sic & Dominus Iesus Christus spiritualis vnicornis descendens in vterum virginis per carnem ex ea sumptam captus a Iudæis, morte crucis damnatus est, de quo David.

Psal. 28. Et dilectus quemadmodum filius vnicornium. Et alibi. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum Et

Psal 91. Zacharias: Suscitauit cornu salutis nostræ, in domo

Luce. 1. a David pueri sui. Quia vero habet hoc animal vnum cornu in capite, significat hoc quod Saluator ait

1. Cor 11 Ego & pater vnū sumus. C. put enim Christi Deus est. Quia acerrimum dicitur, significat quod neque principatus, neque potestates, neque throni, neque dominationes intelligere Deum valent sicut est.

Matt. 11. Quia autem dicitur pusillum, propter incarnationē eius, & humilitatem dicitur, dicente ipso: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Qui intantum acerrimus est, ut subtilissimus diabolus intelligere & inuestigare incarnationis eius mysterium non ualuerit, sed sola uoluntate patris descendit in uterum uirginis, & uerbum caro factum est, & habitauit in

Ioan. 1. nobis. Hœdo autem similis est unicornis, quia Saluator secundum Apostolum factus est in similitudinē carnis peccati vt de peccato damnaret peccatum.

De Hydro, & hydra. Caput. VII.



L Est animal in Nilo flumine, quod dicitur Hydrus, aquaticus serpens, idest in aqua viuens. Græci enim hydor aquam vocant. Inde hydrus aquaticus serpens, cuius ictu obturgescūt, quem morbum † boam dicunt, eo quòd fimo bouis curetur. Secundum poetas Hydra est draco multorum capitum, qualis fuit in Lerna palude prouinciæ Arcadiæ, quem cum Hercules occidere vellet, vno capite caeso, tria capita exurgebant. Sed hoc fabulosum est. Nam constat, quòd Hydra dicta multorum capitum, est locus euomēs aquas vastantes vicinam ciuitatem, in quo vno meatu clauso multi erumpebant, quod Hercules videns loca ipse igne exussit, & meatus clausit. At hic Hydrus prælatus inimicus est Crocodilo, & hanc habet naturam & consuetudinem, vt cum venerit & viderit Crocodilum in littore dormientem, vadit & inuoluit se luto, quo possit facilius illabi in fauces crocodili. Crocodilus igitur subito eum viuum transglutit, ille vero dilanians omnia viscera eius, non solum viuus, sed etiam illæsus exit. Sic igitur mors & infernus figuram habent crocodili, quorum inimicus est Dominus noster Iesus Christus. Nam assumens humanam carnem, descendit ad infernum, & dirumpens omnia viscera eius, eduxit eos qui iniuste ab eo detinebantur in morte. Mortificauit enim ipsam mortem resurgens a mor-

† Fiboam

M Hydra.

Hydrus.

Osee. 13. a mortuis, & illi insultat per prophetam dicens: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, quia & Mat. 17. corpora multorum sanctorum cum Christo eo tempore resurrexere.

De Crocodili natura. Caput. VIII.

N Crocodilus a colore croceo dicitur, & nascitur in Nilo flumine, quadrupes animal, terra & aqua viuens, longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium & vnguium immanitate armatum, cuius cutis tantę duritiæ est, vt quamuis percutiatur in tergo lapidum ictibus, nihil læditur. Nocte in aquis, die in humo quiescit, qui si aliquando inueniat hominem comedit eum si vincere potest & postea eum semper plorat. Solus autem præ omnibus animalibus superiora oris mouet, inferiora vero immota tenet. Stercus eius fit vnguentum; vnde vetulæ & rugosæ mulieres facies suas perungunt, fiuntque pulchræ donec sudor defluens faciem lauet. Cuius figuram portant hypocritæ siue luxuriosi atque auari, quia quamuis vento superbię inflentur, tabe luxuriæ macilentur, auaritiæ morbo obfuscentur, tamen singuli ac velut sanctissimi in sanctificationibus legis coram omnibus incedere hominibus sese ostendunt. Nocte in aquis, die humi quiescit, quia quamuis hypocritæ luxuriose viuant, tamen sancte & iuste viuere dici delectantur. Conscij suæ malitiæ corde plangunt, licet vitiis semper retrahantur & consuetudine ad perpetrata. Superiora oris eius mouet, quia hi sanctorum patrum vitæ exempla, verborumque doctrinam alijs in verbo ostendunt, tamen ne minimum quidem eorum, quæ dicunt, in se ostendunt. De stercore eius fit vnguentum, quia plerumque mali de perpetrato malo ab imperitis laudantur, ac ab huius mundi fauoribus extolluntur. Sed cum districtus iudex perpetratis malis iram suam ad feriendum promouet, tunc omnis ille decor laudis velut fumus euanescit.

De Castoris natura. Cap. IX.

O Est animal quod dicitur Castor vel Fiber, nimis acri ingenio, & nimis mansuetum animal, cuius testiculi in medicina proficiunt ad diuersas valetudines, morbosque varios curandos. Physiologus naturam eius exprimens refert, quòd cum inuestigatus fuerit, & insecutus, ac acerrime timens capi a venatoribus, respicit ad eos, morsuque suos testiculos abscindit, & ante eos proijcit fugiens, venatorque veniens colligit illos, & vltra non sequitur eum, sed reuertitur. Si autem euenerit vt alter venator eum inueniat, cum viderit se non posse euadere, erigit se, demonstrans venatori sua virilia euulsa, Venator vero hoc videns discedit ab eo. Sic & ille, qui secundum mandatum Dei vult viuere caste abscindit a se omnia vitia, & omnes impudicos actus abijcit in faciem diaboli. Tunc diabolus videns eum sine testiculis vitiorum, confusus discedit ab eo. Sic sine dubio omnes, qui volunt caste viuere, oportet vt resecent omnia vitia cordis & corporis a se, & proijciant in faciem diaboli, & viuant in Christo. Nihil ergo commune habeat homo Dei cum diabolo, vt tutus dicere coram Domino valeat: Venit princeps mundi huius, & in Ioan. 14. me nō habet quicquam. Vnde dicit Apostolus, Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem. In primis Rom. 13. reddamus diabolo quę sunt eius renūciantes illi, & omnibus operibus eius, & tunc demum ex toto corde conuersi ad Deum, reddamus illi tanquàm patri nostro honorem, & cum eius adiutorio dissentimus a nobis vectigal & tributum diaboli, multiplicamur fructus spiritales, & charitatem in operibus bonis, in eleemosynis, in visitationibus infirmorum, in consolatione pauperum, in laudibus Dei, & orationibus assiduis. Castores a castrando dicti, sunt etiam fibri, qui & pontici canes vocantur.

De Hyena, de qua vulgati sunt versiculi. Caput. X.

Hūc vocat ex causa noctem per nomen Hyenæ:
Attitumque rapit, & sæuo vulnere carpit.

P Hyena est animal, quod dicitur in sepulcris mortuorum habitans, eorumque corpora deuorans, cuius natura est, vt aliquando masculus sit, aliquando fœmina, & ideo est immundum animal. Refert etiam Iulius Solinus, quòd circuit domos per noctem, & quędam verba exprimit, vt suspicetur esse homo ab ijs, qui in domo sunt, eo quòd loquitur vt homo, qui foras egressi subito ab ea deuorantur. Huic beluæ assimilantur filij Israel, qui ab initio Deo viuo seruierunt, postea diuitijs & luxuriæ dediti, idola coluerunt, propter hoc propheta Synagogam immundo animali comparauit, dicēs. Hier. 12. Facta est mihi hæreditas mea † quasi spelunca Hyenæ. Quicunque igitur in ter nos luxuriæ & auaritiæ inseruiunt, huic bestiæ comparantur, cum nec viri nec fœminę sint, id est nec plene fideles nec perfidi, sed sunt sine dubio, de quibus ait Iacobus apostolus: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis, de quibus & Dominus: Non potestis Deo seruire & mammonæ. Hæc belua lapidem habet in oculis nomine Hyenium, quem si quis sub lingua sua tenuerit, futura prædicere posse creditur. Verum tamen Iulius Solinus refert de hoc lapide, quòd in ventriculis pullorum Hyene inuenitur, & si cuius lingua eo tacta fuerit, diuinare dicitur.

† *Quasi Leo in sylua: in sta vn gazam trans.* Iaco. 1. Matth. 6.

De Onagro. Caput. XI.

Q Est animal quod dicitur Onager idest asinus syluester seu indomitus, & in deserto vagans: ὄνος enim idest onos dicitur asinus & asina & ἄγριος agrios agrestia, immitia, ferox, Singuli autem fœminarum gregibus prę sunt. Nascētibus masculis masculi zelant, & eorum testiculos morsibus detruncant, quod cauentes matres eos in secretis occultant. Physiologus dicit de Onagro quòd vndecimo

cimo die mensis Famochl, id est Martij duodecies in nocte rugit. Similiter & in die, & ex hoc cognoscitur quòd æquinoctium est, & numerum horarum diei vel noctis a rugitibus onagri semel rugientis per singulas cognoscunt horas. Figuram huius diabolus habet, qui cum scierit noctem & diem coæquari, id est cum viderit populum, qui ambulabat in tenebris, conuerti ad Dominum, & coæquari fidei iustorum, sicut coæquatur nox cum die, illico rugit nocte ac die per singulas horas, quærens escam suam. Neque enim rugit Onager nisi quando quærit escam sibi sicut dicit Iob. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? Similiter & Apostolus:
1.Pet. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiēs circuit quærēs quē deuoret Africa habet hos magnos.

De Simijs. Caput. XII.

R Simiæ latine vocantur eo quòd in eis similitudo rationis humanæ sentitur. Hæ elementorum sagaces, in ooua luna exultāt, in media tristantur. Harum genera sunt quinque, ex quibus cercopitheci caudas habēt. Cercopithecus enim Simia caudata est, quam quoidam Duram vocant. Sphinges sunt villosæ, & dociles ad feritatis obliuionem. Cynocephali & ipsi sunt similes Simijs, longamque caudam habentes, & faciem ad modum canis, vnde & sic nuncupantur. Satyri facie admodum grata, & gesticulatis motibus inquieti. Gallitriches toto penè aspectu distant a cæteris sunt enim facie acuta, longa barba, & lata cauda. Natura Simiæ talis est, vt cum peperit geminos catulos, vnum diligat, & alterum odiat. Quòd si aliquando euenerit vt a venatoribus quæratur, ante se amplectitur quem diligit, & alterum quem odit collo portat. Sed cum lapsa fuerit bipes eundo, proijcit nolens quem diligit, seruatque oolens quem odio habet. Cuius figuram diabolus habet, qui caput habet, caudam vero non habet, & licet totus turpis sit, tamen posteriora eius impensè turpia & horribilia sunt. Diabolus enim initium habuit cum angelis in cœlis, sed quia hypocrita fuit & dolosus intrinsecus, perdidit caudam, quia totus in fine peribit, sicut dicit Apostolus: Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Simia vel simius secūdum alios græcum nomen est. Nam σίμος, idest simus dicitur, eo quòd pressis naribus sit bestia turpis & fœda rugis, licet etiam capellarū sit habere pressum nasum, de qua Ennius antiquus Poeta.

2.Thess.2.

Simia quàm similis turpissima bestia nobis.

De Capri natura. Cap. XIII.

S Est animal quod dicitur Caper, eo quòd capiet aspera. Nonnulli a crepitu crurum vocant, volumque eas capreas vocitatas, quæ sunt agrestes capræ. Has Græci eo quòd acute vident, dorcades appellauerunt. De quibus Physiologus dicit, quòd amant montes altos, & pascuntur in conuallibus montium. Est enim valde prouidum animal, prævidens omnia a longe nimis bene, ita vt si in aliqua regione homines viderit ambulantes, mox intercognoscit vtrum sint venatores necne. Sic & Dominus noster Iesus Christus amat excelsos montes hoc est prophetas, & patriarchas, & Apostolos, ac que sanctos, Et vt in Canticis canticorum dicitur. Ecce fratruelis meus venit sicut caprea saliens in montibus. Cantic. 2.
Hic est Dominus noster Iesus Christus, qui pascitur in ecclesia p opera pietatis, quę faciūt fideles, vt in euangelio suo dicit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, & reliqua quæ ibidem enumerantur laudabilia. Conuallia vero montium ecclesiam per diuersa loca figurant, vt in Canticis canticorum. Conuertere fratruelis meus, & similis esto capreę, hinnuloque ceruorum supra montes conuallium. Caprea igitur acutissimam habens aciem oculorum, aspiciensque a longe venatorum insidias significat Dominum nostrum Iesum Christum, quoniam vt scriptura dicit, Deus scientiarum Dominus est. Et alibi. Excelsus Dñs, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Et sicut prudētissimus creaturā, quam creauit ad honorem sui nominis, prospicit, videt, & regit antequàm incidamus in laqueum diaboli nos interius preuidendo contegit, sed ne telis cogitationum premamur, innuit & suadet nobis alta montium petere, & sensus diuinorum eloquiorum discutere, vt ibi quasi in speculo consideremus quid placeat, quid displiceat ipsis nobis conditori nostro. Ni sicut caprea venatorem preuidet, ita Dñs noster Iesus Christus longe ante prospiciens Iudam proditorem, sic aiebat, vnus ex vobis me traditurus est. Et manifestius, Iuda osculo tradis filiū hominis?

Matt. 25.
Cant. 2.
1.Reg. 2.
Psal. 137.
Mat. 26.
Luc. 22.

De Ceruorum natura. Cap. XIIII.

T Cerui dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, idest a cornibus, dicunturque nongentos annos viuere, atque cum infirmitate vel senectute deficere se sentiunt, spiritu narium serpentes de cauernis extrahunt, & superata eorum pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Sagittas infixas pastu dictami excutiunt. Mirantur autem sibilū fistularum. Erectis auribus acute audiunt, summissis nihil: si quando immensa flumina vel maria transnatāt, clunibus præcedentium, capita superponūt, sibi inuicem succedentes, nullum ponderis laborem sentiūt. Lachrymę eorum collectæ, & ossa in eorum corde inuenta, apta sunt potui, cordis pulsu laborantibus. Ceruus quoque significat Dominum nostrum Iesum Christum, qui diabolum humani generis inimicum, quasi spelunca latentē in omni natione, spiritu diuinæ sapientiæ abstrahens, virtutis pede caput eius contriuit, pabuloque veneni morus quam sponte subijt, nostram naturam peccaminū senectute prægrauatā renouauit. Ad ipsum enim Psalmographus dicit. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Montes, Apostolos & prophetas dicit, Ceruos vero fideles homines, oculos in montes, idest preces ad Apostolos, ex quibus veniet nobis auxilium, leuātes. Item duo sunt genera ceruorum. Vnum, quod vt inuenerit serpentem in cauerna ubi latitat, flatum immittit, vt exeat, & egredientis collum percutiens hinc & inde, occidit serpentem, & deuorat postea autem pro

V
Psal. 120.
X

pter tumorem currens ad aquas purissimas, venenū euomit, sed propter hunc tumorem pilos mutat, & cornua abijcit. Ceruus figuram pœnitentium habet, qui pœnitentes constringuntur intrinsecus cōsciētia peccatorum, & vadunt ad fontes ad doctrinam scripturarum, forasque proijciuntur, quia segregant se per pœnitentiam a corpore & sanguine Christi vsque dum recipiantur per reconciliationē sacerdotis. Aliud est genus ceruorum, quod si inuenerit serpētem, occidit eum, & post victoriam petit montem, vbi pabulum inueniat. Sic & vnusquisque sanctus vbi sentit diabolum in se vel in alios venena malæ persuasionis infundentem, cum virtute Domini eū interficere, & a se proijcere studeat, & veniat ad mōtem Christum, vbi animæ pabulum quærat, & inueniat.

De Ibice. Caput. XV.

Y Est animal, quod dicitur Ibex, duo cornua habens, quorum tanta vis est, vt si ab alto montis dimissum fuerit ad ima, totum corpus sustentetur illæsum his cornibus. Significat autem eruditos homines, qui duorum testamentorum consonantia quicquid aduersi eis acciderit, quasi quodam salubri temperamento temperare solent, & velut duobus cornibus fulti, bona, quæ perpetrant, veteris ac euangelicæ lectionis attestatione sustentant.

De Stellione, & Salamandra. Caput. XVI.

Z Est reptile quoddam, quod ab alijs putatur Salamandra, ab alijs stellio. Hoc simile est Lacertulę pusillæ colore vario, de quo Salomon dicit: Stellio manibus ni- *Prou. 30.* titur, & moratur in domibus regum. Physiologus dicit de eo, quòd si casu vbecunque inciderit in caminum vel fornacem ignis, aut in quodcunque incendium statim extinguitur ignis. Ita sunt iusti admirabiles omnibus hominibus, sicut fuerunt in camino ignis ardentis Ananias, Azarias, Misael, & nō tetigit eos omnino ignis. Iustos autem intactos & incontaminatos exire posse de camino ignis euidenter declarat, & Paulus Apostolus dicens: Tribulatio *1. Cor 4.* nē patimur, sed nō angustiamur. Deijcimur, sed nō perimus. Item obstruxerunt ora Leonum. Ita & omnis quicunque ex tota fide sua crediderit in Deum, & in operibus bonis perseuerauerit, transit gehennā ignis, & non tangit eum flamma, de qua scriptum *Esa. 43* est in Esaia propheta: Si transieris per ignem, flam- *Salamandra.* ma non te comburet. Item de eodem. Salamandra dicta est eo quòd contra incendia valeat, cuius inter omnia venenata vis maxima est. Cætera enim singulos feriunt, hæc plurimos pariter interimit. Nam si arbori irrepserit, omnia poma eius veneno inficit, & eos qui ex eadē poma comederint, occidit. Quę etiā si in puteum ceciderit, vis veneni ex eo potantes interficit. Ista contra incendia repugnans, sola animalium ignes extinguit. Viuit enim in medijs flammis sine dolore & consumptione, & non solum nō vritur, sed etiam extinguit incendium.

¶ *De canibus, & eorum naturis. Cap. XVII.*

Canum sunt plura genera. Alij enim ad capiendum feras syluarum inuestigant, alij volucres, alij ab infestationibus luporum greges ouium cum pastoribus custodiunt, alij custodes domuū substantiam dominorum suorum vigilando custodiunt, ne furto rapiantur in nocte. Viuere quoque non posse dicuntur sine homine, quapropter tutantum feruntur diligere Dominos suos, vt regem quēdam captum ab inimicis, ac in custodia detentum, eius canes agmine facto per medias acies inimicorum ab exilio reduxerint: occisoque homine, dum eius amici in quem impingeretur hoc facinus ignorarent, in medio populi interfectorem eiusdem, & auctorem mortis canis patefacit. Lingua canis dum lingit vulnus, curat. Victus admodum dicitur esse modici. Catulus denique ligatus vulneratorum solet esse salus intestinorum. Natura eius est, vt ad vomitum suum reuertatur, iterumque comedat: cumque fluuium transuadauerit carnem in ore vel aliquid tale tenens, cum viderit vmbram, os aperit, atque dum sperat aliam veram carnem habere, ipsam quam tenet, perdit. Cuius figuram in rebus quibusdam prædicatores habent, qui semper admonendo atque exequendo quæ recta sunt, insidias diaboli propellunt, ne thesaurum Dei, id est Christianorum animas rapiendo ipse auferat. Lingua canis dum lin- *Lingua canis.* git vulnus, sanat: quia peccatorum in confessione emundātur vulnera, sacerdoti facta confessione. Intestina quoque hominis curat catulus applicatus, quia secreta cordis sæpe mundantur in opere vel sermone doctoris. Modico admodum victu canis esse dicitur, quia qui præest alijs, sapientiæque studijs inuigilat, crapulam omnimodo vitare debet. Nam ex saturitate panis Sodoma perijt. Nullo denique aditu tam cito inimicus possidet Christianum, quàm voraci gula. Quòd canis ad vomitum redit, significat post peractam confessionem quosdam incaute ad eadem perpetranda facinora redire. Quòd carnem in flumine per concupitam vmbram relinquit, significat homines propter ambitionem ignotæ rei, id quoque, quod proprij est iuris, relinquere, vnde fit vt dum non valent adipisci id, quod cupiunt, perdere frustra nolunt quod reliquerunt.

¶ *De Mustela, & aspide. Cap. XVIII.*

De mustela præcipit lex non manducare B eam, eo quòd immundum animal est. *Leuiti. 11* Mustela dicitur quasi mus longus. Nā telos græce longus dicitur. Hæc ingenio subdola, in domo vbi habitat, cū catulos genuerit, de loco ad locum transfert, mutataque sede locat. Serpentes etiam, ac mures persequitur. Duo autem sunt genera mustelarum. Alterum enim syluestre est, distans magnitudine. Has Græci ictidas vocant. Alterum in domibus oberrans. Quidam dicunt eas aure concipere, & ore parere. E contrario dicunt quidam ore semen concipere, &

re,& per aurem parere. Dicuntur autem peritæ esse medicinæ, ita vt si fortè occisi fuerint earum fœtus, si eos inuenire potuerint, rediuiuos faciant. Sic nonnulli fidelium libenter quidem accipiunt diuini verbi semen, sed inobedientes effectu prætermittunt, & dissimulant quæ audierunt. Isti tales non solum mustelæ comparantur, sed etiam aspidi surdæ & obturanti aures suas, vt non audiat vocem incantantis.

C Aspis. Physiologus dicit, quòd aspis hanc habet naturam, vt si quando venerit aliquis homo ad spelúcam, vbi habitat aspis, & incantarit eam omnibus carminibus vt exeat de cauernis suis, illa ne audiat vocem incantantis, ponit caput suum ad terram, & vnam aurem premit in terram, alteram vero cauda sua obturat. Tales sunt istius mundi homines diuites, qui vnam aurem deprimunt in terrenis suis desiderijs, alij vero posterioribus peccatis suis peccata noua semper addentes, obdurant corda, & ita fit vt non audiant vocem incantantis, id est prædicantis verbũ Dei. Isidorus. Falsò opinantur qui dicunt mustelam ore concipere, aure effundere partum.

¶ *De lapidibus igniferis.* Cap. XIX.

D Sunt lapides igniferi in quodam monte Orientis, quos Græci vocant chirobolos idest manipulos. Dicunturque masculus, & fœmina. In istis quando ab inuicem separantur ignis non accenditur. Cum autem adinuicem casu aliquo appropinquauerint, statim in eis tantus ignis accenditur, ita vt omnia ardeant quæ circa illos sunt. Vnde & vos homines Dei, qui vitam geritis monasticam, separate vos longe a mulieribus, quoniam si illis appropinquaueritis, statim noxius ignis accendetur in vobis, & consumetur omne bonum quod Christus Dominus vobis cõtulit. Sunt enim Angeli Sathanę, qui semper impugnant viros sanctos, sed & fœminas castas. Memores enim esse debetis bellorũ, quæ peregerunt sancti viri, sicut Samson & Ioseph. Ambo siquidem tentati sunt per mulieres, sed alter vicit, alter victus est. Eua quoque & Susanna tentatæ sunt, altera victa est, altera vicit. Ideo nolite securi esse, nec confidere in solita castitate, sed munite corda præceptis diuinis, vt vos non deterreat fallax amor mulierum, quarum peccatum ab initio idest ab Adam vsque nunc in filios inobedientiæ debacchatur, nec vos incendant opera dæmoniorum.

¶ *De luporum natura.* Cap. XX.

E Lupus græce λύκος lycos dicitur, & λύκη lux matutina, quæ est apta rapacibus, & sic a rapacitate dicitur. Vnde & meretrices lupas vocitamus, quia amatorũ bona deuastant. Alij autem lupos vocatos aiunt quasi sint leopedes, quòd vt Leoni ita sit illis virtus in pedibus. Vnde & quicquid pede presserint non viuit. Rapax est bestia, & cruoris appetens. De quo rustici aiunt vocem hoĩem perdere, si eum lupus prior viderit. Vnde & subito tacenti dicitur. Lupus est in fabula. Certe si se præuisum senserit, deponit ferocitatis audaciã. Lupi toto anno nõ amplius q̃ duodecim dies coeunt. Lupus in armis seu humeris vires habet, vel in ore, in renibus autẽ minime. Physiologus hęc animalia mortifera describit. Collum nunq̃ valet retro inflectere. Aliqñ ꝑda fertur viuere, aliquando terra, nonnunq̃ vento. Lupa deniq; in nullo mense nisi in Maio qn̄ fiũt tonitrus, catulos suos gignit, cuius astutia tanta est, vt in vicino loco suis catulis ꝑdam non rapiat, sed in longinquo. Quòd si opus fuerit vt noctu ꝑdam quærat, tanq̃ canis mãsuetus pedetim ad ouile ouium pergit, & ne fœtorem sui flatus fortuitu canes sentiant, & excitent pastores, contra ventũ pergit, & si aliqñ ramus uel tale aliquid sub eius pede frangẽdo sonuerit, ipsum pedem morsu aspero castigat. Oculi eius in nocte lucent uelut lucerna. Cuius natura talis est, vt perdat homo vires clamandi, si prius hominẽ viderit, q̃ videatur ab eo, vt aũt Iulius Solinus refert, qui plura de naturis bestiarũ dicit, amatoriũ villum ac pilum in caudæ summitate portat, quem ipse dentibus euellit, si forte capi timuerit. Eius figurã diabolus portat, qui semper humano generi inuidet, ac circuit ecclesias fidelium vt mactet & perdat animas eorum. Quòd vero generatur tonitruo primo mensis Maij, significat diabolum in primo superbiæ motu ruisse de cęlo. Quòd autem in anterioribus membris vires habet, & non in posterioribus, eundem diabolum significat prius in cęlo angelum lucis fuisse, nunc vero deorsum apostatam factum esse, & primo ingressu potentem, sed si restiteris a te fugiturum. Oculi eius nocte lucent, quia quędam diaboli opera cæcis, & fatuis viris videntur esse pulchra, atq; salubria. Cum catulos nutrit, non nisi in longinquo ꝑdam capit, quia eos diabolus bonis temporalibus fouet, de quibus certus est, q in gehẽnalibus claustris pœnas sint perpessuri æternas. Illos autẽ omnino insequitur, qui bonis operibus ab eo elongantur, sicut de bono Iob legitur, cui omnem substantiam eius abstulit, necnon filios & filias percussit, vt a Domino recederet cor eius. Quòd nunq̃ capite retrorsum sine toto corpore vertitur, diabolũ demonstrat ad pœnitudinis correctionem nunq̃ flecti. Quid vero agendum est homini, cui lupus vires abstulit clamandi? Qui.n. non habet potestatem vociferationis, perdit auxilium longe stantis. Sed quid agendum? Deponat homo vestimentum suum, pedibus suis terram conculcando, sumens manibus duos lapillos, eosque concutiat. Quid postea? Lupus audaciam suæ virtutis perdens fugiet, homo uero tutus suo ingenio liber erit, sicut in principio. Spiritualiter autem hoc intelligendum est, atq; ad superiorem sensum allegoricè est ducẽdum. Quid enim per lupum nisi diabolum, quid per hominem nisi genus humanum, quid per uestimentum nisi peccatum, quid per lapides nisi Apostolos seu cæteros sanctos vel ipsum Dominum nostrum Iesum Christum significare poterimus? Omnes enim sancti alij a Prophetis adamantini & uiui lapides dicti sunt, Ipse etiam Dominus noster in lege uocatur offensionis lapis, & petra scãdali, de quo dicit Propheta: Virum uidi stãtem supra montem adamãtinum. Antequàm denique redempti essemus, sub potesta-

te inimici eramus, vocem quoque clamandi perdideramus, quoniam peccatis nostris exigentibus, a Deo non audiebamur, neque aliquem sanctorum in auxilium nobis interpellabamus. Postquàm vero clemens Deus gratificauit nos in filio suo, deposuimus in baptismo veterem hominem cum actibus suis, ac induimus nouum, qui (iuxta Apostolum) secundum Deum creatus est in iustitia. Deinde sum Ephe.4. psimus lapides alterutrum ferientes, quia sanctos Dei, qui iam in cœlis regnant, ipso nostri oris ferimus alloquio, vt & ipsi aures pulsent iudicis, ac veniam criminum impetrent nobis, ne nos quem ne scimus absorbeat Cerberus gaudēs nostro interitu.

¶ *De vipera natura. Cap. XXI.*

H PHysiologus dicit de vipera, quòd quando coitum facit, masculus infert os suum in os fœminę, & illa deglutiens semen, abscindit caput masculi, & masculus moritur statim. Intellige ergo quid faciat concubitus meretricius. Cum autem creuerint catuli in ventre, viperam perforant mordentes & sic exeunt mortua matre. Hoc exemplum directū est ad pharisæos huiusmodi rem perpetrātes: Proge Matth.3. nies viperarum quis ostendet vobis fugere a ventura ira? Viperæ enim cōparati sunt Pharisæi obscœnis operibus & desiderijs feruētes. Occiderūt enim I patrem suum Christum, & matrem ecclesiam persecuti sunt. Physiologus etiam dicit. Tria sunt genera viperarum nocentium, tresque eius naturæ. Primum, cum senuerit, impedimentum habet oculorum, vt nō videat: sed vide quid faciat. Ieiunat quinquaginta diebus atque noctibus, donec laxentur pellis eius, tuncque vadens quærit excisam & asperam petram, & transit per ipsam, sicque pelle illa spoliatur & iuuenescit. Angusta est porta, & arcta via, quæ Matt.7. ducit ad vitam. Secūdę viperę natura est, quòd quā do pergit ad bibendum, aut ad coeundum cum anguilla euomit prius venenum suum in spelunca sua vel fouea. Imitemur & nos huius solertiam, vt quan do veniemus aquam bibere, id est diuinos sermones in ecclesia Dei audire, non afferamus nobiscum pulnereas & maculosas secularium rerum concupiscentias, sed mundatis conscientijs nostris, per humilitatem & veram confessionem ingrediamur in templum Domini, orantes & psallentes in cordibus Domino. Tertiæ vero viperæ natura est talis; vt cum viderit hominem, nudum, timens fugiat eum. Si autem vestitum perspexerit, insilit in eum. Sic & nos spiritualiter intelligamus, quia quàndiu pater noster in paradiso erat nudus, non præualebat aduersus eum diabolus, serpens antiquus: Sed postquàm tunica est indutus, idest mortalitate corporis, tunc exilijt in eum serpens.

¶ *De Serra belua marina. Cap. XXII.*

K BElua est in mari, quæ dicitur Serra habens pennas immanes, quæ cum viderit nauem velificātem, eleuat alas suas, & currere contendit contra nauem triginta vel quadraginta stadijs. Cum vero deficit, ponit alas suas, & eas tandem ad se retrahens lassa subsistit, ipsam vero fluctus in profundum maris ad locum suum tunc temporis reportare consueuit. Mare autem huius seculi figuram habet. Naues ergo iustorum habēt exemplum, qui sine vllo periculo vel naufragio fidei transeunt per medias huius mundi procellas & tempestates, & mortiferas vincunt vndas, id est huius seculi contrarias potestates. Serra autem, quę vult velificare contra naues, figuram gerit eorum, qui initium habent in bonis operibus, postea non permanentes in eis sunt cupiditate victi, ebrietate, & luxuria, ac diuersis vitiorū generibus, quæ tanquàm fluctuantes vndæ maris mergunt eos vsque ad inferos.

¶ *De Panthera natura. Cap. XXIII.*

St animal, quod dicitur panthera, vario quidem colore, sed speciosum nimis, & mansuetum valde. Physiologus dicit, quòd inimicum est solis draconibus. L Cum ergo comederit & satiauerit se de vniuersis venationibus, reuertitur in speluncam suam, ponensque se dormit per triduum. Surgens autem a somnu, statim emittit rugitum per altum, simulque odorem nimiæ suauitatis cum rugitu, ita vt odor huius præcellat omnia aromata, & pigmenta. Cum ergo audierint vocem eius omnes bestiæ quæ longe vel prope sunt congregantes se, nimiam suauitatem eius sequuntur. Solus autem draco cùm audierit uocem eius, timore perterritus abscondit se sub terrenis speluncis. Ibi autem non ferens uim odoris eius, in semetipso contractus obstupescit, & torpescit, & manet immobilis exanimisque uelut mortuus, cętera autem animalia sequuntur eum quocunque iadit. Sic & Dñs noster Iesus Christus uerus panther omne genus humanum, quod a diabolo captum fuerat, & morti erat obnoxium, per incarnationem suam ad se trahens eripuit, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus. Panthera enim omnis fera, quasi om M ne animal odore capiens interpretatur. Sic & Deus (ut diximus) uidens omne genus humanum dæmonibus captum, idolisque mancipatum, omneque simul prædam diaboli factum, descendit de cœlo cum nimio incarnationis suæ odorè, & eripuit nos, sequimurque Dominum & agnum quoquo ierit, impleturque prophetia. Factus sum inquit Ose.5. huic † panthera Ephraim, & sicut † leo domui Iuda. († tinea. † putredo.) Ac per hoc significabatur iam tunc, quia Ephraim idolis seruiebat, quòd uocatio Gentium, & plebis Iudęorum debuerat per aduentum Christi impleri. Et quia panthera uarium est animal, significat Christum, qui est incomprehensibilis sapientia, totus simplex, bonus, clemens, firmus, & stabilis, & diuersa sapientia fulgens. Et etiam quia speciosum est animal panthera. Sic enim est Christus, veluti Dauid dicit in spiritu: Speciosus forma prę filijs hominū. Psal.44.

Item quia mansuetum est animal. Sicut dicit Esaias Matt. 21. Zach. 9. Esa. 62. de Christo. Gaude & lætare filia Sion, quia rex tuus venit tibi mansuetus saluans. Etiam quia sicut panthera cum satiata fuerit, statim quiescit & dormit, ita & Dominus noster Iesus Christus postquã satiatus est iudaicis illusionibus, & flagellis, alapis, iniurijs, contumelijs, spinis, sputaminibus, ad vltimum in cruce suspensus, clauis affixus, felle & aceto potatus, lancea perforatus, his inquam violentijs Iudæorum satiatus Christus dormiuit & quieuit in sepulchro, descendensque in infernum, religauit illic dra-
N conem magnum, generis humani maximum inimicum, antiquum videlicet serpentem. Quòd autem tertia die istud animal post satietatem & somnum surgit, & rugitum magnum emittit, & fragrat odor suauitatis ex ore eius, significat quòd Dominus noster Iesus Christus tertia die surgens a mortuis, impleuit Psal. 77. prophetiam de eo Dauid dicentis. Excitatus est tanq̃ dormiẽs Dominus tanq̃ potens crapulatus a vino. Statim exclamauit, ita vt in omnem terram exaudiretur vox eius, & in fines orbis terræ verba eius, dicendo: Gaudete iam, & confidite, & nolite Ioan. 16. timere, Ego vici mundum. Et iterum. Pater quos Ioan. 20. dedisti mihi, custodiui. Vado ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Iterum veniam ad vos, & non dimittam vos orpha- Ioan. 14. nos. Item in fine euangelij sic dicebat. Ecce ego vo- Matt. 28. biscum. sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et quid suauius aut dulcius esse potest odore Domini nostri Iesu Christi? ita enim suauis est, vt omnes qui prope per fidem & per opera sunt, & qui adhuc fragilitate grauati longe sunt, audiant vocem eius. Repleti enim & recreati suauissimo odore mãdatorum eius, requirimus eum, semper sequentes eum, clamando cum Propheta. Psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super Canti. 1. mel ori meo. Et cum Sapiente in Canticis Canticorum. In odore vnguentorum tuorum currimus. Et paulo post. Introduxit me rex in cubiculum suum, exultabimus, & lætabimur cum eo. Oportet itaque nos quãto citius detur, sicut adolescentulas in Christo renatas animas, & per baptismum ad nouitatem vitæ venientes, post vnguenta mandatorum Christi currere, & de terrenis ad cœlestia transmigrare, vt nos introducat rex in palatium suum, Hierusalẽ, ciuitatem Domini virtutum, & montem sanctorum Psal. 86. omnium. Ibique exultantes dicamus: Gloriosa dicta Psal. 47. sunt de te ciuitas Dei. Sicut audiuimus, sic & vidimus in ciuitate Domini virtutum.

O Aliter de Pãthera. ¶ Panthera est bestia minutis orbiculis superpicta, ita vt oculatis ex fuluo circulis nigra vel alba distinguatur varietate. Hæc semel omnino parturit, cuius causę ratio manifesta est. Nam cum in vtero matris cõcreti catuli maturis viribus ad nascendum peruenerint oneratam matrem tanquàm partui obstantẽ, vnguibus lacerant, & effundit illa partum, seu potius dimittit, dolore cogente. Ita corruptis matris finibus & loculis, genitale postea semen infusum, non hæret acceptum, sed irritum resilit foras. Vnde Plinius dicit animalia acutis vnguibus frequẽter parere non posse. Viciantur enim intrinsecus se
P mouentibus catulis. Isidorus autem sic: Panther dictus est, siue quòd omnium animalium sit amicus, excepto dracone, quem valde odit, siue eo quòd et sui generis societate gaudet, quòd ad eandem similitudinem quicquid accipit reddit. Pan græce, omne dicitur latine, & ther fera. Item Isidorus de aromati- Q bus. Aromata inquit sunt quęcunq; fragrantis odo- Aromata ris, quæ India vel Arabia mittit, siue alia quæuis regio. Nomen autem aromata traxisse videntur siue quòd aris imposita diuinis inuocationibus apta videantur, siue quòd sese aeri inferere ac miscere probentur. Nam quid est odor nisi aer naribus attractus postquàm ab re odorifera fuerit imbutus?

¶ *De dracone animantium maximo.*
Cap. XXIIII.

DRaco maximus est omnium serpentium R siue omnium animantium super terram. Hunc Græci draconta vocant, latine vero, Δράκων. draconem, qui sępe a speluncis abstractus fertur in aera, concitatusque per eum lucet aer. Est autem cristatus, ore paruo, & apertis fistulis, per quas trahit spiritum, linguamque exserit. Vim autẽ non in dentibus, sed in cauda habet, & verbere potius quàm morsu rictuve nocet. Innoxius est enim a venenis, sed ideo huic ad mortem faciendam non est venenum necessarium, quia si quem ligauerit, occidit. A quo & elephas tuta sui corporis magnitudine, interimitur. Nam circa semitas delitescens, per quas elephãtes solito gradiuntur itinere, crura eorum caudæ nodis illigat, ac suffocando perimit. Sunt au- I tem in Æthiopia & in India, vbi ex ipso solis incendio est iugis æstus quasi æstas. Huic draconi assimi- S latur diabolus, qui est immanissimus serpens, Sæpe in aerem a spelunca sua concitatur, & lucet per eum aer, quia diabolus ab initio se erigens transfigurat se in angelum lucis, & decipit stultos spe falsæ gloriæ, læuitęque humanæ. Cristatus esse dicitur, quia ipse est rex superbiæ. Venenum non in dentibus, sed in lingua habet, quia suis † viribus perditis, mẽ- † iuribus. dacio decipit, quos ad se trahit. Circa semitas, per quas elephantes gradiuntur, delitescit, quia diabolus semper magnificos viros insequitur. Crura eorum caudæ nodis illigat, & si potest illaqueat, quia iter eorum ad cœlum nodis peccatorum illaqueat, ac suffocando perimit, quia quisquis vinculo criminum irretitus moritur, sine dubio in infernum damnatur.

¶ *De Elephantis natura. Cap. XXV.*

EST animal elephas nomine, Physiolo- T gus dicit de eo, quòd magnum intellectum habet in se, concupiscentiam carnis minime in se habere dicitur. Tempore quo voluerit pullos procreare, vadit in orientem cum fœmina sua vsque in locũ proximum paradiso. Est autem ibidem herba mandragora nomine de cuius fructu fœmina prior degustat, & tunc masculum illum deducit vt persuasus manducet. Postquàm vero manducauerint ambo, coeunt sibi inuicẽ, statimque fœmina concipit.

Cum

Cum autẽ venerit tempus pariẽdi, pergit ad lacũ magnũ, & ingreditur vsq; ad ubera, & ibidẽ parturit su per aquã, & hoc propter draconẽ facit, quia insidiatur pullis eius, & illi ipsi. Masculus autem non recedit à fœmina, sed custodit eam super stagnum aquarum parientem, ad arcendum draconem vt dixi inimicum. Isti autem duo elephantes masculus & fœmina figuram habent Adam & Euæ, qui erant in paradiso Dei ante præuaricationem gloria circundati, nescientes vllum malum, non concupiscentiæ desiderium, non commixtionis coitum. Cum vero de interdicta arbore gustauit mulier, dedit viro suo qui manducans seductus est. Tunc præcipitati sunt de paradiso in hunc mundum quasi in stagnum aquarum multarum. Quòd enim aliquando aqua, præsens seculum significet propter diuersas perturbatio
Psal. 68. nes & voluptates, Dauid insinuat cum dicit: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad
Psal. 39. animam meam. Et alibi. Expectans expectaui Dominum, & respexit me, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Cũ ergo profecti sunt in hunc miseriæ lacũ, cognouit Adã vxorem suam Euam, & genuit Cain in luto fæcis. Ideoque pius & misericors Dominus noster Iesus Christus descendens de sinu
Ibidem. patris, assumpsit carnem nostram, & eduxit nos de lacu miseriæ, & de luto fæcis, statuensque supra petram pedes nostros, immisit in os nostrũ canticum
Matt. 6. nouum, dicens. Ita orabitis: Pater noster qui es in cælis &c. Hunc hymnum docuit nos ipse, qui supra
1. Cor. 10 petram statuit pedes nostros. Petra autem erat Chri
1. Thes. 5. stus. Dominus autem pacis sanctificet uos ad perfectum, vt integer spiritus uester & anima & corpus sine
X querela in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. Quid autem ossa & pellis elephantis faciant, dicam. In quocunque enim loco uel domo incensa fuerint, odor eorum expellit inde statim omnem serpentem, uel quodque animal uenenosum. Sic denique mandata Dei, & pia opera faciunt. Si enim accenduntur in corde hominis, effugant omne opus ueneniferum diaboli in quacunque parte.

De Elephantis natura iterum. Cap. XXVI.

Y Item est animal, quod græce dicitur elephas a magnitudine corporis. Apud Indos autem a uoce barrus uocatur, unde & uox eius barritus dicitur. Dentes eius ebur, rostrum autẽ promuscis dicitur, quoniam illo pabulum colligit, & ori admouet, & est angui simile, vallo munitur eburneo. Hos boues lucas dictos putant ab antiquis Romanis. Boues, quia nullum animal maius videbãt. Lucas, quia in Lucania illos Pyrrhus in prælio primus obiecit Romanis. Nam hoc genus animantis rebus bellicis aptum est. In illis enim Persæ & Indi ligneis turribus collocatis, tanquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem & memoria multum vigent. Gregatim incedunt. Nutu quo valent, salutant homines. Murem fugiunt. Auersi coeunt. Quando autem parturiunt, in aquis vel in syluis non dimittunt fœtus propter dracones, quia eis valde sunt inimici, & ab eis impliciti necantur. Cum autem tempus pariendi venerit, ingreditur fœmina stagnum vel aliam aquam vsque ad vbera, & ibi parit propter draconem, qui insidiatur illi. Quòd si extra aquam vel etiam syluam pepererit, statim draco fœtum eius rapit & deuorat. Masculus autem eius custodit illam parientem. Biennio portant fœtus, nec amplius quàm semel gignunt, nec plures, sed vnum tantum. Viuunt autem trecentos annos. Apud solam Africam & Indiam elephantes prius nascebantur, nunc sola India eos gignit. Dormientes nunquam recubant, sed quando sopori dediti, vel labore defatigantur, recreant se magnis arboribus applicati, & ipsis suffulti dormiunt. Quod eorum venatores vel insidiatores diligenter considerantes, locum & arbores notant, & eas pene succidunt, quibus cum inniti iuxta consuetudinem putant, ruunt arbores, & elephantes cum eis ad terram prosternuntur, sicque capiuntur. Cum autem tempus venerit eorum procreationis, vt ad fœtum faciendum conuenire debeant, fœmina adinuenit mandragoram sibi, & prior manducat de illa, & postea de fructu mandragoræ dat masculo suo, & sic seducit masculum vt manducet, & sic coeunt, & statim fœmina
concipit. Isti duo elephantes, mas & fœmina figurant Adam & Euam, qui erant in paradiso nescientes, & non experti vllum malum, non concupiscentiæ desiderium, nec commixtionis amplexum. Cum autem de interdicta arbore gustauit mulier, virumque seduxit, & manducauit, de paradiso exules & miseri exierunt in hunc mundum tanquam in stagnum aquarum multarũ, in vallem lachrymarũ, & in locum miseriæ. Ossa & pellis de elephante in quo cunque loco incensa fuerit, odor eorum inde fugat serpentes, vel si qua noxia fuerint venena, venenosa reptilia eo non accedunt. Sic mandata Dei, eum purificant & cor eius, qui ea intra se custodit & obseruat, & nulla suggestio inimici eò præualet inuenire aditum. Isidorus. Mandragora dicitur eo quòd habeat mala idest poma suaue olentia ad magnitudinem mali nucum auellenarum. Vnde & eam Latini malũ terræ vocant. Hanc poetæ anthropomorphon appellant, eo quòd habeat radicem formam hominis imitantem, cuius cortex vino immixtus, ad bibẽdum datur ijs, quorum corpus propter curationem secandum est, vt soporati dolorem non sentiant. Huius species sunt duæ, fœmina folijs lactucæ similibus mala generans ad similitudinem prunorum. Masculus vero folijs betæ similibus.

De Pelicani natura. Cap. XXVII.

Pelicanus auis est ægyptiaca, habitans in flumine Nili. Tradunt autem duo genera pelicanorum, vnum in aquis habitans, & esca eius animalia venenata sunt, hoc est lacertæ, serpẽtes, crocodili, & onocrotali idest aues lõgo collo & rostro, dũ bibũt asininũ ruditũ & crepitũ imitãtes. Physiologus refert de pelicano, quod amator est nimius filiorũ. Cũ enim genuerit pullos, & incipiũt crescere, parentes suos in faciem percutiunt, qua de re parentes irati re percutiunt eos & occidũt. Mater vero tertia die mortus eorum, præ compassione rostro in costa seu latere aut pectore se vulnerans, sanguinẽ super pullos suos effundit, & sic à mortuis eos resuscitat ad vitam.

Hieronymus à serpentibus occidi testatur.

B tum. Auis istæ significat Dominum per Esaiam pro-
Esaiæ.1. phetam dicentem. Filios enutriui & exaltaui, ipsi
autem spreuerunt me. Omnipotens itaque Deus pa
ter totius creaturæ nos cum non essemus, fecit, vt
ipsi seruiremus. Nos vero percussimus eum in faciē,
quia & eum & mandata vitæ relinquentes spreui-
mus, qui tamen propter nos filium suum tradidit,
& perforato latere eius lancea militis in cruce, conti-
nuo exiuit sanguis & aqua in salutem & redemptio
nem nostram. Aqua enim baptismi est gratia, san-
guis vero eius calix est noui & æterni testamenti,
quē in sanctis manibus tenens benedix gratias Deo
patri agens, & dedit illum nobis bibere in remissio-
nem peccatorum nostrorum.

¶ *De Lacerto Stellione, & lacerta. Caput. XXVIII.*

C LAcertus est reptile genus animantis, vo-
catū ita eo q̄ quasi lacertos, & brachia
habeat. Genera aūt lacertorū sunt plu-
ra, vt Botrax, Salamādra, Saura, Stellio.
Stellio. Stellio à colore iudituū nomē habet. Est
enim tergore pictus lucētibus guttis in modū stella-
rum. Est volatile animal quod lacerta dicitur, vtris-
Lacerta. que oculis clara vt Sol. Physiologus dicit de ea, q̄
quando senuit, lumen eius ita impeditur, vt nec So-
lis lumen videat, sed suæ naturæ huiusmodi præstat
medicamētum. Inquirit parietē tendentē contra oriē
tē, & per foramen arctum exit apertis oculis, & sic
renouatur. Et tu homo qui veteri tunica indutus es,
quando oculi tui cordis caligant, quære locum ten-
dentem orientē versus, idest ad solem iustitiæ Chri-
Zach.3.& 6. stū Dominum nostrum te conuerte (cuius nomen
oriens dicitur) quatenus oriatur in corde tuo per
Spiritum sanctum, & lucem misericordiæ suæ osten
dat tibi, qui illuminat omnem hominem venien-
Ioan.1. tem in hunc mundum.

¶ *De formicæ natura. Cap. XXIX.*

D DE formica Salomon ita dicit: Vade ad for-
Prou.6. micam ò piger, & meditare eam quę cum
sit viribus infirmior, multū per æstatem
frumentū reponit. Physiologus dicit tres
habere virtutes formicā. Prima eius virtus est, q̄ cū
formicæ exierint de spelunca sua, ambulant ordina-
tim, & quęrunt grana cuiuslibet seminis. Cum autē
inuenerint, ore apprehendunt singula grana, portan
tes ea in speluncā suā. Aliæ vero formicæ non haben
tes grana in ore suo, sed vacuæ obuiam veniētes eis,
A quæ vehunt cibaria in ore suo, non dicunt eis, Date
nobis de annona vestra, sed vadunt quærentes per
vestigia illarum, & sumunt sicut & illæ, & afferunt
in speluncam suam. Et hæc quidem dicta sunt de ir-
rationalibus animantibus, atque infirmis reptilibus,
q̄ tā prudēter agūt, q̄ nulla illarū stulta remanet, sed
omnes argutę & sapiētes inueniūtur aut efficiuntur.
Quāto magis illę quinque virgines rationales, quę
per negligētiā suam factæ sunt stultę, debuerunt imi
tari illas quinque sapiētes, & sumere etiā oleū in va-
sis suis vnde illę sumpserūt, & nō per desidiā, ac per
stultam spem suam petere ab illis sapiētibus, dicen-
tes: Date nobis de oleo vestro. O quam fatua stulti-
tia, nā si ex se nō potuerūt intelligere, ut inde peterēt Matt.25.
vnde & illæ petierunt, vel formicarum solertiā imi-
tari debuissent. Sed dum de alienis vasis oleū sperāt,
superueniente sponso foris reman serunt stultę cum
lampadibus extinctis. Recondit autē grana in spelū-
ca sua, ne ex humore madefacta germinent, & ne
hyemis tēpore fame pereat. Et tu homo Dei scriptu- E
ram veteris testamenti diuide in duas partes, hoc est
secūdum historiā, & secūdū spiritualem intellectū.
Diuide ueritatem à figura. Separa corporalia à spiri-
tualibus, & spiritualia à corporalibus. Transcende à
litera occidente, ad spiritum viuificantem, ne litera
germinante in die hyemis, id est in die iudicij, fame
pereas. Dicit enim Apostolus: Lex spiritualis est, ego Rom.7.
carnalis. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et ali 2.Cor.3.
bi. Hęc autem in figura contingebant illis. Scripta au 1.Cor.10.
tem sunt ad correctionem nostram, in quos fines se- Ibidem.
culorum deuenerunt. Iudęi enim literam sequen-
tes, spiritualemque intellectum contemnentes, facti
sunt prophetarū contemptores, ac sui Domini inter
fectores, & ideo nunc vsque fame pereunt, quia ina
nibus paleis vacātes, triticum perdiderunt. Tu ergo
homo Dei rade uirgas, & tolle corticem earum, vt
oues tuę mundos ac spirituales, non carnales ac vitio
sos faciant fœtus. Hęc autem omnia spiritualibus
quidem credentibus sunt intelligibilia, nō credenti-
bus vero non intelligibilia. Tempore messis inter se
getes ex odore intelligit formica, an hordeum sit in F
spica illa, an triticum, & si fuerit hordeum, transit ad
aliam spicam, & odorat, & cum senserit quę spica
tritici est, ascēdit sursum in spicā, & tollēs inde gra-
nū deponit, & portat illud in cubiculum suum. Hor
deum autē brutorum animalium cibus est, unde &
hæreticos significat, qui prauo cibo animas hominū
pascētes occidūt. Fuge igitur ò Christiane fuge Sabel-
liū, & Donatū, & Photinū, à quib. tāq̄ ex utero dra G
conis serpētini fœt^9 pdierūt. Horū hoium dogmata Etymologia.
falsa sunt, atq; inimica veritati. ¶ Etymologia. Formi
ca est dicta quasi ferens micas farris. Cuius solertia
multa est. Prouidet.n. in futurū, & pparat sibi in ęsta
te, qd in hyeme comedat. In messe eligit triticū hor-
deū vero nō tāgit. Dū pluit sup frumētū eius, totum
eijcit. Dicunt & in Aethiopia esse formicę ad magni
tudinē canis, q̄ arenas aureas pedib^9 eruūt, quas cu-
stodiūt ne quis auferat, auferētesq; ad necē psequūt.
Sed ij, qui volunt ab eis aurum abripere accipiunt
equas cū pullis suis, & fame affligunt eas tribus die-
bus, deinde religāt pullos earum ad litus aquæ quæ
currit inter eos & formicas, & equās agunt trans a-
quā illā impositis clitellis super dorsum illarum,
quæ vbi vident trans flumen herbas virentes, pa-
scuntur per campos ultra flumen. Formicæ autem
videntes scrinia & clitellas super dorsum earum,
comportant aureas arenas in eas, volentes eas ibi re-
condere. Vesperascente autem die, postquam satiatæ
sunt equę, & auro onustæ, audiunt pullos suos hin-
nientes propter famem, & ita regrediuntur ad eos H
cum auro multo. Est & aliud animal, quod formi- Myrmicaleon apud
caleon dicitur, quod est vel formicarum leo, vel cer- Grego. li.5.
te formica pariter & leo. Est enim animal paruum, Moral.
formicis ita infestum, vt se in puluere abscon- cap.17.
dat, & formicas frumenta portantes interficiat.

Proinde

Proinde leo & formica vocatur, quia sicut alijs animalibus leo, ita formicis alijs hæc fortior est.

§ *De Aspidis natura. Cap. XXX.*

I ASpis secundum Isidorum vocata est, quòd morsu venena immitat & spargat. As enim vt vult, vel potius ἰὸς Græcis venenum dicitur. Huius diuersa sunt genera & species, & dispares ad nocendum effectus. Alijs sic dictam placet a defendendo: nam ἀσπίζω asp. so dicitur defendo, eo quòd ἀσπὶς aspis etiam scutũ dicitur. Fertur enim aspis cũ cœperit pati incantatorẽ, qui eã quibusdã carminibus euocat, vt eam de cauerna sua producat, cum illa exire noluerit, vnã autem in terram premit, alteram cauda obturat & operit, atque ita voces illas magicas non audiens non exit ad incantatorem. Dipsas genus est aspidis, quæ latine
K scytale dicitur, quia is, quem momorderit, siti perit. Hypnale etiam genus est aspidis dicta eo quòd somno necat: hanc sibi Cleopatra apposuit, & ita morte quasi somno soluta est. Hemorrhois etiam aspis nuncupatur, eo quòd sanguinem sudet qui ab ea morsus fuerit, ita vt dissolutis venis quicquid vitę est per sanguinem effundat. Græce enim sangnis hema dicitur. Præster est aspis semper ore patenti & vaporante currens, cuius poeta sic meminit: Oraque distendens auidus fumantia præster. Is quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur. Extuberatum enim putredo sequitur. Seps, tabificus serpens etiam de genere aspidum est, qui si momorderit hominem, eum statim consumit, ita vt liquefiat totus in ore serpẽtis. In aspidũ natura est quod imitemur, & est quòd vitemus, quod imitemur, vt cõtra sirenum id est, voluptatum illecebras, & fraudulentas blanditias interiores occludamus aures, vt simus iuxta verbũ domini prudẽtes, vt serpẽtes. Quod vitemus, ne serpẽs antiquus nos vt dipsas auaritiæ siti feriat, aut pigritię somno obruat vt Hypnale, aut irę sanguinolentia maculet vt Hemorrhois, aut ambitionis hiatu alteriusve peccati veneno turgentes vt præster distendat.

Aspidum species. Dipsas. Hypnale.

Lucanus.

De Charadrio seu Charadro aue maritima. Cap. XXXI. Ideo sub distinctione ponitur, quòd Theodorus Gaza eam Charadriũ vocat. Suidas Charadrum, qui dicit esse auem maritimã magnã & ingluuiosam, quam aspicientes icteri liberantur, quod Plinius de Ictero aue asseruit fortasse eadẽ & ab effectu sic dicta. Sed audiamus Auctorem.

L ESt volatile quod dicitur charadrius. Hic scribitur in Deuteronomio non manducandus. Physiologus dicit de eo, quòd est totus albus, nullam partem nigri in se habens, cuius interior fimus oculorum caliginem curet. Quisquis autem ęgritudine detinetur, per hanc volucrem agnosci solet vtrum viuere an mori debeat. Si enim infirmitas adest ad mortem, mox faciem suam charadrius auertit ab illo homine, & non dubitant quin moriatur homo ille. Si autem conualescere & sanari debet, intendit in eum diligenter charadrius, & accedens os suum ponit super hominis os, afflatuque suo abstrahit omnem infirmitatem hominis intra se, volansq; in aere contra solem, comburit eius infirmitatem & dispergit, & sanatur infirmus & fit incolumis. Sic & Christus de seipso protestatus est: Venit enim prin- M
ceps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ioan. 14.
Quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in 1. Pet. 2.
ore eius. Veniens autem ipse ad infirmitatem populi Iudęorum auertit se ab eo, & conuertit faciẽ suam ad gentes, tollensque nostras iniquitates, & portans peccata nostra, exaltatus est in crucem, ascendens autem in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. In propria ac sua venit, & sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatẽm filios Dei fieri. Iam si est aliquis dubitãs, cur immunda animalia ad significationem rei bonæ vt mundandæ conscientiæ & erudiendæ referantur, vt serpens, draco, leo, & aquila, & his similia, sciat quòd quandoque fortitudinem & regnũ Christi significant, quandoq; vero rapacitatem diaboli, atque ita varijs posse applicari.

Deut. 14. Supra caladrius cũ Calepino scribitur. Fimus & femur.

Ioan. 1.

Nota.

§ *De sirenarum seu sirenum natura. Cap. XXXII.*

N DIcente Esaia de Babylonia. Syrenæ habitabunt in delubris voluptatis eius. Syrenæ animalia sunt ipsis acquiescentibus mortifera, quæ vt Physiologus describit, superne vsque ad vmbilicum figuram muliebrem habent, inferna vero pars vsq; ad pedes piscis habet figuram. Mirificum quoddam ac dulcisonum melodiæ carmen canunt, ita vt per suauitatem vocis, auditus longe nauigantium iouitent, & ad se trahant, ac nimia suauitate modulationis perlectent aures, & eos ac sensus eorum delinientes in somnum vertant. Tunc demum cum viderint eos grauissimo somno sopitos, inuadunt eos, & dilaniant carnes eorum, ac sic per suauis soni voces, ignaros & insipientes homines decipiunt, & necant. Sic & illi, qui delicijs huius seculi, & pompis, & theatralibus voluptatibus delectantur, tragœdijs & comœdijs dissoluti, velut graui somno sopiti aduersariorum præda efficiuntur. Syrenas tres fingunt fuisse ex parte virgines, & ex parte pisces, habentes squamas & caudam piscinam, quarum vna voce, altera tibijs, tertia lyra canebat, quæ incautos per ea loca nauigantes cantuum illecebris naufragio periclitari faciebant. Secundum autem veritatem meretrices fuerunt, quę transeuntes ad egestatem adegerunt, ideoque illis dictæ sunt inferre naufragia. Habuisse autem squamas, & in fluctibus habitasse dicuntur, quia fluctus Venerem creauerunt.

Esa. 13.

¶ *De Onocentauro rursus. Cap. XXXIII.*

O
Esa. 34. IDem dicit: Onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. Onocentaurum, vt etiam supra diximus, duabus naturis constare Physiologus asserit, superior enim pars centauro idest homini equestri similis est, inferioris vero partis membra sunt onagri, idest asini agrestis. Huic assimilantur vecordes atque biligues specie homines,
2. Tim. 3. motibus autem informes, dicente Apostolo. Haben
Psal. 48. tes speciem pietans, virtutem autem eius abnegantes. Vnde in psalmo: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

¶ *De Adamantis virtute. Cap. XXXIIII.*

P
PHysiologus dicit, quòd est lapis qui dicitur adamas, & in quodam monte orientis inuenitur, ita tamen vt nocte quæratur, non in die, quia nocte lucet, & indicatur vbi fuerit. Per diem autem non lucet, quia sol obtundit lumen eius. Contra huius lapidis duritiem non ferrum; nec ignis, nec alius
Ezech. 3. lapis potest præualere. De hoc lapide dicit propheta, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Et quia creatori creatura prævalere non potest, ideo adamas Christus est. Ex illo vero adamante omnes sancti adamantini lapides à propheta dicti sunt; sicut à nomine Christi Christiani vocantur, & nominantur. Ergo mons (quem dicit Physiologus) orientalis, in quo lapis Adamas inuenitur, est Christus, qui sicut in patre agnoscitur ita pater in filio. Ipse enim dicit: Ego in patre, & pater in me est: & iterum. Qui videt me, videt & patrem. Quòd lapis per diem non inuenitur, significat Christum occultasse descensio-

Adamantem ferro frangi declarat Ludouicus viues in suis Annot. super li. Augustinū de Ciuit. Dei necnō Thomas Leanstus, & alij recētes.
Ioan. 14.
Ibidem.

nem suam cœlestibus virtutibus, & dominationibus
Q & potestatibus, qui tanquam luminaria Dei assistunt, sed nunquam sciuerunt mysterium descensionis, & incarnationis eius quod facturus erat in terris. Denique iam transactis omnibus mirabilibus eius, quæ fecit pro humani generis redemptione, cū ascendisset in cęlos, integrum atq; perfectum homi-
Psal. 23. nem illuc se inducens, videntes etiam supernæ ciui-
Esa. 63. tatis exercitus dixerunt. Quis est iste rex gloriæ? Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? q.d. Quis est iste qui ascendit ex sanguine, & rubor vestimenti eius ex carne? Et in nocte inuenitur ille lapis, quoniam in istius seculi tenebras descendit, &
Psal. 17. illuminauit omne hoc genus, quod sedebat in tenebris, & in regione vmbræ mortis, sicut dicit Dauid propheta in persona totius humani generis. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Venit ergo Dominus, & lucernam quam extinxerat diabolus, idest animā, & corpus in se suscipiens illuminauit splendore suæ gratiæ viuificans & reparans manifestius, dicente
1. Tim. 3. Apostolo de tam admirabilis mysterij sacramento: Etenim manifeste, inquit magnum est mysterium pietatis, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est R
in gloria. Quod autem de eo lapide dicit Physiologus, quòd neque ferrum illi præualet, idest, mors illi non dominabitur, deleuit enim & conculcauit mor 1. Cor. 15
tē, sicut Apostolus testatur dicens: Deuicta est mors † victoria
in victoria. Vbi est mors † contētio tua? Vbi est mors † stimulus
† aculeus tuus? Sed neque ignis illi potest nocere id est diabolus, qui ignitis iaculis suis succendit omnē terram, & ciuitates, idest luxuriosos, ebriosos, & ira- Esa. 1.
cundos, de quibus Esaias dicit. Terra vestra deserta, 2. Thes. 2.
ciuitates vestrę igni succensę sunt. Dominus enim Iesus Christus interficiet eum spiritu oris sui. Sed neque alter lapis illi nocuit idest, nullus homo penitus, Ioan. 1.
neque vlla creatura præualuit aduersus eum. Omnia
enim per ipsum facta sunt, quia sine ipso factum est S
nihil. Adamas paruus est, & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystallinum, & in modum nuclei auellani inuenitur, ac nulli cedit materiæ, nec ferro, nec igni, nec vnquam incalescit. Vnde & nomen interpretatione græca indomita vis eius accepit. Sed cum sit inuictus ferro, ignisque contemptor, hircino tamen sanguine recenti, & calido maceratur, sicque multis ictibus ferri frangitur, cuius fragmentis insculptores pro gemmis insigniendis, perforandisque vtuntur. Hic autem dissidet cum magnete lapide, intantum vt iuxta positus ferrum † magnetu.
nòn patiatur abstrahi in † magnetem. Sed si fuerit amotus adamas, tunc vngues ferrum rapit, & comprehendit, & aufert. Fertur quoque electri more venena depellere, metus vanos expellere, maleficis resistere artibus. Genera eius sunt sex, quibus, quia ad institutum nostrum parum faciunt, supersedeo.

¶ *De concha seu conca margaritifera. Cap. XXXV.*

T
ESt inter conchas margaritiferas id est, conchas & margaritas quæ latine vniones, & vulgo perlæ vocantur ferentes, species quædam, quæ ab alijs marmætholion, ab latinis conca Sabæa dicitur, quia concaua est & rotunda. Est autem in duas partes diuisa, ita vt cum voluerit aperiat se, & cum voluerit claudat. Hæc ergo de fundo maris ascendit, & matutino rore alit intra se carnem. Ergo cum ascenderit de loco suo super mare, aperit os suum, & suscipit intra se de rore cœli, & circumfulget eam radius solis, & sic fit intra eam margarita pretiosa et splendida valde, quippe quæ rore cœli conce- V
pta est, et de radio solis clarificata. Lapis autem iste,
qui dicitur conchus, figuram gerit sanctæ Mariæ, de Esa. 11.
qua propheta Esaias dicit. Et egredietur virga de ra- Esa. 7.
dice Iesse. Et iterum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium. Quæ virga virgo sancta Maria est dicta. Flos vero, qui de sancta Maria est natus, Dominus noster Iesus Christus est. Sicut enim de mari ascendit concha, in qua nascitur cōchus lapis: sic sancta Maria ascendit de domo patris sui ad templum Dei, et accepit rorem cœlestem. Hæc sunt verba, quæ dicta sunt

ad

Lucæ. 1. ad eam ab angelo Gabriele; Spiritus Domini ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Ecce hi ſermones ſunt, hic ros cœleſtis: ſicut multo ante patriarcha Iſaac benedicens filium ſuum, & ſignificans quòd Chriſtus ex ſemine eius naſceretur, ait ad eum dicens. Det tibi Deus de rore
Geñ. 27. cœli, & de pinguedine terræ: caſtam atque intactam Mariam virgineam ſignificans. Matutinum autem ros quem concipit tempus orationis matutinum deſcribit. Quòd autem aperit os ſuum concha, ſignificat vbi Maria dixit ad angelum, Ecce
Lucæ. 1. ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, & ſtatim accepit Spiritum ſanctum in ſe, & virtus Altiſſimi tanquam ſol iuſtitiæ clarificauit eam: atque quod natum eſt ex ea, vita eſt, & lux: venit lux
Ioan. 1. vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De quo & Paulus: Qui cum ſit
Heb. 1. ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius &c. Et ali-
Gloſſ. 1. bi. In quo complacuit omnem plenitudinem di-
X uinitatis inhabitare. De iſta igitur margarita legi-
Margarita tur in euangelio, quòd ſimile eſt regnum cœlorum
Matt. 13. homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretioſa margarita, vendidit omnem ſubſtantiam ſuam, & poſſedit hanc margaritam. Iſte autem negociator eſt vtique chorus Apoſtolorum. Omnes enim Apoſtolos vnum negociatorem dicit, propter vnitatem fidei. Etenim non
Gloſſ. 3. eſt Iudæus, neque Græcus, neque ſeruus, neque liber, neque Scytha, neque barbarus, neque maſculus, neque fœmina, omnes enim ſumus vnum in Chriſto Ieſu. Idem ergo bonus & ſapiens negociator, id eſt ſanctus chorus Apoſtolorum, quærit bonas margaritas, hoc eſt lex & prophetæ ſiue omnis anima credens quærit Deum. Quærit etiam vir iuſtus bonas margaritas, hoc eſt Apoſtolos & prophetas & patriarchas, per quos poſſit ad illam veram & pretioſam peruenire margaritam. Iſti ſunt lapides ſancti, qui voluuntur ſuper terram. Cum ergo commemoratus ille bonus negociator inuenit illã pretioſam & bonam margaritam, id eſt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei viui, emit eam venditis omnibus facultatibus ſuis, id eſt contemnens & ſpernens nõ ſolum iſtius vitæ ſubſtantiam, ſed etiam vxorem & filios, & omnem cognatio-
Matt. 10. nem carnalem, inſuper & corpus ſuum & animam, ſicut veritas dicit. Quicunque perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Hæc omnia videns Apoſtolorum chorus non aurum accipit, ne-
Actu. 3. que argentum, ſicut beatus Petrus ad illum claudum ſtipem petentem: Argentum (inquit) & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, tibi do. In
Philip. 3. nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et Paulus. Omnia (inquit) quæcunque erant mihi lucra, hæc propter Chriſtum arbitratus ſum detrimenta, propter eminentem ſcientiam Chriſti. Qui ergo confidenter cõtempſerit omnes facultates ſuas, vxoremque & filios, & omnem cognationem ſuam, inſuper corpus & animam propter vnius margaritæ acquiſitionem, ſi certiſſime confiſus fuerit, & crediderit poſſe vnam margaritam acquirere; longe maiores & meliores diuitiarum facultates, præcellentioremque honorem, inſuper & gloriæ coronam habebit, quæ omnia ille negociator poſſidet, qui eſt Apoſtolorum chorus, per vnum illum lapidem pretioſum Domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt vera margarita, via, veritas, & vita noſtra. Denique audi ipſum in euangelio dicentem. Ecce dedi vobis poteſtatem ſpirituum immundorum, & calcandi ſuper omnes ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem poteſtatem diabolicam, & ſanandi omnes languores & infirmitatem. Et iterum. Euntes prædi- Lucæ 9. Matt. 10.
cate quoniam appropinquauit regnum cœlorum, infirmos curate, leproſos mundate, cæcos illuminate, mortuos ſuſcitate, dæmonia eijcite. Videte nunc quàm inæſtimabilis ſit iſta margarita ſanctis martyribus, qui non ſolum cum in hac vita eſſent, ſed etiam poſt huius vitæ exceſſum mira egerunt, ſicut nunc videmus quomodo in obſeſſis corporibus ſpiritus immundi illorum virtute & poteſtate torquentur & cruciantur, & inuiſibilibus flagellis verberantur, quouſque eijciantur & effugantur ab hominibus, ſicut ipſi dæmones audientibus nobis exclamant vociferantes, & rogantes eos ut ceſſent torquere eos, tam varij & multiformes. Alij enim clamantes, alij rugientes ſicut ſerpentes ſibilantes fugantur obſeſſis hominum corporibus per Apoſtolorum, hominumque ſanctorum uirtutes, quæ illis ſecundum merita ſua à Domino datæ ſunt. Honorem uero illum tranſcendentem & ſupereminentem omnibus terrenis honoribus, ſortiti ſunt ab ipſo pretioſo lapide, pro quo omnia ſua bona dimiſerunt, ut illum cœleſtem theſaurum poſſiderent, qui dicunt ad Saluatorem. Ecce nos quidem dimi- Matt. 19.
ſimus vxores & filios, & omnes poſſeſſiones propter te: quid facies nobis in regno tuo? Et ille dicit illis: Amen amen dico vobis: Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ad iudicandum orbem terræ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Vnde ſatis
confidenter Paulus Apoſtolus dicit: Neſcitis quo- 1. Cor. 6.
niam angelos iudicabimus? & à nobis iudicabitur hic mundus. Tanta enim gloria, tanto honore remuneratus eſt Apoſtolorum chorus, ut in hoc ſeculo adhuc poſitus legitimus ille athleta Chriſti Paulus præuiderit in cœlis iuſtitiæ ſuæ coro- 2. Ti. 4.
nam, ſicut exultans ait, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum mihi, ſed & omnibus qui diligunt præſentiam regni eius. Talem coronam meretur à Chriſto bonorum Apoſtolorum chorus, talemque retributionem Apoſtoli recipient pro corruptibilibus.

¶ *De aſpidochelone, belua aquatica, habente partem figuræ aſpidis, partem teſtudinis: χελώνη chelone enim eſt teſtudo belua marina, cuius etiam in ſequenti opere mentio fiet. Cap. XXXVI.*

Eſt belua in mari, quæ dicitur græcè Aſpidochelone, latinè autem aſpidoteſtudo. Cetus ait eſt Y

magnus, habens super corium suum tanquam sabuli seu arenæ aggerem, iuxta maris littus frequenter victitans. Hæc in medio maris eleuat dorsum suum super vndas maris sursum, ita vt nauigantibus nautis non aliud credatur esse quàm insula, præcipue cum viderint totum illum locum sicut in omnibus littoribus maris sabulo esse obtectum. Putantes autem in sulam esse, applicant nauem suam iuxta eam, & descendentes, figunt illic palos, & alligant nauem, dein de vt coquant sibi cibos post laborem, faciunt ibi focos & ignes super arenam, quasi super terram. Illa vero, vt senserit ardorem ignis, subito mergit se in aquam, & nauem secum trahit in profundum maris. Sic patiuntur omnes qui increduli sunt, & quicunq; ignorant astutias diaboli, qui spem suam ponentes in eum, & operibus eius se obligantes, simul mergũtur cum illo in gehennam ignis ardentis. Ista est astutia eius. Secunda huius beluæ natura est hæc. Quando esurit, aperit os suum, & quasi quendam odorem suaue olentem exhalat de ore suo, quem mox vt sen serint minores pisces, congregant se intra os ipsius. Cum autem repletum fuerit os eius diuersis piscibus pusillis, subito claudit os suum, & transglutit eos. Sic patiuntur omnes qui sunt modicæ fidei. Voluptatibus enim ac lenocinijs quasi quibusdam odoribus diabolicis inescati, subito absorbentur ab eo sicut pisciculi minuti. Maiores enim se continent ab illo, neque appropiant ei. Sic etiam qui Christum semper in sua mẽte habent, magni sunt apud eum, & si sunt perfecti, agnoscunt multiformes astutias diaboli, & custodiunt se ab eo, & magis resistunt, ille vero fugit ab eis. Dubij autem et modicæ fidei homines, dum vadunt post voluptates et luxurias diaboli, decipiuntur, dicente scriptura: Vnguento et varijs odoribus delectantur. Et sic confringitur a ruinis anima. Cetus dicitur ab immanitate corporis. Habent enim ingentia corpora hæc genera beluarum, æqualia montibus, intantum vt etiam ibi naues quasi ad insulam applicentur, sicut ille qui excepit Ionam, cuius aluus tantæ magnitudinis fuit, vt putaretur infernus, dicente ipso Iona propheta, de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

(Marginal: Z; Prou. 27.; Ionæ. 2.)

Finis Libri Secundi.

S E Q V I T V R

Secundũ de naturis animalium, atq; aliarum rerum collectaneũ. In quo quia plurima eadẽ cũ ijs, quæ in superioribus dicta sunt, recitantur, nolui eadem repetere, sed vbi dicta sint indicare. Sunt autẽ & huius operis duo libri, quorum prioris, qui totius operis tertius est voca bula in frõte prioris operis indicatur, posterioris qui idem quartus per se patet. Bestia vnde dicta sit, & quæ sint bestiæ, vide libro secundo in Prologo. De leone, & eius naturis Lib. ij. Cap. I.

¶ *De Tigride Lib. III. Cap. I.*

Tigris vocata est propter volucrem fugam: ita enim nominant Persæ et Medi sagittam. Est autem bestia varijs distincta maculis, virtute et velocitate mirabili, ex cuius nomine flumen Tigris vocatur, quòd is rapidissimus sit omnium fluuiorum. Has magis Hircania gignit. Tigris vero vbi vacuum raptæ sobolis reperit cubile, illico vestigijs raptoris insistit, atque ille quãuis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate feræ se posse peruerti, nec vllum euadendi suppetere sibi posse subsidium, tigrim huiusmodi fraude amolitur, vbi se contiguum viderit, sphæram de vitro id est, speculum rotundũ proijcit, at illa imagine sui luditur, et sobolẽ putat, reuocatque impetum, colligere fœtum desiderans Rursus inani specie detecta, totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit, et iracundiæ stimulo velociter fugienti imminet. Iterumque ille appropinquantem sphæræ obiectu retardat, nec tamen sedulitatem matris, memoria fraudis excludit. Cassam versat imaginem, et quasi lactatura fœtum, residet. Sicque pietatis suæ studio decepta, et vindictam amittit, et prolem. A

¶ *De Pardo, & Leopardo. Cap. II.*

Pardus est ferarum genus varium, ac velocissimum, & præceps ad sanguinẽ. Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leenæ et pardi nascitur, et tertiam originem efficit: sicut et Plinius in naturali historia dicit leonem cum parda, aut pardum cum leena concumbere, & ex vtroque coitu degeneres partus creari, quales sunt diuersis speciebus progeniti mulus, et burdo. B

(Marginal: Leopardus.)

¶ *De panthera uide Lib. 2. Cap. 23.*
¶ *De antalope seu antula. Lib 2. Cap. 2.*
¶ *De vnicorni uide Lib. 2. Cap. 6.*

¶ *De Lynce. Cap. III.*

Lynx dicitur, quia in luporum genere numeratur, bestia maculis tergo distincta vt pardus, sed similis lupo. Huius vrinam conuerti in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui Lygurius seu Lyncurius vt à Plinio et Solino appellatur: quod et ipsas lynces hoc modo probatur sentire, nam egestum liquorem harenis quantum possunt contegunt, inuidia quadam naturæ, ne talis egestio transeat in vsum humanum. Lynces dicit Plinius extra fœtum vnum non admittere secundum. C

¶ *De Griphe. Cap. IIII.*

Gryphs seu vt Isidorus scribit Gryphes est animal pennatũ, et quadrupes, quod in Hyperboreis nascitur mõtibus, oĩ parte corporis leoni, alis & facie D

facie aquilis simile, equis vehementer infestum. Nam & homines viuos discerpit, & integros in nidum asportat.

¶ De elephante vide Lib. 2. Cap. 26.
¶ De castore vide Lib. 2. Cap. 9.
¶ De ibice vide Lib. 2. Cap. 15.
¶ De hyena vide Lib. 2. Cap. 10.

¶ De bonaso. Cap. V.

E IN Asia animal nascitur, quod bonasum vocant, cui caput taurinum, ac deinceps corpus omne tectum, iuba equina, cornua autē ita habet multiplici flexu in se recurtēua, vt si quis in ea offendat, nō vulneretur, sed quicquid præsidij mōstro illi frons negat, aluus sufficit. Nā cum in fugā vertitur, proluuie ciū ventris fimum egerit per lōgitudinem trium iugerum, cuius ardor quicquid contigerit, adurit. Ita egerie noxia submouet insequentes.

¶ De Simijs vide Lib. 1. Cap. 12.
¶ De ceruis vide Lib. 2. Cap 14.
¶ De Capro vide Lib 2. Cap. 13.
¶ De monocerote siue vnicorni. Lib. 2. Cap. 6.

¶ De vrso. Cap. V I.

F VRsus fertur dictus, quod ore suo formet fœtus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus, & quandam carnem nasci, quam mater lābendo in membra componit. sed hæc immaturitas facit deformes partus: denique tricesimo die generat, vnde euenit vt præcipitata fœcunditas informis procreetur. Vrsorum caput inualidū uis maxima in brachijs & lumbis, vnde & interdum erecti insistunt. Et medendi industriā non prætermittunt. Siquidem graui affecti cęde, & saucia a vulneribus, mederi sibi solent herbæ cui nomen floinus, vlcera subijcientes sua, vt solo curentur attactu. Vrsus æger formicas deuorat. Numidici vrsi cæteris præstant rabie duntaxat, & villis profundioribus. Nam genitura par est quoque loco editis Coeūt non eodem modo quo aliæ quadrupedes, sed apti mutuis amplexibus, velut humanis cōiunctionibus copulantur. Desiderium veneris hyems suscitat. Secreti honore reuerentur mares grauidas, & in ijsdem licet foueis, partitis tamē per scrobes secubationibus diuiduntur. Lucinæ illis tēpus properātius est, quippe vterū tricesimus dies liberat, vnde euenit vt præcipitata fęcunditas informes procreet partus. Carnes pauxillas edunt. quibus color candidus, oculi nulli. Has lambendo sensim figurant, & interdum ad pectora fouent, vt assiduo incubatu calefactæ animalē trahant spiritum. Interea cibus nullus. Sanè diebus primis quatuordecim matres ita in somnum concidunt, vt nec vulneribus excitari queant, ita de cauernosis in quibus latent montibus mox egressæ in diē liberum, tantam patiuntur insolentiam lucis, vt putes obsitas cæcitate. Insidiantur aluearibus apiū, maxime fauos appetunt, nec auidius aliud quam mella captant. Cum gustauerit mandragoræ mala, moriū tur: sed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualescat, & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Siquando cum tauris pugnant, sciunt quibus potissimum partibus minorentur, nec aliud quam cornua & nares appetunt: cornua, vt armatura deficiant. Nares, vt dolor sit in loco tenerrimo.

¶ De Leucrocuta. Cap. V II.

IN India nascitur bestia, quæ velocitate G præcedit vniuersas feras, & dicitur leucrocuta nomine, ipsa asini magnitudine, ceruu clunibus, pectore ac cruribus leonis, capite equi, bisulca vngula, ore vsque ad nares dehiscente, dentium locis osse perpetuo. Hæc quidem quo ad formam, nam voce loquētium hominum sonos æmulatur.

¶ De crocodilo Lib. 2. Cap. 8.

¶ De manticora. Cap. V I I I.

IN India nascitur animal, quod manticora dicitur, triplici dentium ordine coeuntes vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda velut scorpionis aculeo spiculato, voce tam sibila vt imitetur fistularum modulos. Humanas carnes auidissime affectat, pedibus sic viget, saltibus sic potest, vt morari eam nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima. H

¶ De Tharando. Cap. I X.

L AEthiopia mittit bestiam Tharandum nomine, boum magnitudine, bisulco vestigio, colore vrsi, ramosis cornibus, capite ceruino, villo profundo. Hunc Tharandum affirmant habitum metu vertere, & cum delitescit, fieri ad simili tudinem cuiuscunque rei cui se approximauerit, siue illa sit alba vt saxum, siue virens vt frutetum, siue quem alium modum præferat.

¶ De Vulpe, vide Lib. 2. Cap. 5.

¶ De Eale animali. Cap. X.

EST bestia quæ dicitur Eale, magna vt equus, cauda elephantis, nigro colore, maxillis aprinis, cornua præferens vltra modum longa, ad obsequium eius, velut motus accommodata, nec enim rigent, sed mouentur vt vsus exigit præliandi, quorum alterum replicat, & cum altero pugnat, vt si ictu aliquo alterius acumen offendatur, acies succedat alterius. K

¶ De lupo uide Lib. 2. Cap. 10.

¶ De cane, & eius natura. Cap. X I.

L CAnis nomen latinum græcam habere videtur etymologiam. Cynos enim græce, canis dicitur latine: licet quidam à canore latratus appellatum

De Herinaceo, seu Hericio. Cap. IIII.

H Physiologus dicit de herinaceo, quod figuram habet porcelli lactentis, & est totus spinosus, qui tempore vindemiarũ ingreditur vineã, & vbi inuenit vitem oneratã, ascendit supra, & excutit racemos ad terram; deinde descendit, & inuoluit se super congregatos racemos, vt infigatur in spinis suis, & sic fert escã catulis suis. Est aũt aptus medicinæ, coctus & comestus proficit. Tu vero homo Dei custodi vineã tuã, & oẽs fructus eius spirituales, ne te occupet istius seculi solicitudo, & tẽporalium bonorũ voluptas, & spinosus diabolus infigat suis spinis oẽs fructus eius spirituales, & faciat escã bestijs, & fiat anima tua nuda, vacua & inanis, sicut pãpinus, siue vitis ablatis vuis. Post hoc enim frustra clamabis. Vineam meam non custodi-
Canti. 1 ui. Huius herinacei etiã natura est, vt si quando senserit hominem, contra omnes insidias eius protegit se suis spinis sepiens, & se in globum colligens, & velut planstrũ strudet. Tu aũt salutis tuæ inimicum prensticens, dans tibi virtutibus & ecclesiæ sacramẽtis contra eum te muni, & vt Deo viuas, mundi, carnis, & diaboli operibus mortuum te finge.

De Vulpe & eius natura. Cap. V.

I Vlpes dicta est quasi volupes. Est. n. volubilis pedibus, & nunq̃ recto itinere, sed tortuosis anfractibus currit. Est autẽ animal fraudulentum, & ingeniosum. Cum. n. esurit, & non inuenit quod manducet, inuoluit se in rubra terra, vt appareat quasi cruentata, & proijcit se in terram, retinetq; flatum suum, ita vt non spiret, aues vero videntes eam non flantem, & quasi cruentatam, & linguam ore eius eiectam, putãt eam esse mortuam, & descendunt sessum super eam. Illa autem sic rapit eas, & deuorat. Istius autem figuram diabolus possidet. Omnibus enim viuentibus secundum carnem fingit se esse mortuum, quousq; intra guttur suum eos habeat, & puniat. Spiritualibus tamen viris in fide viuentibus, quæ dilectionem operatur, vere mortuus est, & ad nihilum redactus. Qui aũt volunt exercere opera eius, moriuntur, dicente
Rom. 8. Apostolo. Scientes hoc quia si secundum carnẽ vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mor-
Psal. 62. tificaueritis viuetis, & David. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Et Dominus de Herode. Ite, & dicite vulpi il-
Matt. 15. li, & in Canticis canticorum. Capite nobis vulpes
Cant. 2. paruulas exterminantes vineas.

De Monocerote siue vnicorni animali. Caput. VI.

K Est animal quod dicitur Monoceros. Monoceros autem græce, vnicornis dicitur latine, eo quòd vnum cornu habet in medio capite. Physiologus dicit hanc vnicornem habere naturã quòd sit pusillum animal, & hœdo simile, acerrimumque habet in capite cornu vnum, ipsumque nullus venator vi aut potentia aut capere potest, sed hoc dicitur commento ac dolo capiunt illud. Puellam virginemque speciosam ducunt in locum illum vbi moratur, & dimittunt eam solam, cum autem ipsa vide rit illud, aperit sinum suum, quo viso, omni ferocitate deposita, caput suum in gremium eius depo- A nit, & sic dormiens dephenditur ab insidiatoribus, & exhibetur in palatium regis. Sic & Dominus Iesus Christus spiritualis vnicornis descendens in vterum virginis per carnem ex ea sumptam captus a Iudeis, morte crucis damnatus est, de quo Dauid. Psal. 28.
Et dilectus quemadmodum filius vnicornium. Et alibi. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Et Psal. 91.
Zacharias: Suscitauit cornu salutis nostræ, in domo Luce. 1.
Dauid pueri sui. Quia vero habet hoc animal vnum cornu in capite, significat hoc quod Saluator ait: Ego & pater unũ sumus. Caput enim Christi Deus 1. Cor. 11
est. Quia acerrimum dicitur, significat quòd neque principatus, neque potestates, neque throni, neque dominationes intelligere Deum valent sicut est. Quia autem dicitur pusillum, propter incarnationẽ eius, & humilitatem dicitur, dicente ipso: Discite a Matt. 11.
me quia mitis sum, & humilis corde. Qui intantum acerrimus est, ut subtilissimus diabolus intelligere & inuestigare incarnationis eius mysterium non ualuerit, sed sola uoluntate patris descendit in uterum uirginis, & uerbum caro factum est, & habitauit in Ioan. 1.
nobis. Hœdo autem similis est unicornis, quia Saluator secundum Apostolum factus est in similitudinẽ carnis peccati vt de peccato damnaret peccatum.

De Hydro, & hydra. Caput. VII.

L Est animal in Nilo flumine, qui dicitur Hydrus, acquaticus serpens, idest in aqua viuens. Græci enim hydor aquam vocant. Inde hydrus aquaticus serpens, cuius ictu obturgescũt, quem morbum † boam dicunt, eo quòd fimo bouis curetur. Se- † Fiboam
cundum poetas Hydra est draco multorum capitum, qualis fuit in Lerna palude prouinciæ Arcadiæ, quem cum Hercules occidere vellet, vno capite caeso, tria capita exurgebant. Sed hoc fabulosum est. Nam constat, quòd Hydra dicta multorum capitum, est locus euomẽs aquas vastantes vicinam ciuitatem, in quo vno meatu clauso multi erumpebant, quod Hercules videns loca ipse igne exussit, & meatus clausit. At hic Hydrus præfatus inimicus est Hydrus.
Crocodilo, & hanc habet naturam & consuetudinem, vt cum venerit & viderit Crocodilum in litore dormientem, vadit & inuoluit se in luto, quo possit facilius illabi in fauces crocodili. Crocodilus igitur subito eum viuum transglutit, ille vero dilanians omnia viscera eius, non solum viuus, sed etiam illæsus exit. Sic igitur mors & infernus figuram habent crocodili, quorum inimicus est Dominus noster Iesus Christus. Nam assumens humanam carnem, descendit ad infernum, & dirumpens omnia viscera eius, eduxit eos qui iniuste ab eo detinebantur in morte. Mortificauit enim ipsam mortem resurgens a mor-

Osee. 13. a mortuis, & illi insultat per prophetam dicens: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, quia & corpora multorum sanctorum cum Christo eo tempore resurrexere. Mat. 17.

De Crocodili natura. Caput. VIII.

N Crocodilus a colore croceo dicitur, & nascitur in Nilo flumine, quadrupes animal, terra & aqua viuens, longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium & vnguium immanitate armatum, cuius cutis tantę duritiæ dr, vt quamuis percutiatur in tergo lapidum ictibus, nihil læditur. Nocte in aquis, die in humo quiescit, qui si aliquando inueniat hominē comedit eum si vincere potest & postea eum semper plorat. Solus autem præ omnibus animalibus superiora oris mouet, inferiora vero immota tenet. Stercus eius fit vnguentum; vnde vetulæ & rugosæ mulieres facies suas perungunt, fiuntque pulchræ donec sudor defluens faciem lauet. Cuius figuram portant hypocritæ siue luxuriosi atque auari, quia quamuis vento superbię inflentur, tabe luxuriæ maculentur, auaritiæ morbo obfuscentur, tamen rigidi ac velut sanctissimi in sanctificationibus legis coram omnibus incedere hominibus sese ostendunt. Nocte in aquis, die humi quiescit, quia quāuis hypocritæ luxuriose viuant, tamen sancte & iuste viuere dici delectantur. Conscij suæ malitiæ corde plangunt, licet visu semper retrahantur & consuetudine ad perpetrāda. Superiora oris eius mouet, quia hi sanctorum patrum vitæ exempla, verborumque doctrinam alijs in verbo ostendunt, tamen ne minimum quidem eorum, quæ dicunt, in se ostendunt. De stercore eius fit vnguentum, quia plerumque mali de perpetrato malo ab imperitis laudantur, ac ab huius mundi fautoribus extolluntur. Sed cum districtus iudex perpetratis malis iram suam ad feriendum promouet, tunc omnis ille decor laudis velut fumus euanescit.

De Castoris natura. Cap. IX.

O Est animal quod dicitur Castor vel Fiber, nimis acri ingenio, & nimis mansuetum animal, cuius testiculi in medicina proficiunt ad diuersas valetudines, morbosque varios curandos. Physiologus naturam eius exprimens refert, quòd cùm inuestigatus fuerit, & insecutus, ac acerrime timens capi a venatoribus, respicit ad eos, morsuque suos testiculos abscindit, & ante eos proijcit fugiens, venatorque veniens colligit illos, & vltra non sequitur eum, sed reuertitur. Si autem euenerit vt alter venator eum inueniat, cum viderit se non posse euadere, erigit se, demonstrans venatori sua virilia euulsa, Venator vero hoc videns discedit ab eo. Sic & ille, qui secundum mandatum Dei vult viuere caste abscindit a se omnia vitia, & omnes impudicos actus abijcit in faciem diaboli. Tunc diabolus videns eum sine testiculis vitiorum, confusus discedit ab eo. Sic sine dubio omnes, qui volunt caste viuere, oportet vt resecent omnia vitia cordis & corporis a se, & proijciant in faciem diaboli, & viuant in Christo. Nihil ergo commune habeat homo Dei cum diabolo, vt tutus dicere cum Domino valeat: Venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam. Vnde dicit Apostolus: Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem. In primis reddamus diabolo quę sunt eius renūciantes illi, & omnibus operibus eius, & tunc demum ex toto corde conuersi ad Deum, reddamus illi tanquàm patri nostro honorem, & cum eius adiutorio dissecemus a nobis vectigal & tributum diaboli, vt adipiscamur fructus spirituales, & charitatem in operibus bonis, in eleemosynis, in visitationibus infirmorū, in consolatione pauperum, in laudibus Dei, & orationibus assiduis. Castores a castrando dicti, sunt etiam fibri, qui & ponticicanes vocantur. Ioan. 14. Rom. 13.

De Hyena, de qua vulgati sunt versiculi. Caput X.

Hāc vocat ex causa noctem per nomen Hyena:
Accitumque rapit, & sæuo vulnere carpit.

P Hyena est animal, quod dicitur in sepulcris mortuorum habitans, eorumque corpora deuorans, cuius natura est, vt aliquando masculus sit, aliquando fœmina, & ideo est immundum animal. Refert etiam Iulius Solinus, quòd circuit domos per noctem, & quędam verba exprimit, vt suspicetur esse homo ab ijs, qui in domo sunt, eo quòd loquitur vt homo, qui foras egressi subito ab ea deuorantur. Huic beluæ assimilantur filij Israel, qui ab initio Deo viuo seruierunt, postea diuitijs & luxuriæ dediti, idola coluerunt, propter hoc propheta Synagogam immundo animali comparauit, dicēs. Facta est mihi hæreditas mea † quasi spelunca Hyenæ. Quicunque igitur in nobis luxuriæ & auaritiæ inseruiunt, huic bestiæ comparantur, cum nec viri nec fœminę sint, id est nec plene fideles nec perfidi, sed sunt sine dubio, de quibus ait Iacobus apostolus: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis, de quibus & Dominus: Non potestis Deo seruire & mammonæ. Hæc belua lapidem habet in oculis nomine Hyenium, quem si quis sub lingua sua tenuerit, futura prædicere posse creditur. Verum tamen Iulius Solinus refert de hoc lapide, quòd in ventriculis pullarum Hyenæ inuenitur, & si cuius lingua eo tacta fuerit, diuinare dicitur. Hier. 12. † Quasi Leo in sylua: iuxta vulgatam trans. Iaco. 1. Matth. 6.

De Onagro. Caput. XI.

Q Est animal quod dicitur Onager idest asinus syluester seu indomitus, & in deserto uagans: ὄνος enim idest onos dicitur asinus & asina & ἄγριος agrios agrestis, immitis, ferox, Singuli autem fœminarum gregibus presunt. Nascēntibus masculis masculi zelant, & eorum testiculos morsibus detruncant, quod cauentes matres eos in secretis occultant. Physiologus dicit de Onagro quòd vndecimo

cimo die menſis Famochi, id eſt Martij duodecies in nocte rugit. Similiter & in die, & ex hoc cognoſcitur quòd æquinoctium eſt, & numerum horarum diei vel noctis a rugitibus onagri ſemel rugientis per ſingulas cognoſcunt horas. Figuram huius diabolus habet, qui cum ſcierit noctem & diem coæquari, id eſt cum viderit populum, qui ambulabat in tenebris, conuerti ad Dominum, & coæquari fidei iuſtorum, ſicut coæquatur nox cum die, illico rugit nocte ac die per ſingulas horas, quærens eſcam ſuam. Neque enim rugit O nager niſi quando quærit eſcam ſibi ſicut dicit Iob. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? Similiter & Apoſtolus:
1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiēs circuit quærēs quē deuoret Africa habet hos magnos.

De Simijs. Caput. XII.

Simiæ latine vocantur eo quòd in eis ſimilitudo rationis humanæ ſentitur. Hæ elementorum ſagaces, in noua luna exultāt, in media triſtantur. Harum genera ſunt quinque, ex quibus cercopitheci caudas habēt. Cercopithecus enim Simia caudata eſt, quam quidam Duram vocant. Sphinges ſunt villoſæ, & dociles ad feritatis obliuionem. Cynocephali & ipſi ſunt ſimiles Simijs, longamque caudam habentes, & faciem ad modum canis, vnde & ſic nuncupantur. Satyri facie admodum grata, & geſticulatis motibus inquieti. Gallitriches toto penè aſpectu diſtant a cæteris ſunt enim facie acuta, longa barba, & lata cauda. Natura Simiæ talis eſt, vt cum pepererit geminos catulos, vnum diligat, & alterum odiat. Quòd ſi aliquando euenerit vt a venatoribus quæratur, ante ſe amplectitur quem diligit, & alterum quem odit collo portat. Sed cum laſſa fuerit bipes eundo, proijcit nolens quem diligit, ſeruatque nolens quem odio habet. Cuius figuram diabolus habet, qui caput habet, caudam vero non habet, & licet totus turpis ſit, tamen poſteriora eius impenſe turpia & horribilia ſunt. Diabolus enim initium habuit cum angelis in cœlis, ſed quia hypocrita fuit & doloſus intrinſecus, perdidit caudam, quia totus in fine peribit, ſi-
2. Theſſ. 2. cut dicit Apoſtolus: Quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Simia vel ſimius ſecūdum alios græcum nomen eſt. Nam σίμος, id eſt ſimus dicitur, eo quòd preſſis naribus ſit beſtia turpis & fœda rugis, licet etiam capellarū ſit habere preſſum naſum, de qua Ennius antiquus Poeta.

Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis.

De Capri natura. Cap. XIII.

Est animal quod dicitur Caper, eo quòd captet aſpera. Nonnulli a crepitu crurum vocant, voluntque eas capreas vocitatas, quæ ſunt agreſtes capræ. Has Græci eo quòd acute vident, dorcades appellauerunt. De quibus Phyſiologus dicit, quòd amant montes altos, & paſcuntur in conuallibus montium. Eſt enim valde prouidum animal, præuidens omnia a longe nimis bene, ita vt ſi in aliqua regione homines viderit ambulantes, mox internoſcit vtrum ſint venatores necne. Sic & Dominus noſter Ieſus Chriſtus amat excelſos montes hoc eſt prophetas, & patriarchas, & Apoſtolos, ceteroſque ſanctos, Et vt in Canticis canticorum dicitur. Ecce fra- Cantic. 2.
truelis meus venit ſicut caprea ſaliens in montibus. Hic eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui paſcitur in eccleſia p opera pietatis, quę faciūt fideles, vt in euangelio ſuo dicit. Eſuriui, & dediſtis mihi man- Matt. 25.
ducare, & reliqua quæ ibidem enumerantur laudabilia. Conuallia vero montium eccleſiam per diuerſa loca figurant, vt in Canticis canticorum. Con- Cant. 2.
uertere fratruelis meus, & ſimilis eſto capreę, hinnuloque ceruorum ſupra montes conuallium. Caprea igitur acutiſſimam habens aciem oculorum, aſpiciensque a longe venatorum inſidias ſignificat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quoniam vt ſcriptura dicit, Deus ſcientiarum Dominus eſt. Et alibi. 1. Reg. 2.
Excelſus Dñs, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Et ſicut prudētiſſimus creaturā, quam crea- Pſal. 137.
uit ad honorem ſui nominis, proſpicit, videt, & regit: antequàm incidamus in laqueum diaboli nos interius præuidendo contegit, ſed ne telis cogitationum premamur, innuit & ſuadet nobis alia montium petere, & ſenſus diuinorum eloquiorum diſcutere, vt ibi quaſi in ſpeculo conſideremus quid placeat, quid diſpliceat ī nobiſipſis cōditori noſtro. Nā ſicut caprea venatorem præuidet, ita Dñs noſter Mat. 26.
Ieſus Chriſtus longe ante proſpiciens Iudam proditorem, ſic aiebat, vnus ex vobis me traditurus Luc. 22.
eſt. Et manifeſtus, Iuda oſculo tradis filiū hominis?

De Ceruorum natura. Cap. XIIII.

Cerui dicti ſunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id eſt a cornibus, dicunturque nongentos annos viuere, atque cum infirmitate vel ſenectute deficere ſe ſentiunt, ſpiritu narium ſerpentes de cauernis extrahunt, & ſuperata eorum pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Sagittas infixas paſtu dictami excutiunt. Mirantur autem ſibilū fiſtularum. Erectis auribus acute audiunt, ſummiſſis nihil: ſi quando immenſa flumina vel maria tranatāt, clunibus præcedentium capita ſuperponūt, ſibi inuicem ſuccedentes, nullum ponderis laborem ſentiūt. Lachrymę eorum collectæ, & oſſa in eorum corde inuenta, apta ſunt potui, cordis pulſu laborantibus. Ceruus quoque ſignificat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui diabolum humani generis inimicum, quaſi ſpelunca latantē in omni natione, ſpiritu diuinæ ſapientiæ abſtrahens, virtutis pede caput eius contriuit, pabuloque veneni mortis quam ſponte ſubijt, noſtram naturam peccatinū ſenectute prægrauatā renouauit. Ad ipſum Pſal. 120.
enim Pſalmographus dicit. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Montes, Apoſtolos & prophetas dicit, Ceruos vero fideles homines, oculos in montes, id eſt preces ad Apoſtolos, ex quibus veniet nobis auxilium, leuātes. Item duo ſunt genera ceruorum. Vnum, quod vt inuenerit ſerpentem in cauerna ubi latitat, flatum immittit, vt exeat, & egredientis collum percutiens hinc & inde, occidit ſerpentem, & deuorat, poſtea autem pro

pter

pter tumorem currens ad aquas purissimas, venenū euomit, sed propter hunc tumorem pilos mutat, & cornua abijcit. Ceruus figuram pœnitentium habet, qui pœnitentes constringuntur intrinsecus cōsciētia peccatorum, & vaduni ad footes ad doctrinam scripturarum, forasque proijciuntur, quia segregant se per pœnitentiam a corpore & sanguine Christi vsque dum recipiantur per reconciliationē sacerdotis. Aliud est genus ceruorum, quod si inuenerit serpētem, occidit eum, & post victoriam petit montem, vbi pabulum inueniat. Sic & vnusquisque sanctus vbi sentit diabolum in se vel in alios venena malæ persuasionis infundentem, cum virtute Domini eū interficere, & a se proijcere studeat, & veniat ad mōtem Christum, vbi animæ pabulum quærat, & inueniat.

De Ibice. Caput. XV.

Y E St animal, quod dicitur Ibex, duo cornua habens, quorum tanta vis est, vt si ab alto montis dimissum fuerit ad ima, totum corpus sustenteтur illæsum his cornibus. Significat autem eruditos homines, qui duorum testamentorum consonantia quicquid aduersi eis acciderit, quasi quodam salubri temperamento temperare solent, & velut duobus cornibus fulti, bona, quæ perpetrant, veteris ac euangelicæ lectionis attestatione sustentant.

De Stellione, & Salamandra. Caput. XVI.

Z E St reptile quoddam, quod ab alijs putatur Salamandra, ab alijs stellio. Hoc simile est Lacertulę pusillæ colore vario, de quo Salomon dicit: Stellio manibus nititur, & moratur in domibus regum. Physiologus dicit de eo, quòd si casu vndecunque inciderit in camīnum vel fornacem ignis, aut in quodcunque incendium statim extinguitur ignis. Ita sunt iusti admirabiles omnibus hominibus, sicut fuerunt in camino ignis ardentis Ananias, Azarias, Misael, & nō tetigit eos omnino ignis. Iustos autem intactos & incontaminatos exire posse de camino ignis euidēter declarat, & Paulus Apostolus dicens: Tribulationē patimur, sed nō angustiamur. Deijcimur, sed nō perimus. Item obstruxerunt ora Leonum. Ita & omnis quicunque ex tota fide sua crediderit in Deum, & in operibus bonis perseuerauerit, transit gehennā ignis, & non tangit eum flamma, de qua scriptum est in Esaia propheta: Si transieris per ignem, flamma non te comburet. Item de eodem. Salamandra dicta est eo quòd contra incendia valeat, cuius inter omnia venenata vis maxima est. Cætera enim singulos feriunt, hæc plurimos pariter interimit. Nam si arbori irrepserit, omnia poma eius veneno inficit, & eos qui ex eadē poma comederūt, occidit. Quę etiā si in puteum ceciderit, vis veneni ex eo potantes interficit. Ista contra incendia repugnans, sola animalium ignes extinguit. Viuit enim in medijs flammis sine dolore & consumptione, & non solum nō vritur, sed etiam extinguit incendium.

Prou. 30.
1. Cor 4.
Es. 43
Salamandra.

De canibus, & eorum naturis. Cap. XVII.

C Anum sunt plura genera. Alij enim ad capiendum feras syluarum inuestigant, alij volucres, alij ab infestationibus luporum greges ouium cum pastoribus custodiunt, alij custodes domuū substantiam dominorum suorum vigilando custodiunt, ne furto rapiantur in nocte. Viuere quoque non posse dicuntur sine homine, quapropter tantum feruntur diligere Dominos suos, vt regem quēdam captum ab inimicis, ac in custodia detentum, eius canes agmine facto per medias acies inimicorum ab exilio reduxerint: occisoque homine, dum eius amici in quem impingeretur hoc facinus ignorarent, in medio populi interfectorem eiusdem, & auctorem mortis canis patefacit. Lingua canis dum lingit vulnus, curat. Victus admodum dicitur esse modici. Catulus denique ligatus vulneratorum solet esse salus intestinorum. Natura eius est, vt ad vomitum suum reuertatur, iterumque comedat: cumque fluuium transuadauerit carnem in ore vel aliquid tale tenens, cum viderit vmbram, os aperit, atque dum sperat aliam veram carnem habere, ipsam quam tenet, perdit. Cuius figuram in rebus quibusdam prædicatores habent, qui semper admonendo atque exequendo quæ recta sunt, insidias diaboli propellunt, ne thesaurum Dei, id est Christianorum animas rapiendo ipse auferat. Lingua canis dum lingit vulnus, sanat: quia peccatorum in confessione emundātur vulnera, sacerdoti facta confessione. Intestina quoque hominis curat catulus applicatus, quia secreta cordis sæpe mundantur in opere vel sermone doctoris. Modico admodum victu canis esse dicitur, quia qui præest alijs, sapientiaque studijs inuigilat, crapulam omnimodo vitare debet. Nam ex saturitate panis Sodoma perijt. Nullo denique aditu tam cito inimicus possidet Christianum, quàm voraci gula. Quòd canis ad vomitum redit, significat post peractam confessionem quosdam incaute ad eadem perpetranda faciora redire. Quòd carnem in flumine per concupitam vmbram relinquit, significat homines propter ambitionem ignotæ rei, id quoque, quod proprij est iuris, relinquere, vnde fit vt dum non valent adipisci id, quod cupiunt, perdere frustra nolunt quod reliquerunt.

A
Lingua canis.

De Mustela, & aspide. Cap. XVIII.

D E mustela præcipit lex non manducare eam, eo quòd immundum animal est. Mustela dicitur quasi mus longus. Nā telos græce longus dicitur. Hæc ingenio subdola, in domo vbi habitat, cū catulos genuerit, de loco ad locum transfert, mutatque sede locat. Serpentes etiam, ac mures persequitur. Duo autem sunt genera mustelarum. Alterum enim syluestre est, distans magnitudine. Has Græci ictidas vocant. Alterum in domibus oberrans. Quidam dicunt eas aure concipere, & ore parere. E contrario dicunt quidam ore semen concipere,&

B
Leuiti. 11

re,& per aurem parere. Dicuntur autem peritæ esse medicinæ, ita vt si fortè occisi fuerint earum fœtus, si eos inuenire potuerint, rediuiuos faciant. Sic nonnulli fidelium libenter quidem accipiunt diuini verbi semen, sed inobedientes effecti prætermittunt, & dissimulant quæ audierunt. Isti tales non solum mustelæ comparantur, sed etiam aspidi surdæ & obtu-

C ranti aures suas, vt non audiat vocem incantantis.

Aspis. Physiologus dicit, quòd aspis hanc habet naturam, vt siquando venerit aliquis homo ad spelũcam, vbi habitat aspis, & incantarit eam omnibus carminibus vt exeat de cauernis suis, illa ne audiat vocem incantantis, ponit caput suum ad terram, & vnam aurem premit in terram, alteram vero cauda sua obturat. Tales sunt istius mundi homines diuites, qui vnam aurem deprimunt in terrenis suis desiderijs, alij vero posterioribus peccatis suis peccata noua semper addentes, obdurant corda, & ita fit vt non audiant vocem incantantis, id est prædicantis verbũ Dei. Isidorus. Falsò opinantur qui dicunt mustelam ore concipere, aure effundere partum.

¶ *De lapidibus igniferis. Cap. XIX.*

D Svnt lapides igniferi in quodam monte Orientis, quos Græci vocant chirobolos idest manipulos. Dicunturque masculus, & fœmina. In istis quando ab inuicem separantur ignis non accenditur. Cum autem adinuicem casu aliquo appropinquauerint, statim in eis tantus ignis accenditur, ita vt omnia ardeant quæ circa illos sunt. Vnde & vos homines Dei, qui vitam geritis monasticam, separate vos longe a mulieribus, quoniam si illis appropinquaueritis, statim noxius ignis accendetur in vobis, & consumetur omne bonum quod Christus Dominus vobis cõtulit. Sunt enim Angeli Sathanę, qui semper impugnant viros sanctos, sed & fœminas castas. Memores enim esse debetis bellorũ, quæ peregerunt sancti viri, sicut Samson & Ioseph. Ambo siquidem tentati sunt per mulieres, sed alter vicit, alter victus est. Eua quoque & Susanna tentatæ sunt, altera victa est, altera vicit. Ideo nolite securi esse, nec confidere in solita castitate, sed munite corda præceptis diuinis, vt vos non deterreat fallax amor mulierum, quarum peccatum ab initio idest ab Adam vsque nunc in filios inobedientiæ debacchatur, nec vos incendant opera dęmoniorum.

¶ *De luporum natura. Cap. XX.*

E Lvpus græce λύκος lycos dicitur, & λύκη lux matutina, quæ est apta rapacibus, & sic a rapacitate dicitur. Vnde & meretrices lupas vocitamus, quia amatorũ bona deuastant. Alij autem lupos vocatos aiunt quasi sint leopedes, quòd vt Leoni ita sit illis virtus in pedibus. Vnde & quicquid pede presserint non viuit. Rapax est bestia, & cruoris appetens. De quo rustici aiunt vocem hoĩem perdere, si eum lupus prior viderit. Vnde & subito tacenti dicitur. Lupus est in fabula. Certe si se præuisum senserit, deponit ferocitatis audaciã. Lupi toto anno non amplius q̃ duodecim dies coeunt. Lupus in armis seu humeris vires habet; vel in ore, in renibus autẽ minime. Physiologus hęc animalia mortifera describit. Collum nunq̃ valet retro inflectere. Aliqñ p̃da fertur viuere, aliquando terra, nonnunq̃ vento. Lupa deniq; in nullo mense nisi in Maio qñ fit tonitrus, catulos suos gignit, cuius astutia tanta est, vt in vicino loco suis catulis p̃dam non rapiat, sed in longinquo. Quòd si opus fuerit vt noctu p̃dam quęrat, tanq̃ canis mãsuetus passim ad ouile ouium pergit, & ne fœtorem sui flatus fortuitu canes sentiant, & excitent pastores, contra ventũ pergit, & si aliqñ ramus uel tale aliquid sub eius pede frangẽdo sonuerit, ipsum pedem morsu aspero castigat. Oculi eius in nocte lucent uelut lucerna. Cuius natura talis est, vt perdat homo vires clamandi, si prius hominẽ viderit, q̃ videatur ab eo, vt aũt Iulius Solinus refert, qui plura de naturis bestiarũ dicit, amatoriũ villum ac pilum in caudæ summitate portat, quem ipse dentibus euellit, si forte capi timuerit. Eius figurã diabolus portat, qui semper humano generi iugiter inuidet, ac circuit ecclesias fidelium vt mactet & perdat animas eorum. Quòd vero generatur tonitruo primo mensis Maij, significat diabolum in primo superbiæ motu ruisse de cęlo. Quòd autem in anterioribus membris vires habet, & non in posterioribus, eundem diabolum significat prius in cęlo angelum lucis fuisse, nunc vero deorsum apostatam factum esse, & primo ingressu potentem, sed si restiteris a te fugiturum. Oculi eius nocte lucent, quia quędam diaboli opera cæcis, & fatuis viris videntur esse pulchra, atq; salubria. Cum catulos nutrit, non nisi in longinquo p̃dam capit, quia eos diabolus bonis temporalibus fouet, de quibus certus est, ꝙ in gehẽnalibus claustris pœnas sint perpessuri æternas. Illos autẽ omnino insequitur, qui bonis operibus ab eo elongantur, sicut de bono Iob legitur, cui omnem substantiam eius abstulit, necnon filios & filias percussit, vt a Domino recederet cor eius. Quòd nunq̃ capite retrorsum sine toto corpore vertitur, diabolũ demonstrat ad pœnitudinis correctionem nunq̃ flecti. Quid vero agendum est homini, cui lupus vires abstulit clamandi? Qui. n. non habet potestatem vociferationis, perdit auxilium longe stantis. Sed quid agendum? Deponat homo vestimentum suum, pedibus suis terram conculcando, sumens manibus duos lapillos, eosque concutiat. Quid postea? Lupus audaciam suæ virtutis perdens fugiet, homo uero tutus suo ingenio liber erit, sicut in principio. Spiritualiter autem hoc intelligendum est, atq; ad superiorem sensum allegorice est ducẽdum. Quid enim per lupum nisi diabolum, quid per hominem nisi genus humanum, quid per uestimentum nisi peccatum, quid per lapides nisi Apostolos seu cæteros sanctos vel ipsum Dominum nostrum Iesum Christum significare poterimus? Omnes enim sancti alij a Prophetis adamantini & uiui lapides dicti sunt, Ipse etiam Dominus noster in lege uocatur offensionis lapis, & petra scãdali, de quo dicit Propheta: Virum uidi stãtem supra montem adamãtinum. Antequàm denique redempti essemus, sub potesta-

te

te inimici eramus, vocem quoque clamandi perdideramus, quoniam peccatis nostris exigentibus, a Deo non audiebamur, neque aliquem sanctorum in auxilium nobis interpellabamus. Postquàm vero clemens Deus gratificauit nos in filio suo, deposuimus in baptismo veterem hominem cum actibus suis, ac induimus nouum, qui (iuxta Apostolum)
Ephe. 4. secundum Deum creatus est in iustitia. Deinde sumpsimus lapides alterutrum ferientes, quia sanctos Dei, qui iam in cœlis regnant, ipso nostri oris ferimus alloquio, vt & ipsi aures pulsent iudicis, ac veniam criminum impetrent nobis, ne nos quem nec scimus absorbeat Cerberus gaudēs nostro interitu.

¶ *De vipera natura.* Cap. XXI.

H PHysiologus dicit de vipera, quòd quando coitum facit, masculus infert os suum in os fœminę, & illa deglutiens semen, abscindit caput masculi, & masculus moritur statim. Intellige ergo quid faciat concubinis meretricius. Cum autem creuerint catuli in ventre, viperam perforant mordentes & sic exeunt mortua matre. Hoc exemplum directū est ad pharisæos huiusmodi rem perpetrātes: Progenies viperarum quis ostendet vobis fugere a ventura ira? Viperæ enim cōparati sunt Pharisæi obscœnis operibus & desiderijs seruiētes. Occiderūt enim
Matth. 3.
I patrem suum Christum, & matrem ecclesiam persecuti sunt. Physiologus etiam dicit. Tria sunt genera viperarum nocentium, tresque eius naturæ. Primum, cum senuerit, impedimentum habet oculorum, vt nō videat: sed vide quid faciat. Ieiunat quinquaginta diebus atque noctibus, donec laxetur pellis eius, tuncque vadens quærit excisam & asperam petram, & transit per ipsam, sicque pelle illa spoliatur & iuuenescit. Angusta est porta, & arcta via, quæ
Mat. 7. ducit ad vitam. Secūdę viperę natura est, quòd quā do pergit ad bibendum, aut ad coeundum cum anguilla euomit prius venenum suum in spelunca sua, vel fouea. Imitemur & nos huius solertiam, vt quando veniemos aquam bibere, id est diuinos sermones in ecclesia Dei audire, non afferamus nobiscum puluereas & maculosas secularium rerum concupiscentias, sed mundatis conscientijs nostris, per humilitatem & veram confessionem ingrediamur in templum Domini, orantes & psallentes in cordibus Domino. Tertiæ vero viperæ natura est talis, vt cum viderit hominem, nudum, timens fugiat eum. Si autem vestitum perspexerit, insilit in eum. Sic & nos spiritualiter intelligamus, quia quandiu pater noster in paradiso erat nudus, non præualebat aduersus eum diabolus, serpens antiquus: Sed postquàm tunica est indutus, id est mortalitate corporis, tunc exilivit in eum serpens.

¶ *De Serra belua marina.* Cap. XXII.

K BElua est in mari, quæ dicitur Serra habens pennas immanes, quæ cum viderit nauem velificantem, eleuat alas suas, & currere contendit contra nauem triginta vel quadraginta stadijs. Cum vero deficit, ponit alas suas, & eas tandem ad se retrahens lassa subsistit, ipsam vero fluctus in profundum maris ad locum suum tunc temporis reportare consueuit. Mare autem huius seculi figuram habet. Naues ergo iustorum habēt exemplum, qui sine vllo periculo vel naufragio fidei transeunt per medias huius mundi procellas & tempestates, & mortiferas vincunt vndas, id est huius seculi contrarias potestates. Serra autem, quę vult velificare contra naues, figuram gerit eorum, qui initium habent in bonis operibus, postea non permanentes in eis sunt cupiditate victi, ebrietate, & luxuria, ac diuersis vitiorū generibus, quæ tanquàm fluctuantes vndæ maris mergunt eos vsque ad inferos.

¶ *De Panthera natura.* Cap. XXIII.

EST animal, quod dicitur panthera, vario quidem colore, sed speciosum nimis, & mansuetum valde. Physiologus dicit, quòd inimicum est solis draconibus. Cum ergò comederit & satiauerit se de vniuersis venationibus, reuertitur in speluncam suam, ponensque se dormit per triduum. Surgens autem a somno, statim emittit rugitum per altum, simulque odorem nimiæ suauitatis cum rugitu, ita vt odor huius præcellat omnia aromata, & pigmenta. Cum ergo audierint vocem eius omnes bestiæ quæ longe vel prope sunt congregantes se, nimiam suauitatem eius sequuntur. Solus autem draco cùm audierit vocem eius, timore perterritus abscondit se sub terrenis speluncis. Ibi autem non ferens vim odoris eius, in semetipso contractus obstupescit, & torpescit, & manet immobilis exanimisque velut mortuus, cętera autem animalia sequuntur eum quocunque vadit. Sic & Dn̄s noster Iesus Christus verus panther omne genus humanum, quod a diabolo captum fuerat, & morti erat obnoxium, per incarnationem suam ad se trahens eripuit, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus. Panthera enim omnis fera, quasi omne animal odore capiens interpretatur. Sic & Deus (vt diximus) videns omne genus humanum dæmonibus captum, idolisque mancipatum, omneque simul prædam diaboli factum, descendit de cœlo cum nimio incarnationis suæ odore, & eripuit nos, sequimurque Dominum & agnum quoquo ierit, impleturque prophetia. Factus sum inquit Ose. 5.
huic † panthera Ephraim, & sicut † leo domui Iuda. † tinea.
Ac per hoc significabatur iam tunc, quia Ephraim † putredo.
idolis seruiebat, quòd vocatio Gentium, & plebis Iudęorum debuerat per aduentum Christi impleri. Et quia panthera varium est animal, significat Christum, qui est incomprehensibilis sapientia, totus simplex, bonus, clemens, firmus, & stabilis, & diuersa sapientia fulgens. Et etiam quia speciosum est animal panthera: Sic enim est Christus, veluti Dauid dicit in spiritu: Speciosus forma prę filijs hominū, Psal. 44.

Item

Cum autẽ venerit tempus pariẽdi, pergit ad lacũ ma
gnũ, & ingreditur vsq; ad ubera, & ibidẽ parturit su
per aquã, & hoc propter draconẽ facit, quia insidia-
tur pullis eius, & illi ipsi. Masculus autem non re-
cedit à fœmina, sed custodit eam super stagnum a-
quarum parientem, ad arcendum draconem vt dixi
inimicum. Isti autem duo elephantes masculus &
fœmina figuram habent Adam & Euæ, qui erant in
paradiso Dei ante præuaricationem gloria circunda
ti, nescientes vllum malum, non concupiscentiæ de
siderium, non commixtionis coitum. Cum vero de
interdicta arbore gustauit mulier, dedit viro suo qui
manducans seductus est. Tunc pręcipitati sunt de
paradiso in hunc mundum quasi in stagnum aqua-
rum multarum. Quòd enim aliquando aqua, pręꝰ
sens seculum significet propter diuersas perturbatio
Psal. 68. nes & voluptates, Dauid insinuat cum dicit: Saluum
me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad
Psal. 39. animam meam. Et alibi. Expectans expectaui Domi
num, & respexit me, & eduxit me de lacu miseriæ,
& de luto fæcis. Cũ ergo profecti sunt in hunc mise
riæ lacũ, cognouit Adã vxorem suam Euam, & ge-
nuit Cain in luto fæcis. Ideoque pius & misericors
Dominus noster Iesus Christus descendens de sinu
Ibidem. patris, assumpsit carnem nostram, & eduxit nos de
lacu miseriæ, & de luto fæcis, statuensque supra pe-
tram pedes nostros, immisit in os nostrũ canticum
nouum, dicens. Ita orabitis: Pater noster qui es in cæ
Matt. 6. lis &c. Hunc hymnum docuit nos ipse, qui supra
1. Cor. 10 petram statuit pedes nostros. Petra autem erat Chri
1. Thes. 5. stus. Dominus autem pacis sanctificet uos ad perfe-
ctum, vt integer spiritus uester & anima & corpus si
X ne quærela in aduentum Domini nostri Iesu Chri-
sti seruetur. Quid autem ossa & pellis elephantis fa-
ciant, dicam. In quocunque enim loco uel domo in
censa fuerint, odor eorum expellit inde statim om
nem serpentem, uel quodque animal uenenosum
Sic denique mandata Dei, & pia opera faciunt. Si
enim accenduntur in corde hominis, effugant om-
ne opus ueneniferum diaboli in quacunque parte.

¶ *De Elephantis natura iterum. Cap. XXVI.*

Y Item est animal, quod græce dicitur ele
phas a magnitudine corporis. Apud
Indos autem a uoce barrus uocatur,
unde & uox eius barritus dicitur. Den-
tes eius ebur, rostrum autẽ promuscis
dicitur, quoniam illo pabulum colligit, & ori admo
uet, & est vngui simile, vallo munitur eburneo. Hos
boues lucas dictos putant ab antiquis Romanis. Bo
ues, quia nullum animal maius videbãt. Lucas, quia
in Lucania illos Pyrrhus in prælio primus obiecit
Romanis. Nam hoc genus animantis rebus bellicis
aptum est. In illis enim Persæ & Indi ligneis turri-
bus collocatis, tanquam de muro iaculis dimicant.
Intellectu autem & memoria multum vigent. Gre-
gatim incedunt. Nutu quo valent, salutant homi-
nes. Murem fugiunt. Auersi coeunt. Quando au-
tem parturiunt, in aquis vel in syluis non dimittunt
fœtus propter dracones, quia eis valde sunt inimici,
& ab eis implicitũ necantur. Cum autem tempus
pariendi venerit, ingreditur fœmina stagnum vel
aliam aquam vsque ad vbera, & ibi parit propter
draconem, qui insidiatur illi. Quòd si extra aquam
vel etiam syluam pepererit, statim draco fœtum eius
rapit & deuorat. Masculus autem eius custodit il-
lam parientem. Biennio portant fœtus, nec am-
plius quàm semel gignunt, nec plures, sed vnum
tantum. Viuunt autem trecentos annos. Apud so-
lam Africam & Indiam elephantes prius nascebanꝰ
tur, nunc sola India eos gignit. Dormientes nun-
quam recubant, sed quando sopori dediti, vel la-
bore defatigantur, recreant se magnis arboribus ap-
plicati, & ipsis suffulti dormiunt. Quod eorum
venatores vel insidiatores diligenter considerantes,
locum & arbores notant, & eas pene succidunt, qui
bus cum inniti iuxta consuetudinem putant, ruunt
arbores, & elephantes cum eis ad terram prosternun
tur, sicque capiuntur. Cum autem tempus venerit
eorum procreationis, vt ad fœtum faciendum con-
uenire debeant, fœmina adinuenit mandragoram
sibi, & prior manducat de illa, & postea de fructu
mandragorę dat masculo suo, & sic seducit mascu-
lum vt manducet, & sic coeunt, & statim fœmina Z
concipit. Isti duo elephantes, mas & fœmina figu-
rant Adam & Euam, qui erant in paradiso nescien-
tes, & non experti vllum malum, non concupiscen
tiæ desiderium, nec commixtionis amplexum. Cum
autem de interdicta arbore gustauit mulier, virum-
que seduxit, & manducauit, de paradiso exules &
miseri exierunt in hunc mundum tanquam in sta-
gnum aquarum multarũ, in vallem lachrymarũ, &
in locum miseriæ. Ossa & pellis de elephante in quo
cunque loco incensa fuerit, odor eorum inde fugat
serpentes, vel si qua noxia fuerint venena, venenosa
reptilia eo non accedunt. Sic mandata Dei eum pu-
rificant & cor eius, qui ea intra se custodit & obser-
uat, & nulla suggestio inimici eò præualet inuenire
aditum. Isidorus. Mandragora dicitur eo quòd ha-
beat mala idest poma suaue olentia ad magnitudi-
nem mali nucum auellenarum. Vnde & eam Latini
malũ terræ vocant. Hanc poetæ anthropomorphon
appellant, eo quòd habeat radicem formam homi-
nis imitantem, cuius cortex vino immixtus, ad bibẽ-
dum datur ijs, quorum corpus propter curationem
secandum est, vt soporati dolorem non sentiant. Hu
ius species sunt duæ, fęmina folijs lactucæ similibus
mala generans ad similitudinem prunorum. Mascu
lus vero folijs betæ similibus.

¶ *De Pelicani natura. Cap. XXVII.*

Pelicanus auis est ægyptiaca, habitans in flumi- A
ne Nili. Tradunt autem duo genera pelicano-
rum, vnum in aquis habitans, & esca eius ani-
malia venenata sunt, hoc est lacertæ, serpẽtes, croco-
dili, & onocrotali idest aues lõgo collo & rostro, dũ
bibũt asininũ ruditũ & crepitũ imitãtes. Physiologus
refert de pelicano, ꝙ amator est nimius filiorũ. Cũ
enim genuerit pullos, & incipiũt crescere, parentes
suos in faciem percutiunt, qua de re parentes irati te Hieronymus à serpentibus occidi testatur.
percutiunt eos & occidũt. Mater vero tertia die mor
tis eorum, præ compassione rostro in costa seu late-
re aut pectore se vulnerans, sanguinẽ super pullos
suos effundit, & sicà mortuis eos resuscitat ad vi-

B tum. Auis ista significat Dominum per Esaiam pro-
Esaiæ. 1. phetam dicentem. Filios enutriui & exaltaui, ipsi
autem spreuerunt me. Omnipotens itaque Deus pa
ter totius creaturæ nos cum non essemus, fecit, vt
ipsi seruiremus. Nos vero percussimus eum in faciē,
quia & eum & mandata vitæ relinquentes spreui-
mus, qui tamen propter nos filium suum tradidit,
& perforato latere eius lancea militis in cruce, conti-
nuo exiuit sanguis & aqua in salutem & redemptio
nem nostram. Aqua enim baptismi est gratia, san-
guis vero eius calix est noui & æterni testamenti,
quē in sanctis manibus tenens benedix gratias Deo
patri agens, & dedit illum nobis bibere in remissio-
nem peccatorum nostrorum.

¶ *De Lacerto Stellione, & lacerta. Caput. XXVIII.*

C LAcertus est reptile genus animantis, vo-
catū ita eo q quasi lacertos, & brachia
habeat. Genera aūt lacertorū sunt plu-
ra, vt Botrax, Salamādra, Saura, Stellio.
Stellio. Stellio à colore indiui nomē habet. Est
enim tergore pictus lucētibus guttis in modū stella-
rum. Est volatile animal quod lacerta dicitur, vtris-
Lacerta. que oculis clara vt Sol. Physiologus dicit de ea, q
quando senuit, lumen eius ita impeditur, vt nec So-
lis lumen videat, sed suæ naturæ huiusmodi præstat
medicamētum. Inquirit parietē tendentē contra oriē
tē, & per foramen arctum exit apertis oculis, & sic
renouatur. Et tu homo qui veteri tunica indutus es,
quando oculi tui cordis caligant, quære locum ten-
dentem orientē versus, idest ad solem iustitiæ Chri-
Zach. 3. & 6. stū Dominum nostrum te conuerte (cuius nomen
oriens dicitur) quatenus oriatur in corde tuo per
Spiritum sanctum, & lucem misericordiæ suæ osten
dat tibi, qui illuminat omnem hominem venien-
Ioan. 1. tem in hunc mundum.

¶ *De formicæ natura. Cap. XXIX.*

D DE formica Salomon ita dicit: Vade ad for-
Prou. 6. micam ò piger, & meditare eam quę cum
sit viribus infirmior, multū per æstatem
frumentū reponit. Physiologus dicit tres
habere virtutes formicā. Prima eius virtus est, q cū
formicæ exierint de spelunca sua, ambulant ordina-
tim, & quęrunt grana cuiuslibet seminis. Cum autē
inuenerint, ore apprehendunt singula grana, portan
tes ea in speluncā suā. Aliæ vero formicæ non haben
tes grana in ore suo, sed vacuæ obuiam veniētes eis,
A quæ vehunt cibaria in ore suo, non dicunt eis, Date
nobis de annona vestra, sed vadunt quærentes per
vestigia illarum, & sumunt sicut & illæ, & afferunt
in speluncam suam. Et hæc quidem dicta sunt de ir-
rationalibus animantibus, atque infirmis reptilibus,
q tā prudēter agūt, q nulla illarū stulta remanet, sed
omnes argutę & sapiētes inueniūtur aut efficiuntur.
Quāto magis illę quinque virgines rationales, quę
per negligētiā suam factæ sunt stultę, debuerunt imi
tari illas quinque sapiētes, & sumere etiā oleū in va-
sis suis vnde illę sumpserūt, & nō per desidiā, ac per
stultam spem suam petere ab illis sapiētibus, dicen-
tes: Date nobis de oleo vestro. O quam fatua stulti-
tia, nā si ex se nō potuerūt intelligere, ut inde peterēt Matt. 25.
vnde & illæ petierunt, vel formicarum solertiā imi-
tari debuissent. Sed dum de alienis vasis oleū sperāt,
superueniente sponso foris remanserunt stultę cum
lampadibus extinctis. Recondit autē grana in spelū-
ca sua, ne ex humore madefacta germinent, & ne
hyemis tēpore fame pereat. Et tu homo Dei scriptu- E
ram veteris testamenti diuide in duas partes, hoc est
secūdum historiā, & secūdū spiritualem intellectū.
Diuide ueritatem à figura. Separa corporalia à spiri-
tualibus, & spiritualia à corporalibus. Transcende à
litera occidente, ad spiritum viuificantem, ne litera
germinante in die hyemis, id est in die iudicij, fame
pereas. Dicit enim Apostolus: Lex spiritualis est, ego Rom. 7.
carnalis. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et ali 2. Cor. 3.
bi. Hęc autem in figura contingebant illis. Scripta au 1. Cor. 10.
tem sunt ad correctionem nostram, in quos fines se- Ibidem.
culorum deuenerunt. Iudęi enim literam sequen-
tes, spiritualemque intellectum contemnentes, facti
sunt prophetarū contemptores, ac sui Domini inter
fectores, & ideo nunc vsque fame pereunt, quia ina
nibus paleis vacātes, triticum perdiderunt. Tu ergo
homo Dei rade uirgas, & tolle corticem earum, vt
oues tuq mundos ac spirituales, non carnales ac vitio
sos faciant foetus. Hęc autem omnia spiritualibus
quidem credentibus sunt intelligibilia, nō credenti-
bus vero non intelligibilia. Tempore messis inter se F
getes ex odore intelligit formica, an hordeum sit in
spica illa, an triticum, & si fuerit hordeum, transit ad
aliam spicam, & odorat, & cum senserit quę spica
tritici est, ascēdit sursum in spicā, & tollēs inde gra-
nū deponit, & portat illud in cubiculum suum. Hor
deum autē brutorum animalium cibus est, unde &
hæreticos significat, qui prauo cibo animas hominū
pascētes occidūt. Fuge igit ò Christiane fuge Sabel-
liū, & Donatū, & Photinū, à quib. tāq ex utero dra G
conis serpētini foet' pdierūt. Horū hoium dogmata Etymologia.
falsa sunt, atq; inimiçı veritati. ¶ Etymologia. Formi
ca est dicta quasi ferens micas farris. Cuius solertia
multa est. Prouidet. n. in futurū, & pparat sibi in ęsta
tę, qd in hyeme comedat. In messe eligit triticū, hor-
deū vero nō tāgit. Dū pluit sup frumētū eius, totum
eijcit. Dicunt & in Aethiopia esse formicę ad magni
tudinē canis, q arenas aureas pedib' erudr. quas cu-
stodiūt ne quis auferat, auferētesq; ad necē psequūt.
Sed ij, qui volunt ab eis aurum abripere accipiunt
equas cū pullis suis, & fame affligunt eas tribus die-
bus; deinde religāt pullos earum ad litus aquæ quæ
currit inter eos & formicas, & equas agunt trans a-
quā illā impositis clitellis super dorsum illarum,
quæ vbi vident trans flumen herbas virentes, pa-
scuntur per campos ultra flumen. Formicæ autem
videntes scrinia & clitellas super dorsum earum,
comportant aureas arenas in eas, volentes eas ibi re-
condere. Vesperascente autem die, postquam satiatæ
sunt equę, & auro onustæ, audiunt pullos suos hin-
nientes propter famem, & ita regrediuntur ad eos H
cum auro multo. Est & aliud animal, quod formi- Myrmicaleon apud
caleon dicitur, quod est vel formicarum leo, vel cer- Grego. li.
te formica pariter & leo. Est enim animal paruum, 5.
formicis ita infestum, vt se in puluere abscon- Moral.
dat, & formicas frumenta portantes interficiat. cap. 17.
Proinde

Proinde leo & formica vocatur, quia sicut alijs animalibus leo, ita formicis alijs hæc fortior est.

§ *De Aspidis natura.* Cap. XXX.

I ASpis secundum Isidorum vocata est, quòd morsu venena immitat & spargat. As enim vt vult, vel potius ἰὸς Græcis venenum dicitur. Huius diuersa sunt genera & species, & dispares ad nocendum effectus. Alijs sic dictam placet a defendendo: nam ἀσπίζω aspiso dicitur defendo, eo quòd ἀσπὶς aspis etiam scutū dicitur. Fertur enim aspis cū cœperit pati iocantatorē, qui eā quibusdā carminibus euocat, vt eam de cauerna sua producat, cum illa exire noluerit, vnā autem in terram premit, alteram cauda obturat & operit, atque ita voces illas magicas non audiens non exit ad iocantatorem. Dipsas genus est aspidis, quæ latine

K scytale dicitur, quia is, quem momorderit, siti perit. Hypnale etiam genus est aspidis dicta eo quòd somno necat. hanc ibi Cleopatra apposuit, & ita morte quasi somno soluta est. Hemorrhois etiam aspis nuncupatur, eo quòd sanguinem sudet qui ab ea morsus fuerit, ita vt dissolutis venis quicquid vitę est per sanguinem effundat. Græce enim sanguis hema dicitur. Præster est aspis semper ore patenti & vaporante currens, cuius poeta sic meminit: Oraque distendens auidus fumantia præster. Is quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur. Extuberatum enim putredo sequitur. Seps, tabificus serpens etiam de genere aspidum est, qui si momorderit hominem, eum statim consumit, ita vt liquefiat totus in ore serpētis. In aspidū natura est quod imitemur, & est quod vitemus, quod imitemur, vt cōtra sirenum id est, voluptatum illecebras, & fraudulentas blanditias interiores occludamus aures, vt simus iuxta verbū domini prudētes, vt serpētes. Quod vitemus, ne serpēs antiquus nos vt dipsas auaritiæ siti feriat, aut pigritię somno obruat vt Hypnalē, aut irę sanguinolentia maculet vt Hemorrhois, aut ambitionis hiatu alteriusve peccati veneno turgentes vt præster distendat.

Aspidum species. Dipsas. Hypnale.

Lucanus.

De Charadrio seu Charadro aue maritima. Cap. XXXI. Ideo sub distinctione ponitur, quòd Theodorus Gaza eam Charadriū vocat. Suidas Charadrum, qui dicit esse auem maritimā magnā & ingluuiosam, quam aspicientes icteri liberantur, quod Plinius de Ictero aue asseruit fortasse eadē & ab effectu sic dicta. Sed audiamus Auctorem.

L EST volatile quod dicitur charadrius. Hic scribitur in Deuteronomio non manducandus. Physiologus dicit de eo, quòd est totus albus, nullam partem nigri in se habens, cuius interior fimus oculorum caliginem curet. Quisquis autem ægritudine detinetur, per hanc volucrem agnosci solet vtrum viuere an mori debeat. Si enim infirmitas adest ad mortem, mox faciem suam charadrius auertit ab illo homine, & non dubitant quin moriatur homo ille. Si autem conualescere & sanari debet, intendit in eum diligenter charadrius, & accedens os suum ponit super hominis os, afflatuque suo abstrahit omnem infirmitatem hominis intra se, volansq; in aere contra solem, comburit eius infirmitatem & dispergit, & sanatur infirmus & fit incolumis. Sic & Christus de seipso protestatus est: Venit enim prin-

Deut. 14. Supra caladrius cū Calepino scribitur. Fimus & Ictenur.

M ceps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Veniens autem ipse ad infirmitatem populi Iudæorum auertit se ab eo, & conuertit faciē suam ad gentes, tolleosque nostras iniquitates, & portans peccata nostra, exaltatus est in crucem, ascendens autem in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. In propria ac sua venit, & sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Iam si est aliquis dubitās, cur immunda animalia ad significationem rei bonæ vt mundandæ conscientiæ & erudiendæ referantur, vt serpens, draco, leo, & aquila, & his similia, sciat quòd quandoque fortitudinem & regnū Christi significant, quandoq; vero rapacitatem diaboli, atque ita varijs posse applicari.

Ioan. 14. 1. Pet. 2.

Ioan. 1.

Nota.

§ *De sirenarum seu sirenum natura.* Cap. XXXII.

N DIcente Esaia de Babylonia. Syrenæ habitabunt in delubris voluptatis eius. Syrenæ animalia sunt ipsis acquiescentibus mortifera, quæ vt Physiologus describit, superne vsque ad vmbilicum figuram muliebrem habent, inferna vero pars vsq; ad pedes piscis habet figuram. Mirificum quoddam ac dulcisonum melodiæ carmen canunt, ita vt per suauitatem vocis, auditus longe nauigantium inuitent, & ad se trahant, ac nimia suauitate modulationis perlectent aures, & eos ac sensus eorum delinientes in somnum vertant. Tunc demum cum viderint eos grauissimo somno sopitos, inuadunt eos, & dilaniant carnes eorum, ac sic per suauis soni voces, ignaros & insipientes homines decipiunt, & necant. Sic & illi, qui delicijs huius seculi, & pompis, & theatralibus voluptatibus delectantur, tragœdijs & comœdijs dissoluti, velut graui somno sopiti aduersariorum præda efficiuntur. Syrenas tres fingunt fuisse ex parte virgines, & ex parte pisces, habentes squamas & caudam piscinam, quarum vna voce, altera tibijs, tertia lyra canebat, quæ incautos per ea loca nauigantes cantuum illecebris naufragio periclitari faciebant. Secundum autem veritatem meretrices fuerunt, quę transeuntes ad egestatem adegerunt, ideoque illis dictæ sunt inferre naufragia. Habuisse autem squamas, & in fluctibus habitasse dicuntur, quia fluctus Venerem creauerunt.

Esa. 13.

¶ *De Onocentauro rursus. Cap. XXXIII.*

O Esa. 34. IDem dicit: Onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. Onocentaurum, vt etiam supra diximus, duabus naturis constare Physiologus asserit, superior enim pars centauro idest homini equestri similis est, inferioris vero parus membra sunt onagri, idest asini agrestis. Huic assimilantur vecordes atque biligues specie homines, 2. Tim. 3. Psal. 48. moribus autem informes, dicente Apostolo. Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Vnde in psalmo: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

¶ *De Adamantis virtute. Cap. XXXIIII.*

P PHysiologus dicit, quòd est lapis qui dicitur adamas, & in quodam monte orientis inuenitur, ita tamen vt nocte quæratur, non in die, quia nocte lucet, & indicatur vbi fuerit. Per diem autem non lucet, quia sol obtundit lumen eius. Contra huius lapidis duritiem non ferrum, nec ignis, nec alius Ezech. 3. lapis potest præualere. De hoc lapide dicit propheta, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Et quia creaturi creatura prçualere non potest, ideo adamas Christus est. Ex illo vero adamante omnes sancti adamantini lapides à propheta dicti sunt; sicut à nomine Christi Christiani vocantur, & nominantur. Ergo mons (quem dicit Physiologus) orientalis, in quo lapis Adamas inuenitur, est Christus, qui sicut in patre agnoscitur ita pater in filio. Ipse enim dicit: Ego in patre, & pater in me est: & iterum. Qui videt me, videt & patrem. Quòd lapis per diem non inuenitur, significat Christum occultasse descensionem suam cœlestibus virtutibus, & dominationibus & potestatibus, qui tanquam luminaria Dei assistunt, sed nunquam sciuerunt mysterium descensionis, & incarnationis eius quod facturus erat in terris. Denique iam transactis omnibus mirabilibus eius, quæ fecit pro humani generis redemptione, cũ ascendisset in cçlos, integrum atq; perfectum hominem illuc se inducens, videntes etiam supernæ ciuitatis exercitus dixerunt. Quis est iste rex gloriæ? Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? q.d. Quis est iste qui ascendit ex sanguine, & rubor vestimenti eius ex carne? Et in nocte inuenitur ille lapis, quoniam in istius feculi tenebras descendit, & illuminauit omne hoc genus, quod sedebat in tenebris, & in regione vmbræ mortis, sicut dicit Dauid propheta in persona totius humani generis. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Venit ergo Dominus, & lucernam quam extinxerat diabolus, idest animã, & corpus in se suscipiens illuminauit splendore suæ gratiæ viuificans & reparans manifestius, dicente Apostolo de tam admirabilis mysterij sacramento: Etenim manifeste, inquit magnum est mysterium pietatis, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est R in gloria. Quod autem de eo lapide dicit Physiologus, quòd neque ferrum illi præualet, idest, mors illi non dominabitur, deleuit enim & conculcauit mortẽ, sicut Apostolus testatur dicens: Deuicta est mors in victoria. Vbi est mors † contẽtio tua? Vbi est mors † aculeus tuus? Sed neque ignis illi potest nocere id est diabolus, qui ignitis iaculis suis succendit omnẽ terram, & ciuitates, idest luxuriosos, ebriosos, & iracundos, de quibus Esaias dicit. Terra vestra deserta, ciuitates vestrę igni succensę sunt. Dominus enim Iesus Christus interficiet eum spiritu oris sui. Sed neque alter lapis illi nocuit idest, nullus homo penitus, neque vlla creatura præualuit aduersus eum. Omnia S enim per ipsum facta sunt, quia sine ipso factum est nihil. Adamas paruus est, & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystallinum, & in modum nuclei auellani inuenitur, ac nulli cedit materiæ, nec ferro, nec igni, nec vnquam incalescit. Vnde & nomen interpretatione græca indomita vis eius accepit. Sed cum sit inuictus ferro, ignisque contemptor, hircino tamen sanguine recenti, & calido maceratur, sicque multis ictibus ferri frangitur, cuius fragmentis insculptores pro gemmis insigniendis, perforandisque vtuntur. Hic autem dissidet cum magnete lapide, intantum vt iuxta positus ferrum nòn patiatur abstrahi in † magnetem. Sed si fuerit amotus adamas, tum magnes ferrum rapit, & comprehendit, & aufert. Fertur quoque e lecti more venena depellere, & metus vanos expellere, maleficis resistere artibus. Genera eius sunt sex, quibus, quia ad institutum nostrum parum faciunt, supersedeo.

Margin notes: Adamantem ferro frangi declarat Ludouicus viues in suis Annot. super D. Augustinũ de Ciuit. Dei necnõ Thomas Leonicus, & alij recẽtes. — Ioan. 14. — Ibidem. — Q — Psal. 23. — Esa. 63. — Psal. 17. — 1. Tim. 3. — 1. Cor. 15 — † victoria — † stimulus — Esa. 1. — 2. Thes. 2. — Ioan. 1. — † magnetu.

¶ *De concha seu conca margaritifera. Cap. XXXV.*

T EST inter conchas margaritiferas id est, conchas & margaritas quæ latine vniones, & vulgo perlæ vocantur ferentes, species quædam, quæ ab alijs marmathulion, ab latinis conca Sabæa dicitur, quia concaua est & rotunda. Est autem in duas partes diuisa, ita vt cum voluerit aperiat se, & cum voluerit claudat. Hæc ergo de fundo maris ascendit, & matutino rore alit intra se carnem. Ergo cum ascenderit de loco suo super mare, aperit os suum, & suscipit intra se de rore cœli, & circumfulget eam radius solis, & sic fit intra eam margarita prętiosa et splendida valde, quippe quæ rore cœli concepta est, et de radio solis clarificata. Lapis autem iste, V qui dicitur conchus, figuram gerit sanctæ Mariæ, de Esa. 11. qua propheta Esaias dicit. Et egredietur virga de radice Iesse. Et iterum. Ecce virgo concipiet, et pariet Esa. 7. filium. Quæ virga virgo sancta Maria est dicta. Flos vero, qui de sancta Maria est natus, Dominus noster Iesus Christus est. Si cut enim de mari ascendit concha, in qua nascitur cõchus lapis: sic sancta Maria ascendit de domo patris sui ad templum Dei, et accepit rorem cœlestem. Hæc sunt verba, quæ dicta sunt

ad

Lucæ. 1. ad eam ab angelo Gabriele: Spiritus Domini superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.
Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ecce hi sermones sunt, hic ros cœlestis: sicut multo ante patriarcha Isaac benedicens filium suum, & significans quòd Christus ex semine eius nasceretur, ait ad eum dicens. Det tibi Deus de ro-
Geñ. 27. re cœli, & de pinguedine terræ: castam atque intactam Mariam virginem significans. Matutinum autem ros quem concipit tempus orationis matutinum describit. Quòd autem aperit os suum con-
Lucæ. 1. cha, significat vbi Maria dixit ad angelum. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & statim accepit Spiritum sanctum in se, & virtus Altissimi tanquam sol iustitiæ clarificauit eam. At-
Ioan. 1. que quod natum est ex ea, vita est, & lux: venit lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De quo & Paulus: Qui cum sit
Heb. 1. Gloss. 1. splendor gloriæ, & figura substantiæ eius &c. Et alibi.
X In quo complacuit omnem plenitudinem di-
Margarita uinitatis inhabitare. De ista, igitur margarita legitur in euangelio, quòd simile est regnum cœlorum
Matt. 13. homini negociatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, vendidit omnem substantiam suam, & possedit hanc margaritam. Iste autem negociator est vtique chorus Apostolorum. Omnes enim Apostolos vnum negociatorem dicit, propter vnitatem fidei. Etenim non
Gloss. 3. est Iudæus, neque Græcus, neque seruus, neque liber, neque Scytha, neque barbarus, neque masculus, neque fœmina, omnes enim sumus vnum in Christo Iesu. Idem ergo bonus & sapiens negociator, id est sanctus chorus Apostolorum, quærit bonas margaritas, hoc est lex & prophetæ siue omnis anima credens quærit Deum. Quærit etiam vir iustus bonas margaritas, hoc est Apostolos & prophetas & patriarchas, per quos possit ad illam veram & pretiosam peruenire margaritam. Isti sunt lapides sancti, qui voluuntur super terram. Cum ergo commemoratus ille bonus negociator inuenit illā pretiosam & bonam margaritam, id est Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei viui, emit eam venditis omnibus facultatibus suis, id est contemnens & spernens nō solum istius vitæ substantiam,
Matt. 10. sed etiam vxorem & filios, & omnem cognationem carnalem, insuper & corpus suum & animam; sicut veritas dicit. Quicunque perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Hæc omnia videns Apostolorum chorus non aurum accipit, ne-
Actu. 3. que argentum, sicut beatus Petrus ad illum claudum stipem petentem: Argentum (inquit) & aurum non est mihi, quod autem habeo, tibi do. In
Philip. 3. nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et Paulus. Omnia (inquit) quæcunque erant mihi lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta, propter eminentem scientiam Christi. Qui ergo confidenter cōtempserit omnes facultates suas, vxoremque & filios, & omnem cognationem suam, insuper corpus & animam propter vnius margaritæ acquisitionem, si certissime confisus fuerit, & crediderit posse vnam margaritam acquirere, longe maiores & meliores diuitiarum facultates, præcellentioremque honorem, insuper & gloriæ coronam habebit, quę omnia ille negociator possidet, qui est Apostolorum cho-
rus, per unum illum lapidem pretiosum Domi- Lucæ. 10.
num nostrum Iesum Christum, qui est uera margarita, via, veritas, & uita nostra. Denique audi ipsum in euangelio dicentem. Ecce dedi vobis potestatem spirituum immundorum, & calcandi super omnes serpentes & scorpiones, & supra om-
nem potestatem diabolicam, & sanandi omnes lan- Lucæ 9.
guores & infirmitatem. Et iterum. Euntes prædi- Matt. 10.
cate quoniam appropinquauit regnum cœlorum, infirmos curate, leprosos mundate, cæcos illuminate, mortuos suscitate, dæmonia eijcite. Videte nunc quàm inæstimabilis sit ista margarita sanctis martyribus, qui non solum cum in hac vita essent, sed etiam post huius vitę excessum mira egerunt, sicut nunc videmus quomodo in obsessis corporibus spiritus immundi illorum virtute & potestate torquentur & cruciantur, & inuisibilibus flagellis verberantur, quousque eijciantur & effugantur ab hominibus, sicut ipsi dæmones audientibus nobis exclamant vociferantes, & rogantes eos ut cessent torquere eos, tam varijs & multiformes. Alij enim clamantes, alij rugientes sicut serpentes sibilantes fugantur obsessis hominum corporibus per Apostolorum, hominumque sanctorum uirtutes, quę illis secundùm merita sua à Domino datę sunt. Honorem uero illum transcendentem & supereminentem omnibus terrenis honoribus, sortiti sunt ab ipso pretioso lapide, pro quo omnia sua bona dimiserunt, ut illum cœlestem thesaurum possiderent,
qui dicunt ad Saluatorem. Ecce nos quidem dimi- Matt. 19.
simus vxores & filios, & omnes possessiones propter te: quid facies nobis in regno tuo? Et ille dicit illis: Amen amen dico vobis: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę ad iudicandum orbem terrę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Vnde satis
confidenter Paulus Apostolus dicit: Nescitis quo- 1. Cor. 6.
niam angelos iudicabimus? & à vobis iudicabitur hic mundus. Tanta enim gloria, tanto honore remuneratus est Apostolorum chorus, ut in hoc seculo adhuc positus legitimus ille athleta
Christi Paulus præuiderit in cœlis iustitiæ suæ coro- 2. Ti. 4.
nam, sicut exultans ait, Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cętero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum mihi, sed & omnibus qui diligunt pręsentiam regni eius. Talem coronam meretur à Christo bonorum Apostolorum chorus, talemque retributionem Apostoli recipient pro corruptibilibus.

¶ ***De aspidochelone, belua aquatica, habente partem figuræ aspidis, partem testudinis: χελώνη chelone enim est testudo belua marina, cuius etiam in sequenti opere mentio fiet. Cap. XXXVI.***

Est belua in mari, quæ dicitur grecè Aspidoche- Y
lone, latinè autem aspidotestudo. Cetus illi est

magnus, habens super corium suum tanquam sabuli seu arenæ aggerem, iuxta maris littus frequenter victitans. Hæc in medio maris eleuat dorsum suum super vndas maris sursum, ita vt nauigantibus nautis non aliud credatur esse quàm insula, præcipue cum viderint totum illum locum sicut in omnibus littoribus maris sabulo esse obtectum. Putantes autem insulam esse, applicant nauem suam iuxta eam, & descendentes, figunt illic palos, & alligant nauem; dein de vt coquant sibi cibos post laborem, faciunt ibi focos & ignes super arenam, quasi super terram. Illa vero, vt senserit ardorem ignis, subito mergit se in aquam, & nauem secum trahit in profundum maris. Sic patiuntur omnes qui increduli sunt, & quicunq; ignorant astutias diaboli, qui spem suam ponentes in eum, & operibus eius se obligantes, simul mergűtur cum illo in gehennam ignis ardentis. Ista est astu-
Z tia eius. Secunda huius belnæ natura est hæc. Quando esurit, aperit os suum, & quasi quendam odorem suaue olentem exhalat de ore suo, quem mox vt sen serint minores pisces, congregant se intra os ipsius. Cum autem repletum fuerit os eius diuersis piscibus pusillis, subito claudit os suum, & transglutit eos. Sic patiuntur omnes qui sunt modicæ fidei. Voluptatibus enim ac lenocinijs quasi quibusdam odoribus diabolicis inescati, subito absorbentur ab eo sicut pisciculi minuti. Maiores enim se continent ab illo, neque appropiant ei. Sic etiam qui Christum semper in sua mẽte habent, magni sunt apud eum, & si sunt perfecti, agnoscunt multiformes astutias diaboli, & custodiunt se ab eo, & magis resistunt, ille vero fugit ab eis. Dubij autem et modicæ fidei homines, dum vadunt post voluptates et luxurias diaboli, decipiun-
Prou. 27. tur, dicente scriptura: Vnguento et varijs odoribus delectantur. Et sic confringitur a ruinis anima. Cetus dicitur ab immanitate corporis. Habent enim in gentia corpora hæc genera beluarum, æqualia montibus, intantum vt etiam ibi naues quasi ad insulam
Ionæ.2. applicentur, sicut ille qui excepit Ionam, cuius aluus tantæ magnitudinis fuit, vt putaretur infernus, dicente ipso Iona propheta, de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

Finis Libri Secundi.

S E Q V I T V R

Secundũ de naturis animalium, atq; aliarum rerum collectaneũ. In quo quia plurima eadẽ cũ ijs, quæ in superioribus dicta sunt, recitantur, nolui eadem repetere, sed vbi dicta sint indicare. Sunt autẽ & huius operis duo libri, quorum prioris, qui totius operis tertius est voca bula in frõte prioris operis indicatur, posterioris qui idem quartus per se patẽt. Bestia vnde dicta sit, & quæ sint bestiæ, vide libro secundo in Prologo. De leone, & eius naturis Lib. ij. Cap. I.

¶ *De Tigride Lib. III. Cap. I.*

Tigris vocata est propter volucrem fugam: ita enim nominant Persæ et Medi sagittam. Est autem bestia varijs distincta maculis, virtute et velocitate mirabili, ex cuius nomine flumen Tigris vocatur, quòd is rapidissimus sit omniũ fluuiorum. Has magis Hircania gignit. Tigris vero vbi va cuum raptæ sobolis reperit cubile, illico vestigijs raptoris insistit, atque ille quãuis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate feræ se posse peruerti, nec vllum euadendi suppetere sibi posse subsidium, tigrim huiusmodi fraude amolitur, vbi se contiguum viderit, sphæram de vitro id est, speculum rotundũ proijcit, at illa imagine sui luditur, et sobolẽ putat, reuocatque impetum, colligere fœtum desiderans. Rursus inani specie detecta, totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit, et iracundiæ stimulo velociter fugienti imminet. Iterumque ille appropinquantem sphæræ obiectu retardat, nec tamen sedulitatem matris, memoria fraudis excludit. Cassam versat imaginem, et quasi lactatura fœtum, residet. Sicque pietatis suæ studio decepta, et vindictam amittit, et prolem. A

¶ *De Pardo, & Leopardo. Cap. II.*

Pardus est ferarum genus varium, ac velocissimum, & præceps ad sanguinẽ. Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leenæ et pardi nascitur, et tertiam originem efficit: sicut et Plinius in naturali historia dicit leonem cum parda, aut pardum cum leena concumbere, & ex vtroque corru degeneres partus creari, quales sunt diuersis speciebus progeniti mulus, et burdo. B Leopardus.

¶ *De panthera uide Lib. 2. Cap. 23.*
¶ *De antalope seu antula. Lib. 2. Cap. 2.*
¶ *De vnicorni uide Lib. 2. Cap. 6.*

¶ *De Lynce. Cap. III.*

Lynx dicitur, quia in luporum genere numeratur, bestia maculis tergo distincta vt pardus, sed similis lupo. Huius vrinam conuerti in durituam pretiosi lapidis dicunt, qui Lygurius seu Lyncurius vt à Plinio et Solino appellatur: quod et ipsas lynces hoc modo probatur sentire, nam egestum liquorem harenis quantum possunt contegunt, inuidia quadam naturæ, ne talis egestio transeat in vsum humanum. Lynces dicit Plinius extra fœtum vnum non admittere secundum. C

¶ *De Griphe. Cap. IIII.*

Gryphs seu vt Isidorus scribit Gryphes est animal pennatũ, et quadrupes, quod in Hyperboreis nascitur mõtibus, oĩ parte corporis leoni, alis & facie D

facie aquilis simile, equis vehementer infestum. Nam & homines viuos discerpit, & integros in nidum asportat.

¶ *De elephante vide Lib. 2. Cap. 26.*
¶ *De castore vide Lib. 2. Cap. 9.*
¶ *De ibice vide Lib. 2. Cap. 15.*
¶ *De hyena vide Lib. 2. Cap. 10.*

¶ *De bonaso. Cap. V.*

E IN Asia animal nascitur, quod bonasum vocant, cui caput taurinum, ac deinceps corpus omne tectum, iuba equina, cornua autē ita habet multiplici flexu in se recurtēta, vt si quis in ea offendat, nō vulneretur, sed quicquid præsidij mōstro illi frons negat, aluus sufficit. Nā cum in fugā vertitur, proluuie citi ventris fimum egerit per lōgitudinem trium iugerum, cuius ardor quicquid contigerit, adurit. Ita egerie noxia submouet insequentes.

¶ *De Simijs vide Lib. 2. Cap. 12.*
¶ *De ceruis vide Lib. 2. Cap 14.*
¶ *De Capro vide Lib 2. Cap. 13.*
¶ *De monocerote siue vnicorni. Lib. 2. Cap. 6.*

¶ *De vrso. Cap. VI.*

F VRsus fertur dictus, quod ore suo formet fœtus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus, & quandam carnem nasci, quam mater lābendo in membra componit. sed hæc immaturitas facit deformes partus: denique tricesimo die generat, vnde euenit vt præcipitata fœcunditas informis procreetur. Vrsorum caput inualidū uis maxima in brachijs & lumbis, vnde ēt interdum erecti insistunt. Et medendi industriā non prętermittunt. Siquidem graui affecti cęde, & saucia ti vulneribus, mederi sibi solent herbæ cui nomen floinus, vlcera subijcientes sua, vt solo curentur attactu. Vrsus æger formicas deuorat. Numidici vrsi cæteris præstant rabie duntaxat, & villis profundioribus. Nam genitura par est quoquo loco editis Coeūt non eodem modo quo aliæ quadrupedes, sed apti mutuis amplexibus, velut humanis cōiunctionibus copulantur. Desiderium veneris hyems suscitat. Secreti honore reuerentur mares grauidas, & in ijsdem licet foueis, partitis tamē per scrobes secubationibus diuiduntur. Lucinæ illis tēpus properātius est, quippe vterū tricesimus dies liberat, vnde euenit vt præcipitata fęcunditas informes procreet partus. Carnes pauxillas edunt. quibus color candidus, oculi nulli. Has lambendo sensim figurant, & interdum ad pectora fouent, vt assiduo incubatu calefactæ animalē trahant spiritum. Interea cibus nullus. Sanè diebus primis quatuordecim matres ita in somnum concidunt, vt nec vulneribus excitari queant, ita de cauernosis in quibus latent montibus mox egressæ in diē liberum, tantam patiuntur insolentiam lucis, vt putes obsitas cæcitate. Insidiantur aluearibus apiū, maxime fanos appetunt, nec auidius aliud quam mella captant. Cum gustauerit mandragoræ mala, moriūtur: sed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualescat, & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Siquando cum tauris pugnant, sciunt quibus potissimum partibus minorentur, nec aliud quam cornua & nares appetunt: cornua, vt armatura deficiant. Nares, vt dolor sit in loco tenerrimo.

¶ *De Leucrocuta. Cap. VII.*

IN India nascitur bestia, quæ velocitate G
præcedit vniuersas feras, & dicitur leucrocuta nomine, ipsa asini magnitudine, M
ceruinis clunibus, pectore ac cruribus leonis, capite equi, bisulca vngula, ore vsque ad nares dehiscente, dentium locis osse perpetuo. Hæc quidem quo ad formam, nam voce loquētium hominum sonos æmulatur.

¶ *De crocodilo Lib. 2. Cap. 8.*

¶ *De manticora. Cap. VIII.*

IN India nascitur animal, quod manticora dicitur, triplici dentium ordine coeunte vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda velut scorpionis aculeo spiculato, voce tam sibila vt imitetur fistularum modulos. Humanas carnes auidissime affectat, pedibus sic viget, saltibus sic potest, vt morari eam nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima. H

¶ *De Tharando. Cap. IX.*

AEthiopia mittit bestiam Tharandum nomine, boum magnitudine, bisulco vestigio, colore vrsi, ramosis cornibus, capite ceruino, villo profundo. Hunc Tharandum affirmant habitum metu vertere, & cum delitescit, fieri ad similitudinem cuiuscunque rei cui se approximauerit, siue illa sit alba vt saxum, siue virens vt frutetum, siue quem alium modum præferat. L

¶ *De Vulpe, vide Lib. 2. Cap. 5.*

¶ *De Eale animali. Cap. X.*

EST bestia quæ dicitur Eale, magna vt equus, cauda elephantis, nigro colore, maxillis aprinis, cornua præferens vltra modum longa, ad obsequium eius, velut motus accommodata, nec enim rigent, sed mouentur vt vsus exigit præliandi, quorum alterum replicat, & cum altero pugnat, vt si ictu aliquo alterius acumen offendatur, acies succedat alterius. K

¶ *De lupo uide Lib. 2. Cap. 20.*

¶ *De cane, & eius natura. Cap. XI.*

CAnis nomen latinum græcam habere videtur etymologiam. Cynos enim græce, canis dicitur latine: licet quidam à canore latratus appellatum L

existiment, eo quòd canore insonat, vnde & canere dicitur. Nihil autem sagacius canibus. Plus enim sensus cęteris animalibus habent, nam soli sua nomina recognoscunt, Dominos suos diligunt. Canũ sunt plurima genera. Alij ad capiendum inuestigant syluarũ feras. Alij custodes domorũ, substãtiã Dominorũ suorũ custodiũt, ne fortè rapiatur in nocte a latronibus: Pro Dño suis & morti se obijciũt voluntariæ, ad pdam cũ Dño suo currunt, corpus ẽt Domini sui mortuum custodiunt, & non derelinquunt, quorum postremò natura est extra homines esse nõ
M posse. Leguntur canes intantum suos dilexisse Dominos, vt Garamantoin regem ab inimicis captum, & custodiæ mancipatum, ducenti canes agmine facto per medias acies inimicorum ab exilio reduxerint, prælhantes aduersos resistentes. Iasone Lycio interfecto, canis eius aspernatus cibum, inedia obijt. Lysimachi regis canis flammis se iniecit, accenso rogo Domini sui, & pariter igni absumptus est. Appio Iunio, & Publio Silio consulibus damnatum Dominum, canis cum abigi non posset, comitatus est in carcerem, & mox percussum vlulatu prosecutus est, cumq́ue ex miseratione populi Romani ei cibus daretur, ad os defuncti escam tulit, vltimo abiectum in Tyberim tumulo cadauer adnatans sustentare conabatur. Canis vero vbi vestigium leporis ceruive reperit, & ad diuerticulum semitæ venerit; & quoddam viarum compitum, quod partes in plurimas scinditur, ambiens singularum semitarum exordium, tacitus secum ipse pertractat, velut syllogisticam vocem sagacitate colligendi odoris dimittens. Aut certe (inquit) in hanc partem deflexit, aut in illam, Aut certe in hunc se anfractum contulit, sed nec in istam, nec in illam ingressus est, superest igitur vt in istam partem se contulerit, & sic falsitate repudiata in veritatem prolabitur. Sæpe
N etiam vocis illatæ euidentia canes ad redarguẽdos reos indicia prodiderunt, vt muto eorum testimonio plerunque sit creditum. Antiochiæ ferunt in remotiore parte vrbis necatum virum quodam crepusculo, qui canem sibi adiunctum habebat. miles quidam prædandi studio minister exuterat cædis, tectus idem adhuc tenebroso diei exordio, in alias partes secesserat. Iacebat inhumatum corpus, frequens erat spectantium vulgus, astabat questu lachrymabili canis, Dominique flebat ærumnam. Fortè is, qui necem intulerat, (vt se habet versutia humani ingenij) vitandi incommodi auiditate, & vt eius præsentia fidem faceret innocentiæ, ad illam circunstantis populi accessit coronam; & velut miserans appropinquabat ad funus. Tunc canis sequestrato paulisper doloris questu, vltionis arma assumpsit, atque apprehensum tenuit & velut epilogans quoddam miserabile carmen murmurans, vniuersos conuertit in lachrymas, fidemque & probationem detulit, quia quem solum tenuit ex pluribus, non dimisit. Denique perturbatus fuit ille, & tam manifestum rei indicium, neque odij, neque inimicitiarum, neque iniuriæ alicuius vel inuidiæ obice, propter obiectionem naturę, vel crimen repellere potuit. Itaque quod erat rationi consonum, vltionem perpessus est, quia defensionem sibi præstare non potuit. Lingua canis dum lingit vulnus, sanat illud. Lictus eius admodum medicus esse fertur. Catuli denique lingua, vulneratorum solet esse intestinorum salus. Natura eius vt ad vomitum suũ
reuertatur, iterumq́ue comedat. Cumque flumen tranauerit carnem aut aliquid tale in ore suo tenẽs, Canis natura.
cum viderit vmbram, os suum aperit, atque dum properat aliam carnem sumere, ipsam quam tenet, perdit. Cuius figuram in quibusdam rebus prædicatores habent, qui semper admonendo & exercẽdo quæ recta sunt, insidias diaboli pellunt, ne thesaurũ Dei animas Christianorum ipse auferat. Lingua canis dum lingit vulnus, sanat illud, quia peccatorum vulnera dum in confessionę nudantur, sacerdotum correctione mundantur. Intestina quoque hominis curat lingua canis, quia secreta cordis ipsius mundantur opere & sermone doctoris. Medicus admodum canis dicitur esse, quia qui præest alijs, sapientiæ studijs inuigilare, omniq́ue modo crapulam vitare debet. Nam in saturitate panis Sodoma perijt. Nullo demum ambitu tam cito possidet hominem inimicus, quàm voraci gula. Quòd canis ad vomitum redit, quosdam post peractam confessionem incaute ad perpetrata facinora redire demonstrat. Quòd carnem in flumine per cupitam vmbram relinquit, significat homines stultos, qui propter ambitionem rei ignotæ, id sæpe, quod sui iuris est, derelinquunt: vnde fit vt dum non valent adipisci quod cupiunt, frustra nolint perdere id,
quod reliquerunt. Lycisci dicuntur canes qui ex Lycisci.
lupis & canibus nascuntur, cum inter se forte miscentur. Solent Indi fœminas canes alligare in syluis, vt admisceantur ad tigres bestias, a quibus insiliri, & nasci ex eodẽ fœtu canes acerrimi dicuntur, adeo fortes vt complexu leones prosternant.

De animalium in genere nominibus, & speciebus, ac propietatibus. Caput. XII.

OMnibus animantibus Adam primus vocabula indidit, imponens vnicuique nomen ex præsenti institotione iuxta conditionem naturę, cui seruiret. Gentes autem vnicuique animalium ex propria lingua dederunt vocabula, non autem secundum linguam latinam, atque græcam, aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa imposuit Adam, sed illa lingua, quæ ante diluuium vna fuit omnium quæ hebræa nuncupatur. Latine autem animalia
sunt animantia dicta, quæ animantur vita, & mo- Animalia.
uentur spiritu. Quadrupedia vocata, quòd qua- Quadrupedia.
tuor pedibus gradiantur, quæ etsi similia sint pecoribus, tamen non sunt sub cura humana, vt ceruí, damæ, onagri, &c. Sed neque bestiæ sunt,
vt leones, neque iumenta, vt vlus hominum iu- Bestiæ. Iumenta.
uare possint. Pecus dicimus esse, quod humana Pecus.
lingua & effigie caret. Propie autem pecorum nomen ijs animalibus accommodari solet, quæ sunt ad vescendum apta, vt oues & sues, aut in
vsus hominum commodata, vt equi & boues. Pecora.
Differt autem inter pecora & pecudes. Nam ue- Pecudes.

teres in significatione omnium animalium pecora dixerunt, pecudes autem tantum animalia illa quæ eduntur, quasi pecuedes. Generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatur. Iumenta inde nomen traxerunt, quòd nostrum laborem vel onus suo adiutorio subuectando vel arando iuuant. Nam bos carpenta trahit, & durissimas glebas vomere vertit. Equus & asinus onera portant, & hominum in gradiendo laborem temperant, vnde & iumenta appellantur, ab eo quòd homines iuuant, sunt enim magnarum virium animalia. Item dicuntur armenta, vel quòd sint armis apta, id est bello, vel quòd his in armis vtimur, vel quòd magnos armos habent. Alij armenta boues tantum intelligũt, ab arando, quasi aramenta, vel quòd sint cornibus armata. Discretio autem est inter armenta & greges. Nam tantum maiorum vt equorum & boum sunt armenta, greges vero etiam caprarum, & ouium, & cæterorum minorum gregatim viuentium.

Iumenta.

Armẽta.

De Oue. *Caput.* X I I.

Q Vis molle pecus lanato corpore, inerme animal, animo placidum: ab oblatione dictum, eo quòd apud veteres in initio non tauri, sed oues in sacrificio mactarentur. Ex his quasdam bidentes vocant eas, quæ inter octo dentes duos altiores habent, quas maxime Gentiles in sacrificio offerebant, vel quæ essent biennes. Ouis sub aduentu hyemis, quia inexplebilis ad escam, insatiabiliter herbã carpit, eo quòd præsentiat asperitatem hyemis affuturam, vt prius herbæ pabulo se farciat, quàm gelu adurente omnis herba deficiat.

De veruece. *Caput.* X I I I.

R Eruex vel a viribus dicitur, eo quòd cæteris ouibus sit fortior, vel quòd sit vir idest masculus, emasculatus tamen, nam masculus aries dicitur, veruex castratus, vel quòd vermes in capite habeant, quorũ ipsi vt arietes excitati pruritu, se inuicem concutiunt. Vnde aries ἀπὸ τοῦ ἄρεως idest a marte vocatus, quo nomine apud nos in oui bus masculi vocantur: siue quòd hoc pecus a Gentilibus primo est aris immolatum, ut aries diceretur eo quòd imponeretur aris. Vnde illud: Aries mactatur ad aram: sed id minus placet, & primæ syllabæ quantitas non approbat.

De Agno. *Caput.* X V.

S Gnus dicitur quasi ἁγνὸς hagnes idest castus. Latini autem sic dictum putãt, eo quòd præ cæteris animalibus matrẽ agnoscat, adeo vt etiãsi in magno grege erret, statim balatu recognoscat vocem parentis, festinetque ad matrem, lactis quoque materni notos sibi fontes requirat. Mater vero inter multa millia agnellorum solum filium noscit, & licet vnus sit plurimorum balatus, & eadem species, illa tamen fœtum suum recognoscit, & discernit a cæteris, & solum filium tacitæ pietatis studio recognoscit.

De Hirco, & hædo. *Cap.* X V I.

Ircus lascíuum animal est, petulans & feruens semper ad coitum, cuius oculi ob libidinẽ in transuersum aspiciũt, vnde nomen traxit, nam hirqui sunt oculorum anguli, secundum Suetonium. cuius natura adeo calida est, vt adamantem lapidem, quem nec ignis nec ferrum domare valet, solus huius cruor dissoluat. Hœdi secundum quosdam ab edendo vocati sunt, parui enim pinguissimi sunt, & saporis iucundi, vnde & hœdus & hœdulus nominatur, sed quia hœdus scribitur sic, alijs dici vi detur quòd si h in f mutetur fiat fœdus. T

De apro. *Cap.* X V I I.

Per, id est porcus, vel sus syluester a feritate vocatur ablata scilicet litera quasi asper, vt vult Varro: vnde apud græcos ἄγριος agrios, id est agrestis, ferus dicitur & ferox, omne enim quod ferum est & immite abusiue agreste vocamus. Alijs videtur dici a nomine græco ἀφρὸς quod est spuma, eo quòd spumã ore emittat. V

De Iuuenco, & Tauro. *Cap.* X V I I I.

 Vuencus dictus eo quòd iuuare incipiat vsus hominum in terra colenda, vel quia apud Gentiles semper vbique immolabatur, & nunquam taurus, nam in victimis etiam ætas considerabatur. X Iuuẽcus.

¶ Taurus nomen græcum est, sicut & bos. Indicis tauris color fuluus est, volucris pernicitas, pilus in contrarium versus, hiatus magnus. Hi quoque circunferunt cornua, omnique caput flexibilitate qua uolunt, tergi duritia omne telum respuunt, tam immani sunt feritate, ut capti animas ne domentur proijciant. Taurus.

De boue, & vro, & similibus.
Cap. X I X.

Os græcis βοῦς hic & hæc boys huius boos dicitur, hunc latini trionem nominant, eo quòd terram terat, quasi terionem. Boum in socios eximia dilectio est, nam alter alterum inquirit, cũ quo ducere collo aratrum consueuit, & frequenti mugitu amicum testatur affectum, si fortè defuerit. Boues impendenti pluuia ad præsepia se tenere nouerunt, atque ubi naturali sensu collegerunt mutationem cœli, in serenitatem foras spectant, & vltra præsepia ceruices extendunt suas vnà in omnes partes, vt prodire se velle testentur. Vri agrestes boues sunt, habentes cornua immensa, intantum vt inter regias mensas Y Vri.

mensas ob insignem capacitatem gerulæ potiù fiūt.

¶ Sunt etiam in India boues vnicornes, solidos vngulis, nec bisulcis, sed atrocissimi. Bubali inde nomen trahunt, quod sint similes boum, adeo indomiti, vt præ feritate iugum non recipiant. Bubali.

¶ Vacca dicta quasi boacca, est enim ex genere nominum a masculinis formatorum, sicut leo leena, draco dracena &c. vitulus & vitula a viriditate vocati sunt, i. ætate viridi, sicut & virgo, vitulam. n. paruam esse dicimus, & nondum enixam, nam enixa iuuenca est idest vacca iuuenis. Vacca.

De Cameli natura. Cap. XX.

Z Camelis κάμα cama. i. labor nomen dedit, quod iumentum sit laboriosum, vel a chamæ quod græcorum est aduerbiū significans humi, nam quando onerātur vt breuiores & humiliores fiant, accubāt, & sic camelus scribereutr: siue quia curuus est dorso a camuro. i. incuruo. Hos licet & aliæ regiones mittant, Arabes tamen plurimos, & Bactri fortissimos camelos mittunt. Verum in hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, Bactriani singula, hi nunquam pedes atterunt, sunt enim illis reciproca quibusdam pelliculis vestigia carnulenta, vnde & contraria sunt illis ambulantibus, nullo fauente præsidio ad nisum insistendi. Habentur autē ad duplex ministerium. Sunt enim alij oneri deferendo accommodati, alij perniciores & ad interficiendum promptiores. Sed illi vltra modum pondera recipiunt, isti amplius quàm solita spatia egredi nolunt. Geniture cupiditate efferantur adeo vt sæuiant cum venerem requirunt. Oderunt equinum genus. Sitim etiam per triduum tolerāt, verum cum datur occasio bibendi, tantum implentur, quantum & desideria præterita satiet, & in futurum diu prosit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt, Denique vbi cœnosior aqua defuerit, ipsi assidua proculcatione limum excitant, vt turbetur: durant in annos centum. Si forte translati fuerint in loca peregrina, propter insolitam mutationem aeris, morbos trahunt. Ad bella fœminę præparantur: Inuentumque est vt desiderium eis coitus quadam castratione extrahatur, putant enim fieri validiores si a coitibus arceantur.

De dromedario. Caput. XXI.

A Dromedarius genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris, vnde & nomen habet. Nam dromos grece, cursus & uelocitas appellatur, centum enim milliaria & amplius vna die peragere solet, quod animal, sicut ouis, bos, & camelus, ruminat. Ruminatio autem dicta est a rumine eminente gutturis parte, per quam viam missus cibus a mulus reuocatur animalibus.

De asino, & asello. Caput. XXII.

Asinus & asellus ab assidendo dictus, quasi asellus ab homine, sed hoc nomen, quod magis equis conueniebat, ideo hoc animal sumpsit, quia prius quàm equos homines equitarent, huic insidere cœperunt. B Animal quippe tardum est, & nulla ratione mandatis renitens, statim vt voluit sibi homo substrauit. Asini autem arcadici dicti sunt, eo quòd ab Arcadia primum vecti sunt, magni & alti. Minor autem alinus asellus dictus est, & plus necessarius est, quia & laborem tolerat, & negligentiam mollis educationis propemodum non recusat.

De onagro vide lib. 2. cap. XI.

De equo & eius natura. Caput. XXIII.

Dicti equi detracta prima litera, idest a: quæ est in equus, a. ū. ab a qualitate, eo quòd quando bigis aut quadrigis iungebantur, pares statura, viribus, & cursu copulabantur. Caballus autem a cauando dictus, eo C quod gradiens vngula impressa terram cauet, quod reliqua animalia non habent. Inde dictus est sonipes, quòd sonat pedibus. Viuacitas equorum & industria multa. Exultant enim in campis, odorantur bellum, excitantur sono tubæ ad prælium. Voce accensi ad cursum prouocantur. Dolent cum victi sunt, exultant cum vicerint. Quidam equi hostes in bello sentiunt, adeo vt aduersarios morsu petant. Alij etiam proprios Dominos recognoscunt, obliti mansuetudinis si Domini mutentur. Aliqui præter Dominum, nullum dorso recipiunt. Vnde exemplum dabimus Alexandri magni, cuius equus Bucephalus dictus, siue ab aspectus toruitate, siue ab insigni nobilitate, eo quòd taurinū caput habebat, seu quòd a fronte eius quidam extātium corniculorum minę protuberabant. Cum ab equario suo alio tempore molliter insideretur, accepto regio stratu, neminem vnquam præter Dominum vehere dignatus est. Documenta eius in plijs plura sunt, quibus Alexandrum sospitem e crudelissimis certaminibus ope sua extulit. Equus Caij Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepit. Regem Scytharum singulari certamine interemptum cum eius victor spolia re vellet, ab eius equo calcibus, morsibusque laceratus est. Nicomede rege interfecto equus eius inedia vitam expulit. Cum plio Antiochus Galatas subegisset, Centeretrij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum insilijt ouaturus, is autem adeo spreuit lupata, vt de industria acerbatus, & turbatus ruina pariter, & se & equitē affligeret. In huiusmodi animalis genere ætas longior maribus. Legimus sanè equum ad annos vixisse septuaginta. Notatum etiam aduertimus, † Opuntem nomine equum ad gregarium venerem durasse ad annos quadraginta. Equarum libido extinguitur iubis tonsis. In quarum partu amoris D † Opinionem.

E ris nascitur veneficium, quod in frontibus præferũt editi filij, fuluo colore, caricis mole, quod hippomanes nominatur, quod si præreptum statim fuerit, pullo mater nequaquã vbera præbet. Quo equus sanior fuerit, & spei maioris, eo profundius nares mersiat in bibendo. Interfectis vel morientibus Dominis lachrymas infuderunt. Dicunt enim equum solum propter hominem lachrymari, & doloris effectum sentire. Vnde & in sentiendo equorum & hominum natura permixta est. Solẽt etiam ex equorum mœstitia vel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. In generosis equis (vt aiunt veteres)
F quatnor expectantur, forma, pulchritudo, meritum atque color. Forma, vt sit validum corpus & solidũ, robori conueniens altitudo, latus longum & substrictum, clunes maximi & rotundi, pes nodosus & siccus, cornu concauo consolidatus. Pulchritudo vt sit exiguum caput & siccum, pelle prope ossibus adhærente, aures breues & argutę, oculi magni, nares patulæ, & erecta ceruix, coma densa & cauda, vngularum soliditas, fixa rotunditas. Meritum, vt sit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris (quod est fortitudinis indiciũ) quique ex summa quiete facile concitetur, & excitata festinatione non difficile teneatur. Motus autem equi in auribus intelligitur, virtus in membris trementibus. Color est hic pręcipue expectãdus: Badius, aureus, roseus, myrteus, ceruinus, giluus, glaucus, scutulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger: sequenti autem ordine varius ex nigro badioque distinctus: reliquus autem varius color, vt cinereus deterrimus est. Badium autem siue vt vulgo dicunt baium & baiadum antiqui quasi vadium dicebant, eo quòd eius coloris equi inter cętera animalia fortius vadant, Ipse est & spadix, quem phœnicatum vocant, & est dictus spadix a colore palmæ, quam Syrij spadicem vocant. Glaucus vero est veluti pictos habens oculos, & quodam splendore perfusos. Giluus autẽ medius color est albus nigris interuenientibus punctis. Candidus autem & albus inuicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est, candidus vero est niueus, & maiori albore perfusus. Canus dictus est; qui ex candido colore & nigro est. Scutulatus est dictus propter orbes quos habet candidos inter purpureos, varius quod vias habet imparium colorum. Qui autem tantum pedes albos habent, pedici appellantur, qui frontẽ albam, candidi. Ceruinus est quem vulgo griseum dicunt. Onosinus autem dictus, quòd sit color eius communis cũ asino, idem est & cinereus. Sunt autem equi de agresti gñe orti, quos equos feros dicimus, & proinde ad vrbanam dignitatem transire non possunt. Maurus niger est. Mauron enim græci nigrũ vocãt. Mannus vero equus breuior est. Verhedos vero antiqui dicebant eo quòd rhedas veherent, id est du
G cerent, vel per uias publicas irent, per quas & rhedis ire solitum erat. Equorum tria sunt genera. Vnũ generosum, prælijs & oneribus aptum. Alterum vulgare atque gregarium, ad vehendum, non ad equitandum aptum. Tertium ex permixtione diuersi generis ortum, quod etiam bigenum dicitur, quia ex diuersis nascitur, vt mulus. Mulus a græco fictum vocabulum habet, eo scilicet quòd iugo pistorum subactus, tardas in gyrum molendo ducat molas. Iudæi asserunt, quod Ana abnepos Esau equarum greges ab asinis in deserto ipse prius fecerit ascendi, vt iumentorum contra naturam noua animalia nascerentur. Onagros quoq; ad hoc admissos esse ad asinas dicunt, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, vt ex his velocissimi asini nascerentur. Industria quippe humana diuersum animal in coitus coegit, sicq; adulterina commixtione genus aliud reperit: sicut & Iacob contra naturam ouium colorum dissimilitudines procurauit. Nam tales fœtus oues illius procreabant, quales virgas arietes desuper ascendentes in aquarum speculo cõ- H
templabantur. Denique & hoc ipsum equarum gregibus fieri fertur, vt generosos obijciant equos visibus concipientium, quo eorum similes concipere & creare possint. Nam etiam columbarum dilectores depictas & pulcherrimas columbas ponunt ijsdem locis, quibus illæ versantur, quo rapiẽte visu similes generent. Inde est quòd quidam grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus, vt cynocephalos & simias, ne visibus occurrentes similes fœtus pariant. Hanc enim fœminarum naturam esse dicunt, vt qualem prospexerint, siue mente conceperint in extremo voluptatis æstu dum concipiunt, talem sobolem procreent. Etenim anima in vsu venereo formas extrinsecas transmittit, eorumque satiata typis rapit species earum in propriam qualitatem. In animantibus bigena dicuntur, quæ ex diuersis nascuntur, ut mulus ex equa & asino, burdo ex equo & asina, Ibridæ ex apris & porcis, tityrus ex oue & hyrco, musino ex capra & ariete, qui est dux gregis.

De Cato, seu musione. *Cap. XXIIII.*

Vsio seu muscio a plerisque muriceps seu murilegus appellatur, quòd muribus infestus sit: hunc vulgus catum a captura vocat. Alij dicunt, quòd oculis res captat idest videt. Nam tam acute cernit, vt fulgore luminis tenebras noctis superet. Catus enim acutus, & callidus dicitur. I

De mure, & sorice &c. *Cap. XXV.*

Vs pusillum animal est, græcum illi μῦς nomen est, quicquid vero ex illo trahitur latinum est. Alij dicunt mures, quòd ex humore terræ nascantur. Nam humus terra, & inde mus, his in plenilunio iecur crescit, sicut & quædam maritima augentur, quæ imminente plenilunio augentur, & rursus deficiente luna deficiunt. Sunt qui inter soricem & murem discrimen ponant, vt sorex sit minus illud animal cui cati insidiantur, mures maius quod non recte glis putatur. K

De mustela uide lib.2.cap.18.

De talpa. Cap. XXVI.

L TAlpa bestiola est nigra damnata cæcitate perpetua, est enim in tenebris absq; oculis, & semper terram fodit, & humum erigit, & subter frugibus radices comedit, quæ græce ἀσπάλαξ aspalax vocatur.

De formica vide lib.2.cap.19.
De hericio seu herinaceo lib.2.ca.4.

De Auibus in genere. Cap. XXVI.

M AVium vnum quidem est nomen; sed diuersa sunt genera. Nam sicut specie differunt, ita & naturæ diuersitate: siquidem aliæ sunt simplices, vt columbę. Aliæ astutæ, vt perdix. Aliæ ad manum se subijciunt, vt accipitres. Aliæ reformidant, vt garamantes. Aliæ hominum conuersatione delectantur, vt hirundo. Aliæ in desertis secretam vitam diligunt, vt vultur. Aliæ cantus eduot dulcissimos, vt cygnus & merula. Alię verba & voces hominum imitantur, vt psittacus & pica: sed & aliæ sicut genere, ita & moribus innumerabiles. Nam volucrum quot genera sint, inueniri quisquam non potest. Neque enim omnis Indię, Æthiopiæ, aut Scythiæ deserta quisquam penetrare potuisset, qui earum genus vel differentias nosset.
N Aues dictæ eo quòd rectas vias non habent, sed per auia quæque discurrunt. Alites; quia alis ad alta tendunt, & ad sublimia alarum remigio conscendunt. Volucres a volando. Nam vnde volare, inde & ambulare dicimus. Vola enim dicitur media pars pedis siue manus, & in auibus vola media pars alarũ, quarum motu pennæ agitantur, inde & volucres.
O Pulli dicuntur omnium auium nati. Sed & animalium quadrupedum nati pulli dicuntur, & homo paruus pullus aut pusio. Recentes igitur nati pulli dicuntur, eo q polluti sint. Vnde & vestis nigra pulla dicta est. Aliæ sunt, in quibus pennæ per ordinem fixæ, volandi exhibent vsum: vocatę autem sunt alę, q his aues complexos alant, & foueant pullos. Penna a pendendo dicta, inde & pendere. Volucres.n. pennarum auxilio mouentur, quando aeri se mandant. Pluma quasi piluma. Nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita plumæ in auibus. Auium multa nomina a sono vocis constat esse composita, vt sunt grus, coruus, cygnus, bubo, miluus, vlula, cuculus, graculus, & cætera, varietas enim vocis earum docuit qualiter easdem homines nominarent.

De aquila vide lib.1.cap.56.
De vulture lib.1.cap.38.
De grue lib.1.cap.39.

De psittaco. Cap. XXVIII.

P SOla India mittit psittacum, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua, & cæteris auibus latiore, vnde & articulata verba exprimit, ita vt si eam non videas, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens aue, vel χαῖρε. Cætera nomina ex institutione discit, vnde illud Martialis. Hoc per me didici dicere, Cæsar aue. Cuius rostrum tanta duritia est, vt cum e sublimi præcipitatur in saxum, nisi oris sui se excipiat, & quodam quasi fundamento vtatur ordinariæ firmitatis. Studet vt loquatur quod homines, & cum adhuc pullus est, & adhuc intra alterum suæ ætatis annum, quę monstrata sunt, & citius discit, & tenacius retinet.

De caladrio vide lib 1.cap.48.
De ciconijs lib.1.cap 42.
De holore aut cygno lib.1.cap. 53.
De ibide seu ibi. lib.1.cap.57.
De assida seu Struthione lib.1.cap.37.
De fulica lib.1.cap 58.

De halcyone. Cap. XXIX.

HAlcyon marittima auis est, Q quæ i littoribus fętus suos edere solet, ita vt in arenis oua sua deponat medio ferè hyemis, nam id tempus fouẽdis habet deputatum fœtibus, quando maxime insurgit mare littoribus, qñ etiam vehemẽtior fluctus illiditur, tunc repentina placiditate, in gratiam aut naturam huius auis aura mitescit, & postius ouis mare seipsum demittit, omnes cadunt procellæ, mitescunt flatus ventorum, ac placidum ventis stat mare, donec oua foueret halcyon sua. Septem autẽ dies sunt quibus educit pullos, fœtusque absolutis illico alios quoque septem adiungit dies, quibus enutriat pullos suos, donec incipiant adolescere. Nec mireris tam exiguum nutrimenti tempus, cum absolutio fœtuum tam paucorum dierum fit. Tantam autem gratiam dicunt huic aui ministratam esse & indultam diuinitus, vt hos quatuordecim dies nautæ præsumptę serenitatis obseruẽt, quos & halcyoneos vocãt, quibus nullus tempestatis motus horrescat.

De phœnice vide lib.1.cap.49.

De cinnamulgo. Cap. XXX.

CInnamulgus & ipsa Arabiæ auis est, proinde ita uocata, quòd in excelsis nemoribus texit nidos ex fructibus cinnami, & quia non possunt illuc homines ascendere propter ramorum altitudinem & fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt, & sic cinnama illa deijciunt, & pretijs amplioribus vendunt; eo q hæc cinnama magis quàm alia mercatores probant. R Cinnamulgus.

De hercinijs auibus. Cap. XXXI.

HErciniæ aues dictæ ab Hercinio saltu Germaniæ, vbi nascuntur, quarum pẽnæ adeo in obscuris micant, vt quamuis nox obducta densis tenebris sit, ad præsidium itineris dirigendi proiectæ interluceant, cursusque via pateat indicio plumarum fulgentium.

De epope dictum est in vpupa. lib. 1. cap. 52.
De pelicano lib. 2. cap. 27.
De noctua seu nycticorace lib. 1. c. 34.
De syrenis lib. 2. cap. 32.
De perdice lib. 1. cap. 50.

De pica, & pico. Cap. XXXII.

S Picæ quasi poeticæ, eo quòd verba cum discrimine vocis exprimant vt homo, per ramos enim arborum pendulę, importuna garrulitate sonantes, etsi nequeunt linguas in sermone exprimere, sonum tamen humanæ vocis imitantur, de qua congrue quidam ait: Martial.

Pica loquax certa dominum te voce saluto.
Picus. *Si me non videas esse, negabis auem.*

Picus a Pico Saturni filio nomẽ sumpsit, eo quòd ipse in auspicijs ea aue vteretur. Nam ferunt hanc auem quiddam habere diuinum, indicio illo, quòd in quacunque arbore nidificauerit, clauum vel quicquid aliud ei infixum diu hærere non possit quin statim excidat, vbi illa insederit.

De accipitre vide lib. 1. cap. 13.

De Luscinia. Cap. XXXIII.

T Luscinia nomen est auis inde sumptum, quia cantu suo significare solet surgentis exortum diei, quasi lucinia, est enim peruigil custos. Cum oua quodam sinu corporis & gremio fouet, insomnem longæ noctis laborem cantilenæ suauitate remittit. Et vt mihi videtur, hęc summa est eius intentio, vt possit non minus dulcioribus modulis, quàm fomento corporis fœtum animare atque fouere. Hanc vitam videtur ducere mulier viduata, sed pauper & pudica, quæ colum digitis trahens vt paruulis suis victum acquirat, nocturno cantu mœstitiam paupertatis demulcet, & quamuis suauitatem lusciniæ imitari non possit, imitatur tamen eam sedulo maternæ pietatis officio.

De vespertilione. Cap. XXXIIII.

V Vespertilio animal ignobile a vespere nomẽ sumpsit, est autem volatile, idemque & quadrupes, & dentibus vtitur, quod in alijs auibus reperiri non solet: parit sicut quadrupedia, non oua, sed pullos viuentes, volitat autẽ non aliquo volatu pennarum, sed membranæ suæ fulta remigio, quo suspensa veluti pennarum volatu circũfertur atque vegetatur: habet aliud hoc vile animal, quòd sibi inuicem adhærent, & quasi specie botrionis ex alto loco pendent, at si se vltimæ quæque laxauerint, omnes resoluuntur, quod fit quodam munere charitatis, quæ difficile in hominibus & tamen aliquatenus in volucribus huiusmodi repentur.

De coruo vide lib. 1. cap. 35.

De cornice, & coruo iterum. Cap. XXXV.

Cornix annosa auis apud latinos graeco nomine κορώνη corone appellatur, quam aiunt augures hominum curas significationibus agere, insidias viarum monstrare, futura prædicere. Magnum nefas hoc credere est, quòd Deus cornicibus sua mandet consilia. His inter multa auspicia tribuunt, & pluuias portẽdere vocibus, vnde est illud. X Y

Virg. in Georgi. Corui. *Tunc cornix pluuiam vocat improba voce.*

Discant homines amare filios suos ex vsu & pietate cornorum, qui etiam volantes filios comitantur sedulo prosequuntur, ac solicite timentes, ne fortè deficiant, cibum suggerũt, ac plurimo temporis spatio nutriendi officia non relinquunt. At vero fœminæ nostri temporis cito ablactant etiam illos quos diligunt, & si ditiores sunt, lactare fastidiunt: pauperiores si fuerint, paruulos abijciunt, & exponunt, & deprehensos abnegant. Ipsæ quoque ditiores matres, ne per plures patrimonium diuidatur, proprios necant in vtero fœtus, & parricidalibus succis in ipso genitali alio pignora sui ventris extinguunt. Prius enim aufertur vita quàm tradatur. Quis docuit nisi homo filios abdicare? Quis inter naturæ fraterna consortia, fratres impares fecit? Vnius diuitis filij diuersæ sorti cedunt. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus iucundatur, alius opulentæ hæreditatis paternæ deplorat angustam atque inopem portionem. Nunquid natura diuidit merita filiorum? ex pari tribuit omnibus vnde & nascendi & viuendi possint habere substantiam. Ipsa vos o parentes docet non discernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquauit. Etenim quibus dedistis communiter esse quod nati sunt, eis non debetis inuidere, quin communiter sortem eandem inter se sortiantur, & habeant.

De columba vide lib. 1. cap. 1. 2. 3.
De turture lib. 1. cap 20. 23. 24. & 25
De hirundine lib. 2. cap. 41.
De coturnice seu qualea lib. 1. cap. 51.
De pauone lib. 1. cap. 55.
De Vpupa lib. 1. cap. 52.
De gallo lib. 1. cap. 36.

De anate. Cap. XXXVI.

Anas ab assiduitate natandi aptum nomen accepit. Ex quo genere quædam dicuntur germaniæ, eo quòd plus cæteris nutriant. Anates ponticæ veneno victitant, ideoq; cibo humano aptæ non sunt. Putatur etiam anas anseri dedisse nomen, quòd & ipsa cum in terris viuat assiduo natet, sed de ansere alibi diximus. Z

saluti est. Fauces enim obdulcat, & curat vulnera. Interius quoque medicamentum infundit vlceribus. Itaque cum sit infirma robore apis, valida tamen est vigore sapientiæ, & amore virtutis. Denique apes regem suum summa protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum putant. Rege incolumi mens omnibus vna, amisso rupere fidem. Incolumi enim rege nesciunt mutare iudicium, mentem aliò inflectere. Amisso rege fidem seruandi muneris derelinquunt, atque ipsæ sua mella diripiunt, quòd is, qui huius muneris habuit principatum, interemptus est. Itaque cum volucres aliæ semel tãtum quotannis edant fœtus, apes bis aut ter noua producũt agmina, & ideo miranda animantibus cæteris fœcũditate præponderant.

¶ *De arbore quadam in India. Cap. XXXIX.*

H PEndens est arbor in India. Est autem huius arboris fructus dulcis totus, & valde suauis. Columbæ autem delectantur in fructibus huius arboris, habitantque in ea, pascentes fructus eius. Draco autem est inimicus columbis, timetque arborem & vmbram eius vbi columbæ morantur, & non potest appropinquare arbori, neque vmbræ eius. Si enim vmbra arboris ad occidentem venerit fugit ipse ad Orientem, & econuerso. Si autem euenerit vt columba inueniatur extra arborem vel vmbram eius, occidit eam draco. Arborem hanc Deum patrem intellige, vmbram filium eius; sicut Gabriel dicit ad Mariam: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Fructum cœlestem sapientiam Domini, scilicet Spiritum sanctum vide ergo o homo ne postquam acceperis Spiritum sanctum, idest spiritualem columbam, & intelligibilem, & manentem super te, foris fias ab æternitate, alienus a patre & filio & spiritu sancto, ne draco te interimat, idest diabolus. Nam si tu habes Spiritum sanctum, non potest tibi appropinquare draco. Attende ergo o homo, & permane in fide catholica. Caue quantum potes ne extra domum inueniaris & comprehendat te ille draco serpens antiquus foris, & deuoret te sicut Iudam, qui mox vt exijt a domo foras, & a fratribus Apostolis, statim a dæmone est deuoratus, & perijt.

Luc. 1.

¶ *De serpentum generibus. Cap. XL.*

I ANguis omnium serpentum est genus, quod complicari & cõtorqueri potest, & inde anguis, quòd angulosus sit, & nũquam rectus. Coluber ab eo dictus, quòd colat vmbras, vel quòd in lubricos tractus flexibus sinuosis trahatur vel labatur. Nam lubricum dicitur quicquid labitur dum tenetur, vt anguilla serpens. Serpens autem nomen accepit, quia occultis accessibus serpit non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit. Illa autem quæ quatuor aut pluribus pedibus nituntur, sicut lacertæ & stelliones, non serpentes, sed reptilia sunt, quia vẽtre & pectore reptant, quorum tot venena, quot genera: tot pernicies, quot species: tot dolores, quot colores habentur.

Anguis. Coluber. Serpens. Reptil.

¶ *De dracone dictum est lib. 2. Cap. 24.*

¶ *De Basilisco, & Sibilo. Cap. XLI.*

K BAsiliscus græce, latine interpretatur regulus, eo quòd sit rex serpentum, ita vt eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat. Nam & hominem si aspiciat, interimit. Siquidem ab eius aspectu nulla auis volans illæsa transit. Sed quamuis sit procul, ore eius combusta deuoratur. A mustelis tamen vincitur, quas inserunt homines cauernis, in quibus delitescunt. Itaque ea visa fugit, quem illa persequitur, & occidit. Nihil enim ille parens rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis, albis maculis lineatus. Reguli autem sicut scorpiones arentia quæque sectantur, & postquàm ad aquas venerint, ipsi quem momorderint, hydrophobas & lymphaticos faciunt. Sibilus idem est & regulus. Sibilo enim occidit antequam mordeat vel exurat.

Sibilus.

¶ *De Vipera vide lib. 2. Cap. 21.*

¶ *De Aspide lib. 2. Cap. 30.*

¶ *De Cerastе. Cap. XLII.*

L CErastes ita dicitur, quia in capite cornua prætendit arietum similia: κέρατα enim; idest cerata græce cornua vocãtur. Sũt autem illi quadrigemina corniculа, quorum ostentatione veluti esca sollicitans animalia perimit, totum enim corpus tegit arenis, nec vllum indicium sui præbet, nisi ex ea parte, qua inuitatas aues vel animalia capit, est autem flexuosus plusquam alij serpentes, ita vt spinam habere non videatur.

¶ *De Scitale ex Plinio & Solino. Cap. XLIII.*

M SCitalis serpens, ita vocatur, quòd tanta præfulget tergi varietate, vt notarũ gratia se aspicientes retardet: & quia reptando pigrior est, quos assequi nõ valet, miraculo sui stupentes capit. Est autem tanti feruoris, vt etiam hyemis tempore exuuias corporis feruentes deponat, de quo Lucanus: Et scitalis sparsis etiam nunc sola pruinis, Exuuias positura suas.

¶ *De Amphisibæna. Cap. XLIIII.*

N AMphisibæna dicta eo quòd duo capita habeat, vnum in loco suo, alterum in cauda currens ex vtroque capite, tractu corporis circulato. Hæc sola serpentium frigori se committit, prima omnium præcedens, de

qua

quæ idem Lucanus: Et grauis in geminum vergens caput amphisibæna. Cuius oculi lucent velut lucernæ.

¶ *De Hydro, & Hydra vide lib. 2. cap. 7.*

¶ *De Boa serpente iterum. Cap. XLV.*

O Boas anguis Italiæ immensa mole, persequitur greges armentorum, & bubalos, & plurimo lacte irriguis vberibus se innectit, & sugens interimit, atque inde a boum depopulatione nomen boas accepit.

¶ *De Iaculo. Cap. XLVI.*

P Iaculus serpens volans, de quo Lucanus, Iaculique volantes. Exiliunt enim arboribus vbi insidias ponunt, & dum aliquod animal obuium fuerit, iactant se super ipsum, & perimunt, vnde & iaculi dicti sunt.

¶ *De Sirenis serpentibus. Cap. XLVII.*

Q In Arabia autem sunt serpentes quæ Sirenæ vocantur cum alis, quę plus currũt equis, sed etiam volare dicuntur, quorum virus tantum est, vt morsum ante mors insequatur quàm dolor.

¶ *De Sepe serpente. Cap. XLVIII.*

R Seps exiguus serpens, qui non solum corpus, sed etiam ossa veneno consumit, cuius poeta sic meminit. Ossáque dissoluens cũ corpore tabeficus seps. Lucanus.

¶ *De Dypsade serpente. Cap. XLIX.*

S Dipsas serpens tantę exiguitatis fertur vt cum calcatur, non videatur, cuius venenum ante extinguit quam sentiatur, ita vt facies præuenta morte, nec tristitiam morituro inducat, de quo poeta:

Signiferum iuuenem tyrrheni sanguinis † aulũ. † Almũ.
Torta caput retro dypsas calcata momordit.
Vix dolor aut sensus dentis fuit &c.

¶ *De Lacerto iterum, & Batracha. Cap. L.*

T Lacertus reptile genus est, vocatus ita quòd brachia habeat. Genera lacertorum plura, vt batracha salamandra, saura, stellio. Batracha sic dicitur, quod ranæ faciem habeat, nam græci ranam batrachon appellant.

¶ *De Salamandra vide lib. 2. cap. 16.*

¶ *De Saura. Cap. LI.*

V Saura lacerti species, quę quando senescit, cęcantur oculi eius, & intrat foramen parietis, aspiciens contra orientem, & orto sole intendit, & illuminatur.

¶ *De Stellione iterum, & alijs serpentibus. Cap. LII.*



Stellio de colore nitido nomen accepit, est enim tergo pictus lucentibus guttis in modum stellarum, de quo Ouidius: Aptumque colori Nomen habet varijs stellatus corpore guttis. Hic autem scorpionibus adeo contrarius est, quod (vt traditur) eo viso pauorem eis incutiat, & torporem afferat. Sunt & alia genera serpentum, vt admordicæ, elephantiæ, chamedracontes, & multa alia, omnia autem homini exitiosa, vt quantus nominum, tantus mortium sit numerus. Omnes autem serpentes natura sua frigidi sunt, nec percutiunt nisi quando calefiunt. Nam quando sunt frigidi, nullum tangunt. Vnde & venena eorum plus die quàm nocte nocent, torpent enim noctis algore, & merito, quia frigidi sunt nocturno rore. In se enim adducũt vaporẽ torporis gelidæ pestis & natura frigidæ. Vnde & hyeme in nodos torquentur, æstate soluuntur. Inde est quòd quicunque ueneno serpentis percutitur, primum obstupescit, & postea ubi in illo calefactum ipsum uirus exarserit, statim hominem extinguit. Venenum autem dictum quia per uenas it dit. Infusa enim pestis eius per uenas, vegetatione corporis destructa, discurrit, & animam extinguit. Vnde non potest venenum nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Vnde Lucanus: Noxia serpentum est admixto sanguine pestis. Omne autem venenum est frigidum, & ideo anima quę ignea est, fugit uenenum frigidum.

X
Y Serpentũ species. Serpentũ natura.
Z Venenũ.

¶ *De serpentum varia natura. Cap. LIII.*

In naturalibus bonis, quæ nobis & irrationabilibus animantibus videmus esse cõmunia, uiuacitate quadam sensus serpens excellit. Vnde & legitur in Geñ. Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ. Serpens autem tres habet naturas. Prima est hæc: cum senuerit, caligant eius oculi, & si uoluerit nouus fieri, abstinet à cibo, & ieiunat multis diebus, donec pellis eius laxetur, & tunc quærit angustam rimã in petra, & intrat in eam, & constrictat ac constringit se, & deponit veterem pellem. Sic & nos per multam angustiam corporis & abstinẽtiã pro Christo, deponamus ueterem hominem, & indumentum eius, & quæramus spiritualem petram Christum, & angustam fissuram, id est portam. Secunda natura eius est quòd cum uenit ad flumen bibere aquam, non portat secum venenum, sed dimittit illud in fouea. Debemus itaque & nos dum in collectam venimus aquam uiuam, atq; sempiternam haurientes idest diuinum sermonem in ecclesia, abijcere a nobis uenenum, id est terrenas & malas concupiscentias. Tertia natura eius est, quòd si viderit hominem nudũ, timet eum, & si uiderit eum vestitum, insilit in eũ. Sic & nos spiritualiter intelligamus, quòd primus Adam in paradiso quamdiu fuit nudus, non præualuit serpens in eum. Sed postquam tunica est indutus,

A
Gen. 3
Prima serpentis natura.
Secunda.
Tertia.

datur, id est mortalitate corporis, vel consensu per quem sequuta est mors nostra & ipsius, tunc exilijt in eum serpens. Si ergo o homo habes in te mortalem vestem, id est veterem hominem, & inueteratus es dierum malorum, exiliet in te serpens. Si autem expolies te indumēto principum, & principatuum huius seculi & tenebrarum, tunc non poterit exilire in te serpens, idest diabolus. Serpens quoque pastu fœniculi cęcitatem acceptam expellit, itaque vbi obduci oculos senserit, noua remedia quęrit, nec fraudatur effectu. Ieiuni hominis sputū si serpens gustauerit, moritur. Dicit autē Plinius. Creditur q̄ si caput serpentis euaserit cum duobus digitis, nihilominus viuit. Vnde & totum corpus objcit pro capite ferientibus.

B — De anguibus. ¶ Anguibus vniuersis hebes visus est, & raro in aduersum contuentur. Habent .n. oculos non in fronte, sed in tpibus, ita ut citius audiant q̄ aspiciāt. Nullum autem animal in tanta celeritate linguā mouet, adeo vt triplicem linguam uideatur habere, cū non sit nisi vna. — Testudo. Testudo etiam visceribus pasta serpētis, cum venenum aduertit sibi serpere, origano medicina suæ salutis se exercet. — C — Serpentū uersus natura. Serpentum autem omniū humida sunt corpora, adeo vt quacūq; eant, uiam humore designent. Vestigia serpentum sunt talia, vt cum pedibus carere videantur, costis tn̄ & squamarum nisibus repūt, quas à summo gutture vsque ad imā aluum parili modo dispositas habent. Squāmis .n. quasi vnguibus, costis quasi cruribus innituntur. Vnde si in qualibet corporis parte ab aluo vsque ad caput aliquo ictu collidatur, debilis reddita cursum habere non potest, quia vbicunq; ictus ille ceciderit, soluit spinam per quā costarum pedes & motus corporis agebantur. D Serpentes autem diu dn̄t viuere, adeo vt deposita veteri tunica, senectutē deponere, atq; in iuuentutē redire perhibeantur. Tunicæ serpentum exuuiæ nuncupantur, eo q̄ illis quando senescunt, solē exuunt. Dicuntur autem exuuiæ & induuiæ, quia exuuntur & induuntur. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui quæ in spina est, serpentem creari: quod etiam Ouidius in metamorphoseon libris commemorat, dicens:

Sūt qui cū clauso putrefacta est spina sepulchro:
Mutari credant humanas angue medullas.

Quod si creditur, merito euenit vt sicut per serpentem mors hominis, ita ex hominis morte vita serpentis sequatur.

¶ *De vermibus.* *Cap. LIIII.*

E Vermis est animal, quod plerūque de carne, vel de ligno, vel de quacunque re terrena sine vllo concubitu gignitur, licet nonnūquàm & de ouis nascantur, sicut scorpius. Sunt autem vermes aut terrę, aut aquę, aut aeris, aut carniū, aut frondiū, aut lignorum, aut vestimentorū.

Aranea. ¶ Aranea vermis est aeris, ab aeris nutrimento cōgnominata, quæ exiguo corpore longa fila deducit, & telæ semper intenta nunquàm desinit laborare perpetuum sustinens in suo labore dispendium.

Multipes. ¶ Multipes vermis est terrenus a pedum multitudine dictus, qui contra ictum contractus in globum complicatur.

Sanguisuga. ¶ Sanguisuga vermis est aquatilis, dicta sic, quia sanguinem sugit, potantibus enim insidiatur. Cumque illabitur faucibus, vel vbi vspiam adheserit, sanguinem haurit, & cum nimio cruore maduerit, euomit quod hauserat, vt recentiorem denuo sugat. F

Scorpius. ¶ Scorpios vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur, quàm serpentibus, animal armatum aculeo, & ex eo græce nepes vocatum, quòd caudam figat, & armato vulnere venena diffundat. Propriū est autem scorpij, quòd manus palmam non feriat.

Bombyx. ¶ Bombyx frondium vermis, ex cuius textura bombycinum fit. Appellatur autem hoc nomine, ab eo quòd euacuetur dum fila generat, & aer solus in eo remaneat.

Eruca. ¶ Eruca frondium vermis, oleribus vel pampino inuoluta, ab erodendo dicta, de qua meminit Plautus. Erucā nequam bestiam & maleficam inuolutam in pampino imitatus. Implicat se eadem, nec aduolat vt locusta, vt huc illucque discurrens, semipasta dimittat, sed permanet perituris frugibus, & tardo lapsu, pigrisque morsibus vniuersa consumit.

G — Teredo. ¶ Teredones lignorum appellant, quidam eo vermes quòd terendo edant, vel quòd terebrant. τέρετρον tereuon gręce, latine terebrum dicitur. Græcis autem δήξ dex dicitur, & δῆξιν dexis morsus, hos latine termites dicimus, ita enim apud nos ligni vermes vocantur, quos tempore importuno de se arbores gignunt.

Tinea. ¶ Tinea vermis vestimentorum dicitur, eo quòd pertineat & eousque insideat donec erodat. Vnde & pertinax dicitur, quòd in eandem rem identidem vrgeat.

H — Vermes carnium. ¶ Vermes carnium sunt hipsceratos, lumbricus, pediculi, pulices, lendes, tarmus, ricynus, vsia, cimex.

¶ Hipsceratos vermis capitis uocatur.

Lūbricus. ¶ Lumbricus vermis est intestiniorū, dictus quasi lubricus, quia labitur, vel quòd in lumbis sit.

Pediculi. ¶ Pediculi vermes cutis, a pedibus dicti, vnde & pediculosi dicuntur, quibus pediculi in corpore efferuescunt.

Pulices. ¶ Pulices vero vocati sunt, quòd ex puluere nutriantur.

Tarmi. ¶ Tarmus vermis est lardi.

Ricynus. ¶ Ricynos uermis est canis, ita uocatus quòd in auribus canum adhæreat. Cynos enim græce canis est.

Vstula. ¶ Vstula vermis est porci, appellata quòd vrit, nam vbi momorderit, adeo vrit vt statim vesicæ ibi fiant.

I — Cimex. ¶ Cimex vermis fœtidus in parietibus & lectisis nascens, ob similitudinem cimæ herbæ, cuius fœtorem habet, vocatur. Proprie autem vermis in carne putrida nascitur, tinea in uestimentis, eruca in olere, teredo in ligno, tarmus in lardo. Vermis non vt serpens apertis passibus, vel squammarum nisibus repit, quia non est illi spinæ rigor ut colubri, sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, & contrahendo porrectas, motus explicat, sicq; agitatus perlabitur.

¶ *De piscium diuersorum naturis.* Cap. LV.

K PISCES dicti, vnde & pecus, à pascendo scilicet. Reptilia, ideo dicuntur hæc, quæ natant, eo quòd reptandi habent speciem & naturam, quàmuis se in pro fundum mergant, tamen in natando re-

Psal. punt. Vnde & Dauid ait: hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus.

Amphibia. ¶ Amphibia sunt quædam genera piscium dicta, quòd in terra & in aquis viuentia, ambulandi in terra vsum, & natandi in aquis officium habeant. Amphi enim græce, vtrunque dicitur latine, id est quæ in terris & aquis viuunt, vt phocæ, crocodili, hippopotami, id est equi fluctuales.

¶ De aspido chelone dictum est lib. 2. cap. 36.

L

Ballenæ. ¶ Ballenæ autem sunt immensæ magnitudinis bestiæ, ab emittendo & fundendo aquas dictæ. Cæteris enim bestijs maris magis vomit vndas. βάλλειν enim græcè emittere & iaculari dicitur. Masculus ballenæ est musculus, eius enim coitu concipere hæc belua dicitur. Est etiam belua in mari, quæ dicitur serra, de qua lib. 2. cap. 22.

Delphines. ¶ Delphines certum habent nomen vel vocabulum, quòd sonos hominum sequantur, vel quòd ad symphoniam gregatim conueniant. Nihil est in mari velocius istis. Nam plerumq; naues salientes transuolant. Quando autem præludunt in fluctibus, & vndarum se motibus præcipiti saltu ferunt, tempestates significare videntur. Hi propriè simones nominantur. Est & delphinum genus in Nilo flumine dorso serrato, qui crocodilos, tenera ventrium desecantes interimunt.

M

Porci marini. ¶ Porci marini, qui vulgo vocantur suilli, quia dum escam quærunt, more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, & nisi rostrũ arenis immergant, pastum non colligunt.

Gladij. ¶ Gladius dicitur ob hoc, quòd rostro mucronato sit, propter quod naues perfossas mergit.

Serra. ¶ Serra nuncupata, quòd serratam habeat cristam, & subternatans naues secat.

Scorpius marinus. ¶ Scorpius dictus, quia lędit cum manu tollitur. Tradunt enim quidam decem cancris cum ozymi manipulo adalligatis, omnes qui ibi sunt scorpios ad eum locum congregari.

Crocodilus de quo & alibi. ¶ Crocodilus à croceo colore dictus, gignitur in Nilo flumine, animal quadrupes, in terra & in aquis viuens, longitudine plerunque viginti cubitorum, dentium & vnguium immanitate armatum, tantaq; cutis duritia, vt si fortium ictu lapidum tergo percutiatur, illi non noceat. Nocte in aquis, die in humo quiescit, oua in terra fouet, masculus & fœmina incubandi vices seruant. Hunc serra ventrem desecans interimit.

N

Lupus aquatilis. ¶ Lupum auiditas appellauit piscem ingeniosum in captura. Deniq; circundatus reti fertur arenas arare cauda, atque ita absconditus transire rete.

Mullus. ¶ Mullus vocatus eo quòd sit mollis atque tener, cuius cibo tradũt libidinem inhiberi, oculorũ aciem hebetari. Homines vero, qui his sæpe pasti sunt, piscem olent. Mullus in vino necatus, ijs qui inde bi berint, aut ipsum comederint, tędium vini generat.

Mugilis. ¶ Mugilis nomen habet, quòd sit multum agilis, nam vt dispositas senserit piscatorum insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete, vt volare piscem credas.

Piscium varia genera. ¶ Innumera igitur genera piscium, & innumeri vsus eorum. Alij oua generant, vt varij maiores, quos vocant tructas, & aquis fouenda committunt, aqua vero generat & creat, & adhuc mandati illius legis perpetuæ munus exequitur, tanquàm blanda mater animantium.

O

Piscium in fœtus suos amor. ¶ Alij viuos fœtus edunt de suo corpore, vt cete ingentia, delphines, & phocæ, aliaque cætera huiusmodi, quæ cum edunt partus, si quid insidiarum spectę, terrorisq; præsenserint circa catulos suos vnq̃ moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis materno affectu pauorem comprimant, aperire ora exteriora, & partus suos dentibus suspendere, interdoque recipere corpore, & genitali feruntur aluo abscondere. Quis humanus affectus hanc pietatem piscium possit imitari? Oscula eorum nobis satietas sunt, illis non satis est aperire viscera, natosque recipere, & reuocare integros, atque iterum fœtus suo calore animare, & spiritu adolere suo, duosque in corpus vnum immittere, donec aut ad securitatem deferant, aut corporis sui obiectu natos suos defendant à periculis. Quis hæc videns non tantæ pietati piscium cedat à quis non miretur & stupeat, vt seruet natura in piscibus, quod non seruat in hominibus? Plerque suspicione nouercalis odij appetunt, suos occiderunt filios: aliæ in fame, vt legimus, partus pro-

P

Matrum fęuitia. In captiui tate Hierosolymitana. prios comederunt, & humanis pignoribus mater sepulchrum facta est. Piscium autem proli vterus parentis sicut murus, vallo quodam maternorum viscerum pignora inoffensa conseruat. Diuersa igitur piscium genera diuersos vsus habent. Alij oua generant, alij viuos & formatos generant fœtus: & qui oua generant, non nidos texunt vt aues, non per diuturnum fœtus laborem induunt, non cum molestia sui nutriunt. Decidit ouum, quod aqua quodam gremio suæ naturæ quasi nutrix blanda suscipit, & animal celeri fotu reddit. Continuo enim tactu parentis animatum ouum quod decidit, & piscis exit.

Q

Pisciũ castitas. ¶ Deinde quàm pura & inuiolata successio, vt nullus alteri, sed generi suo misceretur, nesciunt enim alienorum piscium adulterina contagia, sicut ea animalia, quæ coeunt, vt equarum & asinorum, quæ inter se diuersa genera magna hominum cura perpetrant, vel rursus cum equo & asinæ insimul mi-

R

Humana impudicitia. scentur, quæ sunt verè adulteria naturæ. Nam vtiq; maius est flagitium quod in naturæ colluuione committitur, quàm quod in personæ iniuria. Et tu ò homo ista procuras, interpres adulterij iumentalis? Et illud animal cæteris pretiosius putas, quod est adulterinum, q̃ quod naturæ lege inuentum est. Ipse genera aliena confundis, diuersaq; misces animalia, & ad vetitos coitus plerumque cogis inuita, & hoc industriam vocas, quia hoc de hominibus facere non potes, vt diuersi generis commixtio fętum possit excludere. Tollis tamen homini quod natus est, & ve-

rum

rum de viro exuis, abscissaque corporis parte sexum necas, spadonem efficis, vt quod natura negauit, hominum impleat audacia. Quam bona autē mater sit aqua, hinc considera. Tu homo docuisti abdicationes patrum in filios, separationes, odia, & offensas, disce quæ sit parentis vicissitudo. Viuere pisces sine aqua nequeunt, nec a suæ parentis consortio separari, nec à suæ * alterius munere discerni, & si hoc natura quadam vt separati moriantur illico.

* Altricis.

R Dentati pisces. ¶ Quid autem de densitate dentium dicam? non enim vt oues & boues ex vna dumtaxat parte dentes habent, sed vtraq; pars armata est dentibus: quia n. in aqua sunt, & si diutius cibum versarent, & non cito transmitterent, aquarum colluuione eorum esca de dentibus posset auferri, & dilui, ideo densos & acutos habent dentes, vt cito incidant atque consumant cibum, & sine mora & dilatione transmittant.

Scarus. Denique non ruminant, solus tamen scarus ruminare perhibetur ab ijs, quibus aut euentus, aut vsus fuit, aut studium talia comprehendere.

S Piscium victus. ¶ Sanè nec ipsi pisces potentiorum euasere violentiam, nam auaritiæ potentiorum subiecti vbique inferiores sunt, quo enim quisque infirmior, eo citius raptorum prædę patet. Et plerique quidem herbis pascuntur, ac minutis vermibus. Sunt autem qui inuicem se deuorant, vt à sua carne pascantur. Minor apud illos cibus maioris est, & rursus ipse maior à validiore inuaditur, & prædator alieni fit esca alterius, itaque vsu venit vt cum ipse alium deuorauerit, ab altero deuoretur, & in vnum ventrem vterq; conueniat cum deuoratore proprio deuoratus, sicq; simul in vno viscere prædę, vindicteq; consortium. Et ipsius sponte fortè assentiens iniuria est, sicut & nobis. Non enim ex natura cœpit, sed ex auaritia, aut quia ad vsus hominum dati sunt in signum, vt in his nostrorum morum vitia videremus, & eorum caueremus exemplis ne quis peccator inferiorem inuaderet, daturus in se potentiori exemplum iniuriæ. Itaque qui alium lędit, sibi laqueum parat in quem ipse incidat. Et tu piscis es, qui viscera inuadis aliena, qui demergis infirmum, qui cadentem persequeris vsque in profundum. Caue ne dum illum persequeris, incidas ipse in validiorem, & deducat te in alienas insidias, qui tuas vitat, priusquam tuam expectat ærumnam, qui te persequente ipsam reformidabat.

T Scarus. ¶ Scarus quidā piscis dictus eo, quòd solus escam ruminare perhibetur, si quidem alij pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse, namq; inclusum nassis, non illinc prima fronte erum pere, nec infestis viminibus caput inserere, sed crebris, nunc dentium, nunc caudæ laxare fores ictibus, atque ita retrorsum redire, quem luctatum ipsius si fortè alius scarus videat, apprehensa mordicus caudam adiuuat nisus erumpentis.

Echineis. ¶ Echineis paruus & semipedalis pisciculus, nomen habet, quod nauem adherendo teneat, & remoretur, à verbo ἔχω echo, quod est habeo, aut ἔχομαι echomæ, quod est hæreo, & nomine ναῦς nays, quod est nauis. Nam licet ruant venti, seuiantque procellę, nauis tamen quasi radicata in mari stare vi: nec retinendo hoc facit, sed quasi terræ adhęrendo. Hanc latini remorā appellant, quod cogat stare nauigia.

V Anguilla. ¶ Anguillę, similitudo anguis, nomen dedit. Origo eius ex limo & rore cœlesti. Vnde & quando capitur, ita lubrica est, vt quanto fortius premitur manu nuda, tanto citius elabatur. Ferunt autem orientis fluuium Gangem anguillas trigenum pedum gignere. Anguillę vino necatæ, qui viuum biberint, tedium vini habent.

Murena. ¶ Murenam græci μύραιναν myrenan vocant, eo quòd complicet se in circulos. Hanc fœminini sexus tantum esse tradunt, & concipere à serpente, ob id à piscatoribus tanquàm sibilo serpentis euocatur, & capitur: ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula protinus. Habere animam in cauda certum est, nam capite percusso vix eam interimi dicunt, cauda statim exanimari.

Polypus. ¶ Polypus, id est multipes, plurimos enim pedes habet, iste ingeniosus hamum appetit, & brachijs complexum, non morsu, non prius dimittit quàm escam circumroserit.

X Torpedo. ¶ Torpedo vocata eo, quòd corpus torpescere faciat, si eam quisquàm viuentem tangat, etiam procul, & à longinquo, vel si hasta vel virga tangatur, quàmuis prævalidos lacertos habeat torpescere faciat quemlibet, & pedes robustissimi viri ad cursum, ligabit. Tanta est enim vis eius, vt etiam aura corporis sui afficiat membra.

Y Cancer. ¶ Cancer animal gradiens in transuersum, has cibi gratia præstigias struit, nam & ipse ostreo delectatur, & carnis eius epulum quærit, sed appetens cibū, prospicit & periculum. Hæc enim venatio difficilis est & periculosa. Difficilis est, quia testis validioribus esca interior includitur, nam velut muris quibusdam mollitiem carnis præcepti regalis interpres natura muniuit, quam medio testarum quodam sinu concauo nutrit ac fouet, & quasi in quandam vallem diffundit, & ideo cassa sunt omnia cancri tentamenta, quia aperire clausum ostreum nulla vi potest. Et periculosa est, si chelam eius includit. Vnde ad argumenta confugit, & insidias noua fraude molitur. Itaque quia omnia animantium genera aliqua delectatione, licèt sint diuersa, mulcentur: explorat si quando ostreum in locis remotis ab omni vento scilicet contra radios solis receptaculum illud aperiat, & suarum referet claustra testarum, vt libero aere visceris sui voluptatem quandam capiat, & tunc cancer clanculo calculum, id est lapillum immittens impedit conclusionem ostrei, & sic chelas per apertum immittens interna ostrei viscera depascitur. Sic etiam homines vitiosi, cancri more in

Z Cācri imitatores. alienæ rei vsum fraude circumscriptionis irrepunt, & infirmitatem propriæ virtutis astu quodam suffulciunt, fratri dolum nectunt, & alterius pascuntur ærumnis. Tu autem proprijs esto contentus, & aliena te damna non pascant. Bonus cibus est simplicitas innocentiæ, sua bona habens, insidiari nescit alienis, nec auaritiæ fœtibus inardescit, cui lucrum omne iniquum ad virtutem dispendium est, ad cupiditatem incendium: & ideo beata est si bona sua nouerit, cum virtus paupertatis omnibus sit præferenda thesauris. Nonne melius est exiguum quid cum Dei timore & amore, quàm thesau-

rus magnus sine eiusdem timore & amore? Melior est enim hospitalitas in oleribus cum gratia, quàm vitulorum pinguium cum discordia præparatio. Vtamur ergo ingenio ad quærendam gratiam, & salutem tuendam, non ad alienam circunscribendam innocentiam. Licet tamen nobis vti exemplis sumptis a maritimis ad profectum nostræ salutis, non ad alienæ periculum.

Echinus. ¶ Echinus animal exiguum, vile, ac despicabile maritimum, plerunq; index futuræ tempestatis, aut tranquillitatis nuntius solet esse nauigantibus. Denique cum procellam ventorum senserit, calculum validum arripit, eumque velut saburram vehit, & tanquam anchoram trahit, ne excutiatur fluctibus itaque non suis se librat viribus, sed alieno stabilit & regit pondere. Quo indicio nautæ velut signum futuræ perturbationis capessunt, & sibi præmunient, ne eos imperitos turbo improuisus inueniat. Quis mathematicus, quis astrologus, quisve chaldæus potest siderum cursus, cœli motus, & signa sic comprehendere? Quo ingenio ista colligit? Quo doctore percipit? Quis ei fuit tanti interpres augurij? Sæpe homines confusionem aeris vident, & sæpe falluntur, quòd plerumque ea sine tempestate discutiatur. Echinus non fallitur. Echinum sua nequaquàm signa prætereunt. Vnde exiguo animali tanta præscientia vt futura prænunciet? Quocirca maius in eo nihil est quàm tantam habere prudentiam. Crede quòd per indulgentiam Dei omnium rerum Domini, huius præscientiæ accepit munus. Etenim si fœnum Deus sic vestit, sic pascit volatilia, si parat coruis escam, (pulli enim eorum clamant ad Dominum) & si mulieribus dedit texturæ sapientiam, si araneá quæ tam subtiliter ac docte laxos casses suspédit in foribus, sapientiæ non reliquit immunem: Si ipse virtutem equo dedit, & soluit de ceruice eius
A formidinem, vt ex campis occurrens regibus arri-
Equi dotes. deat, odoretur bellum eminus, excitetur sono tubæ: si hæc irrationabilia, & alia insensibilia, vt fœnum & lilia repleuit suæ dispositione sapientiæ, quid dubitamus quin etiam in echinum contulerit gratiam præscientiæ? Nihil inexploratum, nihil dissimu-
latum reliquit. Omnia videt, qui pascit omnia,
Psal. 103. omnia replet sapientia, qui omnia fecit in sapientia, vt scriptum est: & ideo si echinum dono visitationis suæ non prætermisit, si eum considerat, & futurorum informat indicijs, te non considerat?
Matt. 6. Immo vero considerat, sicut testator eius diuina sapientia dicens: Si respicit volatilia, si pascit illa, nonne vos pluris estis illis? Si fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, minimæ fidei?

B Conchæ & cochleę ex hac causa sunt vocatæ, quòd
Conchæ. Cochleæ. deficiente luna cauantur, omnium enim clausorum animalium maris atque concharum, incremento lunæ membra turgescunt, defectu lunæ euacuantur: Luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem, cum vero in defectu fuerit, minuuntur humores. Hoc enim physici dicunt. Concha autem primæ impositionis nomen est, inde per diriuationem
Concharũ genera. cochlea quasi conchula. Concharum genera multa sunt, inter quas & margaritiferæ sunt, quæ cocæloæ dicuntur, in quorum carne pretiosus lapillus cui vnioni nomen, solidatur, de quibus tradunt ij, qui de animantium naturis scripserunt, quòd nocturno tempore littora petant, & ex cœlesti rore margaritas concipiant, vnde & cocæloæ quasi concipientes è cœlo nominantur.

¶ Murex cochlea est maris dicta ab acumine & Murex. asperitate, quæ alio nomine conchylium nominatur, propterea quòd circuncisa ferro, lachrymas purpurei coloris emittit, ex quibus purpura tingitur. Et inde ostrum appellatur, quòd hæc tinctura ex testæ humore elicitur.

Cancros vocari volunt, quia conchæ sunt crura Cancer. habentes, inimica ostreis animalia, nam carnibus eorum viuunt. Animal est, vt iam dixi, raro ingenio, nam validam ostreæ testam aperire non potens, explorat quando ostrea testarum claustra aperiat, túcque latenter lapillum inijcit, atque impedita conclusione ostreæ carnes erodit. Duo autem sunt genera cancrorum, fluuiales & maritimi. Ostrea dicta est a testa, qua mollities eius munitur. Græci enim testam ὄστρακον, ostracon dicunt.

¶ Musculi sunt cochleę, a quorum lacte conci-
piunt ostreæ, & dicti musculi, quasi masculi. Testu- C Testudo.
do piscis dictus eo quòd tegmine testæ sit adopertus in modum cameræ. Testudinum quatuor sunt genera, terrestres, maritimæ, lutariç idest cœno & palude viuentes, quartum genus fluuiales, quç in dulci aqua viuunt. Traduint aliqui (quod incredibile est) ire tardius nauigia pedem testudinis dextrum vehentia. Ranę a garrulitate, eo quòd circa genitales Ranæ. strepunt paludes, & sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex quibus quædam aquaticæ dicuntur, quædam palustres, quædam rubetæ, ob id quòd in rubis & vepribus viuunt, cæteris grandiores. Aliæ calamitę vocantur, quoniam inter arundines fruticesque viunnt, minimę omnium, & viridissimæ, mutæ, & sine voce sunt. Agredulæ sunt ranæ paruulæ in sicco vel in agris morantes, vnde & sic vocantur. Negant quidam canes latrare, quibus in offa rana viua fuerit data.

¶ Animalium omnium in aquis viuentium no-
mina centum quadraginta quatuor Plinius ait, quæ D
sunt in generibus beluarum, serpentum communiũ Aquatiliũ genera.
terræ & aquæ, cancrorum, concharum, peloridum, solearum, lacertorum, loliginum, & his similium.

¶ *De Arboribus.* *Cap. LVI.*

Rborum nomen a robore quidam de- E
riuatum putant, sicut herbarum ab hærendo creditur, eo quòd terris suis radicibus adhęreát. Vtraque autem ideo sibi penè similia sunt, quia ex vno alterum gignitur. Ná dum sementē in terrá ieceris, prius herba oritur, deinde confota surgit in arborem, & intra paruum tempus quod herbam videras, arbustum suspicis. Arbustum arbor est nouella & tenera in qua insertio fieri potest, aut arbor cui vitis maritatur & inhæret, vnde dicitur arbustum quasi arboris hasta. Alij arbustum locum in quo arbores sunt, volunt accipere, sicut & salicta, & vireta, ubi sa-

lices,

lices, & virgultæ nouellæ, & virētes sunt. Nemus. Frutex. Frutex minor arbore iusta appellatur, quòd fronde terram tegat. Nemus vox græca est à nomo idest quòd in eo greges pascantur, estque voluptatis causa comparatum. Alij quasi latinum sit à nemine, aut numinibus nuncupatum volunt, quia pagani ibi idolis suis sacrificabant. Lucus. Lucus est densitas arborum solo lucem detrahens, per antiphrasin, eo quòd non luceat, siue à luce, quòd in eo lucebant funalia, vel cærei propter nemorum tenebras. Saltus. Saltus est densitas arboū alta, vocata hoc nomine eo quòd exiliat in altum, & in sublime consurgat, vel quòd ibi feræ & pecora interdū saliant. Insitio. G Insitio dicitur cum fisso trunco surculus fœcundæ arboris sterili inseritur. Plantæ. Plantæ sunt raptæ de arboribus. Plantaria. Plantaria autem quæ ex seminibus nata sunt cum radicibus, & à terra propria transferuntur. Radix. Radix appellatur quòd quasi radijs quibusdam fixa terris, in profunda demergitur. Nam physici dicunt parem esse altitudinem radicum & quarundam arborum. Truncus. Truncus est stipes, & status arboris insistens radici: Cortex. Corticem veteres corticem vocabant. Dicitur autem cortex, quòd corio lignum tegat. Liber. Liber est pars corticis interior, dictus à liberato cortice idest ablato, H est enim medium quiddam inter lignum & corticem. Romanus. Rami sunt qui de trunco manant, sicut à ramis aut radice surculi. Surculi. Surculi sunt à præcisione serræ nuncupati. Virgultū. Virgultum est quod de radice pullulat. Ramus qui de ipso arboris robore, virga quæ de ramis. Proprie autem virgultum appellatur quod ad radicem arboris nascitur, & quasi inutile ab agricolis amputatur, & hinc dictum virgultum, quòd ex virga tollitur. Virga. Virga autem à vi, vel à virtute dicitur, quia vim habet in se multam, vel à viriditate, vel quia pacis indicium est, quòd vim vrgeat: vnde virga quæ dicitur caduceum, vtuntur magi ad placandos serpentes inter se, & idcirco in ea hos sustinent alligatos, hac etiam philosophi, reges, nuntij, magistri, ac legati vtuntur. Flagella. Flagella dicuntur summæ arborum partes, ab eo quòd crebros ventorum flatus sustinent. Cimę. Cimas & cimata vocant herbarum summitates quasi comas. Folia. Folia φύλλα græce dicuntur. Vnde est ad nos per deriuationem translatum. Flores. Flores nominati quòd cito defluant de arboribus, quasi fluores, quòd cito soluantur. In his duplex I gratia, coloris & odoris. Austro enim flores soluuntur, zephyro fiunt. Germen. Germen dicimus surculum prægnantem, à generando vnde & germinatio. Fructus. Fructus nomen accepit à frumine idest eminente gutturis parte, quo vescimur, vnde & fruges. Fruges. Fructus proprie dicuntur agrorum & arborum, K quibus vtimur. In animalibus vero abusiue & translatiue fructum vocant. Poma. Poma dicta ab opimo idest à copiæ vbertate. Matura dicuntur, quòd apta sint ad manducandum, sic & immatura, quia priusquam matura fiant, dura sunt ad manducandum. Sunt autem poma quæcunque principalem fructum nucleo non includunt. Ligna. Ligna secundum Varronem dicta sunt quòd leguntur ad ignem construendum, secundum quosdam autem quia accensa conuertuntur in lumen. Vnde & lychnus lucerna dicitur, & elychnium quod in ea ardens lumen præbet. Torris. Torris lignum adustum, quem vulgus titionem vocat, foco semiustum & extinctum. Quisquiliæ. Quisquiliæ sunt stipulæ immixtæ surculis ac folijs aridis, sunt autem purgamenta terrarum.

L Palma. ¶ Palma dicta, quia manus victricis ordinatus est, vel quòd oppansis est ramis in modum palmę hominis. Est enim arbor insigne victorię, proceroque ac decoro virgulto, diuturnisque vestita frondibus, & folia sua sine vlla successione seruans, hanc græci phœnicem dicunt, quòd diu duret, ex similitudine auis illius Arabiæ, quæ multis annis viuere perhibetur, fructus autem eius dactyli à digitorum similitudine nuncupati sunt.

M Laurus. ¶ Laurus à verbo laudo laudus dicta. Hac enim cū laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudus nominabatur, postea d, litera sublata, & r, subrogata, dicta est laurus, vt in auriculis, quæ initio audiculę dictę sunt, & medidies, quæ nūc meridies dicitur. Hanc arborem græci daphnen vocant, eo quod nunquam deponat viriditatem, propter quod illa victores prius coronabantur. Sola quoque hæc arbor vulgo fulminari minime credit'. Malus. Malus à gręcis dicta, eo ꝙ fruct⁹ ei⁹ sit omniū pomorū rotundissim⁹. Vnde & hęc sunt vera mala, quæ vehementer rotunda sunt. Alij mala quod græcis mela dicūtur, alij à dulcedine appellari aiunt, quod eius fructus mellis saporem habeat, uel quod in melle seruētur. Malum punicum. Malum punicum dicitur, quòd ex punica regione sit genus eius translatum. Idem est malum granatum, eo quòd intra rotunditatem corticis granorum contineat multitudinem. N Ficus. Ficus latine à fœcunditate vocatur. Feracior est enim arboribus cæteris. Nam ter quaterque per singulos annos generat fructum, atque altero maturescente, alter oboritur: hinc & caricæ à copia nominatæ. Ficus ægyptia fœcundior fertur, cuius lignum in aquam missum, continuo mergitur, & cum in limo aliquandiu iacuerit, deinde in superficiem sustollitur, versa vice naturæ, quoniam madefactum debuit humoris pondere residere. A senibus in cibo sæpius sumptæ ficus rugas eorum feruntur distendere, Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem alligatos mansuescere dicunt. O Morus. Morus græcis vocata, quam latini appellant rubum, eo quod fructus eius vel virgultum rubet. Est enim morus syluestris fructum afferens, quo in deserto pastorum fames ac penuria confouetur, huius folia superiactata serpenti, feruntur interimere eum. Sycomorus. Sycomorus, sicut & morus, græca nomina sunt. Dicta autem Sycomorus, ficus fatua, quia σῦκον græce dicitur ficus & μωρός fatuus, dicitur etiam marisca latinis & Celsa ab altitudine, quia non est breuis vt cęteræ. P Nux. Nux appellata, quòd vmbra vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat, Hanc alio nomine latini Iuglandem vocant, quasi Iouis glandem. Fuit enim hæc arbor consecrata Ioui. Cuius pomum tantam vim habet vt missum inter suspectos herbarum vel fungorum cibos, quicquid in eis virulentum est, exsugat, rapiat, atque extinguat. Nuces autem generaliter dicuntur omnia poma corio duriori tecta, vt pineæ, nuces auellanæ, glandes, castaneæ, amygdala. hinc nuclei dicti, quod sint duro corio

tecti. At contra omnia poma mollia, mala dicta sunt, sed cum adiectione terrarum in quibus antea nata sunt, vt persica, punica, matiana &c. Amygdala græcum nomē est, quod latine longa nux vocatur. Cunctis autem arboribus prius se flore vestit, & ad ferenda poma arbusta sequentia prævenit. Castaneā latini a græco appellant vocabulo, hanc enim græci κάςανον castanon vocant. Quidam a castrando dictam putant eo quòd fructus eius gemini in modū testiculorum intra folliculum sunt reconditi, qui dum eijciuntur, quasi castrantur: hæc arbor semel. vt excisa fuerit, tanquàm sylua expullulare consueuit. Ilex arbor glādifera ab electo vocata. Huius enim arboris fructum homines primum ad victum sibi elegerunt. Vnde & poeta:

Amygdala. Castanea. Q Ilex.

Mortales cuncti ructabant gutture glandem.

Prius enim quàm frumenti vsus esset, antiqui homines glande vixerunt. Phagus & esculus arbores glandiferæ ideo vocatæ creduntur quòd eorum fructibus olim homines vixerunt, cibumque sumpserunt. Nam esculus ab esca dicta. Phagus vero a græco vocabulum traxit φάγειν enim græce comedere dicitur latine. Xylicon quam latini cor tuptæ siliquam vocant, ideo tale nomen a græcis accepit, quòd eius fructus sit dulcis. Xylon quippe græcis dicitur lignum, & glyκ is dulcis: huius arboris pomo succus expressus acatia a grecis dicitur. Pistatia arbor dicta, φ cortex pomi eius nardi pistici odorem referat. Pinus arbor picea, ab acumine foliorū dicta, pinnum enim antiqui nominabant acutum. Pinum autem aliam pitin, aliam peucen uocāt, quā nos piceam dicimus eo quòd desudet picem. In Germanię autem insulis huius arboris lachtyma electrū gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soliditatem durescit, & gemma fit, de qualitate sua nomen accipiens id est succinum, eo quòd succus sit arboris. Pinus creditur prodesse cunctis, quæ sub ea seruantur, sicut nux nocere omnibus. Abies dicta, quòd præ cæteris arboribus longe eat, & in excelsum præemineat, cuius natura expers est terreni humoris, ac proinde habilis atque leuis habetur. Hanc quidam gallicam vocant, propter candorem. Est autem sine nodo. Cedrus est quæ etiam græce κέδρος cedros vocatur, cuius folia cypressi similitudinē habent, lignum vero iucundi odoris est, & diu durās, nec a tinea vnquam exterminatur, vnde & in tēplis propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius ligni resina cedria dicitur, quæ in conseruandis libris adeo est vtilis, vt perliniti ex ea nec tineas patiantur, nec tempore consenescant. Cypressus græce κυπάρισσος a pueri nomine dicitur, φ caput eius a rotunditate in cacumen erigitur. vnde & conos vocatur alta rotunditas. Hinc & fructus eius conus, quia rotunditas eius talis est vt conum imitetur, vnde & coniferæ cyparissi dicuntur: huiusmodi lignum cedro pœne proximam habet virtutem, templorum quoque nabibus aptum, impenetrabili soliditate, nunquàm oneri cedit, sed ea qua in principio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cypressi ramos prope rogum constituere solebant, vt odorem cadauerum dum vrerentur, opprimerent iucunditate odoris illius.

Phagus. R Xylicon. Pistatia. Pinus. Picea. S Succinū. Abies. Cedrus. T Cypressus.

¶ Iuniperus græce ἀρκευθος dicta putatur, a quibusdam latine, quasi iunipyrus. i. iuuans Pyr siue φ ab amplo in angustum finiatur, vt ignis, siue φ concepum diu teneat ignem, adeo vt si prunæ ex eius cinere coopertæ sint, vsq; ad annum perueniant. Pyr enim apud græcos ignis est. Iuniper.

¶ Platanus a latitudine foliorum dicta, vel φ ipsa arbor patula sit & ampla, nam platos græci latū vocant. Expressit huius arboris scriptura nomen & formam dicens: Quasi platanus † dilatata sum in plateis. Est autem tenerrimis folijs ac mollibus. V Platanus. Eccl. 24. † Exaltata sum iuxta aquam.

¶ Quercus siue querna dicta φ ea soliti erant dij gennum quærentibus responsa dare, arbor multum annosa sicut legitur de quercu Mābre, sub qua habitauit Abraham, quæ fertur vsq; ad Constantini regis imperium per multa secula perdurasse, fructus foliorum eius galla vocatur, & ramorum glans aut glandula. Quercus.

¶ Fraxinus vocari fertur, φ magis inter aspera loca montana & fragrosa nascatur, de qua Ouidius. Fraxinus.

Et fraxinus vtilis hastis.

Alnus uocatur, φ amne alatur, proxima. s. aquæ nascitur, nec facile extra vndas viuit, hęc est tenera & mollis, quia in humecto loco nutritur. Vlmus nomen accepit, quòd in vliginosis locis & humidis melius proficit, nam in montanis & asperis locis minus læta est. X Alnus. Vlmus.

¶ Populus dicta φ ex ea multitudo frondium & surculorū nascatur. Differt tamen a poly & a populo pro gente in primæ syllabæ quantitate. Eius genus duplex est, nam altera est alba, altera est nigra. Alba est populus dicta, quòd folia eius vna parte sint alba, altera uiridia: hæc ergo bicolor habet quasi diei & noctis notas, quæ tempora ortu solis, occasuque constant. Generant etiam resinam & electrū circa Eridanum fluuium, vel (vt alij memorant) in finibus Syriæ. Salix dicta, quòd celeriter saliat, hoc est velociter crescat, arbor lenta, vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc esse naturam dicunt, vt si quis illud in poculo hauserit, liberis careat, sed & fœminas infœcundas efficit. Populus autem, & salix, & tilia mollis materiæ sunt, & ad insculpturam aptæ. Vimen uocatur ex eo quòd vim multam vigoris seu viroris habeat. Natura enim eius talis est, vt etiam si arefacta abluatur, virescat: deinde excisa, atque in humo fixa, radicibus sese in humum ipsa demergat. Buxus græcum nomen est, ex parte a latinis corruptum. Byxos enim appellatur a græcis arbor virens, & leuitate materiæ elementorum apicibus apta, vnde & scriptura. Scribe in buxo. Populus. Y Salix. Vimen. Z Buxus.

¶ *De margaritarum inuentione, & procreatione, de qua etiam lib. 2. cap. 35. Cap. LVII.*

ARtifices, qui margaritas quærunt, per agathā seu achaten lapidē inueniunt. Alligant enim agathan lapidem ad funiculum vrinatoris, & summittūt in mare, & veniens agathos lapis ad margaritam, statim urinatores allequentes ad funiculū, A Margaritarum inuentio.

inue-

inueniunt margaritam. Quo autem nascatur marga-
Natura. rita, pronuntiabo. Est lapis vel piscis qui vocatur cō-
chus, & venit ad littus maris per matutinū ante lu-
canū, & aperit os suum, & deglutit rorem cęlestem,
& radium solis, & quę sursum sunt siderum, sicque
nascitur margarita de superioribus astris. Sic ergo
agathes est Ioannes Baptista. Ioannes. n. iste ostendit
nobis intelligibilem margaritam Dominum nostrū
Ioan. 1. Iesum Christum dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui
tollit peccata mundi. Mare autem præsens seculum
designat: vrinatores illorū, qui sursum sunt, cōitatē
sanctorum signant, qui vero deorsum peccatores.

De lapidibus igniferis vide lib. 2. cap. 19.

¶ *De duodecim lapidibus pretiosis. Cap. LVIII.*

B Iaspis. IAspis primus ponitur in fundamento do-
mus Domini, qui talem habet naturā, vi-
rentis coloris est. Qui super se eū habue-
rit, nulla phātasmata timet: significatque
eos qui fidem Dei tenent, & nunq̄ arescunt ab ea,
sed semper virent in ea, nec fallacias diaboli timent,
1. Pet. 5. qui tanquàm leo rugiens circuit quærens quem de-
uoret, cui resistite fortes in fide.

C Sapphir⁹. SEcūdus sapphirus ponitur, qui est aerij coloris,
immo talē habet colorem, qualem habet cœlum
cū est serenum: & significat illos, qui in terra adhuc
positi, intendunt cęlestibus, & cuncta terrena despi-
ciunt, quasi non sint in terra, & hi possunt dicere cū
Philip. 3. Apostolo, Nostra conuersatio in cęlis est.

D ¶ Carchedonius Plinio quasi carthaginensis. TErtius est † calcedonius, hic q̄ diu in domo est,
non lucet, foris ad apertum lucet, volentibus
eum insculpere contra stat. Calefactus radio solis,
vel fricatu digitorum trahit ad se paleas. Hoc lapide
demonstrantur ij, qui bona sua celant, & sua opera
faciunt in abscondito. Ieiunium scilicet & eleemo-
synas, & p̄ces suas, & nolunt videri ab hominibus, si-
Matt. 6. cut Deus præcepit. Tu autem cum ieiunas &c. Et ite-
rum. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua. Et iterum. Cum oraueris in-
tra cubiculum tuum. Sed cū magister eorum idest
ep̄s aut abbas iubet eos foras exire, tunc apparet bo-
nitas, & lucent velint nolint. Et si quis vult eis adu-
lari, & quasi eos insculpere vel pingere, nō recipiūt
eorum laudem & vanam gloriam, sed duriter cōtra
stant, nec concedunt eis, vt Salomon admonet di-
Prouer. 1. cens: fili, si te lactauerint. i. laudauerint peccatores,
ne acquiescas eis. Et isti tales afflati radijs veri solis
idest Christi: vel digitis idest Spiritus sancti donis
quasi contracti & calefacti, verbo suæ prædicatio-
nis, & exemplo suæ bonitatis paleas idest peccatorēs
attrahunt ad se, & sibi consociant.

E Smaragdus. QVartus est Smaragdus. Huius natura talis est.
Magnæ viriditatis est, ita vt totas herbas, & to-
ta folia arborum, & cunctas gemmas vincat
sua viriditate. Nascitur in Scythia, terraq; inhabitabi-
li præ frigore, nec ibi habitant nisi gryphes, q̄ sunt
partim feræ terrestres, partim volucres, & sunt qua-
tuor pedes habentes, & sunt similes leonibus corpo-
re & capite, & pedibus, & alis aquilis, & terra illa ni-
mium est oppleta talibus gēmis, & isti gryphes ser- F
uant eas, ita vt nulla gens possit eas capere, nisi Ari- Arimaspi.
maspi, gens quę nō habet nisi vnum oculum in frō-
te, & isti pugnant cum Gryphibus pro his gemmis:
nam gryphes, qui seruant eas, volunt eis auferre cū
illi accipiunt, & per illos Arimaspos habemus nos il-
las. Hæc gemma significat illos qui fide nitentes, &
plus alijs virides, superant per ipsam infideles, qui
sunt semper vt Gryphes frigidi a charitate & boni-
tate, quoniam eam non habent, & qui eam habent
malefaciunt eis. Gryphes, qui seruant eas, significant
diabolos, qui pretiosam margaritam fidei inuident
hominibus, qui volunt eam habere, & volunt eis au-
ferre, non ideo quòd sibi prosit, sed nolunt vt ipsi
quibus prosit habeant. Qui rectè vocantur gryphes
quasi terrestres feræ & volucres, quia sunt vt feræ
terrestres, deiecti in infernum pro meritis suis, & vo-
lantes per superbiam, sunt quasi alites. Contra hos
dimicant monoculi. i. illi, qui non ambulant duabus
vijs, nec habent duplex cor, nec duplicem volunta-
tem, nec duobus seruiunt dominis, sed habent sem-
per vnam bonam intentionem ad Dominum, & fi-
dem Dei firmiter contra oēs tenent, & defendunt
gratiam fidei, quam gryphes. i. diaboli volunt eis au-
ferre, sed superant illos Dei auxilio.

QVintus est sardonyx. Huic sunt tres colores, G
fuscus & subniger in imo, in medio cādidus, Sardonychus.
desuper rubēs. Huic lapidi comparantur ho-
mines, qui in corpore suo sustinent flagella & pęnas
passionis pro amore Christi intus in animo cādidi,
& sine fictione puri, sed tamen sibi ipsis despecti
sunt, & sibi videntur quasi peccatores, & dicunt cū Psal. 21.
propheta. Ego sum vermis, & non homo.

SExtus est Sardus, qui vni color est, quasi san- H
guis. Et significat martyres, qui pro Christi amo- Sardus.
re suum fuderunt sanguinem. Dauid: Pretiosa in cō-
spectu Domini mors sanctorum eius. Psal. 115.

SEptimus est Chrysolithus, qui fulget quasi au- I
rum, & emittit ex se scintillas ardentes. Per quē Chrysolithus.
significantur illi, qui intelligunt diuinam scripturā,
& hoc quod intelligunt, alijs demonstrant opere &
sermone, & quasi scintillas boni operis & verbi ia-
ctant de se, quibus alij illuminantur & accendūtur.
Nec abscondunt Deum in terra, nec sub modio
lucernam ponunt, sed in aperto, vt luceat omni- Matt. 5.
bus qui in domo Dei sunt, facientes iuxta quod Ibidem.
præcepit Dominus. Luceat lux vestra coram ho-
minibus. K

OCtauus Beryllus qui lucet quasi aqua sole per- Beryllus.
cussa, & dicitur calefacere manus tenentis,
qui significat homines illuminatos gratia cœlesti,
& astutos in scientia seculari, qui calefaciunt eos,
qui secum conuersantur, igne diuini amoris, &
exemplo bonæ conuersationis. quasi Beryllus ma-
num tenentis: habet etiam duos colores, viridem,
& pallentem, per quos illorum vita signatur, qui cę-
lestium contemplatione sunt virides, & terrenæ ad-
ministrationis actione pallentes. L

NOnus est topazius. Is lapis raro inuenitur, eo-
que carior, & pretiosior quo rarior. Et habet
duos colores principales, vnū purissimū quasi aurū,
alterū quasi cęlū cū est serenum, & superat claritatē

omnium gemmarum, nec vlla res pulchrior est ad videndum, & si qui velint eum polire obscuratur, si per se relinquitur, clarior est. Hunc diligunt reges super omnes gemmas, & super omnes diuitias. Hic significat eos, qui examinati & purgati cupiditate & sordibus huius seculi sunt, vt aurū purū, & intendūt charitati cœlestis vitæ. Et qui hanc virtutem habent, & præfatam amant vitam, sunt clariores & putiores & Deo amabiliores alijs hominibus. Etiā ipsi reges seculi venerantur & magnificāt hanc vitā contemplatiuam. Dominus enim proprio ore laudauit, ad Marthā inquiens: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Istos tales qui volunt ornare dignitate seculi, quasi ornando viliores faciunt, & minoris meriti. Legitur de beato Martino quòd virtutes plures fecit antequam episcopus fuisset, sed episcopatu ornatus ne extolleretur pauciora signa faciens, non merita sed ornatum emisit. Aliter dici potest topazius lapis, qui omnium lapidum colores in se obtinet. vnum vero suum: πᾶν enim græce latine dicitur omne, qui significat sanctos omnium, virtutibus refertos, & suam quosque propriam virtutem habentes.

Lucæ. 10.

M

N Chrysopassus. Decimus est chrysopassus purpurei coloris, & interguttatus guttulis aureis. Hic significat eos qui semper in tribulatione & laboribus passionum vitam suam ducunt, & eam tandem per martyrium finiunt, sicut fecerunt martyres. Dictus est sic, quia Chrysos aurum, & πάσσω verbum spargo significat. Est alter lapis, Crysoprasus aureo & viridi colore mixtus, quia πράσον prason significat porrum quod est viride.

O Chrysopasus.

P Hyacinthus. Hyacinthus est vndecimus, hic mutat colorem suum cum facie cœli. Si clarum est cœlum, lucet. Si obscurum, fit obscurus. Per huiuc lapidem mōstrantur ij, qui se ita modificant, vt cum sapientibus sapientes sint, & perfectis, & fortes, & tunc descendūt ad insipientes, & imperfectos, & infirmos, coæquando se illis, vt secundū modū audientiū & sapientibus sapiēter loquantur, & minus sapientibus & infirmis humiliter, sicut fecit Paulus, qui mutabat se secundum qualitates eorum quibus loquebatur; cum sapientibus & perfectis sapientiam dicens. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ad minus perfectos dicebat. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus lac vobis potum dedi, non escam. Infirmis dicens. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ita se contemperabat omnibus, vt omnibus omnia esset, sicut dicit. Omnibus factus sum omnia, vt omnes facerem saluos. Aliter hyacinthus similis aquæ radio solis percussæ, sapientia repletos, & veri solis radio perfusos designat.

1. Cor. 2.
1. Cor. 3.
2. Cor. 11
1. Cor. 9.

Q Amethystus. Amethysthus est duodecimus lapis hic est rubens tanquam rosa, flammulas quasdam de se fundens, & significat eos, qui inter tormenta passionis quæ pro Deo sustinent, tanquam flammas charitatis habent, orantes pro eis, qui se occidunt, & plus dolent de peccatis eorum qui se occidunt, quàm de pœna quam patiuntur. Et bene extremus ponitur, quia significat eos, qui pro inimicis orant, nam virtus virtutum est orare pro se persequentibus, & paucos inuenimus qui hoc faciant. Aliter amethysthus tribus coloribus respergitur purpureo, violaceo, & roseo, per purpuram notantur sancti, qui cœlestem habitum gerunt in terris, per violam humilitas eorum cum odore bonæ operationis, per rosam charitas, quæ tantum in illis viget, vt ad passionem perueniāt. Interpretatur autem quasi minime ebrius, quia a priuatiua est particula, & μέθυ methysthis ebrius & μέθη ebrietas, qui autem in charitate Dei & proximi vitam agunt minime sunt ebrij vino voluptatum huius seculi.

¶ *De natura in communi, & de natura hominis rerum naturalium principis vltimo loco creati, & vltimo loco hic narati. Cap. LIX.*

R Natura. Natura dicta eo quod aliqd nasci faciat. Gignendi enim & faciendi potens est. Hanc quidam Deum esse dicebant, à quo omnia creata sunt & existunt. Genus à gignendo dictum, cui quidam deriuant nomen à terra, ex qua omnia gignūtur, γῆ enim idest ge græce, terra dicitur. Vita dicta propter vigorem, vel quòd vim teneat nascendi atq; crescendi, vnde & arbores vitam habere dicuntur, quia gignunt & crescunt. Homo dictus quia ex humo est factus, sicut in Genesi dicitur. Creauit Deus hominem de limo terræ. Abusiue autem pro nuntiatur ab vtraque substantia totus homo id est ex societate corporis & animæ: Nam proprie homo ab humo dicitur. Græci autem hominem anthropoo quasi controuersum, vt habentem ramos deorsum, & radicē, id est os sursum appellauerunt, eo qd sursum spectet, subleuatus ab humo ad cōtēplationē sui artificis. Quod Ouidius poeta designat cū dicit.

Canus.

Vita.

Homo.

Meta. 1.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit, cælumq; videre.
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Qui Deo erectus cœlū aspicit, vt Deū quærat, nō ad terrā intendat, velut pecora quæ natura prona & vētri obedientia finxit. Anima autem a ventis nomen accepit, eo quòd ventus sit. Vnde & græce ventus anemos dicitur, quòd ore trahentes aerem, viuere videamur, sed apertissime falsum est, quia multo prius gignitur anima quàm concipi ore possit aer, quia iam in genitricis vtero viuit. Non est igitur aer anima, quod putauerunt quidam qui non potuerūt incorporeā eius cogitare naturam. Spiritum idē quod animam euangelistam pronuntiat dicens. Potestatē habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. De hac enim Domini anima passionis tempore memoratus euāgelista ita protulit dicens. Inclinato capite tradidit spiritū: & alius emisit spiritū. Et quid est tradere aut emittere, nisi animā ponere? Sed anima dicta est propter hoc quòd viuit: dicitur autem spiritus vel spiritualis natura pro eo quòd spiret in corpore. Item animus idem est quod anima, sed anima vitæ est, animus consilij. Vnde & dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere, & sine mente animam durare, vnde & amentes vocant, nam mentem vocant vt sciat, animam vt velit: Mens enim vocata quòd emineat in anima vel quòd meminit. Vnde & immemores amentes dicun-

Sallust. in Prolo. Cati l.

Anima.

S Spiritus. Ioan. 10.

Ioan. 19.

Animus.

dicuntur. Quapropter non anima, sed quod excellit in anima, mens vocatur, tanquam caput eius vel oculus. Vnde & ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Ita enim hæc omnia adiuncta sunt animæ, vt vna res sit. Pro efficientijs enim causarum diuersa nomina sortita est anima. Nam & memoria mens est, vnde & immemores amentes. Dum ergo corpus viuificat anima est, dum vult animus, dum scit mens, dum recolit memoria, dum rectum iudicat ratio est, dum spirat spiritus est, dum aliquid sentit sensus est. Nam inde animus sensus dicitur pro his, quæ sentit, vnde & sententia nomen accepit.

V

Corpus. Caro.

Corpus dictum eo quòd corruptum perit. Solubile enim atque mortale est, & aliquando soluendum. Caro autem à carendo aut cadendo appellata eo quòd vita careat, est enim proprie mortuorum, aut quod in mortem cadat, vnde & cadauer. Crementum enim semen est masculi, vnde & animalium & hominum corpora concipiuntur, hinc & parentes creatores dicuntur. Caro autem pro corpore ex quatuor elementis compacta est. Nam terra in carne proprie dicta est, aer in anhelitu, humor in sanguine, ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quæque partem, quæ cuilibet redditur compage soluta.

X

Sensus.

Sensus corporis quinque sunt, gustus, odoratus, auditus, visio, tactus. Ex quibus duo idest duo eorum organa, aperiuntur & clauduntur, visus & gustus; duo semper patentes sunt, auditus & odoratus: & quintus idest tactus vtrunque facit & neutrum. Sensus dicti, quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi. Vnde & præsentia nuncupantur, quòd sint præsentibus, sicut præ oculis quæ præsto sunt oculis.

Visus.

Visus est qui à philosophis humor vitreus appellatur. Visum autem quidã fieri asserunt aut externa æthærea luce, aut interno spiritu lucido, per tenues venas à cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aerẽ exeuntes, & tunc commistione similis materiæ visum dantes. Visus dictus quòd viuacior sit cæteris sensibus ac præstantior siue velocior, ampliusque vigeat, quomodo & memoria inter cætera mentis officia. Vicinior enim est cerebro, vnde omnia manant, vnde fit vt ea, quæ ad alios pertinent sensus, videre dicamus, veluti cum dicimus vide quomodo sonat, vide quomodo sapit, &c.

Y

Videre.

Auditus.

Auditus appellatus quòd voces audiat vel hauriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos.

Odoratus.

Odoratus quasi aeris odore attactus, tacto enim naribus aere sentitur. Sic & olfactus, quòd odoribus fiat.

Gustus. Tactus.

Gustus à gutture vel gustando dictus. Tactus eo quòd pertractet & tangat, & per omnia membra vigorem sensus aspergat. Nam per tactum probamus quicquid cæteris sensibus iudicare non possumus. Duo enim sunt genera tactus. Nam aut extrinsecus venit quod feriat, aut intus in ipso corpore oritur. Vtrisque enim sensui propria organa dantur.

Z

Sensuum organa.

Nam quod videndum est, oculis capitur, quod audiendum, auribus, mollia & dura tactu existimantur, & iudicantur, sapor gustu, odor naribus.

¶ *De hominis membris, ac partibus. Cap. LX.*

A

Caput.

PRima pars corporis caput est, datumque est illi hoc nomen, eo quòd sensus omnes & nerui inde initium capiant, vnde ipsius animæ quæ consulit corpori, quodammodo personam gerit.

Vertex.

Vertex est suprema pars capitis, qua capilli reuertuntur idest deorsum dependent, vt nos à vertice montis descendimus.

Caluaria. Occipitium. Capilli.

Caluaria ab ossibus caluis dicta per defectionem, & neutraliter pronuntiatur. Occipitium capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quòd sit capitis retrorsum. Capilli quasi capitis pili, facti vt & decorem præstent, & cerebrum aduersus frigus muniant, atque à sole defendant. Pili autem dicti à pelle, de qua procedunt, sicut & pilum à pila dicitur, vbi pigmentum contunditur.

Cæsaries.

Cæsaries à cædendo vocata, ideoque tantum virorum est. Virum enim tonsum esse decet.

Comæ.

Comæ sunt proprie incisi capilli, & est græcus sermo, nam comas græci κόμας à secando vocant, vnde & κείρειν tondere: inde & cirri vocantur, quod etiam idem græci mallonem vocãt.

Cirri. Crines.

Crines proprie mulierum sunt. Dicti autem crines, eo quòd discernantur vittis, vnde & discrimina dicuntur, à quibus diuisi religãtur.

Tempora.

Tempora sunt, quæ caluariæ dextra læuaque subiacent, quæ ideo sic nuncupantur, quia mouentur, ipsaque mobilitate quasi tempora mutantur.

B

Facies.

Facies dicta ab effigie, ibi enim est tota figura hominis, & vniuscuiusque personæ cognitio.

Vultus.

Vultus vero dictus eo quòd per eum voluntas animi ostenditur, secundum enim voluntatem in varios motus mutatur, vnde & differunt inter se, nam facies simpliciter accipitur de vniuscuiusque naturali aspectu, vultus autem animorum qualitates significat.

Frons.

Frons ab oculorum foraminibus, vel à præ se ferendo nominata est. Hæc enim imago quædam animi mentis quoque motum specie sua exprimit, dum vel læta vel tristis est.

C

Oculi.

Oculi vocati siue quòd eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniuriæ offensione lędantur, vel quia occultum lumen habent idest secretum vel intus positum: hi inter omnes sensus viciniores animæ existunt. In oculis omne mentis indicium est, unde & animi perturbatio uel hilaritas in oculis apparet.

Lumina.

Oculi & lumina idem sunt. Et dicti lumina, quòd ex eis lumen manat, vel quòd ab initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendo refundant.

Pupilla.

Pupilla est centrũ oculi, in quo vis est uidendi, vbi quia imagines paruę videntur, propterea pupillæ dicuntur, nam parui li pupilli dicuntur. Hanc plerique pupillam vocant eo quod sit pura & impolluta, vt sunt puellæ. Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est vitæ desperatio. Circulus vero, quo albæ partes oculi à pupilla separantur discreta nigredine, corona dicitur, eo quòd rotunditate sui ornet ambitum pupillę. Vertices ipsos oculorum quidam ualuas appellant, à similitudine valuarum.

Palpebræ.

Palpebrę sunt sinus oculorum, à palpitatione dictæ, quia semper mouentur, & concurrunt inuicem, vt assiduo

motu

morti reficiant intuitum. Munitæ sunt autem vallo capillorum, vt & apertis oculis si quid inciderit, repellatur, & somno conniuentibus tanquam inuoluti quiescant latentes. In summitate autem palpebrarum locis, quibus se vtræque clausę contingunt, extant adnan ordine seruato pili, tutelam oculis ministrantes, ne irruentes facile iniurias accipiant, & ex eo noceantur, vt pulueris vel cuiuscunque crassioris materiæ arceant contactum, vt ipsum quoque aerem turbatum se claudendo excludant, & hic tenuem atque serenum faciant visum. **Lacrimæ.** Lacrimas à laceratione mentis quidam putant dictas: alij lachrymas dici existimant, E ideo quòd græci δάκρυα vocant. **Cilia.** Cilia sunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi, & dicta cilia quòd celent oculos, quos regunt tuta custodia. **Supcilia.** Supercilia dicta quòd superposita sint cilijs, quæ ideo vestita sunt pilis, vt oculis munimẽtum fortius quàm palpebræ prætendant, & vt sudorem à capite fluẽtem repellant. **Intercilium.** Intercilium vero est medium illud, quod sine pilis est inter supercilia & palpebras. **Genæ.** Genæ sunt inferiores partes oculorum vnde barba inchoat, nam græce genos barba, inde & genę, quòd inde incipiant barbæ gigni. **Malæ.** Malę sunt enimentes sub oculis partes ad protectionem eorum suppositæ. vocatæ autem malæ siue, quòd infra oculos in rotunditatem promineant in modum malorum, quæ græci mela appellant, siue quòd sint supra maxillas. **Maxillæ.** Maxillę p diminutionẽ dũr a malis, sicut paxillus a palo, taxillus a talo. **Mandibulæ.** Mandibulæ sunt maxillarum partes, quibus & nomen factum. F **Barba.** Barbam veteres vocauerunt, quòd virorum sit, non mulierum. Auribus nomen inditum est a vocibus hauriendis: vnde & Virgilius. Vocemque his auribus hausi: aut quia græci vocem ipsam αὐδὴν audẽ vocãt ab auditu. Per immutationẽ.n. literę aures quasi audes nũcupatæ sunt. Vox.n. repercussa per anfractus aurium sonum facit, quo sensum excipiant audiendi. **Pinnula.** Pinnula summa pars auris, ab acumine dicta. Pinnon enim antiqui acutum dicebant. Vnde & **Nares.** G bipennis & pinna. Nares idcirco nominantur, quia per eas vel odor vel spiritus manare non desinit, siue quia odore nos admonent, vt gnari simus ac sciamus: vnde econtrario nescientes & rudes ignari dicuntur. Olfecisse enim veteres scisse dicebant. Terentius; Ac nõ totis sex n ensibus prius olfecisse quàm ille quicquã cœperit. Narium recta pars, eo quòd ęqualiter sit in longitudinem & rotunditatẽ porrecta, columna vocatur, extremitas eius pyrula a formula pomi pyri: quæ vero dextra læuaque sunt, pinnulæ alarum similitudine, mediũ autem intersiniũ. H **Os.** Os dictum, quia per ipsum quasi per ostium & cibos intromittimus, & sputum foras proijcimus, vel quia eo ingrediuntur cibi, & inde egrediuntur sermones. **Labia.** Labia a libendo sunt vocata, quod autem superius est, labium dictum quidam volunt, quod inferius, eo quod grossius sit, labrum. Alij virorum labra, mulierum dicunt labia, sed confunduntur. **Lingua.** Linguæ a lingendo cibo putat Varro nomen impositum, alij quòd articulatos sonos ligat in verba. Sicut enim plectrum chordis, I ita lingua illiditur dentibus, & vocalem sonum emitti efficit. **Dentes.** Dentes græci oduntes dicunt, & inde latinum videntur trahere nomen: horum primi, præcisores dicuntur siue præcisiui, quia omne quod accipitur, ipsi prius incidũt. **Canini.** Sequentes canini vocantur, quorum duo in dextera maxilla sunt, & duo in sinistra, & dicti canini, quia ad similitudinem caninorum existunt, sicut & homines qđ & possint priores præcidere illis tradunt vt confringant. Hos vulgus pro latitudine & rotunditate columellas vocant: **Molares** vltimi sunt molares, qui concisa a prioribus atque confracta subigunt & molunt atque mandunt, vnde & molares vocati sunt. Dẽtium autem numerum discernit qualitas sexus, nam in viris plures, in fœminis pauciores existunt. **Gingiuæ.** Gingiuæ a gignendis dentibus nominatæ sunt, factæ sunt aũt etiã ad decorem dentiũ, ne nudi horrori potius quàm ornamento existerent. K **Palatum vel palatus.** Palatum nostrum, sicut cœlum sursum est positum, & inde palatum a polo per deriuationem. Sed & græci similiter palatum οὐρανίσκον vranifcon appellant, eo quòd pro sui concauitate cœli similitudinem habeat. Fauces a fundendis vocibus nominatæ quasi foces, vel fauces q̃ p eas famur. **Arteriæ.** Arteriæ vocatæ sunt siue quòd per eas a pulmone aer, idest spiritus, feratur, seu quòd arctis & angustis meatibus spiritum vitalem contineant, vnde sonos vocis emittant, qui soni vno modo sonarent, nisi linguæ motus distantias vocis efficeret. Toles gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem tonsillas vocant quę in faucibus turgescere solent. **Mentum.** Mẽtum dictum quòd inde mandibulæ oriantur, vel quòd ibi nigrantur, vel quòd dum mentionem alicuius loquendo facimus ipsum mouemus. **Gurgulio.** Gurgulio nomen trahit a gutture, cuius meatus ad os & nares protenditur, habẽs viam qua vox ad linguam trãsmittitur, vt possit verba collidere, vnde & garrire dicimus. **Rumen.** Rumen proximum gurgulioni, quo cibus & potus deuorantur, hinc & bestiæ, quæ cibum reuocant & remandunt, ruminare dicuntur. **Sublinguium.** Sublinguium operculum gurgulionis, quasi parua lingua, quæ foramen linguæ recludit operitque. L **Collum.** Collum dictum quòd sit rigidũ & teres vt columna, baiulans caput & sustentans, quasi capitolium, cuius anterior pars **Gula.** Gula vocatur, posterior ceruix. **Ceruix.** Ceruix autem vocata, quòd per eã cerebrum ad medullam spinæ dirigatur, quasi cerebri via. Veteres autem plurali tantum numero ceruices dicebant, primus Hortensius ceruicem singulariter dixit. Ceruix autem nunc in singulari numero membrum ipsum significat, nam plurali numero ceruices contumaciam sæpe demonstrat. Cicero in Verrinis. Prętorem tu accusas frangere ceruices. **Humeri.** Humeri dicti quasi armi, ad distinctionem hominis a pecudibus mutis, vt hi humeros, illæ armos habere dicantur, nam proprie armi quadrupedis sunt **Hala.** Hala summi humeri pars posterior & occultior. M **Brachia.** Brachia a fortitudine nominata sunt, bary enim græce graue & forte significat. In brachijs enim thori lacertorũ sunt, & insigne masculorũ robor existit. In his sunt **Tori.** Tori, idest musculi, & dicti tori, quia illic viscera torta videantur. **Cubitus.** Cubitus dictus, quòd ad cibos sumẽdos ipsi incumbimus. **Vlna.** Vlna secundum quosdam vtriusq; manus extensio est: secundum alios cubitus quod magis verum est, quia græce olenos cubitus dicitur. **Alæ & ascellæ.** Alæ sub brachijs sunt appellatæ, eo quòd

ex

ex eis in modum alarum motus brachiorum incho
et: quas quidam ascillas seu axillas vocant, quòd ex
eis brachia cillentur: idest moueantur, vnde & oscil-
la dicta ab eo quòd cillentur idest moueantur ora,
nã cillere est mouere: has quidam hircos dicunt, eo
N quòd in plerisque hominibus hircinum fœtorẽ red
Manus. dant. Manus dicta quòd sit totius corporis munus, ip
sa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia at-
que dispensat, per eam accipimus & donamus. Abu-
sine etiam manus ars vel artifex, vnde & manus pre-
Dextera. tium dicimus, & armatorum copias. Dextera dicitur
à dando; ipsa enim in pignus pacis datur, ipsa testis fi
dei atq; salutis perhibetur, & hoc est illud apud Tul-
lium: Fidem publicam iussu senatus dedi idest dex-
tram. Vnde & Apostulus dicit: Dextras mihi dede-
Lęua. runt & Barnabæ societatis. Læua dicitur quòd sit læ-
uis idest sine asperitate & callo, qui dextrę ex labore
Sinistra. inducitur. Sinistra autem vocata, quasi sine dextera,
siue q rem fieri sinat, & non faciat. A sinendo enim
Palma. sinistra dicitur. Palma est manus expansis digitis, si-
Pugnus. cut contractis pugnus. Pugnus autem à pungẽdo di-
ctus, vel à pugna, aut contra sicut palma à pandendo.
Digiti. Digiti nuncupati vel quòd decem sunt, vel quia de-
center iuncti sunt, nam habent in se & numerum per
fectum, & ordinem decentem. Vnde primus pollex
vocatur, quòd inter alios virtute polleat & potesta-
te: Secundus index & salutatorius siue demonstra-
torius, quia ferè eo salutamus, vel ostendimus vel in-
dicamus: Tertius impudicus; quòd plerunque per
eum opprobrij insectatio ostenditur & podex mun
datur, & iste est medius. Quartus annularis, eo quòd
in ipso annulus geritur. Idem & medicinalis, quia eo
collíria à medicis colliniuntur, vel quòd eo pul-
sus infirmorum sentitur. Quintus auricularis, quòd
Vngues. aurem eo scalpimus & purgamus. Vngues ex græco
O vocamus, illi enim hos onyches dicunt. Alij dictum
volunt ab vnguendo, quòd sit politus & lucidus qua
si vnctus. Estque animalium habentium digitos di
stinctos, vt hominum, simiarum, auium, leonum, ca
num &c. Vngula non habentium digitos, vt equo-
rũ, mulorum, asinorum, boum, ceruorum, & similiũ
Truncus. quorum quædam fissis habent vngulas. Truncus est
media pars corporis à collo vsq; ad inguina, de quo
Nigidius. Caput collo vehitur, truncus sustinetur co-
Thorax. xis & genibus, cruribusque. Thorax à gręcis dicitur
anterior pars trunci à collo vsque ad stomachum
Arca. quam nos dicimus arcam, eo quòd ibi sit arcanum,
idest secretum, à quo cæteri arcentur, vnde & arca &
ara dicta, quasi res secreta, cuius eminentes partes ma
P millæ dicuntur, inter quas pars illa ossea pectus dici-
Pectus. tur, dextra autem læuaque costę. Pectus vocatum, eo
quòd sit pexum inter eminentes mamillarum par-
tes, vnde & pectem dicitur, eo quòd pexos capillos
facit. Mamillæ vocatę quòd rotundæ sint, quasi ma-
Mamillę. læ per diminutionem. Sed papillæ capita mamilla-
rum sunt, quas infantes sugentes compræhendunt,
& dictæ papillæ quòd eas infantes quasi palpãt dum
lac sugunt, perinde mamma est tota eminentia vbe-
Vbera. ris, papilla vero breue illud vnde lac trahitur. Vbe-
ra dicta, vel quia lacte vbera idest fœcunda vel quia
vuida, humore scilicet lactis in modum vuarum
Lac. plena. Lac vim nominis à calore trahit, quòd sit al-

bus liquor, leucos enim græce albus dicitur, cuius na
tura ex sanguine commutatur. Nam post partum si
quid sanguinis nondum fuerit vteri nutrimento con
sumptum, naturali meatu fluit in mammas, & earum Q
virtute albescit, lactis accipiens qualitatem. Cutis est, Cutis.
quę in corpore prima est, appellata quòd ipsa corpo-
ri superposita, incisionem primam patiatur. Cutis
enim græce incisio latine dicitur. Eadem & pellis, q
externas iniurias corporis tegẽdo pellat, primosque
& venti & solis ardores perferat. Pellis autem iam de Pellis.
tracta ac subacta corium dicitur, & est crassior cutis.
Corium autem appellatur per deriuationem, quòd Corium.
eo caro teneatur vel tegatur, sed hoc in brutis anima
libus proprium est. Pori corporis græco nomine ap- Pori.
pellantur qui latine proprie spiramenta dicuntur, eo
quòd per eos viuificus spiritus exterius ministretur.
Aruina est pinguedo cuti adhærens. Pulpa est caro Aruina.
sine pinguedine, dicta quòd palpitet, resilit enim sę Pulpa.
pe: hanc plerique & viscum vocant, eo quòd gluti- R
nosa sit. Membra sunt corporis partes. Artus quibus Membra,
colligantur membra, ab arctando dicti. Vel Artus di Artus.
cti quod colligati inuicẽ neruis arctentur idest strin-
gãtur, quorum diminutiua sunt articuli, nam artus Articuli.
dicimus membra maiora ut brachia, articulos mino
ra ut digitos. Nerui gręca deriuatione appellati, quos Neruli.
illi nerua uocant. Alij latine vocatos neruos putãt,
eo quòd artuum coniunctiones inuicem his inhæ-
reant. Maximam autem virium substantiam neruos
facere certissimum est, nam quanto fuerint densio-
res, tanto propensius augent firmitatem. Compagia Cõpagia.
sunt ossium capita, dicta eo quòd sibi compacta ner- S
uis, uelut glutino quodam adhęreant. Ossa sunt cor-
poris solidamenta, in his enim positio omnis & ro-
bur subsistit. Ossa autem ab usto dicta, propterea Ossa.
quòd cremarentur ab antiquis, siue (ut alij putant)
ab ore, eo quod ibi pateant, nam alibi ubique cu-
te, uiscenbusque obtecta celantur. Medullæ appel Medullę.
latæ quod sint ossium partes mediæ, uel quod eis
madefiant ossa, impinguant enim ea & confortant.
Vertibula sunt summe ossium partes, crassioribus no Vertibula.
dis conglobata, dicta eo quòd ad inflexionem men
brorum illa vertantur. Cartilagines ossa mollia et Cartilagines.
sine ne medulla, quòd genus auriculæ, et narium di-
scrimen, & costarum extremitates habent siue o-
percula ossium quæ mouentur. Et dictæ cartilagi- T
nes, quòd leui attritu carent dolore dum flectun- Costæ.
tur. Costas appellari quidam putant, quòd ab eis
custodiantur interiora, et tota mollities ventris val-
lata saluetur. Latus, quia iacentibus nobis latet, est Latus.
enim lęua pars corporis et dextra, vtrinque inter an
teriora et posteriora protensa. Dextro autem lateri
habilior motus est, læuo fortior, & oneri ferendo ac-
commodatior, ipsa enim gerit clypeum, ensem, pha-
retram, & reliqua onera, vt expedita sit dextera ad V
agendum. Dorsum est à ceruice vsque ad renes deor Dorsum.
sum. Dictum autem dorsum, quod sit superficies du
rior corporis, in modum duri vrsi, fortis & ad por-
tandum, & ad perpetiendum. Terga dicta, quia in Terga.
eis supini iacemus in terra, quod solus homo po-
test, nam muta animalia tantum aut in uentrem, aut
in latus iacent, unde abusiue in animalibus terga di
cuntur. Scapula à scandendo dicitur. Interscapulium
est

est spatium quod est inter scapulas, vnde est nomi-
Pale. natum. Palæ sunt dorsi dextra læuaq; eminentia mē-
bra, dicta q̄ in luctando eas p̄mimus & vibramus,
Spina. qd græci palin dicunt. Spina est iūctura dorsi, dicta
q̄ habeat radiolos vt spinas acutos, cuius iuncturæ
Spōdylia spondylia appellātur propter partē cerebri, q̄ fertur
Spina sacra. p hos longo tractu ad cæteras corporis partes. Sacra
spina est ima ppetuæ spinæ, q̄ græci ἱερὸν νῶτον hierō
noton vocant, quoniam primum infante concepto
X nascitur, ideoque & in hostia id primum a Gētilibus
Renes. diis suis dabatur, vnde & sacra spina dicitur. Renes
ait Varro dictos, quòd riui ijs obscœni humoris
fluant ἀπὸ τοῦ ῥέειν a verbo rhein, quod significat
fluere, nam venæ & medullæ tenuem liquorem de-
sudant in renes, qui liquor rursus a renibus calore
Lumbi. veneris resolutus decurrit. Lumbi a libidinis lasciuia
dicti, quia in viris causa corporeæ voluptatis in ip-
sis est, sicut in vmbilico fœminis. Vnde & ab Iob
in exordio sermonis dictum est. Accinge sicut vir
lumbos tuos, in his esset resistēdi præparatio, in qui
bus est libidinis vsitata dominandi occasio. Vmbi-
Vmbilicus. licus est medius locus corporis, dictus quòd sit vm-
bo iliorum, vnde & vmbo appellatur locus in me-
Ilia. dio clypei a quo dependet. Ilia græco sermone ap-
pellantur, quòd ibi nos obuoluamus, græce enim
Clunes. εἰλεῖν ileo vertere & obuoluere dicitur. Clunes vo-
cati, quòd sint iuxta colum quod est longum, sunt-
Nates. que tumores natium. Nates quòd in ipsis innitimur
dum sedemus. Vnde & conglobata est in eis caro,
Y ne prementis corporis mole ossa dolerent. Geni-
Genitalia. talia corporis partes (vt nomen ipsum docet) gignē-
dæ sobolis acceperunt vocabulum, quòd his pro-
creatur & gignitur. Hæc & pudenda pro verecun-
dia, siue a pube. Vnde & indumento operiuntur.
Dicuntur autem ista & inhonesta, quia non habent
eandem speciem decoris sicut membra quę in prō-
Verretrū. ptu & prospectu locata sunt. Dictum & verretrum,
Virus. membrum virile siue quòd viri est tantum, siue q̄
ex eo virus emittitur, nam virus proprie dicitur hu
mor fluens a natura viri, siue a verrendo, siue demū
Testiculi. a vere. Testiculi per diminutionem a testibus dicti
quorum numerus incipit a duobus: hi semen cala-
mo ministrant, qd a spinæ medulla & renibus & lū
Scrotum. bis suscipiūt gr̄a procreādi. Scrotū est pellis in qua
Posteriora. testiculi sunt. Posteriora vocata, q̄ retro sunt & a vul
Meatus. tu auersa, ne dū aluū purgamus, inquinaremus aspe
ctū. Meatus inde appellatus q̄ per eum meant, i. ege
Femora. runtur stercora. Femora dicta, q̄ ea parte a fœmina
sexus viri discrepet. Sūt ab inguinib. vsq; ad genua.
Fœmina. Fęmina autem per deriuationem femorum partes
sunt, quibus in equitando tergis equorū inhæremus
vnde & olim preliatores sub fœminibus equos ami
Coxæ. sisse dicebantur. Coxæ quasi coniuncti axes, in ip-
sis enim femora mouentur, quorum concaua verte-
Suffragines. brę vocantur. Suffragines sunt plicaturę crurum po-
steriorum ex quadrupedibus, quæ retrorsum pli-
cantur vt genua in anterioribus cruribus, antorsum:
Z dictæque sunt, quòd suffringuntur idest subtus fle-
Genua. ctuntur, non supra sicut genua. Genua sunt commis-
siones femorum & crurum & dicuntur genua eo
quòd in vtero genis oculorum sunt opposita. Cohæ
rent enim sibi ibi, & cognata sunt genua oculis la

chrymarum indicibus & misericordiæ, nam a genis
genua dicuntur. Denique complicatum in genua
gigni, formarique hominem dicunt, ita vt genua sur-
sum sint, quibus oculi formantur vt caui fiant & ro
tundi & etiam reconditi, ipsos enim in vtero matris
genua comprimunt. Ennius: Atque genua compri-
mit acta gena. Inde est q̄ homines dum ad genua se
prosternant, statim lachrymantur. Voluit enim na-
tura eos vterum maternum memoria recolere & re-
minisci, vbi quasi in tenebris cōsidebant antequàm Aa
ad lucem venirent. Crura dicta, quòd his currimus Crura.
& gressum facimus, & sunt a genibus vsque ad cal-
ces. Tibiæ vocatæ quasi tubę, sunt. n. longitudine & Tibiæ.
specie eis similes. Et sunt ossa aut partes anteriores i
crure, & surę sunt posteriores. Talus dictus a tolo,
nam tolus est eminens rotunditas, & inde fastigiū Talus.
templi rotundi tolus vocatur. Talus autem sub cru
re est, & sub talo calcaneum. Pedes ex græca etymo- Pedes.
logia nomen sortiti sunt. Hos enim græci podas di-
cunt. Sunt qui a petendo terram dictos putent, quia
alternis motibus solo fixi incedunt: Plantæ a plani- Plantæ.
tie nuncupatę, quia non rotundę, vt in quadrupe-
dibus, ne stare non possit bipes homo, sed planæ
atque longiores formatæ sunt, vt stabile corpus ef-
ficerent. Sunt autem plantæ anteriores partes, quæ
etiam de multis ossibus constant. Calx vel calcis vel Calx.
calcis prima pars plantæ, a calco illi nomen imposi-
tum, quòd terram calcamus, hinc & calcaneus. So-
lum est inferior pars pedis, dicta quòd eo vestigia
terræ imprimimus. Sed & solū dicitur omne illud Solum.
quod aliquid sustinet, quasi solidum, vnde & terra
solum dicitur, q̄ cuncta sustineat, aer solum auium,
& solum pedis, q̄ totā corporis molem portet. Vi-
scera non solum intestina dicimus, sed quicquid Bb
sub corio est inter cutem & carnem & ossa. Item Viscera.
viscera vitalia idest circumfusa loca cordis, vt sit vi-
scus quasi vis cordis, eo q̄ ibi vita, idest anima con-
tinetur. Item viscera capita neruorum ex sanguine
& neruis copulata. Item lacerti a similitudine lacer-
torum repulium, quia in singulis membris loca sunt
per quæ eis nomina dantur, vt cor q̄ sit in medio
corporis: appellaturque a nomine similium anima Lacerti.
lium super terram viuentium. Nam inde musculi Musculi.
a murium similitudine. Sicut a lacerta lacerti. Inde
etiam tori, q̄ illic viscera torta videantur. Cor a græ- Cor.
ca deriuatum appellatione, quod illi cordiam di-
cūt, sicut a cor & uro dicitur nobis cura, in corde. n. Cc
omnis solicitudo vitæ & scientiæ cura est. Quod
ideo pulmoni vicinum est, vt cum ira accenditur,
pulmonis humore temperetur. Huius duæ arteriæ
sunt, quibus sinistra plus sanguinis habet, dextra
plus spiritus. Vnde & in dextro brachio pulsum de-
spicimus. Præcordia sunt loca cordi vicina, quibus Præcordia.
sensus percipitur, & dicta sunt præcordia, eo quòd
ibi sit principium cordis & cogitationis, aut quòd
cor præcingunt, sunt enim pelliculæ circum cor, in
quibus affectionum sedes. Pulsus vocatus est, quòd Pulsus.
palpitet, cuius indicio aut infirmitatem intelligimus
aut sanitatem. Huius duplex est motus, aut simplex
aut compositus. Simplex est, qui ex vno saltu con-
stat. Compositus est, qui ex pluribus motibus inor-
dinatus & inæqualibus existit. Qui motus certa ha-
bent

Dd bent spatia, dactylicum pulsum uocant q̃diu sine vi
Venæ. tio sunt. Venæ dictæ eo ꝙ viæ sunt natantis sangui-
nis, atq; riui per omne corpus diuisi, quibus vniuer-
sa membra irrigantur. Sanguis ex græca etymologia
nomen duxit, ꝙ vegetet & sustentetur & viuat σάος
Sanguis. Saos.n. Sospes dicitur. Sanguis autem est dũ in cor-
pore est, effusus vero cruor, nam cruor vocatur, eo
ꝙ effusus currat, vel ab eo ꝙ currendo corruat. Alij
cruorem interpretãtur saniem & sanguinem corru-
ptum qui emittitur. Alij autem sanguinẽ vocant, ꝙ
sit suauis. Sanguis aũt non est integer nisi in iuueni-
bus. Nam dicunt physici minui sanguinem per æta-
tes, vnde in senibus tremor est. Proprie aũt sanguis
animæ possessio & sedes est: ideo genas mulieres la-
cerare solent in luctu vt manibus gratificent, inde
Ee & purpureæ vestes & flores purpurei mortuis præ-
Pulmo. bentur. Pulmo ex græco trahit vocabulum, pulmo-
nem.n. pleumõ vocant, eo ꝙ cordis flabellum sit, in
quo pneuma.i. spũs est, per quod & agitatur & mo-
uetur, vñ & pulmones vocati sunt. Nam grece pneu
ma spiritus dicitur, qui flando & agitando aerẽ emit-
tit & recipit, a quo mouentur pulmones & palpitãt,
& aperiunt se vt flatum capiant, & stringunt vt eij-
Iecur. ciant, est.n. vt organum corporis. Iecur nomẽ habet
ex eo ꝙ vicinum cordi habeat locum, inde.n. attra-
hit sanguinem qui in cerebrũ subuolat, & inde ad
oculos cæterosq; sensus & membra diffunditur, &
calore suo succum ad se ex cibo tractum vertit in san-
guinem, quem ad vsum pascendi nutriendiq; singu-
lis membris p̄bet. In iecore autem consistit voluptas
Ff & concupiscentia, iræ & amores, secundum eos qui
Fibreę. de physicis rebus disputant. Fibræ sunt iecoris extre
mitates, sicut extremæ partes foliorum in vitibus, si-
ue quasi linguæ venæ eminentes. Dictas aũt volunt
fibras, ꝙ apud Gentiles in sacrificijs ad Phœbi aras
ab hariolis ferebantur, quibus oblatis atq; succensis
Splen. responsa acciperent. Splẽ dictus a supplemento, ex
cõtraria parte iecoris, ne vacua existeret, quem qui-
dam risus causa factum existimant, nam splene ride
mus, felle irascimur, corde sapimus, iecore ama-
Gg mus, quibus quatuor elementis constantibus, inte-
Fel. grũ est animal. Fel est appellatum, ꝙ sit folliculus ge
Stomachus. stans humorem, qui uocatur bilis. Stomachus græ-
ce os vocatur, eo ꝙ quasi ostium uentris ipse cibum
Intestina. accipiat, atq; ad intestina transmittat. Intestina dñr,
eo ꝙ corporis interiori parte cohibentur, q̃ idcirco
longis nexibus coordinata sunt in circulorũ modũ,
vt susceptas escas paulatim digerant, & superadditis
Omentũ. cibis non impediantur. Omentum est membrana q̃
continet intestinorũ maiorem partem, quod epito-
Dissceptũ. lin græci vocant. Dissceptũ intestinum quod discer-
nit ventrẽ & cętera intestina a pulmone, vel a corde.
Cęcum. Cęcum intestinum, ꝙ sit sine foramine & exitu, qd
Ieiunum. græci tisoneuteron vocant. Ieiunum tenue intestinũ,
Hh vnde & ieiunum dicitur. Venter autem & aluus &
Venter. vterus inter se differunt. Venter est qui acceptos ci-
bos digerit, & apparet extrinsecus, tenditq; a pecto-
re vsq; ad inguẽ, & dicitur venter, ꝙ per totum cor-
Aluus. pus alimẽta ministrat vitæ. Aluus est q̃ cibum reci-
pit, & per excremẽta purgari solet. Ex ipsa.n. sordes
stercorũ defluunt. Salustius: Simulans sibi aluũ pur
Vterus. gare. Et vocatur aluus ꝙ abluatur. Vterũ solæ mulie
res habent, in quo concipiunt ad similitudinẽ cauli-
culi: tñ auctores pro vtriusq; sexus ventre plerunq;
ponunt, nec poetę tantummodo, sed & cæteri. Voca
tur autem vterus, ꝙ duplex sit, & ab vtraq; in duas
se diuidat partes, q̃ in diuersum diffusę ac reflexę cir
cũplicantur in modum cornu arietini, vel ꝙ implea
tur fœtu interius. Hinc & vter, ꝙ aliquid intrinsecus
habet, vt membra & viscera. Aqualiculus proprie Aqualiculus.
porci est, hinc ad ventrem translatio. Matrix dicitur Ii
ꝙ fœtus & embrio in ea generentur. Semen.n. rece- Matrix.
ptum confouet, confotum corporat, corporatum in
mẽbra distinguit. Vulua vocata quasi valua.i. ianua Vulua.
ventris, vel ꝙ semen recipiat, vel ꝙ ex ea fœtus pro-
cedat. Vesica dicta, ꝙ sit vas aquæ. Ipsa.n. de renibus Vesica.
vrina collecta cõpletur, & humore distẽditur, cuius
vsus in volucribus non habetur. Vrina autẽ dicta a Vrina.
græco, οὐρέω.i. meio seu mingo, & græce οὖρον: cu-
ius indicio & salus & ęgritudo monstratur. Qui hu- Kk
mor latine lotium dicitur, ꝙ eo lota vestimẽta mun
da efficiantur. Semen est quod iactum sumitur aut Semen.
in terra aut vtero ad gignendum vel fructus vel fœ-
tus. Est.n. liquor ex cibi & corporis decoctione fa-
ctus, ac diffusus per venas atque medullas, qui inde Ll
desudatus, in modũ sentinæ crescit in renibus, eie-
ctusq; per coitũ, & in vterum mulieris susceptus, ca
lore quodã viscerũ, & menstrualis sanguinis irriga-
tione formatur in corpus. Mẽstruũ est superuacuus Mẽstruũ, & eius virus, ac virus.
mulierum sanguis, dicta aũt sunt mẽstrua a circuitu
lunaris luminis, quo solet hoc euenire profluuium.
Luna.n. græce mene dicitur, hæc & muliebria nun
cupantur. Nã mulier solum animal menstruale est.
Cuius cruoris contactu fruges non germinant, ace-
scunt musta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fœ
tus, ferrum rubigo corrumpit, nigrescunt æramen-
ta, si qui canes inde ederint, in rabiem efferãtur, glu
tinum asphalti quod nec ferro, nec igne dissoluitur,
ipso cruore pollutum sponte disiungitur, post pluri
mos aũt dies menstruos ideo semen non est germi-
nabile, quia iam non est menstrualis sanguis a quo
perfusum irrigetur. Tenue semen in muliebribus lo Spermatũ differẽtia.
cis non adhæret, labitur enim, nec habet vim adhæ-
rendi. Similiter & crassum nõ habet vim gignendi,
quia muliebri sanguini se miscere non potest pp ni-
miam sui spissitudinem: hinc & steriles mares & fœ
minas dicunt fieri vel pp nimiam crassitudinẽ san-
guinis vel seminis vel pp nimiam raritatem. Primũ Mm
aũt aiunt cor hominis fingi, quia in eo sit & vita ho Hominis formandi ordo.
minis, & sapientia. Deinde quadragesimo die totũ
corpus expleri, quod ex abortionibus (vt ferunt) col
lectum est. Alij fœtus a capite exordium sumere di-
cunt, vnde & in auium fœtibus primum oculos fin-
gi in ouis videmus. Fœtus autem dictus, quòd ad- Fœtus.
huc in vtero foueatur, Item nasci patribus similes Nn
aiunt, si paternum semen validius sit, matribus si Parentum vnde similitudo.
maternum, hac etiam ratione similes exprimi vul-
tus. Qui autem vtriusque parentis figuram reddunt,
æqualiter mixto paterno, maternoq; sanguine vel se
mine cõcipiuntur. Dicunt etiã auorũ & proauorũ cõ
similes fieri, quia sicut in terra multa semina occul-
tantur, sic & in hominibus semina celantur pa-
rentum figuras reddítura. Ex paterno autem semine
puellas nasci, ex materno pueros, quia omnis partus
constat

constat ex duplici semine, & cuius pars maior est,
Oo inuoluit & occupat similitudinem sexus. In corpo-
Corporis humanitatio. re nostro quædam tantum ad vtilitatis causam fa-
cta sunt, vt viscera. Quædam & vtilitatis & decoris,
vt sensus in facie, & in corpore manus ac pedes, quo
rum membrorum & vtilitas magna est, & species
decentissima. Quædam tantum decoris: vt mamillæ
in viris, & in vtroque sexu vmbilicus. Quædam di-
scretionis, vt in viris genitalia, barba prolixa, & pe-
ctus amplum. In mulieribus lænes genæ, & angu-
stum pectus, ad concipiendos autē fœtus & portan-
dos renes & latera dilatata. Quoniam quæ pertinēt
ad hominem & partes animæ & corporis, ex parte
dictum est: nunc ætates eius subiungamus.

§ *De ætatibus hominis, & vocabulis earum, etiam vsq; ad mortem, & mortuos. Cap. LXI.*

GRadus ætatis sex sunt, Infantia, pueri-
Pp tia, adolescentia, iuuentus, virilis gra-
Aetates hominis. uitas atque senectus. Prima ætas infan-
tia est pueri nascentis ad lucem, quæ
porrigitur in septem annos. Secunda
ætas pueritia est, idest pura, & nondum ad gignen-
dum apta, tendens vsque ad quartum decimum an-
num. Tertia adolescentia, ad gignendum apta, quæ
porrigitur vsq; in viginti octo annos. Quarta iuuen
tus, firmissima omniū ætatum, finiens in quinqua-
gesimo anno. Quinta ætas est senioris, idest virilis
grauitas, quæ est declinatio a iuuentute ad senectu-
tem, nondum senectus, sed iam non iuuentus, quia
senioris ętas est, quam gręci presbyten vocant, nam
senex apud græcos non presbyter, sed γέρων geron
huius gerontos dicitur. Quæ ętas a quinquagesimo
anno est senectus, quæ nullo annorum tempore fi-
nitur, sed post illas quinque ætates quantuncūque
vitæ est, senectuti deputatur. Senium autem pars est
vltima senectutis, dicta quòd sit terminus septimæ
ætatis. In his ergo sex spatijs philosophi descripse-
runt vitam humanam, in quibus limitatur & currit,
& ad vitæ terminum peruenit. Pergamus ergo bre-
Qq uiter per prædictos gradus ætatum, etymologias ea-
rum in homine demonstrantes. Infans dicitur hō
Infans. primæ ętatis, dictus autem infans, quòd adhuc fari,
id est loqui non potest nondum enim bene ordi-
Rr natus dentibus, minus integra est sermonis expres-
Puer. sio. Puer a puritate vocatus, quia purus est, & non-
dum lanuginem, floremque genarum habet. Eam ij,
qui habent sunt ephebi ab ἥβη hebe quæ est puber-
tas dicti, pueri autē necdum pro natiuitate sunt viri,
sed adolescētuli læues. Puer autē tribus modis dicit,
pro natiuitate, vt Esaias: Puer natus est nobis: simili
ter pro ætate, vt octennis, decennis, vnde est illud:

Iam puerile iugum tenera ceruice gerebat.

Secūdo pro obsequio & fidei puritate, vnde in cā
Lucę. 1. tico virginis. Suscepit Israel puerum suum. Tertio
Esa. 5. pro ruditate & ignorantia. Vnde puer centum anno
rum morietur. Puella paruula, quasi pulla, vnde &
Puella. pupillos non pro conditione, sed pro ætate puerili
vocamus. Pupilli autem dicti, quasi sine pupilla &
Pupilli. oculis, id est a parentibus orbi: hi autem vere pupil-
li dicuntur, quorū parentes ante decesserunt quàm
ab his nomen acciperent. Cęteri orbi vocantur. Or-
phani ijdem qui & pupilli. Illud enim græcum no-
men est, hoc latinum. Nam in psalmo vbi sæpe legi- Orphani.
tur. Pupillo tu eris adiutor: græcus habet orphano.
Puberes a pube, idest a lanugine vestiente pudenda Psal. 9 Puberes.
corporis nuncupati, hæc loca tunc primam lanugi-
nem ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem
existimant, idest eum puberem esse, qui quatuorde-
cim annos expleuerit, quamuis tardissime pubescat.
Certissimum autem est eum puberem esse, qui ex
habitu corporis pubertatem ostendit, & generare
iam potest. Puerperæ sunt quę annis puerilibus pa- Puerperæ
riunt, vnde & Horatius:

Laudatur iam prole puerpera nata. Ss

Vel sunt dictę puerperę, quòd puellę pariunt, vel Adolescēs
quòd pueros pariunt. Adolescens dictus, eo quòd Iuuenes.
sit ad gignendum adultus, siue quòd adhuc adolescat,
idest crescit & augetur. Iuuenes dicuntur quòd posse iu
uare incipiant, vt in bobus iuuenci, cum a vitulis di-
scesserunt. Est enim iuuenis in ipso ætatis incremen-
to positus, & paratus ad auxilium. Nam iouare ho-
minis est opus aliquòd conferentis. Sicut autem in
hominibus tricesimus perfectę ętatis est annus, ita
in pecudibus & iumentis tertius robustissimus est. Tt
Vir nuncupatus, quòd in eo maior est vis, quàm in fœ- Vir.
minis, vnde & virtutis nomen accepit, siue quòd vt agat
in fœminam. Mulier vero a mollicie, tanquam mol Mulier.
lier l litera detracta vel mutata appellata est mulier,
vtrique enim fortitudine & imbecillitate corporum
separantur. Sed ideo viro maxima virtus, mulieri mi
nor, ut patiens & obediens viro esset, scilicet ne fœ-
minis repugnantibus libido cogeret viros aliud ap-
petere, aut in alium sexum proruere. Dicitur igitur
mulier secundum fœmineum sexum, non secundū
corruptionem integritatis, & hoc ex lingua sacrę
scripturę. Nam Eua facta de latere viri sui, nondum
contacta a viro, mulier appellata est, dicente scriptu-
ra. Et formauit eam in mulierem. Et ad matrem Do-
minus. Mulier ecce filius tuus. Virgo a viridi ętate di- Virgo.
cta est, sicut & virga, & vitula. Alioquin ab incorru-
ptione, quasi viragu, quòd ignoret fœmineam passionē:
Virago dicta, quòd vt vir agit, idest opera virilia fa- Virago.
cit, & masculi uigoris est. Antiqui enim fortes fœ-
minas ita uocabant. Virgo autem non recte uirago
dicitur, si non uiri officio fungitur. Mulier uero si
uirilia opera facit, recte uirago dicitur, ut Amazo-
nes. Quæ uero nunc fœmina, antiquitus uira uoca- Vira.
batur, sicut a seruo serua, & a famulo famula, ita a ui
ro uira, hinc & uiraginis nomen deductum quidam
putant, fœmina uero a partibus femorum dicta, ubi
sexus a uiro discernitur. Alij gręca etymologia fœmi- Fęmina.
nam ab ignea ui dictam putant, quòd uehementer uirū
concupiscit, libidinosiores enim uiris fœminas esse
tam in mulieribus quàm in animalibus dicunt, un-
de nimius amor apud antiquos fœmineus vocaba- Vu
tur. Senior est adhuc uiridior. Ouid. in vj. lib. Senior
inter iuuenemque senemque. Terentius. Quo iure
sumus adolescentiores. Vbi adolescentior non vti-
que magis adolescens se minus, vt senior minus est
quàm senex, vbi comparatiuus gradus minus signi- Id Valla negat.
ficat positiuo. Ergo senior, non satis senex, sicut iu-
nior infra iuuenē, sicut pauperior infra pauperē. Se- Senes.
nes aūt quidam putāt dictos a sensus diminutione,

eo quòd iam præ uetustate desipiant. Nam physici
dicunt homines stultos frigidioris esse sanguinis,
prudentes calidioris, unde & senes, in quibus iam
friget, & pueri in quibus nondum calet, minus sa-
piunt. Inde est, quòd conuenit in hoc infantium æ-
tas & senum. Senes enim per nimiam ætatem deli-
rant, pueri per lasciuiam & infantiam ignorāt quid
agant. Senex autem tantum masculini est generis,
sicut anus fœminini. Nam anus dicitur sola mulier.
Anus. Anus autem appellata a multis annis, quasi annosa.
Nam si commune nomen esset, cur non diceret Te-
rentius senem mulierem? hinc etiam uetula, quasi
uetusta. Sicut autem a sene senectus, ita ab anu anili
Canities. tas nominata est. Canities autem uocata a candore
quasi candities, unde est illud: florida iuuentus, la-
Senectutis bona. ctea canities: quasi diceret candida. Senectus autem
multa nobis defert & bona & mala: bona, quia nos
ab impotentissimis dominis liberat, voluptatibus
imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sa
Mala. pientiam, dat maturiora consilia: mala autem, quia
senium miserrimum est debilitate & odio, subeunt
Yy enim morbi, tristisque senectus. Nam duo sunt, qui
bus minuuntur uires corporis, senectus & morbus.
Mors. Mors dicta, quòd sit amara, vel a marte, qui effector
est mortium, siue a morsu primi hominis, qui veti-
tæ arboris pomum mordens mortem incurrit. Tria
Mortis genera. autem sunt genera mortis, acerba, immatura, natura
lis: acerba infantuum, immatura iuuenum, matura,
id est naturalis senum. Mortuus autem ex qua parte
orationis declinetur, incertum est. Nam sicut ait Cæ
sar, Non potest mortuus aliqua facere post mortem
suam: ita homo non potest scire eius originem, i.
vocabuli mortuus. Ab eo enim quod est morior,
participium præteriti temporis in tus exire debuit,
per vnum u, non per duo uu, nam vbi est geminata
litera nu, nomen est, non participium, vt fatuus, ar-
duus. Conuenienter itaque factum est, vt quemad-
modum id, quod significat, non potest agendo, ita
Mortuorū genera. & ipsum nomen non potest loquendo declinari.
Omnis autem mortuus aut funus est, aut cadauer.
Funus Funus est si sepeliatur, & dictum funus a funibus
Ze accensis, quos ante feretrum papyris cera circunda-
Cadauer. tis ferebant. Cadauer autem est si insepultum iacet,
nam cadauer nominatur a cadendo, quia iam stare
non potest. Quod dum portatur ad sepulchrum exe
quias illi fieri dicimus, vbi crematum est, extare eius
reliquias: vbi conditum est, iam sepulcrum esse. Cor-
Corpus. pus autem dicitur a consuetudine, quia dum viue-
bat corpus erat, vt illud: Tum corpora luce caren-
Defunct⁹. tum. Defunctus vocatur, quia compleuit uitæ offi-
cium, nam dicimus defunctos officio, quia officia
debita compleuerunt, vnde est & honoribus fun-
ctus, hinc ergo defunctus, quòd ab officio vitæ sit
depositus, siue quòd sit die functus. Sepultus autem
dictus eo quòd sit sine pulsu vel sine palpitatione
Sepultus. idest sine motu. Sepelire autem est corpora conde-
re, idest abscōdere. Nam humare obruere dicimus,
hoc est humum iniicere, & humo tegere.

SEQVITVR LIBER *Quartus. De proprietatibus, & epithetis rerum serie literaria in ordinem redactis.*

De his, quibus prima litera est A. Cap. I.

BLACTATVS a ma-
milla per amarum separa-
tur, patri redditur, & ualí-
diori cibo utitur. **Ablactatus.**
Abies est arbor alta, pro-
cera, coma pulcherrima. **Abies.**
Accipiter agrestis uel syl- **Accipiter.**
uester aues domesticas ra-
pit, captas continuo deuorat, ut plumescit, requirit
loca opportuna unde non extrahitur, abiectis plu-
mis syluestres aues capit, columbam persequitur,
predam Domino seruat. Domesticus in sinistra ge-
ritur, ut nollet ad dexteram, compedibus constringi-
tur, corrigia ligatur, quæ cum non rupta, sed soluta
est, uolare permittitur, uisa carne redit ad dominū.
Acinus in nigredinem vertitur, odorem uini reti **Acinus.**
net, fœtorem emittit.
Actiua uita prædicat, solicita est, finem habitu- **Actiua vita.**
ra fructuosum, operibus instat, martyrium subit, pe
riculosa est.
Acus gracilis est, rigida, teres, uno capite acuta, &
altero perforata, consuendi officio apta. **Acus.**
Adamas insecabilis & indomabilis est, ferrum at **Adamas.**
trahit, auro uel alio metallo non retinetur, sed chaly
be, & tantum sanguine hirci comminuitur.
Adeps omnis Domini est iure perpetuo, crassi- **Adeps.**
tudo interior est cordis uel uentris, iecoris uel hepa-
tis, renum uel renunculorum.
Aer rarus est, mobilis, auibus plenus, facile cor- **Aer.**
rumpitur, spiraculum est uiuentium, nubibus ob-
scuratur, sole illuminatur, hyeme condensatur, uen-
to agitatur, æstate serenatur, nubilosus significat
pluuiam futuram.
Aes, & æthiops, & Aestas habentur in litera E.
Ager a nocuis purgatur, stercoratur, multiplici- **Ager.**
ter aratur, rastro æquatur, seminatur, semen operi-
tur, fossis circundatur, sepitur, uacare permittitur,
signa ad fugandum aues in eo ponuntur.
Agricola mane consurgit, uilibus induitur, bo- **Agricola.**
ues iugo sociat, stimulo boues solicitat, tempora arā
di & seminandi obseruat, tempestatibus aeris non
abigitur, rectum sulcum facit, instante uespera do-
mum reuertitur, iactum semen patienter expectat.
Agnus innocens est & pius & simplex, inter mul **Agnus.**
tas matrem cognoscit, solo balatu illam cognoscit,
matri simillimus est, & immolationi aptus, immo-
landus non clamat, mater eius lac prębet ad fomen
tum, & lanam ad uestimentum, carnem ad esum.
Tondendus silet, ungulam findit, & ruminat.
Ala gemina est, dorso infigitur, uolucrem sub- **Ala.**
leuat.
Alba uestis sacerdotalis corpus operit, est in ma- **Alba.**
nicis

nicis stricta, inferius lata, linea est.

Alueus. Alueus aquam continet, profundus est, alluuione dilatatur.

Amygdala. Amygdala dulcis est cibus ęgrotantium, dura & aspera testa tegitur.

Ancilla. Ancilla, humilis, obediens, verecunda, timida, fidelis, solicita, inculta, non habet potestatem.

Anchora. Anchora fortis est, adunca, ferrea, in portu iacitur; funem habet, nauem retinet contra procellas, vix euellitur.

Angelus. Angelus purus natura, fidelis custodiendo, reconciliator gratiosus, obediens exequendo, contemplatiuus fruendo, actiuus nuntiando.

Annulus. Annulus principio caret & fine, rotundus est, lapide decoratur, digitum circuit & stringit, digitū ornat, strictior nō congruit, largior decidit, desponsandis & consecrandis virginibus aptatur, sigillis regijs apponitur.

Annus. Annus quatuor temporum vicissitudine variatur, duodecim mensibus distinguitur, in se reuoluitur, in se nascentia consumit.

Anser. Anseres syluestres in altum & inordinate volant, omnes sunt cinerei coloris, assiduitate clangoris noctis testantur vigilias, simul habitant, sæpius conclamant. Domestici seipsos rostris lacerant, cum sentiunt hominem clamant, varij & niuei coloris sunt, seminibus iactis nociui.

Apis. Apis sine coitū nascitur, de putri boue oritur, solicita est, floribus pascitur, gregatim volat: alij, non sibi laborat, occisas & mortuas abijcit, cito læditur frigori inimica, exterius aspera, interius habet dulcedinem, munditiam diligit: cum pungit, aculeum amittit, quo amisso nunquàm fructum facit.

Aqua. Aqua communis est, sordes lauat, in ima fluit, alueum non deserit, in mare reuertitur, omne diluuiū sequitur, frigida naturaliter, vino mixta valet egris cum hordeo cocta sanior est, terræ mixta lutum facit, est pauperum potus, clara est pro speculo, situm sedat, vestigium nauis non retinet, ignem extinguit.

Aquila. Aquila ab acumine oculorum dicta, quia solis radium irreuerberato oculo ac visu intuetur, pullos nō sic solem contuentes quamuis suos abijcit. In aere alto volans pisculos in mari conspicit, quos celeri descensu raptos deuorat, cæteris altius volat, rostrū in senectute nimis crescens ad petram excutit, & reiuuenescit, in arduis nidificat, trās maria sentit odoratur cadauera, de rapto viuit, & amethysthū ponit in nido, qui fugat venenum.

Aquilo. Aquilo aquas congelat, vnde aquilo quasi aquas ligans, frigidus est, flores lædit & herbas, a Septentrione flat.

Aranea. Aranea septē pedes habet, veneno tabet, seipsam euiscerat, de visceribus suis telas texit, irretit muscas, fugit muscas, & sic aret & moritur, turgida est, in aerē se sua tela sine alis aut alio adminiculo erigit.

Aratrum. Aratrum de ligno & ferro fit, terram findit, ab agricola tenetur, terram meliorat, in campo dimittitur.

Arbor. Arbor quanto altius radicem figit, tanto firmius hæret, vmbram facit, in æstate viret, floret, fructificat, in hyeme marcescit, superfluis abscissis magis & vberius fructificat.

Arca. Arca fuit de lignis Setim, intus & foris auro vestita, in latitudinem habuit cubitum & semissem, in lateribus singulis duo annuli aurei, in annulis vectes de lignis Setim deaurati, In ea erant tabulæ, & virga Aaron, Deuteronomium, vrnaq; cum manna.

Arcus. Arcus medium habet immobile & inflexibile, duo extrema mobilia, sinistra manu tenetur, si diu tenditur lenescit, cito læditur, in ipso durā per mollé temperatur, chorda tenditur, sagittam emittit.

Areolæ. Areolæ concauo fiunt lapide, aquam ad hortum vehunt.

Aries. Aries duo cornua habet in fronte, dum viget lasciuus est, gregē præcedit, gregem tuetur cornibus, regit gregem, & fœcundat.

Argentū. Argentum candidum est, mundum, dulcem habet tinnitum, attractiuæ naturæ est.

Arrha. Arrha pars est pretij confirmatio contractus, certitudo habendi rem.

Asinus. Asinus syluester, idest onager ferus est dente, loca horrida inhabitat, canes insequentes lacerat. Domesticus a fero perfoditur, nullum dente petit, stolidus est, in posterioribus fortior, in anterioribus debilior, crucem in dorso gerit, in iuuentute ætate pulcher, in senectute turpis, horrendum clamat, luxuriosus est, segnis est, carduis delectatur, mitis est, ita leo pūgitur, lyra delectatur, ei primū insedit Christus.

Aspis. Aspis veneno nocet, in cauernis habitat, cauda obturat vnam aurem, terra alteram, contra incantatores: si quem percutiat statim obdormit, & ita eum perimit.

Athleta. Athleta comam in rotundum tondet, oleo caput vngit, se vestibus non onerat, omni parte se custodit, rubris induitur, arma firmiter tenet, molestijs non cedit, spe victoriæ aduersarium quiescere non desinit, in pugna perseuerat, terminos nō egreditur, ad victoriam semper oculum habet.

Auceps. Auceps diuersa habet retia, laqueos, & viscum, loca auibus frequentiora quærit, laqueos occultat, & seipsum abscondit, voces auium simulat, quandoque per vnam decipit alteram, captas præter vnā sibi incorporat.

Aurora. Aurora fugat tenebras, rutilat, diem ministrat, surgente sole obscurior est, inter noctem & diē media, dum rubet, signat pluuiam futuram.

Aurum. Aurum inter omnia metalla pretiosissimum, solidum est, visum fouet, quanto rubicundius, tanto melius, per fornacem purgatur, splendidum est, & regibus aptum.

Auster. Auster ventus calidus est, soluit gelu, florem nutrit, a meridie flat.

Autūnus. Autumnus quæ in anno nata sunt, colligit, arbores nudat & agros, fructibus abundans est, flores tardos & inutiles producit.

¶ *De his quibus B est prima litera.* *Cap. II.*

Baculus. BAculus longus, teres, rigidus, inflexibilis, sustentationi cōgruus, defensioni aptus.

Balneum. Balneum corpus lauat & desiccat, calorem naturalem accendit, carnem emollit, nutrit, membra dissoluta consolidat.

Balsamū. Balsamum odoriferum est, putredinem arcet, sti

pes eius viti similis est, iuuentutem conseruat, eius gutta mixta oleo cyprino vel melle adulteratur, sed probatur esse sine melle, si quis cum lacte coagulauerit, chrisma conficit apposito oleo, purum sole ardente sustineri non potest, vt vitis sustentatur & colitur, cuius arboris perpetua coma est insignis, duobus cubitis eminet, acutis lapidibus & osseis cultellis inciditur, quia ferri tactus ei noxius est.

Basiliscus. Basiliscus rex est serpentum, solo visu hominem interficit, flatu necat aues volantes, adeo veneno plenus est, quòd totus perlucet, prior visus ab homine non nocet homini, & vacua regnat basiliscus arena.

Baltheus. Baltheus militaris aureus est, renes & pectus cingebat vel stringebat, totum corpus ambit & cingit.

Barba. Barba fortitudinem designat, sexum denotat, capiti adhæret.

Beata virgo Maria. Beata virgo pauper fuit, humilis, obediens, quieta, modesta, simplex, sapiens, ab angelo nuntiata, in vtero sanctificata, prima votum virginitatis Deo sponso suo obtulit: ab angelo salutata plena gratiæ est prædicata, mater est Domini, Domina angelorum, stella maris, terra quæ germinauit Saluatorem, terra de qua formatus est verus Adam, terra de qua orta est veritas, terra de qua eductus est verus panis, terra, quæ dedit fructum suum, terra cuius fructus sublimis, terra quam Dominus benedixit, terra de qua dicitur, Cecidit semen in terram bonam, **Lucæ. 8.** terra fluens lacte & melle, arca testamenti, immo & fœderis, stella ex Iacob orta, vrna habēs manna, thronus Salomonis, domus salutis, porta clausa; vellus complutum, thalamus sponsi templum Salomonis virga Aaron, tunica summi sacerdotis, mulier amicta sole, domus septem columnis excisa, hortus conclusus, fons signatus, triclinium Trinitatis, arca Noe pulchra vt luna, electa vt sol, & aurora consurgens.

Beryllus. Beryllus lucet vt aqua sole percussa, calefacit manum tenentis.

Bos. Bos duo cornua habet, ruminat, & findit vngulam, terram arat, iugo premitur, paleas comedit, immolatur, stimulo cogitur, fortis est.

Bubo. Bubo sonat voce sicut auis, feralis, onerata plumis, graui pigritia detinetur, in sepulchris die noctuque versatur, noctem amat, cęteris auibus exosa, semper in cauernis moratur.

Buccina. Buccina in imo stricta, in summo lata, audaces animat, timidos terret, dispersos congregat, horrendum sonat.

Butyrum. Butyrum dulce, candidum, pingue, cito, liquescit, ex lacte coagulato fit, raucedinem tollit.

Buxus. Buxus dura arbor est humilis, rupibus inhæret, sterilis est, in hyeme viret, comam non deponit.

¶ *De his, quibus C. est prima litera. Cap. III.*

Cadauer. Cadauer, putridum, fœtidum, cibus est vermium.

Cæpe. Cæpe lachrymas prouocat, diuersis operculis tegitur, cito putrescit.

Cæra. Cæra sicca est in fauo latet, pura est, fragilis, ad ignē mollescit, tenax & mollis formā sigilli recipit, tumorē reprimit, odorifera est, & pallida.

Caladrius seu charadrius auis, quę posita ante ægrotū, si respicit eū, totum ebibit morbum, & cōualescit ægrotus: si nō velit respicere, signū est mortis. **Caladri⁹.**

Calamus est concauus, fragilis, leuis, scribendi officio aptus. **Calamus.**

Calcędonius seu carchedonius colorem pallentis lucernæ habet, sub die fulget, in domo obscurus est, scalpentium artibus resistit, radio solis vel fricatione digitorum excandens, paleas ad se trahit. **Calcedonius.**

Calciamenta pedes tegunt & muniunt, laxiora nō congruunt, strictiora lædunt, pedi circunligantur. **calciamēta.**

Calculus lapis durus est, volubilis, planus, in fluminibus inuenitur, in aqua non mollescit. **calculus.**

Calor dissoluit, aperit, cogit, fouet, nigrorem inducit, & nimius vrit, & exsiccat. **calor.**

Camelus ingens corpore: onifer est, gibbosus, & deformis, se ad onerandum inclinat. **camelus.**

Campana somnolentos excitat, horas designat, in imo lata, in summo stricta, si argentum admisceatur, dulcius sonat. **campana.**

Campus est locus capax, incultus, spaciosus, floribus pascuis ubertimus. **campus.**

Candela ceram habet & stupam, lumen prębet, seipsam cōsumit, directa est, plana, longa, superius arcta, inferius lata, subtus perforata & concaua. **candela.**

Candelabrum in templo fuit ex auro purissimo, ductile, hastile eius ferreum, vestitum quinque calamis aureis, in capitibus calamorum scyphi in modū nucis, lilia de fundo scyphorum procedebant, sphęrulas desuper scyphos sex brachia cum hastili, ferrea, vestita calamis aureis septuaginta, partes habuit in summo, stipitē inferius, quo nitebatur, septem lucernas, septem infusoria, septem emunctoria. **candelabrum.**

Canis latroni est infestus, cæcus nascitur, nullum cognoscit nisi eos inter quos habitat, linguā habet medicinalem, sagacitatem mirabilem, fidelitatem commēdabilem, lupos & fures arcet, odoratu viget, dentes habet acutissimos, sanguinem lingit, rapidæ famis est, ad vomitum redit, ossa rodit. **canis.**

Cantus pigros excitat, deuotos incitat, concordiam retinet. **cantus.**

Capilli teretes sunt, graciles, caput ornant firmiter radicantur. **capilli.**

Capra ruminat, pedem findit, fœtida est, in pascendo duos pedes sursum erigit, de eius pilis fit cilicium, hirsuta est, immolatur, in summis pascitur. **capra.**

Caprea munda est, visu acuta, pedem findit, & ruminat, gressu velocissima, in summis pascitur. **caprea.**

Caput eminentissimum membrum est, & cęteris principalius, quinque sensus continet, capillis ornatur, collo superponitur. **caput.**

Carbo de mortuo reuiuiscit, de nigro in ruborē vertitur, fauillas generat, & dum resoluitur, cineres. **carbo.**

Carbunculus lapillus lucidissimus est, tenebras noctis fugat, in terra Euilath inuenitur. **carbunculus.**

Carcer tenebrosus est, fœtidus, horribilis, profundus, pœnalis, solitarius. **carcer.**

Caro fragilis est, suadet & concupiscit aduersus spiritum, prauos motus gignit, infirma, est. **caro.**

Casia herba quę & fistula in aquis nascitur, concaua est, in immensum crescit. **casia.**

Castrum. Castrum in tuto locatur, fossis munitur, muris circundatur, propugnaculis ambitur, in eo sunt defensores, arma, victualia, speculatores.

Catena. Catena ponderosa est, ferrea, dura, constringit, moueri non finit, in ea annulus complectitur annulum.

Cathedra. Cathedra doctorum est sedes, quatuor quibus sustentatur, pedes habet.

Cedrus. Cedrus in Libano nascitur, alta est, sterilis, odorifera, eius resina litum non putrescit, neque vetusta te corrumpitur, quantum in auras se extollit, tãtum radicatur in terra, firmiter hæret, imputribile est, eius odor serpentes fugat, vel occidit.

Cerebrũ. Cerebrum in capite est, citra mortem immolabile, sedes est memoriæ, intellectus vis, & rationis.

Ceruical. Ceruical quadratum, breue, bysso insuitur, plenum leuissimis plumis, capiti supponitur.

Ceruì. Cerui a patria ipso tempore amoris discedentes, ordinate incedentes, alter alterum portat cornibus dorso impositis, per dumeta illęsi euadunt, serpentes de cauernis extrahunt, serpentem extractum comedunt, & hausto fonte visum recuperant, superflua corona deponunt, & iuuenescunt, ludunt, ruminant, & findunt vngulas.

Chrisma. Chrisma ex balsamo & oleo consecratur, eo sacerdotes & reges inunguntur.

Christus. Christus vili pretio appretiatus, orauit cum sudore sanguineo, a discipulo traditus, vilissime detentus, ligatus, alapis cæsus, flagellatus, falsis testibus accusatus, reus mortis dictus, barba eius vellitur, vt dicit glosa super Esaiam: coram Pilato a multis accusatus, ab Herode spernitur, alba veste induitur, latro pro eo eligitur, iniuste damnatur, chlamyde coccinea induitur, spinis coronatur, arundine caput eius percutitur, proprijs vestibus exuitur, crucem sibi baiulat, crucifigitur, blasphematur, aceto potatur, clamans & flens emisit spiritum, lancea latus eius perforatur, imponitur sepulchro.

Christi typi. Christus etiam est templum Salomonis, botrus de terra promissionis in desertum translatus, columna ignis & nubis, Dauid est quem Saul. i. iudaicus populus voluit transfigere, sed plantata est lancea ad parietem, & illęsus euasit, hircus emissarius, & immaculatus, geminus passer, quorum vnus immolatur, & alter auolabat, propitiatorium, agnus immaculatus, summus sacerdos qui semel introiuit in sancta sanctorum, vitula rufa, serpens in palo erectus, Samson fortis, verus Salomon, Dauid manu fortis, vel aspectu desiderabilis, Isaac ferens ligna, verus Iosue, Ioseph pulchra facie & decorus aspectu, Eliseus magnus coaptans se puero.

Chrysolithus. Chrysolithus lapillus aureum fulgorem habet, ardentes scintillas videtur emittere.

Chrysoprasus. Chrysopassus. Chrysoprasus vel Chrysopassus lapillus viridis, aureæq; naturę, qui in India nascitur, quidam etiam est purpureus cum aureis guttis.

Cicatrix. Cicatrix vestigium vulneris est, de facili renouat vulnus, cauterizat carnem, dolorem retinet.

Ciconia. Ciconia veris est nuntia, serpentibus inimica, societatis amica, maria transuolat, in Asiam collecto agmine pergit, coturnices eas duces præcedunt, eximia illis circa filios pietas est, adeo pullos in nidis fouent, vt assiduo incubatu plumas deponant, & per quantum tempus filios nutriunt, per tantum a filijs nutriuntur.

Cygnus. Cygnus natans collum erigit, fortis est in alis, carnem nigram habet, a canendo est appellatus, longum collum habet, plumas candidas, instante morte pennam in cerebro suo figit, & dulcissime canit. Fertur Hyperboreis partibus holores plurimos aduolare, & præcinentibus citharedis admodum apte canere.

Cilicium. Cilicium de pilis caprarum fit, vermes nutrit, fœtidum est, & pungitiuum.

Cinnamomum. Cinnamomum corticem habet ad modum cãnę: in medio Aethiopiæ gignitur, frutice breui, duorum cubitorum, colore cinereo vel subnigro, crassum despicitur, gracilius carius est, virgam habet rotundam & gracilẽ, cum frangitur, visibile euolat spiramentum in modum nebulæ vel pulueris.

Cypressus. Cypressus odorifera est, medicis corporib' apta, & venustatem comæ nullo impulsu deponit.

Cinis. Cinis de lignis fit per ignem, minutus est & ponderosus, pannos lauat, fit optimus de sarmentis. i. de vitium putamine.

Cisterna. Cisterna profunda, frigida, pluuiæ exceptiua, aquæ conseruatiua.

Cithara. Cithara de corio fit animalis mortui super lignũ extenso, ordinatæ chordæ, ab anteriori reddunt sonum, si nimis tenduntur, rumpuntur, si minus raucescunt, plectro temperantur.

Clauis. Clauis intromissoria est, magnam seram euoluit, ostium aperit, strepitum facit.

Claustrũ. Claustrum carcer est spontaneus clericorum, locus quietis, securum efficit de externis, lętum de internis, certum de æternis, si corpus compescit, tamen mentem exhilarat.

Clibanus. Clibanus rotundus, solidus, candidus, demissus, patulus, obscurus.

Coccum. Coccum bis tinctum erat, colorem habens ignis.

Cœlum. Cœlum quæ in eo sunt, celat, sedes Dei est, locus angelorum & beatarum animarum, quietum, pacificum, altum, leue, molle, suaue, planum.

Collum. Collum capiti adhæret, longum est, caput corpori iungit, cibum ad corpus trahit, per ipsum formatur vox, planum est, candidum, teres.

Colũba. Columba simplex est, osculis instat, felle caret, pedes rubros habet, visum præ cæteris auibus habet acutum, nullum ore vel vnguibus lędit, pauper est, pullos rostro pascit his, quibus pasta est, morticinio non vescitur, puro grano vescitur, alienos pullos vt suos fouet, super fluenta residet, vt accipitrem videat venientem, in petris nidificat, alis se defendit, gregatim volat, fœcunda est, gemitum pro cantu dat, geminos pullos nutrit.

Colũna. Columna capitellum habet, stylum, basim, ædificium sustinet, fortis est, directa, gracilis, longa, rigida, detorta, plana.

Cophinus. Cophinus vilis est exterius, de iuncis & folijs palmarum intexitur, vas stercoratum est.

Cor. Cor a sinistris est, & citra mortem inuiolabile, sedes est caloris in medio corporis, est sedes animæ, & solius Trinitatis habitaculum.

Cornu. Cornu de carne est, firmiter hæret, carnẽ excedit, durum

durum est, sed mollius osse, durius carne, rigidum & lucidum.

Corona. Corona principio caret & fine; totum caput ambit, floribus intexitur, caput ornat, crines castigat, latior decidit, strictior non aptatur, transposita non congruit.

Corrigia. Corrigia longa est, tenuis, de mortuo animali fit, totum corpus ambit, membra constringit, clauos habet, vestes constringit & castigat; ingressum habet quasi portam, pertusa acu fibulæ stringitur vel relaxatur.

Cortinæ. Exo. 26. & 36. Cortinæ de quinque coloribus erant, decẽ erant, operiebant vna aliam, ansulas habebant, ornabant.

Coturnix. Coturnix a sono vocis dicta est qualea, amœnitatis tempora auet, æstate repulsa, maria transuolat. Hæc sola auium sicut & homo caducum morbum patitur.

Coruus. Coruus niger est, cadaueribus pascitur, primum in cadaueribus oculum petit, & sic per oculum cerebrum extrahit, de rapto viuit, rauca voce clamat, clamosus est, fœtus nisi nigrescant non nutrit, nidum ex multis in vnum congerit.

Consecratio templi. Consecratio ecclesiæ sic fit. Reliquiæ asportãtur, & viginti vna cruces mox fiunt in parietibus, corpora extrahuntur, Episcopus ad ostium pulsat, ecclesiam ambit, ter aspergendo eam aqua benedicta, intus etiam aspergitur aqua, vino, sale, cinere: cærei duodecim in parietibus iuxta cruces, vel imaginem Apostolorum ponuntur & illuminantur, alphabetum in modum crucis in pauimento scribitur, thus super altare crematur, altare chrismate inungitur, operitur, ornatur, missa celebratur, vexillum ecclesiæ superponitur.

Crater est tornatilis, rotundus, profundus.

Cremiũ. Cremium siccum est, contrahitur, per ignem cręmatur, vt ignis sanguinem extrahat.

Cribrum. Cribrum purum ab impuro separat, grossa retinet, minuta expellit.

Crux. Crux, serpentis ænei palus, ligna Isaac, scala Iacob, virga Moysi, lignum Marath, signum Tau in superliminari domus, ligna Sareptanæ, sycomorus Zacchæi, coccineum filum Raab, clauis Dauid, vectis in quo botrus deportabatur. Quatuor habuit partes, ex quatuor lignis fuit composita, oliua, cedro, palma, cypresso. Pellit phantasmata, delet venialia, in modum crucis currunt per maria naues, volant aues in aere, natant homines, fiunt ecclesiæ & cucullæ.

Cultellus. Cultellus manubrio tenetur, ferro incidit, vagina custoditur.

Currus. Currus quanto plus oneratur, tanto plus strider, quatuor rotis voluitur, vestigia relinquit, difficile vertitur, temonem habet, vnctus facile currit, scalas habet hinc & inde, in rotis radios habet.

¶ *De his, quibus prima litera est. D. Cap. IIII.*

Damula. Damula in montibus habitat, mundum animal est, visu perspicua, cursu viget, ruminat, & findit vngulam.

Decem. Decẽ mandata decalogi, decẽ virgines in Euangelio, decẽ leprosi mundati, decem tribus Israel, præter tribum Iuda, & tribũ Beniamin, decem cornua bestiæ, decem ciuitates, decem cortinæ super tabernaculum, decẽ digiti in manibus, & totidẽ in pedibus.

Denarius. Denarius argenteus est, rotundus, quatuor quadraturas continet, integer, non imminutus, æqui ponderis, imaginem & superscriptionem continet.

Dentes. Dentes albi sunt, duri, bene radicati, ordinati, cibos conterunt, fortes sunt.

Desertum infœcundum est, arduum, incultum, solitarium, inuium hominibus, & feris habitaculum, ac serpentibus plenum.

Dies. Dies colorem restituit rebus, operari finit, sincera est, & clara sole illuminante, furibus & latronibus & male agentibus aduersatur, duodecim horas continet, calida est, noctem & tenebras fugat, diuiditur in mane meridiem & vesperam.

Digitus. Digitus articulariter distinctus, longus rectus, teres, vnguem habet, gracilis est & flexibilis.

Discipulus. Discipulus debet esse humilis, sanctus, obediẽs, intentus, patiens, promptus, diligens, præceptorem suũ parentis animi nõ corporis loco habẽs & colẽs.

Diuitiæ. Diuitiæ cum dolore amittuntur, cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cito transeunt, superbiam generant, mẽtem solicitudine pungunt, viam ad Dominum impediunt, a dæmone denuntiantur. Spinæ sunt semen bonum supprimentes, radicare non sinentes, ijs tamen bonæ, qui illis vtuntur bene. In metallis, & gemmis, & victualibus, ac vtensilibus, thesauris, & possessionibus consistunt.

Doctrina. Doctrina debet esse de fide & moribus, catholica, id est generalis, publica, sana, discreta, vera, matura.

Dolium. Dolium rotundum est, circulatum, intextum, profundum, patulum.

Dominus. Dominus Deus ad indulgentiam est facilis, tardus ad vindictam, pronus ad remunerandum, placabilis, benignus, portabilis, sine suspicione, nec incredulus.

Domus. Domus sic ædificatur, primo terra effoditur, inde fundamentum iacitur, prius parietes eriguntur, post diuersa laquearia interponuntur, tectum superponitur, quadratus est paries, distinguntur diuersoria, multas cõtinet portas & fenestras, habet diuersos introitus & exitus. Requiem præbet inhabitantibus, à pluuia & ventis defendit, familiam vnam cõstituit, vagos domat, scientiam & prudentiam in ea quiescentibus & meditantibus procurat.

Duo. Duo testamenta, duæ tabulæ legis, duæ parietes in tabernaculo, duo chori in ecclesia, duo portitores botri, duo pisces in Euangelio, duæ homines ascendentes in templum, duæ columnæ in portica tẽpli, duo cherubim super propitiatorium, duo cãdelabra & duę oliuæ, duo luminaria in firmamento cęli, duæ vxores Iacob, duæ sorores Lazari, duo altaria tabernaculi, duo in homine oculi, duæ nares, duæ aures, duo pedes, duo crura, duo genua, duæ tibiæ, duo latera, duo brachia, & cætera ferè bina.

Duodecim. Duodecim patriarchæ, duodecim Apostoli, duodecim post ascensionẽ annis prædicauerũt in Iudęa, duodecim lapides in rationali, duodecim fontes in Helim, duodecim sedes iudicantium, duodecim

tribus Israel, duodecim panes propositionis, duodecim patenæ, duodecim pugilli, duodecim partes maris rubri, duodecim exploratores, duodecim lapides de Iordane translati, duodecim excubiæ circa tabernacula, duodecim portæ ciuitatis, duodecim leũculi sup gradus Salumonis, duodecim fructus spũs enumerãtur in epistola ad Galatas, duodecim fruct⁹ ligni vitę in Apocalypsi, duodecim ibidem lapides, duodecim ibidem stellæ in corona mulieris visæ,

¶ *De his, quibus prima litera est E. Cap. V.*

Ebrietas. Brietas ex frequenti potatione prouenit, vomitum prouocat, hominem audaciorem reddit, gressus titubare facit, linguam impedit, & quasi balbutientem reddit, gressus permutat, insensibilem facit, secreta denudat, fletum prouocat officiũ membrorum tollit, obliuionem ingerit, sui immemorem facit, discretionem aufert.

Ebur. Ebur candidum est, frigidum, prius obscurũ limis fit lucidum, planum, quanto vetustius, tanto rubicundius & pulchrius.

Elephas. Elephantes ingentes sunt corpore, apti pugnæ, gregatim incedunt, fraude capiuntur.

Ensis. Ensis acutus, splendidus, vtraque parte planus, in vagina recõditur, literatus est.

Equus. Equus indomitus vix domatur, vix tenetur, fortis est, velox, superbus, sonitu armorum non terretur, frenatur, sessorem sæpe discernit, armatus audacior est, sternitur sella, cingulis constringitur, luxuriosus est, calcaribus vrgetur, duram habet vngulam, in qua serratur.

Eremita. Eremita est solitarius, incultus, pallidus, macilẽtus, pannosus, hirsutus, horridulus, barbatus.

Ericius. Ericius seu hericius spinosus est, cito irascitur, dũ tangitur in aceruum se colligit, in aqua se extendit, formam porci gerit, pomis & vuis se inuoluit, vt se oneret, & postea nutriat.

Aes. Aes solidum est, vocale, imputribile.

Aestas. Aestas calida est & serena, longiores habet dies noctibus, floribus & fructibus abundat, humida desiccat, tonitruis & fulgurationibus coruscat, fructuosas arbores ab infructuosis discernit.

Aethiops. Aethiops crispus est, dentes habet albos, carnem habet nigram, similem sibi generat.

Euangelium. Euangelia quatuor sunt, quatuor animalia in Ezechiele, quatuor pedes in mensa, iugum leue & suaue luter æneus in ingressu tabernaculi, columna ignis & nubis, stella Magorum, quatuor quadrigæ in Zacharia, currus Elię, quatuor flumina de paradiso, mãna in arca, liber septem sigillis signatus.

¶ *De his, quibus prima litera est F. Cap. VI.*

Faber. Eccle. 38. Aber noctem tanquàm diem transigit, sedet iuxta incudem, considerat opus ferri, vapor ignis vrit vestes eius, & carnes eius in calore fornacis conterit, vox mallei innouat aurem eius, & cõtrahit similitudinẽ vasis oculus eius, Cor suum dabit in consummationẽ operum, & vigilia sua ornabit imperfectionẽ, officinam habet vel fornacem, incudem, forcipes, malleũ, molam ad exacuendum, ignem, folles, aspersorium.

Facies. Facies facturam, & sicut vultus volũtatẽ hominis declarat, cognitionem facit & discretionem.

Falx. Falx acuta est, recurua, propius tondet.

Fames. Fames vitales meatus arctat, opus attenuat, squalorem generat, vilia pretiosa reputat, cutem tumescere facit & pilosam, desidiã & appetitum excitat.

Farina. Farina minuta est, mũda est, cum labore habetur, per aquã conglutinatur, fermentatur, acedinẽ sumit.

Fasciculus. Fasciculus ex multis collectis fit, nisi bene colligatur, effluit.

Fauilla. Fauilla leuis est, in nihilum redigitur, post ignẽ remanet.

Fauus. Fauus cellulatus est, leuis, dulcis, ceram continet vel elicit.

Fax. Fax concaua est, sicca, fragilis seipsam cõsumit, lucem maximam diffundit, cum stridore comburitur.

Fęx. Fęx in fundo residet, amara est, lutulentum quiddam est, de vino procreatur, odorem retinet.

Febris. Febris calorẽ ingerit, tremere facit, palatũ corrũpit, sudore terminatur, symptomata relinquit.

Fenestra. Fenestra in cardinibus vertitur, patula est, lumen excipit, & radios solis.

Fera. Fera syluas inhabitat, indomita est, & crudelis.

Fermentum. Fermentum modicum de pasta, farinæ conglutinatæ immittitur.

Ferrum. Ferrum ponderosum, extinguitur ex aqua, magnetem sequitur, rauce sonat, ex ipso fiunt arma, in ignem mollescit, crebris tunsionibus extenditur, in ore equi ponitur, equum regit, ipsum de facili circũducit duabus corrigijs, protenditur quibusdam appendicijs.

Ficus. Ficus lata habet folia, succus eorum pruritum gignit, post grossos affert, qui de facili cadũt, nec sũt esibiles, fructus eius dulcis.

Figulus. Figulus sedet ad opus suum, conuertit pedibus suis rotam, in sollicitudine positus semper propter opus suum, & innumera est omnis operatio eius in brachio suo, formabit lutum, & ante pedes suos formabit virtutem suam. Cor suum dabit vt consummet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem.

Filius. Filius hæreditatem expectat, obediens est, patri similis, ingratus ab hæreditate expellitur.

Filum. Filum gracile est, tortum, longum, vestem consuit, setam sequitur.

Fimus. Fimus dispersus terram fœcundat, fœtorem emittit, de animali oritur.

Fistula. Fistula concaua est & perforata, tenuiter sonat, ore sufflatur, decipit auem.

Flamma. Flamma ex multis scintillis fit, in altum tendit, rutilat vel splendet, rubicunda est.

Flos. Flos visu delectat, odore afficit, spes est fructus, cito marcescit, exponitur aerj, vere nascitur, cãpum ornat, suauis est, frigore læditur, calore nimio vritur, vel grandine intemporanea deijcitur.

Fluuius. Fluuius rapidus est, ex abũdantia crescit aquarũ & pluuiarũ, profundus est, solitum alueũ nõ deserit.

Fœminalia. Fœminalia linea erant stricta, sponte assumebantur, pudenda tegunt.

Fœnum

Fœnum. Fœnum ęstate viret, molle est, percussum facile sentit iniuriam, succisum, statim aret, in chibanum mittitur, cibus est iumentorum.

Folium. Folium tenue est, latum, leue, vmbrã facit, arborem ornat, fructũ arboris tegit, in autumno pallescit, vento deijcitur, viride est, vento agitatur, & stridet.

Follis. Follis ex ligno & corio fit, os habet in anteriori parte, spiramentum attrahit, & emittit aerem vt ignem excitet.

Fons. Fons de terra scaturit, frigidus est, in riuos diuiditur, purus est, dulce murmurat, sitim relevat, in hyeme calet, clarus est, leuiter turbatur, scaturigines sursum tollit.

Forceps. Forcipes duo brachia habent, scindunt, dum scindũt stringunt, clauo iungũtur, cõnectũtur in medio.

Fornax. Fornax modica est, calida est, aurum purgat, ligna incinerat, scoriam adnihilat.

Frigus. Frigus poros constringit, membra contrahit, fructificare non sinit.

Frons. Frons tenera est, cito rubet, locus est verecundię, maculam non celat.

Fructus. Fructus odore mulcet, gustu reficit, naturam arboris ostendit, calore solis coloratur, maturus decidit, direcὲ iaculatus.

Frusus. Frusus genus ruborum sponte nascitur, in densum pullulat, spinosus est, immeabilis, tenebrosus, densus, impletus, implexus, & sibi coherens, hispidus, incultus, sterilis.

Fucus. Fucus nõ laborat, pungit, aliorũ labores deuorat.

Fulgur. Fulgur in ora cadit, incutit, subito oritur, clarum est & splendidum, ex calore prouenit.

Fusus. Fusus filo inuoluitur, in vtroque fine acutus, in medio latus, dextera manu voluitur.

Fumus. Fumus ex igne nascitur, in directum ascendit, lachrymas prouocat.

Funda. Funda motu vibratur, de corio fit, circum caput rotatur, lapidem continet, duabus corrigijs appenditur, dure ferit.

Fũdamentum. Fundamentum profunde locatur, firmum est, ex impolitis fit lapidibus, in imam terram iacitur, terra operitur, latum est, ędificium sustinet.

Fur. Fur de nocte venit, spoliat, subito inuadit, & perimit incautos, aucupatur, domum suffodit, obseruatus lares, immisericors est, secretos introitus quęrit, ad omnem strepitum pauet.

Fusciuncula. Fusciuncula recurua est, duos vncos habet, & fere ferrea est.

§ *De his, quibus prima litera est. G. Cap. VII.*

Galbanũ. GAlbani odor serpentes fugat, estq; succus ferulæ cuiusdam arboris quæ nascitur in Syria.

Gallus. Gallus profundioribus horis noctis valentiores & productiores cantus edere solet, in maturino breuiores format voces. Antequàm canat alis se verberat, diem nũtiat, pigros excitat, omni vento se inclinat.

Gallina. Gallina pullos sub alis fouet, contra miluum metur, de dolore pullorum suorum ægrotat, & raucescit, & plumas deponit, ex calore pascitur.

Gemma. Gemma pretiosa est & clara, virtute pollet, plana, tota speciosa.

Gena. Gena decora, candida, plana, ob verecundiam rubore subfunditur.

Gibbus. Gibbus superfluitas est naturæ, minorem facit, deformitatem ingerit.

Gigas. Gigas ingens est corpore, insignis membris, fortitudine præstans, sed pietate & ingenio bono deficit.

Glacies. Glacies ad frigus ex aqua induratur, ad solem liquescit, fragilis est, lubrica, clara, splendida.

Glans. Glans a quercu oritur, cibus porcorum est.

Globus. Globus rotundus est, volubilis, multis filis circumuolutus.

Grando. Grando in aere induratur, friget, in cadendo contunditur & resoluitur, flores & herbas teneras lędit.

Granum. Granum seritur, moritur, post pullulat in herbam, post in spicam, & deinde in frumentum, colligitur, trituratur, a palea per ventum separatur, siccatur, & mola conteritur.

Grues. Grues viam sequuntur literario ordine, excelsa petunt, quo facilius videant terras quas petunt. Vna præcedit quæ agmen castigat voce, qua raucescente, alia succedit, noctis vigilias diuidunt, & in ordine vigiliarum pedi semper innituntur vni, in quo calculum tenent.

Gurges. Gurges profundus est, obscurus, horribilis, absorbens, alioquin immotus.

Gutta. Gutta grauis est, cito arescit, modica est, præstat refrigerium.

Guttur. Guttur vehiculum vocis est, & ciborum canalis.

§ *De his, quibus prima litera est. H. Cap. VIII.*

Hæreditas. HAereditas a domino excolitur, dominum pascit, firmiter possidetur.

Hamus. Hamus aduncus, esca tectus, gracilis, linea appensus.

Harena. Harena innumerabilis est, minuta, amara, sterilis, ponderosa, humida, bibula.

Harundo. Harundo vacua est, fragilis, omni vento cedit, stridula est, in palude crescit, manum contrectantis faucia, exterius viret, interius marcet.

Hasta. Hasta longa, teres, directa, plana, lęuis, gracilis, rigida, penetratiua, ferro munita.

Hedera. Hedera serpit, semper viret, similis rosæ crescit, sterilis est, comam non deponit, attractiuę naturæ est, fœtores arcet, victores coronat.

Heremita videatur Eremita.

Herodius. Herodius auis rapacissima, volantium maxima, aquilam vincit, in maximis petrarum nidificat.

Hyacinthus. Hyacinthus cum aere mutatur, in sereno perspicuus, in nubilo obscurus.

Hyems. Hyems aquas congelat, frigida est, noctes longiores habet diebus, humida est.

Hinulus. Hinulus in excelsis moratur, velox est, visu perspicuus, in rupibus summis pascitur.

Hypocrita. Hypocrita sua mala celat, pallidus est, bona sua prædicat, incultus ingreditur, omnia operatur vt videatur, superbus, impatiens.

Hircus. Hircus fœtidus, luxuriosus, hispidus, immundus, immolandus, ruminat, & findit vngulam, cornibus insignis.

Hirundo. Hirundo garrula est, in domibus habitat, sinuosis circunflexibus volat, in nidis ædificandis & fœtibus educandis solertissima, lapsura deserit, nec appetit culmina, alias aues non impetit, nec impetitur ab eis, maria transuolat, ibiq; hyeme moratur, & per aduentum suum veris nuntiat initium.

Hyssopus. Hyssopus humilis est herba, pectus purgat, petræ hæret, radix eius tumorem pulmonis sedat.

Homo fragilis est, ad peccatum pronus, ad resurgendum ineptus, ad cõstantiam tenẽdam infirmus.

Honus, videatur onus.

Hortus, videatur ortus.

Hospes. Hospes in alieno moratur, verecundus est, cito transit, non bene confidit in aliena domo.

Hostia. Hostia eucharistiæ in colore candida, in quantitate modica, rotunda, triticea, immixta, azyma, inscripta.

Hostiũ uideatur ostium, quia ab ore deducitur.

Humor. Humor iunctus calori nutrit, a terra in truncum, a trunco ascendit in ramos.

Humerus. Humerus onera sustinet geminus est, inflexibilis, fortis, latus.

¶ *De his, quibus prima litera est I.* *Cap.* IX.

Ieiunium. Ieiunium corpus castigat, vitia comprimit, libidines arcet, mentem erigit, animam impinguat.

Ignis. Ignis rutilat, ad calorem eius trahuntur quæ in eo ponuntur, splendorẽ & fumum emittit, fumum generat, calorem ministrat, ligna consumit, attractiuæ naturę est, desiccat, cibos decoquit, materiam suam sequitur.

Imago. Imago lineamenta habet, vmbram facit, assimilatur rei cuius est imago, inutilis est.

Incus. Incus trũcus est ferreus durissimus solidus, & firmus, super quẽ formant opera, ad nihil aliud vtilis.

Insula. Insula fluctibus tunditur, fluctus frangit, sed paulatim minuitur.

Inuidus. Inuidus, pallidus, maciẽ confectus, cito prorumpit in iram, vultum commutat liuore, oculis truculentus, animo inquietus.

Iris. Iris duos habet colores, rutilat, igneus exterius, interius aquatilis est, pluuiam designat.

Ysopus videatur Hyssopus.

Iugum. Iugum duos coniungit, graue est, ad terram premit, collo insidet, capiti colligatur, curuum est, indomitum castigat, nudum carnis terit.

Iumentũ. Iumentum in fimo suo versatur & quiescit, vilibus pascitur, oniferum est, sessores non discernit.

Iuncus. Iuncus in aqua crescit, flexibilis, in summo acutus, gracilis, viridis exterius, planus, lõgus, directus, mollis, interius marcidus, nodo carens.

Iuniperus. Iuniperus est frutex dimissus, in cuius cinere seruatur ignis per annum, vt dicitur: vmbra & suffitu saluberrimus.

Iuuentus. Iuuentus lubrica est, inconstans, inconsiderata, calida, intemperata.

¶ *De his, quibus prima litera est L.* *Cap.* X.

Lac. Lac album est, paruulos nutrit, coagulatum arescit, dulce est, pingue, suaue, bulliendo eleuatur.

Lachryma. Lachryma breuis, clara, cito arescit, valida, amara, & salsa.

Laguncula. Laguncula ex pluribus asseribus est texta, circulis ferreis constricta, spiraculum habet, vinum conseruat.

Lamina. Lamina tenuis est, crebris tunsionibus extenditur, aurea fuit in fronte sacerdotis, & nomen Dei tetragrammaton habuit, speciem lunæ corniculatæ te oeos.

Lampas. Lampas fragilis, subobscura, inferius stricta, superius lata, oleum continet, lucem præstat.

Lana. Lana crispa est, alba, mollis, suauis, lenis. Primo tondetur, post lauatur, tingitur, netur.

Lapis. Lapis durus, volubilis, pedem offendit, aqua non mollescit, assidua gutta cauatur.

Later. Later de luto formatur, igne solidatur, quadratus est, ruber, fragilis, crudus, si recens factus plus lauetur, plus sordet, domum tegit.

Lectus. Lectus secretus, mollis, ornatus, tumidus, furtiuus.

Leo. Leo rex bestiarum, ore fœtet, vt mortuus nascitur, tertia die ad rugitum patris excitatur, vestigia deles cauda dum ab insequente premitur, ad rugitum eius timent omnes bestię: cum circulum cauda facit, nulla ferarum audet transire, superbus est, fortissimus, prędæ semper inhæret.

Lepus. Lepus velox, in petra cubile suum collocat, debilis, crura retro longiora habet, auriculatus, non ruminat, apertis oculis dormit.

Lex. Lex est basis super columnam, basis sub lutere æneo, quinque panes hordeacei, mors in olla, baculus Elisæ, sacerdos & leuita saucium pertrãsiẽs, aqua Marath, tibicines circa puellam mortuam, Hemorrhoissa, sex hydriæ lapideæ, seruus summi pontificis auricula altera mutilatus.

Libanus. Libanus arbor est in Arabia cortice & folio lato, thuri similis, succum emittens modo amygdali, bis in anno, autumno scilicet & vere colligitur, inciso cortice in æstatis feruore thus candidum exit: spuma contracta & densata in vere inciso cortice rubrum exit, non comparandum priori, sed tamen odoratius.

Liber. Liber de pelle mortui animalis fit, encausto scribitur per pennam, plura folia habet, punctatur, torculari constringitur, ligatur, antiqua gesta & secreta conseruat, nisi sæpe aperiatur, mucescit: insignibus ornatur, sigillis clauditur, de facili coinquinatur, igne contrahitur, aqua diluitur.

Libra. Libra duas lances æquales habet, linguam superius, vbi appenditur, æquitas magis ponderosum sequitur, lites dirimit, & pondere tendit in alterutram partem cui inclinat.

Ligna. Ligna setim humilia, imputribilia, incremabilia, albæ spinę similia, quanto plus in igne sunt, tanto plus solidantur.

Lilium

Lilium. Lilium de facili pullulat, de inculta terra nascitur, in conuallibus oritur, odoriferum est, candidum, clausum continet odorem, apertum effundit, sex folia habet, inter spinas crescit, virgulas & stipitem habet in medio, a spinis pungitur, & tamen candorem retinet, directum est in stipite, adustis medetur membris, eradicatum non statim marcescit, vt alij flores.

Lima. Lima dentata est, acuit ferrum, & dum acuit trahitur & retrahitur, seipsam consumit rubigine.

Limen. Limen introitus domus, & eiusdem principium & finis.

Lingua. Lingua modica est, labilis, velox, in humido sedet, verba format, magna exaltat, frigidum est membrum, voluntatem denuntiat.

Linum. Linum prius seritur, cito leditur, gracile est & rarum, operitur propter volucres, molle colligitur in fasciculos, in aquam mittitur, ad solem siccatur, multis tunsionibus albescit, & varium colorem deponit, teritur, & a stupa separatur, netur, nodatur, euoluitur, iterum lauatur, & in telam ordinitur.

Locusta. Locusta sordes lauat, seipsam sordidat, aquæ colorem addit, cum nascitur vocatur brucus, cum formatur achelabus, cum perficitur locusta, altera alteram deuorat, in hyeme latet, in æstate salit, crura habet retro longiora.

Lorica. Lorica diuersis circulis innectitur, corpus tegit & munit, ferrea est & ponderosa, iacendo fit rubiginosa.

Lucerna. Lucerna modicam lucem præstat, de testa figuli fit, quæ magna fracta apparet.

Lucifer. Lucifer stella matutina mane oritur, rutilantem diem nuntiat, tenebras fugat.

Luna. Luna lumen habet a sole, de nocte lucet recedentibus alijs, inferior est, & propior terræ alijs; recedente sole, sola dat lucem nocti, maculam habet, quæ quanto videtur clarior, tanto macula est maior; rotunda est, quandoque corniculata, per tempora crescit & decrescit, cito explet cursum suum, permagna est, & tamen parua videtur.

Lupus. Lupus fœtidus, rapidus, crudelis, absentiam canum & pastorum considerat, caulis ouium insidiatur, horrendum vlulat, prius visus quàm videat non nocet, prius videns vocem aufert.

Luter. Luter erat æneus, ad ostium tabernaculi, labium habebat per circuitum desuper, aquam continens ad lauandos sacerdotes, basim subtus habens in directa linea longa & plana.

Luxuria. Luxuria gratuita tollit, animam inficit, corpori morbum paralysis ingerit, & cæcitatem oculis, corpus inquinat, famam dehonorat, pecuniam tollit, inimica est proximo, fœtet Deo, placet diabolo, odibilis angelis, eius ignis descendit in infernum, fumus eius vindictam petens ascendit in cœlum.

De his, quibus prima litera est M.

Cap. XI.

Magister. MAgister debet esse eruditus, mitis, diligens, solicitus.

Malleus durus, fortis, ponderosus, ad feriendum eleuatur.

Malum. Malum granatum exterius rubicundum in cortice, interius pallidum, diuersa continet grana rubicunda, quæ sinum sedant, durum habet corticem.

Mamilla. Mamilla in pectore sita, gemina, mollis, candida, rotunda, lac tenens, suauis, in virgine dura, laxatur in muliere, in ea sanguis in lac conuertitur.

Manipulus. Manipulus ex multis fit manu collectis, cum labore colligitur, sed in gaudio possidetur.

Manna. Manna erat semen minutum quasi pilo tusum, album quasi semen coriandri, quicquid volebant comedentes ipsum sapiebat, ad solem liquefiebat, ad ignem durescebat, in mortariolo terebatur, habens saporem panis oleacei, vltra mensuram collectum scaturiebat vermibus.

Manus. Manus digitis distincta, flexibilis, operationi apta, candida.

Mare. Mare plenum est monstris, salsum & amarum, ventos generat, periculosum est, profundum, latū, omnis homo viuit in illo, ibi minor piscis minorem deuorat, omnia flumina recipit, quæ currunt, viua corpora retinet, mortua proijcit, fluit & refluit, nunquàm quiescit.

Mater. Mater in pariendo anxia, in educando solicita, in custodiendo diligens, in amore feruens.

Mel. Mel dulce, suaue, tenax.

Mensa. Mensa de lignis sethim fuit, deaurata, quatuor pedes habens, duas coronas, desuper labium æneum; per circuitum rotunda erat, duodecim panes superponendi sunt candidi in sabbato, duodecim pateræ super panes, duodecim pugilli thuris super paterās, annulos in pedibus habens, & in annulis vectes.

Merula. Merula parua auis & nigra, sola volans, non gregatim vt sturnus, in regionibus Achaiæ sunt candidæ.

Miles. Miles duris gaudet, & dura sustinet, fortis est, sic armatur, ferreas caligas habet, super femoralia loricam, ornatum super loricam, mitram ferream, & galeam, super galeam quoddam insigne vt cornu, gladium acutum, lanceam, equo insidet, non cedit ictibus.

Miluus. Miluus mollis est viribus, & volatu, rapacissimus est, cadaueribus pascitur, circa coquinas & macella assidue uolat, timidus est in magnis, audax in minimis, domesticis insidiatur auibus, siluestres non audet inuadere, pullis insidiatur, & quos incautos reperit, scitissime necat.

Myrrha. Myrrha arbor est in Arabia, quinque cubitis alta, albæ spinæ similis, eius gutta viridis & amara, gutta sponte manans, pretiosior est elicita corticis vulnere, vulnerum vermes & putredinem arcet, odorifera est, desiccatiuæ naturæ est, inflaturas & tumores sedat.

Mola. Mola quò voluitur, aspera est, gemina, rotunda, ferro nititur, ponderosa, granum contere, vsu consumitur, farinam reddit.

Mons. Mons firmus, altus, sterilis, prius valle radios Solis excipit, inferius latus, in summo strictior, maioribus impulsionibus excitatur.

Mors. Mors nullius miſeretur, nulli compatitur, omnibus æquatur, inſperata venit, nulli parcit, corpus & animam ſeparat, finis eſt laborum, & vltima linea rerum.

Murilegus. Murilegus callidus eſt, muribus inſidiatur, laqueo capitur, de nocte videt, oculos habet rutilantes, non cito ſubmergitur, vnguibus viget, de alto ſalit nec læditur.

Murus. Murus fit de lapidibus ſectis, oppida munit, hoſtes arcet, clauſos cohibet.

Mundus. Mundus tranſitorius, vanus, ſolicitus, falſus, deceptorius.

Mus. Mus in caueis moratur, murilegum timet, modica eſca capitur.

Muſtum. Muſtum vinum dulce eſt, ventrem inflat, diſſolutionem facit, calidum eſt, ſine ſpiraculo laguunculas nouas diſrumpit, ſtridet, dum clareſcit, omnia purganda eijcit, ebrietatem generat.

De his, quibus prima litera eſt N. Cap. XII.

Nardus. NArdus herba folio preſſo & paruo, eius cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, eius ſpicas & folia ad conficiendum nardum deponunt pigmentarij, calida herba eſt & odorifera.

Naris. Naris directa, concaua, ſpirat, odorem ſentit.

Naſus. Naſus directus, planus, candidus, in eo ex maxima parte conſiſtit ſpecies faciei, ſpiritum emittit per nares.

Natans. Natans corpus in aqua habet, caput ſupra aquá, manus & pedes mouet, fluctus retro iacit.

Nauis. Nauis in principio & in fine eſt anguſta, in medio lata & onuſta, ſuper aquas fertur, perforata ſubmergitur, malum habet, velo concitatur, gubernaculo regitur, anchora retinetur, qua non munita vento mouetur, ſcopulis confringitur, hauritorijs purgatur, fluctus premit, & frangit, fluctibus vndiq; tunditur.

Nauta. Nauta in fine nauis reſidet, puppim attente reſpicit, clauum regit, viam conſiderat, & metuit, tempeſtatem formidat, nauem omni tempore luſtrat, ne alicunde læſa ſit, plus iuſto eam non onerat, velibus induitur, in portu mercedem expetit.

Nebula. Nebula ab humore oritur, late ſpargitur, frigida eſt, aſcendens pluuiam nunciat, calore ſolis diſſoluitur, deſcendens ſerenitatem ſignat, immota manens obſcuritatem.

Nycticorax. Nycticorax in domibus habitat & muris, de nocte volat, diem fugit.

Nidus. Nidus fit auibus ſecretus, intus calidus, extra aſper, ex multis congeſtus.

Nix. Nix ex aqua induratur, candida & frigida eſt, cito diſſoluitur, minuta deſcendit, deſurſum venit, calore in aquam reſoluitur, terram operit, & ſegetem fouet.

Nouacula. Nouacula ſuauiter radit, acuta eſt, ſuperflua incidit, firmiter in capſa reconditur.

Nouem. Nouem angelorum ordines, leproſi curati & non reuerſi.

Nox. Nox obſcura, quieta, frigida, in nocte lignum putridum, & vermiculus quidam fulget, ſolitaria eſt, pigra ad operandum, importuna, periculis & phantaſmatibus plena, colorem rebus aufert, ſtellis illuminatur.

Nubes. Nubes leues ſunt, pluuiam nutriunt, obſcuræ ſunt, & veloces.

Nutrix. Nutrix infantem lactat, cuſtodit, dulciter tractat, diligenter portat, oſculatur, cibos præmandit, infirmitates eius ſuſtinet, a fletu promiſſis & minis retrahit, ire & loqui docet, & præambulat quocunque eat, illi oſculum dirigit, aliquando permittit eum cadere, vt læſus iterum cadere caueat, iratum mulcet, cum lachrymatur oculos tergit, offenſum reuocat, in ſinum leuat.

Nux. Nux corticem amarum habet, teſtam duram, pabulum præſtat, nucleum habet dulcem, ſuaue lumen miniſtrat, vel accommodat.

De his, quibus prima litera, O. Cap. XIII.

Octo. OCto ſunt beatitudines, ætates hominis & mundi, octo cubitorum veſtibulum portæ Ezechielis. *Eze. 40.*

Oculus. Oculus clarus, planus, extenſus, tenerrimus, corpori lucem dat, cito læditur, pupillam habet, pupilla palpebra tegitur, macula vel nimio ſplendore obſcuratur, geminus eſt.

Odor. Odor delectat, aerem inficit, poſt ablatum odoriferum fructum aliquantum remanet.

Olla. Olla lutea, igne ſolidatur, fragilis eſt, fracta inutilis eſt.

Oleum. Oleum pingue, ſuaue, paſcit, inuiſibilis naturæ eſt, ſupernatat, inficit, feſſos refouet.

Oliua. Oliua arbor index eſt pacis, oleum dat, ſpecioſa eſt.

Onus. Onus fertur, facile fertur ſi colligitur, ad terram inclinat, graue eſt cum ligatur ſuper humeros.

Onycha ſeu onychis. Onycha piſcis maritimus, cuius oſſa comminuta ſuauiſſimum reddunt odorem.

Ordeum. Ordeum aſperum eſt, cibus eſt iumentorum humile, ariſtis plenum, dulce, aqua mixtum confert ægris, tenacem habet paleam.

Organũ. Organum fiſtulas habet, in modum turris ordinatæ ſtant fiſtulæ, concorditer ſonant, cito læditur, follibus excitatur.

Ortus. Ortus circunfoditur & circunſepitur, arborum diſtinctione ornatus, floribus iucundus, germine viridante ſuauis, aura flante lenis & placidus, vmbrarum amœnitate præſtans, murmure fontis delectabilis, fructibus varijs refertus, a rore illæſus, volucrum cantu laudabilis.

Os. Os forte eſt, occultum, candidum, carnem ſuſtinet, durum, ſolidum, concauum.

Oſculum. Oſculum duo corpora coniungit, delectat, certificat, ſignum pacis eſt, pignus amoris, arrha ſponſaliorum.

Oſtium. Oſtium inter cardines vertitur, introitum miniſtrat; ſera firmatur; peſſulo munitur, duo liminaria habet, ſuperius & inferius, vectibus appenditur.

Ouis. Ouis lac & carnes præbet ad eſum, lanam ad induniendum, immolatur, ſimplex animal eſt, vellere ſuo

re ſuo veſtitur, & alios veſtit, fœcunda eſt, & fimus eius vtilis, aridis veſcitur & paſcitur, & paucis ſaturatur, ruminat, & findit vngulam, timida eſt, quieta, pellem habet multis vſibus accommodam, communicabilis naturæ eſt.

Ouum. Ouum perſpicuum eſt, fragile, candidum, ſpes prolis, natū eſt ex animali, & ex eo animal naſcitur.

De his, quibus prima litera eſt. P. Cap. XIIII.

Palma. Palma iuxta terram per quàm gracilis eſt, ſuperius lata, cortice rugoſo, exterius dulcedinem habet, in radice aſpera, alta, diuturnis foliis, ſuauibus pomis, ad modum palmę manus extenditur, centenaria fert fructum, victorum eſt corona, quia ponderi non cedit, ſed renititur.

Palmes. Palmes in vite fructificat, extra vitem areſcit, luxurians putatur, putamen igni traditur.

Palpebra. Palpebra oculum tegit & munit, abſciſſis palpebris homo non dormit, deformisq; redditur.

Palus. Palus longus eſt, acutus, rigidus, ei præfoditur fouea vt facilius intret, ſepi aptus eſt, acuitur, induratur igne, in ordinem ponitur.

Palea. Palea ſicca eſt, leuis, ſterilis, tenax, eijcitur per ventilabrum, a grano diuiditur, igne crematur, ardentiſſimum ignem facit & fortem.

Pannus. Pannus lineus aperitur, humectatur, in calido lixiuio ponitur, calefit, extergitur, flagellatur, torquetur, deſiccatur.

Palus. Palus terra eſt aquoſa, lutoſa, inuia, lubrica, plena lacunis, mollis, profunda, ranis habitabilis.

Pampin⁹. Pampinus latus vmbram facit, vuam contra intemperiem caloris munit, ſi luxuriatur ſuccīditur, vt vua recipiat caloris fomentum.

Panis. Panis ſic conficitur, primo farina molitur, pinſitur, cribratur, conſpargitur, fermentatur, reuoluitur, formatur panis, coquitur.

Pannus. Pannus ex multis filis contexitur, lana eius carpitur, netur, tondetur, orditur, comprimitur, pungitur, a fullone calcatur, lauatur, tingitur, arte extenditur, in veſtem conſcinditur, & conſuitur.

Panthera. Panthera interpretatur omnis fera, pellem habet maculoſam, ſpecioſa eſt valde, manſueta, ſolis draconibus inimica, ſaturata draconibus, in ſpeluncam ſe recipit, & tribus diebus dormit, tertia die reſurgit, & ſuauitatis miræ odorem effundit, & rugitum emittit, ad cuius rugitum animalia vbique locorum greſſum figunt, & eam præcedentem ordinate ſequuntur, ſolus draco vocem eius audiens in ſpeluncam ſe abſcondit, & ſtupens quaſi victus obmuteſcit.

Paralyticus. Paralyticus officium membrorum amittit, tremulus eſt, frigeſcit, & turpeſcit.

Pardus. Pardus crudelis eſt, & maculoſus.

Paſſer. Paſſer modicus, luxurioſus, inconſtans, inſtabilis, in tecto manet, in foramine petræ nidificat.

Paſtor. Paſtor oues agnoſcit, infirmas conſolidat, ad paſcua ducit & reducit, lupos arcet voce & baculo, morbidas & ęgrotas ſanat, confractas alligat, errantes reducit, debiles portat, fortes & pingues tondet, pereuntes requirit, fœtas portat, agnos in ſinu leuat, ab eis cognoſcitur.

Pater. Pater generat, reuocat, nutrit, diligit, ditat, hæreditatem dat, erigit, corripit, ſuſtinet.

Pauimentum. Pauimentum decorum eſt, diuerſimode pictuatur, ſubiectum pedibus conculcatur.

Pauo. Pauo ex ſono vocis ſubito pauorem incutit audientibus, vnde a pauore dictus, duras habet carnes, & putredini reſiſtentes, quę vix coquuntur, & ſunt indigeſtibiles: inceſſum habet ſimplicem, caput ſerpentum, pectus ſaphirinum, in alis plumas aliquantulum ruffas, caudam habet oculatam & longam, dum laudatur, erigit caudam, pennas per ordinem erigit in modum rotę, viſis pedibus caudam demittit, quia cum caudam erigit, poſteriora nudantur, in cauda magna eſt eius gloriatio, caput infirmum habet & criſtatum, & inequale reliquo corpori, fœtus ſuos perſępe deuorat, niſi oua mater occultauerit.

Pecten. Pecten dentatus eſt, ſpiſſis, & rarioribus dentibus, crines componit & ordinat, caput purgat, oſſeus eſt, planus, lucidus, latus.

Pelicanus. Pelicanus auis eſt ægyptia, roſtro pullos occidit, & eos per tres dies luget, poſt tres dies ſeipſam roſtro lacerat, & ſuo ſanguine eos ſanat, nimiæ maciei auis eſt.

Pellis. Pellis ab animali vim pellit, diuerſis vſibus adaptatur.

Pera. Pera duabus corrigijs a collo depēdet, recepta cōſeruat, peregrinorū eſt, de corio fit, ad latus geſtatur.

Perdix. Perdix de voce nomen habet, nam auis eſt doloſa, aliena oua rapit, & fouet vt ſua, illi pulli ſic ſpreti cum vocem propriæ genitricis audiunt, naturali inſtinctu eam reagnoſcunt, & ſequuntur: prope terram volat, gregatim incedit, eius carnes ſunt ſanæ, in rete ad ſonum campanulę inducitur, † fomenta requirit. **† frumenta.**

Peregrinus. Peregrinus quò tendat, conſiderat, longitudinem viæ ante metitur, neceſſaria victui ſecum portat, quàm minimum poteſt ſe onerat, fortia calciamenta ſibi comparat, peram habet, baculum gerit, pretioſis veſtibus non induitur, bonæ ſocietati ſe coniungit, a perfectione iuſti itineris aliqua moleſtia ponderis non impeditur, non retrahitur a tranſitorijs, per pericula ſe fidelibus commendat, timore & ſuſpicione non caret, amore patriæ laborem tolerat, ſua non multis oſtendit, diuitem ſe non prædicat, de fine itineris ſemper loquitur, cogitat, ad illum ſuſpirat.

Pergamenum. Pergamenum de mortuo animali extrahitur, extenditur, raditur, tenuatur, multis adaquationibus dealbatur, excuratur, tenue eſt, candidum, planum, aqua molle fit, & ſcribendi officio congruit, ſuaue eſt, igne contrahitur & paratur, pumice planum fit, creta candidius, lineis diſtinguitur, vt ſic tandem in ipſo ſcribatur.

Pes. Pes terram petit, infima pars corporis eſt, & calceo munitur, hominemq; portat.

Peſſulum. Peſſulum oſtium obfirmat, volubile eſt, trahitur & retrahitur.

Pila. Pila ſpherica, volubilis, leuis, intus floccis ſpurcitijs vel fœno plena.

Piper

Piper. Piper est granum modicum, fortissimum gustu, nigrum, rugosum, calidum.

Piscator. Piscator nauem habet cum ornamentis suis, vilibus induitur, cum silentio nauigat, retia in aquam mittit, iactis retibus pisces exterret, diuersi generis retia ponit, retia sua lauat & reficit, in aqua turbida nó ponit, retia solicite quæ iecerit, custodit: quæ escæ cuilibet pisci conueniant, nouit.

Piscis. Piscis pinnulas & squamas habet, cauda & pinnulis regitur, in aqua nutritur, extra aquam moritur, sine coitu generatur, ventum præuidet, & eo veniente in fundum se demittit, ad calorem saltat, semper ascendit, hamo in esca tecto capitur.

Plaga. Plaga carnem cito putrefacit, fœtet, vix sanatur.

Platanus. Platanus arbor est alta & patula, iuxta aquas crescit, folijs mollis, viti similis in folijs, succum habet teterrimum.

Pluma. Pluma leuis est, corpus tegit, mollis, in carne radicatur, suauis seu leuis extrahitur.

Plumbum. Plumbum metallum est ponderosum, in aqua augmentatur, pro auro comburitur, tenerrimum ad scindendum.

Pluuia. Pluuia desursum venit, minuta est, terram emollit, frigus resoluit, terram irrigat, lutum generat, tempestatem temperat, aquas augmentat, ventum sedat.

Pomum. Pomum sphæricum, visu pulchrum, acre gustu, suaue, odoriferum, maturum pallescit, tactu tenuæ, putrescit.

Pons. Pons aquæ superponitur, trans flumen euntes portat, alluuione interdum dissoluitur, pilis sustẽtatur.

Porcus. Porcus nisi curratt tardus ingreditur, cursilis est, fœtosus, setosus, horrendum grunnit, rostro lutum suffodit, non ruminat, in luto delectatur, immundis vescitur, glandibus pascitur, vno percusso cæteri congregantur, & adgrunniunt.

prædicator. Prædicator debet esse sanctus, doctus, discretus, maturus, facundus, honestæ conuersationis, constãs, integræ famæ, humilis, affabilis, mitis.

pruina. Pruina de humore nascitur, obscura est, late dispergitur.

puer. Puer innocens est, purus, mũdus, simplex, verax, munificus, placabilis, temperatus, læsus non sæuit, offensus ad matrem recurrit. Videns mulierem non concupiscit.

pulmo. Pulmo mollis est, spiritum attrahit, læsionem nõ patitur, colorem cordis temperat.

puluis. Puluis terræ quasi atomus minimus, uilis, sterilis, mobilis, leuis, aridus, vento voluitur, oculis noxius.

pupilla. Pupilla modica, nigra, aciem habens, per hanc dirigitur, cito læditur, albugine obumbratur.

purpura. Purpura sanguinei coloris est, ornatus regius.

De his, quibus prima litera est. Q.
Caput. XV.

Quadratum. Quadratum sex habet latera, quocunque iacitur, super latus recidit & residet.

Quatuor. Quatuor sunt euangelia, & euangelistæ, quadrigæ Aminadab, quatuor millia in eremo refecta, quatuor annuli in arca, quatuor pedes in mensa, quatuor animalia Ezechiel. quatuor virtutes cardinales, quatuor operimenta tabernaculi, quatuor flumina paradisi, quatuor partes crucis, quatuor latera ciuitatis in Apocalypsi, quatuor vigiliæ noctis, quatuor partes vestimentorum Domini in Ioanne, quatuor partes mensuræ in Matthæo, quatuor lineis appensum erat linteum Petro ostensum. Actu 10.

Quercus. Quercus arbor quærens alta, fortis, porcis cibum ministrat, multumque durabilis est.

Quinque. Quinque libri moysi, quinque stolæ datæ Beniamin a Ioseph, quinque panes in euangelio, quinque millia hominum, quinque partes Ioseph datæ præ alijs fratribus, quinque viri Samaritanæ, quinque columnæ ante sancta sanctorum, quinque virgines fatuæ, & quinque prudentes, quinque lapides quos sumpsit Dauid de torrente, quinque effusiones Sanguinis Domini, quinque vulnera in corpore Christi, quinque sensus in corpore humano.

De his, quibus prima litera. R. Cap. XVI.

Racemus. Racemus sphæricus est, intus plenus, grana continet, prius amarus & durus, & cum maturescit dulcescit.

Radix. Radix præfigitur terræ, aspera est, occulta est, arborem sustinet, late se spargit, ad ramos mittit humorem.

Radius. Radius solis est clarus, subtilis, calidus, directus.

Ramus. Ramus de arbore, in arbore coalescit, abscissus aret.

Rana. Rana loquax est, fontem turbat, saltitat, in palude moratur, a gramine super quod saltat, in lacum se demittit.

Rationale. Rationale seu logion, in pectore sacerdotis veteris, in quo dependent duodecim lapides, in quibus erant duodecim nomina filiorum Israel, in quo erat scriptum, veritas & iudicium, superhumerali erat iniunctum quibusdam catenis aureis.

Remus. Remus latus est, aquam fundit, nauem concitat, & eam dirigit.

Rete. Rete diuersis maculis intexitur, lauatur, piscem vel auem inuoluit, plicatur, in aqua lucida videtur, perturbata aqua occultatur.

Rhamnus. Rhamnus prius mollis est, deinde spinosa, humilis est, semper virens, de eius cortice fit gluten.

Riuus. Riuus a fonte nascitur, a fonte separatur, saporẽ a fonte trahit & colorem.

Ros. Ros inuisibiliter descendit, refrigerat, fœcundat, suauis est, clarus, modico calore siccatur.

Rosa. Rosa rubicunda, odorifera, speciosa, ex spinis nascitur, cito marcescit, marcida albescit, & contrahitur, frigida in folijs, calida in semine.

Rota. Rota radios habet circa centrum idest axem, volubilis est, erigendo cadit, arida stridet, & noua similiter, plus iusto onerata stridet, & frangitur.

De his, quibus prima litera. S. Cap. XVII.

Sacerdos. Sacerdos debet esse vita honestus, pollẽs sapiẽtia.

Saccus. Saccus asper, durus, grauis, frumentum celat quadrangulus est.

Saga. Saga de pilis caprarum erant super cornu altaris, terram tangebant, aspera erant.

Sagena. Sagena multas habet maculas, lata est, bonos & malos, magnos & paruos pisces capit, per medium aquę trahitur.

Sagitta. Sagitta lignum habet, velociter currit, pennata est, in pharetra custoditur, incastraturam habet, directe procedit, acuto ferro munita, directa, rigida, plana, gracilis, ab arcu emittitur, stridet, subito percutit.

Sal. Sal minutum est, cibos condit, carnem siccat, putredinem arcet, vermes occidit, in igne stridet, tumorem sedat, ex aqua plurimum fit per ignem aut solem decocta, terram sterilem reddit.

Salix. Salices iuxta aquas crescunt, de facili pullulant, infructuosæ sunt, florescunt, & non fructificant, altæ crescunt.

Sanctuarium. Sanctuarium habebat altare, thymiama, maius velum in introitu, quinque columnas, mensam, candelabrum, omnibus sacerdotibus patebat.

Sācta sanctorum. Sancta sanctorum propitiatorium habuit, arcam fœderis, velum in introitu, thuribulum aureum, quatuor erat columnarum, semel in anno soli pontifici patebat.

Sanguis. Sanguis calidus, purpureus, ostrinus, spissus, leniter fluit, sedes est animę.

Sanguisuga. Sanguisuga in palude habitat, longa est, sanguinem sugit, sed prius cutem vulnerat, postquàm plena est, eadem quę suxerat reuomit.

Smaragdus. Smaragdus nimiæ viriditatis super omnes herbas & frondes, aerum circunfusum reddit viridē, pretiosior in Cilicia quàm alibi inuenitur.

Saphirus. Saphirus sereno cęlo similis, radio percussus emittit fulgorem.

Sardus. Sardus non unicolor, niger in imo, candidus in medio rubens in summo, rubræ terræ habens speciem, sanguinei coloris est.

Sarmēta. Sarmenta vilia de vite proijciuntur, nullis vsibus nisi igni apta.

Scopa. Scopa domum mundat, ex multis fit virgis seipsam inquinat.

Scutum. Scutum est latum, triangulum, leue, uolubile, protegit, munit, in sinistra geritur, per que ligamen tum tenetur.

Securis. Securis manubrium habet quo tenetur, ferrum quo incidit, petra hebetatur, quanto magis eleuatur, tanto magis ferit.

Senectus. Senectus fastidiens est, frigida, querulosa, pigra, infirma, curua, sterilis.

Semen. Semē bonę terrę traditur, dispergitur, occultatur, ad alterum annum iacitur, gelu multiplicatur, effusione nimia suffocatur, cum multo fœnore surgit, in via conculcatur, & ab auibus rapitur, in petrosis locis arescit, in spinis suffocatur, in bona terra bene cul ta multiplicatur, primo surgit herba secundo spica, tertio frumentum, inde fit farina.

Sex. Sex sunt cherubim in Esaia, hydriæ in euangelio, ciuitates refugij, operas ex dierū, munera Ioseph fratribus oblata.

Sepes. Sepes ex palis & uirgis contexitur, iuxta viam fit, fructus custodit, desiccata cōfringitur, a transeuntibus rapitur, collecto fructu rapitur, tollitur, feras & bestias arcet, spinis munitur.

Septem. Septem dona Spiritus sancti, septem petitiones in oratione dominica, septem virtutes, septem beatitudines, septem vitia capitalia, septem boues crassæ, & septem macilentæ, septem spicæ pulchræ, & totidem corrosæ, septem columnę ecclesiæ, septem modioli contra candelabri brachia, septem in terra promissionis lucernæ, septem emuncta, septem infusoria, septem psalmi pœnitentiales, septem ecclesiæ sacramenta, septem ecclesiæ in Asia, septem panes in euangelio, & septem sportæ, septem opera misericordiæ, septem reges in terra promissionis, septem circuitiones in habitaculo.

Sepulchrum. Sepulchrū exterius speciosum, interius fętidū est.

Sera. Sera ostio affigitur, diuersa habens diuerticula, inuoluitur ligno, & ferro cōposita, de facili turbatur.

Sermo. Sermo prius debet venire a limam quàm ad linguam, debet esse præmeditatus, discretus, maturus, distinctus, rarus ratus vitius, assidus, authenticus, humilis, patiens, sollicitus.

Serpens. Serpens super pectus graditur, terrā comedit, occulte nocet, cauda est venenosus, totum corpus pro capite custodiendo exponit, in desertis habitat, leui tur tepit, hominem nudum fugit, vix extinguitur, sputo ieiuni hominis moritur.

Seruus. Seruus debet esse, obediens, fidelis, sapiens, hilaris, promptus.

Seta. Seta acuta, rigida, filum introducit, gracilis est, firmiter hæret.

Sigillum. Sigillum imaginem habet & superscriptionem, chartam confirmat impressam cæteræ, secreta custodit.

Sylua. Sylua arboribus consita, vmbrosa, opaca, condēsa, feris inhabitata, inculta, solitaria, lutosa, infructuosa, humida.

Somnia. Somnia cito transeūt, vana sunt, vanitatē fingūt.

Somnus. Somnus officium membrorum tollit, paulatim serpit, phantasmata ingerit, corpus aggrauet, post ipsum fouet ad laborem.

Speculum. Speculum clarum fragile, planum & extersum imaginem repręsentat, in ligno locatur, fractum quot partes habet, tot imagines repræsentat.

Spica. Spica aristis munitur, calmo sustentatur, granis repletur, ordinata sunt grana in illa.

Spina. Spina firmiter hæret, humilis est, aspera, pungitiua, condensa, sponte pullulat, acutum ignem facit, in igne stridet, dura est.

Spongia. Spongia est leuis, vacua, porosa, mollis, humoris receptiua.

Sputum. Sputum de cerebro descendit, salsum est & albū.

Stella. Stella in alto fixa est, magna est, & parua uidetur, rotunda, noctem illuminat, nautas dirigit, cursum non obliquat, cum firmamento rapitur, ignea est, locum mutare videtur, radios ex se profert, firmamentum ornat.

Sterquilinium. Sterquiliniū est fętidum & sordium receptaculū.

Stillicidiū. Stillicidium concauum est, pluuiam excipit, exceptam dimittit, in ora tecti ponitur.

Stylus. Stylus longus, planus, gracilis, acutus, directus, in altera parte latus.

Stipula. Stipula terræ hęret, leuis, sterilis, post collectas fruges remanet, arida incendio apta, dura, aspera, fragilis, stridula, concaua.

Storax. Storax vel styrax arbor est Arabiæ, lachrymam aromaticam

aromaticam distillat, lachryma quę defluit, munda est & alba, eius resina odoris est iucundi, humecti, & quasi nullo vsui liquorem emittens.

Struthio. Struthio auis ingens est corpore, rara plumis vel implumis, alas habet similes accipitri et herodio, volare nequit, tamen aliquando alas erigit, oua relinquit, & obliuiscitur quod pes conculcet ea, & bestia agri conterat, duratur ad filios suos tanquàm non sint sui.

Studium. Studium acuit ingenium, fugat ocium, scientiæ parit amorem, scientiam conseruat, auertit animum a vanis & inutilibus, peccati odium gignit, quietem & pacem quęrit.

Stupa. Stupa purgamentum est lini, mollis est, leuis est, cito succenditur.

Sulphur. Sulphur candidum, fœtidum, tenax.

De his quibus prima litera est. T.
Titu. XVIII.

Tabernaculum. TAbernaculum Domini quatuor habebat latera, in quolibet duorum laterũ erant viginti tabulæ, occidentali latere decem, quęlibet tabula nitebatur duabus basibus argenteis, in singulis tabulis habebat annulos aureos, in annulis vectes deauratos, diuisum fuit in sancta & sancta sanctorũ, in sanctis erat altare thymiamatis, coopertum fuit cornu eius pellibus rubricatis, In atrio sub dio erat altare holocaustorum.

Talpa. Talpa nigerrima terram comedit, terram fodit, & fodiendo terram super se accumulat, quanto magis fodit tãto magis auget cumulũ terrę sup se, lęuis est pelle, sub terra moratur, super terrã non viueret.

Taurus. Taurus duo cornua habet, fortis est, cornu tenetur, armentum præit, ferus, iugum trahit, armentũ fœcundat, luxuriosus est.

Tela. Tela orditur, succiditur, texitur, crebris tunsionibus & lotionibus dealbatur, tenuis est, candida, & mollis.

Templũ. Templum mundum, cameris obuolutum, pallis appenditur & ornatur, floribus sternitur, cerei accenduntur, & campanę pulsantur in ipso.

Tenebræ. Tenebræ obscuræ sunt, lucem fugant, vt ipsę nõ sint, a luce fugantur.

Terebinthus. Terebinthus in Macedonia breuis arbor, sed fructuosa & magna est in Damasco, habens lignum nigrum cum splendore & solidum in buxi speciem, flos habet racemos sicut oliuæ, sed rubent, folia habet densa & folliculos emittentes animalia quasi culices, resina eius castissima, quæ terebinthina dicitur, vulgo tereminthina. Maculæ huius arboris fructuosæ, fructuum eius duo sunt genera, alterius fructus ruber lentis magnitudine, alterius pallet, nec faba est grandior, odore iucundo.

Testa. Testa fragilis est, de luto fit, per ignem solidatur.

Thalam⁹. Thalamus debet esse secretus, ornatus, clausus, quietus.

Thesaur⁹. Thesaurus ex pretiosis congeritur, reconditur, custoditur, augmentatur, in tempus necessitatis reseruatur.

Thymiama. Thymiama componebatur ex aceto vel myrrha, ex onycha siue albeola, ex galbano boni odoris, ex thure purissimo, lucidissimo, & hęc omnia in vnum redigebantur.

Thronus. Thronus de ebore erat, grandis, vestitus auro fuluo nimis, ac mundissimo intus & foris, eius ascensus erat per sex gradus, ascensus marmoreus, sex leũculi super sex gradus hinc inde, reclinatio throni posterior rotunda erat, super vitulum respicientem sedebat, duæ manus hinc atque inde tenebant illum, duo leones stabant iuxta manus singulas, non fuit tale opus in vniuersis regnis.

Thus. Thus virgulam fumi emittit, in vere & autumno colligitur, accensum magis redolet. Regio thurifera Saba dicitur, quod interpretatur mysterium, estque vndique rupibus inuia, arboribus vt lachryma effluit, motus carnis reprimit.

Thuribulum. Thuribulum duas partes habet apte conuenientes, pars inferior solida est, superior perforata, superius habet annulum, protendunt ipsum quinq; catenæ, quarum quatuor immobiles sunt, eleuatur & dimititur, in parte inferiori ignem cõtinet, superiori thus excutitur & mouetur, vt maiorem fumum exhalet, rotundum est, & sculptura terebratur.

Tympanũ. Tympanum manu percutitur, de corio mortui animalis fit, cuius pellis in ligno cõcauo extenditur.

Tinea. Tinea vestes comedit, modica est, & ex eisdem quas comedit postea oritur.

Tonitruũ. Tonitruum horribile, ex calore prouenit, fulgur præmittit, fulmen immittit.

Torcular. Torcular voluendo ascendit & descendit, vinum ab acino separat, vuas pręmit, gradatim ascendit.

Torrens. Torrens est rapidus, cito transit, omnia obstacula rumpit, subitus est, ex superabundantia pluuiarum prouenit.

Tres, & Tria. Tres fructus terræ bonæ in euangelio.

Tres mortuos suscitauit Dominus, tres dies sustinuit terra Dominum, tria loca dominicæ parabolæ, tribus linguis scriptus Christi in cruce titulus, tres tentationes Domini, Tria loca binos merito dispares continebunt scilicet ager, mola, lectus. Tres personæ In Trinitate, tres virtutes theologicæ & principales, tria sata farinæ, tres filij Noe. Tres turmæ Chaldæorum contra Iob. Tria vitia principalia, tres magi, & eorum tria munera, tres dies sepulturæ Domini, Tres homines Noe, Daniel, Iob. Tres ordines saluandorum in agro, in lecto, in mola, tria canistra pistoris in Genesi, tria grana malæ terræ in euangelio.

Tuba. Tuba multis fit tunsionibus, in imo est stricta, in summo lata, per flatum oris sonat, concaua est, maximum sonum reddit, excitat, congregat, terret.

Tunica. Exod. 28. Tunica Aaron erat hyacinthina, talaris, inferius dependebant tintinabula, malogranata, totum corpus tegebat.

Turris. Turris circunfossa, alta, munita, fortis, firma.

Turtur. Turtur auis in locis delectabilibus & nemorosis, nidum facit in ramis arboris condensæ, si semel cõparem amisit, semper caret, soliuaga est, morticinio non vescitur, pullos nocte pascit.

¶ *De his, quibus prima litera est. V. Tit. XIX.*

Vacca. VAcca laſciua eſt, iugum trahit, triturat, lac miniſtrat, fœcunda eſt, cornua habet, immolatur, ruminat, & findit vngulam.

Vallis. Vallis demiſſa, quieta, ſecreta, humida, vmbroſa.

Velum. Velum ſacrum opere pluuiario erat factum, quatuor coloribus intertextum, colomnis & vectibus appenſum. Velum nauis colligit ventum, latum eſt, concitat malum, malo appenſum cum ligno ex tráſuerſo, in ſereno reſtringitur, in tempeſtate explicatur, quodam ligno in decurſum vertitur.

Vela. Vena ſanguinem continet, percuſſa vel inciſa eundem emittit, occulta eſt.

Veneņ. Venenum inficit, corrumpit, & perimit.

Venter. Venter eſcas recipit, mollis eſt, tumidus eſt.

Ventus. Ventus rapidus, inuiſibilis, lenis, ſtridulus, validus, modica pluuia magnus ventus temperatur.

Ver. Ver temperatum eſt, flores producit, plantas germinare facit, volucrum cantus prouocat.

Vermis. Vermis ſine coitu de terra naſcitur, leniter incedit, ore ſe trahit, fragilis eſt, mollis, erecto capite proſpicit, vt mollius incedat.

Veſica. Veſica rotunda, leuis, vacua, tumida, flatu diſtenditur.

Veſtimenta. Veſtimenta ſacerdotis ſunt hæc, fœmioalia de byſſo retorta, ſtrictiſſima camiſia linea, cidaris in capite, tunica hyacinthina, baltheus aureus. Hi habebant & aureum ephot, & ſuperhumerale in modũ ſcapularis factum, rationale in pectore quadratum, cidarim (vt dixi) in capite cum lamina aurea.

Vinculũ. Vinculum ligat, conſtringit, graue ſeu moleſtum eſt.

Vinea. Vinea pullulat, paſtinatur, propagatur, putatur, foditur, paxillatur, paxillis colligatur, ſepitur, gemmas fert, frondes, flores: ſurculi euelluntur, ne humor ſtipitis ad eos tranſeat; tolluntur pampini propter nimiam vmbrã, vt botri calorem ſolis habeant, fit in ea vmbraculum, vt cuſtodiatur: in hyeme nullum lignum vilius, in æſtate nullum vtilius.

Vinum. Vinum clarum eſt, candidum, dulce aliquãtum, inebriat, ſanguinem operatur, cor lætificat, ingeniũ acuit, aliquando aceſcit, paruulos merum enecat.

Viola. Viola purpurea, humilis, odorifera, frigida, mollis.

Virga. Virga recta, gracilis, longa, plana, flexibilis, florẽ habet in ſummo, flagellat, & erudit.

Vitrum. Vitrum clarum, planum, ſolidum, fragile.

Vitta. Vitta ambit, ornat, conſtringit.

Vitula. Vitula ſacra rufa erat, immaculata, quæ iugum non traxerat.

Vitulus. Vitulus hoſtia ſacerdotalis, cornua habet, laſciuus eſt, & ſimplex.

Vmbra. Vmbra calorem temperat, grata eſt feſſis in calore, corporis lineamenta retinet, per ipſam ad corpus venitur, fit enim obiectu corporis ad rem lucidam, inanis eſt.

Vndecim. Vndecim diſcipuli in Galilæa. Vndecim ſaga in tabernaculo.

Vnguentum. Vnguentum bonum conficitur ex myrrha prima, & cinnamomo, & calamo, ex caſiæ fiſtula, ex oleo oliuarum. Hæc redacta in puluerem, cum oleo oliuarum ſub menſura hini conficiebantur.

Vnguis. Vnguis eſt pars digitorum cornea, dura, lucida, tenuis, plana.

Volucres. Volucres leues, inſtabiles, nidificant, & cantant in aere, duabus alis volant, vna percuſſã, aliæ fugiũt, timidæ ſunt.

Voluptas. Voluptas virtutes diſſipat, corpus emollit, naturalia bona diſſoluit, ocium quærit.

Vrſus. Vox Modeſti hominis ſit ſimplex, verecũda, quieta, humilis, modeſta clauſa, meticuloſa.

Vrſus faſtidium generat, ſtudium neſcit, ſocietatem non habet, ingẽs eſt corpore, duriſſima pelle tegitur, crudelis, brachijs fortiſſimus, mel oppido diligit, ſuper arbores ſerpit, informis caruncula naſcitur, lingua matris lambendo formatur.

Vter. Vter de corio animalis mortui fit. Vinum continet & ſeruat, cum fuerit inueteratus inutilis eſt.

Vulpes. Volpes callida, eſt, mordax, fœtida, in foueis manet, doloſa, ineſibilis.

Vultur trans maria dicitur ſentire cadauera, ſi cadauer cõſpicit iacens, ad eſum illius ſe deponit, exercitum ſequitur, vt cadaueribus ſatietur, pedibus libenter graditur.

¶ *Finis Libri Quarti: & ita quatuor librorum de naturis rerum, ac de proprietatibus ac epithetis earum: quorum omnium cognito plurimum adſacræ ſcripturæ interpretationem, & ad ſermonũ, quorum liber mox ſubſequetur, compoſitionem conducit.*

SEQVITVR IN Librum Centum Sermonum, M. Hugonis de S. Victore Can. Reg. Later. Præfatio.

CVm (ſcriptura teſte) lucerna ſit pedibus noſtris verbum Dei, & lumen ſemitis: modis omnibus ſacræ ſcripturæ verbis legendis, meditandis, audiendis, dicendis, ſcribendiſq;, prout licet, ſtudium impendere debemus, præſertim nos fratres Chariſſimi, ſocijq; clauſtrales, qui actionis turbationibus abrenuntiauimus, & ſolius præſtandæ contemplationis quieti nos mancipauimus. Cuius virtutis euidentiſſimum beata Maria ſoror Marthæ nobis præbet exemplũ, quæ ſorore circa frequens miniſterium ſatagente, ſecus pedes Domini auribus intentis ſitiendo verba loquentis, optimam partem Domino teſte legitur elegiſſe, cuius laudabilem, mirabilemque virtutem multi contemnunt. Ex quibus nonnullos, qui intellectu ſibi cęlitus dato in ſcripturis gaudia capere potuiſſent, ad tantam audimus vitiorum & morum fęditatem, Pſal. 118.

ditatem, enormitatemque delapsos, vt anima eorũ verbum Dei nauseante & spiritalem escam abominante, vsque ad portas mortis appropinquarent, & inter Ægyptios magis quàm inter Israelitas, interq; ciues Babylonis magis quàm Hierusalem viderẽtur reputandi. Vidimus & alios, solertia sui studij, cooperante gratia Christi, ad tantam virtutum bonitatẽ, honestatemque morum de prauitate peruenisse, vt in ipsis luce clarius agnosceretur impletũ quod scri-
Psal. 106. ptum est. Misit Dominus verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Omnes igitur ad legendum verbum Dei prouocemur, sed eruditiores etiam ad loquendum, minus autem docti ad audiendũ, vt & in nobis perficiatur quod scri-
Esa. 24. ptum est. In doctrinis glorificate Dominum. Et quoniam quædam vobis de florentissimo diuinæ scripturæ agro documenta dudum collegi, visum est mihi in hoc sermone ea vobis præponere, vt in his etiam vestrum valeatis sensum exercere. Sciendum
B tamen est, quòd non omne tèmpus nostrum lectionibus debemus impendere, quia secũdum Salomo-
Eccl. 3. nem omnia tempus habent & suis spatijs transeunt vniuersa. Est ergo & tempus legendi, & est tempus meditandi. Est tempus veritatem inquirendi ut erudiatur sensus, & est tempus virtutem exercendi vt sanetur affectus, & est tempus boni operis exhibendi vt adiuuetur proximus. Est tempus orandi, & est tẽpus cantandi: tempus diuinis officijs assistendi; & tempus cuilibet rei necessariæ intendendi. Ex quibus omnibus, velut apes mel de diuersis floribus, debemus internæ suauitatis dulcedinem nobis colligere, mellifluumque iustitiæ fauum sancte viuendo consummare.

CENTVM PRAEFAtorum Sermonum, qua serie conscripti sunt, & coimprimuntur Tabella.

De

§ *In dedicatione ecclesiæ historice.*
Sermo. 1.

Psal. 45. SAnctificauit Dñs tabernaculum suum. Habet fratres Charissimi tabernaculũ Domini, i. sancta ecclesia lapides suos, habet cæmentum, habet fundamentũ, habet parietes, habet tectum, habet lõgitudinem, habet latitudinem, habet altitudinem, habet sanctuarium, habet chorum, habet nauem, habet atrium, habet altare, habet turrim, habet signa sonãtia, habet vitreas fenestras, habet dealbaturam interiorem & exteriorem, habet cereos duodecim, habet pontificem dedicantem. Omnia quæ dicta sunt, plena sunt sacramentis, & spiritualia præferunt documenta. *Pulcherrima dicuntur sua propria dicatore.* Lapides. Singuli lapides sunt singuli fideles, quadrati, quadrati stabilitate fidei, firmi virtute patiendi. Cæmentum est Charitas, quæ singulos copulat, coniungit, & viuificat: & ne per aliquam discordiam inuicem discrepent, vniformiter æquat. Cæmentum. Fundamentum sunt prophetę & Apostoli, sicut scriptum est. Superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Fundamentum. Ephe. 2. Parietes sunt contemplatiui, Christo fundamento, quod superius est vicini, terrena deserentes, cęlestibus adhærentes. Parietes. Tectum in hoc spirituali ædificio non sursum eminet, sed deorsum pẽdet, in hoc ab ædificio materiali diuersum, & ab ipso talis dispositionis dissimili modo remotum. Tectum. Tectum sunt actiui, terrenis actionibus proximi, propter suam imperfectionem minus cęlestibus intendentes, & necessitati proximorum res terrenas administrantes. Longitudo sanctæ ecclesiæ consideratur secundum diuturnitatem temporum. Lõgitudo. Latitudo secundum multitudinem populorum. Latitudo. Altitudo secũdum differentiam meritorum. In longitudine enim porrigitur, dum secundum tria tempora, tempus naturalis legis, & tempus scriptę legis, & tempus gratiæ a primo iusto vsque ad vltimum iustum extenditur. In latitudinem distẽditur, dum multorum populorum numerositate dilatatur. Altitudo. In altitudinem erigitur, dum per differentiam minorum & maiorum eleuatur. Possumus dicere etiam, quòd longitudo sanctæ ecclesię est ab Oriente vsque ad Occidentẽ. Latitudo a Septentrione vsq; ad Meridiem. De longitudine dictum est. Venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno cęlorum. Matt. 8. De latitudine dictum est. Dicam Aquiloni, da: & Austro, noli prohibere. Esa. 43. De vtraq; dictũ est. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Esa. 60. Altitudo etiam secundum gradus dignitatis consideratur. In altum enim erigitur, dum super laicos ordo sacerdotalis, & super sacerdotalem episcopalis, & super hũc archiepiscopalis, & super omnes deniq; papa episcopus Romanorum collocatur. E Sacrarium significat ordinem virginum. Sacrariũ. Chorus ordinem continentium. Chorus. Nauis ordinem coniugatorum. Nauis. Strictius nanque est sanctuarium q̃ chorus, & chorus quàm nauis, & pauciores sunt virgines q̃ continentes, & continentes quàm coniugati. Sacratior est etiam locus sanctuarium quàm chorus, & chorus q̃ nauis. Sic dignior est chorus virginum quàm ordo continentium, & dignior ordo cõtinentium quàm coniugatorum. Atrium sunt falsi christiani, qui sunt sanctificati in eo q̧ baptizati, sed pleni sunt putredine cadauerum, quia sunt pleni corruptione vitiorũ. Atrium. De hoc atrio scriptum est. Atrium, quod foris est, noli metiri, quia proiectum est, & datum Gentibus: Apo. 11. quia falsi Christiani damnabuntur cum Gentibus, & dabuntur ad puniendum dæmonibus. F Altare Christus est, super quem non solum sacrificia bonorum operum, sed etiam orationum offerimus dicentes. Altare. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c. Turris est nomen Domini sicut scriptum est. Turris. Turris fortissima nomen Domini, ad eam fugiet iustus & saluabitur. Prou. 18. Signa sunt prędicatores, qui verba Dei loquuntur. Campanę. Fenestræ vitreæ sunt viri spirituales, per quos nobis diuina cognitio illucet. Vitreæ. Interior dealbatura significat munditiam cordium. Exterior Dealbatio.

munditiam

mundiciam corporum. Duodecim cærei duodecim
Cęrei.12. sunt Apostoli, qui vexillum crucis, & fidem passionis Christi prædicauerunt per quatuor partes mun-
G di. Habet ergo sancta ecclesia singulos lapides per
Epilogus. singulos fideles, cæmentum per charitatem, fundamentum per prophetas & Apostolos, parietes per cōtemplatiuos, tectum per actiuos. Habet longitudinē per diuturnitatem temporum, latitudinem per multitudinem populorum, altitudinem per differentiam meritorum, sacrarium per ordinem virginum, chorum per ordinem continentium, nauem per ordinem coniugatorum. Habet altare Christum, turrim per nomē Domini, signa per prędicatores. Habet vitreas fenestras per viros spirituales, interiorem dealbaturam per munditiā cordiū, exteriorem per munditiam corporum. duodecim cæreos per duodecim Apostolos. Sequitur pōtifex, qui significat Christum, qui circuiuit ecclesiam suam, primum in tempore naturalis legis admonendo eam per patriarchas. Deinde in tempore legis scriptæ admonendo eam per prophetas. Deinde in tempore gratię per se metipsum eam circuiuit & introiuit, foris eam eru diendo per doctrinam, intus sanctificando per gratiam. In primo circuitu dixit. Carnem cum sanguine non comedetis. In secundo dixit. Non occidetis.
Matt. 5. In tertio dixit. Qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Multi autem existimantur in hoc spirituali ędificio per sanctitatē contineri, qui longe ab ipso per
Extra ecclesiā qui sint. prauitatem sunt remoti. Extra ipsum sunt immundi, fornicarij, concubinarij, adulteri, incestuosi, ebriosi,
Matt. 5. fœneratores, auari, fures, rapaces, odiosi, homicidæ, mendaces, periuri, & qui dicunt fratri suo fatue: qui vident mulierem ad concupiscendum eam. Nec ipsius sunt lapides, qui charitatis non sunt participes. Talem igitur vitam fratres agamus, vt Dei lapides esse possimus. Quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat per omnia sęcula sęculorum. Amen.

¶ *In dedicatione ecclesiæ tropologice. Sermo. II.*

H
Psal. 45. Sanctificauit Dominus tabernaculum suum. Tabernaculum Domini secundum sensum tropologicum est anima. Habet autem ipsa anima, quæ tabernaculum Domini dicitur, lapides suos, cæmentum suum, & cætera, quæ ad cōstructionem ecclesiæ pertinent, sicut ea in præcedenti sermone
Lapides. disposuimus. Lapides istius tabernaculi sunt singulę virtutes per exercitationem bene politæ, & per immobilitatem contra vitia stabiles. Cæmentum est
Cæmentum. Charitas, per quam cęterę virtutes complectuntur,
Fundamētum. vniuntur, ęquantur, & continentur. Fundamentum Christus est, sicut ait Apostolus. Fundamentū aliud
1. Cor. 3. nemo ponere potest pręter id, quod positū est quod
Parietes. est Christus Iesus. Habet parietes per contemplationem cælestium bonorum, per quam fundamento suo, id est Christo a terrenis affectibus elongata vicinius inhęret. Habet etiam tectum per bonam
Tectum. actionem, per quam indigentibus temporalia pro
Lōgitudo æternis administrat. Habet longitudinem per fidem per quā cuncta quæ Deus per se, per angelos, per homines fecit ab initio vel facturus est vsque in finem vera esse credit. Habet altitudinē per spem, per quā Altitudo.
erigitur a terrenis ad cælestia, a transitorijs ad æterna, a visibilibus ad inuisibilia, a corporalibus ad spiritualia. Habet latitudinem per charitatem, per quam Latitudo.
dilatatur dextrorsum & sinistrorsum, dextrorsum ad amicos, sinistrorsum ad amicos diligēdos in Deo, ad inimicos diligendos propter Deum. Habet sacrariū, per hoc quod facta est ad imaginem Dei. Sicut I Sacrariū.
enim in ædificio ecclesiæ, sacrario nihil est dignius, sic in anima diuina imagine nihil est sanctius, nihil nobilius, aut excellentius. Habet chorum, per hoc Chorus.
quòd facta est ad similitudinē Dei. Sicut namque in ecclesia post sacrarium chorus primus inuenitur, sic in anima post diuinam imaginem diuina similitudo sublimior intelligitur. Habet nauem suam per Nauis.
sensualitatem, sicut enim in naui ecclesiæ consistūt coniugati, sic in sensualitate continentur quinque sensus corporis nostri, qui bene dicuntur coniugati, quia in terrenis rebus habent & per exercitationem cognitionis propagationem, & per experimentum naturalis delectationis voluptatem. Habet atrium per carnem, in qua sunt quasi cadauera mortuorum originales fomites vitiorum. Habet altare Atrium.
cor suum, de quo scriptum est. Cor contritum & Altare. Psal. 50.
humiliatum Deus non despicies. Habet vitreas fenestras sensus spirituales, per quos radio veri Solis Vitrinæ.
illustratur, & a cæcitate ignorantiæ suæ liberatur. Habet turrim nomē Domini de qua scriptum. Turris fortissima nomē Domini, ad eā confugiet iustus, Turris. Prou. 17.
& saluabitur. Habet signa per prædicationem, Cāpanæ.
per quam ad cultum Dei conuocat elongatos. Habet interiorem dealbaturam per munditiam Dealbatura.
cordis, exteriorem per munditiam corporis. Habet duodecim cæreos, quibus illuminatur secun- Cærei.12
dum doctrinam duodecim Apostolorum, per quam ad fidem per bonam operationem erudi-
tur. Habet pontificem sanctam Trinitatem. Circuit K
eam Pater per potentiam, Filius per sapientiam, Spi- Pontifex.
ritus sanctus per benignitatem. Pater per potentiam incutit timorem, filius per sapientiam confert cognitionem, Spiritus sanctus per benignitatem confert consolationem. Pater dicit. Ego feci cœlum & terrā, Pater.
mare & omnia quæ in eis sunt. Ego angelis peccātibus non peperci. Ego Adam de paradiso proieci. Ego primordiale genus diluuio perdidi. Ego Sodomam & Gomorrhā subuerti. Ego pharaonem cum exercitu suo submersi. Ego populum Israeliticum peccantem punui: mihi aperi ne sic faciam tibi. Filius dicit. Ego sum sapientia Dei, qui ex ore Altissimi prodiui: ego attingo a fine vsque ad finem fortiter. Ego sum sermo Dei viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: mihi aperi ne forte non parcam tibi. Spiritus sanctus dicit. Ego Filius.
a patre & filio procedo, amor vtriusque, lapsorum subleuator, dolentium consolator: mihi aperi Spiritus sanctus.
si vis spirituali gaudio lætificari. Isti tamen tres L
sicut sunt vnus Deus, sic sunt pontifex vnus. Sanctificatio animæ
Sanctificat itaque Trinitas ecclesiam istam intus Epilogus.
& foris. Intus ab inquinamento spiritus, foris ab inquinamento carnis. Habet ergo ecclesia ista, id est anima lapides per virtutes, cæmentum per chari-

charitatem, fundamentum per Chriſtum, parietes per cõtemplationem, tectum per bonam actionem, longitudinem per fidem, altitudinem per ſpem, latitudinem per charitatem, ſacrarium per hoc quòd facta eſt ad imaginem Dei, chorum per hoc quòd facta eſt ad Dei ſimilitudinem, nauem per ſenſualitatem, atrium per carnem, altare per cor contritum. Habet & vitreas feneſtras per ſenſus ſpirituales, turrim per nomen Domini, ſigna per prædicationem, interiorem dealbaturam per mũditiam cordis, exteriorem per munditiam corporis, duodecim cæreos per duodecim Apoſtolorum doctrinam. Pontifex eius eſt Trinitas ſãcta.

Exhortatio.

Conetur igitur fratres chariſſimi vnuſquiſque veſtrum, conetur, inquam, vt ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt tabernaculũ Dei fiat, vt in ipſo dignetur Deus habitare. Magnus eſt enim honor, magna ſecuritas, magna gloria Deum in ſe habere habitatorem. Prouidendum itaque nobis ſummopere eſt, vt tales ſimus intus & foris, intus per fidem, foris per bonam operationem, vt Dominus maieſtatis ad nos venire, & apud nos dignetur facere manſionem. Sed quia tales ſine eius gratia eſſe non poſſumus, ipſam inceſſanter neceſſe eſt imploremus. Ipſe namq; dabit gratiam, & non ſolum gratiam, ſed & gloriam: gratiam in via, gloriam in patria: gratiam in mundo, gloriam in cœlo: gratiam in præſenti, gloriam in futuro: gratiam in itinere, gloriam in peruentione: gratiam in tempore, gloriam in æternitate: gratiam in iuſtificatione, gloriam in beatitudine: gratiam in merito, gloriam in meriti præmio, in qua viuit & regnat per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

¶ *In dedicatione ecclesiæ anagogice.*
Sermo. III.

M
Pſal. 147.

LAuda Hieruſalem Dominum. Hieruſalem ciuitas ſancta, & ciuitas ſancti, ſancta eccleſia eſt: quæ ſicut ciuitas ędificatur, & ædificata diuerſis ornamentis ornatur. Habet hæc ciuitas ſancta, id eſt eccleſia lapides ſuos, murum ſuum, turres ſuas, ædificia ſua, portas ſuas.

Lapides.

Habet lapides, ſcilicet fideles, qui ſicut per cœmentum lapis iungitur lapidi, ſic per charitatem iunguntur ſibi.

Murus.

Habet murũ per munimen virtutum, quibus ipſa contra vitia firmatur, ne vitia irruentia auferant illi ſpiritualia bona.

Turres.

Habet turres per illos, qui ſunt in contemplatione ſublimes. Quaſi nanque turres in ſancta eccleſia leuantur, dum perfecti quiq; relictis terrenis ad cęleſtia per contemplationem ſublimantur.

N
Aedificia.

Habet ędificia minora, habet maiora, habet maxima. Minora habet ædificia per vitam coniugatorum, maiora per vitam continentium, maxima per vitam virginum. Vita namque coniugatorum per terrenorum actionem, & generandi voluptatem circa ima ſubſiſtit. Vita vero cõtinentium per virtutũ exercitationem, & bonorum operũ exhibitionem ad altiora ſe ſubrigit. Vita vero virginum per cordis puritatem, & carnis integritatem ad cęleſtia ſe extollit. Habet ędificia lapidea, habet eburnea. Lapidea habet per illos, qui ſunt in fide firmi, eburnea per illos, qui ſunt caſtitate nitidi.

Lapis.
Ebur.
Portæ.
O

Lapis nanque per firmitatem ſignificat fidem, Ebur vero per naturæ frigiditatem ſignificat caſtitatem. Habet portas diuerſas, per quas diuerſæ nationis & conuerſationis homines a ſe dudum remotos inducit, & ciues ſuos & domeſticos facit. Habet portas, portam gregis, portam piſcium, portam veterem, portam vallis, portam ſtercoris, portam fontis, portam aquarum, portam equorum, portam iudicialem. Quarum myſticam ſignificationem vobis breuiter prout dominus dedit adnotabo.

Gregis.

Porta gregis erat illa, vbi erat probatica piſcina.i.ouilis piſcina, quia ibi abluebantur carnes ouium, quæ in ſacrificio ponebantur. Porta vero gregis, eo quòd ouis innocens animal eſt, ſignificat innocentiam. Per hanc itaque portam inducuntur nocẽtes & fiunt innocentes, nocentes per culpam, innocentes per iuſtitiam. Per culpam foris, per iuſtitiam intus. Foris lupi, intus oues, Lupi per rapacitatem, oues per ſimplicitatẽ. O quàm bona porta, in qua talia fecit dextera excelſi.

Piſcium.

Porta piſcium vocabatur porta illa, per quam piſces de mari venientes inferebantur. Porta iſta ſignificat pœnitentiam, quæ quaſi vnam columnam habet hinc per compunctionem cordis, alteram inde per confeſſionem oris, tectum vero deſuper ſatisfactionem operis. Per iſtam vero inuehuntur inquietudine ſeculi præſentis agitati, ſalo. ſ.amaricati, fœtore corrupti, vndoſitate elati, ſquamis veteris hominis hiſpidi, cœno carnalis delectationis polluti, a luce veri Solis alieni, rete beati Petri vel eius vicem agentium de fluctibus mundanis educti, & in ſanctam Hieruſalem, id eſt eccleſiam, ſquamis peccatorum detractis inducti. Sunt tamen quidam, qui ad ſimilitudinem anguillarum pelle veteris hominis ſe ſtringentes, luto vitiorum inhærentes, vel ſępe vel ſemper rete dominicum effugiunt, & ſurſum ad lucem veritatis non veniunt, vt ibi mortificentur ſibi, viuificenturque, & viuant Deo.

Vetus.
1. Ioan. 2.

Porta vetus charitas eſt, Sicut ſcriptum eſt. Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. Per hanc portam intrant, qui ſe de amore ſeculi transferunt ad amorem Dei. Per hanc intrauit beata Maria Magdalenę, quæ poſt tot & tanta carnis ſcandala facta eſt ex lebete phiala, de vaſe contumeliæ in vas tranſlata gloriæ.

Vallis.

Porta vallis, quæ erat contra vallem Ioſaphat, ſignificat humilitatem. Per hanc intrant illi, qui de ſuperbia diaboli redeunt ad humilitatem Chriſti. Foris ſublimes, intus humiles. Foris ſimiles cedro, intus hyſſopo. Cedro per elationem, hyſſopo per humilitatem. Per elationem auerſi, per humilitatem conuerſi, id eſt a Deo auerſi, ad Deum conuerſi.

Stercoris.

Porta ſtercoris, quæ erat in inferiori parte ciuitatis, per quam purgationes eliminabantur, ſignificat excommunicationem. Per hanc non inducuntur, ſed eijciuntur prophani, qui ſunt ſtercora per culpam & proijciũtur per vindictam, ſtercora proprio facto, proijciuntur verbo diuino. Non enim decet vt accubet hœdus cum agno, peccator cum iuſto, immundus cum mundo, adulter cum Chriſto, ne fortè iuſtus prouocatus exemplo peccatoris extendat ad

Fontis Siloe. iniquitatem manus suas. Porta fontis dicta est, quia erat contra fontem Siloe, Siloe interpretatur missus, & significat Christum, quem misit pater ad salutem generis humani. O quàm bonus fons. Fons iste sapientiæ uerbum Dei in excelsis, cuius riuulo potantur sitibundi, satiantur famelici, reuocantur abiecti, sanantur ægroti, reconciliantur inimici, liberantur captiui iustificantur impij, beatificantur miseri? Porta ergo Siloe fides est Christi. Qui extra hanc portam sunt, sunt infideles, qui intra sunt, sunt fideles. Infideles membra diaboli, fideles membra Christi. Membra diaboli diabolo vnita, cum diabolo damnanda, vnita per culpam, damnanda per pœnam. Membra Christi Christo vnita per fidem, cum Christo beatificanda per gloriam. Porta aquarum significat compunctionem. Aquarũ. Qui hanc ingrediuntur, in hac abluuntur. Extra hãc sordidi, intra hanc mundi, extra nigri, intra candidi, extra hœdi, intra agni. Porta equorum significat vitiorum refrenationem. Equorũ. Qui per hanc ingrediuntur, cohibent freno temperantiæ impetum iræ, hiatum auaritiæ, voracitatem gulæ, fluxum luxuriæ. Porta iudicialis significat discretionem. Iudicialis. Per hanc qui ingrediuntur, discernunt inter sanctum & profanum, mundum & immundum, verum & falsum, bonum & malum, iustitiam & culpam, veritatem & mendacium, honestum & inhonestum. Epilogus. Habet itaque sancta ecclesia murum per munimen virtutum, turres per illos qui sunt in contemplatione sublimes, diuersa ædificia per diuersa bene viuentium merita, portas diuersas per diuersas gratiæ cœlestis operationes, portam gregis per innocentiam, portam piscium per pœnitentiam, portam veterem per charitatem, portam vallis per humilitatem, portam stercoris per excommunicationem, portam fontis per fidem, portã aquarum per compunctionem, portam equorũ per vitiorum refrenationem, portam iudicialem per discretionem. Beati qui ingrediuntur per portas istas. Studeamus fratres charissimi, studeamus tã gloriosæ ciuitatis ciues esse, & in ipsa Dño Deo nostro sacrificium laudis immolare, offerentes illi vitulos labiorum nostrorum, qui viuit & reg. per o.s.s. Amen.

¶ *In natiuitate beatæ Mariæ. Sermo. IIII.*

P

AVe maris stella. Præsens seculum fratres charissimi mare est. Mundus mare est. Ad similitudinem nanq; maris fœtet, tumet, salsum est, & instabile. Fœtet per luxuriam, tumet per superbiam, instabile est per curiositatem. Pulcher. Discursus pro Concionate. Oportet itaq; fratres charissimi habere nauem, & ea, quæ ad nauem pertinent, si tam periculosum mare sine periculo transire volumus. Oportet nos habere nauem, malum, velum, & duo ligna inter quæ velum extenditur, superius & inferius cherucum, quem gallum vocum observantem vocare possimus, debemus habere chordas, remos, gubernaculum, anchoram, escam nobis necessariam, Rete etiam habeamus, vt aliquem piscem extrahere valeamus. Nauis. Videte quid ista significent. Nauis significat fidem, quæ in Abraham, qui fuit prima credendi via, quasi in vno ligno initium cepit, & adhuc in Isaac & Iacob satis aucta fuit. Cœpit autẽ postmodũ dilatari nauis ista secundum propagationem decem tribuum. Numerus credentium quanto magis creuit, tanto magis nauem fidei dilatauit. Deinde post transitum maris rubri suscipientibus filijs Israel legem Dei, & in ipsis in terra promissionis postmodũ multiplicatis amplius est dilatata. Deinde veniente Christo, & ipso pro genere humano passo, & in omni terra sono apostolicæ prædicationis audito, postquã plenitudo gentium intrare cœpit, multum nauem istam dilatauit. In tempore autem Antichristi refrigescente charitate multorum, falsis fidelibus exclusis rursus in altum reducetur & constringetur, & sicut in Adam in prora fidei fuit primum lignum, sic vltimus iustus in puppi eius erit vltimum lignum. Sane quicunque ab initio mare præsentis seculi salubriter transfretauerunt, quicunq; pericula eius euaserunt, quicunque ad portum salutis peruenerunt, omnes naui fidei nauigauerunt, & transierunt. Q Fidei præconia gratiosa. Fide gratiorem hostiam Abel obtulit Deo quam Cain, per quam testimonium consecutus est esse iustus, & per illã defunctus adhuc loquitur. Fide Henoch placuit Deo, & trãslatus est. Fide Noe aptauit arcam in salutem domus suæ. Fide qui vocatus est Abraham obediuit exire in locum quem accepturus erat. Fide Sara sterilis accepit virtutem conceptionis. Fide Isaac singulos filiorum benedixit. Fide Ioseph moriens de reuersione in terram promissionis filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis illuc asportandis mandauit. Fide Moyses natus occultatus est. Fide se filium filiæ Pharaonis negauit. Fide Pascha celebrauit. Fide filij Israel mare rubrum transierunt. Fide muri Iericho corruerunt. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim meridies narrantem de sanctis antiquis, qui per fidem Heb. 11. vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Quorum alij obturauerunt ora leonum vt Daniel. Alij extinxerunt impetum ignis vt tres pueri. Conualuerunt de infirmitate vt Iob, Ezechias. fortes facti sunt in bello vt Iosue, Iudas Machabæus. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos vt per Eliam, & per Eliseum. Alij distenti sunt non suscipientes a morte temporali per transgressionem legis redemptionem, sicut septem fratres qui in libro Machabæorum passi leguntur. Alij lapidati sunt vt Hieremias in Ægypto, Ezechiel in Babylone. Secti sunt vt Esaias. In occisione gladij mortui sunt vt Vrias, Iosias. Circuierunt in melotis vt Elias, & alij eremicolæ. Et ij omnes, & multi alij fide pericula præsentis seculi transierunt, eo quòd testimonio fidei probati inuenti sunt. R Istius nauis tabulæ sunt sacræ scripturæ sententiæ, & ad eius fabricationem alias tabulas nobis tradit vetus testamentum, alias nouum. Nauis tabulæ. Claui, quibus istæ tabulæ compinguntur, idest sententiæ coniunguntur, authoritates sunt sanctorum, quibus concordant ea, quæ cõtinentur in serie duum testamentorum. Claui. Istæ tabulæ exciduntur per lectionem, dolãtur per meditationẽ. Malus, qui in altum dirigitur, significat spem, per quã leuamur ad cœlestia quæ̃da & sapiẽda, Malus. Coloss. 3. Sicut scriptum

ptum est. Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terrã, quæ sursum sunt sapite, vbi Chrs est in dextera Dei patris. Velum charitas est, quæ extenditur, an torsum, dextrorsum, sinistrorsum. Antorsum p desideriũ futurorũ, dextrorsum per dilectionẽ amicorũ, sinistrorsum per dilectionem inimicorũ. Duo ligna superius & inferius significant, rationem & sensualitatẽ, rationem superius, inferius sensualitatẽ. Debet charitas superius firmari per rõnẽ, & immobiliter teneri, inferius vero p sensualitatẽ non solũ teneri, sed & moueri, quia p eã debet in bona actione exerceri. Sic etiã fit in naui materiali, quia lignũ superius non mouetur, & lignũ inferius mouetur. Galliculus significat discretionem spirituũ. Ad hoc.n. galliculus, vel aliud aliquid vice eius malo superponitur, vt eo qs ventus vel vnde spiret discernatur. De hoc itaq; gallo. i. spirituũ probatione scriptum est. Probate spiritus vtrum ex Deo sint. Et itẽ, Alij datur discretio spirituum. Chordæ sunt virtutes, humilitas, patientia, compassio, modestia, castitas, continentia, constãtia, mansuetudo, bonitas, prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia. Istæ chordæ, id est virtutes per exercitationẽ debent semper extendi vt per eam nostræ spei malus possit firmari. Nullum.o. malus spei põt habere firmamentum, si exercitationem contingat deesse virtutum. Sequuntur remi, qui de naui emittuntur, & in aquas demittuntur, per quos bona opera significantur, quæ de fide procedũt, & in aquas id est proximos se extendunt. Aquæ enim sunt populi, qui oriuntur per natiuitatem, fluũt per mortalitatem, & effluũt per mortem. Debemus autem habere remos istos non solum a dextris, vt bona faciamus his, qui nobis bene faciũt tm̃, sed etiam a sinistris, vt benefaciamus & his, qui nobis malefaciunt, sicut scriptum est. Benefacite his, qui vos oderunt. Et si esurierit, inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Gubernaculum quo nauis dirigitur, significat discretionẽ, quæ nos in directum ducit, ne vel a dextris dessoluamur per prospera, vel a sinistris frangamur per aduersa. Anchora nostra humilitas est, quæ ad ima demittitur, per quam nauis nostra stabilitur, ne fortè flante vento diabolicarum suggestionum, & turbante mare cogitationum nostrarum nauis nostra concutiatur, & in profundum demergatur. Debet ergo nauis fidei nostræ per humilitatem firmari & stabiliri, vt in tempore tẽtationis habeat firmum statum quamuis habere non possit liberum cursum. Escam habere debemus per scripturarum lectionem. Istam escam non appetunt mali, sicut scriptũ est. Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis, ista bonis tribuitur, sicut scriptum est. Misit verbũ suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Rete significat prædicationem. Istud rete debemus sine cessatione exercere, & eo homines pλentes sæculi fluctibus submersos extrahere, & squamis peccatorum detractis dño nostro Iesu Christo præparare. Debemus quoque more nautarũ celeusma cantare per diuinæ laudis modulationem, sicut Psal. ait. Benedicam Dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Post hæc omnia necessarius est nobis ventus, qui significat Spiritus sancti aspirationem, vt per ipsam dirigamur ad portum quietis, ad medicum salutis, ad terram promissionis, ad domum æternitatis. Debemus igitur fratres charissimi habere nauẽ per fidem, malum per spem, velum per charitatem, galliculum per probationẽ spirituum, chordas per exercitationem virtutum, remos per exhibitionẽ bonorum operũ, gubernaculum per discretionem, anchoram per humilitatem, escam per scripturarũ meditationẽ & lectionẽ, rete per prædicationẽ, & celeusma debemus cantare per laudis Dei iubilationem. Dñs autẽ dabit ventũ per sui spiritus aspirationẽ. Omne.n. datũ optimũ, & omne donũ perfectũ de sursum est descẽdẽs a patre luminum. Lumina sunt dona. Pater luminũ actor, largitor, & distributor donorũ. Datũ optimũ significat dona naturæ, donũ perfectũ significat dona gratiæ. Ipse itaq; dabit nobis ventũ prosperum. i. Spiritũ sanctũ, qui nobis dedit cætera bona, siue illa, quæ sunt per naturã, siue illa, quæ sunt nobis data per gratiam. Vt autẽ fratres charissimi mare istud salubriter trãseamus maris stellam. i. Beatam Mariam sæpissime salutemus, & salutantes inuocemus dicentes. Aue maris stella. More quoque nautarum fundamus semper preces ad beatam Mariam, & ad eius filium. Multa sunt enim impedimenta nostra sicut egregius versificator testatus est dicens.

Margin: Velum. Antennæ. Gallus in mali summo. 1. Ioan. 4. 1. Cor. 12. Chordę seu funes & cameli. Remi. Aquæ. Matt. 5. Rom. 12. Gubernaculum. Anchora. Escæ. Psal. 106. Psal. 106. Rete. Celeusma. Psal. 33. Ventus. Epilogus. Iacob. 1. Maria vie go. Versus ocͨto syllabi. Amus. 4.

Sæuit mare, fremunt venti.
Fluctus surgunt turbulenti,
Nauis currit, sed currenti.
Tot occurrunt obuia.
Hinc syrena voluptatis,
Draco, canes, cum piratis
Mortem penè desperatis,
Hæc intentant omnia.
Post abyssos nunc ad cœlum,
Furens vnda fert phaselum,
Nutat malus, fluit velum,
Nautæ cessat opera.
Contabescit in his malis
Homo noster animalis:
Tu nos mater spiritalis
Pereuntes libera
Iesu sacri ventris fructus,
Nobis inter mundi fluctus.
Sis via, dux, & conductus
Liber ad cœlestia.
Tene clauum, rege nauem,
Tu procellam sedans grauem.
Portum nobis det suauem
Pro tua potentia,
Ex te natus, nobis datus,
Qui Deus regnat beatus,
Per immensa secula. Amen.

§ *In Aduentu Domini.* Sermo. V.

Paratus esto Israel in occursum Domini, quoniam venit. Sicut facer est omnis, fratres charissimi, locus inquantum est locus, sic sacrum est omne tempus inquantũ est tẽpus. Dicimus tñ aliqñ respectu alterius loci bonus aut malus est iste locus, & respectu alterius temporis bonum aut malum est

iſtud tempus, q̃uis propter locũ & tempus non dici
mus hæc vel illa, ſed pp loco & tẽpori accidentia. Si-
cut igitur alius locus dr̃ minus ſacer propter perpe-
tratam culpam, & alius magis ſacer propter operan
tem inibi gratiam: ſic aliquod tempus minus ſacrũ
dr̃ propter factã in ipſo aliquam iniquitatem, & ali-
quod magis ſacrũ nominatur pp aliquã in ipſo exer
cendam religionem. Omne tñ ſacrum eſt ipſ inquã
tum eſt tempus, & omnis locus ſacer eſt inquãtum
eſt locus. Eſt itaq; fratres modo tẽpus aduentus dñi-
ci, in quo debemus per aliquã ſpũalem religionem
pparari. Tempus eſt, in quo venit Deus hõ ad homi
nem pro homine redimendo, liberando, iuſtifican-
do, beatificando. Redimendo de culpa, liberãdo de
pœna, iuſtificando per gratiam, beatificando p glo-
riam. In hoc itaq; tam ſacro tẽpore debemus in bo-
no propenſius exerceri, vt per eius gratiam merea-
X mur abundantius viſitari. Certe ſi rex dignaretur ad
nos venire, & nobiſcum facere manſionem, diligen
ter & nos, & noſtra in eius ſuſceptionem præpara-
remus. Studeamus ergo fratres, qui adhuc foris for-
ſitan ſeruilibus operibus deſeruimus, ſtudeamus do
mũ cordis noſtri intrare, feneſtras eius aperire, quid
ibi deceat, & quid non deceat inſpicere, telas aranea
rum deponere, ſcopis aream mundare, lutũ & paleã
eijcere, iunco recenti, herbis odoriferis, floribus re-
dolentibus mundatam tegere, cortinis varijs parie-
tes ornare, feſtiuis veſtibus nos induere, ſolẽne con-
uiuium inſtaurare, & iucundis deinde cantibus in
occurſum eius exultare. Si extra nos fuimus ſeruili-
bus operibus ideſt peccatis intenti, reuertamur ad
Fſa.46. cor noſtrum, ſicut propheta docet dicens. Redite p̃-
Feneſtræ domus noſtræ. uaricatores ad cor. Feneſtræ huius domus ſunt ſen-
ſus ſpirituales, per quos diuina cognitio nobis irra-
diat, & penetralia noſtræ mentis illuſtrat. Has fene-
Y ſtras per diligentem circumſpectionem aperiamus,
vt quid ibi ſit bonum, quid malũ diſcernamus, bo-
Araneatũ telæ. num cuſtodiamus, malum eijciamus. Aranearum te
læ, quæ tenues ſunt, & in altum pendent, mentis hu
manæ deſignant elationem. Alius eleuatur propter
Pulchra de faſtu hominis. nobilitatem generis, alius pp florem pulchritudinis,
alius pp robur fortitudinis, alius pp cumulum poſ-
ſeſſionis, alius propter faſtum poteſtatis, alius pro-
pter maiorem ſibi collatam prærogatiuam gratiæ cę
leſtis. Sed quiſquis ſuperbit, quaſi telas araneatũ ina
nes in altum texit. Deponamus fratres has telas per
elationis depreſſionem. Sicut Apoſtolus præcipit di
Rom. 11. cens. Noli altum ſapere, ſed time. Mundemus quo-
que aream cordis noſtri, eijciẽtes paleam & lutum.
Lutum. Lutum inquinat, palea tranſuolat. Ideo lutum ſigni-
Palea. ficat immũditiam, palea vanam gloriam. Eijciamus
hoc & illam per cordis compunctionem, & oris cõ-
ſeſſionem. Denique quaſi quodam iunco tegamus
Iuncus. aream cordis per ſatisfactionem penitentię, nequid
tranſactæ terrenæ & carnalis vitæ in nobis appareat.
Sicut Dauid dicit. Beati quorum remiſſæ ſunt ini-
Pſal. 31. quitates, & quorum tecta ſunt peccata. Herbas quo-
Herbę odoriferæ. que odoriferas, & flores redolentes habeamus per
bonam opinionem, vt cum Apoſtolo dicere poſſi-
2. Cor. 2. mus Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco.
Variæ cortinæ ſunt virtutes diuerſæ. Has extendere
Cortinæ. debemus per virtutum exercitationem. Cortina
alia viridis, alia hyacinthina, alia crocea, alia nigra,
alia rubra, alia candida. Viridis ſignificat fidem, quia Pulchre diſcurre re & ócionator pũt.
ſicut in rebus de terra naſcentibus viror primum
ſenſui occurrit, ita fides omnium virtutum prima
conſiſtit. Prima dico ordine non dignitate. Omnes
enim virtutes Charitas dignitate præcedit, ſine qua
cæteræ nihil proſunt. Hyacinthina ſpem cęleſtium
deſignat, eo quòd colorem cęli & aeris purioris in
ſe demonſtrat. Per crocei coloris cortinam charitas
figuratur, eo quòd croceus color flammam imita-
tur. Cortina nigra humilitatem inſinuat, quæ ſibi
nigredinem peccatorum ſuorum ſemper repræſen-
tat. Rubra patientiam, quæ nonnunquam rubeſcit
ſanguine paſſionis. Candida deſignat munditiam, q̃ Z
ſemper ſine ſorde candeſcit. Cultiores veſtes fratres Veſtes cultæ.
bona deſignant opera. Sicut nanque pulchræ veſtes
homines foris coram hominibus decorant, ſic bona
opera ſanctum & iuſtum prædicant, & commẽdãt.
Nihil ergo his veſtibus circa nos glorioſius, nihil
pretioſius, nihil laudabilius, nihil vtilius. Iſtis ſtudea
mus indui, ſi in occurſu Domini volumus eſſe glo-
rioſi. Cibum debemus præparare per frequẽtiorem Cibus feſtiuus.
& ſolertiorem ſacræ ſcripturæ lectionem & medita-
tionem. Per hunc cibum anima roboratur, per hũc
impinguatur, per hunc in bono opere vires accipit,
& illas ad perfectum ſine defectu perducit. Sed & Cantica.
cantibus iucunditatem cordis in eius aduentu de-
monſtrare debemus. Sicut ſcriptum eſt. Benedicite
gentes Deum noſtrum, & auditam facite vocem lau
dis eius.

¶ Curemus ergo, curemus feneſtras huius do- Epilogus.
mus aperire per mentis circunſpectionem, telas ara-
nearum deponere per elationis depreſſionẽ, aream
ſcopare per criminis confeſſionem, iunco tegere per
pœnitentiæ ſatisfactionem, cortinas per parietes ex-
tendere per exercitationem virtutum, pretioſis veſti
bus indui per exhibitionem bonorum operum,
eſcas præparare per ſacrę ſcripturæ lectionem & me
ditationem, cantu pſallere per diuinæ laudis decan-
tationem. Taliter curemus præparari in occurſum
Domini, vt mereamur ab illo viſitari, Qui viuit &
regnat Deus.

¶ *In feſto cuiuſlibet ſancti.* *Sermo. VI.*

SAcra ſcriptura laudem decantans iuſti A
in capite libri, de ipſo dicit, Erit tanq̃ li Pſal. 1.
gnum quod plantatum eſt ſecus decur
ſus aquarum, quod fructum ſuum da
bit in tempore ſuo. Quærendum eſt Totum notabile.
nobis fratres chariſſimi quæ ſunt iſtæ aquæ, quis de
curſus aquarum, quę radix ligni, quis ſtipes, qui ra-
mi, quis cortex, quæ medulla, quę folia, qui flores,
qui fructus. Aq̃ iſtæ dona ſunt gratiæ, quibus Deus Aquę circa iuſtum.
iuſtum irrigat, vt creſcat & fructũ faciat. Decurſus
aquarum vices ſunt aſpirationum. Scriptum eſt. n. Ioan. 3.
Spiritus vbi vult ſpirat, & neſcis vnde veniat, & quò
vadat. Affluit nobis itaque Spiritus ſanctus, & de-
fluit, accedit, & recedit. Affluit ad noſtram iuſti-
ficationem, defluit ad noſtram humiliationem. Ac-
cedit vt creſcamus, recedit ne ſuperbiamus. Vt
creſcamus virtute, ne ſuperbiamus de virtute pro-
pter

pter gratiam abundantem. Fons Christus, flumina dona, quibus iustus vegetatur, augmentatur, cōsummatur per perfectionem. Radix arboris huius est fides, quæ est origo & fundamentum aliarum virtutū, & radix bonorū operum. Per istam radicē iustus in Deo plantatur, sine qua nullū fructū bonum profert. Sicut Apostolus ait. Sine fide.n. impossibile est placere Deo. O q̄ bona radix ista, quā sumit initium boni, vita iusti. Stipes designat spem supernorū bonorum, per quam erigimur & roboramur a transitorijs ad æterna conscendentes. Rami charitatem insinuant, quæ sursum erigitur per dilectionem Dei, & in latum extenditur per dilectionem proximi. Medulla, quæ intrinsecus latet occultam significat cordis intentionem. Cortex, qui patet manifestam bonæ conuersationis superficiem. Intenoo cordis ad solam spectat conscientiam, superficies vero conuersationis eoā ad famam, istam iudicat solus Deus, illā etiam proximus. Propterea ista prodest tm̄ tibi, Illa vero prodesse pōt, & alteri, si te tn̄ velit imitari. Folia quibus vestitur significant bonam actionem, ꝑ quā iustus circundatur & ornatur. Viror foliorum exprimit eiusdem actionis perseuerantiā & perpetuitatē. Flores pp suam redolentiam significant bonam famam. Istos flores arbor illa frondosa & fructifera, q̄ in cœlum comas extulit dicens, Nostra conuersatio in cœlis est, istos inquam flores illa habebat & redolebat, quando dicebat, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. De his floribus scriptum est. Melius est nomen bonum, quàm vnguēta pretiosa. De malis aūt. Nomen impiorum putrescet. Habet quoque fructum lignum istud, habet fructum extra fructum intra fructum supra. Intra in animo, extra corā proximo, supra in Deo. In animo per bonam cōsciētiam, coram proximo per doctrinam, in Deo p gloriam. Habet igitur lignū istud, iustus videlicet secus salutariū decursus aquarum plantatus radicem per fidem, stipitem per spem, ramos per charitatem, medullam per intentionem, corticem per conuersationis speciem, folia per bonam actionem, flores per bonam opinionem, fructum sicut superius dictum est, intus per conscientiam, foris per doctrinam, supra per gloriā.

Radix arboris iustæ. — Heb. 11. — Stipes. — Rami. — Medulla. — Cortex. — Folia. — Flores. — Phil. 3. — 2. Cor. 2. — Eccl. 7. — Fructus. — Epilogus.

B Talis fuit fratres carissimi iustus iste. Beatus enim hic, cuius hodie festa celebramus, cuius virtutes recitamus, cuius sanctitatem commendamus, cuius suffragium imploramus. Illuminamur verbo, formamur exemplo, munimur patrocinio. Tales esse fratres laboremus, & imitemur patrem filij, magistrum discipuli, dominum serui, milites ducem, oues pastorem. Sed quia nostris viribus talia facere non valemus, Dn̄m exoremus, qui omnib. dat affluenter & non improperat, vt flumine sapientiæ suæ, cuius impetus lętificat ciuitatem eius, nostri cordis ariditatem irrigare dignetur, vt fluant de ventre mentis nostræ flumina aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Per hanc enim aquam, si nostri cordis hortum irrigauerit, vegetabitur in nobis radix fidei, roborabitur stipes spei, erigentur & extendentur rami charitatis, producentur folia boni operis, flores bonæ opinionis, fructus iustificationis & glorificationis. Iustificationis in via, glorificationis in patria. Ad cuius patriæ ingressum absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum. Et dabit quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ.s. præparauit Deus diligentibus se, Qui viuit & regnat per o.s.s. Amen.

Iacob. 1. — Psal. 47. — Ioan. 7.

¶. *In festo Apostolorum.*
Sermo VII.

C Vi sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras? Beatorum fratres Apostolorū solēnia celebramus, in quorum ꝑconium, & laudem, & admirationem eorum dignitatem & excellentiam admiratus ꝓpheta diuinitus inspiratus, oraculo tali proclamauit dicens. Qui sunt isti &c. Huius igitur oraculi verba tam præclari tāq; diuina ad laudem & honorem & gloriam eorū de quibus dicta sunt, & vestram vtilitatē quibus dicenda sunt, exponenda prout Deus scientiarum Dominus dederit prompta deuotione aggredimur, spe consummationem promittimus. Qui sunt isti (inquit) qui vt nubes volant. Quia pulchre & conuenienter fratres charissimi sancti Apostoli nubibus comparantur, & per nubes significantur.

Esa. 60.

D Sicut oīque non solum ex sensu nostro, sed & ex verbis sanctorū colligimus, quatuor habent nubes proprietates, per quas beatorum Apostolorum quatuor designantur principales virtutes. Nubes enim pluunt & protegunt, coruscant & uolant. Sic Apostoli pluunt & protegunt, coruscant & volant. Pluerunt quando in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines or. ter. ver. eorum. Pluunt per prædicationem, protegunt per intercessionem, per miracula coruscant, per contemplationem volant. Vnusquisque pluit vbi prædicauit. pluit Thomas in India maiori. Bartholomæus in India minori. Simon & Iudas in Perside. Philippus in Scythia. Matthæus in Æthiopia. Marcus in Alexandria. Ioannes in Asia. Andreas in Achaia. Petrus in Cappadocia. Paulus in Græcia. Petrus & Paulus demum in Italia. Sic in principio gratiæ multo sono prędicationis salutarium verborum pluuiam effuderunt. Istam pluuiam desiderabat Psalmista quando dicebat. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Suscepit itaque terra idest genus humanum terrenis intentum superuenientem imbrem istum, & fecit fructum: fructum de quo scriptum est, fructum vero vitę æternæ. O quàm bonæ nubes istę, quarum imber terram sic inebriat, vt talem fructum faciat. Adhuc nubium istarum stillicidijs irrigamur salutaribus, quando eorum scripta legimus aut meditamur. Protegunt per intercessionem. Ipsi etenim se medios inter Deum & nos ponunt, ne Deus facinora nostra per iram videat, & nos per districti iudicij feruorem puniat. Sic Paulus nubes fuit, & gentes per eum conuersas sibi commissas protexit, quando pro eis gratias agebat, & sine intermissione orabat. Adhuc quoque & ipse, & alij nos protegunt, quādo pro salute nostra ꝓces ad Deum fundūt. Miraculis coruscant, mortuos suscitando, leprosos mundando, cæcos illuminando, & alios infirmos curando non solum in carne viuentes, sed & nunc cum Christo regnantes. Vo-

Nubium proprietates. — Notabile. — Psal. 18. — Psal. 142. — Ioan. 4. — Paulus.

latus significat cōtemplationem. Nūquid nō ille vo
Philip. 3. lauerat, qui dicebat. Nostra aūt conuersatio in cœlis est? Vere volauerunt, qui vsq; ad celi palatium cum Christo regnātes conscenderunt. Nubes igitur sunt Apostoli pluentes p prædicationem, protegētes per orationē, coruscantes per virtutem, volantes per contemplationem. Et quasi columbæ ad fenestras suas.
Columba Columba auis simplex est, nec intus habet iracundiā fellis, nec foris simulationem operis. Simplicitatem ergo veram significat. Fenestrę sensus corporis sunt,
Fenestræ. per quos egrediuntur interiora, & ingrediuntur exteriora. Sancti itaq; Apostoli quasi columbæ ad fenestras suas esse dicuntur, quia columbinam simplicitatem in suis sensibus habuisse dignoscuntur. Sequi
Tre 4. tur versus de laude eorū. Candidiores niue, nitidiores lacte &c. Possumus per niuem, quæ de cœlo venit, & super omne candidum albet, virgines, & per lac, quod de fœcunditate carnis nascitur, coniugatos noui testamenti accipere. Per ebur vero antiquum, eo quòd elephas animal est castissimum, cōtinentes veteris testamenti. Per saphirum, eo quòd cœli prætendat colorem, spirituales eiusdem testamenti viros recte possumus designare. Sancti autē Apostoli candi-
E
Apostolorum candor. diores sunt niue, nitidiores lacte, rubicūdiores ebore antiquo, saphiro pulchriores: quia & virgines noui testamenti angelicam vitam honestate castitatis imitantes, & coniugatos legitime conuiuentes mirabili dignitate præcellunt, & continentes veteris testamenti etiam martyrio rubentes, & spiritnales viros siue prophetas excellentia singulari transcendūt.
Matt. 13. Multi nanque prophetæ & reges veteris testamenti voluerunt videre quæ ipsi viderunt, & non viderūt: & audire quæ illi audierunt, & non audierunt. Vnde Esaias in spiritum contemplatus Christum colaphis cęsum, spinis coronatum, cruce suspensum, ait.
Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum scientem infirmitatem. In nouo quoque testamento, martyres, confessores, virgines, & omnes denique sancti alij libenter Christum in carne vidissent, & eius doctrinam salutarem audissent si potuissent. Sed hoc priuilegium Apostolicæ dignitati concessum est. Omnes ergo sanctos beati Apostoli præcedunt, qui Christum in carne viderunt, & spiritus sancti cęlitus missi primitias acceperunt. Istos studeamus dignis præconijs venerari, istos bonis operibus imitari. Istorum exoremus tegimine gubernari, istorum interuentu patrocinari. Desideremus denique iungi eorum consortio, & eorum frui gaudio. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, &c.

¶ *In festiuitate cuiuslibet sancti. Ser. VIII.*

F
Osee. 14. ISrael germinabit quasi lilium. Vnde canimus, Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominū. In rebus visibilibus si sit qui quærat, tot possunt reperiri spiritualium rerum & inuisibilium significationes, quot in ipsis videlicet visibilibus & corporalibus rebus inueniūtur proprietates, siue intus in natura, siue foris in forma. Nō solum nanque ipsæ res nobis sunt quasi ad cognoscendum & expetendum summum & æternum bonum directiones & exhortationes, sed naturales earum qualitates & formales dispositiones. Homo quippe, quem Dominus docet scientiam, reuocatur ad verum & immutabile bonum, non tantum intus per rationem & aspirationem, sed foris quoque p scripturā & creaturā. Prima lilij proprietas, q̄ sensibus nostris occurrit, viror est. Cernimus etiam G
lilium in erectum crescere, nec huc aut illuc erectionis suæ statum inclinare. Medicinale est, & habet fibras in radice aptissime sibi coniunctas. Vestitur hasta baculi eius folijs suis. Inuenitur per ramusculos suos sursum quando ad plenitudinem incrementi sui pertingit pluraliter discretum. Habet florem sexi H
fidum candidū. Intus quibusdam granulis croceum suaue redolētem. Est etiam non solum erectum, sed & rectū. Hęc omnia spiritualiter iusto conueniunt. Viret iustus, & crescit in erectum, & cætera, quæ iā dispofuimus, in ipso spiritualiter inueniuntur. Viror designat fidem, eo quòd fides prima sit in virtutibus, sicut viror primum cernitur in rebus germinantibus. Quod in superiori quodam sermone oñdimus. Erectio significat spem, per quam erigimur a præsenti seculo nequam ad supernorum spirituū societatem. Ad verę beatitudinis plenitudinem, ad ęterni Dei contemplationem sperandam, amādam, desiderandam, quærendam, & inueniendam. Medicinalis est per prędicationem. Sicut nanque medicinæ diuersis antidotis & medicamentis diuersę curātur ęgritudines & infirmitates corporum, sic multiplici modo prędicationis ægritudines curantur animarum. Pharmaca & medicamenta sanant apostemata, verbum prædicationis expellit peccata. Habet quoque iustus † fibras & radices intus vnitas, dum cōcordat in ipso cogitatio cogitationi, sensus sensui, voluntas voluntati, affectio affectioni. Sic sibi concordat, nec de alio in aliud se transmutat. Sicut econuerso de stulto scriptum est. Stultus sicut luna mutatur. Sicut enim luna modo est prima, modo secūda, modo tertia, & sine intermissione de vno statu trāsfertur in alium. Ita stultus per carnalia desideria raptus alteratur, vt nunquàm nec sibi nec alteri conueniens, sed semper dissidens inueniatur. Et notādum, quòd folia lilij eriguntur, quia quicquid iustus exterius exercet per actionē sursum leuatur per intētionē. Rectus per iustitiā, tribuit. n. vnicuiq; qd suū est, tribuit fideli quod fidelis est, infideli qd infidelis est, iusto qd iusti est, iniusto qd iniusti est, amico qd debet amico, inimico qd inimico, quæ sūt Cęsaris, Cęsari, quę sūt Dei Deo. Pluraliter ramusculos diuidi p multiplicē Spiritus sācti gratiā Dū enī diuersis donis multipliciter pfundit, ramos diuidere nō incōuenienter dicitur. Cādidus est p mūditiā. Dū nanque ab omni inquinamēto mētis & spiritus purgatur, lilij cādorē per mūditię decorē imitatur. Sexifidus est p perfectionē. Senarius etenim eo quod cōstat & perficitur ex partibus suis perfectionem significat. Partes senarij sunt vnū duo tria, quæ simul constituūt sex, & siue dicas sexies vnum siue ter duo, siue bis tria, senarium consummabis. Grana in flore croceum colorē prætēdentia charitatē figurāt. Croceus nāque color

Marginalia (right column): Lilij proprietates, applicabiles iusto. — Iusti proprietates. — † dossas. — Eccl. 27. — Stultus vt Luna pulchre describitur. — Lilij folia — Matt. 22. — Senarius.

lor rutilum flammæ splẽdorem vt pręse ferre, sicut iam alibi demonstrauimus. Redolentia quoq; bonã exprimit famam, sicut in alijs sermonibus dictũ est.

Epilogus. Ad formam itaq; lilij iustus viret per fidẽ, erigitur per spẽ, medetur p prædicationem, coniungitur sibi p vnanimitatem, vestitur folijs suis per bonã actionem, rectus est per iustitiã, multiformiter discretus per multiplicem spũs sancti gratiã, candidus per mũditiam, sexifidus per perfectionẽ, croceus per charitatem, redolens per bonam opinionem. Sunt & aliæ lilij proprietates, sicut q frigidæ naturæ esse dignoscitur, vitiorum extinctionem insinuat, & quædam aliæ per quas virtutes & bona opera possunt figurari. Sed hæc modo de proprietatibus lilij dixisse sufficiat. Notanda sunt quoque quatuor verba, quæ dicta sunt, germinabit, florebit in æternum ante Dominum. In lilio fratres primum est germinare, extremum florere. Significat ergo germinare bonam inchoationem, florere consummationem. Quod vero ait in æternum exprimit perpetuam iusti in bono perseuerantiam. Quod dixit ante Dominum, intentionem bonam. Germinat igitur iustus bona inchoãdo, floret consummando, in æternum perseuerãdo, ante Dñm recta intẽtione bona sua faciẽdo. Studeamus fratres sic germinare, sic florere p merita & intercessionẽ iusti, cuius hodie solẽnia celebramus, vt in gloriã regni cęlestis trãsferri mereamur. Præstãte Domino nostro Iesu Christo, q viuit & regnat &c.

¶ *In festiuitate Conceptionis beatæ Virginis: sed magis in desponsatione cuiuslibet animæ fidelis. Ser. IX.*

K

Cant. 4. Ota pulchra est amica mea, & macula non est in te. Quis est fratres qui loquitur, & quę est ad quam loquitur? Loquitur amicus ad amicam, sponsus ad sponsam, immaculatus ad castam, incorruptus ad integram, Deus ad animam & ad talẽ, qualis ista fuit cuius hodie solemnia celebramus, cuius castitatis irradiamur exemplis. Tota pulchra es. Pulchra es intus, pulchra foris. Intus in corde, foris in corpore. Intus rubicunda, foris candida, vtrobiq; composita. Rubicunda per charitatem, candida per castitatem, composita per humilitatem. Tota ergo pulchra es amica mea, & macula non est in te. Totũ quod in te est pulchrum est, & nihil inest tibi quod sit sordidũ. In toto grata, in nullo ingrata, in toto places, in nullo displices. Tota pulchra es. Pulchra p naturã, pulchrior per gratiam, pulcherrima fies per gloriã. Quæ & qualia putatis fratres ornamẽta esse, quibus sponsa Dei anima iusti sic possit decorari, vt sic debeat decor eius cõmendari? Legimus q Assuerus rex fecerit puellas ad thalamum suum deductas ingenti diligentia præparari, balneis lauari, vnguentis deliniri, & omnibus, quæ decori conueniunt adornari. Sic Deus immo multo amplius sponsam suam sibi præparat, & omnibus, quę spiritualem formam decorant ditat. Primum dat ei lauacrum per compunctionem & fletum peccaminum, vt a sorde scelerum velut hyssopo aspersa mundificetur, & lota super niuem dealbetur. Vnguenta sunt dona spiritualia, quibus post fletum delibuta a mœroris asperitate lenificatur. Sequuntur ornamenta, vestes, zona, annulus, murenula, pecten, peplum, inaures, diadema, speculum, calciamenta. Vestes designant virtutum & bonorum operum varietatem, quibus anima intus & foris coram Deo & proximo decoratur & honestatur. De hac multiplici varietate scriptum est. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Zona, qua lumbi præcingũtur, castitatem significat, qua linxa luxuria carnis humanæ refrenatur, sicut scriptum est. Sint lumbi vestri præcincti. Annulus exprimit fidem integram, per quam sponsa sponsum absentem diligit, & ad eius speciem iugi desiderio peruenire concupiscit. Murenula, quæ pectori affigitur, ne adulter manum inserat, castam pręteadit dilectionẽ, quam diabolus violare non permittitur per aliquam prauam delectationem. Pecten, quia capillos abinuicem discernit, virtutem figurat discretionis. Peplum, quod capillos ne fluant cõseruat, cogitationum sobrietatem & quietem insinuat. Inaures, eo q aurium ornamenta sunt, obedientiam exprimunt. Diadema figurat gloriam conscientię, de qua scriptum est. Gloria nostra est testimonium conscientię nostræ. Speculum significat scripturarũ lectionem, in qua anima quid in se bonum sit, quidve malum, quid honestũ, quid inhonestum contemplatur. Calciamenta, quæ munimenta sunt pedũ, quibus per diuersa loca mouemur, pdicationẽ circũquaq; delatã figurãt. Habet ita que spõsa ista lauacrũ per cõpunctionem, vnguenta p spũalium donorum susceptionẽ, vestes per bonam actionem, zonam p castitatem, annulũ per fidẽ, murenulã per castã dilectionẽ, pectinem per discretionem, peplũ per cogitationũ quietem & sobrietatẽ, inaures per obedientiã, diadema per gloriam, speculum per lectionem, calciamenta per prædicationẽ. His omnibus addũtur plerunq; lapides pretiosi, qui pp suum fulgorem miracula longe lateq; coruscantia designant. O felix sponsa Dei, anima iusti, q̃ talibus ornamẽtis decoratur, & cui ad thalamũ ęterni regis præparatur. Multa potest anima talis vti fiducia. Nõnunq̃ tñ contingit, vt donis ditata diuinis, magno terrore diuina contẽplando iudicia concutiatur, & multo motu formidinis afficiatur. Cuius exemplũ rei nobis Esther historia tribuit. Legimus nãque q Esther regẽ Assuerũ cõtra basilicã in throno suo sedentem, virgã tenentem, ardentibus oculis furorem pectoris indicãtem cõtemplata pene exanimata sit, in tm̃ vt rege & ministris eius corã cõsolantibus vix potuerit se leuare. Quid fratres in hac re Assuerus rex significat nisi Deũ? quid Esther nisi animã? quid basilica nisi diuinitatem? quid thronus nisi maiestatem? quid virga nisi potestatem? quid ardor oculorum nisi superni iudicij figurat terrorem? Esther regem supradicto modo intuita expauefacta cecidit: & anima Deum, & districta Dei iudicia contemplãdo coram diuina maiestate contremiscit. Sed resumat vires, dona sibi collata, & consolationes factas consideret & dicat, etiam si occiderit me, in ipsum sperabo. Bonus enim est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Qui viuit, & regnat &c.

Pulcherrime quidẽ discurrit.

Esther. 2.

L Vestes spõsæ.

Psal. 44.

Zona.

Luc. 12. Annulus.

Murenula.

Pecten.

Peplum.

Inaures.

Diadema.

2. Cor. 1.

Speculũ.

Calciamẽta.

Epilogus.

M Lapides pretiosi.

N Assuerus. Esther.

¶ *De timore Dei. Sermo. X.*

O

Eccl. 12.

DEVM time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Multas & præclaras, dilectissimi fratres, auctoritates in diuinis inuenimus scripturis de timore Domini. Scriptum est enim: Beatus vir qui timet Dominum. Et iterum. Initium sapientiæ timor Domini. Et qui sine timore est non potest iustificari. Et, quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiã, sed non super timentem Dñm. Sapientia dicitur cogitatio de cęlestibus & diuinis. Scientia de terrenis & humanis. Et magnus prædicatur qui inuenit vel alteram vel vtranque. Quando namque (vt de inuentore scientiæ primum loquamur, & de minoribus ad maiora conscendamus) quemlibet in logica peritũ cernimus magnum prædicamus. Certe si aliquem videremus doctum in grammatica sicut Priscianum, dialectica sicut Aristotelem, rhetorica sicut Tullium, diceremus: Magnus est iste. Si autem videremus eum doctum in mechanica diceremus similiter: Magnus est iste. Si vero videremus eum eruditum in arithmetica, musica, geometria, astronomia sicut Boetium, vel quemlibet inuentorem, vel translatorem artium multo magis clamaremus: Magnus est iste. Si autem sciremus illum etiam in physica sapientem, vt Hippocratem vel Galenum, & prouectum in theorica seculari vt Platonem, & Socratem, omnino clamaremus: Magnus est iste. Si quoque videremus istum taliter scientia seculari doctum, sapientia diuinæ scripturæ peritissimum, doctum scilicet in veteri & nouo testamento, historia, allegoria, tropologia, anagoge, literarũ triplici sermone sicut Hieronymum, in ratiocinatione disertum sicut Augustinum, in moralitate sicut Gregorium, Sapientem denique sicut Salomonem omnibus modis, proclamaremus: Magnus iste. Non tamen fratres maior timente Dominum. Magnus namque qui inuenit sapientiam & scientiam, sed non super timentem Dñm. Sapientia hic accipitur pro cognitione, quæ facit quidem doctum sed & iustum, de qua scriptum est. Beatus homo qui inuenit sapiẽtiam. Beatus namq; qui sapientiam nõ tm̃ cognitione, sed etiam sapore iustitię inuenit, quia per talem inuẽtionem bonum internum sapere incipit. Sed & si iste talis inuentior sapientiæ pulcher esset vt Absalon, fortis vt Samson, velox vt Asael, probus vt Alexander, diues vt Crę-sus, potens vt Octauius Augustus, longęuus vt Henoch, nihil illi vel totum conferret nisi Deum timeret. Scriptum est enim de pulchritudine. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur. De sapientia autem & fortitudine & diuitijs dicit dominus talibus verbis per Hieremiam. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur si noscat quòd ego sum dominus. Omnia denique quæcunque in præsenti seculo percipi possunt, quàm inutilia quàm transitoria sint, ex multis scripturarum locis colligimus. Solus ergo timens Deum ad beatitudinem festinat, si tamẽ sic timeat, vt a malo recedat, & faciat bonum.

Timor Domini. *Psal. 111.* *Psal. 110.* *Eccl. 1.* *Eccl. 25.* *Sapientia.* *Scientia.*

Pulchre discurrit.

Prou. 3.

P

Prou. 31. *Pulchritudo.* *Sapientia* *Fortitudo.*

Sanè duo sunt timores, vnus seruilis, alter filialis. Seruilis seruorum, filialis filiorum. Seruilis habet formidinem, filialis amorem. Seruilis de peccato perpetrato, filialis de dono accepto. Seruilis de tormento sustinendo, filialis de pręmio accipiendo. Seruilis inchoantium, filialis perfectorum. Verum octo sunt, per quæ excitamur & informamur ad timorem Dei, per tria prima ad timorem seruilem, per tria vltima ad timorem filialem, per duo media ad vtrunque. Sunt autem hæc culpa, sententia, pęna, creatura, scriptura, natura, gratia, gloria. Per culpam, sententiam, & pœnam incitamur ad timorem seruilem. Per naturam, gratiam, & gloriam ad timorem filialem. Per creaturam & scripturam ad vtrunque. Seruilis habet formidinem pœnæ. Filialis habet amorem iustitiæ. Seruilis aliquando cito transit, filialis, qui dicitur sanctus, permanet in seculum seculi. Excitamur itaque ad timorem seruilem per culpam ex consideratione diuinæ sententiæ. Per sententiam vero excitamur ex æstimatione sequentis pœnæ. Dum enim timemus puniri per pœnam, timemus etiam iudicari per sententiam: & dum iudicari per sententiam timemus, culpam, quæ causa est malorum perhorrescimus. Erit namque in damnatis secundum magnitudinem culpę pondus sententiæ, miseria sequentis pœnæ. Sic abyssus abyssum inuocat. Abyssus culpæ inuocat abyssum sententiæ, & abyssus sententiæ inuocat abyssum pœnæ. Et hoc in voce cataractarum tuarum domine, id est in testimonio prædicatorum tuorũ. O quàm profundæ, quàm latę, quàm horrendæ sunt abyssi istæ: profunditatem facit magnitudo, latitudinem multitudo, horrorem vtriusque contemplatio. Pœnam autem propter semetipsam formidamus. Sed per quàm pauci, qui oculos diuertunt ad contemplationem timoris, & per quàm multi sunt, qui eos vertunt ad spectacula vanitatis: de istis scriptum est. Cor sapientium vbi tristitia. De illis autem. Cor stultorum, vbi lętitia. Per tria quoque vltima naturam, gratiam, gloriam informamur ad timorem filialem. Est autem timor filialis, vt quem amas nolis offendere propter gloriam, sicut timor est seruilis, vt quem times non audeas offendere propter pœnam. Per naturam vocamur ad timorem filialem, quia dum naturæ nostræ dignitatem consideramus ex magna dilectione timemus Deum offendere per culpam, qui nobis ex dilectione imprimere dignatus est imaginem & similitudinem suam. Magnus namq; honor, magna dignitas humanæ conditionis, cui naturaliter indita est forma creatricis deitatis. Ad hunc eundem quoque timorem per considerationem gratiæ ducimur, quia dum quod nobis impijs absque merito per gratiam contulit perpendimus, eum peccando ad iram prouocare dedignamur. Sed & ex gloria futura, quæ reuelabitur in nobis, ad hunc timorem prouocamur, quia dum audimus quòd nobis promisit, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, præ nimia dilectione iam timemus illum offendere, qui tanta voluit nobis promittere, & potest dare. Per duo etiam media, per creaturam & scripturam, ad vtrunq; timorem non-

Timor duplex.

Timorem octo excitant.

Nota Concionator. *Culpa.*

Eccl. 7. *Ibidem.* *Filialis.*

Creatura & Scriptura.

nunquàm

nunquàm peruenimus. Ad timorē namq; seruilem per creaturam cogimur, quia dum eius magnitudinem cōsideramus, immensam creatoris maiestatem formidamus, nec ignoramus omnipotētem pœnam inferre, si nos inuenerit legis suæ transgressores esse. Sic etiam ad hunc ipsum timorem per scripturam impellimur, quia dum diuinas comminationes in ipsa frequenter audimus, Dei præcepta transgredi pertimescimus. Per creaturam vero ad timorem filialem attingimus, quia dum tantam molem cernimus, creatorem mirabilem, laudabilem, amabilem, & ex amore timendum iudicamus. Sic quoque per scripturam ad hunc castum timorem pronehimur, dum in ea diuina promissa meritum humanū transcendentia legimus, & promissorem amando timemus ne offendamus. Sunt igitur ista octo, quibus ad timorem Dei ascendamus a minoribus incipientes ad maiora peruenientes. Culpa, sententia, pœna, creatura, scriptura, natura, gratia, gloria. Timeamus Deum fratres vnusquisque secūdum quod in se conspicit. Si in malo sumus, corrigamus errata. Si in bono, melioremus incepta, & mandata eius obseruemus. Quæ sunt ista mandata? Dilectio Dei & proximi. Quantum debemus diligere Deum: Super omnia. Quantum proximum: Sicut nosmetipsos beneficio, verbo, voto. In beneficio est opus bonum, in verbo sanum consilium, in voto pium desiderium. Timeamus ergo Deum, & mandata eius obseruemus. Per hæc itur ad gloriam, sine his itur ad pœnam. Hoc est (inquit) omnis homo. Si omnis homo est, qui Deum timet, & mandata eius obseruat, constat quòd ille homo non est, qui hoc non facit. Si enim cognoscit Deum & mandata eius, & non timet nec obseruat, contemptor est, & magis esse diabolus dicendus est quàm homo. Si vero non cognoscit Deum & mandata eius, cæcus est, & magis bestia dicendus est quàm homo. Si autem cognoscit, & timet, & custodit, vere homo est, & tali nomine dignus appellari. Timeamus ergo Dominum & mandata eius obseruemus, vt per talem viam perueniamus ad supernam patriam. Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat.

R Mandata Dei.

Homo qs dicendus.

¶ *De spirituali sanitate.* Sermo. XI.

S Hiere.17.

Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Fratres, qui sanari rogat, infirmum se esse demonstrat. Sed quis est iste infirmus? Genus humanum, in cuius voce ista dicuntur, infirmum per peccatū originale & per multa actualia erat, & medicum quærebat. Venit medicus, & sanatus est ęgrotus. Duodecim autem sunt, quę de sanatione humani generis nobis exponere proposuimus. Aegrotus, medicus, vulnera, medicina, vasa, antidota, dięta, dispensatores, locus, tempus, sanitates, gaudia de ipsis sanitatibus recuperatis. Aegrotus iste genus est humanum, de cuius ægritudine Esaias testatus est dicens: Omne caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Alius etiam alibi clamat. Caput meum doleo. Alius ventrem meum doleo. Alius lumbi mei impleti sunt illusionibus. Sic membra generis humani clamabant, & dolorem suæ ęgritudinis insinuabant. Sed, vt dictum est, venit medicus, & sanatus est ęgrotus. Quis est iste medicus? Deus qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Vulnera sunt peccata originalia, quæ quisque contraxit per ignorantiam in mente, per concupiscentiam in carne luxuriose viuendo, & actualia, quæ commisit praue viuendo. Illa habet ex parentibus, ista ex proprijs operibus. Illa habet ex alieno, ista ex suo. Medicina est gratia, quæ duobus modis vulneribus nostris infunditur. Vno amaro, & altero dulci. Amaro per increpationem, dulci per consolationem. Increpatio vinum, consolatio oleum. Vasa sunt sacramenta, in quibus, & per quæ gratia spiritualis continetur & infertur, sicut aqua baptismi, oleum, chrisma, aqua benedicta, & cætera talia. Antidota sunt septem dona Spiritus sancti, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris Domini, vt simus per timorem humiles, per pietatem misericordes, per scientiam discreti, per fortitudinem intrepidi, per consilium prouidi, per intellectum cauti, per sapientiam maturi. Timor expellit elationem, pietas crudelitatem, scientia indiscretionem, fortitudo debilitatem, consilium improuidentiam, intellectus incautelam, sapientia stultitiam. O quàm bona antidota, quibus tam mala curantur apostemata? Dięta est sacra scriptura, quæ diuerso modo nobis apponitur, dum secundum diuersam capacitatē audientium prædicatur. Nunc apponitur audientibus vel legentibus per historiam, nunc per allegoriam, nunc per tropologiam, nunc per anagogen, nunc quoque per auctoritatem veteris testamenti, nunc per auctoritatem noui, nunc mysticis velaminibus inuoluta, nunc pura, nuda & aperta. Talibus ergo modis & multis alijs nobis cibus iste spiritualis apponitur, vt per eum æger noster confortetur, & ad sanitatem reformetur. Recte autem scriptura dięta esse dicitur, quando quæ in ea esse facienda legimus, facimus, quæ cauenda cauemus. Sic enim in cibo præcepta medicorū facimus, quia alia comedimus, alia vitamus. Dispensatores sunt sacerdotes, qui diuina sacramenta tractant, & diuinam nobis gratiam arcana summi largitoris distributione mirabiliter administrant. Qui serui summi medici sunt, & ad eius arbitrium vasa, & medicamenta illius tractare debent. Locus est mundus iste, in quem quasi in quandam infirmariam de Paradiso homo post peccatum delatus est, vt hic infirmitatē suam curare studeat, & sanitatem recipiat. Tempus quod Deus concessit homini, vt in eo sanitati restituatur, præsens seculū est, qđ in tria tempora diuiditur, tēpus naturalis legis, tempus scriptæ legis, tempus gratiæ. Tēpus naturalis legis fuit ab Adam vsque ad Moysem, tempus scriptæ legis a Moyse vsque ad Christum, tempus gratiæ, a Natiuitate Christi vsque ad finem mundi. Et notandum quòd locus iste, in quo æger sanatur,

Duodecim sanitatem cōcernentia.

Aegrotus. Esa.1.

Non potest discurrere me ius. Psal 37. 4.Reg.4.

Medicus. Vulnera.

Medicina.

Vasa.

Antidota.

Sacra scriptura recte diæta dicitur.

Dispensatores.

Locus.

Tempus.

natur, est asper, tempus longum, remedium efficax. Locus est asper vt præuaricator castigetur, tempus longum ne sanandus præoccuperur, remedium efficax vt infirmus curetur. Sanitates sunt virtutes. Quando etenim homo per virtutes exercetur, & pel luntur vitia, & ipse sanatur. Virtutes nanque expellunt vitia, humilitas superbiam, charitas inuidiam, pax iracundiam, lætitia acidiam, largitas auaritiam, abstinentia gastrimargiam, castitas luxuriam. Virtutes itaque locum possidentes vitiorum sanitates sunt egritudinum. Gaudia de sanitatibus recuperatis sunt beatitudines. Contristatur homo quando infirmatur, gaudet quando sanatur. Sic in præsenti seculo de infirmitate nostræ corruptionis dolemus, quando autem in resurrectione ad veram sanitate consurgemus, in æterna beatitudine adepta sanitate gau debimus.

Sanitates. Gaudia.

Epilogus. ¶ Homo igitur est ægrotus, Deus medicus, vitia vulnera, medicina gratia, vasa sacramenta, antidota spiritus sancti dona, diæta scriptura, Dispensatores sacerdotes, locus mūdus, tempus præsens seculum, virtutes sanitates, gaudia beatitudines. Sana me itaque Domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Sana me de infirmitate, saluum me fac de perditione. Sana me de culpa, saluum me fac de pœna. Sana me in tempore, saluū me fac in æternitate, quia laus mea tu es in vtroque, Qui viuis & reg.

¶ *De spiritualibus montibus, & arboribus Israel. Sermo XII.*

V

Ezech. 36 MOntes Israel ramos vestros expandite, florete, & fructum facite. Habent (fratres carissimi) loca suas significationes sicut tempora. Sicut enim per mane accipimus cognitionem veritatis, per meridiem amorem virtutis, per vesperam ignorantiam, per mediam noctem malitiam, per lucem iusti tiam, per tenebras culpam. Sic accipimus per campū libertatem, per collem bonam actionem, per montem contemplationem, per cœlum beatitudinē, per vallem vero iniquitatem, per abyssum desperationem, per infernum damnationem. Campus in æqua litate constitutus tria habet supra loca significantia, collem, montem, cœlum, tria subtus, vallem, abyssum, infernum. Campus significat libertatem, quia sicut ille, qui in campo est habet facultatem sine alicuius tumuli obuiantia ante vel retro, dextrorsum vel sinistrorsum, vel quò placet diuertendi, sic ille, qui vere liber est habet potentiam quod magis placet faciendi. Collis, qui a planitie terræ modicum consurgit, bonam actionem exprimit, per quam a terrenis eleuamur. Mons, qui nubibus magis approximat, contemplationem designat, quæ nos sursum leuans ad visionem cęlestium bonorum exaltat. Cœlum autem, quia locus beatitudinis est, beatitudinē ipsam non inconuenienter insinuat. Vallis, quia ad inferiora se deprimit, significat iniquitatem, quę ma los ad ima trahit. Abyssus desperationem significat, in quam iniqui de valle iniquitatis descendunt. Vnde scriptum est. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Infernus autem, quia locus est damnationis, damnationem significat. Mōtes Israel &c. Montes Israel, sunt iusti contemplatiui, qui ramos suos, idest sanctas & fructuosas cogitationes de radice fidei & stipite bonæ voluntatis procedentes expandunt, per proximi dilectionem, & florent per bonam inchoationem, & fructum faciunt per consummationem, & folia producunt per bonam actionem. Sanè tria principaliter arborū genera mihi videntur in montibus Israel nasci, crescere, ramos expandere, florere, fructum facere, folia producere. Prima olea siue oliua, secunda vitis, tertia ficulnea. Oliua significat misericordiam, quia sicut oleū alios excedit liquores, ita misericordia alias præcedit virtutes. Vitis significat sapientiam quia vi; num modice sumptum acuit ingenium. Ficulnea, quia dulces habet fructus, dulcedinem designat internam. Solet autem patri assignari misericordia, filio sapientia, spiritui sancto dulcedo: Plantat itaque pater oliuam, filius vitem, spiritus sanctus ficulneā, Sciendum est tamen, quod licet faciamus talem discretionem in huiusmodi assignatione trium virtutum, nulla tamen est intelligenda diuisio in operatio ne trium personarum. Istarum autem trium virtutum infructuositatem in reprobis propheta deplorans dixit. Ficus non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ. Significat itaque oliua misericordiam, vitis sapientiam, ficulnea dulcedinem internam. Sunt & aliæ forsitan arbores in montibus Israel, per quas diuersæ figurantur virtutes, sicut per buxum propter virorem fides, per cedrum propter altitudinem spes, per pinum propter pinguedinem charitas, per spinam recta increpatio, per myrtū temperantia figuratur. Expandamus (fratres) ramos, floreamus, & fructum faciamus, ne Dominus nos infructuosus inueniat, & nos succidat & succendat. Iam enim securis ad radicem arboris posi ta est. Fructificemus sicut oliua, vitis, ficulnea. Sunt nanque quidam qui fructum faciunt amarissimum de quibus scriptum est: Fel draconum vinum eorū, & venenum aspidum insanabile. Nos autem sicut oliua fructifera in domo Domini speremus in misericordia Dei. Qui viuit & reg.

Loca. Tempus. Loca. Campus. Pulchræ moralitates. Collis. Mons. Cęlum. Vallis. Abyssus. Prou. 18.

Infernus. Montes. Israel. X Olea. Vitis. Ficulnea. Trinitati attributa. Abacuc. 3 Buxus. Cedrus. Pinus. Spina. Myrtus. Matt 3. Deut. 32.

¶ *In anno nouo. Sermo. XIII.*

CAntate Domino canticum nouū, quia mirabilia fecit. Fecit Dominus mirabilia in creatione mundi, fecit mirabilia in redemptione generis humani. Fecit mirabilia in creatione mundi creando terrestria & cœlestia, infima & summa, visibilia & inuisibilia, corporalia & spiritualia. Fecit quoque mirabilia in rebus conditis. In elementis & elementatis, simplicibus & compositis, in causis & efficientijs, in naturis & formis, in figuris & coloribus, in vegetatione germinantiū, & fœcunditate generantium. Fecit mirabilia in redemptione generis humani carnem assumendo, esuriendo, sitiendo, miracula faciendo, patiendo, moriendo, resurgendo, ascendendo, spiritus sancti gratiam tribuendo, culpas cōdonando, impios iustificando, miseros beatificādo.

Y Psal. 97. Mirabilia facta Dei.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Canticum est vita, Canticum nouum vita noua. Canticum vetus vita vetus. Noua vita iustitia, vetus vita culpa. Porrò tribus modis distinguitur cantus, graui, acuto, superacuto. Grauis significat vitã cóiugatorũ, acutus cótinétium, superacutus virginũ. Qui bñ viuit bñ cãtat, qui male viuit male cantat, quia discordat. Ab hoc cãtico discordãt auari, fures, rapaces, immũdi, fornicatores, adulteri, molles, masculorum concubitores, periuri, mendaces, homicidæ. Ab hoc cantico discordant etiã multi, qui sacris ordinibus sunt sublimati, qui in domibus eburneis debent habitare, idest castitatem seruare sicut sunt subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi archiepiscopi, & viri forsitã apostolici, canonici regulares, monachi, eremitę, reclusi. Horum omnium nónulli a laude diuina discordãt, quia quamuis christiani sint nomine, pagani tamen sunt conuersatione, & quamuis rectam habeant de Deo fidem, tamen mortua est, quia non habent operationem. Discordant ergo a cantico laudis Dei quia non est speciosa laus, in peccatoribus. Omnes tales canticum vetus cantãt, quod magis significat tristitiam quàm gaudium. De huiusmodi laudatoribus scriptũ est. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quęsiuit hęc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne afferatis vltra sacrificiũ frustra. Incẽsum abominatio est mihi. Neomenã, & sabbatum, & festiuitates alias nó feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinẽs. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationẽ, nó exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, idest peccato. Et per Malachiam prophetam. Ecce ego proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus sollenitatũ vestrarum, & assumet vos secum, dicit Dominus. Per alium quoque prophetam de talibus dicitur. Putabant se habere vasa cantici sicut Dauid. Dũ etenim subtilibus vocibus verba diuinæ laudis sibilant, & duplici aut triplici modulatione cantica sonant, vasa cantici se habere sicut Dauid putant, quia se vere laudatores esse Dei existimant. Sed non placet vox, quia vita displicet. Nos ergo fratres cantemus Dño sicut pcepit Psalmista. Rex oĩs terrę Deus, psallite sapiẽter. Quid sapiẽter? Nó simus prauis operib. dediti, nó in psallẽdo verbis ociosis intẽti, nó vanis aspectibus curiosi, nó risu dissoluti, nó excursu & discursu vagi. Cantemus sicut quidam versificator dicit.

Cantuum modi.
Grauis.
Acutus.
Superacutus.
Cóceptus pulcheri pro Concionatore.
Eccli. 15.
Z
Esa. 1.
Mala. 2.
Amos 6.
Psal. 46.

Omnibus his horis eadem vox cordis & oris.
Vox est grata chori, quando cor concinit ori.

Cãtemus igitur Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, & non solum quia fecit, sed etiam quia mirabilia facturus est. Fecit duo præcipua mirabilia, vnum in creatione mundi, alterum in redemptione generis humani. Et facturus est duo, vnum in renouatione creati, alterum in glorificatione redempti. In fine nanque seculi, quando bona faciet omnia, tunc faciet mirabilia in renouatione creati. Quando autem dicet electis: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, tunc faciet mirabilia in glorificatione redẽpti. Ad quam glorificationem nos perducere dignetur Iesus Christus Dominus noster, Qui viuit & regnat.

Epilogus.
Matt. 25.

¶ *In Synodo, aut in festo confessorum sacerdotum de vestibus sacris.* Sermo. X I I I I.

Acerdotes tui Domine induantur iustitiam. Oportet fratres carissimi vt nos qui in domo Dei sacerdotio fungimur, dignam sacerdotio iustitiam ducamus, & honestis in officio vestibus induamur, immo virtutes, quę per vestes sacerdotales designantur, exerceamus. Quid nanque prodest ornari vestibus, nisi ornemur virtutibus? Certe si videremus sacerdotem sine sacerdotalibus vestimentis missam celebrare, sine alba, sine stola, sine insula, multum miraremur, & cum horrore nimio ministrũ talẽ detestaremur. Si ergo detestandus esset qui accederet ad altare sine vestibus, quàm detestandus, quàm horrendus est, qui accedere præsumit cum vitijs & sine virtutibus? Quãtum distat inter vas quodlibet & cibum, tantum distat inter significans & significatum. Vestes significant, virtutes significantur. Vestes foris coram populo decorant, virtutes intus coram Domino ministrum commendant. Sicut igitur non audemus accedere ad altare sine vestibus, sic non præsumamus accedere sine virtutibus. Videamus denique quæ sunt istæ vestes, & quæ per eas significentur virtutes. Sunt ergo vestimenta, interior linea, exterior scilicet alba, amictus super humeros, quod nos superhumerale dicere possumus, zona, stola, manipula, insula. Ante omnia debet sacerdos quotidiana vestimenta deponere, deinde manus abluere, & sic candida vestimenta sumere. Depositio quotidianorum vestimentorum significat veteris hominis depositionem, ablutio manuum criminum confessionem, assumptio nouorũ vestimentorum virtutum exercitationem. Linea interior interius est, exterior exterius. Ista est in occulto, illa in manifesto. Istã latet, illa patet. Propterea interior significat munditiam cordis, exterior munditiam corporis. Superhumerale, quod supra humeros ponitur, vbi onera solent imponi, tolerantiam præsentium significat laborum, quæ nobis necessaria est si veri sacerdotes volumus esse. Vnde de illis, qui eam perdiderunt scriptum est. Vęh his, qui perdiderunt sustinentiam. Et Dominus de laude patientiæ in euangelio ait: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sustineamus ergo fratres quicquid nobis acciderit aduersum, vt sicut bona suscepimus de manu Domini, ita & mala sustineamus. Zona, quę lumbos circundat, & vestimenta constringit ne diffluant, virtutem continentiæ insinuat, quæ fluxã luxuriæ nostræ lasciuiam refrenat. Stola, quæ collo imponitur, iugum suaue Domini exprimit, de quo Dominus in euangelio ait: Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue. Sequitur manipula, quæ in brachio

A
Psal. 131.
Vestes sacræ, & earum significatio.
Vestes sacerdotũ.
Interior linea.
Superhumerale.
Eccl. 2.
Luc. 21.
Iob. 2.
Zona.
Stola.
Matt. 11.
Manipula

brachio sinistro dependet, quæ nihil aliud denotat sacramenti, nisi quod pro cautela ibi ponitur, ne sacerdos aliquid in officio suo incaute & negligenter agat, sed omnia diligenter, sicut qui in conspectu Domini & sanctorum angelorum consistit, perficiat. Significat ergo cautelam, per quam cauenda caueamus, & facienda facimus. His omnibus minister Domini indutus, his omnibus adornatus nondum est aptus officio sacerdotali, nec illud implere præsumit, nisi septimum, quod infula dicitur, cæteris addatur & superponatur. (Infula.) Istud vestimentum excellentius est cęteris, eminetque vniuersis. Quam igitur virtutem per hoc significari dicimus, nisi charitatē de qua dicit Apostolus? (1. Cor. 12.) Adhuc vobis excellētiorem viam demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum &c. quæ bene nouit fraternitas vestra. Qui cum alia dona spiritualia & virtutes demonstrasset, tandem de charitate intulit dicens: Si linguis &c. O beata virtus charitas, & beatus solus, qui in ipsa vsq; in finem perseuerat. Qui ergo cum alijs virtutibus charitatem habet, sacerdos est. Et qui etiam alias sine ista habet, sacerdos nō est. Habeamus itaque si veri sacerdotes volumus esse quod esse debemus. (Epilogus.) Habeamus interiorem lineam per munditiam cordis, exteriorem per munditiam corporis, Superhumerale per patientiam, zonam per continentiam, stolam per obediētiam, manipulum per cautelam, infulam per charitatem fraternam. His etenim omnibus armati sanctè & religiosè perficiemus holocaustū Domini, & dicetur de nobis quod scriptū est. (1. Pet. 2.) Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Tales fuerūt sancti, quorum hodie solēna celebramus. Tales fratres charissimi esse studeamus, vt & nos induamur iustitiam, & facti cum ipsis participes meritorum, fieri mereamur socij pręmiorum. Quod per merita & intercessionem eorum nobis pręstare dignetur, qui viuit & regnat.

¶ *In L X X. de vinea dominica. Sermo. X V.*

B (Matt. 20.) Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. De vinea Dominica fratres, ad quam nos inuitat sermo diuinus, breuem vobis exhortationem faciēmus, ne vestram dilectionem verbis prolixioribus oneremus. Primum itaque videamus quis sit ager in quo plantatio fit, quæ vinea, quæ fossio, quæ binatio, quæ tertiatio, qui palmites, quæ putatio, quæ plicatio, quæ folia, qui flores, quis fructus, quis denarius qui promittitur. (Vineæ cultura. Vide an Concionator in quadragesi-mali Euāgelio Vineæ meliº discurrere possit.) Ager iste cor humanum est, quod debemus iugi compunctionum ligone scindere, & in ipso per gratiam diuinam vineam siue vites per bonas voluntates plantare, vt in bono crescant, & palmites, folia, flores, fructumque producant. (Ager. Vinea.) Debemus vineā istā fodere per compunctionem, quæ nascitur scrutatione peccatorum nostrorum. (Fossio.) Binare per compunctionem, quæ nascitur de consideratione donorum nobis cælitus collatorum. (Binatio.) Tertiare per compūctionem, quæ oritur de prægustatione futurorum bonorum. (Tertiatio.) Sunt autem palmites bonæ cogitationes de bona voluntate multipliciter procedentes. (Palmites.) Istam vineam putamus, quando cogitationes minus vtiles resecamus, & vtilioribus propagandis vacamus. (Putatio.) Palmites plicamus, quādo cogitationes nostras humiliamus, & quasi baculum in terram figimus, quando mortalitatis nostræ recordamur, & quòd terra sumus & in terrā ibimus reminiscimur. (Plicatio. Pali infixio.) Sic plicuit vitem suam Abraham, quando dixit. Loquar ad Dominum meum cū sim puluis & cinis. (Gene. 18.) Sic Iacob quādo dixit Minor sū cūctis miserationibus tuis. (Gene. 32.) Dauid quoque dixit. Vnicus & pauper sum ego. (Psal. 24.) Beata etiam Maria plicuit suā vitem, & ait: Ecce ancilla Domini. (Luc. 1.) Sed beatus Paulus palmitem suum plicuerat, quando dicebat. Nō sum dignus vocari Apostolus, quia persequutus sum ecclesiam Dei. (1. Cor. 15.) Folia designant bonam actionem, quæ nos circundat & ornat, sicut in alijs sermonibus sæpe iam diximus. (Folia.) Flores, eo quòd redoleant & suum longe spargant odorem, bonam famam insinuant, per quam siue prope siue lōge proximo redolemus. (Flores.) Fructus bonam designant conscientiam de iustitia consummata. (Fructus.) Ad hoc enim laboramus vt bonam cō scientiam habeamus, sicut ille, qui in vinea colenda desudat, ad hoc tendit vt fructum percipiat. Habemus itaque fratres agrum cor nostrum, dominicam vitem bonam voluntatem, palmites bonas cogitationes: (Epilogus.) fodiamus, binemus, tertiemus eam sicut scriptū est per triplicem compunctionem, putemus eam per superfluarum & minus vtilium cogitationum resecationem, plicemus eam per mētis humiliationem, vt producat folia per bonam actionem, flores per bonam famam, fructus per bonam conscientiam. Si sic fratres charissimi in vinea dominica laborauerimus promissum denarium percipiemus. Quid est iste denarius? (C Denarius promissus.) Denarius iste est vita æterna. Denarius iste est quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Denarius iste est summū bonum, in quo omne bonū, & a quo omne bonum. In quo omne bonū per plenitudinem, a quo omne bonum per largitionem. Denarius iste est Deum videre, & eum gustare. Videre per contemplationem, gustare per dilectionē. In hac vinea nos laborantes adiuuare, & isto denario nos dignetur remunerare Iesus Christus, Qui uiuit & regnat.

¶ *In festo martyrū de spirituali agricultura. Sermo. X V I.*

D (Psal. 125. 2. Cor. 9.) Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Fratres qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Bonum igitur & multum seminemus, si bonum & multum metere desideramus. (Discursus pulcherrimus.) Seminēmus in merito, sprout metere desideramus in premio. Quæramus aratrum & vtensilia aratri, longum lignum quod rustici hagiam vocant, lignum bifidum per quod aratrum manibus tenetur, & cætera, quæ causa breuitatis prætereo, exponendo ponemus. (Seminandi instrumenta.) Pes aratri, super quem cætera fabrica consistit, fides est, quæ aliarum est origo virtutum. (Aratripes.) Lignum longum, quod in longum extenditur, quod hagiam voce rustica nominamus, spem significat, de cuius longitudine scriptum est. (Hagia. Esa. 26.) Specta-

stis

ftis in Domino in feculis æternis in Domino Deo
Stiua : forti in perpetuum. Manubrium, quod bifurcum
Buris. eft,& vtraque manu tenetur, charitatem demõftrat,
quam dextera tenemus dum benefacimus amicis,fi-
Aures. niftra dum benefacimus inimicis. Aures aratri virtu
tem fignificant obedientiæ, quia auribus audimus,
Rotæ. & obedimus. Rotę fcientiam duorũ teftamentorum
defignant. Recte nanque per rotas teftamenta figu-
rantur,quæ quafi deorfum tangunt terram per hifto
riam, & furfum leuantur per allegoriam: deorfum
deponuntur per fenfum carnalem, furfum leuantur
per fenfum fpiritualem: deorfum per fignificantia,
furfum per fignificata. Vomer & culter, quibus fcin-
Vomis. Culter. ditur terra & aperitur,rationem & intellectum defi-
gnant, quę per occulta creaturarum, & obfcura fcri-
Iugum. pturarum rimamur & voluimus. Iugum,quod ceruı
ces pręmit, pondus diuini timoris exprimit, quod
mentibus noftris imponitur, ne nofter fenfus per ela
Vincula. tionem contra Deum erigatur. Vincula,quibus iugũ
ligatur, præcepta diuinæ legis funt. De contemptore
huius iugi & horum vinculorum fcriptum eft. A fe-
Hier. 2. culo contregifti iugum, rupifti vincula, dixifti non
E
Boues. feruiam. Boues,qui arando laborant,fenfus corpora-
les, qui propter vtrumque fexum duplicati decem
fiunt. Qui bene dicũtur effe boues per maturitatem,
non tauri per diffolutionem, boues per continentiá,
Stimulus. non tauri per lafciuiam. Stimulus, quo punguntur,
afflictio corporis eft in vigilijs, & ieiunijs, & cæteris
Terra. huiufmodi. Terram, quam debemus arare, nofme-
tipfi fumus,quos debemus arare per compunctionẽ,
quæ nafcitur de fcrutatione peccatorum noftrorum.
Binatio. Binare per compunctionem, quæ oritur de confide-
ratione cęleftium donorum nobis collatorum. Ter-
Tertiare. tiare quoque p compunctionem,quæ oritur ex præ
Stercoratio. guftatione futurorum bonorum. Debemus etiam fi-
mare terrã iftã per memoriã antiquarũ & iniquarum
cõuerfationũ noftrarum. Quafi nanque de fingulis
manfiunculis animalium noftrorum fimum fuper
terram noftram ducimus, dum quæcunque quæ in
conuerfationibus præteritis carnaliter & beftialiter
egimus, ad memoriam plangendo reuocamus. Et
quafi per partes fpargimus, dum fingula male acta
pro loco & tpe, pro qualitate & quantitate difcuti-
mus. Habemus itaq; fratres p fidẽ pedẽ aratri, hagiá
Epilogus. p fpẽ, manubriũ p charitatẽ, dexterũ cornu eius p di
lectionẽ amicorũ, finiftrum per dilectionẽ inimico-
rum. Aures aratri per obedientiam, rotellas per vtri-
ufque teftamenti fcientiam, cultrum & vomerem
per fanam rationem & fanum intellectum, iugum
per timorem diuinum, corrigias per præcepta legis,
boues per quinque fenfus corporis, ftimulũ per affli
ctionẽ carnis, araturã triplicem per triplicẽ compun-
ctionẽ, fimaturam per peccatorũ recordationem. Se-
mina autẽ noftra funt dona diuina, vas in quo ea fer
uamus intellectus & fenfus fpiritualis eft. Ifta femina
terræ mandamus, quando ea affectui & effectui man
cipamus. Affectui per dilectionem, effectui per ope-
K rationem. In lachrymis feminamus, in exultationem
metemus. Seminamus in lachrymis quia omnes qui
volũt pie viuere in Chrifto perfecutionẽ patienť. Me
temus in exultatione, quia gaudebimus in retributio
ne: quod ipfe præftare dignetur, qui viuit &c.

¶ *In Epiphania Domini. Ser. XVII.*

Viuet & dabitur ei de auro Arabiæ. Quis F
eft qui viuet, & cui dabitur de auro Pfal. 71.
Arabiæ? Puer qui natus eft nobis, & Puer nat. Efa. 9.
filius qui datus eft nobis, cuius nomẽ
admirabilis, confiliarius, Deus fortis,
pater futuri feculi, princeps pacis. Admirabilis glo-
ria, cõfiliarius fapientia, Deus natura, fortis potentia,
pater mifericordia, princeps iuftitia. Admirabilis glo
ria, quia & angeli prę nimia admiratione glorię eius
in ipfum profpicientes deficiunt, & cantant dicẽtes.
Pleni funt cœli & terra maieftatis gloriæ tuæ. Confi-
liarius fapientia, quia eft angelus magni confilij, qui
hominem in inuio infidelitatis & iniquitatis erran-
tem reduxit. Deus natura, quia deitatem habet per Luc. 11.
naturam, & alijs tribuit effe Deos per gratiam. For-
tis potentia, quia principem huius mundi cuftodien
tem atrium fuum, ideft mundum debellauit, & vafa
eius, ideft animas, in quibus iniquitatem pofuerat,
ad vitam tamen prædeftinatos diripuit, & ipfum de-
iecit, & alligauit, ne more antiquo in homine domi-
netur, donec in tempore Antichrifti ad modicum ip
fius permiffione foluatur, & poftea cum fuis in die
iudicij in infernum redigatur. Pater mifericordia,
quia paterna pietate ad nos venit, & nos redemit, &
iuftificauit, & beatificauit. Venit per humanitatem,
redemit per paffionem, iuftificauit per gratiam, bea-
tificabit p gloriá. Princeps iuftitia, qui reddet vnicui-
que qđ fuũ eft, bona bonis, mala malis, bonis gloriá,
malis pœná. Admirabilis ergo eft gloria, cõfiliarius G
fapiẽtia. Deus natura, fortis potẽtia, pr̃ mifericordia, Aurum.
princeps iuftitia. Viuet & dabiť ei. Quid dabiť ei? De
auro Arabiæ, non folũ de auro, fed & de thure, & de
mirrha. Aurum propter fulgorem diuinæ cognitio- Thus.
nis fignificat claritatem, ideft fidem. Thus propter Thus.
fuam redolẽtiam fignificat bonam opinionem. Myr- Myrrha.
rha, quæ corpora feruat incorrupta defignat carnis
incorruptionem. Poffumus autem de myrrha pro-
pter eius amaritudinem multiplices trahere fignifica Myrrha multiplex
tiones. Eft etenim myrrha doloris, eft & myrrha ti-
moris, eft & myrrha compunctionis, eft & myrrha
confeffionis, & eft myrrha fatiffactionis, & eft mir-
rha exercitationis, & eft myrrha laboris, & eft myr-
rha fubiectionis, & eft myrrha compaffionis, eft myr
rha quoque paffionis. Myrrha doloris eft, quando
tranfacta mala recogitamus, & inde dolemus. Myr-
rha timoris eft, quando pro malis, quę commifimus Difcurfus prędicatori præcipuus.
futuram pœnam timemus. Myrrha compunctionis
eft, quando cogente dolore & timore de malis per-
petratis compũgimur. Myrrha confeffionis eft, quá
do mala, quæ egimus confitendo erubefcimus. Myr
rha fatisfactionis, quando poft confeffionem de trãf
greffione diuinę legis Deo per afflictionem pœnitẽ-
tiæ pro modulo noftro fatisfacimus. Myrrha laboris
eft, quando in fex operibus mifericordiæ proximo
exhibendis laboramus. Myrrha exercitationis eft,
quando vitijs expulfis per diuturnum exercitium
ad virtutes peruenimus. Myrrha fubiectionis eft,
quando fublimiori propter Deum fubdimur, & in-
de nonnunquàm amaritudinem toleramus. Myrrha
autem compaffionis eft, quando alienis malis com-

pati-

patimur. Myrrha vero passionis est, quando mala nostra patimur. ¶ Habemus itaque decem species myrrhę, primam per dolorem, secundam per timorem, tertiam per compunctionem, quartam per confessionem, quintam per satisfactionem, sextam per exercitationem virtutum, septimam per exhibitionem bonorum operum, octauam per subiectionē, nonam per compassionem, decimam per passionē. Offeramus & nos fratres nato Domino, Aurum, thus, & myrrham, Aurum per fidem, thus per bonā opinionem, myrrham per carnis nostræ incorruptionem, & secūdum multiplicem superiorem myrrhæ diuisionem. Et quia nihil sine diuina gratia possumus, ipsam semper imploremus, vt per eius auxilium valeamus hanc offerre oblationem, & ad æternam peruenire retributionem: quod nobis præstare dignetur, qui viuit & regnat &c.

Epilogus.

¶ *In annuntiatione dominica.* *Sermo. XVIII.*

H

Lucæ.1.

ECce concipies, & paries filium. In annuntiatione dominica fratres charissimi locuturi compendiosum vobis sermonem faciemus, ne vestram dilectionem oneremus. Et quia modum sacratissimæ conceptionis multis scripturis exponētibus nostis, placet ipsum modum illibatum præterire, & aliquid quod vestros mores ædificet proferre. Debemus fratres nosmetipsi mater esse Christi, si volumus esse iusti, si uolumus esse beati, iusti per gratiā, beati per gloriam. Debemus Christum concipere, Christum parturire, Christum parere, Christum natum possidere. In generatione carnali prima est conceptio, secunda parturitio, tertia partus, quarta nati possessio, in qua est gaudium, quia natus est homo in mundum, nec meminit pressuræ mater trāsactæ. In spirituali autem hac generatione prima est fides, secunda bona voluntas, tertia bona actio, quarta æterna beatitudo. In carnali generatione prima est commixtio maris & fœminæ, quando fœmina retento semine fœcundatur. Deinde parturitio idest partus paratio, fœtus videlicet concepti augmentatio, vegetatio, membrorum formatio & dispositio, sensificatio hominis, atque perfectio. Denique igitur sequitur partus idest fœtus editio, in qua est maximus matri dolor, angustia, labor, & clamor. Ad vltimum sequitur nati filij possessio, in qua pnimio gaudio q natus est homo in mundum, mater præteritæ pressurę non recordatur. Sic in spirituali generatione, in qua Deus masculus est, anima fœmina. Quando ipse Deus animę coniungitur, concipit anima Christum per fidem. Fides nāq; prima est oīum bonorū, sine qua impossibile est placere Deo, sicut impossibile est naturę vt sine semine generetur hō. Deinde sequitur parturitio, quando concepti cognitio boni per bonā uoluntatē augmentatur, & p affectionem sensificatur, & quasi membratim per desiderium operandi disponitur. Sequitur partus, quando foris bonum per actionem manifestatur, quod prius intus in bona uoluntate continebatur, in qua est labor & clamor matris, quia grauatur tunc anima propter infirmitatem & murmurationē carnis. Sed quandiu durat partus iste? quandiu viuitur, semper fœtus iste editur, quia quandiu est tempus viuendi, semper est tempus bene agēdi. Quando vero homo moritur, tunc perfecte puer nascitur, quia in solo die mortis perfecte declaratur virtus & meritum operis. Nati filij possessio, æterna est beatitudo, in qua videbimus Christum, & gustabimus, videbimus per contemplationē, gustabimus per dilectionem. De huius natiuitatis gaudio & fructu scriptum est. Cum dederit di. s. som. ecce hære. d. fi. m. f. ventris. Cōcipimus ergo Christum per fidem, parturimus per bonam voluntatē, parimus per bonam actionem, gaudebimus de nato filio p æternā retributionē. Sciendum aūt est, quòd carnalis anima non potest suscipere Christum, sicut lignea fenestra non potest suscipere in se solarē radium. Et sicut vitrea fenestra in se suscipit radium solis, & ipse radius eam intrat & penetrat, sic anima spiritualis sordibus vitiorum purificata, & sole virtutum clarificata Christum concipit. Quid est nanque in fenestra lignum, nisi corpus? Quid vitrum, nisi spiritus? Ferrum autem quod panellos ligat, eo quòd ferro domantur omnia, significat rigorem seueritatis, & plumbum propter ponderositatem virtutem grauitatis, diuersæ laminæ diuersi sunt sensus animæ, quorum alij dis ponuntur sursum per contemplationem Dei, alij deorsum per curam sui, alij dextrorsum per dilectionem amicorum, alij sinistrorsum per dilectionem inimicorum, alij in circuitum per circunspectionem morum. Naturalis puritas vitri significat virtutes nobis datas per naturam. Colores superadditi uirtutes nobis collatas per gratiam, picturæ imaginum exempla significant sanctorum, quę diligenter in nobis pingere debemus, uirtutes eorum cogitando, innocētiam Abel, iustitiam Noe, fidem Abrahæ, perseuerātiā Isaac, tolerātiā Iacob, castitatē Ioseph, mā suetudinē Moysi, cōstātiam Iosue, charitatē Samuelis, humilitatē Dauid, zelum Eliæ, abstinentiam Danielis, præcipuam sancti Ioannis Baptistæ humilitatē, & castitatē beatæ Marię. Sed & crucem in nobis pingimus cogitando continue passionem Domini, quam pro nobis sustinuit. Sic pingamus in nobis aliorum imagines sanctorum cogitando & imitando virtutes & exempla eorum. In hac itaque fratres mystica significatione vitreæ fenestræ lignum est corpus, vitrum spiritus, ferrum seueritas, plūbum grauitas, singulæ laminæ singuli sensus animæ, puritas vitri virtutes nobis datæ per naturam, colores additi, virtutes nobis collatæ per gratiam, picturæ imaginum exempla sanctorum. Simus igitur fratres carissimi spirituales, vt irradiemur radio solis iustitiæ, & spiritualiter concipiamus & pariamus Christum filium virginis Mariæ, vt sic perueniamus ad gaudium retributionis æternæ, ipso præstante, qui viuit &c.

Mater domini esse debemus.

Ioan. 16.

Generatio spiritualis. Carnalis.

Spiritualis.

Psal. 126.

I

Fenestre similitudo.

Epilogus.

¶ *De vno quouis confessore.* *Ser. XIX.*

K

ECce sacerdos magnus. Magnus officio, magnus merito, magnus prēmio, magnus suffragio. Magnus officio, quia episcopus, magnus merito quia dignus cęlo, magnus præmio quia beatus, magnus suffragio,

Ex epistola.

Magnitudo confessorum.

Pulcher discursus. fragio, quia noster patronus. De cuius magnitudine scriptura adiungit dicens, Quasi stella, quasi luna, quasi sol, quasi iris, quasi cedrus, quasi cypressus, quasi rosa, quasi lilium, quasi thus, quasi ignis, quasi vas auri solidum. Stella est luminare in cœlo, & minor alijs, sole. & luna, & significat inchoationem bonam, inchoationem, quia minima, bonam quia luminare. Luna, quia ab inchoatione sui per momenta, horas, dies, hebdomadas ad perfectionē proficit, profectionem de bono ad melius, de inchoatione ad perfectionem figurat. Sol autem, quia perfectus est in quantitate sua, & in circulo plenus, nec aliquando crescit, recte perfectionem designat. Iris, id est cęlestis arcus, quia pluuiosus est, & aquas ante se ducit, prædicationem exprimit, quæ nos, qui sine ipsa, terra sine aqua sumus irrigat, vt steriles inueniés fructuosos faciat. Cedrus arbor est Libani montis. Libanus interpretatur dealbatio, & figurat illū qui est hyssopo gratię aspersus & super niuē dealbatus. Cedrus autem arbor Libani, quæ in altum se surrigit, & ad sublimia se extollit, spē designat iusti, qui se a terrenis ad cœlestia speranda sublimiter extendit. Cypressus est arbor odorifera, & exprimit bonā opinionem, quæ rumore boni odoris circūquaque non solum per uicina, sed etiam per remota suauiter se diffundit. Rosa propter suum ruborem figurat martyrium. Martyrium aliud intus, aliud foris. Intus compassione, foris passione. Lilia propter mirabilem sui candorem castitatem carnis apte designat. Thus, quia cum oratione sacrificij offerri solet, orationem ad diuinas aures ascendentem insinuat. Ignis charitatem significat, de quo igne scriptum est. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Iste est ignis perpetuus, qui in veteri testamento in altari iussus est ardere. Semper enim charitas in ara cordis debet perseuerare, quia sine eius flamma nō potest sacrificium aliquod cogitationis, locutionis, aut operationis consecrari, aut acceptabile fieri in conspectu Domini. Quasi vas auri solidū, quod dicit vas significat mensuram, quod dicit auri significat sapientiam, quod dicit solidum significat constantiam. Fuit itaque fratres carissimi sacerdos iste, cuius hodie solennia celebramus, quasi stella matutina per bonam inchoationem, quasi luna per meliorem perfectionem, quasi sol per optimam perfectionem, quasi iris per prædicationem, quasi cedrus per spem, quasi cypressus per bonam opinionem, quasi rosa per compassionem, quasi lilium per castitatem, quasi thus per oratione, quasi ignis per charitatem, quasi vas auri solidum, vas per mensuram, auri per sapientiam, solidum per constantiam. Simus & nos fratres sacerdotes sanctum istum pro modulo nostro imitantes, virtutibus superioribus adornati, diuinis officijs implicati, vt & nobis possit dici quod scriptum est. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Et item. Sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri. Sacrificiū nostrum anima nostra est, quam debemus semper in manibus habere, & immaculatam Deo offerre, sicut Psal. ait. Anima mea in manibus meis semper. Istud sacrificium causa est omnium sacrificiorum, quia cętera omnia propter istud facta sunt. Etiam passio Christi causa fuit aliorum sacrificiorum ipsam præcedentium. Istud primum offeramus, quia cętera sine isto nihil prosunt, quamuis & ipsa magna sunt. Quod nos implere perficiat, Qui viuit & regnat &c.

[Marginalia, left: Stella. Luna. Sol. Iris. Cedrus. Cypressus. Rosa. Martyriū. Lilia. Thus. Ignis. Leui. 6. Vas auri. Epilogus. 1. Petr. 2. Esa. 61. Psal. 118.]

§ *De qualibet fideli anima.* Ser. X X.

Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Sicut multa & magna nobis satis documenta præstant quælibet minima gesta sanctorum in scripturis: ita nōnunquàm præcipua virtutis exempla nobis præbent ea, quæ minima uidentur in creaturis. Apis etenim quanuis in volatilibus breuis sit, magna nobis tamen hortamenta iustitiæ natura & actione sua proponit. Apis nanque quod & præsens nobis scriptura sonat, in volatilib⁹ breuis est, idest parua. Affert aquas ad operis sui compositionem. Habet naturaliter iram. Habet aculeum, per quem exercet vindictam, sine coitu est, operatur ceram, operatur mel. Habet pedes, habet pennas, promit susurrum. Ducem imitatur, & in suo volatu velox inuenitur. Hæc autem omnia, quę de ape diximus, spiritualiter de qualibet fideli anima conuenienter intelligimus. Ipsa nāque breuis siue parua est per humilitatem, dum nō vult altum sapere sed timere, & quanto se sentit per iustitiam sublimiorem, tanto magis se satagit humiliare. Sumit quoque in opus suum aquam, dum cōpungitur siue pro peccato suo siue pro præmio futuro. Habet iram, dum erga malos iuste irascitur. Habet aculeum quo pungit, dum mala non solum in se verum & in alijs inquantum potest punit. Sine coitu est, dum semetipsam ab illicita voluptate cohibet. Ceram vero operatur, dum alijs per suam sanctitatem iustitiæ modos demonstrat. Mel etiam congregat, dum dulcedinem charitatis in penetralibus cordis accumulat. Habet pedes, dum de virtute in virtutem, de bona actione in bonam actionem intrat. Habet pennas, dum ab imis ad summa per cōtemplationem volat. Susurrum promit, dum in omnibus creatori gratias agit. Ducem sequitur, dū maiorem quanlibet humiliter imitatur. Velox denique est, quia in omni exercitatione virtutis & exhibitione boni operis expedita est. Habet itaque fidelis anima sicut apis breuitatem, idest paruitatem per humilitatem, aquam in opus suum per compūctionem, iram per iustitiam, aculeum per vindictā, caret coitu per continentiam. Habet ceram per boni operis demonstrationem, mel per charitatem, pedes per bonam actionem, pennas per contemplationem, susurrum per gratiarum actionem. Sequitur ducem per maioris imitationem, velox est per cuiuslibet virtutis & operis expeditionem. Imitemur fratres apem, vt mereamur habere initium dulcoris per medullam charitatis, & per dulcedinem supernæ beatitudinis. Ipso præstante, qui viuit & regnat &c.

[Marginalia, right: Eccl. 11. Apis. Pulchra similitudo Apis ad animam. Epilogus.]

§ De

¶*De membris humanis.* *Ser. XXI.*

M Hier. 17. SAna me Domine, & ſanabor. Homo quan
diu in iuſtitia perſtitit, ſanus fuit, ſed poſt
quàm per culpam corruit grauem languo
rem incidit. Et qui ante culpam in omni-
bus ſpiritualibus membris ſuis habuit ſanitatē, poſt
Diſcurrit elegāter. culpam in omnibus patitur infirmitatem. Clamet
igitur neceſſe eſt, ſana me Domine, & ſanabor. Sed
nunquid eſt dicendus homo habere membra ſpiri-
tualia: Habet membra ſpiritualia. ſ. virtutes. Sicut
enim exterius membris ſibi conuenientibus forma
tur, ſic interius virtutibus ſibi concordantibus mira-
biliter diſponitur & ordinatur, & ipſa mēbra corpo
Caput. ris virtutes figurāt ſubſtātię ſpiritualis. Caput ſigni-
ficat mentem. Quemadmodum nanque caput ſum
mū obtinet locū inter mēbra, ita mēs inter virtutes
animæ principalis eſſe videt̄ & ſūma. Et ſicut de ca-
pite capilli ſurgunt varij, citrini, ruſi, candidi, nigri:
ſic de mente cogitationes procedunt varię, benignę,
Oculi. maliuoſæ, mundę, immundæ. Oculi deſignant con-
tēplationē. Quomodo nanque oculis corporis foris
viſibilia cernimus, ſic radijs contemplationis inuiſi
Nares. bilia ſpeculamur. Per nares diſcretiones accipimus.
Naribus etenim odores, ac fœtores diſcernimus,
& ideo per nares virtutem diſcretionis non incon-
Aures. uenienter ſignificamus. Aures exprimunt obe-
dientiam, eo quòd audiendi obediēdiq; ſunt inſtru
Os. mentum. Os inſinuat intelligentiam. Sicut enim
cibum ore recipimus, ita virtute intelligentiæ pa-
Dentes. ſtum diuinæ lectionis captamus. Dentes vero ſigni
ficant meditationem, quia ſicut dentibus receptum
cibum comminuimus, ita meditationis officio pa-
nem lectionis acceptū ſubtilius diſcutimus ac diui-
Lingua. dimus. Lingua quoque, quia ipſa ſermonē format,
eloquentiæ pulchritudinem non inconuenienter
Collū humeri. deſignat. Per collum, humeros, & dorſum eo q̀ ip-
ſis onera ſoleant imponi, recte patientiam intelligi-
Brachia. mus. Per brachia autem, quia in ipſis eſt magna for-
Manus. titudo, virtutem fortitudinis accipimus. Manus, eo
Pectus. quòd ipſis operamur, ſignificat operationem. Sic pe
ctus, quia per ipſum reluctando reſiſtimus aduerſa
Cor. rio, conſtantiam figurat. Cor quoque, quia in ipſo
ſapientia continetur, ſapientiam deſignat. Mamillæ
Mamillæ. doctrinam exprimūt. Sicut enim mater duabus ma-
millis filios ſuos enutrit, ſic quilibet pius doctor do
ctrina dilectionis Dei & proximi impfectos quoſ-
Venter. que ad perfectionem iuſtitiæ prouehit. Per ventrem
memoriā intelligamus. Sicut nāque corporalē cibū
ore acceptū, dentibus comminutum, in ventrē tra-
ijcimus, vt ibi decoquatur & membris omnibus di-
ſtribuatur, vt ex ipſo mēbra corroborētur, ſic ſpiri-
tualē cibū intelligentia cognitū, meditatione diſcuſ-
ſum & ſubtiliatum intra memoriam cōdimus, vt il-
lic amoris igne coctus virtutibus omnibus admi-
niſtretur & diuidatur, vt ex eo confortentur. Sed
quemadmodum quibuſdam corporeus cibus in
ventrem acceptus non prodeſt, quia propter ni-
mietatem eius, aut debilitatem virtutis digeſtiuæ
non bene digeritur, ſed quaſi integer emittitur: ſic
quibuſdam cibus ſpiritualis in mentem acceptus
non prodeſt, quia ipſis per nimiam negligentiā re-
ſolutis de memoria ſubito lapſus amittitur. Qui au-
tem cibum talem acceptum per memoriam retinet,
& per dilectionem decoquit, cōfortatur & ad deui-
tanda mala & peragenda bona roboratur. Inferiora
membra, crura videlicet & pedes, quibus corpus ve Crura pedes.
lociter fertur, ſignificant virtutum & bonorum ope
rum perfectionem, & in ipſa perfectione velocitatē.
Cruribus nanque & pedibus non ſolum mouemur,
ſed & velociter quandoque currimus. Digiti pedū Digiti.
& manuum, eo quòd ſint extremitates membrorū,
virtutum & bonorum operum figurant perfectio- Vngues.
nem. Vngues, quia digitorum ſunt munimen per-
fectionis ſignificant ſoliditatem. Itaque qui habet
digitos per perfectionē, vngues habere diligat per
perfectionis ſoliditatem. Itaque qui habet digitos,
caueat ne aliquādo a perfectione diſſoluatur, & pau
latim diſfluendo ad nihilum redigatur. Membra igi Epilogus.
tur hominis exterioris virtutes deſignant hominis
interioris. Caput deſignat mentem, capilli cogitatio
nes, oculi contemplationem, nares diſcretionem, au
res obedientiam, os intelligentiam, lingua eloquen-
tiam, collum humilitatem, dorſum patientiam & lō
ganimitatem, brachia fortitudinem, manus opera-
tionem, pectus conſtantiam, cor ſapientiam, mamil
læ doctrinam, venter memoriam, Inferiora mem-
bra, quibus corpus mouetur, virtutum & bonorū
operum perfectionem & in ipſa perfectione veloci
tatem. Digiti pedum & manuum, qui ſunt extremi
tates membrorum, bonorum omnium deſignant
perfectionem. Vngues, qui ſunt digitorū munimē,
perfectionis deſignant ſoliditatem. Interiora mem-
bra uirtutes occultas, exteriora manifeſtas. Oſſa bo-
ni operis internum vigorem, cutis eiuſdem operis
ſuperficiem. Si quis autem iſtorum integritatem &
ſanitatem adipiſcitur membrorum, vt uidelicet ca-
put habeat ſanum per incorruptionem mentis, capil
los candidos per munditiam cogitationis, faciem
rubicundam per feruorem charitatis, oculos claros
per fulgorem ſupernæ contemplationis, & ceterorū
ſicut ſupra dictum eſt poſſideat decorem mēbrorū,
is vere ſanus eſt. Sicubi autem alicuius vitij cōtagio
lęditur, ibi protinus decor internę pulchritudinis
violatur. Reparemus in nobis fratres ſpiritualis for-
mæ decorem, diuinam imaginem. Sed quia nec ſpi
ritualem in nobis languorem ſanare, nec ſanitatem
ſine ſummi ope medici poſſumus obtinere, ad ip-
ſum ſinguli proclamemus: ſana me Domine, & ſa-
nabor. Quid &c. qui viuit & regnat &c.

¶*De populo, & terra Domini.* *Ser. XXII.*

LEgimus in cantico Moyſi, quod ſcrip- N
ſit de populo antiquo, de populo Iſ- Deut. 32.
raelitico, ipſum de eodem populo di-
xiſſe, quòd eum Deus conſtituit ſuper
excelſam terram, vt comederet fructus
agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumq́ue de ſa-
xo duriſſimo. Quemadmodum enim Deus primū
hominem condens, dedit illi paradiſum voluptatis,
vt per illud bonum ſperare ſciret bonum gloriæ
cęleſtis, ita populum ſuum poſt culpam reducere
volens ad gloriam, illis quibus commiſit ſacramēta
redemptionis

redemptionis, dedit terram promissionis, vt per bonum acceptum in tempore, disceret sperare bonum accipiendum in æternitate. Quæ terra dicitur excelsa, id est montuosa, sicut alibi ait Moyses loquens cũ
Deut. 11. Israel. Terra ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Ægypti de qua existi, vbi aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus inuisit semper, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. Terra Ægypti dicitur esse plana, quia cæcitas vitæ præsentis quæcunque suggerit mundus, caro, diabolus, prorsus existimat licita. Nullum obstaculum sibi scelestus in peragendo malo opponit, sed totum quod libet, quasi liceret, delectatione prauæ voluntatis & perpetratione operis percurrit. Quę irrigatur fluminibus suis, quia perfunditur vitijs. Terra autem Israel dicitur excelsa, quia vita spiritualis per virtutum eminentiam ad cęlestia bona contemplanda similiter sublimiter est exaltata. Quę expectat pluuiam de cęlo id est gratiam a Deo. Quam quoque Dominus Deus promisit & semper inuisit, quia quid in ipsa agatur diligenter attendit, & ei gratiam ad maiora bona peragenda misericorditer tribuit. Et oculi illius in ea sunt a principio anni vsque ad finem eius, quicquid enim in tempore gratiæ (quod est annus benignitatis eius) in spirituali conuersatione boni fiat, semper inspicit, & coronæ eius, vt in ipso terra ista fructum ampliorem faciat, in stillicidijs doni cęlestis benedicit. Super
O istam autem terram excelsam constituit Deus populum suum, non veterem sed nouum, non Iudaicum sed Christianum, vt comedat fructus agrorum, vt sugat mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Super istam terram Paulus Apostolus mansionem constituerat, quando de se sibique similibus dicebat, Nostra conuersatio in cęlis est. Quid est enim
Philip. 3. terra excelsa nisi vita spiritualis, vita sancta, vita honesta? Sunt quidam qui gloriantur in ciuitate in cliuo alicuius ardui loci posita, quia ciuitas talis cadentibus pluuijs lauatur sordibus suis, & habet inde non solum vias mundiores, sed & auram salubriorem. Vituperant quoque ciuitates in imo positas propter sordes & sordium fœtores, & aeris exinde corruptiones, quia ciuitates (inquiunt) tales per fœtores suos deuorant habitatores suos. Sed quid prodest tibi corporali habitatione manere in sublimitate locorum, si praua conuersatione verseris in profundo vitiorum? Præterit nanque figura mundi, nec aliquid permanet, sed totum & cito defluit bonum, malumque presentis seculi. Non est ergo magnipendendum vbi maneas, sed totis viribus contende, vt vitam Deo dignam ducas. Constituit (ait) eum super excelsam terram, vt comederet
P fructus agrorum. Qui sunt agri isti nisi sacri libri? Qui sunt fructus agrorum nisi sensus, sententiæque librorum? Singuli libri sunt singuli agri, scilicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, & cæteri libri veteris testamenti. Mattheus, Marcus, Lucas, Ioannes, & alij libri noui testamenti. Illi nanque proferunt hordeum propter asperitatem & duritiam literæ, isti frumentum propter lenitatem & teneritudinem spiritualis intelligentiæ. Si displicet tibi fructum legendo colligere de illis, saltem placeat colligere de istis id est si libros veteris testamenti legere detrectas, saltem libros noui testamenti legere & scire contendas, si despicis hordeum, mete frumentum. Scias agros istos scilicet libros diuinos ab optimis agricolis per multos labores bene cultos id est a perfectis doctoribus per multas afflictiones, vigilias, lectiones, meditationes, disputationes bene emendatos, bene glossatos, & expositos. Alij laborauerunt & tu intra labores eorum, mete fructus agrorum, lege sententias librorum. Si verbis meis acquiescere volueris, Dominus reget te, & nihil tibi deerit, quia in loco pascuæ te collocabit. Si vero nolueris, appropinqua- Psal. 22.
bit vsq; ad portas mortis anima tua, omnem escam abominata. Caue quoque ne comedas siliquas porcorum, ne videlicet delecteris in figmentis poetarum, siue sordibus vitiorum: diuinorum librorum fructus collige, & ex illis impinguare & dilatare. Ex Psal. 106.
Q Illic inuenies fructum, vt alio in loco iam diximus, honestæ occupationis, fructum intimæ deuotionis, fructum supernæ contemplationis. Sunt & alij libri spiritualium bonorum fertiles, fructus præbentes vberes, fructus salutares. Vniuersitas nanque creaturæ quasi quoddam corpus est bibliothecæ. Sed quemadmodum si laicus bibliothecam nouam bene compositam, bene scriptam, auro, diuersisque coloribus pictam & illuminatam inueniat, aperiat, inspiciat, & literas laudet, aurum coloresque commendat, sed tamen quid in ipsa sapientiæ contineatur minime cognoscit: sic homo bestialis tenebris ignorantiæ cęcatus mundum istum specietenus cõsiderans, laudat altitudinem cęli, latitudinem terrę, claritatem cęlestium luminarium, viriditatem germinum, diuersitatem quorumlibet animantium, moles montium, tractus fluminum, sed tamen quid in ipso diuinę cognitionis lateat non aduertit. Vir enim insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hęc. Non agnoscit in creaturis omnipotentiam creatoris, quæ tot & tanta de nihilo fecit, nec sapientiam, quę tam pulchre facta disponit, nec benignitatem, quæ tam vtilia dedit. Nos autem fratres delectemur in factura Dei, & in operibus manuum eius exultemus. Cum autem dicit, Vt sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo: duo ponit petram & mel, & iterum duo saxum & oleum. Petra secundum traditiones doctorum nostrorum saxo est minor, saxoque fragilior, & saxum petra maius, petraque durius. Petra & saxum Christum significant. Sed petra significat Christum in sinu matris, saxum vero significat Christum in dextera Dei patris. Petra Christus in mundo, saxum Christus in cœlo. Vis videre Christum petram paruam? vide eum in cunis latitantem, vel in sola Iudæa predicantem. Vis videre Christum saxum magnum? vide eum ad dexteram patris sublimatum, ad terminos terræ per fidem in cordibus credentium dilatatum. Hic est lapis, de quo scriptum est. Lapis abscissus de monte sine manu hominis, factus est mons magnus, & impleuit terram. Vis videre Christum petram fragilem? vide vagientem, esurientem, sitientem, lassescentem, algentem, la- Psal. 91. R Quomodo Christus petra, & saxum. Dan. 2.

chrymantem, flagellatum, mortificatum. Vis videre Christum saxum durissimum? Vide quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illa vltra nō dominabitur, qđ enim viuit, viuit Deo. Mel de petra significat gratiam redemptionis. Oleum autem de saxo durissimo gloriam beatitudinis. Sicut namque mel præ omnibus, quæ comedūtur palato dulcius sapit, sic gratia redemptionis præ omnibus, quæ in præsenti sæculo possunt homini in cordibus electorū dulcescit. Et quō oleū cunctos liquores excellit, sic gloria beatitudinis, quæ summum est bo-
Epilogus. num, bona cuncta superat & excedit. Debemus itaque fratres esse constituti super excelsam petrā per eminentiam virtutum, comedere fructus agrorum lectionem scripturarum, & per contemplationē creaturarum, sugere mel de petra suscipiendo gratiam redemptionis, oleumque de saxo durissimo sperando gloriam beatitudinis. Ad quam nos perducere dignetur, Qui viuit & regnat.

¶ *Ad sacerdotes in synodo. Ser. XXIII.*

S Ite angeli veloces ad gentem conuul-
Esa. 18. sam & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est alius: ĩ gentē expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terrā eius. Ecce fratres charissimi diuinum nobis officium iniūctū, ecce cura, solicitudo, laborque sacerdotum. Ecce piū sed periculosum onus illis impositum. Ite angeli veloces. Admonet nos hoc in loco sermo propheticus, immo diuinus, ne ministerium nobis diuinitus iniunctum contemnamus, ne sanctum onus deijciamus, ne gētem ad imaginem & similitudinē Dei formatā, pretioso sanguine Christi redemptam, nobis cōmissam negligamus, ne per culpam temporalē ad æternam defluat damnationem, ne (quod absit) nō solū in illa fiat peccatum propter ipsius delicta propria, sed & in nobis fiat supra modum peccans peccatum propter delicta aliena. Reddituri nāq; sumus rationem non solū de nobis, sed etiā de animabus nobis commissis, nisi illis instanter annuntiauerimus
T verbum salutis. Audiamus igitur attentius, quod no-
Esa. 18. bis diuinitus dicitur. Ite angeli veloces ad gentē conuulsam. Sacerdotes sunt angeli, sicut quodam loco
Mala. 2. scriptura innuit dicens. Labia sacerdotis custodiunt sapientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Ergo si sacerdotes Domini sumus, etiam ex ipso officio angeli, idest nuntij sumus, & populo ea, quę Dei sunt nunciare debemus. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam. Duobus modis probatur humana natura Deo inhærere & in ipso radicem habere, secundum hoc videlicet quòd facta est, vt alio loco iam diximus, ad imaginē Dei in eo quòd verū potest cognoscere, & secūdum hoc quòd facta est ad similitudinem Dei in eo quòd potest bonum diligere. His enim modis non solum humana, verum & angelica creatura creatori coniuncta dignoscitur, dum & cognitione eius sapientiam contemplatur, & dilectione beatitudine eius iugiter fruitur. His duobus modis vitat malum, quia & per cognitionem veritatis, quam habet in diuina sibi originaliter insita imagine, pellit errorem, & per amorem virtutis, quam habet in diuina similitu-
dine, odit iniquitatem. Subintrauit autem in naturā V
humanam per suggestionem diabolicam ignorantia, & euellit in homine radicem diuinæ cognitionis, & venit concupiscentia, & eradicauit plantam dilectionis. Gens itaque quælibet impia a diuinis & cælestibus bonis per culpam elongata, duobus præcedentibus bonis in bono primum plantata, duobus succedentibus malis deinceps recte monstratur & vocatur a bono conuulsa. Ite ergo angeli veloces ad gentem conuulsam, & non solum con-
uulsam sed & dilaceratam. Conuulsam a bono, X
dilaceratam in malo. Humana nanque natura postquam à bono vellitur, statim in malo dilaceratur multipliciter, dum diuersis vitijs & peccatis ad damnationem pertrahantur diuersi. Alij per superbiam, alij per inuidiam, alii per iram, alij per accidiam, alij per auaritiam, alij per gulam, alij per luxuriam, alij per vsuram, alij per rapinam, alij per furtū, alij per falsum testimonium, alij per periurium, alij per homicidium, alij videndo mulierem ad concupiscēdum eam, alij dicendo fratri fatue, & per alia si qua sunt vitia siue peccata, intus vel foris, quæ propter præsens compendium nec volumus nec valemus dinumerare. Ite igitur angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, vt per vestram prædicationem in malo dilaceratam coadunetis, & à bono cōuulsam replanteteis. Ite angeli ite veloces, ite ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribi-
lē post quē nō est alius. Quandiu fratres Charissimi Y
homo nobilitatē, elegantiā, ac pulchritudinē suæ cōditionis per iustitiam conseruat; speciosus esse forma comprobatur. Quando vero decorem pulchritudinis in semetipso per culpam fœdat, statim deformis & horribilis inuenitur, dissimilis Deo, etiam similis factus diabolo. Heu quā turpis, quā terribilis est populus iste? Alij in populo isto sunt deformiter nigri per cogitationem immūdam, alij cęci sunt per ignorantiam, alij carent naribus per indiscretionem, alij lingua vel labijs per noxiam taciturnitatē, in alijs retrouersus est vultus per transacti criminis recordationem & delectationem, alijs solus remansit corporis truncus capite præciso per mentis alienationem, alij quoque carent brachijs perdito fortitudinis rigore, alij carent pedibus amissa virtutum perfectione, alij (quod grauius est, quod turpius est, quod horribilius est, quod terribilius est) dissipatis omnibus membris, idest virtutibus, operibusque bonis dilaceratis peruenerunt vsque ad por-
tas mortis, sicut Psal. ait. Dissipata sunt ossa nostra Psal. 140.
secus infernum. Quid igitur fratres? Si quis vide- Z
ret populum corporaliter in hunc modum deformatum cateruatim coram se transire, alios cernens nigros, alios, vt supra dictum est, sine auribus, sine naribus, sine labijs, alios versis retro vultibus, aut amputatis capitibus, manibus, brachijs, pedibus, ac cruribus solos truncos coram se rotantes, siue dissipata singillatim membra humana unum post aliud sequentia, si quis, inquam, vestrū hæc uideret nōne quā citius se signo crucis præmuniret aut fugeret,

& cla-

& clamaret nec se, nec aliam vnquam vidisse talia? Quid ergo? Diebus dominicis ac solennibus populus vobis commissus a vobis curandus, ad ecclesiam confluit formam corporis componit, cultioribus ac diuersis coloribus tinctis vestibus se induit, & vos viros ac mulieres in tanto fulgore contemplantes forsitan gloriamini tales vobis subiectos, talibusque vos esse prælatos. Non est bona gloriatio vestra si in hoc gloriemini, & populus uobis commissus a bono conuulsus, in malo dilaceratus, diuersis vitijs atque peccatis terribilis inueniatur fratres. Vitam itaque diligenter attendite, mores considerare, & pulchritudinem eius secundum ea, quæ ad interiorem hominem, non secundum ea, quæ ad exteriorem pertinent iudicare, & erubescite, & dolete de ipso, qui vobis est subiectus populo, si talem videritis quem hic auditis, gentem scilicet conuulsam & dilaceratam, populum terribilem post quem non est alius, quia vestra forsitan est culpa, vestra negligentia, vestra desidia, quòd talis est, eo quòd non annuntiastis ei peccata sua, scelera sua. Ite igitur angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius. Ite angeli quia vestrum est officium, ite veloces ne mora vestra generet periculum. Ite ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius, vt per vestram prędicationem

A adipiscatur remedium. Nolite sedere cum consilio

Ex psal. 25. vanitatis, nolite cum iniqua gerentibus introire. Odite ecclesiam malignantium, & cum impijs nolite sedere. Quid igitur? Potest etenim aliquis vestrum tacitus cogitare, vel manifestius respondere dicens. Tu prohibes nos exemplo psalmistę posito, ad tales ire, & nonne Dominus ad tales nos dirigit vbi dicit: Ite veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem nõ est alius. Intendite, vbi Dominus ait. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius: ibi vobis officium iniungitur, & pręceptum datur impijs prædicandi. Hic vero vbi dicimus, nolite sedere cum consilio vanitatis, nolite cum iniqua gerentibus introire. Odite ecclesiam malignantium, cum impijs nolite sedere. Hic, inquam, vobis continuò prohibetur licentia cum impijs peccandi. Ite igitur angeli prædicando, nolite ire peccando. Ite ad populum terribilem, vt verbo salutis illum speciosum forma faciatis: nolite ire, vt deformitate peccati illius vosmetipsos illi similes efficiatis. Christus cum peccatoribus manducauit, vt illos in bono sibi coniungeret, sed non manducauit cum eis, vt illis in malo semetipsum sociaret. Sicut Christus fecit ita facite, sicut non fecit nolite facere. Ite angeli, ite veloces.

Luc. 10. 4.Reg.4. Quàm veloces? tam veloces vt in via neminem salutaueritis, & si quis vos salutauerit non respondeatis illi. Non quòd salus omnibus non optanda, sed vt his verbis Spiritus sanctus insinuat quàm veloces, quàm expeditos esse sacerdotes in prædi-

2. Tim. 4. catione salutis oporteat. Quasi dicat. Prædicate verbum, instate opportune, importune: arguite, obsecrate, increpate in omni patientia, & nolite differre verbum de die in diem, de dominica in dominicam, de festo in festum, sed diebus saltem dominicis & festiuis populo pro consuetudine in ecclesia congregato non sufficiat vobis tantum missas celebrare, non sufficiat pro domino apostolico, & singulis ordinibus generalem orationem facere, vel festa sequentis hebdomadę nuntiare, sed magis populum castigate de malo, erudite & informate in bono, pœnam peccatoribus venturam, & gloriam iustis reseruatam illis declarate. Ite ange- B

li. Ite veloces. Quis enim si verbum salutis populo prędicare de dominica in dominicam distuleritis, quis inquam sciuit an tunc viuentes, an sani, an præsentes eritis? Sed & si vos viuentes sanos ac pręsentes esse contingat, quis scit an aliquis tunc aberit, qui prius præsens fuit, & amplius consilium animæ suę non audiens morte inopinata & subita præuentus non abluens culpam rapiatur ad pœnam? Nonne Deus iuste sanguinem huiusmodi hominis de manibus vestris requiret? Ite ergo angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est a- C

lius. Quid est quod dicitur post quem non est alius? Nunquid post hunc populus non est nasciturus, victurus, bona malaque facturus? Est vtique. Quid est ergo quod dicitur, post quem non est alius? Id est nullus ante iudicem summum illo deterior, nullus per culpam turpior, nullus terribilior. Tres sunt populi, Christianus, Iudaicus, Gentilis. Qui vtcunque igitur in populo Christiano nomine tenus Christiani sunt, sed per iniustitiam diabolo seruiunt, Iudęis siue paganis sunt terribiliores, ex quo per iniquitatem sunt deteriores. Quanto nanque per gratiam adiuti facilius si vellent possent in iustitia permanere, tanto grauius offendunt dum a culpa nolunt abstinere, quia cui plus committitur, plus ab eo exigetur: & quanto gradus altior, tanto casus grauior: & plus peccauit diabolus in cœlo, quàm homo in paradiso: & seruus Luc. 12.

sciens voluntatem Domini sui & non facit, plagis vapulabit multis, seruus autem nesciens eam vapulabit paucis. Igitur sicut Dominus ciuitatibus, in quibus plurimas virtutes fecerat, eo quòd pœnitentiam non egissent, exprobrauit dicens. Væ tibi Matt. 11.

Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum nunquid vsque ad cœlum exaltaberis? Vsque ad infernum descendes, quia si in Sidonijs factę fuissent virtutes, quæ factę sunt in te, fortè mansissent vsque in hunc diem. Verumtamen dico tibi quia terrę Sidoniorum remissius erit in die iudicij quàm tibi. Sic & huic falsorum Christianorum populo per diuersas impietates deprauato, terribili facto, longe a diuina similitudine quodammodo secundum suam nequitiam remoto, sic inquam ei potest exprobrari, vt dicatur ei. Vę tibi popule nequam, popule mendax, popule apostata, qui male viuendo filium Dei conculcas, qui sanguinem testamenti pollutum ducis in quo sanctificatus es, & spiritui gratiæ contumeliam facis. Melius

1.Pet.2. enim erat illis nón cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis & illud veri prouerbij. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Sed & quo-
D modo populus iste seipso deterior vel terribilior esse possit, aut populo malo post nos futuro minime videmus. Nam & in ipsum pondus malorum ore prophetico prolatum, videtur esse profu-
Esa.5. sum quo dicitur, Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobilmetipsis prudentes. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Multa (fratres charissimi) sunt, quæ causa breuitatis prętermittimus, quę de his omnibus adhuc dici possent. Ite angeli veloces ad populum terribilem, post quem non est alius. Sequitur ad gentem expectantem & conculcatam. Quid expectat? Vestrum verbum, vestrum exemplum, vestrum patrocinium, & diuinum per vestram solicitudinem & administrationem auxilium, & donum. Vestrum expectat verbum vt erudiatur, vestrum exemplum vt informetur, vestrum patrocinium vt defendatur, diuinum per vestram solicitudinem & administrationem auxilium & donum vt a malo liberetur, & in bono iustificetur. Et conculcatam. Quis conculcauit eam? Vniuersi dæmones, qui iugiter animæ eius dicunt, Incuruare vt transeamus per te. Praui etenim, & qui cęlestia spernunt, & ad terrena se deflectunt, dęmonibus iter se conculcandi & pertranseundi tribuunt. Sequitur. Cuius diripuerunt flumina terram eius. Quæ sunt ista flumina terram male viuentium diripientia? Vbi vitia cum impetu sunt fluentia, & malos ad tormenta trahentia. Quæ est terræ direptio, nisi virtutis cuiuslibet dissipatio? Flumina ergo malorum terram diripiunt, cum vitia virtutes eorum auferunt. Aufert enim superbia humilitatem, ira pacem, inuidia charitatem, accidia spiritualem exultationem, auaritia largitatem, luxuria continentiam. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius, ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripue-
Esa.18. runt flumina terram eius. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo diuulso & dilacerato, a populo terribili post quem non fuit alius, a gente expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius. In illo, inquit, tempore deferetur munus Domino. In quo tempore? Cum videlicet ieritis ad populum istum ad quem mittimini, & illum a supradictis malis per vestram prædicationem curaueritis. Quod munus deferetur? Munus gratum, holocaustum medullatum, votum internum, & deferetur ad locum nominis Domini ad montem Sion, id est in sanctam ecclesiam. Ite igitur angeli veloces, & populo terribili prædicate, ministerium vestrum implete. Quod si feceritis bonum gradum vobis acquiretis. Det vobis & nobis huius rei gratiam, qui promittit gloriam Iesus Christus Dominus noster, qui viuit & regnat, Per omnia sęcula sęculorum. Amen.

In natiuitate Domini. Sermo. XXIIII.

DOmine miserere nostri, te enim expe- G
ctauimus. Esto brachium nostrum Esa.33.
in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Deus fons & origo boni totius, sine cuius suffragio nec bonum possimus habere, nec malum valemus euadere, nec consequi iustitiam vel gloriam, nec culpam vitare nec pœnam, ipse iugiter a nobis est exorandus, ipse iugiter reclamandus, vt ipsius suffragante gratia & a malo liberemur, & in bono confirmemur. Legimus in verbis Esajæ prophetæ, quòd ipse Esaias pro populo Iudaico exigentibus peccatis a Sennacherib, intra muros Hierusalem obsesso orauit dicens. Domine miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Time- H
bant enim Iudæi, vt illucescente mane ipse Sennacherib vrbem aggrederetur, & sic ciuitas caperetur. Populus Iudaicus in Hierusalem constitutus electorum significat populum in diuinæ pacis visione collocatum. Sennacherib & eius exercitus populo Dei dirus inimicus: diabolum designat, multitudinemque dæmonum ac prauorum hominum. Venit Sennacherib cum exercitu suo, & Iudęos in Hierusalem consistentes expugnare conatur, dum diabolus cum multitudine malignorum spirituum, & peruersorum hominum veros diuini nominis confessores in diuinæ pacis visione quiescentes per multas tentationes aggreditur, & eos per quamlibet culpam a securitate suæ quietis, & a statu rectitudinis subuertere molitur. Erant duo muri in I
Hierusalem, murus superior siue interior, murus inferior vel exterior. Sic in spirituali conuersatione fidelium duo sunt præcipua munimenta quasi duo muri, dilectio scilicet & actio. Dilectio murus interior, actio murus exterior. Sed nihil valet ad salutem murus exterior, nisi interior diligenter custodiatur. Quid nanque prodest operis exhibitio, si desit cordis dilectio? Quid valet panem esurienti porrigere, potum sitienti dare, hospitem colligere, nudum operire, infirmum visitare, ad inclusum carcere ire, diuersarum orationum verba fundere, laudibus diuinis os aperire, missas celebrare, quælibet sacramenta Dei tractare & eis communicare, & quęlibet huiusmodi facere, si negligas vel contemnas mandatum dilectionis observare? Sunt qui multa pauperibus erogant, multa sanctorum loca sub obtentu redimendæ propriæ prauitatis, & promerendæ beatæ retributionis, peregrinando visitant, & alia bona multa faciunt, sed semetipsos nihilominus male viuendo sceleribus inuoluunt. Isti frustra sua pro Deo tribuunt, quamdiu Deo semetipsos auferunt. Nam si tua das Deo, teipsum diabolo, non est æqua partitio. Deus hominem fecit & redemit, & ideo debet

bet totum hominem possidere, & ab ipso fructum bonæ cogitationis, locutionis, & actionis colligere & propterea nõ debes dare diabolo qđ debes Deo. Quilibet ergo praui sicut temporalia bona Christo in suis membris student dare, sic semetipsos Christo, Christũ super omnia, & proximum sicut seipsos diligendo debent offerre, & sic ciuitas eorum, dupli ci muro munietur, muro interiori per dilectionem, exteriori per operationem. Si vero interiorem, id est dilectionem contingat deesse, exterior, id est operatio hostium impetum non valet sustinere. Domine miserere nostri. Miseretur Deus hominis, quando hominem a malo liberat, & in bono confirmat, & sic a malo liberando, & in bono confirmando iustificat. Miserere igitur Domine nostri per iustificationem. Non enim possumus habere iustitiam, nisi no bis illã dones per gratiam. Te.n.expectauimus. Qui in Deum sperat, Deum per spẽ expectat. Qui.n.minime sperat, minime expectat, sed per miseram conscientiam diuinam fugit p̃sentiam. Nec Deo quærit pręsentari, dum ab eo timet condemnari. Domine miserere nostri per iustificationem, te.n.expectauimus per spem. Esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tẽpore tribulationis. Vnũ sensum habet quod p̃misit brachium, & quod subiunxit salus, & vnum sensum habet quod dicit in mane, & quod addit in tempore tribulationis. Esto Domine brachium nostrum, & salus nostra, vt nos liberes a malo, & confirmes in bono. Si tu fueris brachiũ nostrum, si salus nostra, ab hostibus nos impugnantibus liberabimur, & in conuersatione bona sicut illi antiqui in vrbe Hierosolimitana saluabimur.

L

Tempus tribulationis tripliciter distinguitur. Primũ mane.

In mane in tempore tribulationis. Possumus tribus modis distinguere quod dicit mane siue tempus tribulationis. Primum mane siue tempus tribulationis est post discessum noctis hodiernæ solennitatis. Secundum post horam mortis. Tertiũ post cursum seculi præsentis. Sed mane hodiernæ festiuitatis, mane dominici natalis quomodo dici potest tempus tribulationis, cum omnibus videatur esse tẽpus exultationis? Sed si subtiliter perspiciatur, est quibusdã tempus tribulationis, quia tempus tentationis, dum diabolus per spectacula vanitatis, & superfluitatem comestionis & potationis & multiplicis dissolutionis multis tendit laqueos præcipitationis. Quanto igitur diabolus in diebus solennibus instantius quærit occasionem, & facilius inuenit tentandi facultatem, tanto quisque ad resistendũ debet semetipsum præparare cautiorem & fortiorem, ne cum filij Dei congregati fuerint in vnum, superueniens Sathan aliquem eorum per culpam corrumpat, & filium damnationis faciat. Quemadmodũ ergo diximus, quando est tempus festiuitatis, tunc est tempus tentationis, & quamdiu est tentationis tempus, tandiu est tempus tribulationis. Esto igitur brachium nostrum Domine, & salus nostra in die tribulationis: Ne diabolus ciuitatem sanctam per tentationem frã-

Eccle. 9.

M

Secundũ.

gat, fideles tuos per iniquitates captos abducat. Secundum mane siue tempus tribulationis est post horam siue etiam in ipsa hora mortis. Quandiu homo viuit quodammodo in nocte est, quia non cognoscit multa, quæ post mortem cogniturus est. Sicut nanque dicit Salomon: Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt: Et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quòd vniuersa æq̃ eueniãt iusto & iniusto, bono & malo, immolãti victimas, & sacrificia contemnenti. Sicut bonus sic & peccator, vt periurus, ita & ille, qui verũ deierat. Et item. Nescit homo finem suũ, sed sicut pisces capiun tur hamo, sic homines capiuntur in tempore malo, cũ eis extemplo superuenerit. Et Apostolus Paulus. Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui aũt iudicat me, Dñs est. Tegitur ergo hõ nocte magnę ignorãtiæ omnibus diebus vitæ suæ. In morte vero dies illi cognitionis oritur, quia recedente anima de corpore & p̃mium & meritum suũ simul & clare contemplatur. In istius diei matutino multum est timendum humano spiritui, ne a crudeli Sennacherib impetatur, & pro peccatis suis ad terrã vltimam, ad infernũ videlicet abducatur. In morte nãq; solet diabolus miserã animã cũ suis satellitibus circundare, & vndiq; coangustare, & si licentia sibi detur, ad istam terrã prosternere. Dñe esto brachium nostrum in hoc mane, salus nostra in tempo re tantę tribulationis.

Eccl. 9.

1. Cor. 4.

N

Tertium.

Tertium mane siue tempus tribulationis est dies vniuersalis resurrectionis. Quandiu nanque genus humanum in præsenti seculo demoratur, magna nocte ignorantię tegitur. Nondum enim scire potest q̃diu mundus subsistat, vel quãdo finem accipiat: nondum nouit qui sint saluandi, qui damnandi: nec videt p̃mia bonorum, nec pęnas malorum: nec cõtio sanctę ecclesiæ contemplatur per speciem quod credit per fidem: nec adhuc videt rẽ ad quã tẽdit p spẽ: sed in gñali resurrectione recedente nocte p̃sentis ignorantiæ illucescet dies cognitionis perfectæ, quando congregatis omnibus creaturis rõnalibus Deum videbit omnis oculus, quãdo Deus illuminabit abscondita cordis nostri. Tunc veniente Domino cum omnibus sanctis suis erit lux magna, quia erit lux lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter sicut lux septem dierum, in die, qua colligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.

O

Vox diei illius reprobis amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ damnandis erit dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. In die illa interficiet & disperdet de ciuitate sancta Dauid, Rex noster, Saluator noster omnes peccatores terræ, quando videlicet dicet eis. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ab hac auditione mala, qua vsque ad illam horam nulla vnquam impijs peior fuit, nec deinceps erit: ab hac, inquam, iusti non timebunt quibus dicetur. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. In die illa Saluator noster, cuius nomen terribile est impijs, sanctum sanctis, misericordiam & iudicium cantabit, misericordiam bonos saluando, iudicium malos condemnando, & honor regis, quo bonos saluabit. Iudicium diliget, quo malos condemnabit, & duo quæ Deus uno & æterno

Soph. 1.

Matt. 25.

Ibidem.

verbo locutus est semel complebuntur, quia potestas Dei erit ad reprobos puniendos, & ubi Domine misericordia ad iustos glorificandos, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Tunc cum tradiderit filius regnum patri finis erit, id est consummatio omoium, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, ut amplius non dominetur spiritus spiritui, angelus angelo, vel homo homini.

Epilogus. Esto Domine brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. In primo mane idest in die solennitatis hodiernę nos libera a diabolica tentatione. In secundo, id est in hora mortis, nos libera a diabolica infestatione. In tertio, id est in die resurrectionis, nos libera a perpetua damnatione. Esto vbique brachium nostrum, salus nostra, vt nos a malo liberes, & in bono salues, & largiendo nobis gloriam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam præparasti diligentibus te: in qua viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

In festiuitate cuiuslibet sancti, & præcipue Augustini. Sermo. XXV.

H Psal. 50. Sperges me Domine hyssopo, & mundabor. Dauid rex & propheta tribus grauibus maculatus peccatis, adulterio quando peccauit cum Bersabee, traditione qoādo Vriæ dedit literas mortis suæ, homicidio quando Ioab prædictum Vriam secundum præceptum regis in loco vbi bellum erat fortissimū posuit, & ipse Vrias percussus occubuit. Ipse inquam Dauid postquam se peccasse intellexit, psalmum pœnitentialem in quo versiculus iste continetur composuit, & in ipso de transgressione se a Deo mundari suppliciter supplicauit.

I Hyssopus. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor. Herba hyssopus, de qua in testamento veteri aspersorium componebatur, qoo res quælibet mundanda aspergebatur & mundabatur, quot in se habet proprietates, tot spiritualium rerum præ se præfert significationes. Aliquot igitur eius proprietates decreuimus secundum ordinem disponere, & sic mysticas earum significationes exponere.

Hyssopi ꝓprietates sancto alicui applicabiles. Scimus hyssopum in occulto terræ radicem figere, foras de terra exire, sursum crescere, ramos multiplicare, folia producere, virescere, calidum natura, paruum, & purgatiuum esse, grana seminis, & hyacinthini coloris flosculos, & ex ipsis flosculis redolentiam habere. Hæc omnia spiritualiter iusto isti sancto videlicet Augustioo, cuius hodierna die solennia celebramus conueniunt.

K Radix, quæ principium est rei crescentis, fidem significat cordis, quę est origo cuiuslibet virtutis, vel booi operis ex ipsa nascentis. Egressio germinis confessionem significat oris. Sic radix significat fidem cordis, exitus germinis confessionem oris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. (Rom. 10.) Quod vero hyssopus crescit sursum, figurat spem supernorum bonorum, per quam superna sapimus bona, & quærimus, & ad ea per desiderium properamus. Multiplicatio ramusculorum multiplicationem exprimit virtutum ex vna fide quasi ex vna radice prodeuntium. Folia, quæ foris ipsam rem de qua crescunt vestiunt, bona opera designant, quæ iustum extrinsecus honeste & decenter tegunt. Viror hyssopi perpetuam significat in iusto iustitiæ conseruationem, siue cœlestis æternitatis amorem. Naturalis hyssopi calor dilectionem Dei & proximi, quia iustus Deum super omnia & proximum sicut semetipsum diligit, figurat. Quali quodam nanque calore calet, dum vtraque feruet dilectione. Paruitas hyssopi humilitatem exprimit iusti. Iustus etenim humilitatem imitatur hyssopi, dum altiora se quærere non præsumit, sed humilibus consentit. Purgatiuam habet virtutem per prædicationem. Sicut enim hyssopus ipso vtentium purgat pectora, sic prædicator adiuuante manu summi medici audientium se mundificat corda. Habet etiam grana per sanæ doctrinæ verba. Quæ in cordibus audientium seminata producunt cooperante gratia germen iustitiæ, & reddunt fructum gloriæ. Habet flosculos hyacinthini coloris, dum exercet virtutes, & exhibet opera conuersationis cęlestis vitæ. Spargit odorem, dum per bonam famam bonus odor est Christi in omni loco.

Habet itaque iustus noster, patronus noster, cuius hodie solennia celebramus, ad modum hyssopi radicem per fidem, germen egrediens per fidei confessionem, erectionem per spem, plures ramos per virtutum multiplicitatem, folia per bonam actionem, virorem per perseuerantem conseruationem iustitiæ, & perpetuum amorem æternæ patriæ. (Epilogus.) Calidus est per dilectionem, paruus est per humilitatem, purgatiuus per prędicationem. Hyacinthinum habet colorem per cœlestem vitam, grana per sanam doctrinam, redolentiam per bonam famam. Hoc hyssopo quasi quodam aspersorio toties nos Deus aspergit, quoties doctrina & exemplo illius nos instruit, & accendit. Et nos mundamur, lauamur, & super niuem dealbamur, dum eius eruditione & imitatione ab omni inquinamento carnis & spiritus purificati ad cęleste præmium subleuamur. Aspersorium igitur hyssopi vita est iusti, aqua gratia, aspersio imitatio, mundatio iustificatio. Aspergat nos Deus hoc hyssopo in tempore, vt cum ipso glorienur in æternitate. Qui viuit & regnat &c.

De antiquo Iudæorum populo, & hodiernis iustis. Sermo. XXVI.

Eatus Paulus Apostolus in epistola sua loquens de populo Israelitico, scilicet quæ bona, vel quæ mala eidem populo contigerint taliter subiunxit. L

Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. (1. Cor. 10.) Multa fratres charissimi dedit Deus bona populo illi, multa contulit beneficia. Patres eorum absque meritis elegit, eos in signis & prodigijs multis & magnis de Ægypto, de fornace ferrea, de domo seruitutis eduxit. Præcessit eos in columna nubis & ignis per desertum longo tempore, in quo non

sunt

sunt attrita vestimenta eorum. Pane cęlesti pauit eos, aqua de petra potauit, circunduxit, & docuit, & custodiuit vt pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super illos volitans expandit alas suas, sic assumpsit populum illum, & portauit eum in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Percussit coram eis reges magnos, & occidit reges fortes. Seon regem amorreorum, & Og regem Basan. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo, vt comederet fructus agrorũ, & sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan, & hircos cũ medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimum. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Deinde progressu temporis cum prædictus populus legis præcepta contemneret aspirando excitauit Deus sanctos viros qui in ipso erant, & prophetas constituit vt præuaricatores a culpa castigarent, & ad iustitiam reuocarent, & eidẽ populo aduentum dilecti filij sui pnuntiarent. Denique cum aduenisset sacri plenitudo temporis, misit

M Gala. 4. Deus filium suũ in terras ad oues, quæ perierant domus Israel, vt ipse pastor gregem suum pasceret, in brachio suo congregaret agnos, & in sinu suo leuaret, fœtas ipse portaret. Ista magnalia, & multa alia, quæ modo dinumerare nec volumus, nec valemus, fecit illis Deus, quæ sicut iam dictum est in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Quæcunque enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Secundum huius figuræ typum fratres charissimi non merito

N humano, sed gratuito dono elegit Deus patres nostros in fide, sanctos videlicet apostolos, quos voluntarie genuit verbo veritatis, vt essent aliquod initium creaturæ eius. Eduxit nos de Ægypto, quando eduxit de paganismo, quando nos eduxit de tenebris gẽtilis infidelitatis in admirabile lumen suum, vt qui aliquando non eramus populus, nunc sumus

1. Pet. 2. populus Dei, & qui non cõsequuti misericordiam, nunc misericordiam consequuti. Qui pascit, & qui portat nos in via & vita præsentis seculi sacramento corporis & sanguinis sui. In hac vita præcedit nos columna nubis & ignis, quia proponit ad confirmationem fidei claritatem & miracula suæ diuinitatis, & ad exemplar bonę operationis blandimentum & humilitatem humanitatis. In hac via non atteruntur vestimenta nostra, quia virtutes, & bona opera nostra vsque in finem si volumus per gratiam eius nobis custodiuntur illæsa. In hac via circunduxit nos Deus per bonam actionem, & docet per scripturarum lectionem, & custodit per gratiæ suæ pro

Deut. 32. tectionem. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos atque portauit in humeris suis, quando enim expandit in cruce manus, ipse languores nostros tulit, & dolores nostros portauit, & exẽplum patiendi monstrauit, vt per passionem, quę est in tempore, ad gloriam volare discamus, quæ est in æternitate. In hac via solus Deus dux noster est, & non est nobiscum Deus alienus, quia ipse solus per passionem suam torcular redemptionis humanę calcauit, & de gentibus non fuit vir cum eo, quia sacerdos & leuita spoliatum & vulneratum prętererunt, & solus Samaritanus misericordia motus appropiauit, vulnera eius alligauit infundens oleum & vinum, & imponens super iumentum duxit in stabulum, & curam eius egit. Subuersis hostibus multis O

& magnis dedit terram nobis optimam, quia liberatos de potestate tenebrarum transtulit in regnum filij dilectionis suæ, regenerans nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cęlis nobis, qui in virtute Dei custodimur per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, quando fides nostra multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inuenietur in laudem, & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi, quando exultabimus lætitia inenarrabili & glorificata. Sed & si legem aliquando præuaricemur, constituti sunt per ecclesias rectores & doctores, qui de malo nos castigent, & in bono reforment. Venit & ipse filius frequenter ad nos, vt ad suum ouile si in aliquo deuiamus reducat, & ibi sub sua protectione custodiat. Ecce quomodo consonant exemplaria veritati. Ecce qualia bona illis Deus contulit, qualia nobis, illis magna, nobis maiora. Sed quid dicit de illis scriptura diuina? Multis modis enarrat præuaricationes eorum in Ægypto, in deserto, in terra promissionis, duritiam cordis eorum, & incredulitatem, contentiones, & murmurationes eorum contra Dominum, & Moysen seruum eius, & alios multos, qui post eum populum illum docuerunt. Cum enim persequeretur eos Pharao, leuauerunt filij Israel oculos suos, & viderunt Ægyptios post se, & dixerunt ad Moysen. Forsitan non erant sepulchra Exo. 14.

in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede a nobis, vt seruiamus Ægyptijs: Multo enim melius est seruire eis, quàm mori in solitudine. In deserto quoque Sin murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron, & dixerunt. Vtinam Exo. 16.

mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? In Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum, iurgatus populus contra Moysen ait. Exo. 17.

Da nobis aquam vt bibamus. Cur exire nos fecisti de Ægypto, ut occideres & nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? In Oreb fecerunt vitulum, Exo. 32.

& adorauerunt sculptile, & mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: Psal. 105.

obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Postquàm autem profecti sunt de deserto sinai, ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra Dominum. Num. 11.

Vulgus quippe promiscuum, quod descenderat cũ eis, flagrauit desiderio carnium, sedensque ac flens, iunctis sibi filijs Israel ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis. In mentẽ nobis veniunt cucumeres & pepones, porri quoque, & cępæ, & allia. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Sed & decem exploratores ex illis duodecim, quos direxit Moyses ad explorandã terram promissionis, detraxerunt terrę apud filios Israel, quam inspexerant, dicentes. Terra quam lu-
Num. 13. strauimus, deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus, proceræ staturæ est. Ibi vidimus mõstra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. Fleuerunt igitur filij Israel, & murmurati sunt contra Moysen
Num. 14. & Aaron, dicentes. Vtinam mortui essemus in Ægypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nonne melius est reuerti in Ægyptum? Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægy-
Num. 16. ptum. Chore quoque, & concilium eius irritauerũt
Num. 27. Moysen in castris Aaron sanctum. Ad aquas contradictionis vexatus est Moyses propter eos quia exa-
Num. 25. cerbauerunt spiritum eius. In Sethim fornicatus est populus cum filiabus Moab, & initiatus est Israel Beelphegor. Denique terram bonam ingressi contaminauerunt eam in idolis suis, & in cunctis abo-
Deu. 32. minationibus suis. Incrassatus est enim dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. Prouocauerũt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dęmonijs & non Deo, dijs, quos ignorabant. Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Dederunt Deo scapulam recedentes, & transgressi sunt leges eius pessime. Forni-
Eze. 23. cata est super me Oolla, id est Samaria, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis, & in immundirijs eorum polluta est. Quod cum vidisset soror eius Ooliba, quę est Hierusalem, insaniuit & ipsa in amatores suos, & denudauit fornicationem suam in tantum vt plus esset impia quã
Psal. 13. gentes. Omnes itaque declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, excepto semine sancto, quod perstitit in gente illa, quod non est excussum, quia benedictio
Matt. 21. Domini erat. Cumq; mitteret Dominus seruos suos prophetas, vt fructus istius vineæ acciperent, agricolę apprehensis seruis eius alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se. Hic est hæres. Venite occidamus eum, & habebimus hęreditatem. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Et quomodo contra supradicta beneficia reddidit mala generatio praua & peruersa, populus stultus & insipiens, videamus fratres & caueamus, ne præcepta Saluatoris transgrediendo illis configuremur, assimilemur, conformemur. Sunt multi vocati in sancta ecclesia, pauci electi: multi sunt, qui exemplum illorum male viuendo sequuntur, ambulantes in comessationibus & ebrietatibus, in cubilibus & impudicitijs, in contentione & ęmulatione, configurantes se, sicut ait B. Petrus Apostolus, prioribus ignorantiæ suæ desiderijs, qui post carnẽ 1. Petr. 1.
in concupiscentia immunditię ambulant, damnationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, se- 2. Petri. 2.
ctas non metuunt introducere blasphemantes. Sed væ illis (vt ait Iudas Apostolus) qui in via Cain abie- Iudæ.
runt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in cõtradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis mane conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quę a ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatę, fluctus feri maris, despumantes suas cõfusiões, sidera errantia, quibus procella tenebrarum reseruata est in ęternum. Isti sunt, secundum B. Petrum Apostolum, existimantes voluptatem diei delicias 2. Pet. 2.
coinquinationis & maculæ, delicijs affluentes, in cõuiuijs luxuriantes, oculos plenos habentes adulterio & incessabili delicto, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij. De quibus Paulus terribiliter intonat dicens. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaue- Heb. 6.
runt etiam donum cęleste, & participes sunt facti Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonũ Dei verbum, virtutesq; venturi seculi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes. Per perpetrationem etenim culpæ amittunt donum gratię, & tales se faciunt, vt rursus quantum ad illos, nõ quantum ad misericordiam diuinam atque potentiam, vt in quam illis necessarium uideatur, rursus filium Dei pro redemptione ipsorum crucifigi, & ostentui haberi. Voluntarie enim nobis peccantibus post acceptam notitiæ veritatem iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis nanque est quædam expectatio iudicij & ignis ęmulatio, quę consumptura est aduersarios. Non relinquitur ait hostia pro peccatis uoluntarie nobis peccantibus post acceptam notitiam veritatis. Vna est enim vera, & perfecta, & sola hostia, caro Christi semel in passione oblata pro peccato generis humani, quę amplius pro nullius peccato crucifigetur, aut patietur, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6.
Quicunq; igitur criminaliter aut damnabiliter peccant post acceptam gratiam baptismatis, pretium amittunt humanæ redemptionis, nec habent quid offerant pro peccato redemptionis iam factę, nec amplius faciendæ pretio amisso. Sicut nec genus humanum habuisset post peccatum parentis primi originale hostiam, quam pro ipso peccato originali vel pro suo actuali obtulisset, nisi illi pater summę pietatis dilecti filij sui assumptam humanitatem ab omni peccato macula per diuinam potentiam mundificata ad offerendum gratis dedisset. Quę uidelicet humanitas Christi in cruce semel oblata omnes tam pręcedentes quàm sequentes ad vitam ęternam prædestinatos effusione sui sanguinis culpa lauit, &

æterno patri, Adæ debitum soluens reconciliauit. Vna est ergo redemptionis hostia, qua amissa non relinquitur nobis altera. Sed quamuis ista tam grauia & terribilia sunt peccatoribus, non est tamen impossibile apud Deum omne verbum. Potest etenim misereri, & miseretur labentibus, & ad eum pœnitendo reuertentibus in hoc etiam tẽpore post amissam baptismi gratiam remittit culpam. Sed licet pec cantibus pœnitentibus nunquam longinqua sit diuina miseratio, omnibus tamen formidanda est post acceptam gratiam culpa, quia terribilis imminet sententia contemptoribus gratiæ, sicut ex eiusdẽ verbis Apostoli intelligi potest. Ait enim. Forsitan quis faciens legem Moysi sine miseratione duobus vel tribus testibus moritur. Quanto magis deteriora putatis mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Si sermo veteris testamenti, qui per an-
Y gelos dictus est, factus est firmus, & omnis præuaricatio accepit iustam mercedis retributionem, quo modo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Non igitur nos configuremus illis in præuaricatione, ne similes illis efficiamur in damnatione, sicut quidam in hoc tempore prauitatem illorum imitantes, & correptionem scripturarum contemnẽtes, tot & tantis sceleribus se inuoluunt, vt merito de ipsis dici possit, quòd ipsi sint in quos non solum deuenerunt fines seculorum, sed etiam vitiorum, non quòd post eos non erunt vitia, sed quòd minime valeat vnquàm grauius aut deterius ebullire vitiositas humana. Nec intelligunt q̃ districte, & diligenter seruanda sit sanctimonia, cum scriptum sit, q; etiam in
Sap. 1. cogitatione impij erit interrogatio, nec sit allata pax
Luc. 2. in natiuitate Saluatoris, nisi hominibus bonæ voluntatis. Non solum enim in conspectu Dei purificandus est oculus operis vel sermonis, sed & fons intimæ cogitationis. Si autem neglexerimus secundum ea, quæ propter nostri scripta sunt correptionem corrigi, timeamus cum illis antiquis contemptoribus condemnari. Scitis, fratres, multiplices pœnas
R illis propter iniquitatem eorum fuisse illatas. Alij gladijs sunt occisi, alij cęlesti igne combusti, alij terra glutiente absorpti, alij morsibus serpentum necati, alij Domino alijs modis percutiente mortui. In terra promissionis pręcepta Dei transgredientes a gentibus sæpe sunt seruituti subiecti. Denique de terra sua penitus expulsi, dispersi sunt per multas regiones, & continuæ seruituti subditi, & (quod omnibus grauius est) a fide Saluatoris exclusi & perpetuæ damnationi deputati sunt. Non igitur efficiamur similes in culpa, ne simul cum illis cruciemur in pœna. Timeamus Dominum Deum nostrum, qui eduxit nos de Ægypto infidelitatis, & dedit nobis iucunditatem æternę dulcedinis, & dedit nobis domos per bonam conseruationem, hortos, vineta, olіueta per virtutum & bonorum operum fructificationem, & satiat nos per spiritalis gratiæ refectionem. Ipsi soli seruiamus, vt per ipsius gratiam mereamur gloriam. In qua viuit & regnat Deus in sęcula sęculorum. Amen.

¶ *In festiuitate paschali, & corporis Christi.*
Sermo. XXVII.

Isti sunt dies quos obseruare debetis. S
Quartadecima die ad vesperã pascha Leui. 23.
Domini est, & in quintadecima solennitatem celebrabitis altissimo Domino. Diuina prouidentia genus humanum ad amissam beatitudinem reuocare disponẽs, multiplices sacræ legis institutiones proposuit hominibus veteris testamenti, quibus venturæ sacramenta redemptionis commisit, & qualiter quæque obseruare deberent patenter edocuit. Vnde inter cętera sacramenta legalia quando paschalem solennitatem celebrarent, quæ speciale & præcipuum, quia redemptionis humanæ, sacramentum erat, ostendit dicens. Quartadecima die ad vesperam pascha Domini est. Nos igitur fratres, quibus iam non sunt tenenda carnalia legis scripta, sed ea, quæ per illa sunt significata, nos inquam debemus altius fodere, & latentis boni fontem quærere, sub vmbra veritatem, sub figura rem, sub duritia corticis medullæ teneritudinem, sub litera intelligentiã spiritualem, sub tegmine paleæ internam grani refectionem diligenter inuestigate. In agro nanque legis diuinę thesaurus sapientiæ latet occultus, quem qui inuenit, inuenit vitam, & haurit salutem a Domino. Quartadecima die ad vesperã pascha Domini est. Magnum & euidens sacramentum habet numerus iste, qui ex denario & quaternario constat. T
Denarius nanque significat completione & finem legis, quaternarius exhibitionem & perfectionem euangelicæ prædicationis. Lex etenim decem præceptis comprehenditur. Et euangelium quatuor libris cõtinetur. Christus itaque veniens in carne, qui est finis legis, denariũ legis compleuit, & per assumptam humanitatẽ lucem euangelicę doctrinę declarans quasi quatuor dies cõsummauit. Et in consummatione prædicationis quatuor euangeliorum, qua si in fine vel in vespera quatuor dierum, ipsemet Christus phase celebrauit, quia per nostræ fragilitatis naturam pro nobis in cruce moriens de mundo ad patrem transitum fecit. Debemus charissimi hoc phase, idest hunc transitum Domini, in quo ægyptios, videlicet dæmones tenebrosos subegit, & nos de potestate eorum liberauit, hunc inquam debemus semper cogitare, & ea, quę in veteri testamẽto secundum literam de hac solennitate scripta sunt, in nouo spiritualiter obseruare. Debemus carnes agni comedere, caput eius cum pedibus & intestinis vorare. Fit autem ibi mentio non solum agni, sed V
& hœdi. Christus agnus est, Christus hœdus. Agnus iustis, hœdus peccatoribus, caput diuinitas, pedes humanitas. Caput eius voramus, quando cum sana fide & summa deuotione cogitamus eius diuinitatem. Pedes voramus, quando cum eadem fide & deuotione cogitamus eius humanitatem. Caput eius voramus, quando cogitamus eius immensitatem sine dimensione, æternitatem sine tempore, simplicitatem sine diminutione. Caput voramus, quando eum cogitamus veraciter in omni essentia, in omni loco, in omni tẽpore, sed in omni essentia sine

Agnus paschalis.

ſine ſui definitione, in omni loco ſine comprehen-
ſione, in omni tempore ſine mutabilitate. Caput uo
ramus, quando cogitamus quòd non poteſt loco
mutari qui vbique eſt, nec tempore qui ęternus eſt,
nec ſenſu qui ſapientiſſimus eſt, nec affectu qui op-
timus eſt, nec augeri qui immenſus eſt, nec minui
qui ſimplex eſt, nec diuidi qui vnus eſt. Caput vo-
ramus, quando cogitamus eius potentiam, ſapien-
tiam, ac bonitatem. Potentiam, qua cuncta creat, ſa
pientiam, qua cuncta gubernat, bonitatem, qua crea
Pulcherrime diſcurrere pôt Concionator de modo ſumendi ſanctiſſimũ Chriſti Corp⁹. ta & gubernata conſeruat. Caput voramus, quando
cogitamus eum ſupra omnia, ſubter omnia, extra
omnia, intra omnia. Supra non elatum, ſubter non
ſubſtratum, extra nõ excluſum, intra non incluſum.
Supra præſidendo, ſubter ſuſtentando, extra conti-
nendo, intra penetrando. Caput voramus, quando
de vbertate domus Dei inebriati, & de torrente vo-
luptatis eius potati, cogitamus eum fontem vitæ eſ-
ſe, a quo bona cuncta procedunt, & lumen verum,
in lumine & de lumine vero, non tamen duo lumi
naria, ſed vnum lumen. Caput voramus, quãdo bea
torum angelorum concentum, & ſanctorum per
primam ſtolam iam glorificatorum laudes ſummæ
diuinitati libatas cogitamus, & cœleſtia bona, inquã
tum diuina largiente bonitate poſſibile eſt, prægu-
Pedes. ſtamus. Pedes voramus, quando humanitatem eius
cogitamus. Pedes voramus, quando cogitamus fi-
lium Dei pro nobis incarnatum pannis inuolutum,
in cunis vagientem, vbera lactentem, eſurientem, ſi
tientem, laſſeſcentem, lachrymantem, captum, liga-
tum, colaphizatum, crucifixum, mortuum, ſepultũ,
reſurrexiſſe a mortuis, aſcendiſſe in cœlum, ſedere
ad dexteram patris, in die Iudicij venturum, & red-
Inteſtina. diturum vnicuique ſecundum opera ſua. Inteſtina
eius voramus, quando ipſius occulta & profunda
ſacramenta fideliter & deuote cogitamus, quibus
videlicet ſacramentis ipſe Chriſtus eſt ab initio prę-
ſignatus, ſicut multis oraculis eſt prophetatus. Iſtius
agni carnes nocte comedimus, quia modo in ſacra-
mento dominicum corpus accipimus, quando ad-
huc inuicem conſcientias noſtras non videmus. Sed
non comedamus quicquam ex eo crudum, nec cre-
damus eſſe hominem purum, ſed coquamus eũ per
diuinitatis intelligentiam, non tamen aqua ne præ-
ſumamus eius myſteria diſcutere per humanam ſa-
pientiam, ſed aſſum per Spiritus ſancti gratiam. Si
quid reſidui fuerit, quod veſtram excedat intelligẽ-
X tiam, debet igni comburi, ideſt Spiritui ſancto fide-
liter committi. Accingamus renes noſtros per caſti-
tatem. Habeamus calciamẽta in pedibus per defun-
ctorum patrum imitationem, baculos in manibus
per vigilantiam paſtoralem. Comedamus panes azi
mos per ſimplicem doctrinam, lactucas agreſtes per
amaram pœnitentiam. Comedamus feſtinanter vt
mandata Dei, myſteria redemptionis, gaudia patrię
cœleſtis cum feſtinatione cognoſcamus, & præce-
pta vitæ impleamus, qa & ſi hodie ꝙ licet nobis bñ
agere ſcimus, vtrũ cras liceat ignoramus. Feſtinãter
ergo comedam⁹. i. ad ſolẽnitatẽ patriæ cęleſtis anhe-
lemus. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in pa
tria locũ perdat. Hæc de ſpirituali intelligẽtia breui
ter pſtrinximus, vt de tãto ſacramẽto quãtũ poſſu-
mus colligamus. Comedamus fratres phaſe, & nõ
ſolũ comedamus, ſed & faciamus. Faciamus phaſe,
faciamus tranſitum. Tranſeamus de tenebris ad lu-
cem, de mendacio ad veritatem, de vitio ad virtutẽ.
Tranſeamus inquantum poſſumus de ſuperbia ad
humilitatem, de inuidia, ad charitatem, de ira ad trã
quillitatem de accidia ad exultationem, de auaritia
ad largitatem, de ebrietate ad ſobrietatẽ, de luxuria
ad caſtitatem. Tranſeamus de malo ad bonum, de
mundo ad Deum, vt moriamur mundo, viuamus
Deo. Imitemur ſerui Dominum, diſcipuli magi-
ſtrum, vt ſicut Chriſtus de mundo ad patrem tran-
ſiuit, ita & nos de impietate tranſeamus ad pietatẽ.
Et in quintadecima die ſolennitatẽ celebrabitis al-
tiſſimo Domino. Quintadecima dies totum tempus
gratiæ, quod ab aſcenſione Domini Ieſu Chriſti &
miſſione Spiritus ſancti protenditur, deſignat: in
quo ſolẽnitatem Domino celebramus, quia per gra
tiam ipſius debemus quinarium ſenſuum noſtro-
rũ per culpam corruptum, ad integritatem reuoca- Y
re, & denarium legis bene viuẽdo complere. Quin-
decim etiam per ſeptem & octo diuiduntur, quia
nos debemus in hac ſolennitate gratiæ taliter viue-
re, vt per ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti me-
reamur adipiſci octo beatitudines cęli. Iſti ſunt dies
dies videlicet humanæ redemptionis, dies gratiæ di
uinæ, quos obſeruare debemus ceſſando ab opere
ſeruili, ideſt ab opere peccati, & non ſolum ab ope-
re peccati, ſed etiam a voluntate peccandi. Voluntas
enim pro facto computatur. Quicũque autem dies
iſtos voluerit obſeruare (velle autem debemus om
nes) ſemetipſum a malo ſtudeat conſeruare, quia
intantum quiſque dies iſtos ſolenniter obſeruat, in
quantum a malo ſemetipſum conſeruat. Et tanto fe
ſtiuiores laudes diuinitati immolat, quanto iucun-
ditatem gratiæ defæcata mente tranquillius degu-
ſtat. Eſt & alius tranſitus in morte iuſti, quando ani
ma de ergaſtulo & vinculis carnis egrediens libera-
ta de tentationibus ſeculi tranſit ad gloriam liberta-
tis filiorum Dei. Felix ille tranſitus quo iuſtus poſt
actionem bonam recipit ſtolam primam, & euadẽs
miſeriam intrat gloriam, & poſt laborem inuenit re Apoc. 14.
quiem. Beati nanque mortui qui in Domino mo-
riuntur. Amodo iam dicit ſpiritus, ideſt Deus, vt re
quieſcant a laboribus ſuis. Hoc etenim legis dena-
rio & euangelij quaternario quaſi quatuordecim
dierum numero completo agunt ibi quintamdeci-
mam diem ſolennem cum angelis coram altiſſimo
Domino. Ibi gaudentes cum beatis ſpiritibus in gau
dio ſolennitatis illius glorificationem ſuorum cor-
porum feliciter expectant. Ibi habitantes in excelſo
vident regem in decore ſuo. Eſt & aliud paſcha ſiue
tranſitus, quando in die iudicij in reſurrectione ge
nerali ſancta vniuerſalis eccleſia de ærumna mundi
tranſibit ad beatitudinem cœli, de mutabilitate tem
poris ad ſtatum æternitatis. In hoc tranſitu induet 1. Cor. 15
hoc corruptibile incorruptionem, & mortale hoc
induet immortalitatem, & abſorbebitur mors in vi
ctoriam, & auferetur mors & ſtimulus mortis. Et ab
ſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſancto- Apo. 21.
rum ſuorum, & non erit amplius neque luctus, ne
que clamor, ſed nec vllus dolor, quoniam priora
tranſierunt.

Z Quinque phase. transfierunt. Igitur quinque differentijs distinguere
possumus pascha, siue phase, siue transitum dicamus. Primum fuit in percussione Ægypti, secundũ
in passione Domini, tertium in iustificatione impij,
quartum in morte iusti, quintum in assumptione &
glorificatione totius ecclesiæ, quæ est corpus Christi mysticum. In primo liberati sunt filij Israel de seruitute Pharaonis, in secundo liberati sunt electi de
iugo diabolicæ potestatis, in tertio liberatur iustificandus de dominio iniquitatis, in quarto liberatur
iustus de vinculo carnis, in quinto liberabitur sancta ecclesia in omnibus filijs suis de corruptione
mortalitatis. Tũc sancta mater ecclesia prius in hoc
seculo lege per opera iustitię consummata & euanlio perfecto, veluti quatuordecim dierum circulo
decurso, in quintadecima æternitatis celebrabit solennitatẽ altissimo Domino. Ibi enim sine termino
Dei vacabit laudibus, & erit ei Deus omnia in omnibus. Nos autem fratres celebremus interim & obseruemus dies istos, dies redemptionis humanæ,
dies gratiæ diuinæ, secundum ea, quæ supra dicta
sunt, vt per pręsens meritum veniamus ad futurum
præmium, præstante Domino nostro Iesu Christo
qui viuit & regnat per omnia sęcula sęculorũ. Amẽ.

¶ *In festo omnium sanctorum.* *Sermo. XXVIII.*

A Matt. 5. VIdens Iesus turbas ascendit in montem
&c. Quod Dominus octonarium, per
quẽ ad octo beatitudines peruenitur
discipulos docturus in montem ascẽdit, hoc nobis insinuat, quòd qui sacræ doctrinæ verbum dispensat, non in valle praui
operis, non in campo effrenatæ dissolutionis consistere dẽat, sed mõtẽ spiritualis cõuersationis p exercitia virtutum, & exhibitionem operum bonorum
Esa. 40. ascendat. Sicut etiam scriptum est. Super montem
excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Ascensio
ergo in montem, sublimem designat conuersationẽ
sessio Domini authoritatem magisterij, apertio oris
effectum prædicationis. Beati pauperes spiritu, quoB Pauperes. niam ipsorum est regnum cœlorum. Alij sunt spiritu diuites, alij quodammodo de spiritu nihil habentes, alij spiritu pauperes. Spiritu diuites sunt superbientes, de spiritu nihil habentes nimis pusillanimes, Spiritu pauperes humiles. Superbientes faciũt
non facienda per elationem, pusillanimes facienda
prætermittunt, & humiles facienda faciunt per humilitatẽ. Paupertas itaque spiritus nihil habens defectionis, nihil superfluitatis per viam regiam ducit
ad beatitudinem supernam. Beati mites. Mites sunt
C Mites. lenes & patientes, qui neminem lædunt, & improbis cedunt. Sunt autem quidam, qui ita volunt esse
mites, vt nihil curent de vita aliena, neminem de
bono admoneant, neminẽ de malo corripiant. Sed
talis lenitas non est multum laudanda, quia patitur
defectũ, vbi deberet exercere virtutis effectum. Tales igitur debent esse mites, vt neminem lædant,
mala illata patienter sustineant, & non solum suam,
sed nec alienam negligant vitam, vt si opus fuerit,
& bonis ad meliora exhibeant exhortationem, &
malis de malo correptionem. Est etenim modus in
rebus, quia sicut homo non debet esse nimiæ asperitatis, sic nec debet esse nimiæ lenitatis, vt inter
dexteram & sinistram per discretam mansuetudinẽ D
ad beatitudinis perueniat terram. Beati qui lugent, Lugentes
quoniam ipsi consolabuntur. Luctus solet esse pro
amissione carorum, sicut quando aliquis amittit caros suos, patrem, matrem, filium, aut aliquem propinquum. Heu quam multi lugent caros suos, qui
nequaquàm lugent semetipsos? Quàm multi lugent
damna corporalia, qui lugere contemnunt damna
spiritualia? Quando aliquis infirmatur aut moritur,
lugent amici. Quando autem peccat damnabiliter,
quando fornicatur, quando dicit fratri fatue, quando videt mulierem ad concupiscendum eam, nemo
luget. O sanitas insana, o visio cæca, o vita mortua.
De his, quæ non lugẽda sunt lugent, & quæ parum
lugẽda grauiter lugẽt, & grauiter lugẽda spiritualia.
s. dãna nõ lugent, vel etiam de ipsis rident. De istis
inquam prophetauit Esaias dicens? Væh qui dicitis Esa. 5.
bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras. Ponentes amarum in
dulce & dulce in amarum. Lugeamus fratres amissionem carorum, sed plus lugeamus amissionẽ bonorum operum, amissionem virtutum. Lugeat corruptus amissionem virginalis integritatis. Lugeat superbus amissionem humilitatis. Lugeat iracundus
amissionem internæ tranquillitatis. Lugeat auarus
amissionem largitatis. Lugeat ebriosus amissionem
sobrietatis. Lugeat accidiosus amissionem spiritualis exultationis. Lugeat inuidus amissionem charitatis. Beati nanque qui lugent modo per pęnitentiam,
quia consolabũtur per indulgentiam, deinde per iu- E
stitiam, postremo autem per gloriam. Possumus au- Lugentiũ
tem dicere tria esse genera spiritualiter & fructuose tria gña.
coram oculis creatoris lugentium. Alij nanque lugent pro indulgentia culpæ, alij lugent ex suauitate gratiæ diuinitus sibi collatę, alij ampliori feruore
accensi lugent ex desiderio futuræ gloriæ. Et in his
omnibus beati qui lugent, quia qui seminant in lachrymis, in exultatione metẽt. Absterget enim Deus Psal. 125.
omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, Apoc. 21.
& non erit amplius neque luctus, neque clamor,
sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt,
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ip- F
si saturabuntur. Omnes homines esuriunt & sitiunt, Esurientes.
sed alij esuriunt & sitiunt malum, alij esuriunt &
sitiunt bonum. Alij etenim esuriunt & sitiunt aurũ,
argentum, vestes pretiosas, prædia, terras, vineas, domos, equos, & possessiones innumeras. Ista tamen
omnia bona sunt in se, sed in hoc quodammodo
mala esse dicuntur, quòd a malis male esuriuntur
& sitiuntur. Sic & Dominus iniquum dixit mammona, idest diuitias, nõ quòd res diuitiarum essent
iniquæ, sed per iniquitatem acquisitæ. Alij esuriũt
& sitiunt potestates & honores, alij voluptates, alij
salutationes in foro, primos recubitus in cœnis, &
primas cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus rabbi. Sed tales non possunt fieri beati, quia nõ
possunt saturari. Totus enim mundus nequaquàm
homini sufficeret, qui est dominus mundi. Nun
enim impletur oculus visu, nec auris impletur auditu,

ditu, nec in ceteris sensibus potest homo saturari ex eorum delectationibus. Quod rex Danid bene considerauit, qui quãuis haberet ad comedendum & bibendum non solum ad necessitatem, sed etiam

Psal. 16.

si vellet ad superfluitatem, tamen dixit. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Esuriamus & sitiamus non transitoria, non terrena, sed iustitiam, quia per esuriem & sitim iustitiæ perueniemus ad satietatem

G

Misericordes.

æternæ gloriæ. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Si ergo vis misericordiam accipere, misericordiam exhibe: dimitte, inquit, &

Matt 6.
Matt. 7.

dimittemini. Secundum enim mensuram qua mẽsi fueritis, remetietur vobis. Beati quoque misericordes, qui alijs in miserijs suis assistunt, & eos secundum possibilitatem suam protegunt & defendunt.

H

Mũdi corde.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Mundo corde sunt illi, qui nec puluere inutilis cogitationis, nec luto fœdantur prauæ delectationis. Mundo corde sunt, quos nõ tegit nebula terrę ignorantiæ, nec corrumpit ardor concupiscentiæ. Mundemus igitur corda nostra ab omni ignorantia per inquisitionem veritatis, & ab omni peruersa concupiscentia per amorem virtutis, vt mereamur Deum videre in gloria regni cœlestis. Beati pacifici, quoniã

I

Pacifici.

filij Dei vocabuntur. Pacifici sunt, qui in semetipsis pacẽ facere & custodire volũt, qui vitia aduersantia subigũt, virtutes erigũt: & quicquid in se peruersæ cogitationis, locutionis, operisve deprehẽderint, prudẽter & potenter expellunt, nec aliquid perturbationis in regno suæ dominationis esse permittunt, & si quid eis aduersitatis contigerit, pacem tamen suam seruant, & cuncta cum cordis sui tranquillitate iudicant. Pacifici qui nõ tantum in se pacem custodiũt, verum etiam alios discordantes ad vnitatem pacis reducunt. Pacifici sunt, qui dum eis a malis mala inferuntur, mala minime retribuunt, sed cum his, qui

Ex psal. 119.

oderunt pacem, pacifici sunt. Isti filij Dei vocabuntur, quia Deus summa pax est, & omnia cum tranquillitate iudicat: filij Dei, fratres Christi. Isti filij per gratiam, Christus filius per naturam. Hæredes Dei, cohæredes autem Christi.

K

Persecutionem patientes.

¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Multi patiuntur persecutionem, sed alij patiuntur propter culpam, alij patiuntur propter iustitiam & innocentiam. Sed dicet aliquis. Nemo potest modo per persecutionem attingere ad beatitudinem, quia nunc in pace consistunt omnia, & sancta ecclesia ferè de nulla parte patitur aduersa. Et ego dico, ꝙ vbique persecutiones sunt, quia quotidie in penetralibus sanctæ ecclesiæ persequitur Cain Abel, Ismael Isaac, Esau Iacob, idest impij iustum: & si quis persecutionem non patitur ab extraneis; patitur tamen

2. Tim. 3.

a falsis fratribus. Omnes enim, qui pie volũt in Christo viuere, persecutionem patiuntur. Quia igitur non cessant persecutiones, patientia nobis necessaria

Heb. 10.

est, vt reportemus repromissiones. Væ autem ijs, qui perdunt patientiã, quia perdunt & patientię coronam. Non ergo murmuremus si in paucis vexe-

Sap. 3.
Epilogus.

mur, quia in multis bene disponemur. Igitur per paupertatem spiritus pertingitur ad regnum cœlorum. Per mansuetudinem siue lenitatem ad terram viuentium. Per luctum ad veram consolationem. Per iustitiæ sitim & esuriem, ad supernæ iucunditatis satietatem. Per misericordiam temporaliter factã ad misericordiam æternam. Per cordis munditiam ad Dei visionem. Per pacem ad Dei filiationem. Per præsentem persecutionem ad æternam cœlestis regni tranquillitatem & requiem. Beati nanque pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est

L

De Apostolis, & cęteris martyribus.

regnum cœlorũ. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint &c. Superius locutus est omnibus electis, modo apostropham facit ad Apostolos, quamuis & hæc & alijs electis conueniant, ostendens Apostolis in his verbis quanta pro eius nomine passuri essent. O quam pauci sunt, qui his verbis Dñi oculos cordis intẽdãt, & p eorũ admonitionẽ beatitudinẽ q̃rãt. Quã multi sunt, qui ꝓ parua verborũ iniuria reddũt si possunt verbera, & si id perficere non valent quod conantur, hoc tñ & maiora conantur. Quã bene Apostoli sancti ver-

Actuũ. 5.

ba ista suis cordibus impresserunt, qui ibant a cõspectu concilij gaudentes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Notandum au-

M

In quibus gaudẽdũ.

tem, quod ait mentientes & propter me. Si enim homines quando nobis maledicunt, iuste nobis male dicunt, iam non habemus meritum. Gaudete & exultate. In multis decipimur fratres. Quando nobis arrident secularia, quãdo vulgus vanis laudibus nos attollit, gaudemus & exultamus cum magis dolere, magisque flere deberemus, quia magis periculum habent prospera quàm aduersa, laudes quàm vituperationes. Sed audiamus quod Apostolis salubre gaudium, quæ salubris exultatio demõstretur, cum eis in contumelijs & persecutionibus gaudendum esse & exultandum denuntiatur. Subiunxit autẽ causam dicens. Merces enim vestra multa est in cœlo.

Merces.

Merces ista, fratres, multa est, magna est, pretiosa est, diuturna est. Tam multa est, quòd non potest numerari. Tam magna est, quòd non potest comprehendi. Tam pretiosa est, quod non potest æstimari. Tam diuturna, quòd non potest finiri, Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *De homine à legione possesso. Sermo. XXIX.*

N

Marc. 5.

EXeunti Iesu de naui occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumẽtis &c. Dæmoniacus iste, quem legio possidebat, populum gentium ab vniuersitate dæmonum diu possessum designat. Populus nanque Gentilis tandiu ab omnibus dæmoni-

Roma. 1.

bus possessus tenebatur, quandiu per multiplicem idololatriæ cultum illis omnibus famulabatur. Gen

tiles

tiles etenim (sicut ait Apostolus) mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,& volucrum,& quadrupedum, & serpentium. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori qui est benedictus in sæcula. Amen. Catenæ vel cõpedes,quibus ligabatur,quasque frangebat, sunt naturalis legis præcepta, siue Gentilium legum decreta quibus a malo refrenari debuerat, significant. Sed catenas & compedes dæmoniacus ligatus frangebat,quia Gentilis populus quanto amplius his aut illis præceptis ligabatur per malorum prohibitionem, tãto furiosius ea rumpebat per transgressionem. Et habitabat in monumentis, quia conuersabatur in fœtidis & mortuis operibus. De hac ruptione catenarum & compedũ
Roma.1. hoc modo Paulus intulit dicens. Fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam. Similiter & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis inuicem masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deũ habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant quæ non conueniũt. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumeliosos, superbos, elatos, inuẽtores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Ecce quomodo legio hominẽ possidebat, quomodo catenas & compedes rumpebat, quomodo in monumentis habitabat. Qui bene nocte & die in monumentis,& in montibus clamasse, & lapidibus se conscidisse dicitur, quia & in aduersis & in prosperis populus Gentium in fœda actione, & vana elatione impudẽter se esse propalabat,& lapideorum idolorum cultura semetipsum lacerabat. Grex porcorum, qui iuxta montem pascebat,& quem le
O gio de homine pulsa intrauit, & in mare præcipitauit, multitudinem infidelium, & quorumlibet immundorum exprimit hominum. Qui recte iuxta montem pascuntur, dum per superbiam elati, potcõrum similitudine ad ima curui, superna nesciunt, & solis se trãsitorijs bestialiter immergunt. Et dum se inquinamento carnis aut spiritus polluunt, more porcorum in luto pastum quærunt. Heũ quàm multiplex est multitudo ista porcorum, hominum scilicet bestialiter & turpiter viuentium, & porcos, qui in infimis tantũ bonum suum quærunt, imitantiũ? Vt enim de Paganis & Iudæis taceamus, quis nunc rare posset multitudines falsorum Christianorum, qui quanuis baptisma perceperint, spiritui gratiæ tamen contumeliam facientes, male viuendo de semetipsis eum expulerunt, & horrẽdis se sceleribus polluerunt? Qui tamen duo millia figuraliter esse dici possunt, duo quia diuisi sunt a bono, millia quia perfecti sunt in malo. Legio ergo ab homine pulsa porcos ingreditur, quia dæmones ab illis, qui ad vitam æternam prædestinati sunt, per gratiã redemptoris fugati, malis male viuentibus & terrenis intendentibus dominantur. Quod tamen non faciunt, nisi Iesus prius concedat, quia nec malos tẽtare præsumunt, nisi potentia diuina permittat. Grex vero porcorum a legione in mare præcipitatur, dũ per dæmones malorum vniuersitas ad infernalem P
amaritudinem perducitur. Viderunt homines ciuitatis illius a legione liberatum sedere ad pedes Iesu vestitum & sanæ mentis, & timuerunt. Sessio ad pedes Domini significat humilitatem, & bonorum operum imitationem, vestitus bonam actionem, sanitas mentis iustificationem. Et rogauerunt Iesum, vt discederet de finibus eorum. Sicut Petrus memor fragilitatis suæ dixit: Exi a me Domine, quia Luc.5.
homo peccator sum: sic & isti adhuc infirmi timuerunt, & eum vt de finibus eorum discederet rogauerunt. Ait Iesus liberato. Vade in domum tuam ad tuos,& annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Hoc exemplo docetur quisque, suis primum salutem sibi factam prædicare, & eos ad salutem percipiendam prouocare, quia & ipse eis propter cognationem carnis magis debitor esse videtur, & ipsi forsitan illi citius credent quàm alieno. Sed quàm multi intra ambitum sanctæ ecclesię Q
continentur, qui hoc exemplum minime sequuntur? Quàm multi sunt, qui de suis parentibus inquirunt vtrum corpore sani sint, vtrum habeant victũ, vtrum vestitum, domos, agros, equos, greges, armẽta, aurum, argentum, pacem temporalem, vtrum gratiam potentum & diuitum possideant, & sic de ijs, quæ ad corpora pertinẽt circa amicos suos solliciti sunt, de ijs vero, quę ad salutem animarum necessaria sunt, solicitudinem nullam geruut? Timendum est autem, ne tales ad antiqua vitia relapsi sint, & quòd ipsi iam salute careant, quam nec suis prædicare curant. Qui nanque spirituales sunt,& qui ea, quæ sunt spiritus sentiunt, de suis diligenter inquirunt, an sint a vitijs puri, a peccatis liberi, virtutibus ditati, bonis operibus pleni, vtrum pacem Dei habeant cum omnibus, vtrum bonum operentur ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Isti etenim liberatum istum imitantur, qui ad vocem Domini salutem sibi factam alijs studuit nuntiare,& per Decapolim prædicare Decapolis, quæ est regio decẽ ciuitatum, sanctam ecclesiam designat, quæ decalo R
gum legis seruat. Et in Decapoli salutem sibi factã prædicat, qui sanctæ ecclesiæ fidelibus a diabolo se liberatum esse verbis & operibus bonis demõstrat. Studeamus & nos, si nondum liberati sumus, a diabolo liberari, & si iam nos liberatos cognoscimus, salutem alijs prędicemus, quam nos obtinuisse gaudemus, memores eius quod scriptum est. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecũ, Matt.12.
dispergit. Et item. Qui audit, dicat, veni. Nunc ergo Luc.11.
sic audiamus, & sic dicamus in via, vt remunerari Apo.22.
mereamur in patria. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *In festiuitate vnius confessoris.* Ser. XXX.

Homo quidam peregre proficiscens vocauit S
seruos suos, & dedit illis bona sua. Homo Matt.25.
iste

iste est Christus, serui christiani, profectio ascēsio, bona dona, quinque talenta exterior scientia quinque sensibus acquisita, duo talēta intellectus & operatio bona, vnum talentum intellectus tantum, multiplicatio talentorum exercitatio virtutū, & exhibitio bonorum operum ad iustificationem propriam, & ad vtilitatem alienam. Seruus, qui pecuniam Domini in terram abscondit, significat falsos Christianos, qui acceptum ingenium in rebus terrenis & transitorijs expendunt, arctioris vitæ vias ingredi metuunt, acceptam diuinitus scientiam alijs prædicando multiplicare paruipendunt, erubescunt, &
T contemnunt. Meto vbi non seminaui, congrego vbi non sparsi. Quasi dicat. Non solum ab illis, quibus gratiam operādi & prædicandi tribui, fructum operis & prædicationis requiro, sed & illos, quibus nihil gratiæ tribui, pro infructuositate & sterilitate condemno. Serue male, & piger. Serue quia mihi seruire debuisses operando & prædicando, male malum faciendo, piger à bono cessando. Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego cepissem quod meum est cum vsura. Nummularij sunt, qui audita prædicatione, facto & verbo ea, quæ audierunt multiplicare satagunt. Ac si diceret. Accepta gratia mea bonæ operationi & prædicationi intendere debuisses. Quod si fecisses, non solum te sed & alios multos exemplo & verbo tuo mihi lucrifecisses. Sed quia per pigritiā tuam, qua a bono cessasti, & per malitiam tuā, qua malum fecisti, damnum mihi non solum iustificationis tuæ, sed & alienę intulisti, & ideo de malitia & pigritia tua iuste te arguo & condemno. Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.
V Omni enim habenti dabitur & abundabit, ei autem &c. Habenti meritum dabitur pręmium. Dabitur quantum ad remunerationem, abundabit quātum ad beatitudinem. Ei autem, qui non habet etiam id, quod habere videbatur auferetur ab eo, quia falsus quisque christianus in damnatione nec nomen christianitatis permittetur habere: & sicut nunc nudus est a sacramentorum interiori veritate, sic tunc foris nūdabitur exteriori obumbratione. Prouideat itaque sibi humana conscientia nunc in tempore, vt postmodum de pręmio gaudeat in æternitate. Sic & talentum donj cœlestis expendat, vt non damnationem, sed saluationem in fine recipiat. Nemo dicat sufficit mihi ipsi intendere, mihi soli prouidere.
X De me redditurus sum rationem, nolo salutem alterius quærens periclitari. Non sum eruditus in scripturis, nec facundus in verbis, modicum scio, nunquam pro tantillo si non prædicetur, Deus quenquam accusabit aut damnabit. Quot etenim hominibus quisque quantum ad se pertinet prodesse potest verbo, de tot Deo damnum facit ex silentio, & de tot non iniuste redditurus est rationem in iudicio. Qui igitur multa nouit, multa dicat, qui pauca
Pulchra sententia. nouit, pauca dicat, & quātum quisque nouit, tantū dicat. Qui scit vel vnum euangelium vel vnum virtutis exemplum, quicquid habet per cognitionem alijs tribuat per prædicationem. Non consideret sexum, ætatem, personam, tēpus, locum, sed prædicet omnibus, semper, vbique masculis, fœminis senibus, iuuenibus, diuitibus, pauperibus. In prosperitate, in aduersitate, die, nocte, mane, meridie, vespere. In ecclesia, in platea, in via, in agro, in terra, in mari, omnibus semper, vbique bonum quod nouit dicat, si adsit qui audire possit. Sunt nanque multi, Y
qui in his omnibus spectabiliora semper considerant, & his oppositis prædicare recusant, quasi Deus superiora prospiceret, & inferiora non curaret, cū nonunquàm quę hominibus videntur infima, apud Deum habeantur summa. Sunt etiam quidam, qui numerosiori populo aliquando prædicant, paucis vero loqui nunquam curant. Et qui maiori culpa apud Deū se obligāt, quia verbū Dei siue p̄ pudore, siue p̄ superbia, & pōpa diuitiarū penitus proferre recusant. Qui igitur talentum cogniti boni prædicando expendit, largitori talentum lucrifacit, etsi non in alio, tamen in semetipso, quia quamuis ille, qui audit, malum non derelinquat, bonum non faciat, ille tamen, qui loquitur, in eo tamē quod loquitur, animam suam liberat, & audientem ignorantia nō excusat, & ideo illū diuina sentētia iustius damnat.
Nemo autem est, qui possit se ab hac talenti erogatione excusare, quia nemo est, qui nō valeat aliquē Z
verbo suo ad meliora prouocare. Quòd autem multi qui ad ministerium prędicationis signati sunt, & eiusdem ministerij sumptus sumunt, & de eis delicate & luxuriose viuūt, quòd inquā diuinas scripturas nesciunt, de torpore & ignauia siue contemptu arguendi sunt, quia ecclesiæ vbique bibliothecis, homiliarijs, expositionibus, tractatibus replete sunt & ipsi lectioni & meditationi scripturarum studiū nullum impēdunt. Erubescant ergo quarundam ecclesiarum ministri inutiles, inscij, & ignaui, torporem excutiant, libros legant, talentum expendant, tēpus redimant, quoniam dies mali sunt. Omnibus denique modis quibus possumus nosmetipsos emēdare vel alios adiuuare debemus, talentum Domini cū erogare, & erogādo multiplicare, vtpote de quo in districto iudicio reddituri sumus rationē. Sic fratres, talentum expendamus in mundo, vt in gaudio
Domini gloriari mereamur in cœlo. Qd nobis pręstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sęcula. Amen. O

De tabernaculis filiorum Israel. Ser. XXXI.

Legimus in pagina veteris testamenti dominum per Moysen filijs Israel pręcepisse, vt mense septimo solennitatē tabernaculorum septem diebus diligenter celebrarent, quatenus posteri per hanc obseruationem patres suos de ægyptiaca seruitute liberatos in deserto quadraginta annis in tabernaculis habitasse reminiscerētur, & Deo liberatori suo per hanc recordationem propensius gratias referrent. Quem videlicet sacræ solennitatis ritum postmodum obseruantes, ab omni opere seruili cessabant, in montem conscendebant, ramos arboris pulcherrimæ oliuæ, mirti, spatulas palmarum, salices de torrente, & ramos ligni nemorosi, ac densarum frondium cędebant, & in domatibus suis id est tectis domorū, quæ videlicet te- A
Leui. 23.

cta

ĉta palestini æqualia facere solebát, siue ẽt in atrijs mansitionũ suarũ tabernacula erigebát, victimas Domino immolabant, tubis clangebant, magno ac diuerso epularum apparatu reficiebantur, & coram

B Domino Deo suo lætabantur. Nos autem, qui non figuras sed veritatem tenere debemus, non literã occidentem sed spiritum viuificãtem inquiramus, & quid nobis antiquorum exemplo non carnaliter sed spiritualiter sit seruandum, subtiliter attendamus. Quis est ergo iste mensis septimus, in quo in tabernaculis præcipimur habitare, nisi tempus gratiæ, in quo sepriformis spiritus per vniuersum mũdum tribuitur fidelibus? Qui sunt septem dies, nisi præsentis temporis, quod septem dierum circulo & curriculo voluitur, series? Quæ sunt tabernacula, nisi sanctæ & honestæ conuersationis exempla diuersis virtutibus & operibus bonis quasi diuersis ramis & ramorum frondibus constructa? Mense itaque septimo septem diebus in tabernaculis debemus habitare, quia in hoc tempore gratiæ in dono septiformi Spiritus sancti, & in omni vita nostra, quæ septenario dierũ agitur, debemus virtutes exercere, bona opera exhibere. Patres nostri scilicet A-

C postoli, quorum sumus filij, in sanguine agni de ægyptica seruitute liberati annis quadraginta per eremum in tabernaculis habitauerunt, quia in passione Christi de tenebrosa mũdi dominatione redẽpti in vita spirituali, quæ per eremum figuratur, ab omni illicita delectatione abstinendo, & decalogũ legis, & quaternarium euangelij obseruando, quasi quadragenarium complendo, virtutes exercuerunt bona opera exhibuerũt: & in his omnibus se nõ hic manentem ciuitatem habere, sed futuram inquirere monstrauerunt. Ipsis quoque debemus assimilari, vitam ipsorum imitari, peregrinationis reminisci, & in spiritualibus habitando tabernaculis continuas grates agere Deo omnium suorum liberatori.

D Sed vt congrua & digna sacratissimæ solennitati valeamus tabernacula construere, studeamus carnales affectiones, terrenas cupiditates, mundanas vanitates, seculares actiones deserere, ac generalium cogitationum consuetudinem transcendentes, in montem idest altiorem scripturarum meditationem, & cœlestis boni sublimem speculationem aggrediamur, & virtutum & bonorum operum frondosos ramos decerpere, & tabernacula honestæ conuersationis festinemus erigere, quibus in tantæ solennitatis obseruatione contra æstum viciorum, ventum tentationum, imbrem persecutionum muniamur. Præcipitur autem nobis vt cessemus ab omni opere seruili, quia prohibetur nobis consensus & affe- [Ioan. 8.] ctus peccati. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Nec solum foris in opere, sed intus in corde peccatum perpetratur, sicut scriptum est. Etenim [Psal. 57.] [Sap. 1.] in corde iniquitates operamini in terra. Et alibi. In cogitationibus impij erit interrogatio. Sed & pax [Luc. 2.] non est annuntiata in natiuitate saluatoris nisi ho-

E minibus bonæ volũtatis. Hinc ergo perpẽdite quã tum iubemur cessare ab opere seruili, in quibus nõ tamen repræhenditur actus, sed etiam consensus peccati. Inter spirituales vero arbores, scilicet virtutes est charitas pulcherrima, quæ & in cœlum erigitur per dilectionem Dei, & vsque ad terminos terræ dilatatur per dilectionem proximi. De cuius lau [1.Cor.13] de & pulchritudinẽ scriptum est. Si linguis hominum loquar & angelorum, si habuero omnem fidem & omnem scientiam, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, & cætera, quæ ibi continentur, charitatem autem nõ habeam, nihil sum, nihil mihi prodest. Huius igitur pulcherrimi ligni ramos debemus habere, quia Charitatis intimæ co

F gitationibus & affectibus nos debemus obumbrare. Oliua etiam fundit, oleum quod cunctos ex [Oliua.] cedit liquores, recte misericordiam exprimit, quæ multas alias virtutes transcendit. Myrtus bonum [Myrtus.] habet odorem, & significat bonam opinionem, longe lateque redolentem. Hanc habere debemus in constructione nostri tabernaculi, quia in omni loco debemus esse bonus odor Christi. Aliter. Myrtus temperatiuæ virtutis est, ita vt dissoluta membra temperando restringat, & ideo temperantiam recte designat. Palma, quæ victorum manum ador [Palma.] nat, victoriam non inconuenienter figurat. Hanc debemus habere ostendentes nos carnem, mundũ, diabolum, vicisse. Habeamus quoque salices de tor [Salix.] rente, vt in hac mortali vita, quę modo torrentis decurrit, casto corde & corpore Domino valeamus deseruire. Salices quippe, quæ sine fructu sunt & steriles, castas cogitationes & officia carnis ab illicita delectatione propter regnũ cœlorum castrata figurare possunt. Salices ergo ex nomine habere pręcipimus, quia sine munditia solennitatẽ Domini digne celebrare non valemus. Quæramus & ramos

G ligni nemorosi siue densarum frondium, vt videli- [Lignum densarum frõdium.] cet habeamus aliarum multiplicationem virtutũ, ex quibus omnibus scilicet virtutibus & folijs ex ipsis procedentibus, id est bonis operibus erigere debemus tabernacula idest sanctæ conuersationis exempla, quibus nos aduenas in hoc mundo & peregrinos sicut omnes patres nostros demonstremus, non hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirere patenter ostendamus. Quæ denique

H tabernacula in domibus & in atrijs nostris antiquorum exemplo debemus figere, & in ipsis maneri, quia debemus omnem miseræ carnis huius delectationem cœlestis boni desiderio transcendere, & ipsum quoque mundum, qui circa nos est, dilatatione cordis egredi, vt superna & immensa bona sublimius & perfectius possimus cõtemplari. Offeramus etiam sacrificium Domino, non sanguinem vitulorũm, sed fructum labiorum cõfitentium nomini eius. Sacrificium namque laudis honorificat eum, & illic iter quò ostendã salutare suum. Sed & [Psal. 118] hoc facientes implebimus, quod Psal. ait. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Clangamus tubis per officium prædicationis, vt & alijs recta prædicemus, & ad obseruantiam tantæ solennitatis eos conuocemus. Scriptum [Apo. 22.] quippe est. Qui audit, dicat, veni. Et Psalmista. La- [Psal. 39.] bia mea nõ prohibebo, Domine tu scisti. Iustitiam meam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiã tuam, & veritatem tuam a concilio multo. Epularum

tum apparatu nos reficiamus, vt corporis & sanguinis Christi communione, & spiritualium charismatum participatione nosmetipsos dignos pro viribus efficiamus. Talibus enim epulis interior homo no- I ster impinguatur, tali epulatione eius Deus delectatur. Gaudeamus nõ in mundo sed in Domino, quẽadmodum & Apostolus nos admonet dicens, (Philip. 4.) Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Si in Domino gaudemus, vox exultationis & salutis erit in tabernaculis nostris, non vox exultationis & perditionis, quæ est in tabernaculis impiorum, quorũ præstolatio & exultatio furor, qui lętantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. (Epilogus.) Si ergo solennitatem tabernaculorum digne celebrare volumus, hęc omnia non carnaliter sed spiritualiter obseruemus. Cessemus ab opere seruili abrenuntiãtes affectibus peccati. Ascendamus in montem per meditationem sacri eloquij, & speculationem boni superni. (Vide q̃ elegãter prędicator discurrere potest.) Colligamus ramos arboris pulcherrimæ per charitatem fraternam, oliuę per misericordiam, myrti per temperãtiam, palmarum per victoriam, salicũ per castitatem, ramos densarum frondium per aliarum virtutum multiplicem exercitationem. Et erigamus tabernacula per honestam conuersationem, in domatibus nostris corruptionem carnis nostræ deuotione mentis transcendendo, & in atrijs nostris ipsum mundum dilatatione cordis exeundo. Immolemus, sed hostiam laudis: clangamus, sed tuba prędicationis: epulemur, sed participatione sacramentorum Christi, & dulcedine gratię cœlestis: exultemus, sed gaudio letitiæ spiritalis. Quæ cuncta septẽ diebus facimus, si per omnem vitam nostram, quæ septẽ dierũ circulo voluitur, hæc agere nõ cessamus. Istam denique solennitatem secundum præceptum legis in die octauo cõsummabimus, quando in die resurrectionis absorpta morte in victoriam a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem pertingemus, quia si nunc septem dies perficimus in itinere, octauũ tunc celebrabimus in peruentione, quando videlicet gaudium & lętitiam tenebimus, quando fugiet dolor & gemitus, quando absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, quando timentibus se multitudinẽ dulcedinis suæ reuelabit: quam adhuc illis abscondit, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam præparauit Deus diligentibus se. Quam nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sęcula. Amen.

¶ *De Apostolis, vel alijs prædicatoribus. Sermo. XXXII.*

K (Sapien. 3.) FVlgebunt iusti, & tanquàm scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & regnabunt in æternum. Magna, mirabilis, & pretiosa est, carissimi fratres, in his verbis laus sanctorum, magnum pręclarum & sublime refulget in eis meritum, & pręmium eorum. De quibus omnibus sermo propositus quatuor ponit verba dicens, quòd fulgebunt, discurrent, iudicabunt, & regnabunt. Fulgere pertinet ad virtutem, discurrere ad prædicationem, iudicare ad resurrectionem, regnare ad beatitudinem. Fulgent ergo iusti virtute, discurrunt prædicatione, iudicabunt in resurrectione, regnabunt in beatitudine. Fulgebunt iusti, diuersos iustos diuersis L virtutibus nouimus fulsisse. Fulsit nanque Abel per innocentiam, Noe per iustitiam, Abraham per fidẽ, Isaac per longanimitatem, Iacob per tolerantiam laboris, Ioseph per continentiam carnis, Moyses per mãsuetudinem, Iosue per fortitudinem, Samuel per charitatem, Dauid per humilitatem, Elias per zelum iustitiæ, Daniel per virtutem abstinentiæ, sanctus Ioannes baptista per sanctitatem eximiam, Beata & intemerata virgo Maria per specialem humilitatis & integritatis gratiam. Alios denique sequentibus temporibus fulsisse similiter per fidem, alios per spem, alios per charitatem, alios per humilitatem, alios cãdore castitatis, alios effusione sanguinis, alios quarũlibet aliarũ exercitatione virtutũ, alios multorũ bonorũ exhibitione operum. Sed vnde grauiter dolen M dum est, & quod sine magno gemitu dicendum nõ est, nos cernimus multos in ordine & professione sanctitatis constitutos, habitu clericali vel religioso palliatos, a sancto proposito apostatare, & in exercendis operibus iustitiæ torpere, ad honores seculares anhelare, terrenarum rerum cupiditatibus inhiare, ad mundanę curiositatis instabilitatem suspirare, & sanctæ quietis & internæ contemplationis penitus oblitos, exterioribus negocijs tractandis absque omni bona intentione impudenter ac turbulenter se inferre, & qui prædictarum virtutum deberent fulgore splendere, cõtingit nonnunquàm vitiorum nigredine sordere, intantum vt prophetica admiratione cogamur proclamare. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt (Thre. 4.) lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Videmus Esaiæ prophetiam in quibusdam impleri, videlicet pueros deficere in labore, & iuuenes in infirmitatem cadere, idest quosdam conuersos nuper itamitem boni propositi ingressos, qui quasi necdum viribus exhaustis alacriter deberent currere, viriliter agere, & portando pondus diei & ęstus rubiginem peccatorum suorum studiose purgare, videmus inquam eos multiplices pigritandi & euagandi occasiones impudentes quærere, & concepti spiritus feruorem in fructu boni operis non ostendere, sed per teporem resolutos steriles permanere. Nec ista tam mordaciter dicentes, piam illorum sollicitudinem, qui fraternæ necessitatis curis inseruiunt, imprudenter culpamus, sed quorundam, qui in via suæ professionis non recte incedunt, prauitatem reprehendimus. Nec solum ad prædictarum virtutum fulgo- N rem consequendum, debemus horrere, detestari, & cauere mala, sed etiam de bonis eligere meliora, vt qui necessitatibus proximi per charitatem ministrat si se ad internæ contemplationis secretam sublimitatem pertingere posse conspicit, vt secundum vocẽ propheticam sedens solitarius & se leuans super se fiat ex Iacob Israel, ex Lia fiat Rachel, ex Fenenna fiat Anna, ex Martha fiat Maria. Cuius rei hortamẽta, vt videlicet actioni contẽplationem præferamus, nobis præbet non tantum Iacob, qui magis Rachel

dilexit

dilexit quàm Liam, ſed & Helcana, qui plus amauit Annam quàm Fenennam, & Maria, quæ optimam partem elegiſſe dicitur, & verus Caleph filium Iephone, de quo legitur quòd nec ſenio fractus, nec labore fatigatus pecierit ſibi a Ioſue mõtem dari, vt gigantes illic habitantes expugnaret, & montẽ quẽ ſibi Deus promiſerat poſſideret. Qui etiam teſtatus eſt, ꝙ eadem fortitudo in ſe perſeuerauerit, quã habuerat in multis annis tranſactis, quando ad ipſam terram explorandam miſſus fuit. Sed (quod ſine magno mœrore proferendum non eſt) pauci ſunt, qui iſtius viri exemplo in eodem virtutis vigore perſeuerent, & infimis contemptis, expugnatiſq; dęmonibus ad ſublimia conſcendere tentent. Sed nos (fratres chariſſimi) eximia patrum exempla ſpiritaliter mente colligamus, & meliora bonis pręferentes potiora ſemper eligamus, vt ad prædictarum virtutum fulgorem quoquomodo pertingamus. Nemo cõtra conſilium vel voluntatem ſui p̄lati exteriora negocia tractare pręſumat, ne laqueo diaboli deceptus, & hoſtili gladio cæſus cadat. Sic enim quemadmodũ in Machabęorum libro legitur. In illa die ſacerdotes ceciderunt in p̄lio, dũ volunt fortiter agere, dũ ſine conſilio exeunt in p̄lium. Sic & filij Iſrael teſiſtente Moyſe, & ipſo cũ arca Domini in caſtris remanente contenebrati per ignorantiã, aſcenderũt in montẽ p ſuperbiam: & Chananęus & Amalechites, per quos carnalia & ſpiritualia vitia figurãtur, perſecuti ſunt eos vſq; in Horma, quod interp̄tatur anathema. In quibus omnibus manifeſte deſignatur, ꝙ quiſquis cõtra diſcretionẽ maiorum terrena negocia tractare p̄ſumit, hoſtilis ſuggeſtionis gladio trucidatur. Sed & ipſi p̄lati ſubiectorũ poſſibilitatẽ diligẽti cõſideratione librare debẽt, ne ſi vltra ſcientiã vel vires ſuas agere tẽtent, oneri ſuccũbant, quod ferre nõ valent. Vtãtur exẽplo, & verbo Moyſi, qui Dño promittẽte ꝙ ante filios Iſrael mitteret angelũ ſuũ, rñdit dicens. Obſecro Dñe ſi inueni gratiam coram te, vt gradiaris nobiſcum. Et item. Si non veneris nobiſcum, ne educas nos de loco hoc. Moyſes.n. cũ populo Iſrael ad terrã promiſſionis tendit, cũ quilibet p̄latus ſibi ſubiectos ad miniſteria cuiuſpiã boni operis exequẽdi prouehit. Qui recte Dñm rogat, vt non tm̃ angelũ p̄mittat, ſed ipſemet gradiatur, dũ nõ tã alicuius ſapientis cõſilio, qui nõnunq̃ fallitur, q̃ diuina prouidentia, q̃ ſola pfecte q̃ ſunt hominibus vtilia nouit, hoc fieri vel dimitti conſtanter p̄catur. Obſecro (inquit) vt nõ educas nos de loco iſto, niſi tu gradiaris nobiſcũ. Melius eſt.n. quẽlibet in ſua ſimplicitate viuere & mori, q̃ ad negocia, in quibus aĩæ ſuæ ſcandalũ ſumat tractãda ſine Deo duce & cooperãte promoueri. Hæc oĩa dico (fratres) vt videatis qũo caute ambuletis, & nõ ſitis vobiſmetipſis ſapientes, & dũ virtutum fulgorem non ſapienter quæritis, obſcęnã vitiorum & peccatorũ tenebroſitatem incidatis. Sequitur. Et tanq̃ ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Scintilla in ſua quãtitate modica eſt, & habet ſplendorem & calorem. Scintillarum ergo noĩe ſancti Apoſtoli & Apoſtolorũ ſucceſſores p̄dicatores recte ſignantur, q ſunt parui p virtutẽ humilitatis, ſplẽdidi p cognitionẽ ueritatis, calidi p amorẽ virtutis. Ipſi vero tanq̃ ſcintillæ ĩ arũdineto diſcurrere recte dñr, quia ipſi p Gentilitatẽ ad ſimilitudinẽ arũdinũ ab oĩ veritate vacuã, oĩ vanitate repletã, ab oĩ bono opere ſterilẽ & infructuoſam, oĩ vẽto doctrinæ agitatam, p ipſam inquã diſcurrẽtes, eã ſua p̄dicatione a ſuperbia deiecerũt, & ei ꝙ cinis & ĩ cinerẽ reuerſura eſſet oſtendentes, quodãmodo vt in bonã ſegetẽ reſurgeret, in fauillã redegerũt. Hũc diſcurſum fecit ſanctus Thomas per indiã maiorem, Bartholomæus per Indiã minorẽ, Simon & Iudas p Perſidẽ, Ioannes per Aſiã, Andreas p Achaiã, Matthæus p Æthiopiam, Petrus p Cappadociã, Paulus p Illiricũ & Italiã. Et cęteri Apoſtoli, Apoſtolorũq; diſcipuli p cętera loca ſibi diuinitus delegata. Sic videmus paſtores aĩaliũ in nemoribus aridas herbas impoſitis ignibus cõburere, & illis cõbuſtis virides & in paſtũ aĩaliũ aptas alias ſurgere. Sed (qđ ſine mœrore dici non dẽt) ecce in locis, in quibus labore Apoſtolorũ & eorũ ſucceſſorũ arũdineto ſuccenſo fructiferæ ſegetes ſurrexerãt, in eiſdẽ inquã locis p deſidiã noſtrã arũdineta itęrum ſuccreuerunt, & agrũ dñicum iã penè repleuerunt. Quid ſunt.n. immundi, fornicarij, auari, fures, rapaces, & quicũq; alijs quibuſlibet prauitatibus a Deo ſunt diuiſi, diabolo cõiũcti? quid q̃ſo ſunt & ipſi niſi arundines ſteriles infructuoſæ, dæmonum ſuggeſtionibus & quaſi q̃buſdã vẽtis in oẽm partẽ impietatis agitatę? Quid ergo ocio torpemus? cur p̄dicãdo non diſcurrimus? cur malos quoſlibet noſtra doctrina nõ ſuccẽdimus, vt bonos efficiamus? Sed væ nobis miſeris, quia multi ſumus diſcurſores, pauci p̄dicatores. Ciuitates, caſtella, vicos percurrimus, ſed in arguẽdis pctõribus, & aĩabus conuertendis parũ laboramus. Mũdus ſacerdotibus plenus eſt, & ſi ſit q bonũ audiat, non eſt qui dicat. Legimus in libro dialogorũ quendam ſanctũ virũ libros, in quibus ſacra verba cõtinebantur, ſemper ſecũ detuliſſe, qui quocunq; pergebat ex eiſdẽ libris rigabat prata mentiũ. Erubeſcamus (fratres) de noſtra pigritia, ſanctorũ patrũ attẽdamus ſtudia, quorum.n. debemus eſſe filij, eorũ debemus vitã imitari. Arũdineta ſuccẽdamus, malos a ſuis prauitatibus corrigamus. Et bene prius dixit. Fulgebũt, deinde diſcurrẽt, quia primum debemus virtutibus fulgere, deinde eas alios docere, ſicut ſcriptum eſt. Quæ cœpit Ieſus facere & docere. Sequitur. Iudicabunt nationes. Quantum ad iudicium ſunt quatuor ſpecies hominũ, videlicet Iudicati & ſaluati, iudicandi & ſaluandi, iudicati & damnati, iudicandi & damnandi. Iudicati & ſaluati ſunt, quorum ſaluatio iam certa eſt. Iudicandi & ſaluandi ſunt, quorum ſaluatio adhuc incerta eſt. Iudicati & damnati ſunt, quorum damnatio iam certa eſt. Iudicandi & damnandi quorum damnatio nõdum certa eſt. Cum igitur in fine mundi, in die iudicij, in reſurrectione generali, iſtæ quatuor ſpecies hominum erunt, conſtat tamen illos ſolummodo nationes iudicaturos, quorũ ſaluatio propter eminentioris vitæ meritũ tunc euidẽs & manifeſta erit, quorũ hic laus canitur cum dr̃. Iudicabunt nationes. Quas nationes iudicabũt? Illos vtiq; iudicabunt, quorum ſaluatio ſiue dãnatio nõdũ certa erit, quorũ iudicio alij tranferẽtur ad gloriã, alij trãſferentur ad pęnã. Nã diabolus & perfecte mali vtpote iam iudicati ſine oĩ examinatione in tormẽta detrudẽtur. Studeamus

Margin notes (left column): Caleph. Ioſue. 14. — I — I — 1. Mac. 5. — O — Exo. 34. Exod. 33. — P — Scintillæ. Ponderatio pulchra.

Margin notes (right column): Q — Act. 1. — R — Hominũ ſpecies. 4.

mus (charissimi) vt simus in illa die saltem de iudicandis & saluandis, tametsi de iudicatis & saluatis, qui alios iudicaturi sunt, esse nequeamus. Magna tamen & omnibus modis exoptanda & quærenda sanctorum est perfectorum in illa die gloria, qui cũ ipso iudice sedebunt, & mundum cum ipso iudicabunt. Et laudabile quidem est virtute fulgere, prædicatione discurrere, in iudicio iudicare, sed ineffabiliter laudabilius, excellentius, atque sublimius est qđ sequitur, quòd scilicet regnabunt in æternum. In æternum regnabunt, quia regnanti diuinitati æternaliter inhærebunt. Cuius regni gloriam, quam oculus non vidit, & auris non audiuit, & quę in cor hominis non ascendit, idcirco vos totis præcordijs desiderare, & promereri perpaucis suademus, quia eã verbis prolixioribus explanare, sicut vellemus, non valemus. Eam tamen promereri nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est De^9 benedictus in sæcula. Amen.

In annuntiatione dominica. Ser. XXXIII.

T
PAuca sunt (fratres) & parua, quę de Deo scimus: pauca & parua, quę profetimus. Quæ etenim vel quanta possumus dicere de illo, quem nemo vidit, vel potest videre? Quando nanque aliquis de Deo loquitur, tale est ac si cæcus natus de lu
Ioan. 1.& mine loquatur. Deum enim nemo vidit vnquàm &
1.Ioan. 4. non videbit me homo & viuet. Vnde & Dñs ad ip-
Exo. 33. sum Moysen, ad quem ista verba prolata sunt, ait.
Exo.19. Veniã ad te in caligine nubis. Et deinceps. Moyses accessit ad caligine, in qua erat Deus. Et Salomõ. Dñs
3. Reg. 8. (inquit) dixit vt habitaret in nebula: Psalmista quo-
Psal.95. que ait. Nubes & caligo in circuitu eius. Et itẽ. Cali-
Psal.17. go sub pedibus eius. Pedes Dei sancti doctores &
V prædicatores sunt, qui eũ ad auditorũ corda circunquaq; vehũt. Qui nõnũquàm cęlestia sacramẽta nobis i suis scripus tã obscure loquũtur, vt a nobis vix intelligantur. Vnde bene in psalmo scriptum est. Te
Psal.17. nebrosa aqua in nubibus aeris: quia obscura est sciẽ
Dan.7. tia in prophetis. Daniel etiã visionẽ diuinã in visio-
Iob.4. ne noctis vidit, & Eliphaz quendam coram se stantem, cuius non agnoscebat vultũ, & horrorẽ visionis nocturnæ conspexit. Sed & rex Balthasar non cor-
Dan.5. pus, non brachium, nõ manum, sed articulos manus scribẽtis cõtẽplatus est, quia minima sunt, q̃ nobis manifestãtur de sacramẽto inuisibilis deitatis. Deus
1.Tim.6. nimirum lucem inhabitat inaccessibilem, quẽ nul-
Ibidem. lus hominũ vidit, sed nec videre potest. Si quid etiã
Eccl.12. de cœlestibus videmus, videmus (sicut ait Salomõ)
1.Cor.13 per foramina. Et sicut dicit Apostolus, per speculũ, & in ænigmate, non facie ad faciem. Quia ergo minima sunt, quę cognoscimus, idcirco modica sunt, quę prædicamus, sicut exploratores terræ promissionis multa & magna bona cõtẽplatæ terræ post tergũ reliquerũt, & vnũ tãtũmodo botrũ & de malogranatis, & ficis, & de alijs bonis eius ad filios Israel in desertũ reuertẽtes detulerũt. Sic & nos (fratres) stillam modicã de plenitudine boni spiritalis, de dulcedine scilicet diuinæ laudis, quę in sacra solẽnitate dominicæ annũtiationis hac nocte decãtata est, hausim^9, quam vobis propinare disposuimus. Audiuimus ita
que psalmistam dicentem. Accingere gladio tuo su- Psal.44.
per femur tuum, potentissime. Vox ista vox est antiquorum iustorum patriarcharum & prophetarum, & omnium recte viuentium, & incarnationem verbi, aduentum Christi, expulsionem hostis antiqui, redemptionem generis humani, votis omnibus exoptantium, continuis p̃cibus postulantium, & tãdem impetrãtium. Ipse nimirum eos exaudiuit, & gladio suo super femur suum se accinxit, quando suæ diuinitatis potentiam humanitatis nostræ fragilitati cõiunxit. Et accinctus potentia suæ diuinitatis super femur assumptæ humanitatis venit in mundum, vt expugnaret fortem armatum custodientẽ atrium suũ. Fortis armatus diabolus, Fortior superueniens Chri
stus, atrium mũdus, vasa corda humana. Quæ Chri Luc.11.
stus de manu diaboli rapuit, euacuauit, & impleuit, euacuauit culpa, impleuit gratia. Hunc fortissimum
bellatorem, videlicet generis humani redemptorẽ, X
Sãson ille Israelitici populi princeps in multis figura Samson.
uit. Per angelum.n. annuntiata est conceptio & natiuitas Sãsonis, & per angelum annũtiata est cõceptio
& natiuitas Saluatoris. Sãson fortitudinẽ habuit in Figura Sãsonis pulchre Christo adaptata.
capillis suis, Christus in donis gratię spiritalis. Sãson vinũ & omne quod inebriare potest non bibit, & calix Babylonis Christũ non inebriauit. Nouacula super caput Sãsonis nõ ascẽdit, & in mentẽ Christi malitia non incidit. Sãson leonem occidit, & de fauce eius fauum mellis extraxit, & Christus diabolum vicit, & de ore eius humanum genus eripuit. Sãson accepit mulierem alienigenã, & Christus Gentiũ ecclesiã. Sãson strauit allophylos, & Christus spiritales & corporales inimicos. Sãson fractis portis Gazæ ascẽdit montis supercilium, & Christus confractis portis inferni conscendit in cœlum. Sãson multo plures de inimicis suis moriens q̃ viuens cõtriuit, & Christus diabolũ & eius satellites multo amplius moriẽs q̃ viuens deuicit. Sic redemptor noster non solũ oraculis prophetatus, sed & figuris p̃signatus, accinctus gladio diuinæ potentiæ sup femur humanitatis suæ in mundũ venit, & fortem.i. hostem antiquum debellauit, & nobis exemplũ debellandi mõstrauit, & officiũ iniunxit dicens. Estote fortes in bello, & pu-
gnate cum antiquo serpente, & accipietis regnũ ęter Y
nũ. Sumamus ergo armaturã Dei, vt possimus oĩa Ephe.6.
tela nequissimi ignea extinguere. Habentes scutum per fidem, galeam per spem, loricã & ocreas per charitatem. Quæ duo lorica.s. & ocreæ sicut sunt vnius texturæ, sic possũt esse vnius figurę. Quæ etiã in nexione multorũ annulorũ cõplexionẽ multarũ figurãt virtutũ. Habeamus quoq; lanceam, q̃ sursum ad Deũ erigatur, & in hostem dirigatur per orationẽ,
arcũ & sagittas per prædicationẽ, gladiũ spiritus per Ephe.6.
diuinum sermonem, qui est viuus, & efficax, & pe- Gladius.
netrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; Heb.4.
ad diuisionem animę & spiritus, compagũ quoque & medullarũ, & discretor est cogitationum & intentionũ cordis, & nõ est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius. Omnia aũt nuda & apta sunt oculis ei^9.
Gladius iste gladius est iustitiæ. Istum gladiũ dẽt mi Z
les Christi hře, & euaginare, & ipso hostiles acies Heb.4.
trucidare. Est & alius gladius militię, quẽ euaginant

pecca-

Psal. 63. peccatores. Exacuũt enim vt gladium linguas suas,
Gen. 27. & lingua eorum gladius acutus. Isto gladio viuit
Gen. 49. Esau, Isto sæuiunt Simeon & Leui fratres, qui sunt
vasa iniquitatis bellantia, in quorum consilium non
veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria
mea. Ipsi enim in furore suo occiderunt virum, &
in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus
furor eorum quia pertinax, & indignatio eorũ quia
dura, diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Is-
Matt. 26. rael. Gladius iste (fratres) non educatur, sed cõtinea
tur in vagina. Omnes enim, qui gladium acceperint
gladium, gladio peribunt. Iste igitur relinquatur, &
Matt. 10. supradictus assumatur. Ipse est enim, quem Domi-
nus venit mittere in terram. Istum in manu tenent
Psal. 149. sancti, qui habent exultationes Dei in gutture suo,
ad faciendam iustitiam in nationibus, increpationes
in populis, ut faciant in eis iudicium cõscriptum, &
hæc est gloria omnibus sanctis eius. De hoc gladio
ait Moyses, cum populus Israeliticus faciendo vitu-
lum aureum deliquisset, dicens. Si quis (inquit) Do-
mini est, iungatur mihi. Et congregatis ad eũ omni-
Exo. 32. bus filijs Leui ait. Hæc dicit dominus Deus Israel.
Ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite
de porta vsque ad portam per medium castrorum,
& occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & pro-
ximum suum. Fecerunt ita, & ceciderunt illo die
quasi viginti tria millia hominum. Et ait Moyses.
Cõsecrastis manus vestras hodie Domino vnusquis
que in filio, & in fratre suo, vt detur vobis bñdictio.
Moyses significat quemlibet p̃latum, cœtus Israel po
A pulum subiectum, Vitulus peccatum. Moyses ascen
dit in montem, quando prælatus quietis relictis infi-
mis ad internam cœlestium conscendit contẽplatio
nem. Sed populus Israel vitulum facit, quando su-
biectorum cuneus male viuendo delinquit. Moy-
ses descendit, cum p̃latus ad subditorum uitam cõsi
derandam a cõtemplatione cœlestium mentẽ ad in-
feriora reducit. Vitulum aureum comminuit, cũ pra
uam actionem per prudentiam carnis vel sapientiã
mundi perpetratã pro loco & tempore, causa, perso-
na, & modo subtiliter discernit. In aquam proijcit,
cum ex auctoritate sacri eloquij ipsam actionẽ per-
uersam fuisse rep̃hendit. Ex hac aqua potatus popu
lus in barbis aurum habet, quũ in eo quod sapienter
se egisse gloriatus est, stulte eum egisse patenter li-
quet. Et p̃uaricator populus gladijs trãsuerberatur,
cum seuerissima increpatione a malo mortificatur,
& in bono viuificatur, vt mortuus mũdo viuat Deo.
Si quis (inquit Moyses) est Domini, iungatur mihi.
Greg. Sicut dicit beatus Gregorius: Qui non iũgitur Moy-
si in vlciscendo peccato populi, non est Dñi. Ponat
vir gladium super femur suum. Et item. Ite, & redi-
te a porta vsq; ad portam. Primum debemus gladiũ
super femur nostrum ponere, deinde ire, & redire,
& reos occidere, quia primum debemus punire vi-
tia propria, deinde aliena. A porta vsq; ad portam
imus & redimus, quando a maximo vsq; ad mini-
mum quid singuli deliquerint diligenter perscruta-
mur. Vel a porta vsq; ad portam pergimus, dũ pon-
dus prauę actionis ab ipsa inchoatione vsq; ad exi-
tũ contẽplamur. Per mediũ quoq; incedimus, quan
do non solũ alienos vel minus dilectos, sed amicos
quoq; & familiares iustę rep̃hensionis increpatione
trãsuerberamus. Et quasi viginti tria millia cędimus,
dũ reprobos legẽ sacrã, vel in dilectione Dei vel p̃xi
mi transgredientes, vel integrã sanctę Trinitatis fidẽ
nõ habẽtes seuerissimæ animaduersionis gladio pu
nimus. De hac diuina & spiritali vltione in Ezechie B
le scriptũ est, ꝙ Viro, qui habebat atramentariũ scri-
ptoris ad renes suos, per mediũ Hierusalem p̃ceden-
te, & super frontẽ virorũ gementiũ & dolentiũ sup
cũctis abominationibus, q̃ fiebãt ĩ medio eius, Tau
signante, scriptum est inq̃, ꝙ Dñs præcepit sex uiris,
quorũ vnusquisq; habuit vas interfectionis in ma-
nu sua dicẽs. Trãsite per mediũ ciuitatis sequẽtes eũ
& percutite, non parcat oculus vester, neq; miserea-
mini. Senẽ, adolescẽtulũ, & virginẽ, & paruulum, &
mulieres interficite vsq; ad internecionẽ. Oẽm aũt,
super quẽ uideritis Tau, ne occidatis, & a sanctuario
meo incipite. Vir, qui atramẽtariũ scriptoris habuit,
Christus est, qui diuinitatis suæ sapientiã humanita
tis siue naturæ coniũxit. Qui in Hierusalẽ uiros ge-
mẽtes & dolentes super cũctis abominationibus, q̃
in ea fiunt, Tau litera signat, quia suos electos intra
sanctam ecclesiã de falsorum Christianorũ prauita-
te mœrẽtes fidę suæ passionis ad vetam salutem con
firmat. Sex viri ipsum sequẽtes non signatos occidũt
quia perfecti quinq; sanctæ ciuitatis p̃lati sui redem
ptoris imitatores effecti, oẽs reprobos acceptã fidem
prauis operibus abnegãtes, & in p̃senti p culpã mor
tuos ostendũt, & in futuro æternæ damnationis pœ
na mortificandos esse prædicunt. Qui a sanctuario
Domini incipiunt, dum etiam multos ex illis, qui in
sancta ecclesia gradum habent sanctiorem, damna-
biliter peccare conuincunt. Senẽ (inquit) adolescẽtu
lum, & virginẽ, & paruulũ, & mulieres interficite.
Senex est inueteratus dierũ malorũ, qui longa cõsue C
tudine pollutus, & obuolutus est sordibus peccato-
rũ suorũ. Adolescens illũ significat, qui malitiã pri-
dẽ inchoatam diuturnis incrementis augmentat. Vir
go est, qui a fœcunditate virtutum & bonorũ operũ
sterilis manet. Paruulus aũt eum exprimit, qui suam
nequitiam recenter inchoauit. Mulierũ vero noĩe il
li cõgrue figurantur, qui mollioribus vitijs mulie-
briter deseruiũt. Quos oẽs sex viri vasis interfectio-
nis iugulant, dum ipsis pœnam dãnationis futurę in
sinuant. Quorũ nonnulli taliter percussi uiuificãtur,
quia de suis prauitatibus cõuersi iustificantur. Hiere D
mias quoq; propheta ab hac percussione torpentes Hier. 48.
in sermone prophetico terribiliter maledicit dicẽs.
Maledictus qui facit opus Dñi fraudulenter & desi
diose, & maledictus qui prohibet gladium suum a
sanguine. Ecce fratres quõ maledicit, qui diuinã iniu
riã p̃ posse suo nõ vlciscit. Comedat ergo nos zelus
domus Dñi, nec p̃hibeamus gladiũ oris ab vltione
pctĩ. Et vt nõ nr̃is, sed egregij doctoris uidelicet Be- Beda.
dę p̃sbyteri verbis vtamur. Zelemus domũ Dei, &
quãtũ possumus, ne quid ĩ ea prauũ agat, insistam⁹.
Si viderim⁹ fratrẽ, q ad domũ Dei ptinet, supbia tu
midũ, si detractionib. assuetũ, si ebrietati seruiẽtẽ, si
luxuria eneruatũ, si iracũdia turbidũ, si alio quouis
uitio substratũ, studeam⁹ inq̃tũ facultas suppetit, ca-
stigare polluta, ac corrigere puersa, & si qd de talib.
emẽdare nequimus, nõ sine acerrimo mẽtis sustinere

dolore, & maxime in ipsa domo orationis, vbi corpus Domini consecratur, vbi angelorum præsentia semper adesse non dubitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid, quod nostram fraternam orationem impediat, totis viribus agamus. Hæc igitur sacrosancta verba auribus intentis audire curemus, & quæ vel in nobismetipsis, vel in alijs emendanda sunt, non negligenter emendemus. Hanc scandorum vitiorum solertiam se habuisse psalmista gloriatur, dicens: Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Calumniantur nos dæmones, quando de corpore eximus, sicut etiam legimus in vita sancti Martini, quòd diabolus in hora mortis eius ad calumniandam animam eius accessit. Si ergo hanc calumniam euadere volumus: Iudicium & iustitiam faciamus. Beati enim, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Exitus aquarum deduxerunt oculi nostri, dum videmus malos non custodire legem Domini. Tabescere nos faciat zelus noster, quoniam obliuiscuntur inimici nostri verba illius. Simus strenui in pugna, vt esse gloriosi mereamur in victoria, & beati in gloria. Qd nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

(Psal. 118. — E — Psal. 105. — Ibidem.)

¶ *In Natiuitate, vel Assumptione beatæ Mariæ semper virginis. Ser. XXXIIII.*

F — Cant. 6.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens. Beata virgo Maria (fratres charissimi) aurora fuit, quia & præcedētis temporis, quod quasi nox fuerat, finis extitit, & vera lucis gratię, solisque iustitiæ, qui ex ipsa progenitus est, præuentrix & antelucanum sidus fuit. Totum nanque tempus, quod ab Adam vsque ad eius ortum præcessit, quasi nox extitit, nox longa, obscura, frigida, ociosa, torpida, somniculosa, tacita, immo muta fuit. Nox absentia veræ lucis, longa diuturnitate temporis, obscura tenebrositate infidelitatis, frigida defectu charitatis, torpida ab exhibitione boni operis, somniculosa obliuione beatitudinis, tacita a voce verę confessionis, muta a cantico diuinæ laudis. Exceptis quippe paucis personis, qui præcedenti tempore populum illum antiquum de suis prauitatibus castigabant, & mysteria futuri Saluatoris, ecclesięque, more gallorum diem nocte præcinētium prænuntiabāt, totus penè mundus silenrio, somnoque premebatur. Sicut in sapientiæ libro scriptum est. Dum medium, idest summum silentium teneret omnia, & nox in suo cursu iter ageret, omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit. Quædam tamen astra suis radijs tempus illud irradiabant, quia sancti patriarchę & prophetæ suis virtutibus ignorantiam populi illius illustrabant. (Sap. 18.)

G Quorum radij aurora apparente quodammodo offuscati sunt, quia in comparationem beatæ Mariæ præcedentes sancti paruam claritatem habuerunt. Quid enim fuit innocentia Abel, iustitia Noe, fides Abrahæ, longanimitas Isaac, tolerantia Iacob, continentia Ioseph, mansuetudo Moysi, fortitudo Iosue, charitas Samuelis, humilitas Dauid, zelus Eliæ, abstinentia Danielis, eximia sanctitas beati Ioannis, aliorumque virtutes sanctorum in comparationem beatæ Mariæ? Beata igitur virgo Maria vere aurora clarissima fuit, quæ suo magnifico iubare præcedentium patrum claritatem minorauit. Sanè quæcunque in scripturis vel in creaturis sunt laudabilia, eius sunt laudi conuenientia. Sicut ergo est aurora veræ lucis præuentione, sic est flos pulchritudine, fauus dulcedine, viola humilitate, rosa charitate vel compassione, suauitate lilium, vitis fructificatione, quodlibet aroma bona opinione. Castrum securitate, murus vel turris fortitudine, clypeus aut propugnaculum defensione, columna rectitudine. Sponsa fide, amica dilectione, mater fœcunditate, virgo integritate, domina dignitate, regina maiestate. Ouis innocentia, agna munditia, columba simplicitate, turtur castitate, quodlibet mundum & domesticum animal, munda & mansuetuda conuersatione. Nubes protectione, stella cuiuslibet virtutis aut boni operis inchoatione. Luna eiusdem augmentatione, sol consummatione, cęlestis denique paradisus cœlestis boni plenitudine. (H — Mariæ epitheta.)

Sed vt ad id, quod incepimus reuertamur, postquā ipsa beata Maria orta est in mundo velut aurora splendiflua statim post eius ortum, ortus est ex ipsa sol iustitię Christus Deus noster, qui pulsis tenebris totum mundum illuminauit, intantum vt Populus gentium, qui ambulauerat in tenebris, videret lucem magnam. Illuminauit enim Christus mundum sua natiuitate, sua prædicatione, miraculorum suorum operatione, sua passione, resurrectione, apparitione, ascensione, Spiritus sancti missione, Apostolorum per mundum diuisionē, & eorum pręedicatione, & cœlestis gratiæ in sancta ecclesia distributione. (I — Esa. 9.)

Quia ergo (fratres charissimi) nox præterijt, & dies illuxit nobis, sicut in die honeste ambulemus. Non ambulemus sicut patres nostri Gentiles. De quibus dicit Apostolus, quòd cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est Deus benedictus in sæcula. Propter quod tradidit illos in reprobum sensum, vt facerent quæ non conueniunt, repleti omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, cæterisque vitijs ac peccatis detestandis, quæ ibidem subscribuntur. Sed nos (fratres) abijcientes vitia & peccata, quæ sunt opera tenebrarum, induamur arma lucis, quę sunt virtutes & bona opera, & sicut in die gratiæ honeste ambulemus. (K — Rom. 13. — Roma. 1. — Rom. 13.)

Omnia autem vitia & peccata vel carnalia, vel spiritualia sunt. Quæ cuncta nobis prohibet Apostolus aut re, aut significatione, vbi dicit. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & ęmulatione. Vniuersa nanque carnalia peccata, vel ad gulā pertinent, & prohibentur nobis, vbi dicitur, non in comessationibus & ebrietatibus: aut pertinet ad luxuriam, & prohibentur, vbi additur, in cubilibus & impudicitijs. Spiritualia vero, aut exterius fiunt, & prohibentur, vbi dicitur: Non in contentione. Aut interius committuntur, & prohibentur, vbi sub iungitur: (L — Vitia. — Rom. 13.)

iungitur: non in æmulatione. Contentio nempe foris est in ore, æmulatio intus in corde. Bona denique siue spiritualia siue corporalia præcipiuntur, vbi subinfertur: Induimini Dominum Iesum Christū. Christum quippe induere est in Christo sancte & honeste viuere. Ergo (charissimi) diabolum cū eius operibus tenebrosis abijciamus, malum odio habēdo, & induamur Christum, bonum diligendo, virtutes exercendo, bona opera exhibendo, & sic velut in die gratiæ honeste ambulabimus, & ad supernæ patriç gloriam perueniemus. Oremus autem pariter, vt meritis & precibus sanctæ Mariæ virginis sol iustitiæ nobis semper illuceat, semper stet, nunquàm occumbat, vt exemplo Iosue, cui sol stetit ad Gabaō, donec vlcisceretur se de inimicis suis, nobiscum sit vt suis fidelibus promisit vsque ad consummationē seculi, donec & nos interfectis nostris hostibus, supernis donemur sedibus. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

Virtutes. Iosue. 10.

§ De quolibet confessore episcopo, aut alioqui populi rectore, & de eius officio ac doctrina illi necessaria. Ser. XXXV.

Salomon sapientissimus regū antiquorum (fratres charissimi) & filius Dauid regis, quem elegit Dominus ecclesiasticum, prælatum, doctoremque: vt se de periculo, in quo ex animarum cura, quas erudiendas susceperit, quoudie versabatur, easdem vigilanter corripiendo & docendo liberare festinet, quodam in loco figuratiue sic admonet dicens: Fili si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuę. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidijs aucupis. Amicus noster proximus noster est, quem secundum diuinum præceptum sicut nos diligere debemus. Extraneus iste, Christus est, qui extraneus nobis est & secundū humanitatem & secundum diuinitatem. Secūdum humanitatem nobis extraneus est, quia nos non vidimus eum in carne. Secundum diuinitatem vero, quia Deum nemo vidit vnquam. Extraneus nobis est, quia ipse iustus & beatus, nos autem peccatores & miseri. Extraneus omnibus est, quia q̃uis sint iusti, atq; sapientes, & opera eorū in manu Dei sint, tū nescit homo, vtrum odio an amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Apud hunc ergo extraneum ille reuera pro amico spondet, & velut fideiussor de reddēdo debito respōsurus manum defigit, verbis oris sui illaqueatur, & proprijs sermonibus capitur, qui aliorum animas in curam suæ prouidentiæ suscipit. Discurrat ergo necesse est, & festinet, suscitet amicum suum. Discurrat & festinet exemplo, suscitet verbo. Discurrat a dexteris & a sinistris, in prosperis & aduersis, & benefaciat amicis & inimicis, bonis & malis, modestis & discolis. Suscitet amicū suum admonendo, vt malum caueat, bonū faciat. Non dormitat cauendo negligentiā maiorem, non dormitat cauendo negligentiam minorem. Eruatur quasi damula, & quasi auis. Damula est animal mundū & acerrimum visu, & auis alta petit volatu. Eruatur prælatus siue doctor quasi damula: vt sit mundus per honestam conuersatione, & acer visu per discretionē. Eruatur quasi auis, vt alta petat per contemplationem. Non solū enim prælati bona actio, verum etiam contemplatio subditis confert. Vnde Apostolus. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. Aliquādo ergo debet rector sumere sibi pennas milui per rapacitatē, non corui per laniationem, sed colūbæ per simplicitatem, & volare per contemplationem, & requiescere per actionis intermissionem a pusillanimitate spiritus & tēpestate, idest a curæ pastoralis anxietate: Sic Moyses minato grege ad interiora deserti, perrexit videre visionem magnam. Sed Dominus fatigatis Apostolis, & occupatis accessu populi ita vt nō haberent tempus manducandi dixit: Venite seorsum in desertum & requiescite pusillū. Et (vt ait Beatus Gregorius) rector non debet propter curam proximi postponere cōtemplationem Dei, nec propter contemplationem Dei negligere curā proximi. Vt igitur se liberet rector, discurrat necesse est per bonam actionē, festinet per eiusdē actionis expeditionem, suscitet amicum suum per exhortationē, eruatur vt damula per mūditiā honestæ cōuersationis & acumen discretionis, & vt auis per sublimitatem contemplationis. Sanè duo sunt, per quæ præcipue debet prælatus semetipsum liberare, exēplū scilicet & verbū. Exemplū operis, verbū prædicationis. Primo exemplū, deinde verbū, vt Domini sit imitator, de quo scriptū est: Cœpit Iesus facere & docere. Sed quia cōstans est de operē, qd videlicet bene operari necesse sit ei, & si non pro proximo tamē, pro semetipso, & quia cernimus multos pastores, qui, q̃uis (vt creditur) ipsi bñ viuāt, a verbo tñ cessant, vel quia nesciunt, vel quia negligūt. Prætermittamus de exemplo operis, & dicamus de verbo prædicationis. Quadripartitā doctrinam debet omnis prælatus animabus sibi cōmissis. Primo namque debet sibi subiectos docere fidem sanctę indiuiduæ Trinitatis. Secundo quomodo præsideāt & imperēt quoq; sensibus corporis. Tertio vt sex opa misericordię exhibeant. Quarto vt septē virtutes principales exerceant. Singula singillatim prosequamur primūque de fide dicamus. Tria quidē erant, corpus, & spiritus, & Deus: & corpus quidē mūdus erat, anima spiritus, & ipsa anima quasi in medio quodā erat habēs extra se mundū, intra se Deū: & acceperat oculū, quo extra se mūdū uideret, & ea, q̃ in mūdo erāt, & hic erat oculus carnis. Aliū oculū accepat, quo seipsam videret, & ea, q̃ in ipsa erāt, hic est oculus rationis. Alium rursum oculum acceperat, quo intra se Deum videret, & ea, quę in Deo erant, & hic est oculus contemplationis. Hos igitur oculos quandiu anima apertos & reuelatos habebat, clare videbat, & re discernebat. Postquàm autem tenebræ peccati intrauerūt in illam, oculus cōtemplationis quidē in se extinctus est vt nihil videres,

Prou. 6. Quo Christus extraneus est nobis. Eccl. 9. Damula. 2. Cor. 5. Exo. 3. Mar. 6. Actu. 1. Doctrina quadruplex. Oculi tres.

res, oculus vero rationis lippus effectus est dubie videns. Solus ille oculus, qui extinctus fuit, in [illegible] charitate permansit, qui quidem lumen clarum habet, iudicium dubium non habet. Oculus vero carnis quidam lumen [illegible] iudicium certum habere non potest, quia clare non videt, dilucide ambigue. Hinc est, quod facilius sibi consentiunt in his, quae oculo carnis percipiuntur, quam in his, quae acie mentis [illegible], quia [illegible] in iudicando non discrepant. Homo ergo, qui oculum carnis habet, mundum videre potest, & ea quae in mundo sunt. Item quia oculum rationis

O ex parte habet, animum similiter ex parte videt, & ea, quae in animo sunt. Quia vero oculum contemplationis non habet, Deum, & quae in Deo sunt, videre non valet. Fides ergo necessaria est, qua credantur quae non videntur, & subsistant in nobis per fidem, quae nondum praesentia nobis sunt per speciem. Sic itaque substantia illorum est fides, quia per solam fidem probantur a nobis.

R Non enim aliud maius argumentum de illis dubitantibus proferre possumus, quam quod illa creduntur fide, quae ratione non comprehenduntur.

Fides. Fides ergo est in nobis fundamentum virtutum & bonorum operum. Vnde ait Apostolus: Sine fide impossibile est placere Deo.

Heb. 11. Fides si in sola cognitione sit, non sufficit, nisi per dilectionem vivificetur, & ex dilectione si possit operetur. Si non potest operari, si habeat dilectionem, ipsa dilectio ei est operatio. Sunt multi, qui multa opera faciunt, sed quia dilectionem Dei & proximi non habent, regnum Dei ex suo opere non consequuntur. Sola ergo fides, illa fides dicenda est, cui comes

q est dilectio, & quae per dilectionem si tamen potest, operatur. Duo itaque sunt, in quibus constat fides,

S cognitio scilicet & affectus. Quorundam fides cognitione magna est, affectu parua. Quorundam vero affectu magna, cognitione parua. Alij fidem & cognitione, & affectu magnam, alij cognitione & affectu paruam habent. Verum affectum magnum in fide magis laudabilem esse quam cognitionem magnam,

Matt. 13. Dominus manifeste ostendit, ubi fidem grano sinapis comparauit, quod quantitate quidem paruum est, sed non feruore. Hinc mulieri Chananeae paruam quidem scientiam adhuc, sed multum confidenti, dictum est: Mulier magna est fides tua. Illa namque fides apud

Matt. 15. Deum magna reputatur, quae etsi minus vigeat scientia, per constantiam tamen fortis ostenditur. Cum ergo fides cognitione crescit, dilatatur. Cum vero affectu fides crescit, promouetur. Igitur fides non de cognitione sola, sed de affectu & operatione laudatur & remuneratur. Haec est enim, quae sufficiat, quae secundum Apostolum per dilectionem operatur. Altera vero daemonum est, de quibus scriptum est, quod daemones credunt & contremiscunt: siue

Iaco. 2. cuiuslibet impij fidem tantum secundum cognitionem, non etiam secundum dilectionem habentis. De quo scriptum est, quia quod timet impius ve-

T niet ei. Nos autem (fratres) per dilectionem operemur, ut pro dilectione remuneremur.

Sensus. Sensus corporis quinque sunt, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus, per quos anima sicut intus per rationem & contemplationem ad inuisibilia, ita foris ad visibilia suo modo progreditur, & quae corpori sunt grata, sentiunt, utilia & necessaria operantur. Sicut enim homo ex duabus naturis, spirituali scilicet & corporali est factus, & duobus bonis id est spirituali & corporali est ditatus, ita duplici sensus virtute est munitus & ornatus, intus videlicet spiritualitate ad inuisibilia, foris sensualitate ad visibilia contemplanda. Habet autem rationalitas in bonis inuisibilibus suum fructum spiritualem, quemadmodum sensualitas in visibilibus [illegible] quippe bonum [illegible] virtus, forma, [illegible], dulcedo, amor, [illegible] gaudium, contactus amati, & quaelibet bona interiora.

Visus. In sensualitate visus caeteris sensibus praecellentior est & efficacior, sed longe inferior discretiuo & contemplatiuo virtute rationis. Corporalis namque visio, quia angusta est, minima non comprehendit, & quia hebes est, minima non discernit, & quia pigra est, non attingit remota, & quia perspicacia caret, non penetrat occulta. In rebus quoque sensibilibus, in quibus semper quiescere debet visus, utilia, specie fallente, corrumpit nonnunquam capit noxia, & dum in eis inordinate delectatur, infelix [illegible] delectationum & cogitationum [illegible]. Quia enim res mundanae, quas extrinsecus appetimus, infinitae sunt, cogitationes quas ex ipsarum rerum delectatione vel [illegible] trahimus, finitae esse non possunt.

Cogitatio. Et sicut oculus pascitur ex specie, sic animus pascitur ex cogitatione. Verum quantum ad res pertinet, nulla res est, quae cogitari non possit sine peccato; quantum autem ad prauos affectus, nulla res est, in qua peccare non possimus cogitando. Quia igitur huic sensui, scilicet visui, tantus inest defectus ad bonum, tantus affectus ad malum, omnibus modis necesse est custodiatur, quia per eius corruptionem animus maxime foedatur. Custodiatur, inquam, ne (secundum Hieremiam) oculus noster depraedetur animas nostras in cunctis filiabus urbis nostrae, & ut in Iob legitur: Oculus noster sequatur cor nostrum, sed potius auertatur, ne videat vanitatem.

Threñ. 3. Iob. 31. Psal. 118.

Auditus. Auditus etiam diuersis modis corrumpitur, quapropter oportet ut cautius custodiatur. Aliquando corrumpitur vanis sermonibus, aliquando adulationibus, aliquando obscoenis carminibus, aliquando detractionibus. Vnde scriptum est: Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

1. Cor. 15.

Olfactus. Olfactus vero corrumpitur, quoties varijs odoribus inordinate delectatur. Iste sensus purior ac mundior alijs sensibus esse videtur, vnde & per illum anima minus corrumpi probatur.

Gustus. Hunc gustus sequitur, per quem infelix gula suos illicitos appetitus experitur. Iste postquam corrumpitur, [illegible] ciborum ac potuum apparatibus insatiabiliter oblectatur. Inde est, quod beatus Hieronymus sub persona sua quorundam impudentem superfluitatem reprehendit, dicens: Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam & mella fastidio. Noui & nomina, & genera piscium, in quo litore concha lecta sit, calleo. Saporibus auium discerno prouincias, & ciborum me raritas ac nouissime damna ipsa delectant. Nobis autem (fratres) sit eadem doctrina [illegible] pauper, vilis, & vespertinus cibus, olus & legumina, & [illegible] pauci pisciculi pro summis [illegible]

camus

Tactus. camus delicijs. Vltimus est tactus, qui diuersarum
vestium mollitie, & variarum obscœnitatum immunditia
multoties contaminatur. Longum est fratres omnia assequi,
per quæ constat miseram animã ex suis sensibus infirmari.
Ioan 5. Isti sunt enim quinque porticus piscinæ, qui in
euangelio commemorantur, in quibus iacebat multitudo magna
lãguẽtium. Vnusquisque etenim sensus tot seruat languentes,
quot appetituum patitur corruptiones. Sed quoties Spiritus
sanctus descendit in nos, & in nobis excitat gratiam
compunctionis, toties sanatur noster sensus a quacunque
detineatur infirmitate corruptionis. Custodiamus, carissimi,
sensus nostros, ne fortè (quod absit) ingrediatur per
fenestras nostras mors ad animas nostras. Quis sit autẽ
fructus istius custodię, Esaias breui sermone cõprehẽdit,
Esa.33. vbi dicit. Quis poterit habitare de vobis cum igne
deuorante? Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus
sempiternis? Qui ambulat in iustitijs & loquitur veritatem,
qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab
omni munere, Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, &
claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis
habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus
est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt
X oculi eius, cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur
Opera misericordiæ. timorem. Sex sunt opera misericordiæ.
Primum est esurientem pascere, secundum sitientem potare,
tertium hospitem colligere, quartum nudum vestire, quintum
in firmum visitare, sextum ad incarceratum & inclusum venire.
Qui his intendit in tempore, beatus erit in æternitate.
Psal. 40. Beatus enim qui intelligit super egenum & pauperem,
in die mala liberabit eum Dominus. In die mala idest in die
iudicij. Et animaduerte quod est mirabile dictu, quòd in
euangelio non dicitur, quòd alia peccata damnandis
commemorentur vel improperentur in die iudicij, nisi hoc
tantum quòd misericordiæ opera neglexerunt, & econtrario
saluandi non laudantur de quibuslibet virtutibus, nisi de
hoc solum quòd ea exhibuerunt. Vnde Petrus Rauennas in libro
sermonum suorum, Sermone quartodecimo. In regno (inquit)
cœli coram omnibus angelis in conuentum resurgentium quòd
Abel passus sit, quòd Abraham fidẽ incepit, quòd Moyses
legem tulit, quòd Petrus crucem resupinus ascendit, Deus
tacet, & clamat solum
Luc.11. quòd comedit pauper. Demus ergo fratres eleemosynam, &
omnia munda erunt nobis. Demus vt
Luc.6. detur nobis. Demus vt ij, quibus damus recipiant
Luc.16. nos in æterna tabernacula. Demus gratis, quia nos
maxime, qui de eleemosyna viuimus, gratis accepimus.
Eccl.11. Mittamus panem super transeuntes aquas, id est
populos, quia post multa tempora inueniemus eum. Hæc dicimus
(fratres) quia nos etiam, qui in religione viuimus, ad
clamorem pauperis aures, immo viscera nostra nonnunquam
inhumaniter claudimus. Sed qui habuerit substantiam mundi,
1 Ioan.3. & viderit fratrem suum necessitatem habere &c.
quomodo charitas Dei manet in eo? Anima autem,
Prou. 11. quæ benedicit impinguabitur, & qui inebriat ipse quoque
inebriabitur. Sacra volumina charissimi talibus plena sunt,
nec ista dicimus, vt vos

velut ignorantes instruamus, sed hęc memorasse
fortasse non erat inutile. Sed quia bonorum operum
exhibitio, siue virtutum exercitatio salutem
confert ęternam. Dicto de operibus, dicamus de Y
virtutibus. Virtutes in scripturis plures numerantur, Virtutes septem.
sed eas modo commemorabimus, quæ in euangelio
sub septenario disponuntur. Prima est humilitas,
secunda mansuetudo, tertia mentis compunctio,
quarta desiderium iustitiæ, quinta misericordia,
sexta cordis munditia, septima pax mentis
æterna. Humilitatem Abraham habuit, quando Humilitas.
dixit: Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis
& cinis. Sic & Iacob humilitatem habuit, quando Gen.18.
Domino loquens dixit. Minor sum cunctis miserationibus
tuis. Beata quoque Maria hanc eandem Gen.32.
virtutem habuit, quæ cum ab angelo diceretur
mater Dei, se dixit ancillam Domini. Mansuetudinem Luc.1.
Dauid habuit, qui dixit: Vt iumentum Mansuetudo.
factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam, & ex uoluntate tua deduxisti Psal.72.
me: Dicitur enim mansuetus quasi ad manum
venire vel manu duci suetus, vt sunt domestica
animalia. Talis homo velut iumentum non
solum ad prospera, sed etiam ad aduersa paratus
est. Vnde idem ait: Ego in flagella paratus sum. Psal.37.
Tertia est mentis compunctio. Hanc quoque habuit Compunctio.
sicut alibi ait: Lauabo per singulas noctes lectum Psal.6.
meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Iustitiæ sitis.
Quarta est desiderium iustitiæ. Istam etiam
idem habuit sicut quodam in loco dixit: Mei penè
moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei; Psal.72.
quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.
Et item. In matutino interficiebam omnes Psal.100.
peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini
omnes operantes iniquitatem. Quinta est misericordia.
Misericordia. Sed quia ad ipsam pertinent, quæ superius
de operibus misericordiæ diximus, idcirco
ea hic non replicamus. Hæc in beato Iob excellenter
enituit. Vnde & ait: Si comedi buccellam meam Iob.31.
solus, & non comedit pupillus ex ea &c. Sexta est
cordis munditia, quam & idem vir sanctus perfecte Munditia cordis.
habuit. Vnde & dixit. Pepigi fœdus cum oculis Iob.31.
meis, vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Septima Pax.
est pax mentis æterna. Et istam Dauid quasi specialiter
habuit. Dixit enim: Cum his qui oderunt Z
pacem, eram pacificus. Quamplurima sunt quæ Psal.119.
de ternario fidei, de quinario sensuum, de senario
operum, de septenario virtutum dicere possemus,
sed leuiter singula tangamus, ne verbis prolixioribus
vos oneremus. Qui autem doctrinam fidei
tantum sufficere putant, multum errant. Quos
bene Eliseus typice reprehendit, vbi regi Israel loquens
ait: Percute iaculo terram. Cumque eam 4 Reg.13
tribus vicibus percussisset, & stetisset, iratus est
contra eum vir Dei dicens: Quia si percussisses Pulcherrima figura.
eam quinquies, aut sexies, aut septies: percussisses
Syriam vsque ad consummationem. Nunc
autem tribus vicibus percuties eam. Terram autem
ter percutere & stare, est terrena corda tantum
de fide sanctæ Trinitatis erudire, & nihil
de sanctitate bonæ conuersationis adducere. Ergo
charissimi nos loquendo, vos audiendo, vtri-

que faciendo, percutiamus terram, idest terrenitatem in nobis ter, in sanctam Trinitatem fideliter credendo. Percutiamus eam quinquies, nostris sensibus potenter præsidendo. Percutiamus eam sexies, sex supradicta opera misericorditer exhibendo. Percutiamus eam septies, septem prædictas virtutes viriliter exercendo. Quod si fecerimus percutiemus spirituales hostes vsq; ad internecionem, pacemque possidebimus in mundo per gratiam, in cęlo per gloriam: Quod nobis prestare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sęcula. Amen.

§ *In Epiphania Domini.* Ser. XXXVI.

A Matt.2. Btulerunt Magi Domino aurum, thus, & myrrham. Aurum sacrę fidei significat claritatem. Thus denotam orationem. Myrrha carnalis affectus mortificationē. Aurum. Aurum offerimus, dum diuina sapientia per fidem intus elucemus. Cuius oblationis precium vt quantum sit quamve magnificum demonstremus, alienis verbis declarabimus. Sunt duo quædam, & hęc duo in vno sunt, & vnum sunt duo hæc. Creator & Saluator, duo sunt nomina & res vna. Tamen aliud Creator. Redēptor notat creator, aliud Saluator. Creator, quia fecit nos. Redemptor & Saluator, quia redemit nos. Primum non eramus & facti sumus, postea perieramus & redempti sumus, & ab vno vtrūq; factum est, vt bonū nostrum totum esset ab vno, & totum in vno & vnum. Creatori debemus quòd sumus, Saluatori q͂ reparati sumus. Hæc sunt ergo duo, quæ fidei proposita sunt credenda, Creator & Saluator, & quæ pertinent ad Creatorem, & quæ pertinēt ad Saluatorem similiter. Creator, & quæ pertinent ad Creatorem, hæc est vna pars fidei, Saluator, & quæ pertinent ad Saluatorem, hęc est altera. In prima parte discernit fides inter Creatorem & opera eius. In secunda parte discernit fides inter Saluatorem & sacramenta eius. Ad Creatorem pertinent opera conditionis, quę sex diebus facta sunt, ad Saluatorem pertinent opera restaurationis, quę complentur sex ætatibus.

B In prima parte ad fidem pertinet confiteri Creatorem, & ab eo facta esse omnia, quæ habent esse. In secunda parte ad fidem pertinet venerari Saluatorem vnum, & ab eo reparata esse perdita, quibus datum est vel dandum beatum esse. In prima parte recta fides inter Creatorem & creaturam, ita discernere debet, vt & vnicuique horum quod suum est tribuat, & vicissim alterius proprietatem in alterum non transfundat, id est vt nec creaturæ attribuat Creatoris maiestatem, nec Creatori ascribat creaturæ infirmitatem, nec Deum concludat tempore, nec creaturam extendat æternitate. Ita fides, si vnicuiq; quod suum est tribuit, rectè offert: si inter vtrunq; bene discernit, rectè diuidit, & non peccat. Si vero in quolibet horum delinquitur, fides sanè necesse est detrimentum patiatur. Nam illi, qui creaturam pro Deo colentes gemino errore decepti, vel creaturam æternam vel Deum temporalem esse credunt, quid inde aliud fecisse dicendi sunt, q̄ excellentiam factoris operi, & infirmitatem facturæ seu creaturæ tribuisse creatori? Rursus philosophi Gentilium, quamuis inter Creatorem & opus suum rectè discernerent, nequaq̄ fideles tamen appellantur, quia fidē de Saluatore non habuerunt. Sequuntur ergo deinde ea, quę in secunda parte posuimus, vbi primū in Saluatore agnoscimus redemptionem, in sacramētis C eius redemptionis præparationem. Prima pars fidei spectat ad debitum naturæ. Secunda pars fidei spectat ad debitum gratiæ. Illa credere debemus, quia per naturam conditi sumus, ista credere debemus, quia per gratiam reparati sumus. Offeramus fratres sacramenta, sanāque fidem, quia ipsa placet Deo super aurum & topazion. Thus deuotam significat orationem. Sicut enim thus in thuribulo igne crematum odorifera fumositate sursum ascendit, ita Thus. deuota oratio in corde flamma charitatis accensa intima suauitate ad aures diuinitatis pertingit. Thuribulum nanque est cor, ignis charitas, thus oratio. Istius spiritalis thuris diuersæ sunt species. Quot.n. sunt animæ Christianæ, bonæ & deuotæ vel modo quolibet vtiles illi & fructuosæ affectiones, tot non inconuenienter offerre probantur orationes. Aliquando nimirum oramus, pœnam, quam pro peccatis nostris meruimus timendo. Aliquando oramus, Oratio⁊ varietas. eadem peccata deflendo. Aliquando oramus, ea confitendo. Aliquando oramus, de venia magna nimiter prę sumendo. Aliquando oramus, iudici nos humiliando. Aliquando oramus, eius beneuolentiam captando. Aliquando oramus, eius potentiam exaltando. Aliquando oramus, preces nostras exaggerando. Aliquando oramus, inimicis nostris mala imprecando. Aliquando oramus, nostram necessitatē insinuando. Aliquando oramus, nostram tribulationem pronuntiando. Aliquando oramus, malitiam hostium nostrorum accusando. Aliquādo oramus, auxilium diuinum instanter postulando. Aliquando oramus, eleemosynas erogando. Pœnam etenim timendo oramus, quando dicimus. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Psal. 6. Eadem flendo oramus, quando orantes. Lauamus per singulas noctes lectum nostrum, & lachrymis nostris lectum nostrum rigamus. Ea quoque confitendo oramus, quando secundum eundem prophetam: Iniquitatem nostram annuntiamus, & cogitamus pro peccato nostro. De venia bene præsumendo oramus, secundum illud. Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et in Domino sperans non infirmabor. Et itē, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Nos Deo humiliando oramus, ut est illud: Domine non sum dignus vt intres sub tectū meū, sed tm̄ dic verbo, & sanabitur puer meus. Et alibi. Peccaui super numerum arenæ maris, & non sum dignus uidere altitudinē cęli prę multitudine iniquitatis meæ. Eius beneuolentiā captando oramus, qn̄ eius misericordiā laudātes, mitem, benignū, longanimē pdicamus, vt est illud. Misericors & miserator dn̄s, lōganimis & multum misericors. Nō in perpetuū irascetur: & cętera, q̄ sequuntur. Potentiā eius exaltādo oramus, cū dicimus. Tua est potentia, tuū regnum Dn̄e. Da pacem Dn̄e in diebus nostris. Aliquādo oramus preces nostras

Ibidem. Psal. 50. Psal. 25. Psal. 42. Matt. 8. 2. Par. 37. Psal. 102. In off. ecc.

stras in conspectu Dei exaggerando, secundum illud. Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac. Mala inimicis nostris imprecando oramus, cum
Psal. 70. dicimus. Cōfundantur & deficiant detrahentes animæ meæ. Necessitatem nostram insinuando tātum
Ioan. 11. oramus, secundum illud. Domine si hic fuisses, frater meus non fuisset mortuus. Et vt beata Maria in
Ioan. 2. nuptijs Dominum orans dixit. Vinum non habent. Tribulationem nostram pronūtiando oramus, quo
Psal. 141. ties illud Dauidicum dicimus. Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. Hostium nostrorum malitiā
Psal. 34. accusando oramus, vt est illud: Respice inimicos nostros, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Diuinum auxilium instāter postulando ora
Psal. 69. mus, quando dicimus: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Eleemosynam denique erogando oramus, quando quod
Eccl. 29. scriptum est adimplemus. Abscondite eleemosynam in sinu pauperis & ipsa orabit pro vobis ad Dominū &c. Sunt & alij modi multi, quibus orare solemus, quos hic causa vitandæ prolixitatis describere
Thimiama rusticanum. nec volumus nec valemus. Est & alia species incensi, thimiama videlicet rusticanum, quod in pauperioribus ecclesijs circa corpora mortuorū, vel causa honoris, vel etiam causa reprimendi fœtoris cre-
D mari solet, grauem & ingratum habens odorē. Hoc
Oratio pctōrum. conuenienter orationem peccatorum significat, de
Ioan. 9. quibus scriptum est. Deus peccatores non exaudit.
Psal. 65. Et Dauid. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Oratio enim quæ ad Deum funditur, debet esse munda vt sit accepta. Munda autem est illorum oratio, qui vera compunctione & confessione a sordibus vitiorum mundati secure dicere possunt. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di
Matt. 6. E mittimus debitoribus nostris. Myrrha, quæ amara
Myrrha multiplex est, carnis & carnalis affectionis designat mortificationem. Huius quoque, vt in alio quodam sermone digessimus, diuersæ sunt species. Alia est enim myrrha doloris, Alia timoris, alia compunctionis, alia confessionis, alia satisfactionis, alia etiā myrrha cōpassionis. Alia est myrrha cuiuslibet virtutis, alia boni operis, alia est myrrha abstinentiæ, alia prælationis vel potius administrationis. Omnis enim prælatus, qui præest in solicitudine, multiplicis curæ
2. Cor. 11. amaritudine repletur. Vnde & beatus Paulus de se ipso quodam in loco sic ait. Præter alia quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et in Iob
Iob. 26. legitur quòd gigantes gemunt sub aquis. Et Domi-
Luc. 10. nus in euangelio. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Quæ turbatio operāte gratia Dei plus credenda est habere meriti quàm detrimenti,
Eccle. 7. dum secundum Salomonem per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Tam multiplex est ergo spiritalis thuris & myrrhæ diuersitas, quàm est diuersa sanctæ orationis & fructuosæ amaritudinis vtilitas. Itaque fratres quod Magi pagani obtulerunt corporaliter, & nos offeramus spiritualiter, vt per huius oblationis gratiam peruenire mereamur ad gloriam. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

§ *De sacrificijs, & holocaustis & oblationibus, & eorum differentijs.* Ser. XXXVII.

ANima mea in manibus meis semper. A
Psal. 118. Omne quod pretiosum habemus, quā magis diligimus, quod magis amittere pertimescimus, semper vel sæpius in manibus habemus, vel præ manibus habere solemus. Nihil est autem quod homini debeat esse carius aut preciosius anima sua. Quid enim
Matt. 16 prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam
Iob. 2. commutationem dabit homo pro anima sua? Pellē ergo pro pelle & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Inde est charissimi, quòd psalmista sanctus suam animam in manibus non sæpe sed semper se habere dixit, velut oblationem sanctam dignā Deo continue offerendam, quam modis omnibus custodire, & super Christum qui est altare nostrum patri volebat offerre. Cuius exemplo informati nostras debemus animas in manibus tenere, easque semper Deo sacrificare & offerre. Sacrificium in veteri testamento dicebatur, quando de animalibus fiebat ob- Sacrificiū. Oblatio.
latio. Oblatio autem aliarum quarumlibet rerum vo Sacrificiorum genera varia.
cabatur. Sacrificiorum autem secundum veteris testamenti consuetudinem tria sunt genera. Alia enim sunt holocausta, alia simplicia sacrificia, alia pacifica. Holocaustū vocabatur, quod vel ex debito vel spon Holocaustum.
te oblatū totum incendebatur. Sacrificium simplex Simplex.
vocabatur, quā pro debito institutionis oblatū partim Pacifica.
cremabatur, partim reseruabatur. Pacifica dicebātur, quę sponte offerebantur, siue per gratiarum actionem, siue pro præcedentis voti adimpletione, siue pro voluntaria & spontanea deuotione. Holocaustum aliquando fiebat de armentis, aliquando de pecoribus, aliquando de volatilibus. Oblatio aliquando fiebat de simila, quæ dicebatur sacrificium crudum, aliquando de clibano, aliquando de sartagine, aliquādo de craticula, & dicebatur sacrificiū coctum. Sacrificia alia erant pro peccato, alia pro delicto. De- Delictum.
lictum est, quando non fit quod fieri debet. Peccatū, Peccatum
quando fit quod fieri non debet. In sacrificium autē G
vel holocaustum aliquando offerebatur taurus, aliquando vitula, aliquando hircus, aliquando capra, aliqñ hœdus, aliqñ vitulus, aliqñ vacca, aliqñ bos, aliquando ouis, aliquando agnus, aliquando aries, aliquando turtur, aliquando columba, aliquando passer. Oblatio vero aliquando fiebat ex simila, ali- Oblatio.
quando ex oleo, aliquando ex aceto, aliquando ex vino, aliquando ex thure, aliquando ex thymiamate, aliquando ex calamo, qui aromaticus appellabatur.
Vnde Dominus per Esaiam ad populum Israel. Non Esa. 43.
emisti mihi argēto tuo calamū. Videamus nunc quid ista significent, vt ex eorum significationibus valeamus intelligere quòd multis modis Deo nostras animas possumus offerre. Taurus significat superbiam. Taurus.
Vnde in ecclesiastico dicitur. Non te extollas in co- Eccl. 6.
gitatione animæ tuæ velut taurus. Quoties ergo superbiam nostra deprimimus & conterimus, toties

Deo

Vitula. Deo taurum immolamus. Vitula ſignificat luxuriã.
Sap.4. Vnde in libro Sapiẽtiæ de luxurioſis & immunde vi
† adulterinæ plantationes. uentibus dicitur. † Spuria vitulamina non dabunt
radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabũt.
Dum ergo noſtram luxuriam pro Deo coercemus,
Deo quaſi vitulum ſacrificamus. Hircus, capra, hœ-
dus peccata vel peccatorum pœnitentiam ſolent fi-
Peccatorũ ſpecies. gurare. Peccata alia criminalia, alia venialia. Crimina
lia alia maiora, alia minora. Maiora, vt homicidium
inceſtus, adulterium ſacrilegium. Minora vt furtũ,
fornicatio. Venialia, vt riſus, ira leuis & tranſitoria,
verbum aliquando otioſum. Hircum itaque offeri
Hircus. mus, dum de maioribus criminibus. Capram, dũ de
Capra. minoribus. Hœdum, dum de venialibus peccatis pœ
Vitulus. nitemus. Sic in vitulo, propter ſuam teneritudinem,
Vacca. boni operis inchoationem. In vacca, quia in maius
robor excreuit, eiuſdem operis perfectionem. In bo-
Bos. ue, propter eius perfectam fortitudinem, operis bo
ni intelligimus perfectam, ac robuſtam conſumma
Ouis. tionem. In oue quoque, quia innocens eſt animal,
intelligimus bonæ actionis innocentiam. In agno,
Agnus. quia in principio vitæ mundiſſimam habet pellem
Aries. cordis munditiam. In ariete, quia dux eſt gregis, ra-
tionalis intellectus, per quem adiuuante gratia om-
nia noſtra bona debent regi, robuſtam accipiamus
H potẽtiam. Immolemus igitur fratres animas noſtras
Deo. In tauro noſtram ſuperbiam propter ipſum de
primendo. In vitula noſtram luxuriam coercendo.
In hirco, capra, hœdo, pœnitentiã de noſtris peccatis
agendo. In vitulo bonum opus inchoando. In vacca
in eo proficiendo, in boue ipſum perfecte cõſummã
Hoſtia. do. Poſſumus quoque dicere, quod quælibet hoſtia
Pellis. deſignat bonam conuerſationem. Pellis hoſtiæ eiuſ-
Caput. dem cõuerſationis ſuperficiem, caput initium, cau-
Cauda inteſtina. da finem, inteſtinã occultam virtutem, ablutio ho-
ſtiæ munditiam vitæ honeſtæ. Pellem hoſtiæ detra-
himus, & hoſtiam membratim diuidimus, cum de-
relicta conuerſationis noſtræ exterius ſpecie, inte-
rius ratione diſcernente ſingula opera noſtra pro lo
co, tempore, modo, intentione, diligenter diſcuti-
mus, ne nos viuũ fallat ſub ſpecie virtutis, aut cul-
pa ſub ſpecie rectæ operationis. Sacrificia autem no
ſtræ bonæ conuerſationis imperfectionẽ deſignãt:
Volunta. Et holocauſta eius perfectionẽ figurant. Voluntaria
denique ſacrificia vel holocauſta, de quibus ſcriptũ
Pſal.53. eſt, Voluntarie ſacrificabo tibi, aut bonæ voluntatis
ſignificant deuotionem, aut ſpontanei operis exhi-
I bitionem. Sed & quaſi fœminini generis eſt quod
offerimus, quando in aliqua virtute vel leuiter infir
mamur. Maſculum vero offerimus, quando virili-
ter agimus, quando confortatur cor noſtrum, quan
do deficientibus pueris, & laborantibus, & iuueni-
bus in infirmitatem cadentibus ſperamus in Domi-
no, aſſumimus pennas ſicut aquilæ, currimus & nõ
Turtur. laboramus, ambulamus & non deficimus. Turtur
poſt primum parem ſecundum fertur non require
Columba re, & ideo caſtitatem debet ſignificare. Colũba quo
que, quæ felle caret, & roſtro non laniat, ſimplicitatẽ
Paſſer. & concordiã deſignat. Paſſer, qui in tecto nidificat,
cœleſtem contemplationem figurat. Ille velut paſ-
ſer in tecto nidificauerat, qui dicebat. Noſtra cõuer-
Philip 3. ſatio in cœlis eſt. Offeramus fratres noſtras animas
in turture per caſtitatem, in columba per ſimplicitã K
tem, in paſſere per contemplationem. Simila quo- Simila.
que quæ abſque fermento offerebatur, ſimpli-
cem doctrinam ſignificat. Oleum exprimit mi- Oleum.
ſericordiam. Sicut enim oleum ſuper omnes liquo
res quibus miſcetur aſcendit, ſic opus miſericor-
diæ omnium operum effectus tranſcendit. Vnde
quemadmodum alibi diximus prætermiſſis alijs ſo
la miſericordiæ opera in die iudicij commemora-
buntur. Acetum & vinum duplicem exprimunt cõ- Acetum.
punctionem, vnam videlicet, quæ naſcitur ex dolo- Vinum.
re peccatorum, & timore tormẽtorum, alteram, quæ
naſcitur ex perceptione cæleſtium donorum, & præ-
guſtatione futurorum bonorum. Nam acetum ſi-
gnificat primam, vinum ſecundam. Thus (vt ſæpius Thus.
diximus) ſignificat orationem. Thymiama vero nõ Thymiama.
illud ruſticanum, de quo ſupradiximus, ſed illud,
quod eſt boni odoris propter ſuam fragrantiam, bo
nam ſignificat opinionem. Vnde Paulus. Chriſti bo 2. Cor. 2.
nus odor ſumus in omni loco. Calamus denique, Calamus
eo quòd calamo cantica ſoleant fieri, diuinam lau-
dem ſignificat uel gratiarum actionem. Offeramus Hinc ample prædicator diſcurrere poteſt.
etiam in his animas noſtras, in ſimila videlicet per
ſimplicem doctrinam, in oleo per miſericordiam,
in aceto vel vino per compunctionem, in thure per
orationem, in thymiamate bono per bonam opinio
nem, in calamo per diuinæ laudis decantationem &
gratiarum actionem. Sciendum eſt autem ꝙ quãdo
aues, ſcilicet turtures, aut columbæ offerebantur, ca-
put earum ad collum retorquebatur, & per vulneris
locum ſanguis effundebatur, veſicula gutturis extra
hebatur, pluma detrahebatur, & ſic earum caro cre-
mabatur. Capitis retortio ſignificat mentis humilia-
tionem, ſanguinis effuſio peccati confeſſionem, ex-
tractio veſiculæ & detractio plumæ, inflatæ elationis
& diſſolutæ leuitatis ablationem. Sic ergo noſtram
hoſtiam neceſſe eſt præparemus, ſi eam Deo placa
bilem fore deſideramus. Fermentum & mel ſuper M
altare Domini non offerebantur, quæ & nos ſpiritua Fermentum.
liter vitare debemus. Fermentum enim ſignificat hæ
reticam prauitatem, mel dulcedinem ſecularem. Hæ Mel.
reſis corrumpit fidem, dulcedo ſeculi corrumpit bo
nam operationem. Sal in omni oblatione offereba- Sal.
tur. Sic enim in Leuitico ſcriptum eſt. Quicquid
obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœ-
deris Dei tui de ſacrificio tuo, In omni oblatione
offeres ſal. Sal ſignificat ſapientiam. Quicquid ergo Leui.2.
boni cogitamus, loquimur, aut operamur, totum ſa
pienter agere debemus. Vnde & in pſalmo, qui ſpe
cialiter de oblatione diuinæ laudis cantatur, ſcriptũ
eſt. Pſallite ſapienter. Iſtud quoque ſal in libro ſapiẽ Pſal 46.
tiæ commendatur, vbi dicitur. Si quis erit conſum-
matus inter filios hominum, ſi abfuerit ab illo ſa- Sap. 9.
pientia tua, in nihilum computabitur. Ergo quia nõ
omnia poſſumus omnes, & vnuſquiſque habet ſuũ
donum a Deo, & in via Dei alius ſic ambulat, alius
autem ſic, idcirco vnuſquiſq; noſtrum in ſuo ſenſu
abundet. Et ſicut dicit beatus Petrus, vnuſquiſque ſi 1.Pet.4.
cut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrã-
tes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.
Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei. Si quis mini-
ſtrat, tanquàm ex virtute quam adminiſtrat Deus,
vt

N ut in omnibus honorificetur Deus. Qui ergo nō habet bonum perfectionis, non offerat ante Deum sine vitulo inchoationis: & qui non abundat simila doctrinæ, offerat oleum misericordiæ. Et quisque in dono sibi quasi singulariter dato excellenter præpollens, & in eo non sibi singulariter, sed & alijs communiter viuat, vt per gratiam bene dispensatam in tempore, gloriam mereamur in æternitate. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

§ *De Babylone, id est seculari conuersatione per septem crimina, fugienda.*

Sermo XXXVIII.

O Esa. 48. Babylon. EGredimini de Babylone, fugite a Chaldæis. Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, quæ ab antiquo in solitudinem sempiternam ob impium suorum scelera redacta est, & nominis sui interpretatione, & principum suorum crudeli elatione, & habitatorum suorū peruersa conuersatione præsens seculū significat. Quod videlicet seculum, tum propter culpam, tum propter pœnam, tum propter vtranque perdubile, impieque

P Seculi. Porta. Exitus. Babyloni recte hic comparatur. Habet porro, ut mundum sumatur, ut ita dicamus secundum sensum tropologicum portas suas, murum suum, plateas suas, ædificia sua, mœnia & cetera. Porta per quam intratur est natiuitas, via per quam transitur est mortalitas, porta per quam exitur est mors. Quicquid mundi ianua natiuitas misera subijcit, totum infelix mortalitas seculi trahit, & quicquid mortalitas trahit, totum in fatalibus morte deglutit. Murus eius est orbis istius ambi-

A Mors. tus, quem intramus quidem nascendo, sed exire nō valemus nisi moriendo. Inter vtranque vero portā, id est natiuitatem per quam intramus, & mortem per quam eximus, per viam, id est mortalitatem per quam transimus quotidie horis & momentis, & in corruptione, id est in pœnalitate versamur, & fluctuamus, donec secundum arbitrium iudicis interni & æterni post meritum ad præmium veniamus. Pla-

M Plateæ. teæ istius spiritalis Babylonis septem vitia principalia sunt. Istæ plateæ longæ sunt & latæ. Longæ per consuetudinem diuturnitatis, latæ, per dissolutam licentiam. Prima est superbia, secunda inuidia, tertia ira, quarta accidia, quinta auaritia, sexta gula, septima luxuria. Superbia ad vnam partem, hoc ad vnam magnum habet elationem cordis, ad alteram autem ostentationem operis. Intus enim superbia, foris iactan-

Superbia. tia. Superbia in elatione cordis, iactantia in ostentatione operis. Superbia magis in occulto coram Deo, iactantia magis in manifesto coram proximo. Ad hanc plateam instruendam primum posuit lapidem diabolus, quando sedem suā ponere voluit ad Aquilonem, & similis esse Altissimo. Ipse rex est huius Babylonis, ipse tunc & hoc modo ipsam ciuitatem, plateamque primam eius cœpit ædificare. Secundo loco primi parentes nostri plateam eandem vrbis Babylonicæ ædificauerunt, quando pomum vetitum comederunt donum scientiæ superbe quærentes. In hac platea vnusquisque eo tanto altius sibi do-

Esa. 14. mum construit, quanto amplius præ cæteris inflatur superbia, & sic de alijs vitijs intelligendum est, quod qui in vitijs inueniendis & exercendis primi extiterunt, ipsi in ædificandis plateis Babylonis primum laborauerunt. Et quanto se quisque vitiosus quolibet vitio grauius corrupit, tanto sublimiorem habitum sibi in Babylone componit. In hac platea prima, quæ est superbia, varij sunt apparatus, varij ornatus, & magis in ea quæruntur quæ pertinent ad laudem, quam quæ pertinent ad voluptatem. Plus in ea affectantur quæ spectant ad mundi gloriam, quàm quæ ad carnis concupiscentiam. Omnia enim sunt circumornata, & circumuestita, vt similitudo templi. In ipsa purpura, & byssus, vestes holosericæ, & tapeta de Ægypto, ornamenta calciamentorum, & lunulæ, & torques, & monilia, & armillæ, & mitræ, & discriminalia, & periscelides, & murenulæ, & olfactoria, & inaures, & annuli, & gemmæ, & mutatoria, & pallia, & linteamina, & acus, & specula, & syndones, & theristra. Habitatores eius ingressi sunt ad pompe, & extento collo, & nutibus oculorum plaudentes, pedibus suis composito gradu incedentes. Repleta est terra eius equis, & innumerabiles sunt quadrigæ eius.

Q Superbiæ Ciuium incessus.

§ Secunda Babylonis platea, quæ est inuidia, altissima paupertate constringeris & arctatur. Nam & si quis quantumque possideat bona, dum pompam, diuitias, & gloriam quæ in primo eius videt platea superabundant, inuidiæ aspectu perpendit, se pauperem putat, & quasi omni felicitate destitutum credens, inconsolabiliter gemit & tabescit. Habitatores eius tortiones & dolores tenebunt, & quasi parturientes dolebunt. Hæc habet ex vna parte proprium detrimentum, ex altera alienum incrementum. Ipse quippe proprium minorationem & alterius augmentationem, vel etiam ipse proprium bonum minuit & alterius gloriam omnis mundi, quasi per suæ plateæ medium, cruciatus agitur. In huius quoque platea diabolus princeps est. Quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Habet autem multos, sed omnes perditos ciues, Cain, scribas, & pharisæos, & principes sacerdotum, quos sciebat Pilatus per inuidiam tradidisse Christum.

Inuidia.

Sap. 2.

§ Tertia platea vrbis reprobæ ira est. Hæc ad vnam manum habet iram leuem & transitoriam, ad alteram, odium, id est iram grauem & continuam. Hic videbis festucam, illic trabem. In hanc miserā plateā concurrunt omnes ventorum vniuersarum tempestatum. In hac etenim se agitant turbines dissensionum, strepunt fragores commotionum, fremunt echo contentionum, ruunt imbres & grandines persecutionum, micant fulgura terrorum, sonant tonitrua percussionum & interfectionum. Quarta platea vrbis nephandæ est accidia. Hæc habet ex vna parte tristitiam, ex altera desperationem. Hæc magis horrenda & amplius timenda præ cæteris videtur. Cum enim graue sit peccare, grauius est tamen irrationabiliter in tristitiam decidere, grauissimum tamen per tristitiam in desperationem se præcipitare. In hac platea Cain infelix primus sibi domum erexit, cum dixit. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Sed & Iudas negociator pessimus in hac eadem

Ira.

R

Accidia.

S

platea mansionem sibi constituit, dum de venia desperans laqueo se suspendit. Ab eius se habitatione Psal. 68. liberari petijt Psalmista cum ait. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

Auaritia. ¶ Quinta autem platea est auaritia. Hanc ex vna parte cōstituit cupiditas, ex altera tenacitas. Quę quis repleta sit argento & auro, & non sit finis thesaurorum Eccl. 5. eius, satiari tamen nō potest: Quia auarus (quātum ad ardorem sitis eius spectat) non implebitur pecunia, sed quanto plus acquirit, tanto amplius Iuuenal. habere concupiscit. Vnde est illud.

Crescit amor nūmi, quantum ipsa pecunia crescit.

In hac insignem habet arcem diues ille auarus Luc. 16. sepultus in inferno.

Gula. ¶ Sexta platea est gula. Cuius vnam partem facit edacitas, alteram ebrietas. Ab huius plateæ mansione nos prohibuit Dominus vbi dixit. Videte ne Luc. 21. grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. Et Apostolus. Rom. 13. Non in comessationibus & ebrietatibus. Et in ea quidem parte, quæ est edacitas, sunt omnia genera panum, quæ fiunt arte pistoria, & obsoniorū, quæ fiunt arte coquinaria, genera diuersa carnium quadrupedum & volucrum, piscium marinorum & fluuialium, piper & allium & cyminum ad conficiendos sapores & condimenta. In altera parte, quæ est ebrietas, sunt vina diuersi coloris, & saporis, & Esa. 5. vigoris, & odoris confecta diuersis herbis & aromatibus, ad opus eorum, qui cōsurgunt mane ad ebrietatem sectandam & ad potandum vsque ad vesperum. Quorum impudentiam idem propheta, cuius hæc sunt verba, alibi redarguit dicens. Præ vino (inquit) Esa. 28. nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, Errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ eorum repletæ sunt vomitu fordiumque, ita vt non sit vltra locus. Et item alibi in persona eorum. Esa. 56. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit hodie sicut & cras, & multo amplius. Et si tales fuerunt propheta, & sacerdos, & speculatores populi, qui ab eodem propheta vocantur canes impudentissimi nescientes saturitatem, quale putatis fuit vulgus Philip. 3. promiscui sexus & ignobile? Sed & Apostolus Paulus de gulosis loquens ait, Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorū Deus venter est, & gloria in confusionem eorum, qui terrena sapiunt.

R

Luxuria. ¶ Septima platea est luxuria. Hæc ex vna parte habet immunditiam cogitationis, ex altera immunditiam actionis. Hæc est vltima & infima omnium platearum Babylonis, & in ipsam confluere vidētur Prou. 30. immunditiæ totius ciuitatis, & tamen inquinationis suæ profluuio non potest saturari. Os etenim vuluæ (vt sacra scriptura testatur) est insatiabile. Multa sūt (fratres) quæ de his omnibus possent dici, quæ nūc necesse est pretermitti. Nam tota die ferè alijs rebus intendimus, & ob hoc ad nostrum libitum scribendi tempus non habemus. Quæ ergo nostram possibilitatem superant, vobis scrutanda relinquimus, vobis colligenda reseruamus. Et nunc charissimi nobis,

S

horreamus & abominemur plateas, & detestemur habitacula Babylonis, idest omnia scelera vitæ secularis. Egrediamur de Babylone, fugiamus de Chaldæis, reuertamur Hierusalem. Egrediamur mala nostra relinquēdo, fugiamus pœnitendo, reuertamur bene viuendo. In auersione vel descensione de Hierusalem in Babylonem primo loco sit tentatio, Secundo delectatio, Tertio consensus, Quarto operatio, Quinto consuetudo, Sexto desperatio. Per tentationem nanque mouemur, per delectationem descendimus vel potius labimur, per consensum portas Babylonis ingredimur, per operationem habitaculum nobis construimus, per consuetudinem serui tuti addicimur, per desperationem in carcerem trudimur & vinculis ligamur. In reuersione autē de Babylone in Hierusalem, prima est per diuinam aspirationem peccati cognitio, Secunda cordis compunctio, Tertia oris confessio, Quarta, pœnitentię satisfactio, Quinta virtutis exercitatio, Sexta boni operis exhibitio. Et notandū quòd ait. Fugiamus à Chaldæis. Melius enim quædam peccata, maxime quæ dulcescunt nobis, fugiendo vincimus, quàm resistendo. Vnde Apostolus de fornicatione. Fugite (inquit) fornicationem. Hoc etiam exprimit quod nuntius, qui venit ad Heli, dixit. Ego sum, qui veni de prælio, & ego, qui de acie fugi hodie. Melius est enim fugere, vitamque saluare quàm in bello occumbere. Egrediamur fratres & fugiamus. Breuis autem est via & facilis, quæ est de Hierusalem in Babylonem, & econtrario (quod est mirabile dictu) grandis & difficilis est via, quæ est de Babylone in Hierusalem. Facile nimirum de bono in malum, de virtute in vitium, de spiritu in carnem labimur, sed non æque de inferioribus ad superiora, corpore quod corrumpitur & aggrauat animam pressi, facile resurgimus. Inde est illud poeticum.

Notabilia Concionatori.

Aene. 6.

Facilis descensus auerni,

Sed reuocare gradū, superasq; euadere ad auras

Hoc opus, hic labor est.

Quia spiritus & caro magno sibi confinio vicina sunt, facile & cito per culpam labimur, sed quia postquam peccauimus peccati consuetudine premimur, difficile per iustitiam releuamur. Vnde & ista spiritualis reuersio longum, arduum, & difficilem ascensum rectè habere dicitur. Hinc est quod Saluator ait. Arcta & ardua est via, quæ ducit ad vitam. Si ergo sumus in hac reuersionis via per pœnitentiam, vel in ipsa Hierusalem per bonam & perfectam conscientiam, teneamus quod habemus, ne alius nostram accipiat coronam. Si stamus, videamus ne cadamus, semper suspicantes de insidijs & incursibus hostium nostrorum, qui nos abduxerūt, & captiuauerunt, & de canticis Sion interrogauerūt: Qui secundum sententiam Hieremiæ velociores sunt aquilis cœli, super montes persequuntur nos, in deserto insidiantur nobis. Aquilę cœli sancti sunt prælati, qui ad cœlestia bona sublimiter volant, & supernæ claritatis radios contemplantur. Montes designāt altitudinem contemplationis. Desertum significat secretum vitæ spiritalis. Sed persecutores nostri velociores aquilis cęli sunt, quia crudeles spiritus acrius ad nos persequendum quàm nostri prælati

Matt. 7.

1. Cor. 10

Psal. 136.

Threu. 4.

Aquilæ cęli.

lati ad defendendum multoties insistunt. Et licet in
alta supernæ contemplationis ascendamus, vel in
abscondita conuersationis intimę recedamus, nun-
quàm nobis desistunt insidiari. Vnde necesse est
charissimi, vt non solum fortiter, sed & sapiēter gra
diamur. Contra persecutionem etenim debemus
esse fortes, contra insidias sapientes. Si ergo forti-
ter & sapienter ambulemus, hostes euademus, in
Sion cum salute perueniemus, & lętitia sempiterna
erit in Christo. Quod nobis præstare dignetur Ie-
sus Christus Dominus noster, qui est super omnia
Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *De ciuitate sancta Hierusalem secundum sensum tropologicum. Sermo. XXXIX.*

X Ierusalem ciuitas sancta, & ciuitas san-
Apo. 21. cti. Secundum historiam ciuitas est terre
Esa. 52. na, secundum allegoriam sancta est ec-
clesia, secundum tropologiam vita spiri
talis, secundum anagogen patria cœlestis. Præter-
missis igitur alijs de illa, quæ ad tropologiam spe-
ctāt dicamus, & ex eius descriptione mores bonos
ædificare satagamus. Quemadmodum ergo Baby-
lon, idest vita secularis habet suas plateas, & cętera,
quæ descripsimus superius, sic & sancta Hierusalē
id est vita spiritualis habet suæ ędificationis dispo-
sitionem in bono, scilicet murum suum, plateas
suas, ędificia sua, portas suas. Habet etenim murū
Y extrinsecus in circuitu vndique, quo circūdatur per
Hierusalē bonorum morum districtam, continuam, & perfe-
spiritualis ctam disciplinam. Habet & septem plateas contra
murus, & septem plateas Babylonis per quasdam septem vir
plateæ. tutes septem vitijs supra descriptis contrarias. Ha-
bet nimirum sancta & spiritalis vita humilitatem,
quæ est contraria superbiæ, habet charitatem, quæ
est contraria inuidiæ, habet pacem, quæ est contra-
ria iræ, habet spiritualem lætitiam, quæ est contra-
ria accidiæ, habet largitatem, quæ est contraria aua-
ritię, habet abstinentiam, quę est contraria gulę, ha-
bet continentiam, quæ est contraria luxuriæ. Qua-
rum platearum partes, siue illas, quæ ad vnam ma-
num sunt, siue illas, quæ ad alteram, describere for-
Humili- tasses non erit inutile. Prima platea ciuitatis san-
tas. ctæ, quam humilitatem diximus, hinc habet humi-
litatem illā, quam homo habet & exhibet intus so-
li deo in occulto, illinc habet humilitatē illā, quā ha
bet & exhibet homo foris propter Deum proxi-
mo in manifesto. Cuius virtutis fructus vel pla-
Luc. 14. teæ bonum Dominus demonstrat, vbi dicit. Om-
nis qui se humiliat, exaltabitur. Quanto nimirum
in pręsenti quilibet se magis humiliat propter Deū,
tanto in futuro sublimior erit apud Deum.

¶ Secunda platea est charitas, quę ex vna parte
Z
Charitas. habet dilectionem Dei, ex altera dilictionem proxi-
mi. Hinc enim inbemur diligire Deum ex toto cor-
de, anima, viribus, & memoria, illinc iubemur pro-
ximū diligere sicut nosmetipsos. Charitatis fructus,
atque bonum quantum sit, Dominus per semetip-
Matt. 22. sum notificat vbi dicit, quòd in his duobus manda-
tis tota lex pēdet & prophetæ. Sed & inde est quod
Rom. 13. Apostolus ait. Plenitudo legis est dilectio.

¶ Tertia platea huius spiritualis Hierusalem pax Pax.
est. Huius vnam partem facit intus concordia cum
Deo, alteram facit foris concordia cum proximo.
Istam hinc & inde nos habitare, eamque inter uos
mediam esse Dominus præcepit, vbi ait. Sal hab te Marc. 9.
in vobis, & pacem habete inter vos. Cuius fructus
quantus sit alibi ostendit, vbi ait. Beati pacifici, quo Matt. 5.
niam filij Dei vocabuntur. Magnus est hic fructus,
magnum bonum. Nam si filij & hæredes, hæredes Rom. 8.
quidem Dei, cohęredes autem Christi.

¶ Quarta platea eius spiritualis lętitia est. Cuius A
partem vnam facit exultatio illa, quæ intus solum Lætitia
sentitur in affectione, alteram facit illa, quæ etiam spiritualis
foris apparet in sensualitate. Aliquando quippe tan
ta lætitia cælitus infunditur animæ, vt non solum
intus sentiatur, sed & foris agnoscatur, in vultu, in
voce, in gestu, in motu. Vnde psalmista. Cor meum Psal. 83.
& caro mea exultauerunt in Deum viuum. Hinc
est quod sacra scriptura refert, quòd lætante popu-
lo Dei & laudante Deum vox audiebatur procul.
Quid enim mirum, si intus lætante patre de filio,
qui post præuaricationem redijt ad cor, Sympho- Luc. 15.
nia lætitiæ, chorusque simul foris audiantur. Inde
est etiam, quòd in sacris solennibus diebus prohi-
bemur contristari, scriptura testante quæ dicit. Dies Nehe. 8.
sanctificatus est Domino Deo vestro nolite lugere,
& nolite flere. Ite, & comedite pinguia, & bibite
mulsum, & mittite partes eis, qui non præparane-
runt sibi. Sanctus enim dies Domini est. Nolite cō-
tristari. Gaudium etenim Domini est fortitudo no-
stra. Hinc est quod Saluator ait. Nunquid possunt fi Luc. 5.
lij sponsi ieiunare, quandiu cum ipsis est sponsus?
Ipsa nanque lætitia, quæ in sacris sollenibus diebus
in victu vel in vestitu a credentibus habetur vel ex-
hibetur, bona bene ea vtentibus est, quia sicut eis
est ex dono Dei, sic ab eis fit ad honorē Dei. Huius
virtutis vtilitas, quæ vel quanta sit Paulus declarat,
vbi Corinthijs de collectis scribēs dixit. Vnusquis- 2. Cor. 9.
que prout destinauit in corde suo non ex tristitia B
vel ex necessitate, hilarē enim datorē diligit Deus.

¶ Quinta platea ciuitatis sanctæ est largitas, quā Largitas.
ex vna parte constituit iusta acquisitio, ex altera di-
screta distributio. Ex vna parte facit eā iusta acquisi
tio, quia religiosa & honesta largitus dedignatur vi
uere vel dare ex rapto, ex turpi, ex fraude, ex furto,
vel quolibet modo alio iniusto acquisita substan-
tia, dedignatur de fermētato sacrificare laudem. Ex
parte altera construit eam discreta distributio. Si
enim minus iusto daret, iam fieret ipsamet auaritia,
si plus iusto, iam non esset largitas, sed prodigalitas.
Quantus sit fructus largitatis Saluator in euangelio
ostendit dicens. Date, & dabitur vobis. Mensuram Luc. 6.
bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluē
tem dabunt in sinum vestrum.

¶ Sexta platea istius Hierusalem obstinentia est, C
quæ ex vna parte habet parsimoniam, ex altera so- Abstinen-
brietatem. Parsimonia est contraria edacitati, sobrie tia.
tas ebrietati. Ieiuniorum & abstinentiæ exempla
multa reperiuntur in scripturis, ex quibus pręcipua
sunt ieiunia Moysi & Eliæ & Domini Saluatoris.
Ieiunij & abstinentiæ fructus quantus sit in Nini-
uitis elucet, qui per triduanam abstinentiam diuinā Ionæ. 3.
placa-

placauerunt iracundiam, & de subuersione sibi cõminata meruerunt indulgentiam.

D ¶ Septima platea sanctæ ciuitatis est continentia siue castitas. Hæc ex vna parte habet munditiam cordis, ex altera mũditiam corporis. Vel ex vna parte habet munditiam cogitationis, ex altera munditiam actionis. Cuius virtutis quantus sit fructus atque bonum, in viduis & virginibus enitescit, ex quibus viduæ sexagesimum, virgines centesimum possident fructum. Has charissimi virtutes rectè plateas nominamus, idest vias latas ad inhabitandum, spiritualiter ambulandum, & currendum, & ad omne spirituale negocium habiles, quia omnis via, quæ ducit ad vitam licet inchoantibus vel etiam proficientibus arcta & ardua videatur, prouectis tamen & perfectis lata & plana esse probatur. Vnde Psalmista. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et item. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Nã quicunque perfectam habet charitatem, quæ foras mittit timorem, dulce habet immo reputat quicquid sibi tentationum vel aduersitatum occurrerit, dicens cum apostolo. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hinc in Canticis canticorum de charitate scriptum est, quòd fortis est vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. In hac ciuitate spirituali turris quoque fortissima est, de qua scriptum est. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum confugiet iustus & saluabitur. Scitis charissimi quia hominibus quibuslibet suam vrbem defendentibus non in equis, armis, portis, muris, aut etiam viribus suis tanta fiducia est, quanta in turri suæ ciuitatis. Fugatis enim & retroactis vnicum refugium, solumque tutamen est turris. Sic sic fidelibus contra spirituales hostes dimicantibus vnica spes est, atque tutela non solum in aduersis verum & in prosperis, inuocatio diuini nominis. Non enim ignorant quod quicunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit. Inde est etiam, quòd sancta vniuersalis ecclesia in suis habet institutionibus primum inuocare nomen Domini in diuinis obsequijs inchoandis fideliter & fiducialiter proclamãdo. Deus in adiutorium meum intende. Habet quoque portas duas Hierusalem ista spiritualis, quarum prima & inferior est fides catholica. Secunda & superior est cõtẽplatio diuina. De his duabus portis scriptum est: Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. In prima porta sue niet pascua gratiæ, secunda pascua gloriæ. Vt autem diuersis ex locis scripturæ, & ex assertionibus quorundam potest intelligi, ipsa terrena Hierusalem secundum antiquum situm in cliuo posita fuit. Sic & in cliuo posita est ciuitas ista, quæ est vita spiritualis & habet gradus suos a porta vsque ad portam, per quos ascenditur ab inferioribus ad superiora: vt qui ascendunt per singulos gradus a terrenis elongentur, vt cælestibus appropinquent. Sanctæ enim viuere volentibus primum intrandum est per fidem, deinde per incrementa iustitiæ ad contemplationem cælestium conscendendum. Est itaque primus gradus in prima porta, vel potius ipsa porta est primus gradus siue scala ascensionis. A terrenis enim eleuati, primo loco pedem ponere debemus in primam scalam, id est fidem. Secundo ex fide debemus ascẽdere in spem. Tertio debemus ascendere ex spe in charitatem. Quarto ascendere debemus ex charitate in aliarum virtutum exercitationem, maxime in septenarium principalium virtutum quæ in euangelio describuntur, qui septenarius incipit, vbi dicitur. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Quinto debemus ascendere ex septenario principalium virtutum in senarium bonorum operum, qui incipit, vbi dicitur. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sexto ascendere debemus ex senario bonorum operum in prędicationem. Iustũ enim & idoneum probatur, vt qui bonum operatur, ipse hoc alijs loquitur, vt sit imitator Saluatoris, de quo scriptum est. Quæ cœpit Iesus facere & docere. Prædicatio autem duobus aliquando modis expletur, verbis scilicet & miraculis. Vnde de primis & summis prædicatoribus scriptum est. Illi autem profecti prędicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Septimo loco debemus ascendere ex prædicatione in cõtemplationem. De his scalis siue gradibus ascẽsionis scriptum est. Illuc ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini. Et alibi. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit. Qui autem per istos gradus vsque in portam contemplationis, quæ in summo, & quasi in exitu ciuitatis huius posita est, conscenderit, ipse semetipsum spiritualiter egredietur, & supgredietur, vt fiat ex Iacob Israel, ex Lia Rachel, ex Fenenna fiat Anna, & ex Martha fiat Maria. Et qui fuit boni operis exhibitor, fiat diuinitatis contemplator. Hinc est quod Hieremias ait. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, quia leuabit se super se. Hinc in Canticis canticorum scriptum est. Egredimini filię Syon, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius, & in lętitia cordis illius. Hinc psalmographus ait. Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Festinemus fratres post labores operis ad quietem & liberatem contemplationis egredi, vt nos regem in decore suo & terram nostram licet adhuc de longe valeamus intueri. Ascendamus in virtutem de virtute sicut decet pro salute, vt per prędictum ascensionis septenarium peruenire valeamus ad octonariũ beatitudinum. Quod nobis præstare dignetur &c.

Margin: Castitas. — Psal. 118. — Ibidem. — 1. Ioan. 4. — Roma. 8. — Cant. 8. — E — Turris nomen Dñi. — F — Portæ Hierusalẽ — Ioan. 10. — Hierusalẽ situs. — G — Gradus ascendẽdi. — Mat. 5. — Mat. 25. — Actu. 1. — Prædicatio. — Marci vltimo. — Psal. 121. — Psal. 83. — Thre. 3. — Canti. 3. — Psal. 67.

De custodibus Hierusalem ciuitatis sanctæ. Sermo. XL.

H SVper muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem

Margin: Esa. 62. — Ibidem.

Apoc. 21. Esa. 53. dem in terra. Hierusalē ciuitas sancta & ciuitas sancti sancta ecclesia est, cuius rex ei peregre proficiscēs præposuit custodes ac speculatores, qui eam die ac nocte custodiant, & a malo defendant. Sunt ergo diuersæ speculæ & diuersi speculatores, immo speculatorum ordines, qui in diuersis locis sanctę ciuitatis præsideant, hostes arceant, ciues custodiant. In

I

Speculæ in ecclesia. prima specula residet dōnus apostolicus, qui sicut omnibus præsidet, ita omnibus prouidere debet, in secūda specula sunt, patriarchæ, in tertia archiepiscopi, in quarta episcopi, in quinta archidiaconi, in sexta archipresbiteri siue vt in quibusdā locis appellātur decani, in septima presbiteri, & in his oībus qui cūq; sunt dignitate sublimiores, ipsi sunt ciuitatē cu stodiēdi magis debitores. Officiū singulorū speculæ sunt eorū. Verbi gratia. Specula presbiterorū presbitetatus est eorū. Specula archipresbiterorū archipresbiterat⁹ est eorū. Specula archidiaconorū archidiaconatus eorū. Et sic de cęteris. Verū fratres secūdum

K

sacri eloquij testimonium, exigentibus populi peccatis, nonnunquàm hypocrita speculam sacri regiminis ascendit, populum premit non custodit. Vnde grauiter dolendum, grauiterque gemendū. Quę

Notabile Concionatori. enim charissimi pulchritudo vel quis est honor dicē dus si simia pinnaculum templi Dei conscendat, & in ipso resideat? Nonne ad tam monstruosum spectaculum tota ciuitas concurret agens super hoc manibus plausum, ore cachinnum? Simia eo quòd humanę formę quędam habeat similia, vt aiunt, dicta: animal est paruum & pilosum absque voce, agile, deforme, petulcum, & alta montium siue ędificiorum libenter conscendens. Quę licet vilissimum & turpissimum & horrendum sit animal, tamē homines seculares suis erroribus decepti, qui in auibus cęli ludunt, & in bestijs terrę, & heu maxime clerici in suis domibus hanc habere, & in suis fęnestris ponere solent, vt apud stultos qui pertranseūt, per eius aspectum gloriam suarum diuitiarum iactitent. Per hanc autem monstruosam bestiolam Hypocrita speculator rectissime figuratur. Ipse etenim est simia per simulationem paruus per despectionē, pilosus per superfluitatem, absque voce per noxiam taciturnitatem, agilis per leuitatem, deformis per turpem conuersationem, petulans ac petulcus per luxuriam, alta petens per superbiam. Alta petit per superbiam, quia si in hoc honore est, ad illum, idest ad superiorem semper anhelat. Verbi gratia. Si in presbiteratu residet, cōcupiscit archipresbiteratum, si in archipresbiteratu archidiaconatum, si in archidiaconatu episcopatum, si in episcopatu archiepiscopatum, si in archiepiscopatu patriarchatum, quem honorem vocamus etiā primatum, si in patriarchatu est apostolicatum mallet habere. Sed quia hoc

Papatus. honore in ecclesiasticis dignitatibus nihil est excellentius, hic posuit Deus terminum mari, idest humanæ cogitationi fluctuanti & tumenti, & hic confringit tumentes fluctus eius. Impij enim quasi mare feruens quod quiescere non potest. Et de huiusmodi speculatores venerabilis & laudibilis Bernar-

Bernardus. dus Clareuallensis in libro de consideratione ita scribit, dicens. Simia in tecto rex fatuus in solio. Monstruosa res, gradus summus & animus infimus, sedes prima & vita ima, Lingua magni loqua & manus ociosa, sermo multus & fructus nullus, vultus grauis actus leuis, ingens auctoritas & nutās stabilitas. Hinc est quod Dominus per Osee dicit. Isti re- Ose. 8. gnauerunt & non ex me. Principes extiterunt, & nō cognoui. Hinc per Esaiam de talibus cōqueritur di- Esa. 56. cens. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt vnusquisque ad auaritiam suam, a summo vsque ad nouissimum. Venite sumamus vinū, & impleamur ebrietate: & erit hodie sicut & cras & Ibidem. multo amplius. Nunc his dimissis quos non misit, sed dimisit Dominus, vertamus nos ad eos qui bene præsunt, & videamus quales debeant esse, qualiter pręesse vel prodesse. Sed quomodo inueniemus fratres speculatorem idoneum, cum ipse Dominus vix inueniat dicens: Quem mittam, & quis ibit no- Esa. 6. bis? Et item in euāgelio. Qui putas est fidelis seruus Luc 12. & prudens quem, constituit Dominus super familiam suam? Sed ipse Dominus in Apostolo loquēs per Apostolum docet nos qualis esse debeat speculator dicens. Oportet ait episcopum irreprehensibi- 1. Tim. 3. lem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suę domui bene præpositum, filios habentem bene subditos cum omni castitate. Si quis autem suæ domui præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit. Non neophytum, id est nouitium, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Quod autē ait vnius vxoris virum, vel quod ait filios habentem, illius temporis fuit non istius est, nec esse debet. Si autem speculator, quem pastorem vel prælatum dicere possumus, si inquam est vitiosus a suis subditis minime reprehendendus est, Vnde Isidorus. Sunt (inquit) qui præpositos suos peruerse⁹ iudicant, dum terrenis studijs eos plus viderint esse intentos, si vel parum iam ipsi de spiritalibus cognouerunt. Rectores a Deo ergo iudicandi sunt, a suis autem subditis iudicandi non sunt, exemplo Domini qui per se vendentes columbas & nummulariorum mensas proprio euertit flagello. Vel etiam sicut dicitur. Deus Psal. 81. stetit in synagoga deorū, in medio autem deos diiudicat. Quod si a fide exorbitauerit rector, tunc erit arguendus a subditis. Pro moribus vero reprobis tolerandus magis quā distringendus a plebe est. Scien dum est etiam, quòd sicut pro moribus reprobis a subditis non est arguendus, sic in his quæ bene docet, & præcepit non est contemnendus. Hinc Dominus in euangelio dicit. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæ dicunt seruate, quæ Mat. 23. faciūt facere nolite. Sed iam charissimi quæ terrenarum, & mundanarum ciuitatum custodes in suis custodijs agere soleant videamus, & tunc forsitan quod spiritalibus sanctæ ecclesiæ custodibus facien dum sit clarius videre valebimus. Solent autem ciuitatum custodes ac speculatores maxime tempore bellorum in alto sedere, vigilare, per totam ciuitatē

L

M

N

præcipue

præcipue noctibus circuire, tubis clangere, fistulas inflare, citharizare, & cantare. Sic sic dilectissimi facere debent speculatores ciuitatis nostræ. Debent in alto sedere, per spiritualem conuersationem, vt eorum conuersatio non fit in terra, sed in cœlo, non in carne, sed in spiritu, quatenus eorum anima in puluere non humilietur, & venter eorum terræ non cõglutinetur, sed super montem excelsum ascendant illi, qui euangelizant Sion, & pedes sint speciosi super montes annuntiantium pacem, prædicantium salutem, dicentium Sion regnabit Deus tuus. Debent vigilare per circunspectionem, vt intuitũ vertant à dextris ne prosperis fallantur, à sinistris ne aduersis frangantur, retro per præteritorum vtilẽ memoriam, ante per futurorum prouidentiam. Debẽt vigilando circunspicere, ne ex improuiso hostis adueniat, portas frangat, vel murum irrumpat, domos accendat, turres euertat, ciues occidat, spolia detrahat, ciuitatẽ destruat, populũ in Babyloniã abducat. Debẽt circuire totam ciuitatẽ, i. gentẽ sibi commissam, & scrutari ne lapide cuiusliõet virtutis dilapso murus disciplinæ vel ad modicum infirmetur, & si id contigerit inuenire, quanto citius fieri potest resarcire. Quod ille bene adimpleuit qui ait. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instãtia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Debent tubis clangere per terribilem prædicationem. Tubarum alia lignea, alia terrea, alia cornea, alia ænea. Tuba lignea apposito igne facile aduritur, tuba terrea percussione facile frangitur, tuba cornea de carne procedit, sed carnẽ excedit, tuba ænea fortis est, & percussionibus non facile cedit. Propterea tuba lignea bene significat prædicationem illorum, qui facile vincuntur tentationibus. Terrea illorum prædicationem, qui franguntur aduersitatibus. Tuba cornea illorum prædicationem, qui tentationes superãt. Tuba ęnea prædicationem illorum, qui in aduersitatibus inuincibiles perdurant. Fistulas debent inflare per blandam consolationem. Aptum est enim vt asperitatẽ & duritiam terroris, blandimentum consolationis sequatur, vt per sequentem suauitatem præcedens asperitas temperetur. Has fistulas habere iubentur prędicatores, vbi scriptum est. Dicite pusillanimes, confortamini. Citharizare debent per bonam operationem. Cithara namque, quæ digitis tangitur vt sonum reddat, bonam operationem recte figurat. Hæc cithara sex habet chordas, sex videlicet opera misericordiæ. Esuriui, & dedistis mihi mãducare &c. Cantare debent per laudem, & gratiarum actionem. Semper enim gratias debent agere Domino bonorum omnium largitori. Debent ergo sancti speculatores in alto sedere per spiritualem conuersationem, vigilare per circunspectionem, circuire per solicitudinem, tubis clangere per prędicationem, fistulas inflare per consolationem, citharizare per bonam operationem, cantare per gratiarum actionem. Et hæc omnia facere debent die & nocte, idest in prosperis & aduersis. Vnde & ipse Esaias, cuius hæc sunt verba, quę præposuimus, de seipso dixit. Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Donec (inquit) stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terram. Primum ponit Deus laudẽ ecclesiæ sanctæ in mundo per gratiam, deinde ponit ei laudem in cœlo per gloriam. Sed donec ponat ei laudem in cœlo necesse est sancti speculatores eius, vt ad custodiam vigilent in mundo. Sed quia nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam, deprecemur Dominum, vt per semetipsum nos custodiat, vt pupillã oculi, quatenus per gratiam nobis impensam in tempore cum ipso regnare valeamus in æternitate. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus.

[Margin: Ad Prælatos spectantia. — 2.Cor. 11 — O — Tubæ diuersæ. — Esa. 35. — Cithara. — Epilogus. — Esa. 21. — Psal. 126.]

In purificatione beatæ Mariæ semper virginis de purificatione mentis. Sermo. XLII.

P

Veniet ad templum suum Dominator, quẽ vos quæritis, & angelus testamẽti, quem vos vultis. Templum Dei fratres sanctum est, quod estis vos. Ad hoc templum venit Dominus diuersis modis. Venit etenim per creaturarum contemplationem, venit per scripturarum lectionem, venit per miraculorum operationem, venit per præceptorũ suorum prædicationem, venit per internam aspirationem, venit per aduersitatem, venit per prosperitatem, venit comminando mala, venit promittendo bona, venit mala auferendo, venit bona conferendo, venit per cognitionem veritatis, venit per amorem virtutis. Et est quidem in templo suo per gratiam, sed venit ad idem templum per maiorem gratiam, vt det gratiam pro gratia, vt iustus iustitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Quia omni habenti dabitur, & abũdabit. Nobis autem post acceptam gratiam voluntarie peccantibus relinquitur (vt ipse Dominus ait Iudæis) domus non iam eius, sed nostra deserta, & (vt per Hieremiam ait) Fit ei hæreditas eius † sicut spelunca hyenæ, & domus eius, quæ nos fuimus, quę domus orationis esse debet, quia in cordibus nostris eũ debemus adorare & timere, fit spelunca latronum, idest habitatio dæmoniorum: qui per furtiuas suggestiones nos prophanant, & pertrahũt ad illicitas delectationes. Cum autem Dominus iterum exurgit ad miserandum Siõ: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus, tunc mittit strenuum suæ clientelę famulum, qui præparet viam eius ante eum, vt mundificato & sanctificato templo, quod fuerat contaminatum & prophanatum, statim ad ipsum veniat Dominator, quem nos quærimus, & angelus testamẽti, quẽ nos volumus. Dominator potentia, angelus gratia, Dominator in eo quòd nos dignatus creare, angelus in eo quòd dignatus est nos redimere. Pręmittitur ergo ex omnibus cœlestis curiæ seruientibus & officialibus quasi custos & procuratrix & imperatrix prima atque mundatrix templi Domini consideratio culpæ, vt illud a cunctis sordibus emundet, ac velut vere cęlestis regis thalamum per emundationem decenter adornet. Ingressa igitur consideratio, seu cognitio culpæ videt gentes ingressas in sanctuariũ Dei, de quibus præceperat vt non intrarent ecclesiã eius. Videt templum & omnia vtensilia eius polluta

[Margin: Mala. 3. — 1.Cor. 3. — Pulcher discursus. — Matt. 13. — † Quasi leo in sylua. — Hier. 12. — Matt. 21. — Q — Psal. 101. — Consideratio culpæ.]

&

& [illegible] ta. con[illegible] & prop[illegible] um e-tus [illegible], & tignis & laquearijs, te-lis [illegible] vn[illegible] tatum, id est mentem [illegible] sensibu[illegible] ibus, & virtutibus ve-[illegible] per tot[illegible] turgen[illegible] superbiæ, a-ream vero deo[illegible] id est carnem stratam luto lu-xuriæ, medios parietes, id est sermones & actio-nes vitiorum sordibus a summo vsque ad imum

Esa. 13. stercoratos & fœdatos. Ibi requiescunt bestiæ, ha-bitant struthiones, & pilosi saltant ibi & respon-debunt. Ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenæ in delu-

Esa. 33. bris voluptatis. Ortæ sunt spinæ & vrticæ, & paliu-rus in munitionibus eius [illegible] est domus Do-[illegible] cubile draconum, & [illegible] struthionum. V[illegible] ornes de[illegible] eis, & tauri cum po-[illegible] bus. No[illegible] per eam [illegible] onocro-tal[illegible] & her[illegible] & coruus h[illegible] ibi. Oc-[illegible] dæmonia onocentauris, & pi[illegible] al-[illegible] alterum. Ibi cuba[illegible] lami[illegible] & [illegible] re-q[illegible]. Ibi habet foueam her[illegible] los, & circumfodit, & [illegible] congregati sunt milui [illegible] Ibi c[illegible] in superliminari, & lap[illegible] er aras eius. His omnibus nihil al[illegible] Christianum, siue [illegible] num, siue reproborum con[illegible] nus, ext[illegible] usque corruptum, [illegible] sed dæmoniacæ magi[illegible] ha[illegible]. Hæc attendens cogitatio [illegible] gemiscit, & tabescit non [illegible] inueniens consolationem. Ne[illegible] bire sarcinam tanti negoci[illegible]

Eccles. 4. Salomonis, vbi dicit, Mel[illegible] quam vnum, habent enim [illegible]

Ibidem. tis suæ: si vn[illegible] ceciderit, ab [illegible] Væ so-li, quia cum [illegible] derit non [illegible] Et si d[illegible] duo, [illegible] quo[illegible] tra vnu[illegible]

R prima v[illegible] præ[illegible] nem culpæ [illegible] us, [illegible] Deum, [illegible] tum ob[illegible] que [illegible] M[illegible] litus qu[illegible] di tes[illegible]

Conside-ratio pœ-næ. siderati[illegible] pœn[illegible], & p[illegible] accelere[illegible] D[illegible] præpa[illegible] lapsa, v[illegible] ia n[illegible] cati e[illegible] m[illegible] & [illegible] & [illegible] vermes, & si q[illegible] a. Dum e[illegible] ratio culpæ h[illegible] tio pœnæ in[illegible] d[illegible] ac[illegible] pro suo offi[illegible] t, ne-q[illegible] suas ad hoc [illegible] re pruden[illegible] M[illegible]

S [illegible] du[illegible] satellites [illegible] sti, stream, &

Dolor. Timor. v[illegible], dolor [illegible] et [illegible], eas in h[illegible] la[illegible] ndo non [illegible] sequi, sed etiam eis o[illegible] ucti, & [illegible] o culpæ do-lorem de peccato p[illegible], consideratio vero pœ-næ timorem de tormento futuro. Qui grauem si-bi laborem instare cognoscentes, pernicis & scopis opus[illegible] unt, & tanta (si fas est dicere) vesania inter parietes debacchan[illegible], vt nisi moderatrix & g[illegible] rum qu[illegible] ocyssime adcurrat tem-pe[illegible] m totam non iam solum e-ue[illegible] quærendum quod erat perditum, sed po-tius [illegible] uertant ad perdendum quod subsisterat ad huc [illegible] Dum enim debent operari pecca-tori [illegible] emendation[illegible] ipse eorum impetum ferre non [illegible] valens, a[illegible] ndo penè præcipitatur in de-spe[illegible] nem. M[illegible] ur ergo discretio, quę dicto citius aduolans freno sui moderaminis furentes cohibet, moderatur, dirigi[illegible] & gubernat. His igitur omnibus simul laborantibus & sese vicissim adiu-uantibus [illegible] tota domus Domini spurcitia, quę vel pe[illegible] tione[illegible] vel per locutionem, aut per o[illegible] em f[illegible], in vnum coacta sterqui-[illegible] eritur, vt adhuc ac-cepto [illegible] ino modo quolibet [illegible] T[illegible] e Deo antiqua miracu-li, [illegible] is, & fluunt aquę in a-bun[illegible] texto loco ad pręsignifi-[illegible] con-[illegible] impe-[illegible] massam sub-[illegible] m [illegible] ponentibus [illegible] pellitur vt expella-tur. T[illegible] formis sancti spiritus [illegible] Septimo loco d[illegible] ur [illegible] veniente & os diu mu-[illegible] ratum aperiente, [illegible] inatur. His itaque per-[illegible] expulsis iure hęredita-[illegible] es [illegible] ccedunt. Quibus omni [illegible] & ont[illegible] ef-[illegible] E[illegible] na [illegible] q[illegible] & [illegible] stamenti, [illegible] elebi[illegible] ergo [illegible] solum homi-ni[illegible] verum & an[illegible] Dei g[illegible] fit in co[illegible] [illegible] vno pec[illegible] agente pl[illegible] [illegible] qui non in-[illegible] E[illegible] mundemus nos [illegible] inquinat[illegible] & spirit[illegible] [illegible] macula [illegible], q[illegible] latenus [illegible] n con[illegible] & pe[illegible] [illegible] no [illegible] Do[illegible] no [illegible] us in [illegible] Amen.

Discretio

Compun ctio.

T Cõfessio

Luce. 15.

In purificatione beatæ Mariæ, de pu-rificatione eccl[illegible]æ. Ser-mo. X L I I.

V Mala. 3. [illegible] le est qu[illegible] g[illegible] is conf[illegible] r-[illegible] bis full[illegible] F[illegible] & [illegible] [illegible] aurum [illegible]

M. Hug. a S. Vict. To. ij. [illegible] & erunt

& erunt Domino off[illegible] ficrificia in iustitia. Saluator noster d[illegible] nobis ad templum suum veniens, idest sanctam ecclesiam visitans per suę dispensationem incarnationis, vt eam sibi exhiberet sine macula luxuriæ [illegible] ruga malitiæ, emundauit eam a [illegible] to carnis & spiritus per [illegible] ctum iustificatio[illegible] Q[illegible] manifestissime designatur, compreh[illegible] tur, vbi per prophetam prædicatur. Sed[illegible], & emundans filios Leui. V[illegible] bu, demõstratur eius dili[illegible] ens [illegible] antis. Vbi vero subditur conflans, angustia nostræ [illegible] ulationis, vbi autem deinde infertur purgabit filios Leui, effectus nīæ iustificationis. Ipse est quasi ignis cõ-

X flas, quasi herba fullonum. Dominus quasi ignis est consumens lignum, fœnum, stipulam, qui grauia peccata grauiter punit, est etiam quasi [illegible] fullonum, qui a leuiota leuius po[illegible] restituit. Et purgabit fili[illegible] quasi aurum & quasi argentum. Per [illegible] lis dignitas intelligitur. E[illegible] colandi [illegible] & purgandi, quid de ceteris [illegible], cum iudicium incipiat a domo Dei, [illegible] Metallum postquam conflatum [illegible] demus, ad [illegible] coclear d[illegible] quod [illegible] in aliud quodlibet [illegible] fundendum est & informandum ab ar[illegible] larij, quodlibet instrumento ne carbones [illegible] eant inte [illegible] to, traducitur & tran[illegible] Quod [illegible] hac spirituali purgatio[illegible] De spirituali nanque [illegible]

Rom. 5. Tribulatio patientiam op[illegible] tionem. Et Dominus in e[illegible] gel[illegible]

Ioan. 16. ram habebitis. Ad colationem aute[illegible] perti[illegible]

Matt. 7. Luc. 13. at. Arcta est via quæ ducit a[illegible] dite intrare per angu[illegible] modi [illegible] non vis alteri ne fec[illegible] tis vt faciant vo[illegible] lis. Per arctam autem via ducitur, & per [illegible] ramen colatur, cui, omne quod delectat[illegible] dum Deum [illegible] et[illegible] cogitare prohibe[illegible]

2. Cor. 2. matione vel coform[illegible] dicit Apost[illegible] omnes reuelata facie [illegible] Domini [illegible] in eandem imagin[illegible] formamur, a[illegible] cl[illegible] tanquam a Domini Spir[illegible] bu[illegible] onem quippe [illegible] flati, & per d[illegible] scip[illegible], quæ in præs[illegible] di[illegible] tudi[illegible], [illegible] in [illegible] quæ eam in nobis præ[illegible] amu[illegible] nostræ con[illegible] digi[illegible] se [illegible] tumeliæ in vas [illegible] transfertur [illegible] quit eos q[illegible] aurum [illegible] & quasi argentum. O[illegible] in au[illegible] o, id est [illegible] & ar[illegible] o, id est eloquio com[illegible] est ęre, stag[illegible] ex coqu[illegible], & per [illegible] onem d[illegible] vt sit [illegible] examinatum, probatum terræ, purgatum

Psal. 11. septuplum. Contingit autem charissimi sæpenumero, vt qui in fornacem sanctæ purgationis mittun-

tur vt p[illegible], non p[illegible] Y

tur. Hi[illegible] populo [illegible] versum est in scoriam. [illegible] minis verba est mihi [illegible] in [illegible] Omnes isti, æs & stannum, & ferrum, plumbum, in medio fornacis [illegible] facti sunt. Hinc Dominus ad Hieremiam ait. probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorum. Omnes isti principes declinãtes, ambulantes fraudulenter, æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptę. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Possunt tamen æs & [illegible] & stannum Z

& plumbum in bona aliquando significatione [illegible] pi. Æs et[illegible], quia sonorum est, apte significat fu[illegible] p[illegible] ationis. Ferrum autem, quia [illegible] lu[illegible] let [illegible] ceri, virtutem significat [illegible] [illegible] argentum non est, tamen quia a[illegible] colore vel fulgore præse ferre vi detur [illegible] potest figurare cuiuslibet virtutis, vel [illegible] nem. Dum enim aliquis in al[illegible] virtutis fulgorem splende[illegible] in eandem virtute coęquari, [illegible] lum in quantum potest im[illegible] stannum quantumuis argen[illegible] [illegible] aliqua tamen eius imitatio[illegible] decora[illegible] P[illegible] m, quia ponderosum est, si[illegible] gi[illegible] Sed in hoc loco omnia ista [illegible] bo[illegible] a, sed in mala significatione accipi pos[illegible] A[illegible] propter tinnitus sui melodiam, p[illegible] potest adulationem. Ferrũ, quia ipso [illegible] & iniusta hom[illegible] odia multotiens fiunt, [illegible] elitatem. Plumbum [illegible] suam pon [illegible] at segnitiem. S[illegible] exprimit [illegible] m. Scoria, q[illegible] [illegible] onem, n[illegible] per [illegible] nec [illegible] biliter t[illegible] tur. D[illegible] in [illegible] p[illegible] lu[illegible] coru[illegible] eos, q[illegible] Dominus proie[illegible] no[illegible] is te[illegible] re[illegible] fornacis Dominus. C[illegible] lum nempe[illegible] ob[illegible] st, in quo uel[illegible] in fornace, [illegible] le[illegible] ne, oratione, ie[illegible] p[illegible] d[illegible] debemus a n[illegible] p[illegible] & pro[illegible] nflator prælatus noster est, qui ad nos emend[illegible] nunc laborat. Sufflatorium, verbum eius est [illegible] exemplum. Timeamus charissimi eius in nobis laborem frustrari, dum [illegible] biles existentes per eum contẽnimus [illegible] ea mus, argentũ rep[illegible] bu vocari. Time[illegible] proijci. Hinc est quod de reprobo & [illegible] citur. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ [illegible] abutitur eo in superbiam. Timeam[illegible] in loco humilitatis superbire, quia initium omnis peccati

Esa. 1.
Hier. 6.
Aes.
Ferrum.
Stannum.
Plumbum
Aes.
Ferrum.
Plumbũ.
Stannum.
Scoria.
Hier. 6.
Rom. 2.
Eccl. 10.

cati superbia. Ponamus ante mentis oculos verba hodiernæ propheticæ lectionis, quæ superius cō
Malac. 3. tinentur, vbi de Domino dicitur. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad vidēdum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Qui enim venit & conflat & purgat electos suos per misericordiam in tempore, in fine temporis veniet & conflabit minus purgatos per iudi-
Psal. 100. cium. Vnde scriptum est. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine: nunc misericordiam, tunc iudicium. Nam electi imperfecti minus purgati ante iudicium, in iudicio perfecte purgabuntur.
1. Cor 3. Hinc Apostolus ait. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est. Si quis autem superædificat super hoc fundamentum, aurum & argentum lapides pretiosos, vt videlicet cogitet ea tantū, quæ Dei sunt, sicut faciunt perfecti, aut lignum, fœnum, stipulam, dum diuitias cogitat ea, quæ sunt mundi, quibus sine dolore carere non potest, vt faciunt imperfecti: vniuscuiusque opus manifestum erit. Quando? In die iudicij. Dies enim Domini, idest dies iudicij declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit (subaudi integrum) mercedem accipiet perfectionis. Si cuius opus arserit, in eo videlicet quod in parte cogitauit quæ sunt mundi, detrimentum patietur, scilicet & imperfectionis & ardoris. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Studeamus charissimi, & satagamus pro viribus nunc a Domino per misericordiam perfecte corrigi, ne iudex venturus & seculum per ignem iudicaturus, sua iudiciaria sententia, per quam etiam quidam electi sunt transituri & purgandi, & colandi, inueniat quod debeat cremari, sed vt pro perfecto merito perfecto præmio ab ipso mereamur tūc coronari: Quod nobis præstare dignetur &c.

In septuagesima, aut alio pœnitentiæ tempore de plantandis in nobis virtutum seminarijs, & eijciendis vitiorum radicibus sumpta parabola, de Paradisi delicijs. **Sermo. XLIII.**

A
Gene.2. TVlit Dominus Deus hominem, quem formauerat, & posuit eum in paradisum voluptatis. Tropologice idest moraliter hæc differentes charissimi dicimus, quòd homo a Deo formatur quā do iustificatur: & in paradisum ponitur dum in secura iucunditate, siue iucunda securitate bonæ consciētiæ collocatur. Quid enim melius intelligimus per paradisum plenum voluptate quàm mentem humanam ex confidentia bonæ conscientiæ plenam securitate? Secura enim mens quasi iuge conuiuium.
Prou. 15. Nihil ergo rectius accipimus per illam terrestrem paradisi gloriam quàm bonam iusti conscientiam.
2. Cor. 1. De qua & Apostolus ait. Gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ. Quid quæque aptius figurari dixerim per illus quietem optimam quàm tranquillitatem mentis, & pacem internam? De hac pace populo non in via Dei ambulanti, sed in inuio
Baru.3. diaboli erranti Baruch ait. Si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Nam si parentes primi in paradiso præceptum creatoris tenuissent, in habitatione pacis eius perpetuo quieuissent. Ita & nunc quicunque mandata Dei corde perfecto custodiunt, in pacis intimæ securitate malorum timore sublato requiescunt. Non solum autem paradisus terrestris sua uoluptate, securitate, pace, gloria, bonæ conscientiæ nostræ spiritalia bona significat, verum & fontis sui, fluuiorumque manatione, atque natatilium, ambulatilium, & volatilium ad alta volantium, suaue canentium multitudine, ac diuersarum arborum multiplici fructificatione, omnium quoque florum vernantium pulchritudine conuenienter illa figurat. Significat enim in nobis fons B
paradisi gratiam spiritalem: quatuor flumina quatuor principalium virtutum exercitationem, natatilia, eoquod pisces i aquis hinc inde fluctibus quassati natando laborāt, laboriosam boni operis exhibitionem, ambulatilia nostræ iustitiæ incrementum & perfectionem, volatilia per volatum diuinam cōtemplationem, per cantum laudem & gratiarum actionem. Arbores quoque multiplici fructificatione, & flores varia pulchritudine virtutum in nobis figurant vtilem decorem & opinionem. Olea misericordiam significat, vt ex diuersis sacræ scripturæ paginis potest intelligi. Est autem olea nomen ipsius arboris, cuius fructus oliua vocatur. Inde est distichon cuiusdam versificatoris.

Paradisi amœna.

Arbores.

Arboris est olea, fructus est nomen oliua.
Hinc oleum liquor expreßus, fæx cuius amurca.

Vitis significat sapiētiā. Christus etenī, qui est Dei sapiētia, dixit. Ego sū vitis vera. Sed & vinū modice sumptū acuit ingeniū. Ficulnea pp dulcorē & suauitatē sui fructus, dulcorē & suauitatem designat internam. De qua scriptum est. O q̄ bonus & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus. Et sapientia. Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Et Psalmista de suauitate. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Et de dulcedine. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Lignum scientiæ boni & mali expri-mit obedientiam. In ipsa nempe, si eam seruamus, bonum experimur, si transgredimur, malum. Lignum vero vitæ charitas est. Lignum etenim vitæ uitam hominis sanam & incolumem & immortalem semper conseruasset, si de ipso semper homo comedere potuisset. Inde etiam quòd postquam peccauit Adam de eo scriptum est. Ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno uitæ, & comedat, & uiuat in æternum: Emisit eum Dominus Deus de paradiso uoluptatis. Quemadmodum ergo lignum vitæ (vt supra dictum est) immortale conseruasset corpus humanum, ita & charitas dum possidetur immunem a morte peccati humanum custodit spiritum. Palma manibus uictorum ferri solebat, & ideo uictoriam significat. Quælibet autem arbor aromata sua redolentia bonam famam designat. Sic & rosa per ruborem passionem uel compassionem. Lilium per candorem castitatem. Viola per defectionem flosculi & capitis sui ad ima humilitatem figurat. Non mireris, si supradictæ arbores in paradiso terrestri, uel etiam quælibet animalia, aut volatilia esse

Ioan.15.
Ficus.
Sapié. 12. Eccl. 24.
Psal. 44.
Psal 118.
Lignum scientiæ.
C
Lignū vitæ.
Gene.3.
Palma.
Aromata. Flores.

dicantur. Nam de arboribus scriptum est. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. Produxitq; Dñs Deus de humo.s. paradisum omne lignum pulchrū visu & ad vescendum suaue, lignum etiā vitæ in medio paradisi, lignum scientiæ boni mali. Vbi.n. omne lignum pulchrum visu & ad vescendum suaue in paradiso fuisse dr, nullum lignum defuisse vr. Et de animalibus & volatilibus postquàm Dñs Adam posuit in paradisum, ita scriptum est. Formatis Dns Deus cunctis animantibus terræ, & volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Nec.n. credendum videtur, ea Adam extra paradisum longe quęsiturum, si eorum vti ministerio voluisset, sed de prope accepturum. Mysticis ergo diuitijs atque delicijs supra descriptis mens iustorum conserta, conserta, & redimita dignoscitur. Cui mens impiorum sine conscientia valde dissimilis est. Nam vt Paulus dicit. Inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Hinc Salomon ait. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quasi diceret. Vitam negligentis hominis considerauí & mentem eius, quam vrticæ & spinæ replent, quia in corde negligentis pruritus terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum, & munimina uirtutum perdidit. Non solum autem in agro pigri, in vinea stulti vrticæ & spinæ, quæ hic describuntur oriuntur, sed & multæ inutiles arbusculæ, & herbæ noxiæ, videlicet tribuli, vepres, rubi, lappæ, cicutæ, & multa similia. Tribuli ergo, eo q minus duros aculeos habeant, & non valde vulnerando lædant, cuiuslibet amaritudinis prauæ tribulationem recte designant. Spinæ, quæ duriores habent stimulos, & acrius pungunt, grauiorem cordis rancorem congrue figurant. Vepres quoque, quia lacerando vulnerant, rixarum & contentionum exacerbationem scissionemque apte significant. Rubi etiam, qui durissimos habent aculeos, ac grauissime vulnerant & cruentant, crudelitatis immanitatem exprimunt. Vrtica, quia digitos tangentis sæpe perurit, significat libidinem. Lappa, quia dum vestibus aut capillis inijcitur tenaciter eis inhæret, figurat tenacitatem. Cicuta denique, quia intus est inanis & vacua, & foris odore fœtida, inanem gloriam & malam exprimit opinionem. Per vrticas autem & spinas, quas Salomon superius solas & nominatim posuit, omnia uitia carnis & cordis significantur. Nam libido, quæ per vrticas exprimitur, significare potest omnia vitia carnis: rancor vero, qui per spinas intelligitur, omnia vitia cordis. Non sint charissimi nobis in nostrarum horto deliciarum, nō sint inquam tribuli per quālibet vel leuissimam prauæ amaritudinis tribulationem, non spinæ per rancorem, non vepres per exasperationem, non rubi, quos quidam etiam scorpiones vocant, per crudelitatem. Non sint vrticæ per libidinem, non lappę per tenacitatem, non cicutæ per fœtidam opinionem, non denique quælibet arbuscula inutilis, aut herba noxia per quā libet uitiositatem. Enimuero sit in nostro paradiso olea per misericordiam, vitis per sapientiam, ficulnea per dulcedinem internam, lignum scientię boni & mali per obedientiam, lignum vitæ per charitatem fraternam, palma per victoriam, quælibet arbor aromatica per bonam famam. Sit in eo rosa per passionem vel certe compassionem, lilium per castitatem, uiola per humilitatem, omnis denique arbor bona, flosque pulcherrimus per cuiuslibet virtutis fructificationem, pulchritudinem, & opinionem. Hunc paradisum charissimi totis viribus exerceamus, omni diligētia custodiamus. Exerceamus operatione, custodiamus circūspectione, quia scriptum est. Vt operaretur, & custodiret illum. Timendum quippe est nobis ne serpens veniat, pomum protendat, Euam in nobis seducat, Adam corrumpat, & de paradiso ejci faciat. Hinc Apostolus ait. Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate quæ est in Christo. Serpens diabolus, Eua caro, pomum delectatio terrenorum. Quemadmodum autem serpens Euam pomo decepit, sic diabolus insensatam carnem terrena delectatione illicit & seducit. Et sicut Eua Adam induxit ad esum pomi, sic nonnunquàm caro spiritum trahit ad consensum peccati, & sic vterque de paradiso, id est de statu boni sui ejcitur, quia & spiritus affligitur per malam conscientiam, & caro punitur per pœnam. Mentem ergo nostram & conscientiam dilectissimi non solum exerceamus, sed & custodiamus. Non enim deerit tentator, non deerit tentatio. Operemur igitur, & custodiamus in tempore, vnde gloriemur in æternitate. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

Gene. 1. — D — Prou. 24. — Tribuli. — Spinę. — Vepres. — Rubi. — Vrtica. — Lappa. — Cicuta. — E — Gen. 2. — 2. Cor. 11

¶ *In medio quadragesimæ de Hierusalem pro sancta ecclesia per allegoriam sumpta.*
Sermo. XLIIII.

LÆtare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Hierusalem charissimi ciuitas sancta, & ciuitas sancti sancta ecclesia est, quæ sponsa Dei est, sicut sacra scriptura testatur dicens in Apocalypsi angelo sancto Ioanni loquente. Veni ostendam tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cęlo a Deo, habentem claritatem Dei. Et Apostolus. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Et post pauca. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Sancta autem ecclesia recte de cęlo descendere dicitur, quia omne datum optimum & omne donum perfectum, quo eam sponsus ipsius Christus ab omni macula & ruga sanctificando iustificat, desursum est descendens a patre luminum. Quę &

F — In introitu. — Apo. 21. — Ephe. 5. — G — Ecclesia. — Iacob. 1.

& claritatem Dei habere perhibetur, quia claritatẽ, quam habet sponsus eius per naturam, dat ei habere per gratiam, non per plenitudinem, sed per plenitudinis participationem. Et ipsa quidem sancta ecclesia partim est in cœlo, partim in mundo. Ibi velut in patria, hic vt in exilio. Ibi regnans, hic peregrinans. Et celebrantur nuptiæ vtrobique, hic in fide, 1.Cor.13. ibi in contemplatione. Hic in spe, ibi in re. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Nunc cognoscimus ex parte, tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus. Cum enim venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Hic in nuptijs propinatur vinum gratiæ, ibi propinatur vinum gloriæ. Vinũ gratiæ ad iustificationẽ, vinũ gloriæ ad beatitudinem. Et licet sanctam ecclesiã ita secundum status diuersos, credulitatis scilicet & visionis, spei & rei, iustificationis & beatitudinis, gratiæ & gloriæ, distinguamus: vt in exilio sit filia, in regno mater, quemadmodum scriptum est. Illa Gala.4. autem Hierusalem, quæ sursum est, libera videlicet a tentationibus, tribulationibus, & mortalitate, quæ est mater omnium nostrum: licet inquam sic distinguamus, vna est tamen vxor agni sponsa Christi, sicut scriptum est. Vna est columba mea, perfecta Cant 6. mea. Vna prædestinatione, nondum vna glorificatione. Columba puritate simplicitatis, perfecta consummatione virtutis. Hæc igitur verba, quæ in principio posuimus, Lætare Hierusalem, & conuentum facite, omnes qui diligitis eam, quæ sunt verba consolatoria, non illi dicta videntur, quæ sursum in regno cum sponso iam gloriatur, sed ei, quæ adhuc ab eius visione in ærumna seculi præsentis longe peregrinatur. Lętare Hierusalem. Quasi per consolationem peregrinanti diceretur. Hierusalem, quæ adhuc in mundo peregrinaris, tentationibus fatigaris, aduersitatibus probaris, persecutionibus exerceris, mortalitate premeris, lætare in aduer-2.Cor.4. sis quasi sciens. Quia licet is, qui foris est homo corrumpatur, tamẽ is, qui intus est, renouatur de die in Ibidem. diem. Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate ęternum gloriæ pondus operatur in nobis, Rom.8. non contemplantibus nobis quę videntur; sed quæ non videntur. Lętare, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Lętare ergo pro diebus, quibus humiliaris, annis quibus vides mala, quia quanto

H grauior pugna, tanto maior est corona. Et conuen-Conuentus. tum facite omnes, qui diligitis eam. Conuenimus fratres, quoties pro bono & bene fit, materia est exultationis, occasio gaudij & incitamentum lętitiæ maxime hoc in loco siue negocio, quo filijs suadetur, vt conueniant, matri congaudeant, matri inquam, quæ eos in baptismo genuit, ac diuinorum testamentorum doctrina suaui velut vberum suorum lacte nutriuit. Vbi autem ad malum perpetrandum fit conuentus, multorum multoties malorum causa fit & effectus. Et de huiusmodi con-1.Cor.11. uentu Paulus sic dicit. Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Et post pauca. Laudo vos in hoc? non laudo. Hinc Dominus per Psalmistam de ini-Conuenticula. Psal.15. que conuentionibus dicit. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Iniquorum est segregare se a conuentu iustorum, & facere de se conuenticulum, vel conuenticula, vt bini vt terni congregati nihil aliud studeant nisi dictis absentium rodere vitam, vel in alios vel etiam in suimet perniciem aliqua praua machinari. Huiusmodi autem conuenticula multis modis fiunt, vel potius multimoda sunt huiusmodi conuenticula. Alia namque sunt vanitatis vt conuenticula ludentium, alia loquacitatis, vt verba ociosa, & superflua & scurrilia & turpia proferentium, Sunt etiam alia conuenticula detractionis, alia contentionis, alia seditionis, alia comessationis & potationis, alia luxuriæ & turpitudinis, alia denique cuiuslibet prauitatis. Nos ergo charissimi nequaquàm cõuenticula velut iniqui faciamus, quia si conuenticula de sanguinibus, id est de peccatis perpetrandis facimus, a Domino sicut auditis non congregamur. Faciamus autem conuentum, vt secundum Aposto-Heb.10. lum consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam. Faciamus conuentum, vt simus omnes pariter in vna fide, in vna dilectione, in vna exercitatione virtutum, in vna exhibitione bonorum operum. Sed quoniam huiusmodi conuentus ab omnibus Christianis etiam laicis & coniugatis generaliter exiguntur aliquo modo, nos qui in congregatione consistimus conuentum diligentius & specialius faciamus, vnde eorum meritum (vt iustum est) transcendamus & excellentius à Domi-I no præmium percipiamus. Sex itaque sunt loca, Sex conueniendi loca. in quibus conuentum debemus facere, conuentumque tenere, scilicet in refectorio, in labore, in claustro, in choro, in dormitorio, in capitulo. In refectorio dum conuentum facimus, duplicem fructum acquirimus, quia ibi reficitur corpus & spiritus, Corpus cibo, spiritus diuino eloquio. In labore triplicem fructum acquirimus. Ibi etenim fructum habemus honestæ occupationis, fructũ exercitationis, fructum vtilitatis. Fructum occupationis habemus, quia dum labori intendimus ad nulla insolita vagamur. Fructum exercitationis ibidem percipimus, quo saniores efficiamur. Habemus fructum vtilitatis, quia labor noster in Domino non est inanis. In claustro fructum accipimus pacis & silentij. De quo scriptum est. Erit opus Esa.32. iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum: & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Habemus quoque in claustro fructum lectionis & meditationis, fructum deuotionis & orationis, fructum contemplationis & compunctionis. Ibi præceptis maiorum instruimur, exemplis informamur, incitamur monitis. In choro autem habemus per recitationem lectionum fructum eruditionis. In psalmis vero & hymnis, & canticis spiritualibus fructum diuinæ laudationis. Sanè fructu diuinæ laudis so-

ciamur angelis, dum officium, quod illi cõplent in
cęlis, nos exercemus in terris, & impletur per illos
Psal. 148. pariter & nos quod scriptum est. Confessio eius su-
per cęlum & terram. In dormitorio vero fructum
capimus quietis corporalis. Sunt quoque qui illic
percipiunt non tantum quietem corporis, sed & gu
stum boni spiritalis. Aliquando quippe mens eorũ
dulcedinem internam ibi sentit dormiendo, quam
sentire non potest vigilando. Quidam etiam alios
fructus & vulitatem ibidem accipiunt vigilando,
orando, peccata sua plorando: & impletur in eis Da
uidicum illud: Lauabo per singulas noctes lectum
Psal. 6. Capituli bona. meum, la. m. stra. m. ri. In capitulo denique conuen-
tum facimus, vt nostras negligentias & transgressio-
nes emendemus. Capitulo igitur omnes debent in-
teresse quicunq; correctioni & emendationi volũt
K subesse. Sed sunt quidam in religione, qui in morẽ
equorum emissariorum incrassatorũ, lasciuientiũ,
& manum stabularij fimum tergentis, & eos procu
rantis non sustinentium, vel de minimis leniter in-
crepari non patiuntur, sed velut equi indomabiles
in magistros, qui eos castigare & emendare, vel a
peccatis emundare debent, effręnate nimis insa-
niunt. Furoribus etenim impatientiæ arrepti, mi-
narum & contumeliarum morsibus in eos debac-
chantur. Quid autem de talibus agere debeat san-
ctus prælatus, qui stabularius Domini est, Psalmi-
Psal. 31. sta declarat vbi dixit. In chamo & fręno maxillas
eorum constringe, qui non approximant ad te. Per
chamum & fręnum minora & maiora Dei præce-
pta figurantur. Qui ergo rationabilibus castiga-
tionibus rationabiliter & voluntarie non acquie-
scunt, diuinorum præceptorum authoritatibus ve-
lut equi & muli chamo & fręno arctius constrin-
2. Tim. 3. gendi sunt. Omnis enim scriptura diuinitus inspi-
rata vtilis est, ait Apostolus, ad docendum, ad ar-
guendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iu-
stitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bo-
L num instructus. Sunt autem equi tantæ feritatis qui-
Equi feri. dam & impatientiæ, vt dum ferrantur vel curantur,
chamo vel fręno nequaquam possint teneri. Huius-
modi equorum labium broie. i. ferramento constri-
ctorum inducitur, vt eius districtione quieti tenean
tur. Quod bene in quibusdam typice geritur, quia
propter nimiam eorum insolentiam cibus aut po-
tus eis minuitur, vel silentium eis continuum impo
nitur. Superborum etenim contumacia graui senten
Esa. 26. tia ferienda est, ne si misereamur impio, non discat
facere institiam, & in terra sanctorum iniqua gerens
non videat gloriam Domini, si non magis tradatur
1. Cor. 5. Satanæ in interitum carnis. i. asperrimæ sententiæ
eius carnalitati aduersanti & contrariæ, vt vel sola
vexatione intellectum dante auditui, spiritus saluus
fiat in die Domini. Quam videlicet sententiam si
ferre recusauerit, etiam si non abscesserit, de socie-
M tate proijciatur. Nec hoc fit crudeliter, sed miseri-
corditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.
Nec ista dicimus fratres, vt minus perfectorum im-
becillitatem tolerandam esse denegemus, sed in do-
mo Dei sic exercendum est iudicium, sic exercenda
iustitia, ne insolentium superbia modo quolibet to-
leretur, ne ue imperfectorũ imbecillitas vllo modo
prægrauetur. Sunt & alij per gratiam Dei in religio-
ne velut roncini aut asini oneriferi & laboriosi, qui
ab alijs clamati vel etiam voluntarie prostrati de
suis negligentijs sponte veniam postulant, & humi-
liter ac patienter eas emendant. Sunt & alij in do-
mo Dei cęlesti gratia ditati, qui etiam iniuste cla-
mati lætanter se prosternunt, & iniurias tacite pro
Christo suscipiunt. Tam autem culpas sponte e-
mendantibus, quàm iniurias patienter suscipienti-
bus vox illa Psalmistæ conuenit, vbi dicit. Ego au- Psal. 37.
tem in flagella paratus. Et alibi. Vt iumentum factus Psal. 72.
apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum
dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.
Soli tamẽ apud Deum gloriam acquirunt, qui iniu-
ste flagellati iniurias tacite suscipiunt. Vnde Petrus.
Hæc est (inquit) gratia, si propter conscientiam Dei 1. Pet. 2.
sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim
gratia est, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed
si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia
apud Deum. In hoc enim uocati estis, quia &
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens e-
xemplum, vt sequamini uestigia eius. Qui pecca-
tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.
Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum
pateretur, non comminabatur. Tradebat autem se N
iudicanti iniuste. Primi ergo quandiu incorrepti
persistunt, pendent in cruce latronis blaspheman-
tis, secundi dum corriguntur, in cruce latronis veniã
postulantis, tertij, qui propter Deum tantum susti-
nent, in cruce Christi innocenter patientis. Primis, si
nolint corrigi, propter superbiam imputatur culpa,
secundis propter humilitatem datur indulgentia,
tertijs propter innocentiam augetur gratia. Igitur in O
capitulo charissimi conuentum faciamus, ut culpas
nostras corrigamus, immo iniuriam accipiamus.
Vitemus conuenticula, faciamus conuentum. Fa-
ciamus conuentum, vt simus vnanimes in fide,
charitate, operatione, recte credendo, syncere di-
ligendo, sancte viuendo. Faciamus conuentum in
refectorio, simul comedendo. In labore quæ ad
ipsum pertinent simul exercendo. In claustro simul
sedendo. In choro simul canendo. In dormitorio si-
mul quiescendo. In capitulo nostras culpas corri-
gendo. Faciamus conuentum in tempore, vt super-
no beatorum conuentui iungi mereamur in æter-
nitate. Quod nobis præstare dignetur. &c.

§ De cella vinaria per allegoriam accepta pro ecclesia. Sermo. XLV.

NTroduxit me rex in cellam vinariam, P
ordinauit in me charitatem. Cella vi- Cant. 2.
naria charissimi nobis sancta ecclesia
est, singulæ fideles animæ singula do-
lia. Cella a celando dici videtur. In ea
quippe celantur quælibet necessaria siue vtilia ab o-
culis & a tactu alienorum siue furum. Sancta igitur
ecclesia recte cella uocatur, quia in ipsa & per ip-
sam diuinum arcanum & cęleste sacramentum ab
immunda multitudine celatur, sicut scriptum est,
Nolite sanctũ dare canibus, & nolite spargere mar- Matt. 7.
garitas ante porcos. Dolium quoq; a dolando recte
vocatur.

Q vocatur. Dolium ergo quælibet fidelis anima con-
Dolium. grue nominatur, quæ tentationum & persecutionũ dolationibus ad continendum gratiæ cœlestis liquorem paratur & aptatur. Sed & asseres aut tabulæ illæ, in quibus dolium construitur, bene virtutes nobis datas per naturam figurant, & circuli superadditi, quibus tabulæ constringuntur, virtutes nobis datas per gratiam apte significant. Quemadmodum enim illæ tabulæ, nisi circulis constringuntur, vinũ non continent, sic virtutes naturales, nisi virtutibus, quæ per gratiam nobis superadduntur adiuuantur, cœlestia dona continere non valent. Duo etiam fundi anterior & posterior sensualitatem & rationalitatem designant. Anterior quippe, qui versus lumen est & patet, sensualitatem, posterior vero, qui versus parietem esse solet & latet, absconditam & latentem significat rationalitatem. Porrò superior apertura, per quam vinum infunditur, conuenienter intelligitur mentis intelligẽtia, vinum, quod extrahitur, gratia. Deniq; duciculus, i. foramẽ, per quod vinũ educitur vt dispensetur & propinetur, est eloquẽtia vel operatio bona. Sicut autem sunt quædam dolia continentia vina dura & austera, quædam vero dulcia & suauia, sic quædam fideles & sanctæ animæ sunt in verbo & facto seueriores & fortiores, quædã ve-
R ro mitiores & remissiores. Sane quatuor sunt, q̃ specialiter in vino discerni possunt, videlicet sapor, odor, pulchritudo siue color, & vigor. Spiritalis itaq; vini, de quo loquimur, sapor percipitur & cognoscitur in doctrina, odor in fama, pulchritudo in decore boni exempli, vigor in rigore recti iudicij. Ad sa-
Psal. 118. porem pertinet quod Psalmista dicit. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ad
2. Cor. 2. odorem quod Paulus ait. Christi bonus odor sumus in omni loco. Ad pulchritudinem spectat, quod idẽ
Rom. 13. alibi dicit. Nox præcessit, dies autem appropinqua-
Psal. 118. uit, sicut in die honeste ambulemus. Ad vigorem quod Psal. canit dicens. Feci iudicium & iustitiam,
S non tradas me calumniantibus me. Vinum autem nonnunquàm quanto est fortius, tanto acescit facilius & melius. Sic & viri sancti quanto sunt in bonitate fortiores, tanto fiunt contra delinquentes mordaciores. Bonum itaque est vinum, sed carius est acetum, quia bona est lenitas mansuetudinis, sed salubrior est aliquones vigor seueritatis. Hinc per sa-
Prou. 24. pientiam dicitur. Qui arguunt laudabuntur. Et ali-
Eccl. 12. bi. Verba sapientum sicut stimuli & quasi claui in altum defixi. Hinc est quoque, quòd propheta postquam eum spiritus Dei in altum leuauit, amarus indagatione spiritus sui abijt, quia quanto quisq; per spiritum Dei sublimius attollitur, tanto amplius cõtra delinquentes indignatur. Hinc est deniq; quòd
Exod. 34. in tabernaculo Domini fuisse describuntur acetabula, quia propter delinquentes, increpatio modis omnibus est necessaria. Quæ si subtrahatur, tinea peccati totum corpus bonitatis paulatim corrumpit
T & demolitur. Per mustum autem, quod in dolio feruet, donec paretur & purgetur, quid rectius accipimus quàm gratiam vel vitam Neophytorum ac pœnitentium, qui diuersarum cogitationum & affectionum æstibus agitantur, donec conscientia purificata & clarificata, ac pacificata quiescant? Quanuis enim gratia cœlestis velut dulce vinum dolio humanę menti suauiter diuinitus infundatur, & ab ipsa mente gratanter ac iucunde suscipiatur, mirabiliter tamen ipsam mentem gratia suscepta grauat, dum eam vel per memoriam peccatorum amaricat, vel ad satisfaciendum & ad bene viuendum stimulat, vrget, & sollicitat: quemadmodum de beato Ioanne legimus, quòd liber, quem ad come-
Apo. 10. dendum cęlitus accepit, in eius ore sicut mel dulcis fuit, sed ventrem eius amaricauit. Nam vt ait
Eccl. 1. Salomon. In multa sapientia multa est indignatio, & qui addit scientiam addit & dolorem. Recte ergo per feruorem musti bullientis designatur angor & feruor animæ pœnitentis, & ad emendationem totis viribus enitentis. Per dolia vero vel V vasa ferrata, quid conueniẽtius intelligimus, quàm illorum vitam aut conuersationem, qui post conuersionem, claustralis disciplinæ vinculis mancipantur, vt eius rigore constricti virtute & opere fortiores in posterum efficiantur? Qui inibi clausi velut mustum absque spiraculo constringuntur, quia ad ea, quæ secundum carnem placere possunt, ne ad modicum quidem exire permittuntur. Quid enim habere potest spiraculi, cui etiam cogitare prohibetur quæ sunt mundi? Quorum quidam (quod sine dolore dicendum non est) suis peccatis exigentibus, vincula rumpunt & vinum effundunt, quia per suam impatientiam gratiam amittunt. Vnde bene Dominus per prophetam Iudaico populo dixit: Excussisti iugum, rupisti vincula, dixisti non Hier. 2.
seruiam. Alij vero non minori dementia vexati, X tot & tantis ieiunijs student atque vigilijs se macerare, vt inceptum propositum disciplinæ non valeant tenere, & confractis viribus tam animi quàm corporis nulla bona opera, nullas virtutes queant exercere, & dum semetipsos indiscrete affligunt, granæ cælestis iucunditatem & fructum amittunt. Audiuimus & etiam vidimus quosdam post talem abstinentiam ad tantam ingluuiem delapsos, vt non possent satiari. Qui autem inter vtrunque volant, & per regiam viam ambulant, qui disciplinæ vincula non rumpunt, nec se irrationabiliter affligendo destruunt, ad summæ culmen perfectionis plerunque pertingunt. Vnde & ex sua fortitudine nonnunquàm verbo vel exemplo vigorem bonitatis conferunt. Aliquando vina herbis pigmentarijs Y aut aromatibus conficiuntur, vt gratiora potantibus efficiantur. Quod in electis veraciter tunc peragitur, dum eorum sanctitas donis quibusdam specialibus & excellentibus conditur & roboratur, vt calix eorum salutaris mixto fit plenus, & inebrians, Psal. 74.
& præclarus. Quædam etiam sunt dolia, vina de- Psal. 22.
bilia continentia, quæ videlicet vina, quia ad vigorem fortium non consurgunt, recte vitam infirmorum, minusque perfectorum significant. Talia quoque vina quorundam accidentium impulsibus facile deteriorantur, adeo vt multoties proijciantur, quia infirmi quique & imperfecti cito persecutionibus & tentationibus franguntur & vincuntur, intantum nonnunquam vt non probentur sed reprobentur. Et tamẽ illud imputandũ non est gratiæ diuinæ, sed malitiæ humanæ. Deniq; fex,

Fex. quę ſnb vino in imo reſidet dolij, fomitem deſignat peccati, qui licet in hac mortalitate penitus nequeat exinaniri, debet tñ ſemper deorſum pmi, ne ſurſum aſceudat, animiq; virtutes ſua fœditate corrumpat.
Z Sanè quemadmodum iuſti ſunt dolia Dei gratiam Dei continentia, ſic iniuſti ſunt dolia diaboli in ſemetipſis culpā hñtia. Et de his ſic ſcriptura clamat. Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum
Deut. 32. inſanabile. Nonne tibi dolia diaboli fuiſſe videntur filij Iacob Simeon & Leui? De quibus ipſe Iacob te-
Gen. 49. ſtatur dicens, Simeō & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia, in conſiliū eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virū, & in uoluntate ſua ſuffoderunt murū. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & in
A dignatio eorū, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Quidam etenim ſunt peſtilentes, qui ſibi q̄dam malitiæ germanitate cōiuncti totam turbant aliq̄n ciuitatem Dei, & furore ſuę iracūdiæ fortiter arrepti virū occidunt, quia p̄latū viriliter agentē, perfecte loquentē inquantum valent ſubuertunt. Viro deniq; occiſo, murū ſuffodiunt, quia malignitatis ſuæ gladijs p̄lato repſſo munimēta virtutum & bonorum operum in ſancta cōgregatione funditus pro viribus deſtruunt. Fratres in cōſilium eorum non veniat anima noſtra, & in cœtu eorū nō ſit gloria noſtra. Sit maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Quid autē de talibus ſit agendum ad periculum euadendū ipſe Iacob inſinuat dicens. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Nihil enim melius de talibus agitur, vt periculum euadatur, quàm vt ſeparentur ab inuicem, ne manus eorum implere poſſint conceptam & inceptam iniquitatem. Sed & diligenter attendendum eſt, q̄ cædem, quam Symeon & Leui per audaciam compleuerunt, per fraudulentiā incę-
Gen. 34. perunt. Primum enim cum Hemor & Sichem filij Iacob in dolo de circunciſione locuti ſunt, & circūciſione facta tertia die quando grauiſſimus vulnerū dolor eſt, illis reſiſtere non valentibus, Simeō & Leui cędem peregerunt. Sic ſic chariſſimi nobis, quidā malignantes prælatis eccleſię vel etiam amicis & fratribus fraudulenta conſilia ſæpe tribuūt, quibus eos poſtmodum nequiter inuoluunt. Sed quæ merces fraudulenta cōſilia dantibus debeatur aut reddatur
Abac. 2. Habacuc propheta teſtatur dicens. Væ qui potū dat amico ſuo mittēs fel ſuum & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Repletus eſt ignominia pro gloria. Bibe tu quoq; & conſopire. Circūdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriā
Prou. 1. tuam. Hinc Salomon de fraudulentis ait. Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas. Captio nanque, quam abſcondunt, apprehendit eos, & in laqueum, quem abſconderunt, cadunt ipſi. Talium ergo non ſolum au-
B dacia eſt frangenda, ſed & fallacia prudenter eſt cauenda. Habet quoque diabolus alia dolia, alia vinorum genera continentia. Non ſolum etenim malignantes replet nequitia, ſed & luxuriantes replet im-
Hier. 51. munditia. Inde eſt, quòd meretrix illa famoſa Babylon aureum poculum in manu legitur tenere, per quod inebriat reges & gentes terræ. Non enim ſufficit diabolo, vt quoſdam impleat vitijs ſpiritalibus, niſi & alios impleat vitijs carnalibus. Aliquando vero vt mixtum faciat, quoſdam vitijs vtriſque fœdat. Non ſimus fratres dolia diaboli vitijs repleta. Simus autem dolia continentia vinum Dei, vinum C
per veram ſanctitatem, acetum per iuſtam increpationem, ſerratum per rigorem & diſciplinam iuſtitiæ. Pigmentatum vel mellitum per ſuauitatem dulcedinis internæ. Vel certe vinum debile per mediocritatem imperfectionis humanæ. Hæc idcirco fratres ita diximus, quia vita exterior manifeſtat quale vinum vnuſquiſq; intra ſemetipſum contineat. Scriptum quippe eſt, quòd amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enun-
tiant de illo. Cella igitur uinaria ſancta eſt eccleſia, Eccl. 19.
quodlibet dolium quælibet fidelis ac perfecta anima, tabulæ quibus dolia conſtruuntur, virtutes, Epilogus.
quas habemus per gratiam, fundus poſterior rationalitas, anterior ſenſualitas, apertura per quam uinum infunditur, mentis intelligentia, vinum gratia, foramen duciculi ſeu fonticuli per quod exit eloquentia vel operatio bona. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Ver-
ba iſta chariſſimi cuiuſlibet fidelis ſunt animæ, quæ Canti. 2.
ſe Chriſto duce in ſanctam eccleſiam gaudet intro- D
ductam & cęleſti gratia per verba & exempla perfectorum ſanctorum, qualis iſte fuit, cuius hodie ſolennia celebramus, gratulatur imbutam. Ingrediamur fratres & nos in ſanctam eccleſiam, ingrediamur inquam non tantum fide ſed & dilectione, id eſt non ſolum credulitate ſed etiam operatione, non ſolum viſibili ſacramentorum participatione, ſed etiam inuiſibili ſpiritualium donorum perceptione. Ordinauit in me charitatem. Habent quælibet virtutes vel bona opera ordinem ſuum. Ordo Cant. 2.
nimirum eſt eleemoſynę, vt primum temetipſum des Deo, deinde tua des pro eo. Nam ſi tua des Deo, & teipſum zabulo non eſt æqua partitio. Primo ergo miſerere animæ tuæ placens Deo. Nam qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Primum veſti te Eccl. 30.
bonis operibus, deinde indue pauperem ueſtibus. Eccl. 14.
Primum recipe Chriſtum corde tuo, deinde pauperem hoſpitio tuo. Dum uis peregrinari primum elongare a uitio tuo, deinde a vico tuo, ſic & charitas ſecundum diuinum præceptum ſuum habet ordinem, ut primum diligas & quātum potes Deum, deinde proximum tuum ſicut teipſum. Intremus fratres in cellam hanc uinariam, & accedamus ad maiora dolia, fortiora uina continentia, ideſt ad ſanctos perfectiores cęleſti gratia perfectius abundantes, ut per ipſos inebriemur ab vbertate domus Dei, & de torrente voluptatis eius potemus, & per ipſos hauriamus ſalutem a Domino. Intremus, inquam, vt modo inebriet per gratiam, & ordinata diuinitus in nobis charitate poſtea mereamur inebriari per gloriam. Quod nobis præſtare dignetur Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen.

Applicatur ad ſan ctū eſm, abbatem, aut alium rectorem.

¶ *In assumptione beatæ Mariæ.* Ser. XLVI.

E Nter cetera dilectissimi gloriosa miracula, quæ in assumptione beatissimæ virginis Mariæ legendo vel canendo ad ipsius laudem seculis omnibus attollendam & recolendam recitamus, purpuream vt violam, ipsam esse deuotissime cantare solemus. Quemadmodum autem in superiori quodam sermone breuiter insinuauimus: quæcunque in scripturis, quæcunque in creaturis sunt amabilia, quæcunque suauia, quæcunque dulcia, quæcunque pulchra, quæcunque redolentia, quæcunque iucunda, quæcunque pretiosa, quæcunque sunt laudabilia, eius laudibus sunt conuenientia. Sed prætermissis omnibus alijs de sola viola dicamus, qualiter beatissimam virginem non solum purpureo colore, verum & alijs quibusdam proprietatibus suis euidenter significet ostendamus. Physici suis in libris affirmant, & medici in suis confectionibus probant violam naturam habere frigidam, & idcirco contra calidos morbos esse bonam. Significat ergo recte carnalium extinctionem vitiorum. Carnalia quippe vitia quasi calidi morbi sunt qui miseram animam, quã tenent, suis feruoribus incedunt. Quasi ergo viola membris male calentibus apponitur, vt sanentur, quoties gratia cœlestis nobis infunditur, vt feruores vitiorum in nobis mitigetur. Habet violacolores duos, viridem scilicet & purpureum. Solent doctores per virorem cœlestium & immarcescibilium bonorum operum spem intelligere. Cœlestia nanque bona quasi semper virent, & nunquam marcescũt, dum a perpetuo suę bonitatis ac pulchritudinis statu nulla mutabilitatis ariditate decidunt. Quæ dum firmiter, constanter, & indesinenter speramus, quasi eorum immarcescibili virore nos colorамus. Possumus quoque per virorem cuiusslibet virtutis aut boni operis inchoationem intelligere. In germinantibus enim de occulto sinu terræ prodeũtibus viror primum apparet. Quasi ergo nouelli germinis virorẽ in nobis proferimus, dũ nascẽtis in nobis & ex nobis virtutis vel boni operis nr̃a pulchritudine decoramus. Possumus etiam per virorem virtutum & bonorum operum immarcescibilem intelligere perpetuitatem. Quasi enim semper in nobis virescunt, dum in nobis absque defectu subsistunt. Purpura autem regum est. Hinc est, quòd Alexãder rex Syrię misit Ionathæ purpuram, & auream coronam velut regio munere honorãdu. Sed & cum idẽ Ionathas præfato regi & Ptolomæo regi Ægypti apud Ptolemaidẽ occurrisset, iussit eũ præfatus rex suis vestibus spoliari & purpura indui, volens eũ regio ornamẽto glorificare. Bene ergo purpura regalẽ significat dignitatem. Beata itaque virgo Maria vere purpura fuit, quæ super omnes sanctos regali dignitate velut domina mũdi, & regina cęli, effulsit, quæ se præ omnibus regaliter egit & rexit, vitia depressit, virtutes erexit. Depressit.n. i semetipsa superbiã, erexit humilitatem, depressit iram, erexit pacem, depressit inuidiam, erexit charitatem, depressit tristitiam seculi, erexit exultationem Dei, depressit tenacitatem, erexit largitatem, depressit gastrimargiã, erexit parsimoniam, depressit luxuriam, erexit castitatem, immo virginitatẽ eximiã. Quia ergo mala depressit, & bona erexit: Vel quia secundum prophetę sententiam illa euellit & destruxit, ista ædificauit & plantauit, vere fuit purpura, vere regia dignitate decorata. Habet etiam Viola bonum odorem, per quem bonam designat opinionem. Non solũ enim bona conscientia, sed & bona opinio est necessaria. Hinc est, quòd Chrisma duos in se habet liquores. Chrisma autem græce, vnctio dicitur latine. Estque Chrisma oleum cum Balsamo mixtum, quo vnguuntur capita regum & pontificum, quo etiam baptizatos sacerdos vngit in vertice, sicut eodẽ pontifex p impositionẽ manus cõfirmandos vngit in frõte. In chrismate vero principaliter sp̃us paraclitus datus. Vnde & per abundatiam gratiæ duos liquores mixtos habet oleum, & balsamum, oleum conscientiæ, Balsamum famæ, oleum, quo intus cõsciẽtia perungitur, balsamum, cuius odore foris proximi respерguntur, oleum intus ad pacem cum Deo, balsamum foris ad exemplum cum proximo. Habuit igitur beatissima virgo non solum intus sanctitatem ad conscientiam, sed & foris sanctitatis opinionem ad famam. Nouit enim quòd quemadmodum quidam ait:

F — Violæ cõparatur Maria.

G — Violæ colores viridis.

H — Purpuræ color.

Maria.

I — Violæ odor.

Chrisma.

Maria.

Criminis est, formam componere, spernere famã. Eccl. 7.

Nouit, quòd melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa. Nouit, quòd memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Nouit secundũ Apostolum ꝙ Christi bonus odor est in omni loco. Vere ergo vt viola odorifera fuit cuius odor non tantum homines respersit, sed & angelos in admirationem sui conuertit. Vere odorifera fuit, cuius odor non solum terram, sed & cœlũ impleuit. Omnis denique viola naturaliter caput, idest flosculum suum ad ima deflectit, ac per hoc humilitatem conuenienter exprimit. Quam virtutem in beata Maria excellẽter fuisse quis dubitet? Cũ enim ab angelo pronuntiaretur mater Dei, & per hoc vere Domina mundi & regina cęli, humiliter respondit. Ecce ancilla Domini. Vere ergo & in hac viola fuit, quod vere caput ad ima deflexit, dum in eo ꝙ maior extitit semetipsam amplius humiliauit, eligens non alta de se sapere sed magis humilibus consentire. Habebat quippe iã scriptum in corde suo, ꝙ omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Et illud. Ante ruinam exaltatur spiritus, & ante gloriam humiliabitur. Recte ergo beata Maria secundum omnia, quæ supra dicta sunt, viola fuit, dum omnia, quæ mystice sunt dicta, veraciter exercuit. Et nos charissimi, nos inquam viola simus, nos beatam virginem imitemur quantum valemus. Simus quasi naturaliter frigidi per incendij carnalis extinctionẽ, simus virides p iustitiæ inchoationem, & per ipsius perpetuitatem, vel cęlestiũ bonorum spem immarcescibilem & expectationem. Simus purpurei nosmetipsos bene regendo. Odoriferi apud omnes nomen bonum obtinendo, caput ad ima deponamus de nobis humillima semper sentiendo. Conformemur beatę virgini pro viribus in sanctitate, vt consortes illi fieri mereamur in beatitudine. Quod nobis pręstare dignetur.

Prou. 10. — 2. Cor. 2. — Humilitas. — Luc. 1. — Luc. 14. — Prou. 16. — K

In

In assumptione beatæ Mariæ semper virginis. Sermo. XLVII.

L Vasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho. Ista verba dilectissimi, quę proposuimus vobis, in Ecclesiastico in laudem sapienoę velut ipsa loquente describuntur, & in laudem & gloriam beatissime virginis Mariæ, cuius assumptionis diem celebramus, in persona ipsius quasi ipsa se decenter cōmendante in ecclesijs hodie rectissime recitantur. (Eccl. 24.)

M Ista quippe recte cedrus, cypressus, palma, & cętera, quæ ibidem subsequuntur, extitit: quæ cunctis, quę per ea figurantur, virtutibus referta refulsit. (Cedrus. Libanus.) Cedrus arbor est Libani alta & valde imputribilis. Per Libanum autem, qui dealbatio interpretatur, præsens seculū, quod qualicunque candore temporaliter splōdet, multoties significatur. Recte igitur beata Dei genitrix arbor Libani fuit, quia de seculo præsentis carnis originem habuit. Sed ipsius Libani altitudinem se ad alta surrigens excessit, quia cunctam mūdi gloriam suarum sublimitate virtutum inęstimabiliter trāscendit. Quæ imputribilis quoque fuit, dum virgo incorrupta permanens mater extitit. Bene denique se sicut cedrum exaltatam dixit, dum inuiolata semper existens, & primum per gradum & postmo

N dum per gloriam præ omnibus craturis se sublimatam vidit. (Cypressus.) Et quasi cypressus in monte Sion. Cypressi lignum fortissimum cedro pene proximam habet virtutem, templorum trabibus aptum, impenetrabili soliditate nunquàm oneri cedens, sed in ea, qua primum fuerit, soliditate perseuerans, fortitudinem quoque congrue significat. (Sion.) Siō etiam, quę specula interpretatur, sancta ecclesia bene intelligitur, quæ cęlestis boni pulchritudinem sublimiter speculatur. Beata itaque Maria apte quasi cypressus in monte Sion exaltata dicitur, quæ dum in mūdo viueret, cunctis, quæ mundi sunt, potenter subactis, virtutum gradibus ad cœlestia fortiter scandens, diuinitatis gloriam præ cunctis ecclesiæ fidelibus speculabatur, & nunc eam prę cunctis spiritibus cœlestibus contemplatur. Quasi palma exaltata sum in Cades. Legimus in veteri testamento populū Israel bis in deserto potatum, aqua de petra producta, primo in Raphidim, secundo in Cades. Quæ duo loca duplicem in nobis compunctionem apte significāt, vnam, quæ nascitur ex memoria vel dolore peccatorum, alteram, quæ surgit ex desiderio futurorū præ-

O miorum. (Raphadim.) Quod etiam ex interpretatione eorundem locorum recte colligitur. Nam Raphidim, qui primam significat, interpretatur sanitas iudicij, vel vi- (Cades.) sio oris sufficiens eis. Cades autem sanctus. In Raphidim ergo aqua potamur, dum nosmetipsos intrinsecus sanè de nostris peccatis dijudicando compungimur, & prouida oris cōfessione de eisdem sufficienter abluimur. In Cades vero potamur, dum de siderio cœlestium bonorum deuote & sancte accen

P si & liquefacti, iucundo potum nostrum cum fletu (Palma.) miscentes inebriamur. Palma autem victoriam significat. Bene igitur beata Dei genitrix se velut palmam in Cades exaltatam gloriatur, quia spiritualibus hostibus potenter & victoriose subactis non dolore criminum, sed amore præmiorum cœlestium compūcta suauissime potabatur. Potest quoque per aquam, quæ in Raphidim populo data est, donum Sancti spiritus intelligi, quod fidelibus ad iustitiam datur in mundo, per aquam vero, quę data est in Cades, superni fontis aqua, quæ glorificatis ad gloriā datur in cœlo, vt ista detur in merito, illa detur in præmio. Et de prima quidem scriptum est. Effundā super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. (Eze 36.) Ad secundam autem pertinet, quod Ioannes in persona Christi dicit. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. (Apo. 21.) Qui enim sitit iustitiam, reficietur per gloriam. Beata itaque Maria se velut palmā in Cades exaltatam recte perhibet, quia superni fontis dulcedinem omnibus spiritibus excellentius possidet. Et quasi plantatio rosæ in Iericho. Rosa, quæ rubet, apte designat passionē. Et si rosa in eo quòd rubet exprimit passionem, ergo in eo quòd plantatur congrue designat compassionem. (Rosa.) Compassio in corde, passio in corpore. Cōpassio latet, passio patet, rosa itaque plantatur, quando compassio cordi infigitur, florem rubentem producit quando in effectum passionis procedit.

Q Iericho luna interpretatur, & pro defectu carnis aut defectu seculi præsentis ponitur. (Iericus.) Patet itaque qđ Dei genitrix quasi plantatio rosæ in Iericho extitit, quia in defectu seculi præsentis virtute conpassionis excellenter & singulariter enituit. Nam & ipsius animam pertransiuit gladius. (Luc. 2.) Et quis digne perpendere possit qualem doloris gladium sustinuit, dum suum filium vnigenitum in cruce pendere, moriq;

R vidit? Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus iuxta aquas. (Oliua.) Oliua figurat misericordiam. Fuit ergo beata Maria oliua per misericordiam, & tanto pretiosior per misericordiam, quanto excellentior per gratiam. Et bene in campis, quia in planitie seculi præsentis, quia in latitudine sanctæ ecclesiæ vbique terrarum diffusæ, vt omnes peccatores ad ipsam libere & absque impedimento respiciant, ad ipsam confugiant, ab ipsa consilium quærāt, auxilium percipiant, per ipsam Deo reconciliati, venia lætificati, gratia locupletati, fide illuminati, spe confortati, charitate iustificati, alijs virtutibus excitati, bonis operibus adornati, & tandem gloria beatificati. Et quasi platanus iuxta aquas in plateis. Sed prior finis, quē posuimus, melior videtur, vt dicatur quasi platanus iuxta aquas. Platanus a latitudine foliorum dicta est, vel quòd ipsa arbor patula sit & ampla. Nā gręci πλατὺς platys latus vocatur. (Platanus.) Folia autem bona opera significant. Quemadmodum enim vestitur & ornatur suis folijs, sic & iustus operibus bonis. Bene ergo beata Dei genetrix velut platanum iuxta aquas se extitisse dicit, quia donis irrigata diuinis in bonis operibus dilatata semper fuit. Hinc est, quòd postquam nuncium angelicum quod Dei mater esset, acцepit, illico in montana Iudçæ ad Elizabeth, quam concepisse audierat, perrexit, non vt verbum angeli mulieris attestatione probaret, sed vt mulieri pro uectæ ætatis virgo iuuencula ministerium sedula (Luc. 1.) impenderet. In plateis sicut cinnamomum & balsa- S mum

mum aromatizans odorem dedi. Venditores aro-
Aromata. matum in nundinis sedentes in plateis, diuersas aro
matum species exponunt, & ipsa aromata odoris sui
suauitatibus plateas respergunt, Sic spiritualium
aromatum possessores virtutum & bonorum operũ
fragrantijs per lata vitiorum gradientes, suauiter af-
ficiunt, & eos odore suæ famæ ab itinere prauitatis
Cinnamomum. reducunt. Cinnamomum autem licet bonum odo-
rem habeat, & per hoc famam sacræ virginis figura-
re queat, ex eo tamen quòd corticem suum in mo-
dum cannæ format, laudem & gratiarum actionem
recte designat. Quod beatæ virgini congrue conue-
nit, quę dum ab Elizabeth audiuit, quòd verba an-
geli in ipsa complerentur, statim in laudem & gra-
tiarum actionem prorupit dicens. Magnificat ani-
Balsamũ. ma mea Dominum. Balsamum vero per suum odo
rem beatę Mariæ bonam famam exprimit. Vnde &
de ipsa canimus, quòd eius odor inęstimabilis erat
in vestimentis eius, & sicut dies verni circunda-
Eccl. 50. bant eam flores rosarum & lilia conuallium. Hoc
enim, beatæ virgini Marię maxime conuenit, quæ
mundum vniuersum opinionis optimæ redolentia
inæstimabiliter adimpleuit. Et quasi myrrha electa
Myrrha. dedi suauitatem odoris. Myrrha propter suam ama-
ritudinem significat mortificationem carnis. Quæ
virtus in beata Maria singulariter enituit, eo quòd
singulariter casta fuit. Vnde conuenienter non odo
rem, sed odoris se dedisse pronuntiat suauitatẽ. His
dilectissimi virtutib. beata Dei genitrix exaltata fuit
T in mundo per meritum, & nunc exaltata est in cœ-
lo per pręmium. Solennitatem ergo sacratissimę vir
ginis deuotissime celebremus, vt eam pro viribus
imitemur, vt & nos qualicũque modulo simus, qua
si cedrus per incorruptionem, quasi cypressus per
fortitudinem, quasi palma per victoriam, quasi plã-
tatio rosæ per compassionem fraternam, quasi oliua
per misericordiam, quasi platanus per operationem
bonam, quasi cinnamomum per laudem & gratia-
rum actionem, quasi balsamum per bonam opinio
nem, quasi myrrha per carnis nostræ mortificatio-
nem. Imitemur eã in bona cõuersatione, vt eius me-
ritis & precibus ei sociari mereamur in beatitudine.
Quod nobis præstare dignetur &c.

In natali Domini. Sermo. XLVIII.

V IN sole posuit tabernaculum suum, & ipse
Psal. 18. tanquàm sponsus procedens de thalamo
suo. Tabernaculorum vel in tabernaculis
cõmorantiũ diuersa genera sunt, sicut au-
diendo, videndo, legẽdo cognouimus. In tabernacu
lis enim solent commorari pastores, custodes, nego
ciatores, milites, exules, peregrini, viatores, paupe-
res. Sunt etiam tabernacula impiorum, & sunt taber
nacula iustorum. Hæc omnia Christus extitit, exce-
pto solo quòd impius non fuit. Quamuis enim secũ
Esa. 53. dum prophetam cum impijs reputatus sit, & secun
Gala. 3. dum Apostolum Paulum maledictum pro nobis
factus fuerit, peccatum tamen non fecit, nec dolus
1. Pet. 2. inuentus est in ore eius. Christus itaque pastor, cu-
stos, negociator, miles, exul, peregrinus, viator, pau-
per, iustus extitit, immo iustitia fuit semper & erit.
Pastores autẽ in tabernaculis habitare Ezechiæ regis
canticum nobis notificat vbi dicit. Generatio mea Habitantes in tabernaculo.
ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculũ
pastorum, Christus vero pastor fuit, sicut ipse primũ
per prophetam, deinde per se ipsum de se dixit. Per Pastores.
prophetam etenim ait. Pascam gregem meum si- Christus pastor.
cut pastor gregem suum in die, quando fuerit in Ezec. 34.
medio ouium suarum dissipatarũ. Et post pauca. In
pascuis vberrimis pascam eas & in montibus excel-
sis Israel erunt pascua earum. Et Esaias de ipso dicit. Esa. 40.
Sicut pastor gregẽ suũ pascet, in brachio suo cõgrega
bit agnos, & in sinu suo leuabit, fętas ipse portabit.
Et ipse de seipso. Ego sum pastor bonus. Bonus pa- Ioan. 10.
stor animam suam dat pro ouibus suis. Sed & custo
dum esse tabernacula Esaias nobis innuit, vbi dicit. Esa 1.
Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vi-
nea, & sicut tugurium in cucumerario. Et Christus
custos extitit sicut Psalmista ait. Non dormit neque Psal. 120.
dormitat, qui custodit Israel, id est virum videntem
Dominum. Si tamen eum videat vtroque oculo, sci
licet oculo cognitionis, & oculo dilectionis. Sunt X
nempe quidam spiritaliter vnoculi, qui Deum vi- Vnoculi.
dent oculo tantum cognitionis, non etiam oculo di-
lectionis. Isti de genere non sunt Israel, nisi forte sic,
vt dicantur priuigni, & ad hęreditatem Israel nõ per
tineant. Verus etenim Israelita quamuis more patri
no vno pede salubriter claudicet, vtroque tamẽ ocu
lo clare videt. Tu ergo si vis a Christo custodiri esto
Israel, vt vtroque oculo Deum videas, oculo videli-
cet cognitionis & oculo dilectionis, oculo fidei &
oculo operationis, oculo rationis & oculo bonę vo-
luntatis, oculo scientię & oculo sapientiæ, oculo iu-
dicij & oculo iustitiæ, oculo intellectus & oculo af-
fectus. Istos duos oculos, oculum scilicet cognitio-
nis, fidei, rationis, scientiæ, iudicij, intellectus: ocu-
lum quoque dilectionis, operationis, bonæ volun-
tatis, sapiẽtiæ, iustitię, affectus, Christus in te videat,
si vis vt te custodiat. Istos duos oculos psalmista ex-
primit vbi dicit. Dominus de cœlo prospexit super Psal. 13.
filios hominum, vt videat si est intelligens aut requi
rens Deum. Nam vbi dicit intelligens exprimit ocu
lum primum, id est cognitionem, fidem, rationem,
scientiam, iudiciũ, intellectum, quę omnia sub vna
significatione debent accipi. Vbi vero dixit requi-
rens designat alterum, id est dilectionem, operatio-
nem, bonam voluntatem, sapientiam, iustitiam, affe
ctum, quæ & ipsa cuncta sub vna significatione de-
bent comprehendi. Quæ enim primo loco descri-
psimus, cognitio & cętera, pertinẽt ad eam, quæ in
nobis est veritatem. Quę vero loco secundo posui-
mus, dilectio & cętera, spectant ad bonitatẽ. Per
illa lucemus, per ista calemus. Per illa secundum ma
gistrorum nostrorum assertionem in nobis diuina
reformatur imago, p ista diuina similitudo. Christus
itaque vere illius est custos, qui, sicut dictum est, ve Y
re Israel est. Quidam autem habebant vtrunque ocu
lum, id est cognitionem & dilectionem, quidam
alterum tantum, id est cognitionem, quidam neu-
trum, quia neque cognitionem neque dilectionem.
Primi sunt boni Christiani, secundi christiani mali,
tertij penitus infideles. Negotiatores in tabernaculis Negociatores.
commorari in nundinis sæpe videmus. Christus au
tem

tem negociator, fuit. Vis audire qualis negociator?
Dedit vitam ſuam, vt reciperet tuam. Dedit ſe Domi
nũ, vt te liberaret ſeruũ. Dedit ſe naturalem filium,
vt faceret adoptiuum. Dedit ſe ignominiæ, vt ſe re-
formaret gloriæ. Dedit ſe temporali pœnę, vt te re-
ſtauraret felicitati ęternę. Ad huius negociationem
1. Cor. 6. mercatoris ſpectat, quod Paulus Corinthijs ſcribens
dicit. Empti eſtis pretio magno, glorificate Deum in
1. Pet. 1. corpore veſtro. Et beatus Petrus. Scientes (inquit) ꝙ
nõ corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis
de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis,
ſed pretioſo ſanguine quaſi agni in contaminati, &
Z immaculati Ieſu Chriſti. Milites aut militantes in ta
Milites. bernaculis manere, officiũ militare compellit, Chri-
ſtus autem miles fuit, miles ſtrenuus, miles fortis.
Luc. 11. Ipſe eſt enim fortis ille immo fortior, qui fortem ar
matum atrium ſuum cuſtodientem, & ſua omnia
in pace poſſidẽtem vicit, vniuerſa arma eius, in qui-
bus cõfidebat, abſtulit & ſpolia eius diſtribuit. Hinc
Ioan. 12. ipſe dixit. Nunc iudicium eſt mundi. Nunc prince-
ps mundi eijcietur foras. Huius fortitudo militis pu
gnatoris & victoris in ſcriptura declaratur, vbi dici
Habac. 3. tur. Cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt for-
titudo eius, ante faciem eius ibit mors. Vere ergo for
tis extitit, qui per crucem diabolum & omnes ae-
rias poteſtates debellauit, mundum, peccatum,
mortẽque ſuperauit, & fractis portis inferi captiuita
tẽ noſtram captiuam eduxit, ac cęleſtis portas patriæ
A rex glorię & Dominus fortis & potens in pręlio ma
Exules. nifeſtatus victor intrauit. Exules, peregrinos, viato-
res, pauperes in tabernaculis habitare neceſſitas ſępe
conſtringit. Chriſtus autem exul fuit, quia noſtrum
exilium ſubijt, non tamen dignus ſed dignatus, non
coactus, ſed ſpontaneus, non amittendo propria, ſed
aliena colligendo. Exul ergo extitit in eo quòd no-
ſtrum exilium tametſi libens intrauit. Ambulauit
(inquit) verbum, & exiuit in campum. Verbum caro
B factum eſt, & habitauit in nobis. Exiuit a patre, & ve
Ioan. 1. Ioan. 16. nit in mundum, non vt iudicaret mundum, ſed vt
Peregrini. ſaluaretur mundus per ipſum. Peregrinus quoque
fuit, de peregrinatione etenim eius & actu peregri-
Eſa. 28. nationis eius ſcriptũ eſt. Vt faciat opus ſuũ, alienum
opus eius, vt operetur opus ſuũ, peregrinũ eſt opus
ab eo. Opus etenĩ Dei eſt animas, quas creauit colli
gere, & ad ęternę lucis gaudia reuocare. Flagellari
autẽ, atq; ſputis liniri, crucifigi, mori, ac ſepliri non
hoc in ſua ſubſtãtia opus Dei eſt, ſed opus hoĩs pec-
catoris, qui hæc omnia meruit per peccatum, ſed
peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper li-
gnum, & qui in natura ſua manet ſemper incõpre-
henſibilis, in natura noſtra comprehendi dignatus
eſt ac flagellari, quia niſi ea, quæ infirmitatis noſtræ
ſunt, ſuſciperet, nunquàm nos ad ſuæ fortitudinis
potẽtiam ſubleuaret. Vt ergo faciat opus ſuum, alie-
num opus eius, vt operetur opus ſuum, peregrinũ
eſt opus eius ab eo, quia incarnatus Deus, vt nos ad
ſuam iuſtitiam colligeret, dignatus eſt pro nobis tã-
quàm peccator homo vapulare. Et alienum opus fe-
cit, vt faceret ſuum, quia per hoc quòd infirmãs ma
C la noſtra ſuſtinuit, nos, qui creatura illius ſumus, ad
Itinerantes viatores. fortitudinis ſuæ gloriam produxit. Itinerantes vel
viatores in tabernaculis habitare ſacra ſcriptura de-
clarat, vbi Iacob patriarcham, cum a Laban diſceſſiſ
ſet, in monte Galaad ſua tabernacula fixiſſe teſtatur
ſed & filij Iſrael per deſertum gradientes, & ad ter-
ram promiſſionis tendentes in tabernaculis habitaſ-
ſe leguntur. Chriſtus autem viator fuit, Dauid atte-
ſtante, qui ait. De torrente in via bibet, propterea ex-
altabit caput. Et item. Exultabit vt gigas ad curren- Pſal. 109.
dam viam, a ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus Pſal. 18.
eius vſque ad ſummum eius. Hinc Salomõ curſum
eius immo ſaltum deſcribens in perſona ſanctæ ec-
cleſiæ, ſic ait. Ecce hic venit ſaliens in montibus, trã Cant. 2.
ſiliens colles. Quoſdam etenim ſaltus dedit, dum
de cœlo in vterũ, de vtero in præſepe, de p̃ſepe in cru
cẽ de cruce in ſepulchrũ venit, de ſepulchro in cœlũ
redijt. Quos ſaltus in montibus ſaliens & colles tran
ſiliẽs fecit, quia ſanctorũ omniũ tam maiorum q̃ mi D
norum altitudines ſolus & ſingulariter exceſſit. Pau Pauperes.
per etiam fuit Chriſtus. Cum enim diues eſſet, pau-
per fieri dignatus eſt pro nobis, vt nos ſua pauperta
te ſimul & humanitate diuitiarum & diuinitatis ſuę
donaret eſſet participes, & de ſua paupertate ipſe ſic
ait. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: fi- Matt. 8.
lius autem hominis nõ habet vbi caput reclinet. Ad Luc. 2.
hoc etiam pertinet, quòd beata mater eius virgo Ma
ria nõ agnum, qui erat oblatio diuitum mulierum,
ſed par turturum, aut duos pullos columbarum, id
eſt oblationem pauperum, completis purgationis
ſuæ diebus ad templum pro ipſo venit offerre. Sed Mali.
& malorum eſſe tabernacula ſermo diuinus ſic teſta
tur, Abundant tabernacula prædonum, & audacter
prouocant Deum, cum ipſe dederit omnia in mani Iuſti.
bus eorum. Iuſtos denique tabernacula habere pſal
miſta canit dicens. Vox exultationis & ſalutis in ta- Pſal. 117.
bernaculis iuſtorum. Hinc eſt quòd antiqui Iuſti,
Abraham ſcilicet, Iſaac, & Iacob in terris promiſſio-
nis in caſulis habitauerunt. Non enim hoc fecerunt
cauſa paupertatis, ſed typicæ ſignificationis. Iuſti et-
enim erant, & in caſulis habitando non hic manen
tem ciuitatem, ſed futuram ſe deſiderare & inquire-
re demonſtrabant. Hinc eſt etiam, quòd Ionadab fi-
lius Rechab ad augmentum & exemplum iuſtitiæ
præcepit filijs ſuis dicens. Non bibetis vinum vos Hier. 35.
& filij veſtri vſque in ſempiternum, & domum nõ
ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non
plantabitis nec habebitis, ſed habitabitis in taberna-
culis cunctis diebus veſtris. Hæc præcepit Ionadab
filius Rechab filijs ſuis, vt diſcerent rebus terrenis
ſtabiliter non inhærere, nec calice Babylonis ſemet-
ipſos inebriare, ſed ad Hieruſalem cęleſtem paſ-
ſibus virtutum & bonorum operum tendere, ac to-
to deſiderio iuſtitiam dulcedinemque ſupernam ſi
tire, vbi pro tanto merito exemploque iuſtitię con-
dignam mercedem reciperent gloriæ. Vnde & in fi
guram retributionis ęternę audire meruerunt. Hæc
dicit Dominus Deus Iſrael, Pro eo quòd obediſtis Hier. 35.
præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia
mandata eius, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab fi-
lij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.
Tale nobis exemplum ſanctæ conuerſationis fratres
chariſſimi patres antiqui tradiderunt. Sed nos tãto
exemplo penitus oblito non iam tabernacula, ſed
nec domos, verum palatia & aulas regias ædifica-
mus.

mus. Quod tamen propter necessitatem, vtilitatem, & quietem posterorum multis videtur esse tolerabile, si tamen propter hanc exteriorem & perituram ædificationem interior & permanens animarū structura non negligatur. Christus autē vere iustus fuit.

E Christus Iustus. Vnde Deus pater voce Esaiæ de ipso ait. In scientia sua iustificabit ipse iustos seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Christus ergo pastor, custos, negociator, miles, exul, peregrinus, viator, pauper. Iustus in tabernaculo manitit, & in sole suū

Tabernacula Christi. tabernaculum collocauit. Tabernaculum eius, humana conuersatio eius. De hoc tabernaculo, id est

Baruc. 3. conuersatione eius Baruch ait. Hic est Deus noster, non æstimabitur alius aduersus illum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Posuit

Psal. 18. autem tabernaculū suum in sole, quia in manifesta hominum cognitione, in feruore persecutionis & afflictionis, famis, & sitis, blasphemiæ & percussionis, passionis & mortis. Et ipse tanquam spōsus procedens de thalamo suo. Sponsus est Christus, sponsa est ecclesia, sex hydriæ sex ætates, aqua litera, vinū spiritalis intelligētia, citharœdi prophetæ, paranymphus Ioānes baptista vel ordo Apostolicus, Filij nuptiarum singuli quique fidelium. Thalamus quidē nuptiarum incorruptæ genitricis vterus fuit, in quo Deus humanæ naturæ coniunctus est, & ex quo ad sociandam sibi ecclesiam tanquam sponsus processit. Primus nuptiarum locus in Iudæa extitit, in qua filius Dei homo fieri, & ecclesiam sui corporis participatione consecrare, sui spiritus pignore confirmare dignatus est. Sed vocatis ad fidem Gētibus vsque ad fines orbis terræ earūdem nuptiarum votiua gaudia peruenerunt. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Consuetudo sponsis est, dum primum de thalamo nuptiarum exeunt, vestibus candidatis & rubro vel alio colore coloratis procedere. Christus autem candidus fuit & rubicundus. Candidatus virginitate, rubicundus passione. Vnde & sponsa eius sancta ecclesia in Canticis canticorum de ipso dicit. Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus videlicet per munditiam virginitatis, rubicundus per effusionem sanguinis. Fratres imitemur discipuli magistrum, serui dominum, milites regem. Simus pastores, nosmetipsos & alios pascuis sacræ doctrinæ studiose pascendo. Simus custodes, nos & alios inquantum possumus, vigilanter custodiendo. Simus negociatores, terrena pro cœlestibus sagaciter commutando. Simus milites, spiritualia bona nostra viriliter defendendo. Simus exules & peregrini, nos exules & peregrinos esse veraciter cognoscendo. Simus viatores, ad supernam patriam virtutum & bonorum operum passibus de die in diem tendēdo. Simus pauperes, victum & vestitum tantummodo possidendo. Simus denique iusti, coram Deo & hominibus recte viuendo. Commoremur in tabernaculis, sed ex virtutum & bonorum operum ramis ac decenter compositis. Ponat vnusquisque nostrū in sole cum Christo tabernaculum suū, vt exeamus cum Christo extra portam, improperium eius cum ipso portantes. Vel certe in sole, vt simus pro amore

Psal. 18.

F Sponsus. Nuptiæ fi. Ioan. 2.

G Sponsorū mos.

Canti. 5.

H Pulchra. Exhortatio.

eius sicut Apostolus de se ait, In labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, & cęteris omnibus, quę supra vel infra dinumerat. Procedamus & nos pro modulo nostro velut sponsus de thalamo, vt simus etsi nō virginitate saltem castitate candidi, passione vel certe compassione rubicundi. In his omnibus, quæ dicta sunt, Christum pro viribus imitemur, si cum ipso regnare desideramus. Qui enim se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sicte ergo viuendo Christum sequamur in tēpore, vt ipsum sequamur in æternitate. Quod nobis præstare dignetur idem Iesus Christus &c. 2. Cor. 11

In circuncisione Domini. Ser. XLIX.

T Ranseamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Fratres, nos & pastores, & filij pastorum esse debemus, filij scilicet patrum antiquorum, qui pastores fuerunt, & nobis in fide patres extiterunt. Qui & ipsi ad videndum Dominum transierunt, quia in casulis habitando non hic manentem ciuitatem, sed futuram se inquirere monstrauerunt, & nobis eam inquirendi formā & exemplum reliquerunt. Debemus ergo nosipsi pastores esse, greges nostros pascere & custodire. Sunt autem greges nostri cogitationes & affectiones nostræ, sensus & appetitus nostri, locutiones & actiones nostræ. Et habemus in gregibus istis agnos per munditiam, oues per innocentiam, verueces id est castratos per continentiam. Habemus arietem omnium gregum ducem, intellectū rationalē, habentem duo cornua sibi diuinitus insita & eminentia, duo scilicet testamenta. Istos greges debemus pascere pascuis diuinæ paginę, & custodire tota nocte seculi pēnsis ab insidijs fraudulenti furis, ab incursu lupi rapacis. Absit fratres a nostris gregibus porcus sordentis immunditiæ, Hircus fœtentis infamiæ. Si ergo filij pastorum & pastores sumus, & si Hebræi sumus transeamus, & videamus Christum non solum natum, sed circuncisum: Et forte in die natiuitatis eius transiuimus, & natum vidimus, sed adhuc transeamus, & circuncisum videamus. Videamus inquam & diligamus. Videamus veritatem, & diligamus bonitatē. Duo sunt veritas & bonitas, q̄ si vtraq; habemus, nihil amplius q̄rere deberemus. Quærite (inqt) primū regnū Dei & iustitiā eius. Regnū Dei est veritas, iustitia eius bonitas. Si hęc duo quæsieris sicut debes, cętera apponentur tibi. Quare hęc quęrere labores, non illa, quæ grans habere potes. Duo itaque sunt, quæ principaliter quærenda sunt, veritas & bonitas. Sed vtinam tam studiosi essent homines ad quærendam bonitatem, quantum ad veritatem quærendam inueniuntur curiosi. Nescio quo pacto familiare hominibus est veritatem quærere etiam his, qui bonitatem nō amāt. Intantum enim omnes veritatem scire volunt, vt nemo sit, qui falli velit. Sed non venit libenter sine bonitate veritas, aut si venit, non venit de partibus illis & de regione illa, vbi salus est. Nos charissimi vtrāq; quæramus, vt per vtranque Christum inuenire, &

I Luc. 2.

K

L

Matt. 6.

M

in

Ephe.4. in ipso renouari valeamus,quemadmodũ nos hor-
O iatur Apostolus dicens. Renouamini spiritu mentis
2. Cor. 5. vestræ, id est mente vestra, quæ spiritus est, vel quę
Apo. 21. res spiritalis est. Decet enim nos renouari, quia vete-
ra transierunt, & ecce noua facta sunt omnia. Noua
Omnia p mater, nouus filius, nouum gaudium, nouum canti-
Christum cum. Nouus puer, noua cunabula noua circuncisio,
Noua fa- nouum nomen. Nouum signum, noui adoratores,
cta sunt. noua munera. Nuuus thalamus, nouus sponsus, no-
ua sponsa, nouæ nuptiæ, nouum miraculum, noui
paranymphi, noui conuiuæ, noui citharœdi, noua
progenies. Nouus princeps, noua respublica, noua
pugna, noua victoria, noua pax, iustitia noua. No-
uum sacrificium, nouum testamentum, noua hære-
ditas, nouus populus, nouus ritus, nouus anous.
Hæc omnia nouitaté referunt, & nouitati cógruunt,
vt in nouitate vitæ ambulemus. Noua mater, mater
virgo. Nouus filius, Deus homo. Nouum gaudium,
gaudium angelorum de salute hominum. Nouum
Luc. 2. canticum: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax ho-
minibus bonæ voluntatis. Nouus puer, quia verus
1.Pet.2. vtpote purus, quia peccatum non fecit, nec inuétus
est dolus in ore eius. Noua cunabula, animaliũ piæ
sepia. Noua circuncisio, quia in caroe sine peccato.
Matt. 1. Nouum nomé Iesus, eo quòd ipse saluum facit po-
pulum suum a peccatis eorum. Nouum nomen, eo
Act.4. quòd non sit aliud nomen datum sub cœlo homini
bus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nouũ nomen,
Philip.2. eo quòd in nomine Iesu omne genu flectatur cœle-
stium, terrestrium, & infernorum. Nouum quoque
nomen Christus, a quo Christiani vocãtur. Nonum
inquam nomé Christus, quia non materiali vnctus
est oleo vt cęteri, sed spiritali oleo lætitiæ præ con-
Psal.44. sortibus suis. In quo nomine, qui benedictus in ter-
ra, benedicetur in Deo Amen. Nouum signum, no-
ua stella, Noui adoratores, Magi Gentiles. Noua
munera, aurum, thus, & myrrha. Nouus vterus, vir-
ginis vterus. Nouus sponsus, Christus: Noua spõsa,
ecclesia. Nouæ nuptiæ, coniunctio Christi & eccle-
się. Nouum miraculum, aqua vinum factum. Noui
paranymphi, angeli. Noui conuiuę, Apostoli. Noui
Luc.1. citharœdi, prophetæ. Noua progenies, animæ spiri-
tales. Nouus princeps, princeps pacis, qui regnabit
in domo Iacob in æternum & regni eius non erit fi
Ephe.2. nis. Noua respublica, cœlum & terra. Ipse nimirum
fecit vtraque vnum, quia soli polique patriam vná
fecit rempublicam. Noua pugna, quia vt scriptum
est. Noua bella eligit Dominus, vt sapientia eggre-
Luc.11. deretur malitiam, humilitas Christi superbiam dia
boli. Noua victoria, qa fortis armatus custos atrij sui
princeps mũdi, rector tenebrarum eiectus est foras,
Psal.75. & tota potestas aeria cum ipso prostrata. Noua
quoque iustitia & noua pax, quia orta est in diebus
eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur lu
na. Nouum sacrificium, passio Christi. Nouum testa
mentum, verbum euangelij. Noua hæreditas, regnũ
cęlorum. Nouus populus, populus Christianus. No
uus ritus, Christianismus. Nonus annus, annus be-
nignitatis diuinæ, tempus videlicet gratię. Renoua-
P mini ergo spiritu mentis vestræ. Quod autem per
Ephe.4. Apostolum dicitur. Renouamini spiritu mentis ve-
stræ, hoc antiquitus per Hieremiam dictum est, vbi
ait. Circũcidimini Domino, & auferte præputia cor Hier. 4.
dium vestrorum viri Iuda, & habitatores Hierusa-
lem. Ipsa enim spiritualis circuncisio ipsa est vera re
nouatio. Sed quemadmodum alij erant viri Israel,
alij viri Iuda, siue habitatores Hierusalem secũdum
literam, sic intelligendum est alios istos, & alios il-
los secundum spiritalem intelligentiam. Viri ergo
Israel omnes carnales sunt & carnaliter se habentes,
viri autem Iuda siue habitatores Hierusalem sancti
& spiritales sunt spiritaliter viuentes. Quod nos fra Q
tres maxime esse debemus, qui in congregatione vi-
uimus, & communionem, castitatem, obediétiam,
& emendationem morum nostrorum professi su-
mus. Virorum itaque Israel præputia valde turpia &
enormia sunt, ipsa enim sunt opera carnis. Quę sunt Gala. 5.
fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolo-
rum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones,
ęmulationes, irę, rixę, dissensiones, sectæ, inuidiæ,
homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia,
quę prędico vobis sicut prędixi, quoniam qui talia
agunt, regnum Dei non consequentur. Sed in hoc
die, quem annum nouum vocát, enormitatibus prę
putiorum suorum viri Israel turpiter inueterascunt.
Hodie nanque sortilegijs & diuinationibus, vanita- R
tibus & insanijs falsis præ cæteris anni diebus inten
dunt. Hodie donis adinuicem vanæ & superstitio-
sæ intentionis obseruatione se pręueniunt, hodie
debacchationis suæ furijs rapti, & instigationis dia
bolicę flammis accensi ad ecclesiam conuolant, &
vaniloquijs ac stultiloquijs, quibus peccatum non
deerit, immo aderit, rithmicis quoque dictis nepha
rijs, risibus, & cachinnis domum Dei prophanant.
Et qui malum melius dixerit, ille plus laudatur in de
siderijs animę suæ. Hodie etiam quidam clerici, de Hier. 2.
quibus scriptum esse videtur, quòd clerici eorum Ezech. 13
non proderunt eis, prophetant in Baal, & diuinát Thren. 2.
mendacium: & nonnulli sacerdotum plaudunt ma
nu, & populus diligit talia. Immolant dæmonijs & Deut. 32.
non Deo, dijs quos ignorant. Noui recentesque ve-
nerunt, quos non coluerũt patres eorum. Talia sunt
pręputia virorum Israel, longa, enormia, deformia,
absque his, quę intrinsecus latent. Nam quæ occul- Ephe.5.
to fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. Sed quare sunt
talia? Forsitan quia caligauit oculus Heli, nec potest 1. Reg. 3.
videre lucernam Dei, peccant filij eius, & non corri- & 4.
pit, mortemque merentur. Tardat quoque Sephora Exo. 4.
mater circuncidere primogenitum suum, timendũ-
que ne Dominus veniat, & eum interficiat, Sepho-
ra ecclesia, primogenitus eius clerus, secundus natu Matt. 10.
populus, petra acutissima fides christiana, sponsus
sanguinum Christus, qui non venit pacem mittere
in terram, sed gladium. Sed quoniam hæc ad episco
pos presbyterosque, qui curam habent animarum,
pertinent, ad nosmetipsos verba vertamus, qui com
paratione secularium viri Iuda, & habitatores Hieru
salem esse debemus, idest deuotissimi Dei laudato- S
res, ac perfectissimi summæ pacis inspectores. Homi
nibus itaque secularibus & carnaliter viuentibus di
missis, nostrorum enormitates præputiorum inspi-
ciamus, abscindamus, proijciamus. In quibusdam
etenim, qui religionem habitu pretendunt, præpu-
tia turpia, fœda, longaque nonnunquàm succrescũt,

Vnde ad Hierusalem, per quam [illegible], qui in professione religionis viuunt [illegible] præcep[illegible] [illegible]ficantur, a Domino di[illegible] [illegible]st. [illegible] [illegible]es, in de[illegible]ortus [illegible]ui non est præc[illegible]s vi[illegible]belicus tuus. Et item, F[illegible]micata es super c[illegible] [illegible]ut non est factum [illegible] futurum est. Et iterum. V[illegible] [illegible]sti sorores tu[illegible] So[illegible] [illegible]am & Sam[illegible] [illegible] peccati[illegible] tuis sceleratu[illegible] [illegible]s ab [illegible]. Sanct[illegible]catæ sunt enim a te. [illegible] iterum [illegible]. C[illegible]plicu[illegible], vt plus esse[illegible] impia[illegible] Gentes. [illegible]tem. I[illegible] [illegible] præu[illegible] [illegible]x Iuda. Huic simile [illegible] Esaias a[illegible] [illegible]besce Sidon, ait m[illegible]re. Sed & publicanus ascend[illegible] [illegible]mum [illegible] iustificatus a Phari[illegible]. Q[illegible]od [illegible] [illegible] re dicendu[illegible] non e[illegible], [illegible] re[illegible] D[illegible] voue runt, [illegible] vela[illegible] [illegible] habit[illegible] [illegible] [illegible]um voin[illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible]mparatione seculares [illegible]. De[illegible]que quæ nequitia peior nequ[illegible] p[illegible] [illegible]orū. Q[illegible] quæ rixæ, quæ di[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]s ijs, q[illegible] [illegible] c[illegible]re[illegible] [illegible]us f[illegible] trum diabolo c[illegible]nte delæ[illegible] [illegible] delic[illegible]um in q[illegible]ibu[illegible] [illegible], eo quod [illegible]cia habēt inter se. Timendum [illegible] A[illegible] q[illegible] venit a fin[illegible] [illegible] audire sapie[illegible], & [illegible] N[illegible] [illegible] pœ[illegible] d[illegible] [illegible] to cu[illegible] h[illegible], [illegible] e[illegible]n, q[illegible] [illegible] pœniter[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible] [illegible]. Ti[illegible] Ti[illegible], [illegible] Sid[illegible], [illegible]que Sodomorum re[illegible] [illegible], quia h[illegible]tam d[illegible] [illegible] [illegible] præcep[illegible] [illegible] h[illegible] [illegible] pœ[illegible] [illegible]. N[illegible] [illegible] in medi[illegible] [illegible] iuriam accip[illegible] [illegible] patiuntur. Sed exercent [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] apud religi[illegible] [illegible] C[illegible] apud [illegible] fideles, ita [illegible] [illegible]ulares. N[illegible] [illegible]s fratre, vt [illegible] [illegible]nus, qui [illegible] & Deo [illegible] zel[illegible] in congregationibu[illegible] [illegible]bere [illegible]unt, rede[illegible] retributionem superbi[illegible] qui [illegible]on su[illegible] [illegible] malignātes, & [illegible] aduersus operan[illegible]tem qui iubente M[illegible] [illegible] non par[illegible] [illegible], qui [illegible] Phin[illegible] [illegible] tes. [illegible] [illegible] Samuele regem A[illegible] in Fru[illegible] [illegible]mnem terre[illegible] ne [illegible] concupi[illegible]. S[illegible] ca[illegible] [illegible] in ecclesia, [illegible] [illegible]nuerunt, in quibu[illegible] d[illegible] deinde [illegible] pe [illegible] volu[illegible] [illegible] le[illegible] [illegible] præpu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]. S[illegible] [illegible]ræter alia [illegible], qui [illegible] præp[illegible] [illegible] prædictis [illegible], [illegible] [illegible]quando ex[illegible] [illegible]do vel [illegible] superflua, clau[illegible] [illegible] excursi[illegible] [illegible]tro & discur[illegible] habitus & gestus vtrique superbus, a[illegible] [illegible] vel [illegible] inordinata, cogitatio siue affectio [illegible]. Videmus nanque multoties non solum se[illegible] [illegible] negocia domus exire, sed & iuniores per vic[illegible] & plateas [illegible]. Vid[illegible] [illegible]es de [illegible]stus ex leuitate pro[illegible]te, & [illegible] [illegible]inas pri[illegible] quàm redeant perlustrare, qui [illegible] [illegible]cere v[illegible]ut [illegible]s ad stipitem [illegible]g[illegible]tus, qui dum non potest [illegible] eius gres[illegible]um tende[illegible], [illegible] [illegible] ipsum st[illegible]re. Vide[illegible] [illegible] his & [illegible] paruas coro[illegible], [illegible]ngas [illegible]que vestes [illegible]ctare, & [illegible] [illegible] vsque ad terram depē[illegible] pe[illegible] velut [illegible] omnes ambula re, [illegible]rachij[illegible] velut aues uolare, scapulis im[illegible]ingere. [illegible] loqui, [illegible] annu[illegible]ere, vultum in [illegible]uersa [illegible] pa[illegible]e. Videmus [illegible] ere [illegible], & n[illegible] le[illegible], [illegible] & [illegible] & perm[illegible]. De co[illegible]bus & [illegible]us taliu[illegible], quæ intrinsecu[illegible] [illegible]re p[illegible]umus, nisi qua[illegible]tum talibu[illegible] [illegible]. Scriptum quippe est. A[illegible] & [illegible]rest[illegible] eius & [illegible] m [illegible]. [illegible]es omnes [illegible] nec [illegible] [illegible] eam [illegible] [illegible]. O[illegible] præputia [illegible] sunt, [illegible] su[illegible], al[illegible], pr[illegible]ienda sunt, [illegible] [illegible]mu[illegible] autē [illegible] de[illegible] v[illegible] Iuda, [illegible]tes H[illegible] [illegible] ec[illegible] [illegible] [illegible]rex[illegible]s. [illegible] [illegible] non e[illegible] [illegible] c[illegible]u[illegible] [illegible] nomen [illegible] no m[illegible] S[illegible], vt omn[illegible] [illegible]ntudo, [illegible], & [illegible], & blasphemia [illegible]latur a [illegible] malitia, fornic[illegible] & om[illegible] mu[illegible] [illegible]. [illegible] nom[illegible] [illegible] cu[illegible] [illegible]ctos. S[illegible] [illegible], qui mag[illegible] cu[illegible] [illegible] [illegible]que [illegible] tene mus, dum inten[illegible] [illegible] circun[illegible], time m[illegible] efficer[illegible] [illegible]. Na[illegible] [illegible] dum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vulne[illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] te. N[illegible] ca[illegible] [illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] & [illegible] d[illegible] [illegible] vasque leue par[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] euenitur, & qd [illegible] [illegible]ile est [illegible].

Vas leue, vas vanum, vas fut[illegible]e vas male sanum.
Effundit temere sibi, quæ c[illegible]mmissa fuere.

Se[illegible] per tame[illegible] debe[illegible] [illegible] nec[illegible], increpare, [illegible] [illegible] bon[illegible] q[illegible] secū du[illegible] [illegible] [illegible] nos [illegible] & [illegible] nono [illegible]emur spiritu [illegible] nostræ & [illegible] [illegible] hominem, qu[illegible] secund[illegible] D[illegible] est [illegible], & [illegible] ve[illegible]. R[illegible]mur in [illegible] homine per nouam [illegible] [illegible] in h[illegible] anno in hoc mundo, vt in [illegible] renouari mereamur in cœlo. Quod nobis præstare d[illegible]netur Dominus noster Iesus Christus.

¶ De

Ezec. 16.
Ibidem.
In codē.
Esa. 23.
Luc 18.
T
1. Cor. 6.
Luc 11.
1 Cor. 6.
Psal. 93.
Num. 25.
1. Reg. 15
Rom. 13
Pulchrū & mulc.
Eccl. 19.
Apoc. 3.
Hier. 17.
Psal. 59.
Ezech. 16
Esa. 61.
Ephe. 5.
V
Ephe. 4.

De quibuslibet Apostolis. *Ser. L.*

X Esa. 66. PONAM in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, [illegible] Africam, Lydiam te[illegible] in I[illegible] & Græ[illegible] ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt [illegible] & non viderunt gloriam meam, & annun[illegible] gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, donu Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & [illegible] cis ad montem sanctum [illegible] Hierusalem [illegible] Dominus: quomodo [illegible] in vase mundo in domum [illegible] : & [illegible] ex eis in sacerdotes & Leuitas [illegible] Dominus. Loquitur Dominus Iudæis per prophetam [illegible] manifeste [illegible] quos de [illegible] per [illegible] Apostolos eligere [illegible] & [illegible] gratiæ [illegible] & electos ex ipsis [illegible] in fide [illegible] ret. Sic enim diuina prouidentia [illegible] ut Iudæis Gentiles [illegible] iungeretur, ut esset vnus Deus & vna cultura, [illegible] & [illegible] vna fides & vnum [illegible] & vnus [illegible] ha, vnus doctor & [illegible], vnus Imperator & vna respublica, vnus dux & [illegible] militia, vnus testator & vna hæreditas, vnus [illegible] & vna via, vnus [illegible] præceptor & vnus populus [illegible] pastor & [illegible] ouile. Isti [illegible] Apostolos omnem [illegible] ad prædicandum [illegible] ex ipsis illis [illegible] spiritualibus, quæ [illegible] Christi [illegible] dicendo eius miracula videndo passionem, resurrectionem, apparitionem [illegible] tuendo per [illegible] cœlesti dono [illegible] tus, [illegible] & [illegible] cœlestium, [illegible] quod [illegible] Ioannes [illegible] in [illegible] & prod[illegible] ligno[illegible] sapien[illegible]

Ephe. 3. mat[illegible] rum. Vnde de [illegible] gloria be[illegible] Paulus dicit: Secundum reuelationem notum factum est mihi [illegible] alij generationibus [illegible] sicut [illegible] est [illegible] Apostolis [illegible] & prop[illegible] hæredes & [illegible]

Y sionis eius in Christo Iesu. Ideo [illegible] Deus [illegible] in Apostolis [illegible] esse [illegible] sti & [illegible] tores eius [illegible] prædicatores. Et [illegible] inquit, [illegible] in Africam, in Lydiam [illegible] in Italiam & Græciam, a[illegible] ponit, & [illegible] Africa, Lydia, Italia, Græcia, [illegible] plenitudinem [illegible] per prædicationem Apostolorum [illegible] vniuersum mundum [illegible] palandam [illegible] perfectione [illegible] Mare, quod [illegible] & insulæ, quæ in vltimo loco

posuit, quòd [illegible] & non separatur [illegible] Mare. quod [illegible] fluctuat [illegible] per [illegible] fi[illegible] [illegible] Gen[illegible] Iere. 2. [illegible] V[illegible] perfe[illegible] A[illegible] L[illegible] Z [illegible] me[illegible] R[illegible] per illas quatuor [illegible] per mundum [illegible] tei. Lydia, quæ [illegible] Oc[illegible] ranti. in. Africam [illegible] no. [illegible] notat [illegible] dixisset [illegible] L[illegible] tene[illegible] L[illegible] Luc. 16. [illegible] est [illegible] pri[illegible] elect. [illegible] Ad A[illegible] H[illegible] Africa [illegible] S[illegible] præ[illegible] Lydi[illegible] A[illegible] lud. [illegible] Iesus enim [illegible] scilicet pro [illegible] erant dispersi, idest prædestinatos [illegible]

vitam æternā congregaret in vnum, idest in vnitatē fi dei cū electis Iudæis. Et adducēt fratres vestros de cūctis gentibus donū Domino. Fratres vestros semper prædestinatione, tunc etiā fide; interim autem inimi cos cultura idololatriæ. Donū Domino. Apostoli qppe Gentiū animas, quas suis prædicationibus acquisierunt, Dominō velut fructū laborū suorum obtulerunt. In equis, & in quadrigis & in lecticis, & in mu-
In equis. lis, & in carrucis. Equus animal est doctum freno, ap tū bello, velox pedibus, vule ac necessariū oneribus portandis siue trahendis. In eo itaq; q infrænatur, vi norū significat cohibitionē, in eo quòd aptū est bello, dæmonū subactionem, in eo q velox pedibus expeditionem boni operis, in eo q onera trahit vel por tat, obedientiam ac tolerantiam cuiuslibet fructuosi
In quadrigis. laboris. Quadrigæ propter quatuor rotas, quatuor euangeliorum cōpletionem, vel quatuor principaliū virtutū, idest prudētię, fortitudinis, iustitiæ, temperātiæ, exercitationē figurant. Lectica quoddā genus di
In lecticis citur esse vehiculi, in quo, qui portatur, velut in lecto quiescit. Vnde & apte contēplationis internæ quietē
In mulis. designat. Mulus infœcundū est animal, & ideo cōtinentiā illorū, qui se castrauerūt propter regnū cœlo-
In carrucis. rum, exprimit. Carruca duas habet rotas, & per hoc sapientiam & doctrinā significat. Qui ergo vitia sua fortiter refrænant, qui dæmones potenter superant, qui bona opera nō segniter exhibent, qui iniunctos sibi labores obediēter sustinent, adducūtur in equis. Qui præcepta quatuor euangeliorū opere cōplent, qui quatuor principales virtutes viriliter exercent, adducuntur in quadrigis. Qui actiuæ vitæ negocia relinquunt, & in diuinæ contemplationis pace quiescunt, adducuntur in lecticis. Qui spretis illecebris carnalibus, nuptijsque postpositis, munditiamq; di
B ligunt castitatis, adducuntur in mulis. Qui studio sa-
Mons. pientiæ vacant, qui verbo doctrinæ inuigilant, adducuntur in carrucis. Ad montem sanctum meū Hierusalem. Mons sanctus Christus, Hierusalem ecclesia. Hierusalē super montē ędificata ecclesia super Christum fundata. Quomodo si inferāt filij Israel munus in vase mundo in domum Domini. Munus dilectio maxime intelligitur, sine qua cætera apud Deū vitam non merentur. Vas mundū cor mūdum, corpus mūdum, opus mundū. Et assumam ex eis sacerdotes &
Sacerdotes & leuitæ. leuitas. Hæc charissimi specialiter ad nos pertinet, qui officio sacerdotali & leuitico in Domo Dei fungimur, & in consecratione dominici corporis & sanguinis altari ministramus. Hæc est enim nostra digni tas salutaris & præclara, si tamen eam condigne pro viribus humanæ fragilitatis seruiendo cōseruemus. De huius dignitatis ac ministerij sublimitate beatus Grego, in lib. dialogorum sic scribens. Quis (inquit) fidelium dubiū habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocē cęlos aperiri in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri? Sed necesse est, vt cum hoc agimus nosmetipsos Deo in cordis cōtritione mactemus. Quia qui passionis dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vera pro nobis hostia erit, cum nosmetipsos hostiā fecerimus. Ex his verbis fratres perpendere possumus, qua les in nostro ministerio esse debeamus. Sed vt idem ministerium cum maiori adhuc reuerentia agatis, rē vobis recentem scribimus, quam abbate nostro nobis narrante, & scribente certissime scimus. Ait ita- C
que, Presbyter quidē in Senonensi prouincia bapti- Nota miraculum.
smalis ecclesiæ curam gerens parochialia ministrabat. Hic in desideria carnis pronus membra, quæ sacramentorum debebat vsibus, fœmineo polluebat attactu. Turpes & illicitos amplexus sacris prępone bat studijs, & continentiam, quam promiserat voto, non seruabat officio. Vnam præ cæteris mulierculā frequentare consueuerat, cuius immundo contubernio corruperat intus cōsciētiā, foris famā. Et cōtenuerat in sordibus suis, & tamen nequitia erat, quæ non sinebat eum esse senem. Huic sæpenumero post fœda & illicita cōmercia turpitudinis suę, cū imprudenter & impudēter accederet ad sacramēta dñica, mirabilis ac miserabilis occurrebat visio qua vel corripe retur immerito, vel arceret indignus. Videbat in ipso calice quasi venenosi bufonis imagu reptās natansq; per sacri liquoris latices, & horrore sui aspectus miseram fornicatoris presbyteri conscientiam flagellabat. Tanquā veris indicijs & oculata fide clamabat j. Cor. 11.
ei Apostolus. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sumebat tamen timēs, & inter hæc supplicia pficiebat sacrificia. Id sibi plus quam centies accidisse archiepiscopo suo confessus est, & non nisi post noctē, qua membra Christi fecerat membra meretricis. Cōpunctus tandem, & patiētię Dei, quæ eū ad pœnitentiam adducebat, memor, coram archiepiscopo suo cū magna lachrymarū effusione prostratus, rem ex ordine refert, pristinam im munditiā suā profitetur, & abdicat, modū correptionis suæ per ea, quæ supra diximus, exponit cura parochiali renunciat, & ordinem Cisterciensiū in monasterio suscipiēs dignos (vt credo) pœnitentiæ fructus agit. Adeiā ego vbi soli archiepiscopo solus ille q dicta sunt exposuit, & in timore dedi laudē Deo. q Rem. 4.
vocat ea q nō sunt, tanq ea, quæ sunt. Talibus dictis vitā nostrā discutiamus: & vtrū in regionibus prædictorū vitiorū, vel vehiculis virtutū, aut in ordine sacerdotū ac leuitarū simus cōsideremus. Si in malo sumus, a malo declinemus: si in bono, de bono in melius proficere studeamus, vt meritis & precibus Apostolorum, quorum hodie solennia celebramus adiuti, ad eorum gaudia peruenire mereamur. Quod nobis &cæt.

¶ *In septuagesima. Sermo. L I.*

Vper flumina Babylonis illic sedimus D
& fleuimus, dum recordaremur tui Psal. 136.
Sion. Ciues fuimus Hierusalem, & facti sumus ciues Babylonis. Hierusalem paradisus, Babylon mundus. Translati sumus in primo parente, in quo peccauimus, de Hierusalē in Babylonem, de paradiso in mūdum, de patria in exiliū, de iubilo in luctū, de requie in laborē, de gaudio in mœrorē, de libertate in seruitutē, de gloria in ignominiā, de voluptate in ærumnā, de felicitate in miseriam, de delicijs in esuriem, de integritatem in corruptionem, de vita in mor-

tē. Merito igitur sedemus, merito flemus super flu-
mina Babylonis. Flumina Babylonis decursus nostræ
corruptionis, decursus nostræ mortalitatis. Merito se
demus, merito flemus, dum recordamur Sion, dum
diuinæ contemplationis, quam in Adam peccante
perdidimus, reminiscimur. Merito sedemus, merito
flemus, eo quod canticum Dñi iucũdum ac perfectum
illud.s. merum ac verum alleluia, quod Adã adhuc
innocens ore mundissimo cãtabat, & quod ipso pec
cante amisimus, in terra aliena digne cantare non va
Eccl. 15. lemus. Non.n. est speciosa laus in ore pctõris. Quis
enim omnium nostrum, immo quis mortaliũ quan
tũlibet iustus sit illius innocentiæ, quam ante pctm̃
Iaco. 3. habuit, se comparare p̃sumat? Scriptura nãq; teste in
Esa 64. multis offendimus omnes, & quasi pãnus menstrua
Iob. 15. tæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et infans vnius diei non
Psal. 142. est sine pctõ super terrã. Et non iustificabitur in con
spectu Dei omnis viuens. Inquantũ ergo pctõres su-
mus, intm̃ minus digni illo, qui tm̃ iustus, nõ etiam
vel in minimo pctõr exutit, canticum Dñi cãtamus.
Sedeamus igitur & fleamus. Sedeamus nos humiliã
Psal. 126. do, fleamus de nostro exilio dolendo. Sedeamus, q2
vanum est nobis, qui manducamus panem doloris,
ante lucem surgere. Qñ ergo surgemus? Cum dede-
Ibidem. rit Deus dilectis suis somnum, & manifestata fuerit
hæreditas Dñi filij merces fructus ventris, ventris.s.
ecclesiæ filios suos per multas nunc tribulationes pa
rienus. De hac sessione & resurrectione B. Petrus sic
1. Petri. 5. ait. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exal-
tet in tempore visitationis. Fleamus quoque, vt po-
Eccl. 3. stea rideamus, quia secundum Salomonem: Tẽpus
est flendi, & tempus ridendi. Tempus flendi in mun
do, tempus ridẽdi in cœlo. Cum enim Dominus cõ-
uerterit captiuitatem nostram, implebitur gaudio os
1. Cor. 15 nostrum, & erimus facti lętantes, quia cum corrupti
bile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc in
duerit immortalitatem, intrabimus supernam H e-
rusalem, quæ est mater omnium nostrum alleluia cã
E tantes, & gaudentes. Sane septuagesimæ tempus, qd
Septuagesima. nunc ingredimur, totũ tempus seculi præsentis, qd
septem diebus voluitur, significat, in quo nostræ cor
ruptibilitatis & mortalitatis ærumna detinemur. Vñ
congrue nunc ob significandam miseriam gemitus-
que nostros, quibus in hac vita premimur, intermit-
timus alleluia, & Gloria in excelsis Deo, quæ sunt cę
lica & angelica cantica, & cantamus longos tractus,
qui significat lõgos labores & dolores vitæ p̃sentis.
Alleluia nãq; cęleste cãticum esse Ioannes in Apoca
Alleluia. lypsi testatur, ubi dicit. Audiui vocẽ tubarũ multarũ
Apo. 19. in cęlo dicentium Alleluia, Gloria in excelsis Deo,
Luc. 2. Canticũ angelorũ esse fideliũ nullus ignorat. Septua
gesima vero computatur s̃m inscriptionem sacramẽ
tarij & antiphonarij nouem hebdomadibus ante pa
scha Dñi, & finitur post pascha Dñi in septima die.i.
sabbato. Die dominica, qua canitur, Circundederũt
me gemitus mortis, habet initium, & in septima die
paschalis hebdomadæ.i. in sabbato habet finem. Ha
bemus autem formam & exemplũ institutionis &
obseruationis huius sanctæ, annos septuaginta, qui-
bus antiquus populus Dei suis peccatis exigentibus
in Babylonem ductus in seruitute fuit, super flumi-
na Babylonis sedit & fleuit, dum recordaretur Sion.

Dictator itaq; septuagesimæ septuaginta dies istos
annis septuaginta conformauit, vt & nos sedeamus
in his diebus & lugeamus, quia priori populo in qui
busdam peccatis communicamus. Illi tamẽ, quia ser
ui erant, afflictionem inuiti sustinuerũt, nos autem,
quia liberi sumus, voluntariam afflictionem sustine
mus. Septuagenarius vero numerus non solum his F
diebus abstinendum nobis & lugendum significat,
verum & omni tempore vitæ nostræ, quod septẽ die
bus voluitur, & quo a cęlesti Hierusalem peregrina-
mur, nos in pœnitentia & luctu esse debere, & maxi
me si in criminalia post baptismum lapsi sumus, de-
mõstrat. Porrò in propheta Zacharia legimus, q imm-
minente tempore, quo captiuitas populi Dei soluen
da erat, angelus, qui in propheta ipso loquebatur,
Dominum deprecatus dixerat: Domine exercituum
vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbiũ Zacha. 1.
Iuda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est.
Et respondet Dominus angelo verba bona & conso
latoria. Et nos charissimi habemus verba bona, ver-
ba consolatoria, resurrectionem.s. primam, per quã
expectamus secundam. Habemus iustificationẽ, per
quam speramus immortalitatem. Ista duo, quorum
vnum habemus in re, alterum in spe, declarat Apo- G
stolus, vbi dixit. Si Christus in vobis est, corpus qui- Roma. 8.
dem mortuum est pp peccatum. Spiritus vero viuit
propter iustificationem. Quod si spiritus eius, qui su
scitauit Iesum Christum a mortuis, habitat in uobis,
qui suscitauit Iesum Christum a mortuis viuificabit
& mortalia corpora vestra propter inhabitantẽ spm̃
eius in vobis. Resurgimus, nũc cathecumini quidem
per gratiã baptismi, & nos per penitentiã, resurgim⁹
in quã nũc ad iustitiã, in die vero iudicij resurgemus
ad gloriã. Primã resurrectionem hãc significat nobis
alleluia, quod in sex paschalibus ferijs ad missã quo
tidie cantamus. Vtraq; simul nobis exprimũt duo al
leluia, q̃ in sabbato paschalis hebdomadæ concini-
mus, quod videlicet sabbatũ cõpletionẽ nr̃æ septua-
gesimæ.i. totius tẽporalitatis nostræ figurat. Nunc.n.
quasi vnũ simplex alleluia canimus, quia adhuc sola
fruimur iustificatione, sed tũc duplex alleluia cõcine
mus, dũ fruemur & immortalitate. Sex aũt dies pascha
les in populo antiquo significãt de Babylone reuer-
sionẽ in Hierl̃m, sabbatũ aũt peruẽtionẽ, in nobis ve
ro senariũ bonorũ operũ, quo tẽdere debemus ad su
pernã beatitudinẽ. Porrò sabbatũ eiusdẽ ingressionẽ.
Vel certe per vnũ all'a, qd' in sex ferijs paschalib. quo H
tidie cãtamus, possumus intelligere sctõrũ stolã pri-
mã: p duplex all'a, qd' in sabbato canimus, possumus
intelligere primã pariter & secũdã. Habem⁹ itaq; ver
ba bona, verba cõsolatoria. Bonũ est qd' habem⁹, me
lius qd' expectamus. Ex parte.n. cognoscimus, & ex 1. Cor. 13
parte pphetam⁹. Cũ aũt venerit qd perfectũ est, eua
cuabit' qd' ex parte est. Videmus nũc p speculũ i eni-
gmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte,
tũc ãt cognoscã sicut & cognitus sum. Excepto itaq;
q his verbis bonis & cõsolatorijs semp in Dño gau-
dere debem⁹, q̃diu viuim⁹ semp est nobis sedẽdũ, sẽ
p flẽdũ, Siõ recordãdũ, ad Hierusalẽ supernã suspirã
dũ, & cũ Psalmista dicẽdũ: Si oblitus fuero tui Hieru
salẽ &c. Quãdiu.n. viuim⁹, exules, captiui, pegrini su Psal. 136.
mus. Miseri ergo si simus, & lugeam⁹ & ploremus⁹. Ri

Ius

fus noster in luctum conuertatur, & gaudium in mę
rorem. Memores simus semper illius sententiæ Salo
Eccl. 7. monis, qua dicitur. Melius est ire ad domum luctus,
Prou. 14. q̄ ad domum conuiuij. Et item. Risus dolore misce-
bitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sed proh
I dolor ad tantum detrimentum est deuolutus rigor
ordinis, & lapsa censura disciplinæ, religionis hone-
stas, grauitas maturitatis, & modestia sanctitatis re-
dacta, vt apud plurimos ij, qui abhorrent proferre
faceta verba vel risum mouentia, vel qui nolunt cri-
spare cachinnum, hypocritæ iudicentur, & quia nō
rident, derideantur. Verum apud eos quisquis in se-
meipso resolutus, risu, ioco semetipsum effundit: is
facetus, curialis, ac boni solatij frater nominatur. Sed
nunquid Christum risum in orbem attulisse vel ri-
sisse vspiam legimus? Absit. Sed contristatum & plo
rasse comperimus. Vnde & ait. Vę vobis qui ridetis,
Luc. 6. quoniam plorabitis. Eligamus ergo charissimi nobis
flere, vt postea rideamus, & contristari, vt lætemur.
Quia. n. risum ineptæ lætitiæ penitus exhorrere de-
bemus, edocet nos perfecte paucis verbis quidā san-
ctorum patrum, qui dum quendam fratrem ridere
vidisset, ait illi. Coram cælo & terra Deo rationē to-
tius vitæ nostræ reddituri sumus, & tu rides? Nos ita
que fratres, qui sanctitatem non solo verbo, verū &
tonsura, vesteq; profitemur, nos inquam omittamus
vocem inutilis gaudij, vanæq; lætitiæ, & renuntian-
tes verbis nugatorijs, risibus, iocis, mollitiei vitiorū,
asperitatem virtutum præferamus, quia per amari-
tudinem & asperitatem virtutum & bonorum ope-
rum perueniemus ad regna cœlorum. Si. n. seminne-
mus in lachrymis, in gaudio metemus. Quod nobis
præstare dignetur Iesus Christus dominus noster.

¶ Item in septuagesima. Sermo. LII.



K Vper flumina Babylonis illic sedimus
Psal. 136. & fleuimus, dum recordaremur tui
Sion. Hostis antiquus charissimi, qui
sua calliditate de paradiso primos pa-
rentes nostros eiecit, & miseriæ vitæ
præsentis obnoxios reddidit, ipse nobis in spirituali
Hierusalem. i. in visione supernæ pacis constitutis in
cessanter insidiatur, vt de eius nos amœnitatis gau-
dijs extrahat, & in Babylonem. i. confusionem vitio
rum abductos, suæ seruituti subijciat. Hierusalem. n.
congrue vitam significat spiritalem, Babylon vitam
carnalem, Nabuchodonosor diabolū, captiuitas pec-
catum. Habent aūt viri spiritales in spiritali Hierusa-
lem conuersantes spiritales domos diuersas, & in ip
sis diuersas spiritales diuitias. Habent domos per bo
nam conuersationē. Domus. n. apte significant cōuer
sationē, quia in ipsis conuersamur. Domus minores
significāt bonæ cōuersationis inchoationē, maiores
L eiusdē conuersationis perfectionē, maximæ cōsum-
mationē. Domus aūt spiritalis conuersationis bene
fundata est sup firmā petrā per fidē, alta est per spē,
lata per charitatē, longa per futurorū bonorū longa-
nimē expectationē. Domus ista spiritalis iusti, & ma
xime pfecti viri plena est bonis & donis, sicut scriptū
Psal. 111. est. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius
manet &c. Et sapiētia, cum qua iustus inhabitat, quo
dam loco dicit. Mecum sunt diuitiæ & gloria: opes Prou. 8.
† supernæ, & iustitia. Habet itaq; iustus perfectus ha † superbæ.
bitator Hierusalem. i. spiritalis, habet inquam in do-
mo conuersationis suæ aurum sapientiæ, argentum
eloquentiæ, frumentum doctrinæ, vinum sanctæ læ
titiæ, oleum misericordię, lapides pretiosos per ful-
gorem virtutum, ornamēta diuersarum vestium per
exhibitionem bonorū operū. Vasorum quoq; diuer
sa genera, omne vas paruulum a vasis craterarū vs- Esa. 22.
que ad omne vas musicorū. Per crateras, quibus vi- Crateræ.
nū quod lętificat cor hominis propinatur, recte desi
gnatur gratia conferendæ cōsolationis, per vasa mu- Vasa musi
sica gratia diuinę laudationis. Habet deniq; & aro- ca.
mata multa, p quæ figuratur gratia bonæ opinionis.
Sed his omnibus diuitijs explanandis propterea nō
immoramur, quia sciētibus legem loquimur, & res
hmōi in alijs sermonibus sępius quid mystice signi-
ficent exposuimus. Igitur his ita compositis. i. iustis
in pulchritudine pacis, & in requie opulenta consti- M
tutis, malignus adest cum exercitu dęmonum tentā
tium, ac vitiorum blandientium, & vrbem sanctam
acriter impugnat, & in quibusdā sæpius expugnat,
& subuersis domibus bonæ conuersationis eorū bo
nis spiritalibus eos priuat & captiuat. Qui si pruden-
ter ac viriliter caput hostis antiqui. i. initium tenta-
tionis calcarent, non superarentur, sed superarēt, nec
esset illis pugna tentationis ad culpam, sed ad coro-
nā. Vnde & Iacobus dicit. Beatus vir, qui suffert tēta-
tionem, qm̄ cum probatus fuerit, accipiet coronam Iacobi. 1.
vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Et in p̄-
cedentibus. Omne gaudium existimate fratres, cum
in varias tentationes incideritis, scientes q̄ probatio Ibidem.
fidei vestræ patientiam operatur, Patientia autē per-
fectū opus habeat, vt sitis perfecti & integri in nullo
deficiētes. Iustus etenim, qui se cognoscit cum Apo-
stolo misericordiam Dei consecutū, & in tentationi
bus & aduersis lætatur & bn̄dicit Deū in omni tpe, Matt. 10.
& scit qm̄. Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus
erit. Et gloriatur in labore & dolore, & cū Psalmista
dicit. Tribulationē & miseriā inueni, & nomen Dn̄i Psal. 114.
inuocabo. Vt quō alius inuocat Deū, sic sanctus vir
& bellator inuictus ad exercendū se & probandū tri
bulationem & miseriam venire desideret. Quod in-
telligens Psalmista dixit Dn̄o. Proba me dn̄e, & tēta
me: vre renes meos & cor meum. Nō igitur obesse, Psal. 25.
sed prodesse videtur tētatio, nisi admittatur delecta- N
tio. Quasi delectatio admittit, nisi citius repellatur,
quasi iā accepto vulnere fortitudo militis Christi de
bilitatur, & quasi ī exitu suæ ciuitatis stat, vt se hosti
de foris impugnāti & iaculāti deuictus reddat. Qd̄ si
cōsentit, iā se reddit, & solo cōsensu pct̄m perpetra-
uit. Sicut scriptū est. In corde iniquitates operamini Psal. 57.
in terra. Volūtas. n. pro facto cōputat, & nō est a Deo
pax hoībus, nisi hoībus bonæ volūtatis. Prima ergo Luc. 2.
vī esse ī hac trāsmigratione delectatio, scda delibera
tio, tertia operatio, quarta cōsuetudo. Quib. quatuor
iter cōficit totius miserę trāsmigrationis vsq; in vrbē
detestandę cōfusionis. Per hęc. n. quatuor humana
mēs a supernæ visione pacis tm̄ nonnunq̄ alienatur,
vt uniuersitate septē principaliū uitiorum polluta &
obuoluta, quasi sub septuagenario numero annorū
ī cōfusione captiua teneat. Et miserabilis qdē est ī no

bis septuagenarius, idest vniuersitatis præsentiũ laborum, sed multo miserabilior est, & omnino detestabilior est septuagenarius iste, idest vniuersitas vitiorũ. Per illũ sumus miseri, per istũ etiã iniqui. Deniq; diuina dispẽsante gratia talis etiã anima postq̃ vniuersis vitijs est fœdata, vniuersorũ dęmonũ ludibriũ facta, verbo vnq; munita cõualescit, cõsurgit, & per flumina Babylonis, idest fluxũ suæ vitiositatis sedet & deflet φ amisit gratiã, φ cõmisit culpã & p̃cepto Christi regis potẽtissimi cõpuncta iugũ a facie olei, soluitur captiuitas, donatur libertas per cõpunctionem, cõfessionem, & satisfactionem Hierusalem redditur. Honestæ conuersationis domus ex lapidibus & lignis virtutum & bonorũ operum reædificatur, & spiritualibus bonis anima redempta a Domino mirabiliter locupletatur, & fiũt nouissima eius plura prioribus. Benedicitq; Dominus nouissimis eius, magis quàm primis. Pro eo nãque quòd fuit derelicta & odio habita, ponitur in superbiam sæculorum, gaudium in generatitione & generationem. Gaudium & lætitiam tenet, fugit dolor & gemitus, pro confusione eius duplici & rubore: Laudabunt patrem eorum. Et fit gaudium angelis Dei in cœlo super vno peccatore pœnitẽtiam agente, plusquàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Inuento nimirum filio, qui perierat, pater lætatur, & prolata stola prima datur annulus in manu eius, & calciamẽta in pedibus, & occiso vitulo saginato conuiuiũ celebratur. Symphonia & chorus foris auditur, & est deinceps in voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Nũc ergo charissimi vbi simus attendamus, & si extra Hierusalem sumus, ad eam quàm primum reuertamur. Si vero nos in ipsa consistere cernimus, quod habemus teneamus, vt de ipsa, in qua nunc viuimus, ad supernã transire mereamur. Quod nobis pr̃stare dignetur Iesus Christus Dñs nr̃, qui est Deus bñdictus in sæc.

Iob. 42.
Esa. 60.
Luc. 15.
Luc. 15.
Ibidem.
Psal. 41.

¶ *De confessione facienda, & votis reddendis.* Sermo. LIII.

P

Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiãtis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, qa non adijciet vltra, vt transeat in te Belial, vniuersus interijt. Legitur in lib. Paralipomenon quòd Sennacherib obsidente Hierusalem primo mense non potuit pascha fieri, sed cęso exercitu & annuntiata morte Sennacherib, mẽse secundo pascha celebratum est. Vnde Propheta Nahum populum Dei alloquens consolando dicit. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem &c. Quasi diceret. O Iuda ne sis solicitus, occiso enim hoste tuo in templo Dei sui venit tibi nuntius transcurrens montes, & quasi de specula nũtians vbi mortuo Sennacherib vrbẽ liberatã. Celebra ergo Iuda festiuitates tuas, & vota q̃ pollicitus es, redde Deo p̃ nece inimici, quia Belial. i. pręuaricator nõ trãsibit in te, quia totus interijt. Exercitus, rex, & imperiũ Assyriorũ penitus cõciderũt. Ista Q fratres charissimi verba p̃phetica s̃m hoc, qd dictũ est ad historiã pertinẽtia firma fide sunt credẽda, omni deuotione cõplectẽda. Verũ nos, qui nõ secundũ literã sed s̃m spiritũ militamus, ea, quæ sunt literæ relinquamus, & quæ in eis spiritualis intelligentiæ latent, ad nostrã ædificationem requiramus. Possumus itaque cõgrue per Sennacherib intelligere diabolum, per exercitũ eius vniuersitatem dæmonum & prauorũ hominũ, per Hierusalem ciuitatem sanctã vniuersalem ecclesiã, per obsidionẽ tẽtationem vel persecutionẽ, per regis & exercitus eius interfectionẽ spiritualiũ hostium subuersionẽ, Per montes virtutes, per nuntium doctores, per populum Iudæ cum populum fideliũ, per pacẽ diuinitus collatam quietem internã, per celebrationẽ paschę vel cuiuslibet festiuitatis, honestatem sanctæ conuersationis, & exhibitionem boni operis. Sed nunc per singula recurrentes latius singula describamus. Sennacherib rex significat diabolum. Ipse est enim rex super omnes filios superbiæ, & rector tenebrarum harũ, idest spiritualiũ nequitiarũ in cęlestibus. Hierusalẽ, quæ est ciuitas sancta, & visio pacis interpretatur, sanctam ecclesiã recte figurat, quę vt ciuitas ędificatur & internæ, supnę, ęternæq; pacis gaudia sublimiter cõtẽplatur. Sennacherib ergo cum suo exercitu vrbem Hierusalem cingit & oppugnat, dum hostis antiquus sanctæ ecclesiæ cũ suis cõplicibus dęmonibus vel reprobis hoĩbus p tẽtationes & psecutiones angit & fangat. Sed per supernam gratiã velut amisso exercitu fugit & occiditur, dum eius conatus vniuersus annihilatur. Montes in sacra scriptura virtutes exprimere possunt, quæ nos a terrenis eleuatos ad cęlestia erigunt. Vnus mons est prudentia, vnus mons est fortitudo, vnus mõs est iustitia, vnus mõs est temperãtia. Vel certe secundum euangelicam descriptionem vnus mons est humilitas, vnus mons est mansuetudo, vnus mons est mentis cõpunctio, vnus mõs est desideriũ iustitiæ, vnus mõs est misericordia, vnus mõs est cordis mũditia, vnus mons pax mẽtis interna. Nũtius vel euãgelista pacis vniuersalis ordo p̃dicatorũ est. Nũtius iste p̃phetarũ est numerus, Apostolorũ chorus, exercitus martyrũ, cœtus cõfessorũ. Pedes istius nũcij sunt principaliter intellect⁹ & affect⁹. Per intellectũ fit bñ ponitur, error vitatur. Per affectũ corruptio cauet. Intellect⁹ p̃cedit & incedit p cognitionẽ veritatis, affect⁹ p amorẽ virtutis. De istis mõtibus, & isti⁹ nũcij pedib. sup ipsos mõtes mũdissime gradiẽtis Esaias sic refert dicẽs. Quã pulchri sup mõtes pedes euãgelizãtis & p̃dicãtis pacẽ, annũtiãtis bonũ, p̃dicantis salutem, dicentis. Sion regnabit Deus tuus. Regnabit Deus tuus, non Sennacherib, non diabolus. Per populum Iudaicum intelligimus populũ fidelium Deũ cõfitẽtiũ. Iudas enim cõfitens interpretatur. Populus ergo ille per Iudã bene intelligitur, qui Deũ nõ tãtũ labijs, sed & ope & veritate cõfitetur. Qui aũt labijs Deũ honorãt, sed cor eorũ lõge est ab eo: Et dũ cõfitẽtur se nosse Deum, factis negant eum: semen sunt Chanaam & non Iuda.

¶ Cõfessio alia criminis, alia laudis. Sanè q̃ sit per niciosum, q̃ periculosum homini pctõri pctã sua celare, & q̃ sit fructuosum, immo necessariũ ea cõfiteri multis auctoritatib. in sacra pagina declarat. Vñ est illud in psalmo. Qm̃ tacui inueterauerunt ossa mea, dũ clamarẽ tota die. Die ac nocte grauata sup me manus tua, cõuersus sum in ærũna mea, dũ cõfigitur spina. Hoc pertinet

Nah. 1.
2. Par. 32.
R Sennacherib &c.
S Montes.
Esa. 52.
T
Mar. 7.
Tit. 1.
Confessio duplex.
Psal. 31.

Ibidem.

pertinet ad perniciem taciturnitatis. Delictum meũ cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Dño, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Hoc pertinet ad vtilitatem confessionis. Et Salomon in proverbijs dicit.

Prou. 28.

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui aũt cõfessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur. Quod dicit, qui abscõdit scelera sua, non dirigetur: demonstrat perniciem taciturnitatis, quod aũt addit, qui confessus fuerit &c. vtilitatem confessionis. Quam vtilitatem etiam in nouo testamento beatus Iacobus ostendit dicens.

Iacob. 5.

Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Antiqua quoq; lex cõfiteri iubet, & hoĩes ad sacerdotes mittit, vt confiteantur peccata sua vt indulgentiam accipiant. Si ergo tunc prævaricatio oblatione & cõfessione delebatur, qñ adhuc vmbra fuit, & confessio criminis pęnam potius timere debuit, q̃ misericordiã expectare, quanto magis nunc sub gratia facienda est confessio, quando non tam pœna timenda est, q̃ venia speranda? Beatus deniq; Augustinus cõfessionem peccatori prorsus necessariam esse testatur dicens. Non potest quis iustificari a pctõ, nisi confessus fuerit antè pctm̃. Item Beda in epistolã Iacobi. Sine confessione, inquit, nequeũt pctã dimitti. Talibus & tantis authoritatibus erudimur charissimi non solum vtilem, sed & necessariam esse peccatori confessionem. Quod si fortè peccator vere pœniteat, sed intercurrentis necessitatis articulo ad confessionem venire nõ possit, firmiter est credendum, q in eo summus sacerdos complet quod mortalis non potuit, & apud Deũ iam factum constat, quod homo quidem vere voluit, sed non valuit adimplere, quia confessionem non contemptus exclusit, sed impediuit necessitas. Quacunq;.n. hora ingemuerit peccator saluus erit. Et Psal. ait.

Psal. 31.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã Dño, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et leprosi dum irent sacerdotibus se ostendere mundati sunt.

Luc. 17.

Tunc enim salus peccatoris incipit, quando veraciter pro delictis suis ingemiscit. Quę tamen salus tunc perficitur, quãdo id vnde ingemuit ore confitetur. Quæ salutis perfectio & si, vt dictum est, necessitatis articulo impediantur, per summum tamen sacerdotem, cui omnia possibilia sunt, adimpletur. In facienda autem confessione

V

Cõfitendi forma.

talis discretio esse debet, vt quotidiana leuiaq; peccata alterutrum coęqualibus confiteamur, vt orationibus pro inuicem factis saluemur. Porrò grauioris lepræ immunditiam sacerdoti.i. nostro summo prælato, s.abbati pandere debemus, vt ad eius arbitrium iustificari curemus. Est enim quædã communis in ecclesia confessio & pœnitentia, quam quotidie ad inuicem facimus, in qua oratione fusa pro inuicẽ pro quotidianis & leuibus peccatis indulgentiam & remissionem consequimur. Grauioris autem culpæ reatũ singulari confessione sacerdoti aperimus, & secundum eius consilium munere satisfactionis oblato indulgẽtiam peccati obtinemus.

X

Peccata ignorabilia.

Sunt autem quędam, quæ leuissima putarentur peccata, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis.n. dicentem fratri suo fatue reum gehennæ putaret, nisi veritas hoc diceret? Cui tñ vulneri subiecit continuo medicinam præceptũ fraternæ reconciliationis dicens.

Matt. 5.

Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris, quia frater tuus aliquid habet aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Aut quis existimaret q̃ magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, sicut obseruant qui certis diebus, siue mensibus, siue annis volunt vel nolunt aliquid inchoare eo q secundum vanas doctrinas hominum fausta, vel infausta existimant tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait. Timeo vobis, ne fortè sine causa laborauerim in vobis.

Gala 4.

Sunt & alia quædam peccata, quæ quibusdam nulla viderentur, nisi sacræ scripturæ testimonijs declararentur. Hominem enim misceri suæ coniugi non filiorum procreandorum causa, sed carnalis solum voluptatis atque libidinis posset putari non esse peccatum, nisi Apostolus de hoc officio loquens, Nolite fraudari inuicem, nisi fortè ad tempus ex consensu, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram, adiunxisset.

1. Cor. 7.

Hoc autem dico secundum indulgentiam, nõ secundum imperium. Quis enim neget esse peccatum, cum dari veniam facientibus apostolica auctoritas fateatur? Posset etiam putari nõ esse peccatum, si frater cum fratre nõ extra ecclesiam, sed intra, nec apud iniquos, quos Apostolus terribiliter repẽhẽdit, sed apud fideles de negocio suo cõtenderet dicens, se iniquitatem pati, quam a se vellet iudicum sententia remoueri: posset inquam hoc putari non esse peccatum, nisi Apostolus adiungens diceret. Iam omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos.

1. Cor. 6.

Et ne quis sibi blandiens instumq́ue negocium se habere dicens, se vellet super hoc excusare, occurrit cõtinuo talibus cogitationibus dicens. Quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?

Matt. 5.

Dicit autem Dominus in euangelio. Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecũ contendere, dimitte illi & palliũ.

Luc. 6.

Et alio loco. Qui abstulerit tua, noli repetere. Prohibuit ergo, suos de negocijs secularib. habere iudiciũ cũ alijs, & ex hac doctrina dicit Apostolus esse delictũ inter cõtẽdentes. Tñ cũ fieri sinat in ecclesia inter fratres fratribus iudicãtibus, extra ecclesiã vero terribiliter vetat, manifestũ est, q̃ fm veniã cõcedatur infirmis. Hoc ẽt in firmis cõcedi posse innuit, vbi superius p increpatione dixit. Sic nõ est inter vos sapiẽs quisq̃, qui possit iudicare inter fratrẽ suũ, sed frater cũ fratre iudicio cõtẽdit, & hoc apud infideles?

1. Cor. 6.

Propter hæc & hmõi pctã & alia licet his minora, q̃ fiũt, verborũ & cogitationũ offensionibus, Apostolo Iacobo cõfitẽte & dicẽte. In multis.n. offendim⁹ oẽs: oportet vt quotidie crebroq; oremus Dñm, & dicamus.

Iacob. 3.

Dimitte nobis debita nña &c. nec i eo, qd sequitur, mẽtiamur.

Matt. 6.

Sicut & nos dimittimus debitorib. nñs. Quę ergo sint leuia, q̃ grauia pctã nõ humano, sed diuino pẽsãda sũt iudicio.

Y

Confiẽdi diligẽtia.

De diligẽtia vero cõfessionis Beatus Aug. sic scribit dicẽs. Cõsideret pctõr qualitatẽ criminis in loco, in tẽpore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem

cantem secundum excellentiã sui status, vel officij, vel secundum modum meretricis & modum operis sui, & qualiter turpitudinem egit, si in loco sacrato, si in tempore orationi constituto, vt sunt festiuitates, & tempora ieiunij. Consideret quantum perseuerabit, & defleat quòd tam perseueranter peccauit, & in tanta perseuerantia quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui nõ solũ non vincũtur, sed vltro se peccato offerũt, nec expectãt tẽtationẽ, sed p̃ ueniũt voluptatẽ. & pertractet secũ quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis ista varietas confitenda est & deflenda, vt cum cognouerit quod peccatum est, cito inueniat Deum propitium. In cognoscẽdo peccati augmentũ inueniat cuius ętatis fuerit, cuius sapiẽtiæ, & ordinis. Immoret in singulis istis, & sentiat modũ criminis purgans lachrymis omnem qualitatem vitij. Defleat virtutem, qua interim caruit. Dolendum est, enim non solũ, quòd

Z peccauit, sed etiã ꝙ se virtute priuauit. Defleat etiã,

Iacob. 2. quoniã offendẽs in vno factus sit omniũ reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino nõ timuit. In hoc enim peccator quisque fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adã plus peccauit, quia omni bono abũdauit, Alio.n.mõ offendẽs in vno fact⁹ est omniũ reus quia omnis virtus patitur detrimẽtũ ab vno vitio. Ponat.n.oĩno in iudicio & potestate sacerdotis nihil sui reseruãs sibi, ut omnia eo iubẽte parat⁹ sit facere ꝓ recipiẽda vita animę, quę faceret ꝓ euitãda corporis morte & hoc cũ desiderio, quia vitam recuperat infinitã. Cũ gaudio enim facere debet immortalis futurus, quę faceret pro differẽda morte moriturus. Sẽper deprecetur Deũ, offerat Deo mentem & cordis cõtritionẽ, deinde & q̃d põt de possessione sua secur⁹ offerat. Respe

Gen. 4. xit enim Deus ad Abel, & ad munera ei⁹. Prius dixit ad Abel, quàm ad munera eius. Idcirco igitur cordis conferenda est eleemosyna tribuentis. Nec cõsiderandũ est quãtũ, sed qua mẽte, qua affectione dat q̃d potest. Qui igitur sua peccata redimere vult tẽpo

A ralium oblatione, prius offerat mentem. Caueat, ne ductus verecundia diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni occultant, quę alteri manifestãda conseruant, q̃d est se laudare & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, ad quam frustra se putat peruenire. Caueat etiam, ne prius ad dominicũ corpus accedat, q̃ cõfortetur bona cõsciẽtia, & doleat, quòd nõdũ audeat sumere, quẽ multũ desiderat, cibũ salutarẽ. Cohibeat etiam se a ludis, a spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiã. Isti sunt digni fructus pœnitẽtiæ animam captiuã elaqueantes, & in libertatem asserẽtes. Cõfiteamur charissimi secundũ ea, quæ dicta sunt, cũcta, quæ in nobis sũt peccati & criminis, vt digne cãtare valeamus in cõfessione q̃ sũt diuinæ laudis, quia nõ

Eccl. 15. est speciosa laus in ore peccatoris. Qui enim vetera fatẽdo nõ detegit, nouę vitæ opera nõ producit. Qui nescit lugere, quod grauat, nõ valet proferre, q̃d sub

B leuat. Peccata igitur nostra, in quibus inueterati su-

Cõfessio laudis. mus, confiteamur & lugeamus, vt in confessione diuinæ laudis proferre noua cantica valeamus. De

Psal. 148. hac confessione scriptum est. Confessio eius super cœlum & terram. Super cœlum videlicet per angelos, super terram, p homines sanctos. Itẽ Dominus per Psalmistã. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & Psal. 49.
illic iter, quo ostẽdã illi salutare Dei. Perpendat, qui potest quãtũ sit donũ, q̃tũ bonũ digne laudare Deũ. Ille pro humano modo digne Deũ laudat, qui eius laudẽ mũdo corde & ore decãtat. Ille bene laudat, qui ꝙ profert ore, versat in corde. Ille bene laudat, qui in corde habet rectitudinẽ, & in ore laudationẽ. Rectos nanque decet laudatio. Ille ergo solus vere laudat, qui quod ore clamat, vita demonstrat. Sunt qui Deum satis, immo nimis in ore laudant, quia in composito gestu semetipsos agitantes eius laudẽ inordinatis vocibus indecenter clamant, sed male viuendo per cõtẽptũ eius præcepta blasphemãt. Et dũ sola voce Deum laudant, quem factis negant, vasa tamẽ cantici se habere putant non animaduertẽtes, Mala. 2.
q̃d in Malachia scriptũ est. Ecce proijciã vobis brachiũ, & dispergã sup vultũ vestrũ stercus solennitatum vestrarũ. Sed nos charissimi emundemus nos ab oĩ inquinamento carnis ac spiritus, & sine macula & ruga existentes acceptabiliter laudẽ nostri creatoris persoluemus, quia illic iter, quo ostenditur & videtur salutare Dei. Est quidẽ notus in Iudæa Deus C
sed in Israel magnum nomen eius. Per Iudęã intel Psal. 49.
ligitur confessio. Per Israel contemplatio. Notus est Psal. 75.
ergo Deus in cõfessione criminis, sed notior in confessione laudis. Notissimus autem & magnum nomẽ eius in contemplatione suæ maiestatis. Cõfessio criminis est inchoantiũ, cõfessio laudis proficientiũ, contemplatio diuinitatis perfectorũ. Populus igitur ille Iudaicus iure nominatur, qui non solũ voce sed & moribus Deum confitetur. Sed & tali populo extinctis hostibus pax donatur, dũ repressis dæmonũ tẽtationibus, & prauorũ hominũ persecutionibus illi quies interna ad vacãdũ Deo diuinitus cõceditur. Ipse denique dominicas festiuitates celebrat, dũ bene viuẽdo pro accepto pacis beneficio pro viribus Deũ honorat. Et redde (inquit) vota tua. Votum est atte- D
statio quædam promissionis spontaneæ, quæ ad so- Vota.
lum Deum, & ad ea, quæ Dei sunt, magis proprie refertur: Vouere siquidẽ est testificatione promissionis spontaneæ Deo se obligatũ, ac debitorẽ statuere. Nam qui promittit, simpliciter spondet se facturum aliquid, qui vero vouet, cõtestatur promissioni suę, & affirmat promissionem suã. Scriptura autem docente didicimus quòd quædam vota sunt, quæ tenẽda nõ sunt. Scriptum est enim. Vota stultorum frangẽda sunt. Vota stultorũ intelligimus ea, quæ vel de Vota stultorum.
malo fiunt, vel de bono male. Verbi gratia. Si quis voueret quẽpiã interficere, siue quodlibet aliud, in quo cõstaret culpa, se facturum, votum de malo esset, & malum esset, & idcirco soluendum non esset. In quo prima culpa fuit vouere, secunda in opere si compleret. Similiter votum de bono factum si bene non fiat, inter vota stultorum, quæ frãgenda sunt, deputatur. Bene autem non fit, etiam si de bono fit, illud votum, in quo uouetur, quod non licet, vel quod non expedit. Non licet vt mulier si non cõsentiente vel potius contradicente viro suo continentiam voueat. Non expedit, vt si quispiam in ieiunio vel quolibet alio opere supra uires & possibili-

tatem

tatem aliquid se facturũ esse voto promittat. Hęc oia inter vota stultorũ deputantur, q̃ vel peruersa & illicita, vel indiscreta sunt. Item quædam vota cõmuta-
E tionem admittunt, quædam non. Vouisti aurũ, argẽ- Vota commutabilia
tũ reddere potes, quia quod pretio minus est, in põdere maius esse põt. Vouisti peregrinationem tuam Dño, cõmutationem admittit, si fortè expediat magis (quod contingere potest) vt permaneas in patria tua, & in domo tua. Nã si illic persoluere potes aliud tm̃ valens, siue ad laborem operis, siue ad deuotionẽ virtutis, siue ad vtilitatem administrationis, cõmutationem admittit. Vouisti ieiunium, & hic cõmutatio esse põt, si fortè hoc non expediat, quod contingere potest. Aliud adhuc dico. Vouisti Deo seruire in aliquo loco, vel in habitu, vel in societate aliqua, dico q̃ hoc totum commutationem habere potest, quia potest & locus dirui, & homines mori, & habitus mutari. Nũquid putas ideo perdis animam tuam, si locus aliquis vastatur, aut si homines moriũtur? Tm̃ ex te non fiat, quod in illis fit, nec in te remaneat, qđ in te fieri debuit. Non est periculum tuum, vbi non est culpa tua, fac quod potes tu, & quãtum potes, & sufficit tibi. A bona voluntate non amplius exigitur,
F nisi quantum potest. Si aũt horum aliquid voueris, vel aliquid similium, quę vel inuitis auferri possũt, vel a volentibus cõmutari, & implere quidem vales, quod vouisti, nõ est in tuo arbitrio commutatio vo- Per quem commutentur.
ti tui, & si maius aliquid videris, vel melius faciendũ quod facias. Põt quidẽ dispensatio fieri in te, sed non debet fieri a te. Nã tu quidẽ, quantũ in te est, hoc debes, qđ vouisti, ipsum & non aliud. Non tibi licet aliud pro alio commutare, sed dispensatori magistro tuo, si voluerit & expedire nouerit, licet aliud accipere. Si idem a te datur, debitum est. Si aliud ab alio ac-
G cipitur, indulgentia est. Item. Vouisti Deo virginitatem tuã, & post uotum perdidisti. Virginitas autem semel amissa reparari, aut recuperari non potest. Quid ergo reddes Deo pro eo, quod vouisti, & irrecuperabiliter perdidisti? Audi. Redde pęnitentiã tuã, redde cõtritionẽ, redde humilitatem. Pro virginitate carnis redde humilitatẽ cordis. Pro carne fracta frãge cor. Humilitatẽ p̃ se debueras, etiã si virginitatẽ habueras, & tñ si virginitatẽ reddere nõ potes, redde ꝓ illa humilitatẽ, & satisfaciet tã pro se q̃ pro illa. Vide quãta Virginitas.
H virtus est humilitatis. Socia est humilitatis virginitas, & socia est virginitatis humilitas, nõ tñ p̃t si abest humilitas satisfacere virginitas, põt aũt & si abest virginitas satisfacere, si habeatur, vera humilitas. Est aũt aliqđ uotũ, qđ nullã cõmutationẽ admittit. Audi veritatẽ dicẽtẽ. Quid dabit hõ cõmutationẽ pro aia sua? Quasi diceret nullã. Vides ergo, q̃ vnũ est, qđ cõmutationem nõ recipit, neq; dispẽsationẽ admittit. Hoc si voues, immo quia voues, tõ.n. bonus esse potes si hoc nõ voueris, redde qđ vouisti, & ipsum redde, qđ vouisti, quia si aliud reddere volueris pro isto, ille nõ accipit quodcũq; fuerit illud. Vouete (inquit) & reddite Dño Deo vestro oẽs, qui in circuitu eius affertis munera, terribili, & ei q anfert spiritũ principũ terribili apud oẽs reges terræ. Voue ergo, & redde Deo spiritũ tuũ. Si voues & reddis, accipiet. Si nõ voues, vel post votũ reddere nolueris, tollet. Si spiritũ principũ aufert, auferre nõ poterit spiritũ tuũ? Si er- Humilitatis excellentia. Votum incõmutabile. Matt. 16. Psal. 75.
go reddis, pro dato remunerabit, si nõ reddis, pro nõ dato cõdẽnabit. Si uoues aĩam tuã, redde aĩam tuam. Noli putare, q̃ possis reddere pecuniã tuã pro anima tua. Hoc.n. esset plus vouere & minus reddere, & nõ esset equa recõpẽsatio. Si tua das Deo, teipsũ zabulo, nõ est æqua partitio. Cũ aĩa tua dare potes pecuniam tuã, pro aĩa nõ potes, nisi forte ꝓ aĩa tua pecuniã tuã dare volueris, vt aĩa tua data pecunia acceptabilior fiat ꝓ illa. Hoc ergo vnũ est. s. aĩa, qđ cõmutationem
I nõ accipit. Votorũ deniq; aliud occultũ est & coram Deo tantum, aliud manifestum etiã coram homine. Occultum votum fractum peccatum est, manifestum fractum peccatum & scandalum. In illo Deus offenditur, in isto in proximũ peccatur. Melius est autem nõ vouere, quàm vouere & non reddere. Quẽadmodum secũdum sententiam beati Petri, melius est non cognoscere veritatem, quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti ab eo, quod traditum est, sancto mandato. Celebra, inquit, festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijcet vltra, vt pertranseat in te Belial, vniuersus interijt. Si per Belial, quod interpretatur absque iugo, diabolum conuenienter accipimus, per vniuersum Belial diabolum & vniuersitatem dęmonum, & reproborum hominum non incõuenienter intelligimus. Vniuersus ergo Belial nobis interijt, quando diabolus cum vniuersis malignis spiritibus, & reprobis hominibus potestatem nos persequendi ac tentandi diuinitus refrenatus amittit. Et regnat Deus noster, quia dum in nobis concidit regnum diaboli, oritur & manet regnum Christi. Nunc itaq; charissimi nobis, si non semen Chanaam, sed Iuda sumus, illius inquam Iuda, de quo scriptum est: Iuda te laudabunt fratres tui. Confiteamur primum peccata nostra, & sic immolemus sacrificium laudis Domino, & reddamus Altissimo vota nostra in tempore, vt cum ipso regnemus in ęternitate. Quod nobis prestare dignetur Iesus Christus Dñs noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Votorum differentiæ. 1.Pet. 2. K Belial. Gen. 49.

In quadragesima. Ser. LIIII.

L Vper aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis Leonem & draconẽ. Hoc sacro maxime tempore charissimi nobis, vt sacra consuetudo annuatim repręsentat, In castris ecclesię tuba cęlestis auditur, exercitus christianus conuocatur, stipendium doctrinæ spiritalis tribuitur, Christi miles accingitur, campum sacræ abstinẽtiæ cum diabolo bellaturus ingreditur, & armis virtutum & bonorum operum munitus aggreditur, pugna cõmittitur, victoria speratur, hostis vincitur, triũphus reuehitur, corona donatur, pax bello quæsita securius possidetur. Non debet miles Christi sonante buccina cœlestis exhortationis, ad occursum hostis validi trepidare, cum euangelica docente historia ducem suum fortem armatum cognõscit dudum superasse. Fortis armatus diabolus, atrium eius mundus, arma doli spiritales & astutiæ, vasa homines, fortior superueniens Christus, direptio vasorum redemptio hominum. Venit itaque Christus in mundum, vt liberaret genus humanum, & vt in terram mitteret non pacem sed gladium. Maledictus ergo Psal. 90. Luc. 11.

Hier. 48. qui facit opus Dei negligenter, & qui prohibet gla
Eccl. 3. dium suum a sanguine. Et (vt ait Salomon) tempus
belli, & postea tempus pacis. Tempus belli in mun
do, tempus pacis in cœlo. Pro viribus ergo pugne-
mus, vt adepta victoria in pace lætemur. Quòd si pu
gnare & superare negligimus, expugnabimur & su
1. Pet. 5. perabimur. Hostis etenim noster non dormit, ne-
que dormitat, sed tanquàm leo rugiens circuit, quæ
rens quem deuoret. In huius expositione sententiæ
Cyprian⁹. ooo nostra, verum beati Cypriani verba capiamus.
Circuit (inquit) ille nos singulos, & tanquam hostis
clausos obsidēs, mutos explorat, & tentat, an sit pars
aliqua membrorum minus stabilis & minus fida,
cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis
† facies volūtatis. formas illices, & † faces voluptatis, vt visu destruat
castitatem. Aures per canora musica tentat, vt soni
dulcioris auditu, soluat & molliat christianum vi-
gorem. Linguam vitio prouocat, manum iniurijs
lacessentibus ad petulantiam cordis instigat. Vt frau
datorem faciat, lucra opponit iniusta. Vt animam
pecunia capiat, ingerit perniciosa compendia, hono
res terrenos promittit, vt cœlestes auferat. Ostentat
falsa, vt vera surripiat. Et cum latenter non potest fal
lere, exerte atque aperte minatur. Terrorem turbi-
dæ persecutionis intētat ad debellādos seruos Dei.
Inquietus semper, & semper infestus. In pace sub-
dolus, & in persecutione violentus. Quamobrem
contra omnes diaboli, vel fallaces insidias, vel aper-
tas minas, stare debet instructus animus, & arma-
tus, tam paratus ad repugnandum, quàm est semper
M ad impugnandum, paratus inimicus. Sanè quatuor
sunt, Aspis, basiliscus, leo, draco, quæ in principio
sermonis posuimus, per quæ vniuersalem diaboli
malitiam intelligere possumus & debemus. Ferunt
Aspidis astutia. de aspide, quòd cum cœperit pati incantatorē, qui
eam quibusdam carminibus proprijs prouocat, vt
eam de cauerna educat, illa cum exire noluerit, vná
aurem in terram premit, alteram cauda obturat &
operit, sicque voces illas magicas non audiens non
exit. Aspis igitur, quæ suas aures obturando con-
tra vocem incātantis se pertinaciter seruat, ne exeat,
surdam & insensibilem contra nos diaboli pertina
ciam recte figurat. Hinc est, quòd de illis, quos vitio
suæ malignitatis obduratos, in malo pertinaces fa-
Psal. 57. cit, dicitur in psalmo. Furor illis secundum similitu
dinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis
aures suas. Quę non exaudiet vocem incantantium,
& venefici incantantis sapienter. Veneficus sapien-
ter incantat, dum doctor eruditus sapienter prædi-
cat, & totis viribus studet, vt peccatorem de suę pra
uitatis abditis ad lucem veritatis adducat. Sed aspis
terra, caudaque suas aures obturat, ne vocem incan
tantis audiat & exeat, dum peccator hinc amore ter
renorum victus, illinc de spe futuræ emendationis,
quam circa vitæ finem vel in fine quidam consequi
creduntur, sibi blādiens modis omnibus elaborat,
ne iustis monitis ad præsēs obediat: aspis itaque dia
bolum congrue figurat, qui in sua malignitate con-
tra nos velut surdus & insensibilis pertinaciter pse-
uerat. Peccatorem quoque recte significat, qui in
prauam consuetudinem suam trusus pertinaciter
renititꝰ, ne iustis monitis acquiescat. Sed nos charis-
simi diabolum, quem hoc loco per aspidem princi
paliter designari diximus, tones & tandiu fusis ad
Deum precibus, & sacris monitis ad alteruttum fa-
ctis incantemus, donec illum de sua pertinacia, qua
contra nos sęuit, & eius pestiferum virus de nostris, N
fraternisque cordibus potenter eijciamus. Basiliscus Basiliscus.
græce, latine regulus interpretatur eò quòd rex ser-
pentium sit, adeo vt eum videntes fugiant, quia flatu
suo serpentes necat, mustelis tamen vincitur. Muste-
la dicitur quasi mus longus. Nam telon longum di-
citur. Mustela itaque est animal longum, paruum, &
prudens. Per basiliscum ergo, quia inter sui generis Mustela.
animantia rex est, recte superbiam diaboli intelligi-
mus. Ipse est enim rex super omnes filios superbiæ.
Qui & suo flatu serpentes necat, dum multoties nó- Iob. 41.
nullos, qui deberent esse prudentes sicut serpentes,
prauis suggestionibus aspirans per culpam mortifi-
cat. Qui tamen a mustelis vincitur, dum ab illis, qui
sunt parui humilitate cordis, & longi vel potius lon
ganimes perseuerantia boni operis, prudentes acu-
mine discretionis, superatur. Leo, qui fortiter in a- Leo.
lias bestias furit, recte per suam ferocitatem & sæui-
tiam, sæuam diaboli crudelitatem designat. Draco Draco.
denique non in dentibus, sed in cauda suam virtutē
habet, & magis insidiando & delitescendo, quàm
aperte sæuiendo nocet: ab eo nec elephas sui corpo-
ris magnitudine tutus est. Nam circa semitas, per
quas solito gradiuntur, delitescens crura eorum no-
dis illigat, ac suffocatos perimit. Sicut ergo leo mani
festam diaboli crudelitatem exprimit, ita draco con-
grue designat eius occultam calliditatem. Diabolus O
itaque, sicut supra monstratum est, aspis est insensibi
li pertinacia, basiliscus elata superbia, Leo manifesta
sæuitia, draco occulta malitia. Sed miles Christi
aspidem, basiliscum, leonem, & draconem vincit
& conculcat, dum vniuersam eius nequitiam, quæ
per hęc quatuor figuratur, prudenter & potenter de-
bellat. Ad huius uero victoriæ palmam obtinendam
etiam ipsius Saluatoris verbis animamur, vbi Apo-
stolis loquens dicit. Ecce dedi vobis potestatem cal-
candi super serpentes, & scorpiones, & supra omnē Luc. 10.
virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Non enim
solum Apostolis, verum & vniuersis fidelibus suis
dedit potestatem aduersarias potestates superandi,
qui non tantum illis, sed & omnibus in se credenti-
bus dare dignatus est exemplum contra eas dimicā-
di. Hinc est etiam, quòd recumbentibus vndecim
Apostolis ait. Signa autem eos, qui crediderint, hæc
sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient. Et ite- Mar. vlt.
rum post pauca. Serpentes tollent, & si mortiferum
quid biberint, non eis nocebit. Sed nunquid fratres,
qa ista corporaliter & visibiliter non facimus, ideo
minime credimus? Absit. Sācta nimirū ecclesia, sicut P
dicit Beatus Gregorius, nunc quotidie spiritaliter
facit, quod tunc per Apostolos corporaliter facie-
bat. Nam sacerdotes eius cum exorcismi gratiam
manum credentibus imponunt, & habitare mali-
gnos spiritus in eorum mēte contradicunt, quid a-
liud faciunt quàm quòd dæmonia eijciuntur? Dū-
que bonis suis exhortationibus malitiam de alienis
cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pesti-
feras suasiones audiunt, sed tamen ad operationem

prauam

priuam minime pertrahũtur, mortiferum quidem est quod bibũt, sed non eis nocet. His omnibus edocemur fratres, non tam corporalia signa, quæ cum reprobis possunt haberi communia, quàm spiritualia, quæ diximus, amare: quæ tanto securiora sunt, quanto occultiora, & de quibus apud Deum eo maior retributio, quo apud homines minor est gloria. Hinc est quoque, quòd discipulis de eo quòd eis immundi spiritus subijciebantur gaudentibus Dominus ait. Nolite gaudere, quia spiritus subijciuntur vobis. Gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. Nos itaque charissimi nobis, cõtra spiritualem hostem dimicaturi spiritualibus armis induamur, vt habeamus scutum per fidem, galeam per spem, loricam per charitatem, gladium spiritus quod est verbum Dei, per prædicationem, & lanceã longam, quæ ad Deum erigatur, & in hostem dirigatur, per deuotam & impretermissam orationem. Super nostrum iumentum sedeamus, vt lasciuiam nostræ carnis deprimamus, frenum temperantiæ & discretionis illi imponamus, vt ab illicitis illud cohibeamus, & p uiã æquitatis dirigamus. Vrgeamus illud calcaribus ieiuniorum & vigiliarũ, ne torpescat in exercitatione virtutum, & exhibitione bonorum operum. Simus fortes in bello, & pugnemus cum antiquo serpente, vt regnum æternum percipiamus. Nemo nostrum in castris vitæ præsentis cõtra hostes dimicando torpeat, ne regnum æternum superatus amittat. Non enim segniter, sed viriliter & legitime certanti regni cœlestis corona reseruatur. Vnde pulchre quidam versificator ait.

Luc. 10.

Q

Excute torporem, qui cœli quæris honorem.
Non dabitur segni cœlestis gloria regni.

Quod nobis prestare dignetur Iesus Christus Dominus n̄r, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

¶ *In festo beatæ Mariæ.* Ser. LV.

R

Eccl. 24.

Quasi sturax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Et quasi balsamum nõ mixtum odor meus. Et quasi Terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Hæc sacrosancta verba charissimi, quę per Iesum filium Sirac in Ecclesiastico de sapientiæ laudibus elegantissime describuntur, beatæ & intemeratæ virginis Marię præconijs, magnificisque virtutibus conuenienter attribuuntur. Ipsa nimirum cęlesti sapientia præ cæteris mortalibus plenissime sibi donata per virtutes rebus hic descriptis figuratas vicit malitiam, obtinuit palmam, habet coronam. Cuius reuera fortitudo & laus Dominus, & factus est ei in salutem, fortitudo in pugna, laus in victoria, salus in gloria. Vnde rectissime beata virgo Maria per omnium ora fidelium laudibus sapientiæ suas potest virtutes attollere, & suę dignitatis gloriam per vniuersam ecclesiam commendare. Dicat ergo, dicat inquam præ cunctis mortalibus singulariter, dicat excellenter: Quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta: & quasi libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Et quasi balsamũ non mixtum odor meus &c. Storax, vt physicorum libri narrant, in potu sumptus raucitatem auferi, uocem clarificat. Vnde congrue gratiam diuinæ laudationis figurat. Quam gratiam beata Maria luculenter habuit, quia per Elisabeth de sua credulitate beatificata laudes Deo decantans ait. Magnificat anima mea Dominum. Quasi sturax itaque fuit, quia voce a peccati raucitate per supernam gratiam clarificata laudem Dei dignissime decãtauit. Galbani quoque fumigatio, sicut eorundem libri attestantur, reptilia fugat. Reptilia vero turpium cogitationum in humanis cordibus irreptionẽ apte significant. Quasi Galbanus, ergo beata Dei genetrix veraciter extitit, quia de sui cordis aditu, omnis immundæ cogitationis irreptionem propulsauit. Vngula, quemadmodum physici tradunt, herba quædam est sicut vngula caballi formata, & ab ipsis vngula caballina nominata. Quæ, quia frigidæ naturæ est, concupiscẽtiæ carnalis male blandientis extinctionem designare potest. Quamobrem beata Maria fuisse velut vngula bene creditur, quæ concupiscentiæ carnalis incendium rore gratiæ cęlestis in se potenter extinxisse nõ dubitatur. Gutta omnes inflaturas & tumores pellit, & ob hoc perfectæ humilitatis virtutem conuenienter exprimit. Quam virtutem sancta Dei genitrix excellenter habuit, quæ dum Dei mater ab angelo nominaretur humiliter respondit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et quasi Libanus non incisus. Libanus dealbatio interpretatur. Beata ergo Maria velut Libanus fuit p cãdorem castitatis, non incisus per integritatem virginitatis. Quidam dicunt non incensus, fuit etenim velut Libanus non incensus, quia flos castitatis eius candidissimus incendio libidinis non est adustus. Quasi, storax, inquit, & galbanus, & vngula, & gutta, quasi Libanus nõ incisus vaporaui habitationem meam. Talibus quippe aromatibus gloriosa, & sæpe nominata, semperque nominanda, & nulla obliuione tacenda virgo Maria suam habitationem vaporauit, quia talibus virtutibus ad pellendum malitiæ frigus suam sanctam conuersationem inflammauit. Et quasi balsamum non mixtum odor meus. Arbor Balsamus stipite similis est viti, folijs similis est rutę, albidioribus semperque manentibus. Arbor autem balsamus, lignum vero xylobalsamum dicitur, fructus siue semen carpobalsamum. Percussus aũt cortex balsami ferreis vncinulis guttã eximij odoris emittit. Quam adulterant oleo cypressino admixto, vel melle. Quæ si pura fuerit tantam habet vim, vt cum sol excanduerit, teneri in manu non possit. Odor autem beatæ Mariæ virginis quasi balsamum non mixtum existit, quia eius sanctam & synceram opinionem, qua terram & cœlum adimpleuit, nullius infamiæ fœtor corrumpit. Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos: & rami mei honoris & gratiæ. Terebinthus est arbor habens resinam omnibus resinis præstantiorem. Vnde congrue significat charitatem, de qua dicitur. Adhuc vobis excellentiorem viam demonstro. Si linguis hominũ loquar & angelorum, &c. Et post pauca. Nunc manent tria hæc, fides, spes, charitas. Maior autem horum est charitas. Tere-

S Storax.

T Galban⁹.

Vngula.

Gutta.

Luc. 1.

Libanus.

V

Balsamũ.

Therebinthus.

1. Cor. 12
1. Cor. 13

Terebinthus ista erigitur in cęlum per dilectionem Dei, & dilatat ramos suos in vniuersum mundū per dilectionem proximi. Rami eius sunt aliarum exercitatio virtutum, & exhibitio bonorum operū. Qui sunt honoris quia venerationis, & gratiæ quia pulchritudinis. Honoris alijs, gratiæ in semetipsis. Fructus eius iucunditas bonæ conscientiæ intus coram Deo, folia decor boni exēpli foris coram proximo. Beata itaque Maria quasi Terebinthus ramos suos extendit, quia charitate plena fuit, Deum super omnia, & proximum sicut semetipsam dilexit.

¶ Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.
Vitis. Vitis florendo fructificat, & eius fructus inebriat. Sic beata Maria per florem suæ virginitatis fructificauit Christum botrum nostræ redēptionis, qui suos electos inebriat in mūdo vino gratiæ, in cœlo vino gloriæ. Huius vitis fructum siue botrum idest Christū, botrus ille, quem duo viri exploratores filij Israel attulerunt in desertum in vecte, bene significat. Ipse nanque nobis est fructus vitæ, quo pascimur, & fundit nobis, sicut iam dictum est, primo vinum gratię, deinde gloriæ, quo inebriamur. Duo autem viri exploratores prophetas & Apostolos figurant, qui secreta patriæ cęlestis spiritu sancto duce explorauerunt, & Christum nobis per scripturas suas in hunc mundum attulerunt. Lignum autem vectis, lignum designat crucis, & sicut ille, qui præcedebat ex duobus viris botrum portantibus, botrum post tergum
V pendentē non vidit in vecte, sic præcedēs prophetarum cuneus Christum non vidit in cruce, ille autem qui sequebatur botrū vidit, quia chorus Apostolorum, qui post ipsum in mundo remāsit, & post ipsum de mundo recessit, & præsentē eum in carne, patientem in cruce conspexit. Decem exploratores, qui prauis sermonibus corda filiorum Israel ab ingressu terræ promissionis auerterūt, infideles Iudęos sub decalogo legis positos designāt, qui cęlestia ꝓmissa per fidem Christi quærere detrectāt. Duo aūt exploratores, qui populum ad eiusdem terræ introitum fideliter exhortati sunt, electos Christianos sub duobus preceptis charitatis positos exprimit, qui cœlestis patriæ iucunditatem introire totis visceribus concupiscunt. Istius vitis fructus congrue suauitas odoris appellatur, quia per eius aspirationem & prędicationem, quia suauis in cęlis est, a nobis e terra odoratur. Sed is, qui nobis nunc est suauitas odoris in mundo, postmodum nobis erit suauitas saporis in cęlo. Qui nunc est suauitas odoris in fide, tunc erit suauitas saporis in contemplatione. Qui nunc est suauitas odoris in spe, tunc erit suauitas saporis in re.
1. Cor. 13 Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem.

X ¶ Et flores (inquit) mei fructus honoris & hone-
Flores. statis. Flores beatæ virginis, i. virtutes eius, castitas, charitas, humilitas, immarcescibiliter florentes, flores sunt honoris & honestatis, quia Christus fructus eius, qui de virgine his floribus ornata processit, suis electis honorem & honestatem tribuit in terris, & eisdem se daturum spondet in cęlis. Beata itaq; Dei genitrix quasi vitis fructificauit, quia Christum verū botrum, qui nos vino gratiæ & gloriæ inebriare nō desinit, generauit. Sed quod est mirabile dictu, hic fructus est solus, qui suæ matri florem non abstulit, sed conseruauit & venustauit. Ergo beata & inteme- Y
rata virgo Maria præ cæteris mortalibus sapientiæ cęlestis aromatibus referta fuit quasi storax per clarissimam. i. dignissimam diuinę laudis decantationem, quasi galbanus per cuiuslibet immūdæ cogitationis fugationem, quasi vngula per concupiscentiæ carnalis extinctionem, quasi gutta per totius elationis depressionem, quasi Libanus non incisus per candidissimæ castitatis integritatem, quasi balsamum non mixtum per fyncerā opinionem, quasi Terebinthus per veram charitatem, quasi uitis per singularē fœcunditatem. Quāplurima sunt, fratres, quæ de his omnibus ad laudem sacræ virginis Mariæ dici possent, immo deberent, sed breuitas temporis, & prolixa celebritas diuinę laudis diutius his immorari nos prohibent. Sed nec debemus detinere sermone diē, quia sicut sermo opportunus est optimus, sic qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Nūc igitur Z
ad nosmetipsos redeamus, & in ijs, quæ dicta sunt beatam Mariam pro viribus imitari studeamus, vt eius mentis & precibus cum ipsa glorificari valeamus. Simus & nos quasi storax, clarificata voce cordium laudem Deo celebrando: quasi galbanus, reptilia cogitationum inutilium deuotis orationibus effumigando: quasi vngula, libidinem carnis extinguendo: quasi gutta, superbiam cordis subigendo: quasi Libanus, castitatem corporis custodiendo: quasi balsamum, bonam famam circūquaq; diffundēdo: quasi Terebinthus, Deum super omnia, & proximum sicut nosipsos diligendo. In his omnibus imitemur beatam Mariam sub breuitate temporis, vt cum ipsa gloriari mereamur in diuturnitate æternitatis. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *De anima obediente.* *Sermo. LVI.*

Legimus in veteris testamenti pagina de A
Ruth Moabitide, ꝙ Noemi suæ socrui Ruth.
adhærens, eiusque præceptis obediens,
Booz uiro potenti & diuiti meruit cōiu
gio copulari. Noemi, quæ interpretatur Noemi.
pulchra, significat doctorem ac pastorem ecclesiasticum varijs cęlestis gratiæ donis non solum exterius, sed & interius decoratum, occulta dedecoris secundum Apostolum abdicantem, non ambulantem in astutia, non verbum Dei adulterantem. Quem propterea fęmina figurat, quia spiritualem prolem Deo per suam prædicationem parere ac nutrire non cessat. Hinc est, ꝙ ad Galatas Apostolus scribens ait: Fi- Gala. 4.
lioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. Ruth, quæ interpretatur festinans, desi- Ruth.
gnat animam sui prælati sanctis monitis festinanter obedientem, nec in eius præceptis exequēdis moras vllas innectentem. Scit quòd Dominus non tam ho- 1. Re. 15.
locausta vult vel victimas q̃ vt obediatur voci eius, Ibidem.
& ꝙ melior est obedientia q̃ victima, & auscultare magis q̃ offerre adipem arietum, quōniā quasi peccatum est ariolandi repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Ruth ergo veraciter & bene festinat, dum obediens anima ad cuncta, quę sibi impe-

imperantur, siue honorabilia videantur siue turpia,
B festinanter aurem inclinat. Sciendum est autem, qđ obedientia aliquando, si de suo aliquid habet, nulla est: aliquádo vero minima etiam si suum aliquid nô habet. Cum enim locus superior imperatur, obedientiæ sibi virtutem euacuat, qui ad hunc proprio desiderio anhelat. Cum autem propria contumeliæ imperantur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientiæ sibi meritum minuit, quia ad
Exo. 3. hæc inuitus descendit. Hinc Moyses principatum pupuli humiliter recusat. Paulus audacter dicit:
Act. 21. Ego non solum alligari in Hierusalem, sed etiam
C mori paratus sum. Ruth itaque propter Noemi terram, deosque suos dereliquit, dum veraciter obediens anima doctoris ecclesiastici verbo vel exéplo prouocata, cuncta terrena & oblectamenta per dæmones oblata penitus postponit. Et inseparabiliter illi adhæret, dum illius doctrinæ præceptis amicabiliter assensum præbet. Ipsaque per omnem viã, qua incedit sequitur, dum illum in uitijs declinãdis, exercendisque virtutibus imitatur. Denique cũ illo in Bethlehem commoratur, dum intra sanctam ecclesiam sub eius consilio vel regimine sancte & honeste conuersatur.
Booz. Booz, qui interpretatur fortitudo Dei, & erat vir potens, & magnarum opũ, qui habe-
Ruth 2. bat messores, & cuius erat ager, in quo Ruth colle-
1. Cor. 1. git spicas, Christum significat. Christum enim credimus & cõfitemur cũ Apostolo Dei virtutem, & Dei
Matt. 28. sapientiam, qui est vir potens, quia data est ei omnis potestas in cœlo & in terra. Qui est etiam magnarũ opũ, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ &
Coloss. 2. sciẽtiæ abscõditi. Ager eius sancta scriptura est. Qui ager hinc habet hordeum per vetus testm̃, illinc frumentum per testamentum nouum. Messores sunt p̃dicatores, qui in hoc agro quotidie sentẽtias metũt, vnde fideles animas epulentur, & splendide pascã-
D tur. Imperfecti vero & infirmi non manipulos metunt, sed spicas colligunt, quia non maxima sed minima capiũt. Qui bene a mane vsque ad vesperam, quemadmodum Ruth, in agro stant, quia viriliter laborãt, vt ab ipsa inchoatione ad perfectioné perueniant. Vnde & Booz suis messoribus præcepit, vt si velint cũ eis metere, id est maiora inuestigare & capere, non prohibeant, immo & de suis manipulis ex industria tribuant, vt videlicet etiam de suis sententijs eos non negligenter instruant. Præcepit quoque suis messoribus, vt nemo Ruth colligenti spicas molestiam inferat, quia modis omnibus est cauendum, ne quis animę bonum incipienti idest, ad fidé, vel ad bonam cõuersationem recenter veniẽti scandalum ponat. Hinc est enim quod saluator ait: Qui susceperit vnum paruulum in nomine meo, me su-
Matt. 18. scipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis
Ibidem. istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et post pauca. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico autem vobis, quoniã angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Pusillus est, qui bonum incipit, & qui necdum in robur virtutis aut altitudinem perfectionis ascendit. Beatus quoque Paulus de molestia scã-
Rom. 14. dali fratribus infirmis nõ inferẽda sic dicit. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus aut scandalum. Et item. Noli cibo tuo perdere illũ, pro Ibidem.
quo Christus mortuus est. Hinc iterum dicit. Si esca 1. Cor. 8.
scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Et deinceps. Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & ecclesiæ Dei, sicut ego per om- 1. Cor. 10.
nia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Concessit Booz Ruth, vt cum pueris suis panem comederet, buccellam suam in aceto intingeret, & de aqua, quæ erat ad sarcinulas dum sitiret, biberet: quia Christus, qui est clemẽtissimus paterfamilias bene tribuit animæ recenter conuersæ cum suis electis panem sanæ doctrinæ, ne deficiat in via virtutis & boni operis, & acetum timoris acriter pungentis, de quo scriptum est: Confige timore tuo carnes meas, a iudi- Psal. 118.
cijs enim tuis timui: ne dissoluatur in prosperis: & aquam refrigerantis consolationis, ne frangatur in aduersis. Panis enim sustentat, acetum pungit, aqua refrigerat. Si sitieris (inquit) vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus pueri bibunt. Notandum de E
aqua, quòd ad sarcinulas requiri iubetur, quia qui sarcinæ virtutis exercendæ & boni operis exhibendi humerum libenter supponit, ipse diuinę consolationis refrigerium promeretur. Hinc est, quod psalmista dicit. Secundum multitudinem dolorum Psal. 93.
meorum in corde meo, consolationes tuæ lętificauerunt animam meam. Et item. In die tribulationis Psal. 76.
meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Renuit consolari anima mea, consolatione. s. terrena: memor fui Dei & delectatus sum, accepta videlicet consolatione diuina. Quisquis autem a pio onere virtutis & boni operis se elongat, refrigerio supernæ consolationis se defraudat. Vnde bene de sapientia dicitur: quòd non Iob. 28.
inuènitur in terra suauiter viuentium. Ad sarcinulas itaque, idest ad exercitium, laboremque virtutis & boni operis pergat, quisquis aqua sapiẽtię salutaris potari desiderat. Quòd autẽ nõ sarcinas, sed sarcinulas Booz dicit, concordare videtur verbo dominico, vbi ait. Iugum meum suaue est, & onus meum Matt. 11.
leue. Et Beatus Ioannes. Mandata eius grauia non 1. Ioan. 5.
sunt. Mandata nãque diuina, quæ a reprobis importabilia dicuntur, incipientibus quidem & infirmis aliquantulum grauia sunt, sed perfectis esse leuia cõprobantur. Perfecte nempe Deum diligentibus esse ea leuia psalmista demonstrat dicens. Viam man- Psal. 118.
datorũ tuorũ cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Habet itaque Ruth cum pueris Booz panem, acetũ, & aquã: quia vere pœnitens anima habet cum puris & electis animabus in Christũ credẽtibus panem in eruditione, acetum in increpatione, aquam in visitatione. Panis iste confert virtutem sustentationis, acetũ salubritatem timoris, aqua refrigerium consolatio- F.
nis. Reliquiæ ciborum, quas Ruth colligebat, possunt intelligi quædam sacræ doctrinæ verba minora, quæ post se perfecti relinquunt, dum maiora & in semetipsis exercent, & alijs distribuunt. Quæ minora Ruth libenter colligit, quia animæ esurienti quælibet minima vel etiam amara, magna & dulcia videntur. Non vadas (inquit) ad colligendum in alterum agrum, nec recedas ab hoc loco,

loco, sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, se-
quere. Ager alter & alienus est omnis liber hæretico
rum, in quo Booz dissuadet Ruth spicas colligere,
quia Christus admonet animam ad se conuersam
prauas hæreticorum assertiones non recipere. Quæ
tunc vere puellis eius iungitur, & eas in metendo se
quitur, dum sanctis animabus fideliter adhærẽs eas
in sacris lectionibus imitatur. Ruth igitur alienigena
in agro Booz spicas colligit, dum peccatrix sed con-
uersa anima verba Dei studiose legit; & collecta vir-
ga cædit & excutit, dum quæ legit per solertem me-
ditationem, verum a falso, vel spiritalem intellectũ a
litera recte discernit. Collecta denique & excussa in
domum portat, dum quæ legit & meditatur intra
sanctam conuersationem suam effectui boni operis
mancipat. Domus enim, in qua quis conuersatur, cõ
uersationem recte significat. Vnde & per quendam
sapientem dicitur. Si nõ in timore Domini tenueris
te, cito subuertetur domus tua. i. bona conuersatio
tua. Vel certe collectam & excussam messem in do-
mum ferre est lectione & meditatione cognita, pro-
bataq; bona, per affectum & effectum virtutis & bo
ni operis intra conscientiam collocare. His itaq; pe-
G ractis cernens Noemi nurum suam magnam apud
Booz gratiam inuenisse, dat cõsilium, quo possit ad-
huc maiorem inuenire, quia vnusquisq; pastor bo-
nus, dum in anima sibi credita cõualuisse Christi gra
tiam animaduertit, vt maiorem adhuc apud eum ha
bere gratiam possit, studium impendit. Dicit ergo. Fi
H lia mi, quæram tibi requiem, & prouidebo tibi, vt
bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iũcta es,
propinquus noster est, etiã hac nocte aream hordei
ventilat. Lauare igitur, & vngere, & indue te cultio-
ribus indumentis, & descende in aream. Non te vi-
deat homo, donec escam, potumq́ue finierit. Quan-
do autem ierit ad dormiendum, nota locum, in quo
dormiat, veniesq;, & discooperies pallium, quo ope
ritur a parte pedum, & proijcies te, & ibi iacebis. Ip-
I se autem dic t tibi, quid debeas facere. Noemi pa-
stor ecclesiasticus, Ruth subiectus, Booz Christus,
propinquitas bonitas. Hãc etenim propinquitatẽ nõ
facit cognatio sanguinis, sed affinitas sãctitatis. Hinc
Saluator ait. Quicunq; fecerit volũtatem patris mei,
Matt. 12. ipse meus frater, soror, & mater est. Et Beatus Ioan-
Ioan. 1. nes. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis po-
testatem filios Dei fieri his, qui credunt in noie eius.
Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis,
neque ex volũtate viri, sed ex Deo nati sunt. Nox est
vita præsens, dum sub velamine sacramentorũ perci
pimus cęlestium gratiam donorum. Nox est, dũ no-
stras conscientias alter alterius non videmus, sed qd
alter de altero cogitet ignoramus. Nox est, quia vido
1. Cor. 13 mus per speculum & in ænigmate, nondum facie ad
faciem, & ambulamus per fidem, nondum per spe-
ciem. In hac nocte Booz suam aream ventilat, quia
Christus non tantum ecclesiam sanctam ab ipsius
persecutoribus vel male viuentibus hominibus, ve-
rum etiam vnamquanque fidelem animam a prauis
cogitationibus, & a falsa, carnaliq́ue intelligentia in
K sacra scriptura diligenter purgat. Sane anima fidelis
& obediens lauatur, dum crebris fletibus a culpæ ve
teris sordibus emundatur. Hinc Hieremias admo-
net dicens: Deduc quasi torrentem lachrymas per Thre. 2.
diem, & noctem non des tibi requiem, & nõ taceat
pupilla oculi tui. Vnguẽta sunt dona spiritalia, quia
sicut vnguentis vulnera sine dolores corporum, sic
sacris donis sanantur ac mitigantur vulnera siue do-
lores animorum. De his donis Apostolus sic dicit:
Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.
Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, a- 1. Cor. 12
lij sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatum,
alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio
spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio
sermonum. Et Esaias. Requiescet super eum spiritus Esa. 11.
Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõ-
silij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & re-
plebit eum spiritus timoris Domini. Hæc dona, fra-
tres, vera sunt vnguenta, & eorum perceptio vera est
vnctio. Sed & virtutes, quæ de ipsis donis oriuntur,
vnguenta non inconuenienter appellantur, quia eo-
rum exercitatio perfecta est vnctio, quæ & vermes
in nobis vitiorum consumit, & affectiones peccatis
vulneratas sanitati restituit. Vestimenta sunt opera.
Vestimenta cultiora opera præcipua, vt sunt sex ope
ra misericordiæ, dare panem esurienti, potum sitien
ti. &c. Et si quis istis circundatur quasi mundis vesti-
bus & pretiosis adornatur. Ruth igitur post spica- L
rum collectionem & excussionem lauatur, vngitur,
& vestitur, quia fidelis anima post acceptam in scri-
pturis per lectionem & meditationem veritatis co-
gnitionem, & lauatur per compunctionem, & vngi-
tur per spiritalium charismatum æmulationem, &
virtutum exercitationẽ, & vestitur per bonam actio-
nem. His ita compositus in aream descendere, est in-
tra cordis planitiem quemlibet post accepta benefi-
cia semetipsum humiliare. Quasi enim supra se est
homo per elationem, sed ad se redit, & in se descen-
dit per humiliationem. Est & alia humiliatio, quæ
præcedit istam, sed altera est ad beneficij perceptio-
nem. Ista autem est ad beneficij augmentationem. A
parte denique pedum pallium discooperire, & ibi se
proijcere siue iacere, est sacramentum nostræ redem
ptionis humiliter inuestigando considerare, & Chri
sti perpetuam coniunctionem per ipsius incarnatio-
nis fidem humiliter & indesinenter postulare. Sed
tãtam accessionem & familiaritatem nullatenus ani-
ma præsumat, nisi eum cibo & potu exhilaratum, &
in lectum pacis ac quietis collocatum uideat. Cibus
Christi siue potus est, vt fiat voluntas patris eius. Ioan. 4.
Hinc est, quod discipulis suis ait: Ego cibum habeo
manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, vt
faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam
opus eius. Non igitur anima quælibet Christi sacra- M
mentum discutere, tractare, percipere, vel ab ipso
grandia postulare vllatenus audeat, nisi prius exhi-
bitis sanctis operibus illum erga se lętificatum & pa
catum agnoscat. Quid enim communicabit caca- Eccl. 13.
bus ad ollam? Quando enim se colliserint, con- 1. Cor. 11
fringetur. Et Apostolus. Qui manducat & bibit in-
digne, iudicium sibi manducat & bibit. Hinc quum
Moyses post mortem Nadab & Abiu quæreret Elea-
zar & Ithamar de hirco, quem exustum reperit, quod
eum non comedissent, respondit ei Aaron. Oblata
est hodie victima pro peccato, & holocaustum co-
ram

ram Domino. Mihi autem accidit, quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut quomodo placere Domino vel (ficut quidam legunt) placere Domino in cęrimonijs mente lugubri? Sed & de
Prou. 28. oratione ſcriptum eſt, quòd qui auertit aurem ſuā
N ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quiſquis ergo quoquo modo vult ad Deum accedere, vel ab eo quicquam poſtulare, ſtudeat prius neceſſe eſt ſuam conſcientiam coram eo bene operando, & ſemetipſum humiliando ſerenare, & per hoc Chriſtum quaſi cibo reficere, ac potu exhilarare, & quietum erga ſe reddere. Cibus tamen & potus, quem Booz ſumpſit, non Ruth dantis, ſed facultatis ipſius Booz fuit, quia noſtra actio Chriſti eſt donatio, nec eſt noſtræ facultatis, ſed gratiæ cęleſtis, non enim volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ipſe (inquit) dicet tibi, quid debeas facere. Si enim quod noſter prælatus præcipit nobis, obedienter facimus, vnctio Chriſti de cætero docet nos de omnibus. Laudat denique Booz Ruth, quòd non eſt ſecuta iuuenes: & Chriſtus laudat animam ſibi fideliter appropinquantem, quòd non ſequitur
O dæmones, vel reprobos homines ad prauitatem agiles & leues. Nunc itaque chariſſimi nobis ad noſmetipſos reuertentes ex his omnibus ſtudeamus ad agnitionem veritatis erudiri, ad amorem bonitatis inflammari, ad exercitium virtutis incitari, ad effectum boni operis informari, ad promerendum ſalutis præmium prouocari. Relinquamus terram, deosque noſtros, noſtris antiquis prauitatibus, dæmonumque ſuggeſtionibus abrenuntiando: ſequamur paſtorem noſtrum, eum in ijs, quę rectè gerit imitando, adhæreamus ei, eum veraciter amando. Obediamus ei, cuncta, quæ præcipit ſolerter operando. Habitemus cum ipſo in Bethlehem, cū ipſo in ſancta eccleſia honeſte conuerſando. In agro Booz ſpicas colligamus & excutiamus, & in domū noſtram feramus, noſtri ſaluatoris verba legendo, meditando, & in memoriam vel noſtram conſcientiam (vt ſupra dictum eſt) recondendo: nec in alieno colligamus agro, prauas hæreticorum aſſertiones reſpuendo. Lauemur deinde noſtra crimina deplorando, vngamur dona ſpiritalia æmulando, virtutesque, præſertim charitatem ſecundum Apoſtolum ſectando, veſtiamur ſex opera miſericordiæ effectui mancipando. Diſcendamus denique in aream, nos intra cor noſtrum humiliando, diſcooperiamus à parte pedum pallium quo operitur, ſacramentum noſtræ redemptionis humili conſideratione inueſtigando, & illic nos proijciamus & iaciamus, per fidem paſſionis eius illi copulari humiliter & abſque intermiſſione poſtulādo. Talibus etenim inſiſtentes promerebimur ab eo velut Ruth à Booz accipere primum quidem tres annunæ modios per fidem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, deinde ſex modios per perfectionem totius ſanctitatis, tādem, que illi copulari nuptiali thalamo in mundo per guſtum internæ dulcedinis, & in cęlo per gloriam beatitudinis. Quod nobis præſtare dignetur Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui eſt Deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ *De quolibet prælato, vel doctore.*
Sermo. LVII.

Dixit Booz ad Ruth: non me abnuo pro P
pinquū, ſed eſt alius me propinquior. Si Ruth. 3.
ille voluerit te iure propinquitatis retinere, bene res acta eſt. Sin autem ille noluerit, ego te abſque dubitatione ſuſcipiam. Ruth, quę interpretatur feſtinās, ſanctam eccleſiam rectè figurat, quæ præcepta cœlitus ſibi data tota deuotione complere feſtinat. Cuius maritus nō incōuenienter intelligitur Chriſtus, de quo ſcri-
ptū eſt: Qui habet ſpōſam, ſpōſus eſt. Et beatus Apo Ioan. 3.
ſtolus ait, Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemetipſum
tradidit pro ea, vt illā ſanctificaret, mūdans eā lauacro Ephe. 5.
aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Cui ſponſæ idem ſponſus ex eo quodā modo quaſi mortuus exiit ex quo
vt homo inter homines viuere & cōuerſari deſijt. Philip. 2.
Ex quo vt ait Apoſtolus: Humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſque ad mortem, mortem autem cru-
cis. Chriſtus etenim licet reſurgens ex mortuis iam Roma. 6.
non moriatur, & mors illi vltra non dominetur: quod enim viuit, viuit Deo. In eo tamen quòd in lōginquam regionem accipere ſibi regnum peregre
profectus eſt, & corporaliter abſens eſt, illi quodam Q
modo mortuus eſt. Cuius propinquus, immo propinquior eccleſiaſticorum prælatorum cœtus eſt.
Quamuis namque cuncti vere Chriſtiani Chriſti Matt. 12.
propinqui rectè dicantur, ſicut ipſe teſtatur dicens; Quicunque fecerit voluntatem patris mei, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt, tamen eccleſiaſtici paſtores, ad quorum miniſterium pertinet docendo, baptizando, cæteriſque ſacramentis imbuendo, & confirmando credentes ſpirituale ſemen Chriſto generare, maxime propinquiores illi exiſtunt. De
hoc ſemine Chriſti Eſaias ſic ait: Si poſuerit pro pec Eſa. 53.
cato animam ſuam videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Quod ſemen ne quolibet tempore deficeret Chriſti propinquus idest ſanctorum prælatorum chorus modis omnibus debet prędicando pręcauere. Dū autem ſancti doctores prædicant, non ſibi ſed Domino generant, quia in eo quod docendo ſpiritalē prolem gignunt, nō ſuam ſed Chriſti laudem quærunt, Et quoniam cuncta, quæ agunt, in gloriam Dei faciunt, veraciter dicere poſſunt. Non nobis Domine
non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Qui videli- R
cet prælati ſiue doctores ſancti quaſi intus duas habent caligas, per cognitionem veritatis & amorem virtutis: & duo calciamenta foris apparentia per verbum prędicationis, & exemplum boni operis. Quorum calciamētorum, cui alterum vel vtrumq; deeſt, ad ſuſcitandum Chriſto ſemen idoneus non eſt. Vt enim non noſtris ſed ſanctorū patrū vtamur verbis tam vita quàm doctrina clarere debet doctor eccleſiaſticus. Ni doctrina ſine vita arrogantem reddit, vita ſine doctrina inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda eſt, vt quod docet verbo demonſtret exemplo. Vera eſt enim illa doctrina

quam

quam viuēdi sequitur formam. Nam nihil turpius est, quã si bonū quod quisque prædicat, explere ope re negligat. Tunc enim prædicatio vtiliter profertur, quando efficaciter adimpletur. Vnusquisque ergo doctor & bonæ actionis & bonæ prædicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum. Nam sicut nec doctrina sine vita, sic nec vita sufficit absque doctrina. Sanctè nimirum debet quisque prælatus viuere propter exēplum, & pie docere propter suæ administrationis officium, certus quòd ipsi sua iustitia non suffragetur, de cuius manu anima subditi penitus exigitur. Quid enim proderit non puniri de suo, qui puniendus est de peccato alieno? Mentior, si hoc Dominus per prophetam sub cuiusdam terroris denuntiatio-
Ezech. 3. ne non loquitur dicens: Fili hominis, si me dicente ad impium, morte morieris: non fueris locutus, vt se custodiat impius a via sua: ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram. Sed & si conuersus iustus fecerit iniquitatem, morietur, quia non annuntiasti ei, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto, vt non peccet & ille nō peccauerit, viuēs viuet, quia annuntiasti ei, & animam tuam liberasti. Liquet ergo, quòd nec doctrina sine vita, nec vita sine doctrina prælato sufficit, vt spiritalem Christo prolem gignere possit. Quod si alterum deesse contigerit, melius est e duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam quàm eloquentiam peccatricem. Quod si vtrunque defuerit, non solum ad suscitandum Christo semen inutilis, sed velut arbor infructuosa terram occupans sibi quoque commissis noxius erit. Vnde sancta ecclesia talem pastorem, qui solo nomine non etiam re, potestate non vtilitate præest, merito propinquum Christo non agnoscit. Et coram Booz, idest quolibet ecclesiastico doctore verbo sapientiç & sciæ diuite, & virtutū vigore potēte, suscitationē spiritualis seminis ad cōseruādam perennitatem Christiani nominis humiliter requirit. Est enim doctor ecclesiasticus propinquus Christo gratia doctrinæ, sed pastor, cui animarum cura commissa est, propinquior est debito & obligatione pastoralis curæ. Quo coram senioribus Bethlehem, idest perfectioribus sanctæ ecclesiæ viris reuerenter admonito, vt cura curam sibi iniūctam satagat: dum ille id implere recusat, diuina sæpe dispensante gratia, quasi vtrunque calciamentū amittit, dum curam regiminis, per quam sanctam ecclesiam spirituali prole fœcundare debuerat, dimittit: & ecclesiasticus doctor vtrunque calciamentum accipit, dum eius loco subrogatus verbo & exemplo sanctam ecclesiam, vt ad honorem Christi spirituali semine fœcundetur, incessanter instruit. Sic loco Iu-
S dæ Matthiam Apostolorum senatus substituit, & loco Iudæorum plenitudo Gentium subintrauit. Sicut ipse Dominus Iudæis ait: Auferetur a vobis re-
Matt. 21. gnū Dei, & dabitur genti faciēti fructus eius. Hinc est, quod episcopo Philadelphiæ dicitur. Tene qđ
Apo 3. habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Hinc est etiam, quod episcopo Ephesi dicitur. Habeo aduer-
Apo. 2. sum te pauca quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi cito & mouebo candelabrum tuum de loco suo. Candelabrum nanque cuiuslibet reprobi pastoris de loco suo mouetur, dum ecclesiastica dignitas illi collata exigentibus peccatis eius velut inutili & indigno aufertur, & ad alterum transfertur, & illi velut digno & fructuoso confertur. Quod crebro fieri videmus, vt videlicet reprobis de sua statione propulsatis, alij loco eorum substituantur, per quos ecclesiastica iura secundum debitum exerceantur. Talis denique pastor merito discalciatus vocatur, dum munimento verbi & exempli, quantum ad ecclesiasticum spectat ministerium, spoliatur, & vtriusque merito, prę mioque denudatur. Qui dum suæ vitiositatis familiam generare & protelare diligit, calciamenta prædicationis & operationis, quibus suos in præparatio nem euangelij pacis munire debuit, alteri relinquit. Psal. 118.
Sed vtinam secundum imprecatione psalmistæ: Fiant nati eius in interitum, in generatione vna deleatur nomen eius. Cuncta vero, quæ fuerūt desun cti, in possessionem priuilegio eius venturis transeūt, quia præsertim sancti & perfecti rectores animarū, opera, quæ Christus fecit, & ipsi faciunt, & maiora horum faciunt. Quę tamen omnia, secundum quòd de parte agri Elimelech vendenda datur intelligi, Ruth. 4.
emunt: dum suis rebus ac voluntatibus abrenūciāt, vt diuinæ voluntati obediunt. Hinc est, quòd beatus Petrus Domino dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Sic & negociator prudens in- Matt. 19.
uenta vna pretiosa margarita dedit omnia sua, & cō parauit eam. Dixerunt maiores natu Bethlehem ad Booz. Faciat Deus hanc mulierem, quæ ingreditur T
domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel. Seniores Bethlehem pro Ruth Booz orant, quia perfecti quique in sancta ecclesia prælatum ecclesiasticum, & totam congregationem illi commissam continuis orationibus adiuuant. Et quemadmodum Rachel & Lia ædificauerunt domum Israel, ita Ruth domum Booz ædificat, dum sancta congregatio fideli commissa prælato, & eius ministerio spirituali semine fœcundata, spiritalem illi sobolem, viros scilicet spiritales, alios in contemplatione quietos, alios in actione laboriosos, multiplicat. Et est in exemplum virtutis in Ephrata, dum eius obedientia claret in vniuersali ecclesia. Et habet celebre nomen in Bethlehem, dum per vniuersam ecclesiam celebrem spargit opinionem. Domus denique Booz de semine, quod illi Dominus ex ea dat, fit sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ: dum plerique ex ea eius prędicatione geniti a peccatis pristinis amaritudine saluberrimæ confessionis purgati, ac deinde dono præcipuæ scientiæ & virtutis a multis alijs diuisi, culmine nōnūquàm V
ecclesiastici regiminis merentur exaltari. Thamar Thamar.
enim interpretatur amaritudo, Iudas confitens, Phares diuisio. Et in hoc progenies Phares, quem Thamar peperit, inde longe ab alijs tribubus filiorum Ruth. 4.
Israel diuisa extitit, quòd ex ea regalis dignitas processit, sicut & in libro Ruth declaratur, vbi scriptum est. Phares genuit Esron, Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naasōn, Naasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit

nuit Obed, scilicet ex Ruth, Obed genuit Isai, Isai
X genuit Dauid regem. Nunc ergo, charissimi, ad nosmetipsos reuertentes istum spiritualem Booz semper nobis praeesse desideremus, & illum inutilem propinquum super nos regnare formidemus. Quando bonus pastor ecclesiae datur, ex dono Dei est. Quando autem reprobus praeest, peccatis hominum
Iob. 34. exigentibus est, quia Deus super gentem, & super omnes homines regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi. Non est ergo iudicandus a
Y plebe rector inordinatus, dum magis nouerint populi sui fuisse meriti, peruersi regimen suscepisse põtificis. Nam pro meritis plebium disponitur a Deo vita rectorum exemplo Dauid peccantis ad comparationem principum, qui ex merito plebis praeuaricantur. Quod si a fide exorbitanerit rector, tunc a subditis arguendus est. Pro moribus vero reprobis tolerandus, magis quàm distringendus a plebe est.
Z Nunc ergo charissimi nobis huiusmodi praelatos in his, quae inordinate gerunt, temere lacerare non prę sumamus. Et secundum beati Gregorij sententiam nemo nostrum etiam iniuste ligatus sui pastoris sententiam temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus sit, tumidae reprehensionis superbia, culpa, quae nõ erat, fiat. Si autem verum Booz videremus spiritale semen ad propagandum nomen Christi verbo prędicationis, & exemplo boni operis solicite suscitare gaudeamus. Et nosipsi bene viuendo, & alter alterum admonendo consortes illi esse in merito studeamus, vt illi consortes in praemio fieri mereamur. Quod nobis praestare dignetur Dominus noster Iesus Christus, qui est f.o.d.b. in secula. Amen.

¶ *Quid significent necessaria vitę humanae.*
Sermo. LVIII.

A
Eccl. 39. IN Ecclesiastico legimus, quod eiusdẽ libri auctor de necessarijs humanae vitae rebus faciens mentionem dicit: Initium necessariae rei vitę hominis, aqua, ignis, & ferrum, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuae, & oleum, & vestimentũ. Et sicut alibi quibusdam ex his positis addit, domus protegens turpitudinem. Superius quippe quodam
Eccl. 29. loco dixerat: initium vitae hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegẽs turpitudinem. Hic nunc addit plura alia, & quaedam prioribus dulciora, & suauiora, & gratiora, vt est lac, mel, botrus, oleum, quia multiplicata secundum incrementum temporis infirmitatis humanae miseria, oportuit etiã
Necessitas. vt multiplicarentur eius necessaria. Et dum creuit infirmitas, creuit cõsequenter & necessitas. Est autem necessitas, sine qua quid esse non potest, sed quia haec fecit, deinde secundum ea, quę carni sunt necessaria, nos ea tunc ad spiritum vertamus, & ad nostrę mortalitatis informationem quomodo spiritaliter
B intelligi possint, requiramus. Aqua in sacra scriptura
Aqua. Compunctio duplex. gratiam compunctionis, fletumque quandoque significat. Sunt autem duo compunctionis genera per aquam in deserto de petra his productam figurata, vnum, quod ex dolore culpae & timore poenae nascitur, alterum, quod ex consideratione percepto-

rum caelestium donorum, & amore diuino generatur. Quae duo compunctionis genera per Esaiam prophetam manifeste distinguũtur, vbi ait: Et erit Esa. 4.
omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur, qui scriptus est in vita in Hierusalem: si abluerit Dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit, spiritu iudicij & spiritu ardoris. Per spiritum enim iudicij designatur compũctio, quae nascitur ex timore, per spiritum ardoris compunctio, quae nascitur ex amore. Diuinum quippe iudicium infert timorem, diui- C
nus autem ardor confert amorem. Sicut autem compunctionis, sic & peccati duo videntur esse genera, Peccati duo genera.
vnum in carne, alterum in spiritu, idest vnum carnale, alterum spirituale. In carne luxuria, in spiritu malitia. Luxuria est macula, malitia ruga. Per sordem exprimitur macula luxuriae, Per sanguinem ruga malitiae. Quod vero per sanguinem malitia cordis exprimitur, aperte monstratur, vbi dicitur de remedio eius. Hinc Hieremias ait: Laua a malitia cor tuum Hier. 4.
Hierusalem, vt salua fias. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiae? Sanè spiritus iudicij lauat sordem, dum homo in his, quae illi secundum luxuriã dulcia fuerant, timore diuini percussus iudicij sibimet amarescit. Et spiritus ardoris abluit sanguinem dum in his, in quibus erga proximum amarus extiterat, caelestis amoris ardore tactus, intrinsecus erga eundem suauiter edulcescit. Gratia ergo compũctionis omnia peccata siue carnalia siue spiritualia lauat quia spiritus iudicij sordem, & spiritus ardoris sanguinem emũdat. Quamuis autem haec ita distinguamus, vt spiritu iudicij sordem, spiritu ardoris sanguinem lauari dicamus, vtrũque tamen vtrobique operari idest sordem, sanguinemque mundare intelligere debemus. Timor quippe & amor, qui iustificandis peccatoribus per spiritum sanctũ infunduntur, ita sibi cooperantur, vt siue sint carnalia siue spiritalia peccata timore praecedente, amore sequente efficaciter abluantur. Et quia veram compunctionem manifestum est comitari veram confessionem, congrue postquàm aquam necessariam dixit, sta- D
tim & ignem esse necessarium adiunxit. Ignis nempe confessionem significat, quia ignis rubet, & confessio verecundiae ruborem habet. Vnde Paulus ait: Ignis. Rom. 6.
Quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nũc erubescitis? Possumus quoque per ignem satisfactionis laborem, vt sunt ieiunia, & caetera talia figurare. Cuius laboris ignis quoscunque in pręsenti saeculo perfecte cremando purgat, eos in sequenti seculo infernalis vel purgatorius ignis minime cruciat. Huius ignis & huius aquae psalmista luculenter fructum exprimit, vbi dicit. Transiuimus per ignem & Psal. 65.
eduxisti nos in refrigerium. Per aquã enim & ignẽ transimus, & in refrigerium ducimur, cum per compunctionem & confessionem siue etiam satisfactionem purgari ab angustia doloris & timoris, quã pro peccatis nostris patiabamur, requiescimus. Cuius refrigerij iucunditatem ille solus veraciter nouit, qui hanc experiri gratia largiente diuina promeruit. Et E
ferrum. Per ferrũ qñ in bona significatione ponitur, Ferrum.
recte virtus seueritatis intelligitur. Post aquam ergo & ignem ferrum nobis dicit necessarium, quia post-
quàm

quàm flendo, confitendo, vel etiam satisfaciendo
malis perpetratis abrenuntiamus, nisi magnæ seue-
ritatis gladio tentationum blandimẽtis per hostem
antiquum grauius solito contra nos sęuientibus re-
sistamus, ad mala, quæ reliqueramus, vel certe ad
grauiora peccata, visco illecebrarum rapti cito redu
Luc.11. cimur, & fiunt tunc nouissima nostra peiora priori-
bus, septem spiritibus illo, qui prius nos possede-
rat, spiritu nequioribus in nos cum illo ingressis &
inhabitantibus. Vnde necesse est, vt magnæ seuerita
tis animaduersione caput hostis antiqui in his allid
F tibus conteramus. Et ad petram eius paruulos alli-
Lac. damus. Et lac & panis. Sicut ex diuersis scripturarũ
locis intelligimus, per lac doctrinam inchoantibus,
Panis. per panem doctrinam perfectis exhibenda conue-
nienter accipimus. Vnde de hoc lacte beatus Petrus
ad eos, qui nuper crediderant ait. Sicut modo geni-
1. Pet.2. ti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite,
vt in eo crescatis in salutem. Et beatus Paulus ad Co
rinthios. Non potui vobis loqui tanquàm spiritali-
1. Cor.3. bus, sed quasi carnalibus, tanquàm paruulis in Chri
Heb.5. sto lac vobis potum dedi, non escam. Hinc Hebręos
redarguens ait. Cum deberetis magistri esse propter
tempus, rursus indigitis vt doceamini quæ sint ele-
menta exordij sermonum Dei, & facti estis, quibus
lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim, qui la-
Ibidem. ctis particeps, expers est sermonis iustitiæ Paruulus
enim est. De pane autem statim subiunxit. Perfecto
rum autem est solidus cibus, qui pro consuetudine
exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac
1. Cor. 2. mali. Et itẽ ad Corinthios dicit, sapientiã autẽ loqui-
mur inter perfectos. Simplex ergo doctrina incipiẽ-
tibus velut lac paruulis, & profunda & multiplex
G necessaria est pfectis quasi panis adultis. Et notãdũ,
Similagi-neus. ꝙ cũ dixisset panis addidit, similagine*, q a ablato fur
fure literę dispẽsatur pfectis simila spiritalis intelligẽ
tiæ. Post aquam ergo, ignem, & ferrum, lac cum pa-
ne dicit esse necessarium, vt athletam Christi, quem
aqua & ignis a culpa præterita exhibent mundum
ac purgatum, quemque ferrum armat contra hostis
antiqui mortiferum blandimentum, hunc lac cum
pane ad exercitium virtutum, & bonorum effectum
operum reddat robustum. Et mel & botrus vuæ. So
H let diuina pietas de infidelitate ad fidem, siue de cul
Mel &c. pa ad pœnitentiam conuersis, antequàm accepta ve-
ritatis cognitione, laboriosum virtutum & bono-
rum operum exercitium ingrediantur, aliquid inter
næ dulcedinis & consolationis dispẽsare, ac per hoc
ad spiritale meritum, meriuque præmium eos effica
citer prouocare. Hinc est, quòd beatus Petrus dum
nuper conuersos ad fidem ad salutem obtinendam
1. Pet.2. crescere commoneret, ait. Si tamen gustastis quoniã
suauis est Dominus. Hinc per Iob ad Dominum de
Iob.7. homine per diuinam gratiam magnificando dicitur.
Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Dilu-
culo quippe Dominus hominem visitat, & subito il
lum probat, dum in principio conuersionis vel con-
uersationis eius quid sit internę dulcedinis sapor ac
supernę consolationis gustus misericorditer illi de-
monstrat, ac statim illum fornace perfectionis vitæ
velut figulus fictile vas tentat, vt per hoc homini in-
notescat quantum proficiat. De hac tentatione siue
probatione scriptum est. Vasa figuli probat fornax, Eccl.27.
& homines iustos tentatio tribulationis. Tribulatio
autem iustorum in exercendis virtutibus, & exhibẽ-
dis bonis operibus consistit. De hac tentatione vel Sap 3.
probatione iustorum scriptum est. Deus tẽtauit eos,
& inuenit illos dignos se. Tanq̃ aurum in fornace
probauit, & quasi holocausti hostiæ accepit eos. Do
minus ergo diluculo suum electum, sicut diximus,
visitat per cõsolationem, sed subito probat per exer-
citationem. Et hinc item scriptum est. Exitus matuti Psal. 64.
ni, & vespere delectabis. Exitus etenim matutini, &
vespere Dominus delectat, quia principium bonæ
conuersationis consolatione, & finem retributione
lætificat. Medium autem diei, non tam delectationi
q̃ feruido accommodat æstui, dum medium meriti
non tam consolationi quam districtæ mancipat pro
bationi. Quia ergo Dns ante districtionẽ probatio-
nis nonnunq̃ infundit animæ suauitatẽ suæ consola
tionis, recte post illa, q̃ superius posuit, mel & botrũ
ad necessitatẽ pertinere dixit. Mel nimirũ, quod dul
cem saporem habet, & botrus, qui vinum, quod ine- Mel. Botrus.
briat, continet, internam dulcedinem, spiritualemq;
consolationem figurare possunt. Sed diligenter est
attendendum, ꝙ non ait fauus, sed mel, & ꝙ nõ dixit
vinũ, sed botrus, & ipsum vuę. Duo nãq; vñr esse cõ I
solationũ gñá, vnũ.s. quod absq; integumẽtis nobis
infunditur, alterũ qđ quasi quibusdã inuolumẽtis atq;
folliculis (vt ita dicã) sacratarũ rerũ aut aliorũ hmõi
quodammodo mediantibus donatur. Primũ ergo p
mel, secundum per botrum figurari potest. Aliter.
Per mel possumus intelligere quãlibet etiam mini-
mam spiritualem dulcedinem intrinsecus suauiter
sapientem. Per botrum maiorem consolationem
mentem fortiter inebriantem. Qui botrus apte dici
tur vuæ, quæ ad bonos, non labruscæ, quę ad ma
los pertinet, de quorum vua, siue botro, vel etiam
vino scriptum est. Vua eorum vua fellis, & botrus Deut.32.
amarissimus. Fel draconum vinum eorum, & vene-
nũ aspidũ insanabile. Sicut ergo per aquã cõpũctio-
nis, & ignẽ confessionis, vel etiã satisfactionis vnus- K
quisq; cõuersus a culpa emũdatur, & purgatur, & si
cut ferrũ seueritatis cõtra dęmonũ per carnis desi-
deria male blãdiẽtiũ ipetũ armatᷣ, & quẽadmodũ la
cte & pane doctrinę ad exercitiũ virtutũ & bonorũ
operũ enutritᷣ & roboratᷣ, sic melle & botro internę
dulcedinis & cõsolatiõis ad cęleste gaudiũ et p tristi
tiã & amaritudinẽ pmerẽdã mirabiliter puocatur.
Nec dubitat p amarũ præsentis mali poculũ ad sup-
ni iucũditatẽ boni pertãsire, dũ illi datũ est eiusdẽ bo
bi vel tẽues guttas pgustare. Et oleũ, & vestimẽtum. L
Quid p oleũ, nisi virtutẽ charitatis, & quid p vesti- Oleum.
mẽtũ melius, q̃ necessitatẽ boni opis intelligimus? Vestimentum.
Olei nẽpe natura cũctis, quibus immiscetur, solet su
pnatare liquoribus. Et Apostolus de Charitate locu
tur*. Adhuc (inquit) excellẽtiorem vobis viã demõ 1. Cor. 12
stro. Si linguis hoĩum loquar & ãgelorũ &c. Per o- 1. Cor. 13
leũ ergo recte charitas, & nõ im̃ charitas verũ & alia
rũ virtutũ cõprehẽditur & significatᷣ vniuersitas. Le
ge verba Apostoli, quę sequũtur id, qđ supra posui
mus, & inuenies ꝙ charitas alias virtutes continet,
& quicquid sine charitate est, ad obtinendam æter
nam vitam minime valet. Bene igitur auctor iste
hoc

hoc in loco de virtutibus locuturus posuit, per oleū
quod charitas significatur, quia per eam cæterarum
virtutū vniuersitas figuratur. Ipsa ergo vere est oleū,
quia in alijs virtutibus id est humilitate, patiētia, ab-
stinētia, cōtinentia, aliquid nōnunquā per asperitatē
nos terret, charitas vero per suam suauitatē nos de-
mulcet, ipsa enim totū sua dulcedine mitigat, cōdit,
Vestimentum. & lenit. Per vestimentum designatur opus bonum,
quia sicut necessariū est corpori vestimentū, sic ne-
cessariū est animę opus bonum, & quemadmodum
foris vestimentū nos circundat, sic opus bonū corā
M proximo nos honestat. Et domus (inquit) protegens
Domus. turpitudinē. Per domū (vt alibi diximus) cōuersatio
designatur, eo φ in illa quisq; cōuersatur. Dom⁹ au
tē turpitudinē protegit, dū bona cōuersatio culpam
ab oculis diuinis abscōdit. Ad huius constructionē
domus pertinet omnis exercitatio virtutū, exhibitio
bonorū operum, disciplina morū. Ad vltimum ergo
domum posuit, postquā totū laboris nostri fructum
N perfecte comprehendit. Necessarium nobis est itaq;
Epilogus. charissimi, vt habeamus aquā per cōpunctionē, ignē
per confessionē & satisfactionē, ferrum per seueritа-
tem, lac & panē per sanā doctrinā, mel & botrū per
consolationē diuinā, oleum & vestimentū per virtu
tē & operationē, domū p bonā conuersationē. Duo
autē quædā sunt omnibus cū his necessaria, iustitia
& gloria. Iustitia in mūdo, gloria in cęlo: iustitia in
merito gloria in præmio. Iustitia spiritalis vitæ facit
inchoationē gloria cōsummationē. Qui ergo princi
piū habere negligit, finē quō habebit? Per iustitiam
itur, per gloriam peruenitur. Laboremus igitur fra-
tres iustitiā habere, vt p ipsam mereamur gloriā pos
sidere. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus
Dñs noster, qui est benedictus Deus in sęcula. Amē.

¶De Absalon significante Iudaos, & de Dauid significante Christum, hoc est de his, quæ passus est Christus. Sermo. LIX.

O IN libro regum secundo legimus Absa-
2. Regum. 15. & seq. lō Dauid patrem suum crudeliter per-
secutum esse, ipsumq; Dauid trans Ior
danem fugatum, a tribus viris regionis
illius cibo, potuq; sustentatum, ac mu-
Allegoria Absalon. neribus honoratum. Significat autem Absalon pul-
cher & nobilis populū Iudaicum, legalibus præce-
ptis & cærimonijs decoratū, regno, sacerdotio, tem-
plo nobilitatum, & propter hoc per nimiam super-
Dauid. biam sup semetipsum eleuatū. Dauid vero, qui erat
rufus, pulcher, fortis, Christū significat, qui est ru-
fus per passionem carnis, pulcher per gloriā diuini-
tatis, fortis per potentiā maiestatis. Quem propheta
quoq: iussu diuino in regem quondā vnxerat, quia
Deus pater hūc vnguendū ab antiquo voce prophe-
tica prænūciauerat. Dauid ab grege pecorū trāslatus
est ad regimen hominū, & Christus ab ouili Iudæo
rū trāslatus ad regnū Gentiū. Dauid interfecit Goliā
Philistæū, Christus diabolū. Dauid persecutorem ha
buit Saul regem reprobū, Christus diabolū. Absalō
itaq; significat populū Iudaicū, Dauid Christū. Ab-
P salō psecutus Dauid patrem suū, populus Iudaicus
Esa. 1. Christū. Hinc est quod Esaias ait. Filios enutriui &
Semei. exaltaui, ipsi autem spreuerūt me. Semei Dauid ma

ledixit, sed Dauid ei nō respōdit: & Christus cū ma-
lediceretur, nō cōminabatur. Siba derelicto Miphi- Siba.
boseth dño suo claudo, Dauid cū cibo & potu secu
tus est, vt eius homines reficeret: & Paulus vniuersi-
tate Pharisæorū, quæ à semitis iustitiæ claudicabat
derelicta, cui in psecutione sanctorū seruierat, Chri
stum secutus est, vt eius fideles doctrina & consola-
tione sauaret. Tua sunt (inquit Dauid Sybæ) omnia,
q̄ fuerunt Miphiboseth: & Christus plenitudinē sa-
pientiæ, q̄ pfidis Pharisęis abstulit, Paulo cōcessit. Ab
salō cōcubinas Dauid ab ipso relictas violauit: & Iu
daicorū cœtus doctorū, qui regimen populi speciali
ter vsurpauit, animas a Christo derelictas legem car
naliter docendo corrūpere nō desinit. Ionathas & A
chimaas, qui Dauid, vt Iordanē trāsiret, nūciauerūt, 2. Reg. 17
patriarchas & pphetas significāt, qui figuris & ora-
culis Christū Iudæā relicturū, & ad gentes trāsiturū
prædixerūt. Dauid Absalone se psequente Iudæā de
seruit, & ad gentes trās Iordanem fugit: & Christus
Iudæis ei⁹ Apostolos psequentibus derelicta Iudæa
in Apostolis ad Gentes transiuit. Et hoc est, qđ Pau-
lus ipsis Iudęis ait. Vobis oportebat primū loqui ver Actu. 13.
bum Dei, sed qm̄ repellitis illud, & indignos vos iu
dicatis æternæ vitæ: ecce cōuertimur ad Gentes. Da-
uid trās Iordanē plures ex filijs Israel secuti sunt: &
postquā euāgeliū cœpit pdicari Gentibus multi ex
Iudęis in Christum crediderunt. Achitophel, qui in Achitofel
terpretatur fratris ruina, Iudam exprimit, qui de rui
na Christi egit, & Iudæis aduersus Christum consi-
lium dedit, & vterq; suspendio interijt. Absalon Da
uid trās Iordanem psequitur: & Iudaica perfidia nō
tantū in se, verū etiam in gentibus fidem Christi de-
struere conatur. Dauid trās Iordanem a tribus viris
honoratur diuersis muneribus: & Christus in Genti
bus fidem sanctæ Trinitatis suscipientib⁹ glorificat
diuersis virtutibus & bonis operibus. Dauid nanq;
trās Iordanē munerib⁹ honoratū libri regū historia
refert dicens. Cū venisset Dauid in castra; Sobi filius Q
Naab de Rabath filiorum Ammō, & Macher filius 2. Reg. 17
Amihelde Lodabar, & Berzellai Galaadites de Roge
lim, obtulerūt ei stratoria, & tapetia, & vasa fictilia,
frumentum, & hordeum, & farinam, polentā, & fa-
bam, & lentē, & frixum oleo cicer, & mel, & butyrū
oues, & pingues vitulos, dederūtq; Dauid, & popu-
lo, qui cū eo erat ad vescendū. In his omnibus opero
sa deuotio cōuersæ Gentilitatis declaratur. Verum
in his, quæ ad cibum pertinent, sacræ doctrinæ pa-
stus & consolatio præsertim exprimitur. In vasis au-
tem fictilibus bona opera, & quædā virtutes figurā-
tur, quæ in fine cū venerit qđ perfectū est, & euacua 1. Cor. 13
bitur qđ ex parte est, frangentur ac destruent, Apo-
stolo testāte, qui ait. Siue prophetiæ euacuabūtur, si
ue linguæ cessabūt, siue scientia destruetur. In cuius Psal. 45.
rei cōsideratione Psalmista admirādo uf exclamare
dicens. Venite, & videte opera Domini, quæ posuit
prodigia super terrā, idest naturā humanā, quæ con-
stat esse terrenam. Auferens bella vsq; ad finem ter-
ræ, arcum conteret, & confringet arma, & scuta cō-
buret igni. Dominus etenim bella vsq; ad finem ter
ræ auferet, quādo in fine vitæ omnes tentationes vs
quequaq; cessere faciet, arcum quoq; cōteret, & cō-
fringet arma, & scuta comburet igni, qñ prædica-

 tionem.

tionem, sacramenta, opera virtutes quasdam scilicet fidẽ, spẽ, prophetiam, linguas, scĩetia immediata claritate suæ visionis, & plenissima perfectione charitatis euacuabit. In stratorijs vero, & tapetibus, quæ ad ornatũ pertinẽt, ecclesiastici ornatus decor cõgrue si
R gnificatur. Illi itaq; qui Dauid trãs Iordanẽ suis muneribus honorauerũt, designant eos, qui ex Gẽtibus fidẽ Christi habẽtes fidele seruitiũ illi quotidie impendunt. Qui autẽ Dauid ex Iudæa sequi contẽpserũt. Iudæos, qui fidẽ Christi spernẽtes ab eius semitis per infidelitatẽ exorbitauerunt, patẽter exprimunt. Quorũ typũ Miphiboseth claudus solus tunc gessit quẽ Dauid a suo comitatu remãsisse solũ redarguit. Hinc est ꝙ Christus ipse per Psalmistã cecinit dicẽs.
Psal. 17. Eripies me de cõtradictionibus populi, cõstitues me in caput Gentiũ. Populus, quem nõ cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis. Sanè qui cũ Dauid exierũt, & cũ eo Iordanẽ transierunt, Apostolos & primitiuę ecclesiæ ex Iudæis cõuersæ fideles exprimũt, qui iudaica persecutione de Iudæa pulsi ad Gentes trãsire
2. Reg. 18 sunt coacti. Igitur cõsiderato Dauid populo suo cõstituit super eũ tribunos & cẽturiones, & dedit tertiã partẽ populi sub manu Ioab, & tertiã partẽ sub manu Abisai, & tertiã partẽ sub manu Ethai, qui erat de Geth. Dauid trãs Iordanẽ populũ suũ considerauit, quia Christus suos fideles in mentibus multiplicari vidit. Tribunos autẽ & cẽturiones super eũ cõstituit
1. Cor. 12 quia primũ in ecclesia posuit Apostolos, sc̃do ꝓphetas, tertio doctores, deide virtutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ. Est diligẽter attẽdendũ, ꝙ nec plꝰ nec minus quã tres principes sup populũ Dei cõstituũtur. Et vnaquæque pars populi tertia nominatur, ut ꝙ prælati & subiecti sanctæ Trinitatis cultores esse deãt manifeste significetur. Dauid in hoc bello suis in vrbe est p̃sidio, nec cũ eis exiẽs corporaliter puguat, quia Christus nũc cũ suis fidelibus ore proprio cõtra p̃fidos minime disputat, sed in vrbe cęlesti residens patrẽ pro suis interpellat. In hoc bello & Absalõ & multi, qui cũ eo sunt, moriũtur, quia & perfidus Iudæorũ populus, & q̃cũq; cũ illo regnũ Christi expugnare conãtur (nisi resipiscãt) æterna morte puniũtur. Et id apertissime designatur, vbi Absalõ interfectus in foueã grandẽ proiectus memoratur. Fouea quippe grãdis infernus est. Absalõ autẽ inter cęlũ & terrã in
S quercu pẽdet, quia populus Iudaicus cõtra Christũ
Quercus. eleuatus nec terrã antiquitus sibi cõcessam, nec cęlũ habet. Quercus etenim, quæ est arbor ardua & inflexibilis, superbiã rectè significat. Quæ quercus grandis ibidem & condensa fuisse dicitur, quia Iudęorũ superbia & grandis per sui æstimationẽ, & condensa per cæcitatem cõprobatur. Mulus vero, cui Abfalon insidebat, carnalem & infructuosam legis obseruantiã figurat. Qui vero pertransiit Absalon suspẽso, quia Iudaico populo in sua superbia perseuerãte lex per gratiã finẽ accepit. Cuius superflua cæsaries capitis superstitionem rectè designat iudaicæ æstimationis. Tribus deniq; lãceis Absalõ perimitur, qa ex fide sanctæ Trinitatis, quã odit & respuit popu-
Ioab. lus ille, dãnatur. Per Ioab quilibet perfectus doctor designatur. Per decẽ iuuenes armigeros eius, q post illũ Absalõ percusserunt, cœtus discipulorũ eius in scĩetia decalogi robustus exprimitur. Oẽs ergo Absalon ad mortẽ vulnerãt, qui prędictũ populũ pro sua infidelitate morte perpetua feriendũ denuntiãt. Porrò quicũq; ex populo Israel euaserunt, & Dauid regi suo postea recõciliati sunt, reliquias, quæ postquã plenitudo Gentium intrauerit, saluæ fient, patenter
exprimũt. Dauid mortẽ Absalõ deplorauit, & Christus super gentem illã, quã pro sua perfidia perituram T
agnouit, fleuit dicens. Quia si cognouisses & tu &c. Luc. 19.
Dauid suũ filiũ sibi reseruari voluit: & Christus præsertim Iudæos, ad quos primũ specialiter missus est, Tropologice.
ad agnitionem veritatis venire cõcupiuit. His itaq; secũdũ allegoriã discussis, ad tropologiã redeamus, vt sicut quæ nos ad sciẽtiã instruãt, diximus, ita deinceps quę informent ad iustitiã, requiramus. Scientia quippe minime prodest, cui iustitia comes non est. Modis igitur omnibus caueamus, ne cũ perfidis vel nõ bene credẽdo vel male agẽdo pereamus, sed cũ Sobi, Machir, Berzellai. i. cũ vere fidelibus Chri-
sto fidele seruitiũ exhibeamus. Offeramus illi stra- V
toria, tapetia &c. Per stratoria, quę Spiritus sanctus Stratoria.
hoc in loco primũ posuit, quietẽ cõtẽplationis inter Contemplatio.
næ nobis significauit. Primũ ergo posuit, qd præcæ Psal. 86.
teris diligit. Vñ psalmista. Diligit Dñs portas Siõ super omnia tabernacula Iacob. Dñs etenim portas Sion super omnia tabernacula Iacob diligit, quia etiã ipsum initiũ supernę contẽplationis omnibus operibus bonæ cõuersationis iusti amãdo anteponit. Per
Siõ nãq; intelligit̃ superna contẽplatio, per portas Siõ Sion.
eiusdẽ cõtemplationis inchoatio, Per Iacob effector boni operis. Per tabernacula quælibet fabrica bonę
cõuersationis. Sic & tapeta, quia domũ, in qua extẽ Tapetia.
dunt' ornatã reddũt, sanctæ cõuersationis honestatẽ
figurare p̃nt. Vasa fictilia nr̃a fragilia significãt cor- Vasa fictilia.
pora, q̃ iuc Christo offerimꝰ, cũ eius obsequijs ea mãcipamus. Frumentũ, & hordeũ, & farinã polẽtã. i. purã
farinã. Per frumẽtũ testm̃ nouũ, ꝑ hordeũ vetꝰ testm̃ X
intelligit̃. Per farinã polẽtã spiritalis vtriusq; intelli- frumentũ. Polenta.
gẽtia patẽter exprimit̃. Frumẽtũ itaq; hordeũ, farinã polẽtã Christo offerimꝰ dũ, vtrũq; testamẽtu & ſm literã, & ſm spiritalẽ intelligẽtiã legẽdo, meditãdo, loquẽdo, operãdo fideliter pro amore eius dispẽsa-
mus. Et fabã, & lẽtẽ, & frixum cicer. Quod in euan- Y
gelio post panes pisces, hoc in loco, post frumentũ, Legumina.
hordeũ, & farinã prædicta legumina possunt intelligi. Per frumentũ nẽpe, hordeũ, & farinam, sicut ibi per panes, sacrę scripturæ præcepta: Et per fabam, lẽtẽ, cicer in hoc loco, sicut ibi per pisces sanctorũ patrũ designari possunt exẽpla. Et apte, siue in euangelio post panes pisces, siue in hoc loco post frumẽtũ hordeũ & farinam, legumina ponũtur, qa sicut illa vtraq; corporalia sumimus ad sustentationẽ corporũ, sic & sacræ scripturæ verbis etiam iustorum exẽplis vtimur ad nostrarum iustificationem animarũ. Præceptis pascimur obediẽnter ea operando, exemplis pascimur ea humiliter imitãdo. Et fabã (inquit)
& lentẽ, & frixũ cicer. Fabam lente maiorem, & len- Faba.
tem faba minorem non ignoramus. Per fabam ergo exempla maiora. Per lentem vero exempla sancto- Lens.
rum minora conueniẽter intelligimus. Per frixum Cicer.
autem

autem cicer sola sanctorum martyrum passio debere figurari videtur. Humana quippe caro tūc frigitur cū passionis angustia cruciatur. Frumentū ergo, hordeum, farinā Christo damus, cū præcepta eius, quæ in scripturis continentur, operamur. Fabam, lētem, cicer [illegible] damus, cum exēpla sanctorū eius imitamur. [illegible], & butyrum, & oues, & pingues vitulos. Mel &c. Mel est dulce, butyrum pingue, ouis animal innocens, vitulus obediens. Vitulus enim quādiu vitulus est, igitur facile quauis secundum nutum minātis. Per mel itaq; intelligimus dulcedinem cordis internam. Per butyrum charitatem fraternā. Per oues innocentiā. Per vitulos pingues obedientiā affectuosam. Mel ergo, butyrum, oues, vitulos Christo damus, cū per virtutes his designatas illi veraciter seruimus. Demus charissimi nobis, munera mystica, quę dicta sunt: demus, inquā, Christo, illi fideliter seruiēdo in mūdo, vt ab ipso remunerari mereamur in cœlo. Qd nobis præstare dignetur Iesus Christus Dñs noster, qui est De⁹ benedictus in sæcula. Amē.

¶ De omnibus sanctis. Sermo. LX.

A CHristus Iesus saluator noster dilectissimus, sanctæ vniuersalis ecclesiæ sponsus, eiusdem sponsæ [illegible] varium, multiplicemque fructum in Canticis canticorum eleganter laudat, vt eam ad potiora per laudem prouocet & accendat. Dicit ergo quodam loco sic. Cant. 4. Hortus conclusus es soror mea spōsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorū punicorum, cum pomorum fructibus. Cyperi cum nardo, nardus cum croco fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani. Myrrha & aloe cū vniuersis primis vnguentis. In his enim omnibus per ipsum sponsum sponsæ bonum eleganter commendatur, & sponsæ sponsus cōgaudet & congratulatur. Ipsa vero sancta ecclesia in ipsis Canticis canticorū diuersis nominibus appellatur. Aliquādo quippe vocatur spōsa, aliqñ amica, aliqñ soror, aliquādo colūba, aliqñ pulchra siue formosa. Ecclesiæ nomina. Pulcher Discursus. Ipsa nimirū spōsa est fide, amica dilectione, soror cælestis [illegible] participatione, colūba simplicitate, B formosa decore iustitiæ. Hortus conclusus es soror mea spōsa, hortus conclusus: per hortū sanctæ ecclesiæ sanctam eius conuersationē intelligimus, ex qua Hortus. virtutū & bonorum operum germina indesinenter oriri videmus. Qui hortus apte conclusus dicitur, quia forti munimine disciplinæ vndique muniatur, ne fraudulentus hostis vspiā irrūpat, & iustitiæ plantationē auellat, & auferat. Qui & apte bis nominatur, vt per hoc duplex fruct⁹ eius, fides scilicet & operatio, siue coniugiū & cōtinentia, aut etiā dilectio Dei & populi, vel certe vita actiua & contemplatiua pariter exprimatur. Dicitur ergo, Hortus cōclusus es soror mea C spōsa, hortus cōclusus. Per fontē autem huius horti Fons. sapientia cælestis intelligitur. Qui fons velut ad irrigandu paradisum in quatuor flumina diuiditur, dū diuina sapientia quatuor euangeliorū prædicatione per vniuersam ecclesiā diffunditur. Qui fons signatus esse [illegible] perhibetur, quia sapientia Dei multis ac diuersis ænigmatibus in sacra scriptura velat. Hinc est, quod Paulus ait. Loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscōdita est, quam Deus prædestinauit in gloriam nostrā. 1. Cor. 2. Hic est liber ille signatus, de quo Esaias ait, quem cum dederint scienti literas dicent, lege. Et respondebit. Nō possum. Signatus est enim. Esa. 29. Hic est ide liber vitæ, quem beatus Ioannes in dextera sedentis super thronū vidit signatū sigillis septē, Apoc. 5. quem nemo in cœlo, neq; in terra, neq; [illegible] terram, quiuit aperire, nisi solus leo de tribu Iuda, qui vicit, qui est tanquā agnus occisus habens cornua septē, & oculos septē, qui sunt spiritus Dei missi in omnem terram. Vnde quia solus potest fontē hunc siue librū aperire, iure potuit discipulis suis dicere: Vobis Matth. 13 datum est nosse mysterium regni Dei. Hinc alibi de ipso & de ipsis discipulis scriptum est. Tunc aperuit Luc. 24. illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Nullus igitur potest huius fontis [illegible] tarem gustum haurire, nisi cui Saluator, qui [illegible] aperit & claudit, signaculum eius dignatur aperire. Sed & [illegible] horti habere minime valent [illegible] fons iste salutarem irrigationē non præbet. Quod autem Saluator fontis huius riuulu alijs aperiat, alijs claudat, demonstrat ipse, vbi discipulis suis ait, Vobis datum est nosse mysterium Matt. 13. regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes nō videant, & audientes non intelligant. Et alibi ad patrem dicit. Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ, Matt. 11. qui abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Hortus itaq; est cōclusus, & fons signatus. Hortus conclusus est per disciplinam, fons signatus per figuram. Hortus conclusus, ne fraudulentus hostis irrumpat, fons signatus, ne alienus de illo bibet. Hortus est iustitia, fons sapientia. Primum autem hortum germinantem, & fontem irrigātem sponsus ponit. Deinde fructū germinationis & irrigationis latius exprimit, dicens: Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorū fructibus &c. D Emissiones sanctæ matris ecclesiæ sunt partus eius spirituales, præsertim hoc in loco martyres, Martyres. qui malorū punicorū nomine designātur, quos sancta ecclesia de mundo emittit, & cœlo immittit, nec tamē amittit, quos Christo mittit & committit. Mala punica sunt intus succo acria, [illegible] rubentia, Mala punica. & per hoc martyres [illegible] non solum exterius, sed etiam interius rubere [illegible] possunt, quia cū sint duo martyrij genera, vnum interius [illegible] exterius, vnum in corde, aliud in carne: [illegible] est exterius, si desit [illegible] deest, [illegible] prodest [illegible] Psal. 44. nis [illegible] sicut [illegible] intus. Emissione autem [illegible] malorum punicorum paradiso cōparatur: quia, sicut paradisus [illegible] ribus, sic sancta ecclesia stipatur, [illegible] & ornatur innumeris martyribus. Quis [illegible] sufficiat [illegible] Similiter habetur. Heb. 11. [illegible] quo queat [illegible] endere? [illegible] scriptum [illegible] peremptu, [illegible] alij flagris verberati, alij [illegible] periculo, alij viui decoriati, alij naribus [illegible] patibulo, alij [illegible] mācipati, alij [illegible] in lapidib⁹ obruti, [illegible] rati alij vero [illegible] spectaculū cōtumeliæ in populis [illegible]

Domini portantes. Sed potest videri mirum, quomartyrum paradi[illegible] co[illegible] [illegible]ar, cum mart[illegible] [illegible]mariru dinem, paradi[illegible] autē h[illegible]eat iucund[illegible] [illegible] si sub tilius rem perp[illegible] de[illegible] mus, nō vide[illegible] m[illegible]rū, quia sanctis martyrib[illegible]s omnia [illegible] [illegible] genera iucunda fuerūt, & totū eis dulce, imo p[illegible] um fuit quicquid eis poterāt [illegible] aduer[illegible] pro no[illegible] Christianitatis inferre [illegible]. Vnde & de Apostolis scriptū est. (Actuū 5.) Ibat Ap[illegible] stoli [illegible] dētes a c[illegible]pectu cōcilij, quo[illegible] iam dig[illegible] habiti [illegible] pro nomine Iesu cōtume[illegible] pati. Et Apostolus Paulus pro magno reputās dono pati (Philip. 1.) pro Christo Philippēsibus [illegible] bēs ait. Vobis donatu pro Christo, nō s[illegible]lū vt in eū credatis, sed vt eti[illegible] pro ip[illegible] patiamini. Cū pomorū fructibus. Habēt sancti mar[illegible]res fr[illegible] [illegible] in mūdo, fructus in cęlo. In mūdo fructu[illegible] [illegible] in cęlo f[illegible] [illegible] [illegible]æ. In mūdo fructus mer[illegible], in [illegible] [illegible] [illegible] præ[illegible] [illegible] vpo cum nar- F (Cyprus.) do, nardo [illegible] [illegible]. Cyprus dic[illegible]ur [illegible] herba aromatica [illegible] A[illegible] [illegible] semi[illegible] candid[illegible] & odoro, quod coquitur in o[illegible], & exprimitur, [illegible] le vnguē[illegible] para- (Rectores. Nardus.) tur, quod reg[illegible] di[illegible]tur. Cyprus ergo donum regi[illegible]m[illegible], id est di[illegible] rectionē, vel certe ip[illegible] rectores aiarū conuenienter significat. Nardus he[illegible]ba humilis est. (Crocus. Doctores.) Vnde & humi[illegible] subiectos significat. Crocus est auri coloris, & propterea doctores cęl[illegible] sti sapientia claros recte desig[illegible]at. Cypri (vt arbitror) propterea plurali numero proferuntur, cū cætera, quæ sequuntur, sing[illegible]lariter scribantur, vt per hoc valeamus agnoscere, quod quis[illegible] prælatus præ cæteris, omnibus virtut[illegible]bus & bonis operibus deat abūdare. Hinc est, G (Prælatus.) quòd beatus Augustinus de præla[illegible]o præcipie[illegible]s di[illegible]. Circa omnes seipsum bonorū operū præbeat exemplum, corripiat inq[illegible]ietos, cōsoletur pu[illegible] [illegible]nes, sus[illegible]ipiat infirmos, pa[illegible]iens sit ad omnes, disciplinam libe[illegible] habeat, metuēdus imponat. Et quāuis vtrūq; sit n[illegible] [illegible]iū, [illegible] plus amari appetat, quam timeri. T[illegible]libus verb[illegible] be[illegible] Augustini edoctus quisq; prælatus om[illegible] bon[illegible] [illegible]re sibi cōmissos transcendere ne- cesse est [illegible] [illegible], vt hi[illegible] grauis, his fractus, suarū pleni [illegible] [illegible] [illegible]mi[illegible] [illegible]us omnia factus omnes lucri- fa[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nardo sunt, dum prælati cum s[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]re e[illegible]us hun[illegible]liter subdūt. (Eccl. 32.) H[illegible] c[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] te[illegible] te cōsti[illegible] [illegible] [illegible]li ex[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]nus ex ipsis. Cum e- H (Nardus.) nim s[illegible] [illegible] recta sic[illegible] deben[illegible], dicūt, & [illegible]uæ d[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bicēt[illegible]s h[illegible]m[illegible]ter faciunt, vere cy [illegible] [illegible] [illegible]unt. N[illegible] du[illegible] [illegible] [illegible]oco est, dum subie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sanctorū doctorū, cla r[illegible] [illegible] [illegible] fulgen[illegible] ped[illegible]us a[illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] [illegible]utarē ab[illegible]tpi[illegible] hbe[illegible] er [illegible], & eo [illegible] [illegible] [illegible]endo, & op[illegible] [illegible]ād [illegible] fid[illegible] [illegible]ter [illegible] (Iacob. 1.) s[illegible] [illegible] præceptu Iac[illegible]bi, quo dicitur. Si[illegible] m- n[illegible] [illegible] ad [illegible]dendum, tardus autem ad lo [illegible] [illegible] [illegible]s ad iram. In talibus etiam imple (Deut. 33.) tur [illegible] [illegible] M[illegible]y[illegible], quo [illegible] Q[illegible] appropin- q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]et de [illegible] [illegible]na [illegible]. Pedes e[illegible] Do[illegible] [illegible] [illegible] d[illegible] [illegible]unt, qui eu ad audi- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]one velu[illegible]. A[illegible] [illegible]uos pedes [illegible] [illegible]m[illegible] [illegible] [illegible], de [illegible] [illegible] eius per ipsos a[illegible] p[illegible] [illegible]na sicut [illegible]e ip[illegible] um est, qu[illegible] [illegible]m sapienti- b[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]piens erit. Et ami[illegible] stultorum effi- c[illegible] [illegible]. Fistula & cinnamomū. Fistula arbor aromatica est, parua, robusti corticis, & purpurei, q̄ (Fistula. I) ad curand[illegible]s viscerum molestias vtilis est, & per hoc omnes de peccat[illegible] suis timore Dei, qui est principiū sapie[illegible]tiæ, [illegible]compunctos & vi[illegible] ceta cordium spiritalia de turpium cog[illegible] [illegible] onum molesta con[illegible]erie [illegible]cracō fessi[illegible] [illegible] p[illegible]rga[illegible] [illegible]es, significare potest. Q[illegible] [illegible] na[illegible]que molestia vi[illegible]cera [illegible] fistula curatur, du[illegible] [illegible] [illegible]uel tis vere pœ[illegible]ite[illegible] t[illegible]ibus perfecta confessione [illegible] [illegible] con scien[illegible]tiæ de sua prauitate purgantur. Fistula ergo sunt, quicunque vel in se vel in alij[illegible], peccatorum internorum cus latentium molestias pe[illegible] gratiam compunctionis, co[illegible] [illegible]essionis, vel ef[illegible] [illegible]iciosis admonitionis, (K Cinnamomum.) expellunt. Cinnamomū est arbor breuis, odorifera, dulcis, cinerei coloris, ad vsum medic[illegible]næ fistula duplo p[illegible]stantior. Dictū est aūt c[illegible]nnamomū, q cortex ei[illegible] in modū cānæ sit formatus. Et q[illegible] p canna à pue[illegible]s ad hoc incisā solet eorū ore son[illegible] formari, pot p cinnamomu sanctorū sacerdotum, videlicet H[illegible]onymi, Gregorij, Augustini, & Ambrosij, & vniuersorum talium confessio designari. Dū n[illegible]o. n[illegible] lū corde creditur ad iustitiā, uerū & ore cōfitētur ad salutē, pro soni sa- (L Confessores.) lutaris [illegible]platio[illegible]e cinnamomo, cuius cortex in modū son[illegible] [illegible]tis cānæ circūflexus formatur, possunt sancti cō fessores [illegible]igni[illegible]cari. Sicut er[illegible]o per [illegible]istula pęnitētes & vera [illegible] [illegible] mole[illegible] [illegible] peccat[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ns egrediētes, in[illegible] [illegible]gimus, ita p c[illegible]nnamomū san[illegible] [illegible] fessores intelligamus. Cu[illegible] vniuer[illegible] [illegible] lignis Libani. Libanus i[illegible]terpretatur dealbatio. Ligna vero Libani in (Libanus.) al[illegible] præ cæte[illegible] [illegible]arbo[illegible] [illegible]us crescunt. Vnde & in Ezechiele ad delect[illegible] [illegible]dū [illegible] similitatē, v[illegible] pou[illegible] [illegible]up[illegible]am (Ezech. 31) Assi[illegible] [illegible] est. [illegible] Assur quasi [illegible] [illegible]us [illegible] Libano pu[illegible]ch[illegible] ramis, & [illegible] [illegible]bus nemorosus, excelsusque al[illegible]tudine, & inter cōdensas frōdes eleuatū est cacumē eius. Per l[illegible]g[illegible]a itaque Libani [illegible] [illegible]e sanctarum (Virginés.) ch[illegible] [illegible] vi[illegible] [illegible]u ac[illegible] [illegible]imus, [illegible] de c[illegible] [illegible]itud[illegible]ne [illegible] mū ditiæ in al[illegible] [illegible] te [illegible] [illegible], & [illegible] [illegible] bonis donis suæ puritat[illegible] [illegible] cæter[illegible] app[illegible] [illegible]pinquant. Perfectio nāque vi[illegible] [illegible]m[illegible] [illegible] nō [illegible] terre[illegible] q cęlestis, nō tā humana q angelica v[illegible]ta est, [illegible] a semper est angelis cognata virg[illegible]nitas. L[illegible] [illegible] [illegible] Libani sanctæ v[illegible] [illegible]nes sunt Agnes, Cęcili[illegible], Ag[illegible] [illegible], Lucia, & o[illegible] [illegible] [illegible], q[illegible]rū nomina hic recenseri non [illegible] [illegible] [illegible] itaq; mate[illegible] ecclesia cum his, q[illegible]æ [illegible]æcedunt etiā ligna Libani habet, quia cum [illegible] [illegible] [illegible]s sanctis sacras virgines per altam mu[illegible] [illegible]am [illegible] ber[illegible]es, & ad cęlestia bona se [illegible] [illegible]miter erigentes possidet. Myrra, & aloe. [illegible] (M Myrrha, & aloe. Continentes. Abstinentes.) duæ species amaritudinem [illegible] bent, & [illegible] opterea [illegible]o tra putredinē corporu[illegible] si e[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]t. H[illegible] bet aūt myrrha maio[illegible] vi[illegible] q Aloe, [illegible] [illegible] p myr[illegible] cō[illegible] [illegible], p aloē abstinētiā [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]aue est ab st[illegible] [illegible] grauius con [illegible]nere. Myrrha & Aloe repellūt verm[illegible] & putredines corporū, cōtinētia vero & abstinen[illegible] [illegible] cōrde & carne corrupuones v[illegible]tiorū. Vel certe per myrrham & aloen hoc in loco intelligimus melius continentes & absti[illegible] [illegible] per has virtutes semetipsos exer[illegible] [illegible]tes. Cū vn[illegible] [illegible] primis vnguentis. (Vnguenta prima. 1. Cor. 12 1. Cor. 13) [illegible] [illegible]na vnguēta præ[illegible] [illegible] ua [illegible] [illegible] na sūt, vt est ch[illegible] [illegible] [illegible] p[illegible]phetia. Vnde Paul[illegible] [illegible] enu[illegible] [illegible] atis donis spi[illegible] [illegible]us ait. Et adhuc exc[illegible]lle[illegible]tiorem vob[illegible] viā d[illegible] [illegible] [illegible]o. S[illegible] linguis hominū loquar & an[illegible]elo[illegible] [illegible] [illegible]. Et [illegible]st pauca. Nūc autem manen[illegible] [illegible]es, [illegible]pe[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ta hæc: maior aut horū est charitas. S[illegible] [illegible] [illegible] tatē æmula-

æmulamini spiritalia, idest diligete dona diuina. Magis autē vt prophetetis, id est prædicetis. Primū itaq; cōmendauit charitatem, deinde prophetiam, id est prædicationē, quia prædicatio magis circa fructū charitatis versatur. Habet ergo sancta mater ecclesia hortū

N Epilogus. Pulcher Discursus. tū per cōuersationē bonā, clausum per disciplinam, fontē per sapiētiā, signatū per figuram. Habet paradisum malorū punicorū i passis martyribus, cyperos in prelatis rectoribus, nardū in subiectis humilibus, crocū in eruditis doctoribus, fistulā in cōpunctis pœnitentibus. Habet cinnamomum in cōfessoribus, ligna Libani in virginibus, myrrham in cōtinētibus, aloen in abstinētibus, vniuersa prima vnguēta in præcipuis donis spiritalibus. Et istæ sunt spiritales sanctæ matris ecclesiæ diuitiæ. Istæ germinātis horti, & fontis irrigātis diuitię. Matrē ecclesiā charissimi nobis in his omnibus imitemur, vt cū ipsa sponsum in decore suo

O videre mereamur, & cū sponsa in cælis gloriemur. Habeamus & nos paradisum malorū punicorū, aduersa

Exhortatio. pro Christo sæpius patiēdo, & oppressis quotidie cōpatiēdo: cyperos, discrete nos regēdo, nardū, nostris prælatis humiliter nos subdendo, crocum, luce sapiētiæ effulgēdo, fistulam, peccata nostra de nostris cordibus cōfessione & luctu expellendo: cinnamomum pro acceptis beneficijs gratias concinendo. Ligna Libani, npera munditiæ exhibendo, myrrham, ab illecebris carnis continendo, aloen, ab escis etiā licitis abstinēdo, omnia prima vnguēta, dona præcipua possideudo. Hæc est via, per hanc eamus, vt ad gaudium, quod sanctorum millia possident, perueniamus. Qd nobis præst.re dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ De operibus sex dierum. Sermo. LXI.

P Gene. 1. IN principio creauit Deus cœlū & terram. Prima die fecit lucem primariam secunda die firmamentum, tertia die congregauit aquas inferiores in locum vnum, quarta die fecit luminaria, quinta die volucres & pisces, sexta bestias. Mundo igitur creato, disposito, & ornato, & omni quod esset humano corpori necessarium, cōmodū, gratū, primū præparato, fecit Deus hominem eadem sexta die dominū omniū, possessorē vniuersorum, qui quāuis posterior tpe conditur, causa tamē prior, dignitate superior cæteris inuenit. Causa quippe hoīs fecit Deus hūc sensibilē mūdū, vt mūdus humano corpori corpus spiritui, spiritus subiectus esset creatori. Nā quia

Q Pulcher Discursus nō ex duplici natura factus est, duo illi bona ipsius cōditor præparauit. Vnū visibile, alterū inuisibile: vnum corporale, alterū spiritale: Vnum transitoriū, alterū æternū. Vtrūq; plenū, & vtrūq; in suo genere perfectū, vnū carni, alterū spiritui, vt in vno sensus carnis ad iucūditatē soueretur, in altero sensus mētis ad felicitatē repleretur. Carni uisibilia, spiritui inuisibilia: carni ad solatiū, spiritui ad gaudium. Ex his bonis vnum dedit, alterum promisit. Vnū vt gratis possideretur, alterū per meritū quæreretur. Quod visibile erat bonum, gratis dedit, quod autē inuisibile erat, merito, quærendū proposuit, vt ex dono gratuito probaretur & excellētia promissionis, & fides promittentis. Postquam autē homo peccati caligine tenebratus oculū cōtēplationis amisit, nō solum illi vniuersitas ista rerū visibiliū præbet corporeæ suffragiū sustētationis, verū & adminiculū percipiendæ diuinę cognitionis. Scriptum nāq; est. Inuisibilia ipsius à Rom. 1.

creatura mundi p ea, quæ facta sunt intellecta, cōspiciuntur. Tria sunt inuisibilia Dei, potentia, sapientia, benignitas. Ab his tribus procedūt omnia. Potē- R

tia creat, sapiētia gubernat, benignitas cōseruat. Quæ tñ tria sicut in Deo ineffabiliter vnū sunt, ita in operatione separari nō possunt. Potentia p benignitatē sapiēter creat, sapiētia per potētiā benigne gubernat, benignitas per sapientiā potēter cōseruat. Potentiā manifestat creaturarū immēsitas, sapientiā decor, bonitatē vtilitas. Magnum est igitur donū Dei & bonū hoīs rerū visibiliū cōditio, dum p eas corpus humanū sustētatur, & mēs earū contēplatione illuminata ad conditoris sui cognitionē, admirationē, & amorē mirabiliter sublimat. Sanè quatuor modis Deus occult' ad S

notitiā hominū venit, duobus modis intus, duobus modis foris. Intus p rōnē & aspiratione, foris p creaturā & doctrinā. Rō & creatura ptinent ad naturā, aspiratio & doctrina ptinent ad gratiā. His itaq; cōpositis, & de operibus sex dierū breuiter prosecutis, qd in his doctrinæ moralis lateat, videamus: & quę nostræ ędificationi prosint, diligenter inquiramus. In T

principio creauit Deus cœlum & terrā. Cœlum spiritus, terra corpus. Per cœlum enim cōuenienter intelligimus spiritum humanum ad imaginē & similitudinē Dei formatum, ad bona cęlestia cognoscēda, amāda, quærēda, ac possidēda creatū. Per terrā accipimus corpus humanum, qd est terreū, & in terrā breui reuersurum. Sicut scriptū est, Terra es, & in terrā reuerteris. Cœlū spiritus, quia celat & occultat nobis ad libitum suū, quæ in ipso sunt, sicut scriptū est. Quis enim scit hominum q̄ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Terra corpus, quia quotidie teritur, donec in terrā reuertat'. Cœlum itaq; spiritus, terra corpus, qa sicut cœlum terra est sublimius atq; solidius, sic est excellētior corpore spūs. Mundus in Gene. 3. 1. Cor. 2.

prima cōfusione est hō in iniquitate sua. Sicut enim mūdo primordiali adhuc cōfuso non inerat lux aut futurus ordo, sic homini iniquitati subiecto nec lux V

lucet per cognitionē veritatis, nec ordo inest p dispositionē ęquitatis. Et De' quasi in media cōfusione lucē primariā creat, qñ peccatorē dinetsis sceleribus cōfusum lucis intimæ radijs illustrat, vt quid sit, quid esse deāt agnoscat, & ad normā recte viuēdi semetipsum disponat. Significat itaq; lux primaria peccati X

cognitionē. Firmamentū inter aquas superiores & aquas inferiores, discretio est inter vitia & virtutes. Aquæ nāq; inferiores designāt vitia, aquæ supiores virtutes. Et quasi firmamētū inter vtrasq; aquas ponitur, qñ per virtutē discretionis virtutes a vitijs, & vitia a virtutibus diuimūtur. Deinde congregatio aquarū, quæ erāt sub firmamēto. Cōgregatio aquarū cohibitionē exprimit vitiorū. Vitia nāq;, quia penitus in hac vita de natura humanæ penetralibus euacuari vel eliminari nō possunt propter eorū fomites naturaliter nobis insitos, dēnt quātū p diuinā gratiā possibile est, cohiberi, coarctari & in vnū redigi, ne p totum effluāt, totum occupent, & corrūpant, & sen-

sus nostros ab inquisitione veritatis, affectus nostros ab exercitatione virtutis, membra nostra ab exhibitione boni operis impediant. Sicut enim terra aquis occupata non potuit germinare, sic nos vitijs implicati nec sensibus veritatē inquirere, nec affectibus virtutes exercere, nec mēbris opera bona valemus exhibere. Aquis igitur in vnū congregatis aer clarescit, & ca
Y lesit, & terra germinat, quia vitijs cohibitis, anima nostra lucet per cognitionē, & calet per dilectionem, & caro fructificat per bonā actionem. Cōditio luminarium significat perfectā, nebulosa ignorātiæ cæcitate seposita, veritatis inspectionem. Et potest sol significare cognitionē eorū, quę pertinent ad sanctam ecclesiam: stellæ cognitionem eorum, quæ pertinent ad vnamquanque creaturam, siue ad vnamquāq; fidelem animā. Pisces, qui laborant in imo, id est in aqs solicitudinem actionis bonæ designant, quæ vitæ labentis fluctibus agitur. Volucres, quæ ad alta volant, significant contemplationem cœlestium, per quā ab infimis ad summa subleuamur. Animalia terrestria figurār sensus corporis nostri, eo quòd ipsa participāt cum sensibus humanis, quasi etenim animalia in nobis creantur, cū sensus corporis nostri per uanitatem prius corrupti, per diuinam gratiam redintegrantur. His ita compositis nouissime fit homo ad imaginē &
Z similitudinem Dei, quia taliter in nobis virtutibus & bonis operibus dispositis, fit peccator conformis & cōsimilis Deo per iustitiā, qui prius fuit informis & dissimilis per culpā. Homo denique formatus in paradisum voluptatis transfertur, quia peccator regeneratus in mūdo per gratiam sublimatur in cęlū per gloriā. Cœlū itaq; spiritus, terra corpus, lucis primariæ cōditio, cognitio, firmamentū inter aquas inferiores & aquas superiores discretio inter vitia & virtutes, Aquarum inferiorum congregatio vitiorum est cohibitio, Productio germinum, exhibitio bonorū operū, Luminariū cōditio perfecta veritatis agnitio, Pisces bona actio, volucres contemplatio, animaliū creatio sensuum corporaliū redintegratio, Adæ formatio, iusti perfectio. Adam in paradiso, iustus in cælo. Ecce fratres alius mundus. Mūdus iste maior, mūdus iste sensibilis, ante omnem diē est creatus, in primis tribus diebus dispositus, in tribus sequentibus ornatus. Videamus charissimi, vtrum sicut habemus per creationem existentiā, sic etiam habeamus dispositionem per iustitiā, & ornatum per conuersationē bonam. Videamus, si in nobis fit lux primaria per nostrorum cognitionem peccatorum, firmamentū per discretionē vitiorum & virtutum. Aquarum congregatio per vitiorum cohibitionem, germina arborum vel herbarum per virtutum exercitationē. Videamus an sint luminaria per cognitionem veritatis, pisces per exhibitionē boni operis, volucres per volatū contemplationis, animalia terrestria per incorruptionē sensualitatis. Videamus, an sit in nobis humana dignitas reformata per iustitiā, quæ fuit deformata p culpam. Et an cūcta, quæ fecimus, esse viderimus valde bona, cū Deo & in Deo sabbatizemus nunc per bonā conscientiā, & tunc sabbatizabimus in ipsis per gloriā, vt impleatur in nobis, qd scriptū est. Erit sabbatū ex sabbato. Qd nobis pstare dignetur Iesus Christus Dñs noster, qui est Deus benedictus in sęcula. Amē.

Epilogus. *Exhortatio pulchra pro Concionatore.*

De Arca Noe. Sermo. LXII.

Omnis caro corruperat per illicitū coniugiū viā suam, & inuenit Noe gratiam corā Domino. Et ait Dominus ad Noe Fac tibi arcā de lignis læuigatis, & intrabis in eam tu, & tres filij tui, uxor tua, & vxores filiorū tuorū, & de cūctis aiantibus & volucribus mūdis septena & septena, de immūdis vero bina & bina. Adducā enim aquas diluuij, & delebo hominē, & cūcta, quę feci pp hominē, in quibus est spiritus vitæ &c. Quia scientibus legē loquor, fratres, visum est mihi sententiā de Arca succinctè trāscurrere vostræ manui latiora colli gēda relinquere. Corruptio viæ perpetratio est culpæ Arca ecclesia, Noe prælati, Familiæ eius subiecti, inūdatio diluuij tentationes sęculi, Singula ligna singulæ animæ, læuigatio lignorum, iustificatio animarū, linitio interior charitas in affectu cordiū, exterior linitio charitas in exhibitione operū, mansiunculæ & tristega diuersi ordines & diuersa merita, bicameratio bona actio & cōtēplatio, tricameratio coniugium continentia castitas, longitudo arcæ est cognitio perfecta, per tria tēpora sanctæ Trinitatis, latitudo effectus in proximum boni operis, altitudo effectus in proximum boni operis, altitudo, excellentia trium principaliū virtutum, fidei spei charitatis, animalia sunt actiui, volucres contemplatiui, esca scriptura, quadraginta dies vita præsens, montes Armeniæ sublimitas vitæ æternæ, recessus aquarum ablatio tentationum & persecutionum. Nunc igitur fratres, qa per fidem & baptismum in arca sumus, videamus si sumus quales esse debemus, si videlicet non immūdis, sed de mundis animātibus & volucribus simus. Quamuis etenim in ecclesia præsenti secūdum quo rundā effectum operum, aut perceptionem sacramētorum vtraq; videātur esse permixta, in cœlestem tamen patriā nihil intrabit immundum aut inquinatū. Nullus ergo in nobis in his, qui actioni bonæ deseruiunt, imitetur lupum per rapacitatem, leporem per inutilem timiditatem, vulpem per calliditatē, vrsum per murmurationem, canem per rixam, leonem per iracundiam, asinum per stultitiam, suam per immunditiam. Aquila cæteris auibus altius volat, & ideo elationem congrue significat. Vultur auis a tardo volatu nominata putatur, quia pro magnitudine corporis præpetes volatus non habet, pigritiam ergo rectè figurat. Miluus quoq;, quia rapax est, rapacitatem exprimit. Per coruum, quia rostro laniat, intelligimus detractionem. Vlula cum clamat, fletum aut gemitum imitatur, significat ergo tristitiā. Noctua dicitur eo quòd nocte circumuolat, & per diem no possit videre, Vnde & per eam accipitur ignorantia. Pica verba in discrimine vocis exprimit vt homo, quæ etsi linguā in sermone nequeat explicare, sonū tamē humanæ vocis imitatur. De hac quidā cōgrue dixit.

Pica loquax, certa dominum, te voce saluto.
Si me non videas, esse negabis autem.

Pica itaque designat garrulitatem. Vpupa auis spurcissima in stercore humano commorans, & simo vescens immundo, carnis humanæ fœditatem vel malæ opinionis fœtorem figurat. Nemo itaque in nobis ex his, qui contemplationi vacare propo-

A Gene 6. B *Pulcher Discursus.* C D *Aquila.* *Vultur.* *Miluus.* *Coruus.* *Vlula.* *Noctua.* *Pica.* *Martial.* E *Vpupa.*

proposuerunt, sit aquila per superbiam, vultur per pigritiã, miluus per rapacitatẽ, coruus per detractionem, vlula per noxiam tristitiã, noctua per ignorantiam, pica per garrulitatẽ, vpupa per fœditatem, & si nistram opinionẽ. Et de huiusmodi hominibus, non quæ sanę rationis, sed q̃ corruptæ sensualitatis sunt,
Boetius. sequẽtibus, Boetius in libro de consolatione philosophiæ sic ait. Euenit, vt qđ transformatũ vitijs videas, hominẽ existimare nõ possis. Auaritia feruet, alienarũ violentus ereptor: lupi similẽ dices. Ferox atq; inquies linguã litigijs exercet, cani cõparabis. Insidiator occultus, surripuisse fraudib⁹ gaudet, vulpeculis exęquetur. Irę intẽperãs fremit, leonis animũ gestare credatur. Pauidus ac fugax nõ metuẽda formidat, ceruis similis habeatur. Segnis ac stupidus asinũ viuit. Leuis atq; incõstans studia permutat, nihil ab auibus differt. Fędis immũdisq; libidinibus immergitur, sordide suis voluptatibus detinetur. Ita fit vt qui probitate deserta homo esse desierit, cum in diuinam conditionẽ transire nõ possit, vertatur in beluã. Sed quia
F per animalia gressibilia actiuos, per volatilia contemplatiuos superius significari diximus: ad sententiam nostram redeamus, & videamus ne in nobis sint aliqui, qui immundum aliquid secum deferãt, per qđ ab ingressu patriæ cœlestis alieni fiant. Quamuis etenim in arca Noe, id est in vniuersali ecclesia Christi nunquam desint peccatores & immundi, semper tamẽ desiderare, & inquãtũ valemus cauere debemus, ne in nostro tristego siue cœnaculo, id est domo nostra sint aliqui, qui per suam culpam cogitatione vel operatione, affectu aut effectu supna sanctorũ societate sint indigni. In omni quippe cõditione & gradu huius vitę optimis mixta sunt pessima, & dũ pręsens currit seculum, sunt zizania cum spicis triticeis, paleæ cum granis, colubri cũ piscibus, hœdi cũ agnis. Sed licet peccatorum societas iustis sit valde grauis & molesta, minime tamẽ est infructuosa, quia quanuis ab eis bene viuẽdi non habeant exemplũ, habent tamẽ per eos exercitium. Abel nãq; nõ est, quẽ Cain malitia non exercet. Vnde Dominus in euangelio, vt scilicet malorum malitiam bonis vtilem mõstraret, dum de zizanijs & bono semine parabolam profer-
Matt. 13. ret, dominum agri dixisse retulit. Sinite vtraq; crescere vsque ad messem. Hinc & per psalmistam dicit.
Psal. 58. Ne occidas eos, nequãdo obliuiscantur populi mei. Hinc est etiã, quod per Salomonẽ dicitur. Sicut liliũ
Cant. 2. inter spinas, sic amica mea inter filias. Modis tamen
Exhortatio. omnib⁹ charissimi laborem⁹ fratres illos, qui remissius agũt, corripere, admonere, emẽdare, ne cũ venerit iudex mũdos & immũdos separare, cõtingat eos non cũ mundis gloriã, sed cum immundis pœnã intrare. Magis autẽ pariter satagamus, vt omnes cũ benedictis ad dexteram eius constituendis patriã cœlestem ingredi, & regẽ in decore suo contẽplari mereamur. Qđ nobis præstare dignetur Iesus Christus Domin⁹ noster, qui est De⁹ benedictus in sæcula. Amẽ.

De Gedeone in natiuitate Domini. Ser. LXIII.

G
Esa. 9. IVgum oneris eius & virgã humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Ista verba prophetica principaliter ad Christum referuntur. Vnde paucissimis interiectis idem propheta Esaias scilicet, cuius hæc sunt verba manifeste de eo prophetat dicens. Paruulus natus est nobis, filius Esa. 9.
datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet hoc. Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Iugum culpa, virga pœna. sceptrum H
damnatio æterna. Iugo premebamur, virga cædebamur, sceptro damnabamur. Exactor diabolus, victor Christus. Christus etenim vt per nostræ carnis
assumptionem mundum intrauit, fortem armatum Luc. 11.
custodientem atrium suum velut fortior superueniens exturbauit, & vasa eius diripuit. Fortis armatus diabolus, atrium mundus, fortior superueniẽs Christus, vasa animę, direptio vasorum redemptio animarum, propulsatio fortis armati religatio diaboli. Exactore igitur nostro superato, & iugo eius, virga eius, & sceptro eius contritis, sumenda nobis est parabola prophetica sicut prædictus propheta nobis mystice præcepit dicens. Et erit in die illa, cum requiem ti- I
bi dederit Dominus à labore tuo, & à concussione Esa. 14.
tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos, in indignatione plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis, terra, gauisa est & exultauit. Abietes quoq; lætatæ sunt super te, & cedri Libani. Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat eas. Quia igitur computruit iugum à facie olei, & cõminuta est virga percussoris nostri, & sceptrum exactoris nostri confractum, merito victo debemus insultare, victorem laudare. Sed iam attenda- K
mus quomodo spiritale bellum gestum sit, quomo- Judic. 6.
do victoria peracta. Sicut in die Madian. Legimus in libro Iudicum, quòd post mortem Delboræ peccauerũt filij Israel Domino. Qui tradidit eos ĩ manũ Madian septẽ annis, & oppressi sunt ab eis valde. Pu
gnauit autem Gedeon contra eos iubente Domino, Gedeon.
& superauit eos, & populum Israel liberauit. Quia nota est historia, & scientibus legem loquor, longumque & superfluum videtur totam historiam replicare, historiæ narratione prætermissa, ijs, quæ ad spiritalem intellectum pertinent, intẽdamus, & qualiter Christus pugnator noster, saluator noster, iugũ oneris nostri, virgam humeri nostri, sceptrũ exactoris nostri, sicut in die Madian superauit videamus. Madian interpretatur iniquitas. Significat ergo congrue populus Madian vniuersitatẽ dæmonũ, qui nũquam æquitatem, sed semper iniquitatem operantur. Quatuor principes Madian, Oreb, Zeb, Zebee, Salmana, vniuersos dęmonum principes apte figurant. Qui propterea quaternario designari possunt, quia per quatuor partes mundi nobis incurrunt, & bellum nobis inferunt, vel certe quia ad quatuor

vitia,quæ per quatuor partes mundi designantur,
nos detrahunt.Oriens enim,vbi lux oritur, astutiam
exprimit: Quia filij huius seculi prudẽtiores sunt fi-
lijs lucis in generatione sua. Occidens, quia in ipso
Sol occidit,& pars terrę superior lucẽ amittit,figurat
ignorantiã.Sic meridies,quia calescit,luxuriã,& Se-
ptẽtrio,quia frigescit,significat malitiã.Principes er-
go dęmonum generaliter quatuor sunt: dũ per hæc
quatuor vitia nos dissipantes, quasi in quatuor prin
M cipales vẽtos distrahũt ac disperdunt. Istos etiam ar-
bitror esse quatuor angelos, qui in Apocalypsi noce
re terrę,& mari,& arboribus prohibiti leguntur,vbi
Apoc. 7. sic dicitur. Et vidi alterũ angelũ ascẽdentẽ ab ortu so
lis,habentẽ signũ Dei viui,& clamauit voce magna,
quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ &
mari,dicens:nolite nocere terræ,& mari, neq; arbo-
ribus,quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frõ-
tibus eorũ.Terra sunt,qui in sanctæ vitæ cõuersatio-
ne stabiliter & firmiter habitãt.Mare sunt,q in actio
nibus exterioribus necessitate vitæ pręsentis moti flu
ctuant.Arbores sunt,qui in alto diuinæ contẽplatio-
nis succrescentes fructificant. Quibus omnibus ma-
lignorũ spirituum principes nocere prohibẽtur, dũ
a læsione ipsorum occulta diuina dispositione coer
cẽtur. Quibus etiam mirabilẽ & miserabilẽ læsionẽ
inferunt,quoties exigentibus peccatis eadẽ disposi-
tione relaxati suis tentationibus cum illis præualere
possunt.Vnde & apte in libro Iudicum dicitur.Quia
oppressi sunt filij Israel à Madianitis valde.Ipsi enim
Iudic. 6. & vniuersi greges eorũ veniebant cum tabernaculis
suis,& instar locustarũ vniuersa cõplebãt innumera
multitudo hominũ & camelorũ, quicquid tetigerãt
deuastãtes.Qui sicut locustę terrã eorũ operiũt,quia
leues & circũuolãtes sunt, & carnales eorum sensus
& affectus suis prauitatibus opprimũt. Qui sicut ea-
dẽ historia refert, in valle iacẽt per desperationis sci-
licet profunditatem,ad Aquilonem per malitiæ frigi
ditatem, iuxta montem per elationis societatẽ. Sem-
Cameli. per est enim dæmonibus cõiuncta elatio. Quorũ ca-
meli,quibus inuehũtur,sunt homines reprobi ad ter
rena curuati gibbo peccatorum enormes & onusti.
Qui videlicet cameli sicut arena maris innumerabi-
les sunt, quia stultorum in bono opere sterilium in-
Iudic.6. finitus est numerus. Et Madianitæ cum camelis om-
nia sata filiorum Israel,dum adhuc in herba sunt, va
stant: dum dęmones per reprobos homines persecu
tionibus concitatis in his, qui videbantur recte viue
re,teneritudinẽ virtutum & bonorum operum dissi-
pant.Qui deniq; nihil ad vitã pertinẽs eis relinquũt
dum in eis principales virtutes occidunt,non boues,
nõ oues,non asinos,quia continentiam,innocentiã,
N patientiã eis auferũt.Madianitis itaq; spiritalibus spi
ritales Israelitæ septẽ annis seruiũt,id est toto tempo
re,quo Deũ deserunt, vitijs se subdunt,peccatis inuo
luunt,virtutibus carent,opera bona non habent. Et
quamuis secundũ quod in historia illa scriptum est,
faciãt sibi antra,& spelũcas in mõtibus,& munitissi-
ma ad pugnãdũ loca,nequaquã tamẽ possunt hosti-
bus resistere,& manus hostiles euadere,quia ex quo
Deũ dereliquimus,& ab ipso dereliquimur,fiũt ho-
Thre 4. stes nostri secundũ Hieremiã velociores aqlis cœli,
super mõtes psequũtur nos, in deserto insidiãtur no
bis.Veniat necesse est purgator tritici strenuus, viro-
rũ fortissimus:ille,inquã, Gedeon, qui in mũdo de-
struat aram idololatrię,succidat lucũ ignorantię,qui
taurũ,id est vitulũ saginatũ,scilicet semetipsum Deo
patri offerat,nec in vellere,nec in rore signũ quęrat,
sed qd per vtrũq; significatũ est,patẽter exhibeat,ho-
stes superet,& populũ suũ liberet,& saluet eũ. Quo- O
modo? In sono tubarum, in fractione lagenarũ,in ac
censione lampadum.Christus quippe tubam sonare
fecit,dum euangelium prędicauit.Lagenã fregit, dũ
passionem sustinuit,lampadem accendit, dum mira
cula fecit.Tuba quoque sonuit, dum patrẽ laudauit Matth.11
dicens.Cõfiteor tibi Domine cęli & terrę, quoniam
abscõdisti hęc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuela-
sti ea paruulis.Nã sic est tuba prędicationis, sic est &
tuba laudationis,quemadmodũ scriptũ est. Buccina Psal 80.
te in Neomenia tuba. Et item. Laudate Dominũ in Psal. 150.
sono tubę. Lagũculã suã cõfregit, sicut hoc prophe-
ta pronuntiauerat dicẽs. Ecce Dominator Dominus Esa.10.
exercituum cõfringet lagũculam in terrore,& excel-
si statura succindẽtur. Laguncula est caro humana.
Dñs autẽ lagunculã cõfregit in terrore,quia in mor
te Christi territi sunt hoĩes, territi sunt & dęmones.
Territi sunt homines,quia qui ad spectaculum illud
cõuenerãt, videntes terręmotũ & cętera, quę fiebãt, Luc.23.
percutiẽtes pectora sua reuertebãtur. Dęmones quo
que sunt territi, quia viderunt eũ statim diabolũ re-
ligare,baratri repagula cõfringere mortis ꝓfunda pe
netrare, suos electos velut captiuã captiuitatem po-
tenter educere.Et excelsi statura sunt succisi,quia su-
perbi hoĩes antiqua dominatione sunt priuati. Sed
& lãpadem Christus accendit, dũ in mũdo bonũ o-
pus multipliciter exhibuit. Vnde & iudęis ait.Multa Ioan. 10.
bona opera ostendi vobis ex patre meo.Gedeõ ad pu Iudic. 7.
gnã suã ad triginta millia hominũ vocauit,sed in tre
centis superauit:& in exercitu Christi multi sunt vo
cati, pauci electi. Significant autem illi trecenti viri
omnes electos qui vere armati sunt fide sanctæ & in
diuiduæ Trinitatis siue munimine triũ principaliũ
virtutũ,fidei,spei,& charitatis. Qui nequaquã flexo
poplite,vel ore fluminis aquis immerso bibũt, quia
in rebus trãseũtibus non superflua,sed necessaria tã-
tũ quærunt.Reprobi vero flexo poplite,& ore lym-
phis immerso torrentis aquas bibũt,quia fluxis rerũ
trãseũtiũ delectationibus se totos immergũt. Gedeõ
nõ solũ citra,sed & vltra Iordanem hostes superauit.
Christus nõ tñ in Iudęa, verũ etiã in Gẽtibus dęmo Exhorta-
nes expugnauit. Sic Gedeõ, sic Christus pugnauit & tio.
superauit. Nos igitur fratres consideremus quõ pu-
gnemus,vt superemus.Quod me videritis facere (di
xit Gedeõ hominibus suis) hoc facite: & cõclamate
Domino & Gedeoni. Sic vult Christus,vt illi cõpu-
gnemus,cõclamemus & superemus.Exẽplũ enim de
dit nobis, vt sicut ipse fecit,ita & nos faciamus. Ad
hoc spectare videtur,qd ait. Qui in me credũt opera Ioan. 14.
quę ego facio,ipsi faciẽt,& maiora horũ facient. Ha
bemus autem nõ tñ Christũ propugnatorem & sal-
uatorem,verum etiã pręlatum nostrũ, qui vice eius
fungitur,qui nos debet in bello præcedere, & nobis
exemplũ pugnandi monstrare.Qui vtinã sit Gedeon P
non Abimelech. Abimelech enim significat præla-
tum reprobũ & iniquum, qui quæ sua sunt quærit,

non

non quæ Iesu Christi. Abimelech fratres suos super vnum lapidem trucidauit. Iniquus prælatus suos fratres per duritiam suam destruit. Abimelech vrbis suæ homines occidit, & sal in ea dispersit: & reprobus prælatus in ecclesia sua commissa sibi subiectos verbo & exemplo interimit, nec sapientem nec sapietiam in ipsa, inquantum eius prauitati permittitur, derelinquit. Habeant ergo viri Sichem Abi-

Q Iudic. 9. melech, nos vtinam habeamus Gedeonem. Ierunt, inquit, ligna syluarum, vt constituerent, super se regem, Venerunt ad oleam, vitem, ficum, quę omnes renuerunt super ea regnare, & inter ea promoueri: dixeruntque ligna ad rhamnum, impera tu nobis. Quæ respondit. Si vere me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Ligna syluarum secundum parabolam Ionathæ sunt viri Sichem, Rhamnus Abimelech. Secundum mysticam autem significationem quid rectius per ligna syluarum accipimus, quàm nationes vel congregationes quaslibet infructuosas, & homines in peccatis annosos & veternosos, & æternis incendijs aptos? Per oleam autem possumus intelligere fidelem aliquem virum excellentem virtute misericordiæ. Per vitem vero, eo quòd Chri-

Ioan. 15. stus, qui est sapientia Dei, ait: Ego sum vitis. Et quia scriptum est. Vinum modice sumptum acuit ingenium: Accipimus quemlibet iustum eximium virtute sapientiæ. Per ficum denique accipimus aliũ præpollentem gratia dulcedinis internæ, Ficus enim dulcem habet fructum. Ligna enim syluestria ad oleam, vitem, ficum, vt ex eis regem accipiãt, veniũt: cum quælibet infructuosæ cogitationes aliquem virum misericordem, aut sapientem, vel mitem, aut dulcem in prælatum requirunt. Sed olea, vitis, ficulnea, regnum tale respuunt, quia electi per prauorum malitiam, si eorum regimine constituantur, proprio fructu priuari & illis nil prodesse pertimescũt. Dein de ligna rhamnũ super se regem leuant, cum iniqui aliũ iniquum spinis peccatorum obsitum in rectorẽ expostulant. Isti quoque igne alterno deuorantur, dum peruersi subiecti & peruersus eorum prælatus alterutro furore & ira conturbantur. Et talibus hominibus de tali igne ac deuoratione propheta sic

Esa. 33. ait. Spiritus vester vt ignis vorabit vos. Cum enim inuicem inuident, inuicem mordent, inuicem consumuntur. Sed iam ad nostram materiam reuerta-

R Pulchra pro Prælatis. mur. Christus itaque iugum oneris nostri & sceptrum exactoris nostri, sicut in die Madiam superauit, quia tuba suæ prędicationis, & passione mortis, & exhibitione bonæ actionis dæmones debellauit, & nos ab eorum dominatione liberauit. Habemus autem & alium Gedeonem, id est Christi propugnatoris & saluatoris in hoc bello vicem gerentem, prælatum scilicet nostrum, illius auxilio hostes nostros quotidie debellantem. Hic offerat necesse est cum Gedeone panes azimos per simplicem videlicet doctrinam, hœdum per pœnitentiam, & ipsum coctũ per dilectionem, & desuper thus fundat per compunctionem Offerat & taurum, scilicet semetipsum, vt licet mori pro populo suo non contingat opere, mori tamen pro ipso paratus sit semper voluntate.

Ingrediar (inquit Gedeon) partem castrorum, & Iudic. 7.
quod fecero sectamini. Sic omnis prælatus sibi subiectis bene viuendi formam debet exhibere, ne de illorum esse numero comprobetur, qui dicunt & S
non faciunt, & qui alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Ingrediatur ergo castra hostilia, non solum, ea quæ sunt vtilia, necessaria, vel in malis cauendis aut in bonis exercendis, prouidendo, disponendo, sed & faciendo. Ingrediatur partem castrorum, minestrium suum implendo. Ingrediatur castrorum partem, non enim omnia potest solus, quia manus Moysi graues sunt, & indigent aliorum auxilio sustentari. Clangat tuba sua prædicando & cantando, frangat lagenam ieiunando & vigilando, accendat faculã virtutes exercendo, bona opera exhibendo. Et nos Domino & Gedeoni conclamemus, ipsum in his omnibus imitando. Sed sunt quidem carnales etiam religionis habitu palliati, quorum buccinatio tota carnalis est. Nunquam enim de religione, nunquam de emendatione ordinis loquuntur, quia secundum apostolicam sententiam, non quæ sunt spiritus, sed quæ carnis sunt, sapiunt. Parum inquiunt, dormimus, Rom. 8.
parum comedimus, pauperrime viuimus. Isti si non fuerint saturati, sæpius non tãtum murmurãt, sed & litigant. Qui vtinam saturati pacem habeant. Nec tamen ista dicentes de necessarijs corporis loqui repræhendimus. Sed quòd isti semper de carnalibus nunquam de spiritualibus loquuntur, mirabile est in oculis nostris. De necessarijs quippe corporis humani, prout oportet, loqui laudabile est, quia nemo unquam odio carnem suam habuit, sed nutrit & fouet eam. Verum loqui de his, quæ ad spiritũ pertinent, est prorsus necessarium, cũ spiritus humanus potior pars hominis, vel certe (vt quidam philosophus ait) ipse homo sit. Mens (inquit) cuiuscunque is est quisque. Alij in refectorio buccã suam ad cõedendum & bibendum satis aperiunt, in choro ad legendum & canendũ sæpe vel semper claudunt. Alij non minori culpa, sed maiori dementia confitentes Domino, parũ in corde nimis in ore, caput exagitant, voces falsificant, cantum effœminant, & laudem diuinam spiritu vanæ gloriæ capti magis strident, sibilant, quàm cantant. Nunc ergo charissimi, Exhortatio.
de his omnibus nos inuicem fraterne corripiamus, & corrigamus, vt buccina nostra bene sonante hostiũ castra terreamus. Sane sermo diuinus, quem siue prędicatũ siue cantatũ per tubã figurari dicimus, in hac eadẽ historia per panẽ vel gladiũ intelligitur. Referens (inquit) aliquis somnium proximo suo Iudic. 7.
dixit. Vidi somnium, & videbatur quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madiam descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum percussit illud, & subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit is, cui loquebatur. Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis. Tradidit enim Deus in manus eius Madiam, & omnia castra eius. Sermo ita- V Sermo
que Dei tuba est, panis est gladius est. Tuba est, quia Dei.
auribus insonat. Panis est, quia esurientium iustitiã Heb 4.
mentes sanat. Gladius est, quia cordium secreta penetrat. Vnde Apostolus. Viuus est (iniquit) sermo

Dei

Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti,& ptingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus,compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & nõ est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Non solũ autem oportet nos tuba clangere (sicut dictum est) prædicando,cantando vel canendo, verum & lagenam frangere,carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs crucifigendo. Sed sunt in ordine multi, qui religionem professi, salubrem eius asperitatem abhorrent,semper in requie opulenta viuere cupiẽtes,& quòd Deus nullam ab eicis carnis molestiam requirat asserentes.Nos vero charissimi frangamus hanc lagunculam in fame & siti, in frigore & nuditate,in labore & ærumna,& cæteris huiusmodi. Ac cẽdamus nostras lampades, vt virtutes exerceamus, opera bona exhibeamus.Talibus armis hostes superabimus, victoriã obtinebimus, palmam possidebimus. Palmam inquam auream. Sic & Gedeon, de quo sermo est,palmam auream obtinuit, dum inaures aureas de præda hostium ab exercitu suo postulauit, & accepit. Sic & nos fratres, si legitime certemus,palmam auream,id est supernam gloriam possidebimus. Quam nobis præstare dignetur Iesus Christus. Amen.

De Apostolis Petro, & Paulo. Sermo. LXIIII.

X

Gene. 1.

Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius, vt præesset diei & luminare minus, vt præesset nocti & stellas. Forsitan miramini fratres, quòd in solẽnitate sanctorum apostolorum Petri,& Pauli sermonem vobis facturi, de ijs, quæ in operibus sex dierum continentur, eiusdem sermonis fundamentum ponimus. Sed hoc sine ratione minime facimus,dum per creationẽ mundi regenerationem generis humani, & per ornatum cęli & terræ decorem & pulchritudinem vniuersalis ecclesiæ conuenienter intelligimus. Cęlum significat ea, quæ in sancta ecclesia sunt summa, terra significat ima.Cęlum significat prælatos,perfectos, contemplatiuos,terra subiectos,imperfectos,actiuos. Prælati,namque,perfecti,contemplatiui, siue auctoritate nominis, siue differentia dignitatis, siue merito virtutis,subiectis,imperfectis,actiuis, sunt superiores.Subiecti vero imperfecti,actiui prælatis, perfectis, contemplatiuis sunt inferiores. Ornatus cęlorum virtutes exprimit perfectorum, ornatus terræ virtutes imperfectorum. Illos velut cęlos excellenter eleuatos ornat diuina contemplatio, istos quasi terram adhuc in imo residentem decorat bona actio. Illi per continuas preces,protegunt, isti proteguntur. Illis gratia cœlestis confertur, & per illos istis defertur. Vnde & Dominus per prophetam ait.

Osee. 2.

Exaudiam cęlos, & ipsi exaudient terram. Et alibi scriptum est. Aperiet Dominus thesaurum suũ optimum,cęlum,vt pluuiam tribuat terræ tuæ in tempore suo. Cum igitur per creationem mundi restauratio-

Y

nem generis humani, & per dispositionem & ornatum cęli & terrę ordinem & pulchritudinem vniuersalis ecclesiæ conuenienter intelligamus: quid per duo magna luminaria, solem videlicet & lunam rectius quàm sanctos Apostolos, quorum solennia celebramus idest Petrum, & Paulum accipere debemus? Qui vere sunt luminaria per gratiam, magna per excellentiam. Petrus enim cęteris eminet ex cellentia potestatis. Paulus excellentia prædicationis. Petrus sol. Paulus luna. Petrus sol per collatã sibi diuinitus potentiam. Paulus luna per collatam, sibi cęlitus sapientiam. Luminare maius fecit Deus: dum Petro dixit, Caro & sanguis fidei sacramentũ tibi non reuelauit, sed pater meus, qui est in cœlis, & illum tunc lucere in cęlo præcepit, dum illi claues regni cęlorum contradidit. Luminare minus fecit dum Saulum strauit,& Paulum erexit, & in illo corporale lumen ad tempus extinxit, sed spirituale in perpetuum accẽdit. Sed iam videamus, quomodo luminare maius iussit præesse diei, & luminare minus præesse nocti. Per diem Iudæa congrue significatur, quę doctrina legis & prophetarum quasi claritate quadam luminis cęlestis illustrabatur. In hoc quippe non mediocriter Gentibus prælucebat, quia non tantũ naturalem, sed & scriptam legem habebat. Vnde & Apostolus cum de Iudæis & Gentibus disputaret ait: Quid ergo amplius est Iudæo: aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Per noctem Gentilitas recte figuratur, quæ suæ cęcitatis tenebris antiquitus tegebatur. An non tenebrosa nox fuit Gentilitas, cuius etiam sapientes, cum cognouissent Deum, non sicut Deũ glorificauerunt,aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt,& mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum,& quadrupedum,& serpentum. Cum enim cognouissent Deum, ipsum naturaliter intelligendo,non sicut Deum glorificauerunt ipsum per iustitiam colendo: aut gratias egerunt, eum pro accepto beneficio laudando: sed euanuerunt in cogitationibus suis,per superbiam. Et obscuratum est insipiens cor eorum,per ingnorantiam. Superbia namque, dum mentem infumigat, proprij luminis claritate priuatos obscurat. Dicentes enim per superbiã & iactantiã se esse sapientes per acceptam scientiam stulti facti sunt operante superbia p cæcã & excæcãtem ignorantiam. In quantam stultitiam corruerint ostẽditur, cùm de idololatria statim infertur. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum,& serpentum. Et post pauca. Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ: nam fœminę exarserunt in desiderijs suis inuicem: & sicut nõ probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt facerent quę non cõueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, sine fœdere, sine misericordia. Quos sub vnius persona humi-

Matt. 16.

Z

Dies.

Nox.

Roma. 1.

hominis Paulus, cuius hæc sunt verba, acriter redar
Ro. 2. guens ait. Secundum duritam autem tuam, & cor
impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & re-
uelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique se
A cundum opera eius. Sic abyssus abyssum inuocat,
dũ culpa culpã generat. Culpa namque superbiæ ge
nuit in eis cæcitatem ignorantiæ, & cæcitas igno-
rantiæ genuit impietatem idololatriæ, & impietas
idololatriæ genuit maculam luxuriæ, & macula
luxuriæ cooperantibus supradictis genuit enormi-
tatem omnis iniustitiæ, quæ tandem genuit contem-
ptum & duritam impenitentiæ. Ecce quomodo
Gentilitas fuit nox tenebrosa. Luminare vero ma-
ius diei, & luminare minus nocti præfuit, dum Pe-
trus Iudæis, Paulus Gentibus prædicauit. Quod
manifeste Paulus in epistola ad Galatas declarans:
Gala. 2. Cum vidissent (inquit) quòd creditum est mihi
euangelium præputij, sicut Petro circuncisionis.
Qui enim operatus est Petro in apostolatum circun
cisionis, operatus est & mihi inter Gentes, & cæte-
ra. Dies itaque Iudæa, non Gentilitas, luminare ma
B ius Petrus, luminare minus Paulus. Quamuis autẽ
Paulus prædicator fuerit Gentium, quamuis electio
nis vas, quãuis omnibus plus laborauerit, quamuis
nihil minus à magnis Apostolis fecerit, quamuis ad
tertium cælum & in Paradisum Dei raptus, arcana
ibi verba, quæ non licet homini loqui, audierit: nõ
me tamẽ arbitror sublimitati eius in aliquo deroga-
re, in eo quòd ipsum minori luminari idest lunæ:
Petrum vero maiori idest soli comparo. cum Petro
Mat. 16. soli dictum esse constet: Tu es Petrus, & super hanc
petram ędificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo cla-
ues regni cęlorum, & quodcunque ligaueris super
terram, erit ligatum & in cęlis, & quodcunque
solueris super terram, erit solutum & in cęlis: &
cum soli Petro iubente Domino eum super aquas
maris ambulare concessum sit: Petroque soli inter
cæteros, & præ cæteris à Domino cura pastoralis
principaliter & specialiter iniuncta sit, vbi dicit: Pa-
sce agnos meos. Ambo tamen magni, ambo mira-
biles, ambo laudabiles sunt & prædicabiles, ambo
C passione germani, ambo vna die, vno loco, vnius
sententiam tolerauere tyranni. Vnde licet eos ad
commodum sententiæ nostræ secundum prædicta
luminaria superius eos discernamus, vter tamen
vtri præponatur non est certum, quia possunt exi-
stimari meritis non dispares, qui sunt in passione æ-
quales. Et licet in Petro fides emineat, in Paulo do-
D ctrina præcellat, magisterium tamen Pauli fidei ple
Pulcher Discursus nitudo est, & credulitas Petri doctrinæ est fundamẽ
tum. Isti sunt duæ principales in ecclesia turres, duo
propugnacula, duo duces, duo præcones, duæ colu-
mnæ, duæ oliuæ, duo candelabra. Turres eminen-
do, propugnacula muniendo, duces pugnando, præ
E cones prædicando, columnæ sustinendo, oliuę mise
serando, candelabra lucendo. Sanè sciendum est, q
potestas soluendi, & ligandi quamuis soli Petro da-
ta videatur à Domino, absque vlla tamen dubieta-
te cæteris Apostolis data est, ipso teste qui post pas-
Ioan. 20. sionis suę, resurrectionisque suę triumphum, appa-
rens eis, & insufflauit, & dixit omnibus: Accipite
Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, re-
mittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.
Necnon etiam nunc in episcopis ac presbyteris om-
ni ecclesiæ idem officium committit, vt videlicet
agnitis peccantium causis quoscunque humiles, ac
vere pœnitentes aspexerit, hus iam a timore perpe-
tuæ mortis miserans absoluat. Sic quoque licet Pau
lus specialis doctrinæ donum excellenter acceperit,
noscendum tamen est alios Apostolos eius doctri-
næ gratia perfecte donatos ipso Domino docendi
ministerium illis iniungente, dum ait: Euntes do-
cete omnes gentes baptizantes eos in nomine pa- Mat. 28.
tris, & filij, & Spiritussancti, docẽtes eos seruare om
nia quęcunque mandaui vobis. Fecit itaque Deus
duo magna luminaria, vt luminare maius pręesset Gene. 1.
diei, & luminare minus præesset nocti. Et sint (in-
quit) in signa, & tempora, & dies, & annos, & lu
ceant in firmamento cęli, & illuminent terram. Quã
tum ad sensum literæ spectat, corporalia luminaria
cœli esse leimus in signa tempestatis ac serenitatis,
in signa nauigandi, & ita de cæteris huiusinodi plu
ribus. Sunt & in tempora, quia eorum cursu, ascen-
su, & descensu quatuor anni tempora determinan-
tur, & complentur. Sunt in dies & annos, quia eorũ
& præcipue solis ortu, cursu, & occasu consumman
tur. Sic & spiritualia luminaria ista in signa nobis
sunt, dum malum vitandi, bonumque faciendi no-
bis exempla tribuunt. In tempora quoque nobis
sunt, dum in incerto diuitiarum, quæ cum tempori
bus defluunt neminem sperare debere patenter nos
erudiunt. Vnde & beatus Paulus ait: Reliquũ est, 1. Cor. 7.
vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint:
& qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent,
tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam
non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquã
non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Et
ad Timotheum. Diuitibus huius sęculi præcipe,
non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitia- 1. Tim. 6
rum. In tempora nobis sunt, dum, vt in tempori-
bus æterna quæramus, nos instruunt. Hinc & idem
Paulus ait. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc
dies salutis. Per dies autem bonorum operum in- 2. Cor. 6
cohationem, per annos vero eorum intelligimus cõ
summationem. Sancta ergo hæc cælestia luminaria
dies & annos nobis ministrant, & determinant, dũ
ad bonorum operum inchoationem, & perfectionẽ
rationabiliter & discrete suis præceptis nos illustrãt
quemadmodũ & præfatus Apostolus admonet di-
cens: Obsecro fratres per misericordiam Dei, vt exhi
beatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Rom. 12.
Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.
Hæc denique luminaria in firmamento cœli lucẽt, F
& terram illuminant, quia & perfectis in cœlesti cõ-
uersatione firmatis mirabiliter coruscant, & inferio
ribus ac imperfectis eos verbis erudiendo, & exem-
plis accendendo lumen iustitiæ præstant. Sancti
quippe perfecti in cœlesti conuersatione firmantur
in via per gratiam, in patria per gloriam. Hic per iu-
stitiam, ibi per stolam primam, donec accipiant &
secundam. Vnde & prædictus Apostolus ait: Nostra Phil. 3.
autem conuersatio in cœlis est. Imperfecti vero ad-
huc velut in terra habitant, dum terrenis laboribus
sæpius insudant. Quapropter & illi nomine fir-
mamen-

mamenti,& isti nomine terræ congrue designantur. Hæc de sanctis Apostolis Petro, & Paulo diximus, & eorum magnam claritatem secundum duo maiora cęli luminaria non sicut voluimus, sed sicut valui

G mus,declarauimus. Et stellas. Sicut per duo maiora cęli luminaria Petrum, & Paulum secundum prædictam rationem accipimus, ita per stellas cæteros Apostolos accipere debemus. Licet enim omnes Apostoli sint magni, & omnes pariter & communiter gratia cęlesti sint donati, nescio tamen quo pacto Petrus, & Paulus præ cæteris peculiari quadam in cęlo fidei virtute videntur præcellere, dum Petro quasi bono dispensatori claues regni cęlestis dedit, Paulo tanquam idoneo doctori magisterium ecclesiasticæ institutionis iniunxit. Vnde ista duo maxima luminaria, velut sol & luna, vno in loco non videntur fixa, dum Petro vniuersalis ecclesiæ cura iniungitur, & Paulo omnium gentium doctrina cum mittitur. Ceteri omnes velut stellæ, in firmamento, vno singuli fixi videntur in loco, dum eorum vnusquisque vno prædicauit in regno. Prædicauit enim Ioannes in Asia, Andreas in Achaia, Matthæus in Aethiopia, Iacobus maior & Iacobus minor in Iudæa, Philippus in Scythia, Thomas in India maiore, Bartholemæus in India minore, Simon & Iudas in Perside. At non ita Petrus & Paulus, dum Petrus, cęteris in naui relictis super maris aquas ambulans totius ecclesiasticæ dignitatis se principem fore signũ accepit, & Paulus, qui ab Hierusalem, per circuitum, vsque ad Illiricum impleuit euangelium Christi.

Apostoli reliquæ stellæ.

H Quamuis itaque simul omnes cęlitus nobis luceant, lumenque veritatis in tenebris vitæ præsentis præbeant, & qualiter de Babylone in Hierusalem supernam ascendere valeamus, nos doceant: beati tamen Petrus & Paulus, quorum solennia celebramus speciali quodam fulgore, cęlestis iustitię nos irradiant. Nunc igitur charissimi nobis, tantorum luminarium splendore lustrati, omnes filij lucis, & filij diei simus, non noctis, neque tenebrarum. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sed nõ hoc tantum, sed & transformemur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu idest non solum relictis malis acquiramus bona, sed etiam inter bona sectemur semper potiora, vt de virtute in virtutem conscendentes, meritis & precibus beatorum Apostolorum, Deum deorum in Sion videre mereamur. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in secula. Ameo.

Exhortatio. *Rom. 13.*

§ *In Natiuitate beatæ Mariæ. sermo. LXV.*

I Sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Plebs antiqua fratres, plebs Israelitica quasi arbor quædam fuit, quæ in Abraham radicem habuit, & in Isaac & Iacob stipitem produxit, & se erexit, ac in duodecim patriarchis & filijs eorum ramos ac ramusculos multiplicauit. Quæ quidem propter pinguedinem fidei, ac iustitiæ Abrahæ, Isaac, & Iacob, & quorundam, qui ex ipsis sunt geniti, olea vel vitis in quibusdam scripturę locis meruit appellari: sed ob quorundam, immo multorum, ex eis procedentium prauitatem spinæ potissimum potest comparari. Vnde ad demostrandam præcedentem eius bonitatem, & sequentem eius prauitatem, Dominus per Hieremiam dicit: Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Et post pauca Hieremias ipse. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit Dominus nomen tuum. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea. Abraham quippe, Isaac, & Iacob, & plerosque ex eorum stirpe progenitos Domino placuisse, & cum ipsis siue per ipsos Dominum locutum esse scriptura teste didicimus, ac per hoc viti siue vineæ vel oliuæ aut etiã ficulneæ gentem illam merito comparat agnoscimus. Sed & nunc videamus quomodo, & quare spinæ, quæ stimulos acutos producit, & crudeliter pungit, eadem gens propter multorum filiorũ suorum impietatem iure debeat comparari, & inueniemus, quòd multi crudelitatis eius aculei è sacri eloquij testimonijs pssint dinumerari. Primum itaque legimus de crudelitatis gentis illius stimulis Ioseph à suis fratribus iniuste odio habitum, tunica talari nudatum, in cisterna positum, ac tandem Ismaelitis negociatoribus crudeliter venditum, ad exteras & ignotas gentes ducendum. In Aegypto quoque à Pharaone afflicti, dum patientiam in aduersis habere debuissent, aduersus Moysen & Aaron turbati dixerunt: Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharone & seruis eius, & præbuistis ei gladium, vt interficeret nos. Postquam autem egressi sunt de Aegypto ante trãsitum maris rubri, dum Aegyptios se vidissent sequentes, sæuientes contra Moysen dixerunt: Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos de Aegypto? Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs: multo enim melius est seruire eis, quàm mori in solitudine? Post transitum uero maris rubri in deserto Sin furentes aduersus Moysen & Aaron dixerunt: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, vt interficeretis omnem multitudinem fame? Sed cum psalmographus propter multiplicem prauitatis eorum nequitiam, nõ interrogando sed admirando & stupendo, proclamet dicens: Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram cõuerterunt excelsum in inaquoso? quid necesse est sigillatim eorum contentiones describendo laborare, & uarias eorum rixas dinumerare, quibus Dominum, & Moysen irritauerunt in castris, Aaronque sanctum Domini? Sic & in terra promissionis positi immolauerunt dęmonijs & non Deo: dijs, quos ignorabant: & Deum qui eos genuerat, dereliquerunt, & obliti sunt Domini creatoris sui. Altaria eius destruxerunt, & prophetas occiderunt? Ad vltimum uero, ut cumulum damnationis suæ consumarent, auctorem uitæ cruci configẽtes interemerũt. His & huiusmodi peruersitatibus

Hiere. 2. *Exo. 5.* *Psal. 105.*

velut crudelissimis spinarũ stimulis gens illa perfida semper hispida fuit, & flores ex se procedentes idest prophetas, & alios iustos ex se natos lacerare, & cruẽ tare nõ desijt. Ex quibus alij ab eis secti sunt vt Esa Heb. 11. ias, alij lapidati, vt Hieremias in Aegypto, Ezechiel in Babylone, alij in occasione gladij mortificati vt Vrias, Iosias, alij minis eorum fugati circuierunt in melotis, in pellibus caprinis vt Helias, egentes, angu stiati, afflicti, quorum dignus nõ erat mundus. Sed & principes eorum viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, & dixerunt, non videbit Dominus. Nã & de huiusmodi crudelissimis pũ Matt. 23. ctionibus scribis & pharisæis Dominus exprobans ait: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ędificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumẽta iustorum, & dicitis, Si fuissemus in diebus patrũ nostrorum non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque in testimonio estis vobisinetipsis, quòd filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et post pauca. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Habuit etiam arbor ista folia non semper man sura, sed quandoque casura, carnales scilicet legis obseruantias, quarum defluentiam Paulus insinuat, dum ad eas dicit parabolam temporis instantis: Iuxta quam munera & hostias offerebant, quæ non va lebant, iuxta conscientiam, perfectum facere seruien tem, solummodo in cibis, & potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carni, vsque ad tempus correctionis impositis. Et alibi: Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Vm Heb. 7. bram enim habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Intelligimus itaque in Abraham arboris nostræ radicem, In Isaac & Iacob sti M pitem, in duodecim patriarchis ramos, In filijs eorũ multiplices ramusculos, In carnalibus obseruantijs folia, In iustis antiquis præcipue prophetis flores, In Maria. prauitatibus eiusdem populi spinales stimulos, Inter quos videlicet flores beata virgo Maria cæteris gloriosius rutilat, quæ non solum antiquos, verum & vniuersos iustos sua pulchritudine superat. Sed quia diximus quomodo gens Iudæa spinæ compa reur: dicamus quomodo beata Maria per rosam Rosa. idest ipsum florem signi ficetur. In rosa quatuor di scerni posse videntur scilicet natura, forma, color, & odor. Natura est rosa frigida, forma lata, colore alba aut rubra, odore grata. Per naturam ergo significat vitiorum extinctionem, per formam charitatem, per [illegible]orem puritatem & p[illegible]ssionem, vel certe com passionem, Per odorem bo[illegible] [illegible]nionem. Quæ cuncta excepta corporali passione beatæ Mariæ, cuius hodie natiuitatem celebramus rectissime con Luc. 2. gruunt. Nam, vt cætera, q[illegible] satis nota sunt, taceam, v[illegible]tem compassi[illegible] beata Maria habuit, quia eius animam, sicut scriptum est, doloris gladius pertransiuit. Igitur sicut supra dictum est, Iudæa est spi na. M[illegible] rosa. Et sicut spina [illegible], sic Iudæa Ma riam genuit, du[illegible] illa crude[illegible] hanc misericordem Treñ. 4. edidit. Quid enim crudelius gente Iudaica? de qua scriptum, est quòd lamiæ nõ lauerunt mammam. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto?

Et item. Maior effecta est iniquitas filiæ populi Treñ. 4. mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non cœperunt in ea manus. Quid autem misericordius beata Maria, quæ à cunctis fidelibus misericordiæ mater appellatur, & à cunctis vera hde eam inuocantibus misericordiæ esse mater comprobatur? Sed quia Iudæam nequitiam, & beatæ Ma riæ bonitatem semper laudandam describere nõ suf N ficimus, ad nosmetipsos stylum vertamus, & qualiter ab illa declinare, & illam debeamus imitari diligenter videamus. Non ergo imitemur impiam Iudæam, vt simus spinæ: spinæ inquam illæ, de quibus Exhortatio. ait Dauid: Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus: & si quis eas 2. Re. 23. tangere voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum Crudeles sunt istæ spinæ, [illegible]eles sunt, ac detestabiles. Quæ non tol[illegible] [illegible], quia non possunt euelli de sua crudelitate [illegible]mana, sed [illegible] po tentia diuina. Et si quis [illegible] erit tangere, armabitur ferro & ligno lanceato, quia quorundam ferina crudelitas nullo modo reprimitur, nisi d[illegible]o & seuerissimo rigore iustitiæ [illegible]. [illegible] que succensæ vsque ad nihi[illegible], quia flammis gehennalibus co[illegible] [illegible] hoc, quod in mundo fuerint, ad ni[illegible] [illegible]. Nõ simus fratres tales spinæ, vel talibus simi[illegible], quia spi narum acerbus est fructus, punctio cruenta, & spinę raro tei cuilibet adaptantur, nisi tãtum [illegible] & combustioni. Et quid amarius peccato, & [illegible] rarius æternis incendijs, quibus peccato[illegible] concremantur? Imitemur beatam virginem Mariam, maxime secundum hoc, quod de rosa [illegible]perius diximus, vt viuositatis nostræ flammas secundum eius naturam frigidam extinguamus, corda nostra secundum formam eius in dilectione Dei & proximi latius expandamus. Simus rubicundi, & si non pro Christo sanguinem effundendo, [illegible]em infirmis eius mẽ bris compatiendo, & odo[illegible] bonam opinionem vbique dispergendo. Iu[illegible] [illegible]emus nequitiam, à malo declinando: beatæ [illegible] virginis [illegible] sanctimoniã, bene faciendo, vt eius meritis & precibus euadere damnationem, & consequi mer[illegible] beatitudinem. Quod nobis præstare d[illegible] Iesus Christus Dominus noster, qui [illegible] Deus [illegible] [illegible]ctus in s[illegible]. Amen.

¶ De Deo laudando, in festo cuiuslibet san[illegible]
Sermo. L X V I.

MVltis ex locis sacræ scriptu[illegible] O Deum in sanctis suis esse [illegible] atque laudabilem, & tanto [illegible] bi liorem, q[illegible] [illegible] bilioremi. [illegible] sos autẽ [illegible] næ san ctis p[illegible]ographus in [illegible] in psalmo nobis proponit vbi dici[illegible] sono tubæ, lau te eu[illegible] [illegible] terio & cit[illegible] pano & chor[illegible] dis & o[illegible], in cym[illegible] sonantib[illegible] balis iu[illegible]ationis. Et vt [illegible] non de[illegible] bus, sed de spiritual bu[illegible] mentis intel[illegible] esse procederet, statim ad[illegible] Omnis spiritus

det dominum. Omnis spiritus, angelicus scilicet & humanus. Videamus ergo quid hæc omnia spiritaliter significent. Tuba terribilem sonũ habet, & per hoc prædicationem illam figurat, quæ vel de breuitate vitæ præsentis, siue de diuturnitate futuræ damnationis fortiter nos terret. De breuitate præsentis vitæ, vt ibi, Iam securis ad radicem est posita arboris. De diuturnitate futuræ damnationis, vt ibi, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et quia de differentia tubarum idest modo prædicationum superius in quodã sermone sufficienter diximus, nunc eadem repetere non curamus. Laudate eum in psalterio, & cithara. Psalteriũ diuina contemplatio, cithara bona actio, quia psalteriũ à summo, cithara sonat ab imo. Quod psalterium videlicet bene decachordum in sacra pagina vocatur, quia in contemplatione [illegible] a tota legis series verè & perfecte cõsum[illegible] cithara spiritualis ista lex habet chordas [illegible] opera misericordiæ, quæ sunt, dare cibum esurienti, potum sitienti, & cætera. Ad hanc citharam sonandam, & per eam laudẽ Dei decantandam ipse Christus nos hortatur, vbi dicit: [illegible]ate eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. [illegible] antiquos de contemptu culpans per prophetam dixit: Reficite lassum, & hoc est refrigeriũ meũ, & noluistis audire. Laudate eum in tympano, & choro. Tympanum siccato corio siccato super ligneum circum extenso, quo iuuenculæ tympanistriæ ludere solent, quæ meliora instrumenta nõ habent. Significat autẽ [illegible] tympanũ abstinentiã, per quã caro siccatur, attenuatur, & extenditur. Et hoc tympanũ Paulus exprimere videtur, vbi dicit: Qui autẽ sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cõcupiscentijs. Sed quia nil valet abstinentia, quã non comitatur concordia, rectè postquam dixit, Laudate eum in tympano, addidit & choro. Est enim chorus contemperata collectio vocum, & propterea per chorum designatur concordia morum. Qui autem laudare Dominum [illegible]pano abstinentiæ non etiam in choro co[illegible] conantur, iure ieiunia eo[illegible]bantur, [illegible] prophetam dicitur: Ecce [illegible] & con[illegible] ieiunatis & percutitis pu[illegible]pie: Nolite ieiunare sicut vsque ad diẽ hanc [illegible] in excelso clamor vester. Nunquid talẽ est ieiunium, quod elegi, per diem [illegible] hominẽ animam suam? Et post pauca. Nonne [illegible] magis [illegible], quod ele[illegible] dissolue col[illegible]ationes [illegible] fasciculos [illegible] re vult, [illegible] L[illegible]udan[illegible] tympano abstinentiæ, studeat etiam placere illi, eum laudando [illegible] concordiæ. Laudate eum in [illegible]dis, & or[illegible]. Chordæ designant virtutes. Chordæ, vt sonũ [illegible], extendun[illegible] [illegible]tutes, vt fructum conferat, [illegible] Chor[illegible]ur extensio vi[illegible] est [illegible] vtilitas [illegible]. In chordis [illegible]icunque rectè [illegible]tendo sanct[illegible] virtut[illegible], & illorum chordæ [illegible] sonant, q[illegible] virtutes a[illegible] ferendã [illegible]lem iustitiam [illegible]miter conco[illegible]nt. Hæ [illegible] virtutes clare [illegible] reddunt, quæ ab omni [illegible]ditate siccatæ [illegible], quia virtutes illæ suauiter Deo sonant, quas [illegible] fluxa non humectant. Chordæ denique minime sonant, nisi tangantur, quia virtutes nequaquam clarescunt, nisi prius aduertantibus exerceantur. Sonus chordarum roboratur, & formatur ex propinquitate sibi ligni concauitate: virtutum vero bonitas commendatur ex interna & latente operantis intentione. Organum est quasi turris fistulis diuersis fabricata, quod flatu follium sonat. Quid itaque per folles, nisi perfectiores docto res spiritali doctrina repletos? Quid etiam per organum rectius, quàm audientium discipulorum cœtũ intelligimus: Per folles organum impletur, vt per suas fistulas sonum reddat: & per doctores Spiritu sancto plenos discipulorum cuneus doctrina spiritali adimpletur, vt per suos sensus, & membra, vel certe virtutes, & opera laudem Deo dicat. In organo igitur à nobis Deus laudatur, dum in nostris auditoribus, & ex nostra spiritali doctrina per eorum bonã conuersationem glorificatur. Et sic implemus, quod scriptũ est, In doctrinis glorificate Dominũ. Quod videlicet organũ formam habet turris, quia discipulorum turba semper debet esse fortis, & sublimis ad resistendum inimicis. In chordis ergo Dominum laudamus, dum in nobismetipsis virtutes exercemus. In organo dum alios hoc vel illo modo ad laudem Dei prouocemus. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis. Cymbala inuicem se tangunt, & sic sonũ reddunt: & significant vicarium honorem, quo se inuicem iusti præueniunt, vel alternam exhortationem, qua se inuicem admonent, vt semper melius operẽtur, & semper deuotius Deum laudẽt. Et de his cymbalis, & de compercussione, siue consonantia eõrũ beatus Paulus sic dicit: Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes. Et item. Certus sum fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Et hæc sunt cymbala bene sonantia, sancta videlicet sanctorum ad meliorem prouectionem alterna monita. Cymbala vero iubilationis rectè labia nostra sunt, quæ dum se inuicem in laudando Deum percutiũt iubilationis eius iucunda suauiter promunt. Est autẽ iubilus ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet, quod ecclesiam præcipuis festiuitatibus repræsentat circa eandem syllabam varias formando melodias, vt in natali Domini cantatur tanquam sponsus: quasi non valens mentis exprimere hilaritatem. Nunc igitur charissimi nobis, laudemus Dominum in sono tubæ, [illegible] est per prædicationem, in psalterio per contemplationem, in cithara per bonam operationem. Laudemus eum in tympano per abstinentiam, in choro per conc[illegible]. Laudemus eum in chor[illegible]tutes in nob[illegible] metipsis exercendo, in organo alios spiritali doctrina ad diuinam laudem præmonendo, & prouocãdo. Laudemus eum in cymbalis bene sonantibus inuicem nos admonendo commonendo, in cym[illegible] iubilationis eius semper laudem nost[illegible] labijs commendo. Laudemus inquam Dominum, quia spe[illegible] nobis est canticum singularis lætitia, [illegible] diuina. Laudemus Dominum, quia si eum laudamus sicut debemus, erimus populus eius, de quo dicit: Populum

Tuba.
Matt. 3.
Esa. 66.
Psalteriũ.
Cithara.
Luc. 11.
Esa. 28.
Tympanũ.
Gal. 5.
Chorus.
Esa. 58.
Chordæ.
Organũ.
Esa. 24.
Cymbala.
Rom. 12.
Rom. 15.
Iubilus.
Exhortatio.

lum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.
Laudemus Dominũ, quia sacrificium laudis hono-
Psal. 49. rificat eum: & illic iter, quo ostendet nobis salutare
suum. Laudemus Dominum, quem (teste scriptu-
ra) cuncta sua laudant opera, nõ tantum sensata, sed
& insensata, & insensibilia. Et quoniam non omnia
possumus omnes, & vnusquisque suum donum ha
bet à Deo, vnusquisque nostrum in quo se velut spe
cialem agnoscit habere gratiam, in eo excellenter o-
perando, laudem decantet diuinam. Laudemus er-
go Dominum vniuersi, laudemus eum singuli. Lau
demus eum moribus, laudemus eum super terram
cum hominibus iustis in tempore, laudemus eũ vo-
cibus, vt meritis & precibus sanctorum, quorum ho
die solennia celebramus, super cœlum eum laudare
mereamur cum angelis in æternitate. Quod nobis
præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster,
qui est Deus benedictus in secula. Amen.

¶ *De quatuor regum aduersus quinque reges pugnantium allegoria. Sermo. LXVII.*

T Gen. 14. FActum est, vt Amraphel rex Sennaar, &
Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor
rex Elamitarum, & Thadal rex Gen-
tium inirent bellum contra Basa regẽ
Sodomorum, & contra Bersa regem
Gomorrhæ, & contra Semeber regem Sebohim, &
contra Sennaab regem Adamæ, contraque regem
Balæ, ipsa est Segor. Quatuor superius dicti reges
sunt vniuersi dæmones, qui idcirco quatuor esse di
ci possunt, quia à quatuor ventis nobis incurrunt,
vel quia quatuor principales virtutes in nobis debel
Chodorlahomor. lare contendunt. Ex quibus Chodorlahomor, qui in
ter alios quasi caput & princeps extitit, & cuius bel-
li causa principaliter fuit, Diabolum singulariter ex-
primit, qui inter alios malignos spiritus impugnan-
dis vel expugnandis credentibus principatum gerit.
Chodorlahomor quasi generatio manipuli, vel qua
si decorum manipulum interpretatur: quia diabo-
lus malorum collationem quasi generat, dum eos
in malo suis prauis suggestionibus procreat: & ve-
lut decorum manipulum manu vehit, dum illos fal
laci mundi huius pulchritudine decoratos ad tor-
Elam. menta portat. Ipse est rex Elamitarum. Elam inter-
pretatur seculum vel orbis, & significat vniuersitatẽ
hominum seculum amantium, & per circuitum suæ
Psal. 11. prauitatis ambulantium. Sicut scriptum est: In cir-
cuitu impij ambulant. Elamitæ quoque interpretan
tur oppositi vel despecti. Et diabolus est rex Elami-
tarum idest omnium fidelibus aduersantium, & ab
ipsis merito despectorum. Cuncti denique reproba-
Pentapolis. ti spiritus reges sunt, quia secundum Apostolum, te-
nebrarum harum rectores existunt. Pentapolis regio
suis quinque ciuitatibus disposita, humanæ carnis
sensualitas est suis quinque proprietatibus discreta.
Quinque vero sensus corporis, huius regionis reges
sunt, dum extrinseca negocia secundum quinquifi-
V dam discretionem naturaliter & proprie sibi delega-
ta & designata regaliter disponunt. Quatuor autem
prædicti reges quinque subiunctos reges vincunt,
dum maligni spiritus sensus corporis prauis delecta
tionibus corrumpunt. Et pentapolis duodecim an-
nis in suis quinque regibus Chodorlahomor seruit,
dum carnaliter viuentium hominum vniuersitas
seruitium, quod Deo secundum apostolicam doctri
nam exhibere debuisset, in quinque sensibus corpo
ris corrupns diabolo impendit, à quo anno tertiode
cimo recedit, dum secundum rectam sanctæ Trini-
tatis fidem, legis decalogum decernit. Sed cum car-
nalium collectio per timorem Dei compuncta suis
abrenuntiare prauitatibus disponit, tunc diabolus
aduersus eam acrius sæuit. Vnde & in hac historia Gen. 14.
scriptum est, quòd quinque regibus pentapoleos à
Chodorlahomor recedentibus, ipse congregatis re-
gibus complicibus suis aduersus eos bellum mo-
uit. Sed nequaquam in loco congruo ad commodũ
quinque regum bellum hoc gestum est. Nam scri-
ptum est, quòd direxerunt aciem contra quatuor re
ges in valle syluestri. Vallis autem syluestris habebat
puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum,
& rex Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque
ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. Tu
lerunt autem omnem substantiam Sodomorum &
Gomorrhæ, & vniuersa, quæ ad cibum pertinent, &
abierunt: nec non & Loth, & substantiam eius, filiũ
fratris Abraam, qui habitabat in Sodomis: Et vnus,
qui euaserat nunciauit Abraã. Sic sic charissimi mul- X
toties fieri cernimus, quòd sunt quidam dum Deo
seruire deliberant, nec tamen suis prauitatibus perfe
cte renouciant, contingit non vt ipsi hostes vincant,
sed vt ab hostibus cæsi cadant, & suã substantiã idest
virtutes, & bona opera iã inchoata perdant. Quid
enim per vallẽ syluestrem, nisi terrena & infructuo-
sa actio? Quid per puteos bituminis, nisi profundi-
tas amaræ tenacitatis, vel certe vorago viscolæ & per
uersæ consuetudinis figuratur? Si ergo contra hostes
nostros spiritales dimicare disponimus, non in val-
lem vitiorum descendamus, sed in montem virtutũ
ascendamus, vt vincamus, vel salem effugiamus. Tu Y
lerunt Loth filium fratris Abram. Abram, qui inter- Abram.
pretatur pater excelsus, intellectum significat, qui cę
teris animæ sensibus videtur eminere, & præsidere.
Cuius frater Arã, qui interpretatur excelsus, affectũ Aram.
designat, qui homini datus est, non vt infimis incũ-
bat, sed vt summis semper per ipsum inhæreat. Si er
go Abram secundum mysticam significationẽ est in
tellectus rationalis, Aram frater eius affectus cordis,
possumus non inconuenienter per Loth intelligere
effectum boni operis. Ex affectu namque cordis na-
scitur effectus boni operis. Nec mirum, quòd Aram
mortuo, & Abram absente Loth capitur, & abduci-
tur. Dum enim cordis affectus per culpam moritur,
& intellectus diligens custodia per negligentiam ab
sẽtatur, statim effectus boni operis à rectitudine bo
næ intentionis alienatur, suisque bonis funditus pri-
uatur. Cuius bona sex opera misericordiæ dici pos-
sunt. Nuncius autem, qui hæc nuntiat Abram, ver-
mis est cõscientiæ malæ, qui cæteris omnibus abdu
ctis solus solet remanere. Quibus cognitis pater ex-
celsus adiunctis trecentisdecem & octo vernaculis
idest alijs animæ potentijs hostes insequitur, & cæ-
dit, prædamque virtutum & bonorum operum in
trecenus decem & octo vernaculis superando redu-
cit

cit. Trecenta ſecundum doctorũ aſſertioné tau litera, q̃ formã crucis habet, ſignificat. In ſacraméto igitur crucis, & in denario legis, & octonario ideſt ſpe futuræ beatitudinis noſter Abrã dimicat, hoſtes ſuperat, ciues liberat, prædam reportat. Cui de cęde regũ reuerténi, Melchiſedech ſacerdos Dei altiſſimi & rex Salé ideſt Chriſtus, qui noſtræ victoriæ ſemper cógaudet & cógratulatur, occurrit, & profert panem & vinũ, ſacramẽtũ corporis & ſanguinis ſui illi participando, & benedicit ei in donis ſpiritalibus illum multiplicando: & Abram dat illi decimas omnium, quæ acquiſiuit, perfectionem virtutum & bonorũ operum non ſuæ virtuti ſuperbe attribuendo, ſed illi humiliter aſcribendo, ac dicendo. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Et nũc

Exhortatio. dilectiſſimi, turpe ſit nobis cum Loth in Sodomis ideſt in carnali delectatione, & circa Iordanem ideſt deſcenſum ſecularium negociorum commorari. Timeamus eius exemplo deprędari, & captiuari. Ad tutiora ſemper loca, hoc eſt ad ſecretiora virtutum cacumina conſcendamus, vt de his periculis magis ſecuri cęleſtia bona facilius promereri valeamus. Quod nobis præſtare dignetur Ieſus &c.

§ De octo terris diuerſarum rerum plenis moraliter. Sermo. LXVIII.

A

Pſal. 33. Miſericordia Domini plena eſt terra. Plures diuerſaſque terras hic ad euidentiam propoſiti ſermonis deſcribere decreuimus, vt ex earum deſcriptione plures nobis ſenſuum ſpiritalium intellectus aperiamus. Eſt itaque terra, quæ plena eſt furore Domini, & eſt terra, quæ plena eſt correptio-

Terra plena furoris Domini. ne Domini. Terra, quæ plena eſt furore Domini, eſt infernus: terra, quæ plena eſt correptione Domini, eſt ignis purgatorius. Infernus enim congrue dici poteſt plenus furore Domini, quia in eo ad plenum furorem eius ſentiunt, qui ſe hic vel à peccatis damnabilibus penitus tenere, aut poſt lapſum emendare contemſerunt. Huius terræ, quæ eſt omnium terrarum infima, & in hac parte vltima, Dominus ad Ezechielem mentionem facit, vbi de quorundam principum gentilium, & gentium eorum damna-

Ezech. 32 tione locutus eſt dicens. Fili hominis, cane carmen lugubre ſuper multitudinem Aegypti, & detrahe eam ipſam, & filias gentium robuſtarum ad terram vltimam cum his, qui deſcendunt in lacum. Et deinceps. Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius, in circuitu illius ſepulchra eius omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio, quorum data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci. Et facta eſt multitudo eius per gyrum ſepulchri eius. Ibi Elam, & omnis multitudo eius per gyrum ſepulchri illius. Omnes hi interfecti gladio, qui deſcenderunt incircuncisi ad terram vltimam, qui poſuerunt fortitudinem ſuam in terra viuentiũ & portauerunt ignominiam ſuam cum his, qui deſcenderunt in lacum: & cætera ſimiliter dicta de quibuſdam alijs regibus & gentibus. Hæc itaque terra vere plena eſt furore Domini, in qua mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defectio ſine defectione. Ibi vermis ſemper edens, ibi tortor ſemper cædens.

Hic locus indignis, quo non extinquitur ignis.

Nec qui torquetur, nec qui torquet morietur.

Et nõ negligenter attẽdẽdũ, q̃ principes damnati in medio ſuorũ, ſecumq́; damnatorũ eſſe referuntur, quia iuſtum eſt, vt qui hic in medio fuerunt velut columna & firmamentum in peccato, ibi in medio ſint in tormento. Quorum omnium ſingula ſepulchra ſingularia ſingulorum ſunt tormenta. § Terra B

vero plena correptione vel correctione Domini, apte dici valet ignis purgatorius. Hęc aũt differentia inter correptionem & correctioné eſſe videtur, quòd correptio eſt, quando quis arguitur, etſi non emendetur: correctio vero, quando etiam emendatur. Terra plena correptionis Domini.

Ignis itaque purgatorius recte terra plena correptione & correctione Domini dicitur, quia in eo plenariam correptionem Domini ſentiunt, & correctioné accipiunt, qui in hoc mundo à peractis peccatis recedentes, plenaria ſatisfactione ſe purgare neglexerunt, vel certe morte præuenti non potuerunt. Cuius videlicet ignis cruciatio omnes præſentis ſatisfactionis dolores tranſcendere credenda eſt. Id enim, qđ 2. Cor. 4.

in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitatem æternũ gloriæ pondus operatur nobis. Illic autem pro negligentia, vel longo contẽptu grauioris flammæ cruciatus (ſicut ex pleriſque ſanctorum reuelationibus, & locis ſcripturarũ comprobatur) debetur, & adhibetur. Eſt etiã terra, q̃ plena eſt voluptate Domini, & eſt terra, q̃ plena eſt ſuſtẽtatione domini. Terra, q̃ plena eſt C

voluptate Domini, eſt paradiſus, terra vero, q̃ plena eſt ſuſtẽtatione Domini, eſt hic mundus. Paradiſus eſt terra, q̃ eſt plena voluptate Domini, non ea voluptate, q̃ ipſe eſt, vel q̃ i ipſo ſubſtãtialiter & æternaliter eſt, ſed ea, q̃ ab ipſo, vel p ipſum temporalis & mutabilis creata eſt. Plenus eſt paradiſus voluptate, q͡a in ipſo ab initio facta credũtur, q̃ plenarie humanis vſibus eſſent neceſſaria, vtilia, cõmoda, grata, ſiue iucunda. Ibi perpetuum aeris temperamẽtũ humanæ naturæ gratiſſimum, lignumque vitæ ad conſeruandam vitam humanam incorruptibilem & immortalé ſua virtute potẽtiſſimũ. Ibi ſi homo in iuſtitia perſtitiſſet ſemper mulceret, & delectaret viſum diuerſorũ varietas colorũ, auditũ cantatus auiũ, olfactũ redoléua florũ, guſtũ ſapor fructuũ, tactũ ſuauitas quarũlibet rerũ. Terra quoq; plena ſuſtentatione Terra plena voluptatis Paradiſus.

D

Dñi nõ incõgrue dicitur hic mundus. In hoc enim mũdo accedẽtiũ vel recedẽtiũ planetarũ operatione, & pluuiæ tẽporaneæ & ſerotinæ cooperãte virtute, rebus generãtibus & germinãtibus, plenarie prouidet, & adminiſtrat Deus (niſi peccatis aliquãdo præpediatur) cũcta, q̃ ſunt neceſſaria ſuſtentationi vitæ humanæ. Et ſi nõnũquã ab ijs, qui ſecundum carné ambulãt in delicijs ſiue diuitijs mũdi huius, voluptas q̃ratur vel haberi credatur, nunquã tñ ab ijs, qui ſanũ habẽt intellectũ vera voluptas eſſe credenda eſt in ijs, q̃ ſecũdũ dñicã ſententiã ſpinis cõparatur. Eſt Terra plena ſuſtẽtationis.

quoq; terra, q̃ plena eſt ira Dñi, & eſt terra, q̃ ſcilicet E

in principio ſermonis poſuimus, q̃ plena eſt miſericordia Dñi. Terra igitur, q̃ plena eſt ira Dñi vniuerſitas peccãtiũ, terra aũt, q̃ plena eſt mĩa Dñi cõuenienter accipitur vniuerſitas pœnitentiũ. Terra, q̃ plena eſt ira Dñi eſt vniuerſitas peccãtiũ, quia reuera plenarie Dñs iratus eſſe creditur in eos, quos ſecundũ Terra iræ Domini plena.

deſi-

desideria cordis eorũ ire permittit in adinuentionib.
suis. Nunquid.n.illis nõ erat iratus, quos (vt ait Apo
Roma. 1. stolus, & superius in quodã sermone posuimus) tra-
didit in reprobũ sensum, vt facerent, q̃ nõ cõuenirẽt,
repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, & cæ
teris horrendis, detestandisq; vitijs, & peccatis, q̃ ibi
dẽ consequenter describũtur? In ærumnas huius ter
ræ miserabilis populum antiquum collapsurũ signi
Deut. 32. ficauit, vbi per Moysen cõminando dixit. Mea est vl
tio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes
F eorũ. Super huius terræ inhabitatione Esaias lachry-
Esa. 64. mabilẽ querimoniã protulit ad Dñm dicẽs. Ecce, tu
iratus es, & peccauimus. Ab hac deniq; terra psalmo-
graphus nos coercet, vbi dicit. Apprehẽdite disciplí-
Psal 2. nã, neq̃ irascatur Dñs, & pereatis de via iusta. Terra
Terra misericordię Domini plena. vero, q̃ plena est misericordia Dñi, manifeste vniuer
sitas est vere pœnitentium, cũ ipse Dñs per Ezechie-
lẽ prophetã dicit: Quòd si impius egerit pœnitentiã
Ezech. 18 ab omnibus peccatis suis, q̃ operatus est, & custodie
rit vniuersa p̃cepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiã,
vita viuet, & non morietur. Omniũ iniquitatũ eius,
quas operatus est, nõ recordabor. In iustitia sua, quã
operatus est, viuet. Hæc est terra, in qua sollẽniter &
singulariter quotidie, immo cõtinue cãtatur laus illa
Psal. 102. lætabunda psalmistæ, qua dicit. Miserator & miseri-
cors Dñs, longanimis & multũ misericors. Non in p
petuũ irascetur, neq; in æternum comminabitur. Nõ
sm pc̃tã nostra fecit nobis neq; sm iniquitates nr̃as
retribuit nobis, & cætera, quæ sequuntur. Est deniq;
terra, quæ plena est gratia Dñi, & est terra, quæ plena
G est gloria Domini. Terra, quæ plena est gratia Domi
Terra plena gratiæ Domini. ni, sancta est ecclesia. Vnde Paulus Corinthiorũ ec-
clesiæ scribens ait. In omnibus diuites facti estis in
Christo, in omni verbo, & in omni sciẽtia, sicut testi
monium Christi confirmatũ est in vobis, ita vt nihil
1. Cor. 1. vobis desit in vlla gratia. Et itẽ in eadẽ epistola de mul
tiplicitate multiformis gratiæ Dei, q̃ est in ecclesia,
1. Cor. 12 dicit. Alij per spm̃ datur sermo sapientiæ, alij sermo
scientiæ, alteri fides, alij gr̃a sanitatũ, alij operatio vir
tutũ, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij gr̃a lin
guarũ, alij interpretatio sermonum. Hæc aũt omnia
operatur vnus atq; idẽ spũs, diuidens singulis prout
vult. Sãctæ igitur ecclesiæ gratia cœlestis infunditur,
quæ dum singulis membris sufficienter diuiditur, in
H toto corpore plenaria & perfecta demonstratur. Sa-
Terra plena gloriæ Domini. nè terra, quæ plena est gloria Domini, cælestis patria
est. Licet enim pleni sint cęli, & terra gloria eius, illa
tamen patria singulariter plena gloria eius non in-
congrue dicitur, in qua eius gloria non per specu-
lum, & in ænigmate, vel ex parte, sed manifeste, at-
que plenarie videtur. Cuius terræ gloriam nec ma-
nu scribere, nec lingua promere, nec sensu suffici-
mus cogitare: quia ipse Deus, qui ipsa gloria est,
incomprehensibilis cogitatu est. Non enim potest
cogitari Deus quid est, etiam si credi potest, quia est,
non qualis est comprehendi. Vnde Apostolus. Quod
1. Cor. 2. oculus (inquit) non vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis ascendit. Et psalmista. Quàm magna
Psal. 30. multitudo dulcedinis tuę Domine, quam abscon-
Epilogus disti timentibus te? Ergo quemadmodum supra
monstratum est, furore Domini plenus est infernus,
correptione ignis purgatorius, voluptate paradisus,
sustentatione mundus, ira vniuersitas peccantium,
misericordia vniuersitas pœnitentium, grana sancta
ecclesia, gloria patria superna. Et quidem superna pa
tria finis est omnium in summo, infernus finis om-
nium in infimo. Ad finem, qui est in summo, via est
iustitia. Ad finem, qui est in infimo, via est culpa. Ad
finem, qui est in summo, tendunt & perueniunt ele-
cti. Ad finem, qui est in infimo, tendunt & perue-
niunt reprobi. Et sapientia diuina, quæ est creatrix Sap. 8.
& gubernatrix omnium, attingit a fine vsque ad fi-
nem fortiter, & disponit omnia suauiter. Attingit a
fine, qui est in summo, vsque ad finem, qui est in in-
fimo. A fine beatitudinis ad finem damnationis. Hic
bonis pręmia vitę reddens. Illic malis stipendia mor
tis rependens. Attingit a fine vsque ad finem fortiter,
quia infra metas vtriusque retributionis non deficit,
& disponit omnia suauiter, quia modum æquitatis
in aliquo non excedit. Hæc fratres sub breuitate per Exhortatio.
strinximus, vobisque maiora scrutanda reseruamus.
Et nunc charissimi ad nosmetipsos quàm primum
redeamus, singuli propriam conscientiam intente di
scutiamus, & vbi simus, quò tendamus diligenter at
tendamus. Donet autem nobis Dominus, vt in ter-
ra, quæ plena est misericordia Domini, dum viui-
mus, commaneamus, vt per terram, quę plena est
gratia Domini, tendentes, ad terram, quæ plena est
gloria Domini, perueniamus. Quod nobis præstare
dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est
Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *In ascensione Domini, de laudando Deo per omnem creaturam. Ser. LXIX.*

LAudate Dominum de terra, dracones, I
& omnes abyssi, ignis, grando, nix, gla Psal. 150.
cies, spiritus procellarum, quæ faciunt
verbum eius &c. Superius fratres in
psalmo, cuius hæc sunt verba, cęlestia
quædam, angelos scilicet solem, lunam, stellas ad lau
dem creatoris sanctus Psalmographus inuitauit: nũc
ad hæc, quę proposuimus, & cætera, quę sequuntur,
inuitanda ad ipsius laudem descendit. Laudate, in-
quit, Dominum de terra dracones, & omnes abyssi.
Non solum autem quæ hoc in loco scripta sunt, ve-
rum & vniuersa corporalia, quæ subsistunt, dum ad
decorem vniuersitatis habent & tenẽt locum suum,
laudant Deum. Sed & in hoc vniuersa uisibilia sem-
per & sublimiter Deum laudant, quòd mirabiliter a
Deo condita, & decenter disposita ex contemplatio-
ne sui ad admirandum, laudandumque Deum iugi-
ter nos incitant, & inuitant. Sed quia non tam quid
litera foris sonat, quàm quid dulcedinis intelligen-
tia spiritualis intus contineat, disserere debemus, ad
discutiendos sensus tropologicos ingrediamur, &
quid in his, quæ secundum literam hic describun-
tur, moralis ædificationis lateat videamus. Laudate
Dominum de terra dracones, & omnes abyssi. Dra- Tropologice. Dracones
conibus (vt beatus Aug. dicit) non sunt maiora ani-
mantia super terram. Qui quamuis perniciosa val-
de animantia sint, habent tamen aliquid, vnde in
bona significatione poni possint. Nam quia nihil eo
rum, quæ sunt, est vniuersaliter boni participatione

Gen. 1. priuatum, quia teste scriptura) vidit Deus cuncta, quæ fecerat,& erant valde bona, possunt etiam quæ libet infima & minima, & quæ respectu aliorum videntur deformia, boni aliquid figurare. Dracones itaque, eo quòd magnitudine corporum animantia cætera superant, illos, qui magno iustitiæ merito, vel boni nominis opinione & auctoritate cæteros transcendunt, significant. Sic admiramur, & imitamur Abraham inter patriarchas, Esaiam inter prophetas, Ioannem inter euangelistas, Petrum inter Apostolos, Stephanum inter martyres, Nicolaum inter confessores, beatam Mariam inter virgines.

Abyssi. Abyssi magnæ profunditatis sunt, & humano visu penetrari non possunt. Illos ergo rectè designant, qui occulta & mystica cælestis sapientiæ & scientiæ profunditate præ cæteris abundant, De qua profunditate Paulus admirans, & exclamans dicit. O

Roma. 11 altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini?

Psal. 35. aut quis consiliarius eius fuit? Et Psalmista. Iudicia

Eccl. 9. tua abyssus multa. Et Salomon. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt: & tamen nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit. Illos igitur congrue possunt abyssi exprimere, quibus præ cæteris datum est vel in sacramentis occulta cognoscere, vel in diuinis iudicijs secreta profun-

L dius inuestigare. Ignis etiam illos specialiter insi-

Ignis. nuat, quorum mens per charitatem accensa feruen-

Leui. 6. tius flagrat. Charitas enim ignis est perpetuus, qui nunquàm debet deficere in altari Domini idest in secreto cordis humani. Hic est ignis,de quo ipse Do-

Luc. 12. minus dicit. Ignem veni mittere in terram:& quid volo, nisi vt accendatur? Grando cadendo verbe-

Grando. rat, & per hoc illos aperte figurat, quorum sermo seuerus est, & dissolutos ac inquietos aspere castigat. Sunt vero nonnulli, qui innocenter se viuere credunt, dum delinquentes non reprehendunt. Quos beatus Aug. redarguens dicit. Magis innocentes non estis, si fratres vestros, quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Et beatus Gregorius in libro pastorali. Qui (inquit) proximorum mala conspiciunt, & tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt, & eo mortis auctores fiunt, quo virus quod poterant, curare noluerunt. Audiant hoc illi, qui propter timorem, aut amorem, aut muneris acceptionem, aliorum lætalia peccata detegere fugiunt, quòd nisi ea correctionis & salutis causa prodiderint, similes peccantibus fiant: & vno peccante, & cæteris tacentibus, & non corripientibus, omnibus periculum immineat. Qui enim malum videt

Psal. 49. & tacet, non solum in illud psalmistæ labitur dicentis. Si videbas furem, currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas: verum etiam cum

Esa. 6. Esaia necesse est clamet, & dicat. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Quisquis ergo mala videt & tacet, uir pollutus labijs existit,

M & peccantis facinus in semetipsum retorquet. Nix

Nix. albescit, & per hoc illorum, qui per mundiciam

Aqua. candent, typum rectè gerit. Aqua vi frigoris con-

Glacies. stringitur, & in glaciem redigitur. Glacies ergo vere sunt, qui fluxa mentis & carnis suæ, rigore disciplinæ constringunt. Spiritus procellarum idest

Spūs procellarum. venius, qui procellas nunc erigit, nunc deprimit, Spiritum sanctum significat, qui humanæ mentis cogitationes nunc eleuat, nunc humiliat. Spiritus itaque non incongrue dici possunt, qui Deo (qui spiritus est) per amorem adhærescunt. Qui enim ad hæret Deo, vnus spiritus est. Qui autem per hæc, 1. Cor. 6.

In malum Dracones &c. quæ dicta sunt, malos accipere voluerit, poterit intelligere per dracones maliciosus, per abyssos subdolos, per ignem cupidos, per grandinem persecutores, per niuem hypocritas, per glaciem obduratos, per spiritum turbantes ac turbidos. Quos omnes ad laudem Dei Psalmista vocat, dum in his verbis, vt ad bonum de malo conuertantur, eos subolliter inuitat. Sed melius videtur, vt bonos significare dracones, cętera dicantur propter id, quod additur. Quę faciunt verbum eius. Boni etenim absque dubio verbū Dei faciunt, quia præcepta dominica obe

N

In bono. diūt. Sequitur. Montes,& oēs colles, ligna fructifera, & omnes cedri, bestię,& vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ. Montes exprimunt prouectos Montes.

Colles. & perfectos, colles incipientes & imperfectos. Non solum itaque montes Deum laudant, sed & colles in ter eos computantur, qui laudem Dei cantant. Non ergo diffidant colles, idest illi, qui bonum incepe-

Psal. 138. runt,& si nondum perfecerunt. Scriptum quippe est. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Si omnes, ergo & parui & magni. Quid est oculi tui viderunt? Approbauerunt. Quid est in libro scribentur? Saluabuntur. Ergo imperfecti quoque saluabuntur. Qui enim imperfecti sunt, aliquid sunt,& aliqui sunt, & in nu mero ponuntur, & scribuntur. Qui autem nihil sunt, nulli sunt, nec scribi nec numerari possunt, qui nihil habent. Ergo omni habenti dabitur,& abundabit. Omni habenti meritum dabitur præmium. Matt. 25.

Non dixit habenti magnum præmium dabitur, & paruum præmium habenti non dabitur, sed omni habenti dabitur, & abundabit. Ergo etiam ille, qui paruum meritum habet, cum præmium acceperit, satis habebit, quamuis non tantum habebit quantum ille, qui magnum meritum habebit. So- O

Apoc. 14. lus ille excluditur a percipiendo præmio, qui nihil habet de merito. Omnes ergo, qui in Domino moriuntur, beati sunt: quia post meritum virtutis ad præmium beatitudinis peruenient. In Domino moriuntur, qui in carne quidem morientes in Domino viuentes inueniuntur. Quomodo viuentes? In fide,& spe,& charitate existentes. Ligna fructifera sunt, qui cæteris fructum doctrinæ vitalis conferunt. Cedri

Ligna fructifera. Cedri. Bestiæ. vero sunt, qui contemptis terrenis ad cœlestia speranda se sublimiter erigunt. Per bestias autem omnia siluestria & indomita animalia, quæ per solitaria loca vagantur, & humanum aspectum fugiunt, accipimus. Per pecora vero domestica & mansueta intelligimus. Bestiæ igitur illos rectè significant, qui vitam solitariam agunt. Pecora illos, qui socialiter cū alijs viuunt. Serpentes per terram repunt, & prudentes sunt. Volucres ad alta volant, & cœlestibus appropinquant. Per serpentes

Pecora. Serpētes. Volucres.

itaque

itaque conuenienter exprimi possunt cuncti, qui ea, quæ ad actiuam vitam pertinent, administrant.

P

Per volucres cuncti, qui ad cœlestia contemplanda pennis virtutum se subleuant. Sequitur. Reges terræ, & omnes populi principes, & omnes iudices terræ. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius.

Reges terræ.

Per reges intelligimus omnes, qui alijs recte præsunt.

Populi.

Per populos intelligimus omnes, qui suis prælatis humiliter obediunt.

Principes

Principes dici videntur, quasi primi incipientes. Principes ergo illos recte significant, qui exemplo boni operis alios præcedentes ad iustitiam eos informant. Vnde & de ipso Dño scriptum est. Quæ cœpit Iesus facere & docere.

Act. 1.
1. Pet. 5.

Et beatus Petrus prælatis ait. Non vt dominantes in clericis, sed forma facti gregi.

Iudices.

Iudices vero sunt, qui verum à falso, bonum à malo veraciter discernunt.

Iuuenes.

In iuuenibus autem viget fortitudo. Iuuenes ergo illos apte designant, qui in bello fortes sunt, & malignũ vincunt. Et tales beatus Ioannes per epistolam suam alloquens dicit. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum.

1. Ioan. 2.

Virgines.

Per virgines intelligimus omnes, qui virginalem corporis integritatem habent, vel certe illos, qui integritatem fidei ac mentis possident, qui adhęrent sponso Christo, nec consentiunt corruptori diabolo.

Senes.
Iuniores

Per senes denique accipere possumus omnes grauitate maturos, Per iuniores omnes velocitate boni operis expeditos. Omnes igitur isti, qui supra dicti sunt, laudem Dei concinunt, dum iuste viuunt. Felix autem, qui vel vnum aliquod ex his, quę dicta sunt, habere se veraciter cognoscit, & miser ac miserabilis, qui se bonis omnibus, quæ supra designata sunt, vacuum cernit.

Q

Exhortatio cũ epilogo.

Et tunc fratres ad nosmetipsos respiciamus, & an in numero istorum omniũ quos supra descripsimus, per aliquam gratiam simus, attendamus. Videamus, an dracones sumus, aliquos saltem magnitudine cuiuslibet virtutis vel opinionis transcendendo: An abyssi, occultam sapientiæ & scientiæ diuinæ profunditatem, prout nostra fragilitas pati potest, continendo. Sed hæc magna valde sunt, & nostram paruitatem forsitan penitus excedunt: nec omnibus sunt communia, quæ paucis sunt singularia. Si igitur ista, dracones scilicet & abyssi excellenter esse non possumus, saltem simus ignis spiritu feruendo, grando inquietos corripiendo, Nix per munditiam candendo, glacies quæ in nobis male sunt fluida coercendo, spiritus spiritu Deo per amorem adhærendo. Simus montes per perfectionem, vel certe colles per boni inchoationem, ligna fructifera fructum cæteris doctrinæ conferendo, cedri ad cœlestia speranda sublimiter nos erigendo. Et si bestiæ esse non possumus vitam solitariam agendo, simus pecora mansuete cum cæteris viuendo, Serpentes actiuæ vitæ negocia prudenter tractando, volucres ad cęlestia contemplanda euolando. Simus etsi non de numero regum cæteris præsidendo, saltem de numero populi nostris prælatis humiliter obediendo, Principes simus alijs exemplum iustitiæ præbendo, Iudices simus quæ recta sunt discernendo. Iuuenes simus malignum vincendo, virgines integritatem, & si non corporis, saltem fidei & mentis possidendo. Simus denique senes grauitate maturitatis, iuniores velocitate boni operis. Vnusquisque laudet Dominum secundum donum sibi specialiter collatum. Non enim omnia possumus omnes. Et quia hæc singulis anni noctibus canimus, dum ea ore promimus attendam si ea corde teneamus. Nostrum est enim specialiter ministerium laudare Dominum.

R

Nomen Dei solius exaltatũ.

Cuius laus tunc acceptabiliter canitur, dum quod ore profertur, in corde versatur. Quia exaltatum est nomen eius solius. Sicut ipse solus est, quia vere est, & immutabiliter est, ita vere nomen eius solius exaltatum est. Et licet creatura suum habeat esse & altum esse, nullam tamen habet eius existentia comparationem ad creatoris essentiam, eius altitudo ad illius excellentiam. Quia omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil & inane reputatæ sunt ei; & anni mille ante oculos eius tanquam dies hesterna, quæ præterijt.

Esa. 40.
Psal. 89.

Hinc est, quòd sancti omnes, quando in visione Dei proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt.

S

Nusquam quippe legitur, quòd Abraham se cinerem esse professus est, nisi cum Domini habere meruit collocutionem. Esse enim se forsitan aliquid crederet, si veracem essentiam, quæ supra ipsum est, minime sensisset. At vbi ad immutabilem contemplandum supra se raptus est, impletus tantæ contemplationis potentia, dum videret illum, nihil se esse nisi puluerem vidit. Solus quippe veraciter est, qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modo sic, modo aliter est, iuxta non esse est. Permanere enim in suo statu non potest, atque aliquo modo ad non esse itur, dum ad aliud per temporum vicem ducitur.

Dionisius.

Et beatus Dionysius nullam essentiã, lumen, siue vitam ad incomprehensibilem diuinitatis infinalitatem comparationem habere posse, talibus verbis testatur dicens. Aliquando, inquit, diuinitatis beatitudinem manifestatiuorum eloquiorũ traditiones, vt rationem, & intellectum, & essentiã laudent diuinam rationalitatem, & sapientiam eius declarantes, & vere existentem subsistentiam, & eorum quæ sunt subsistentiæ causam veram, & quasi lumen eam formam, & vitam vocant. Et quamuis hæc scilicet ratio, intellectus, lumen, & cætera visibilia, per quæ nonnunquam inuisibilia Dei intelligũtur, superent, & altiora videantur ad ea, quę diuinitatis sunt significanda, deficiunt tamen ad diuinam veritatem similitudines. Est enim super omnem essentiam, & vitam nullo eam lumine characterizante; omnique ratione & intellectu à similitudine ipsius incomparabiliter derelictus.

T

De ascensione dominica.

Quia ergo Deus solus vere est, quia & immutabiliter est, rećte nomen eius solius exaltatum est, & exaltandum est. In hac sacra præsertim solennitate, qua vnigenitus Dei filius æterno patri coęternus in substantia carnis nostrę cęlos ascendit, & in dextera maiestatis in excelsis resedit. Hodie, inquam, nomen eius singulariter & solenniter exaltatum est, & exaltandum est, quia hodie dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Hodie ille, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, formosus in

stola sua, gradiens in multitudine uirtutis suæ, principibus cœli portas suas, quas humanæ naturæ diu clauserant aperientibus, & portis æternalibus se leuantibus, cœlorum regna gloriosus intrauit. Hodie filius hominis ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, & tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Hodie præcursor noster vsque ad interiora velaminis in ipsum cœlum, in tabernaculum non manufactum, neque per sanguinem hircorum, & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & interpellet pro nobis. Et nunc charissimi nobis, a terrenis verbum incepimus, sed etiam per illud ad interiora cœlorum ascendamus. Vnum autem sicut ascendimus verbo, sic ascendamus animo: sicut ascendimus loquendo, sic ascendamus digne laudando. Laudemus ergo Dominum corde, laudemus eum ore in tempore, vt eum laudare mereamur in æternitate. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est &c.

¶ *In die Pentecostes.* *Sermo.* *LXX.*

V

Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Homo charissimi nobis, ad hoc factus est ad imaginem & similitudinem Dei, vt illius boni, quod Deus est, per naturam, particeps esse posset per gratiam. Ad imaginem Dei factus est secundum rationem, ad similitudinem Dei secundum dilectionem. Ad imaginem secundum cognitionem veritatis, ad similitudinem secundum amorem virtutis. Ad imaginem secundum intellectum, ad similitudinem secundum affectum. Sic opifex Deus fecit creaturam humanam ad imaginem & similitudinem suam, vt per hoc quod facta esset ad similitudinem Dei Deum diligeret, & cognoscendo & diligendo Deum possideret, & possidendo beata esset. Sicut enim in vno elemento scilicet igne, duo sunt inter se diuersa, & à se remota, splendor videlicet & calor: nec splendor est calor, nec calor est splendor: quia

X splendor lucet & videtur, calor ardet & sentitur: nec splendor ardet aut sentitur, nec calor lucet aut videtur. Sed in humana creatura imago Dei & similitudo Dei inter se diuersa videntur, & à se quodammodo remota. Nam secundum illud bonum, quo facta est ad imaginem Dei ipsa creatura humana, elucet ad cognitionem: & secundum illud bonum, quo facta est ad similitudinem Dei, calet ad dilectionem. Quòd autem imago & similitudo Dei secundum præcedentes distinctiones possint accipi, doctores in ver-

Psal. 4. bis psalmistę declarant, vbi dicit. Signatum est super nos lumen vultus tui Dñe: dedisti lætitiam in corde meo. Per lumen enim quod super nos siue in nobis signatum est, distinguunt in nobis diuinam imaginem, quã assignãt in discretione rationis: per lætitiã vero diuinam similitudinem, quã determinãt in iucun-

Y ditate dilectionis. Homine igitur ad imaginem & similitudinem Dei condito, & ipso velut Domino mũdi in loco deliciarum, quasi in parte potiori, Dei prouidentia constituto, & ad conseruanda bona, quæ habebat, eadem Dei prouidentia rationi humanæ adiuncta munito, atque ad illa bona, quæ habiturus erat, quærenda & obtinenda præcepto obedientiæ cum gratia operante instructo, vidit diabolus & inuidit, quod homo illuc per obedientiam ascendaret, vnde ipse per superbiam corruisset. Quia vero illi per violentiam nocere non potuit, ad fraudem se conuertit, vt dolo hominem supplantaret, quem virtute superare non posset. Decipiens itaque diabolus hominem, duo illi principalia mala contra duo supradicta principalia bona inflixit, duabus lætalibus plagis vulnerauit. In eo nanque quòd factus erat ad imaginem Dei secundum rationem, vulnerauit eum per ignorantiam boni. In eo vero quòd factus erat ad similitudinẽ Dei secũdum dilectionẽ, vulnerauit eum per concupiscentiam mali. Et hęc duo principalia mala sunt, ex quibus cętera hõis mala cũcta procedunt. Ex ignorantia procedit delictũ, ex concupiscentia procedit pctm̃. Delictum est, qñ nõ fit, quod fieri debet. Peccatum est, qñ fit, quod fieri non dẽt. Delictum. Peccatũ. Z

Homo igitur spoliatus & vulneratus, spoliatus bonis, vulneratus malis, semiuiuus est relictus: quia etsi in humana natura possit diuina similitudo, quæ in dilectione est, penitus corrumpi: diuina tñ imago, quæ est in ratione, non potest penitus deleri. Quãuis.n. tanta malitia possit affici, vt nihil diligat boni, nõ tñ tanta potest ignorantia cæcari, vt nihil noscat veri. Quod in ipso principe mali diabolo liquet, qui quãuis in tantum corruptus sit, ut nihil boni diligat, nõ tamen in tantum excæcari potest, vt nihil veri cognoscat. Recte igitur homo semiuiuus relictus esse dicitur, quia etsi per primordialia mala ex parte corruptus fuerit, non est tamen penitus excæcatus. In eo nimirum etiam post vulnera vixit, quo sibi qualiscunque sensus scintilla remansit. Hostilis ergo gladius penitus hominem non extinxit, dum in eo naturalis boni dignitatem omnino delere non potuit. Et

huic sensui psalmographus concinit, vbi dicit. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Per cor enim mundum diuinam in se designans similitudinem, & per spiritum rectum diuinam imaginem: dum cor mundum in se creari, spiritum vero rectum petit renouari, conuenienter insinuauit & diuinam similitudinem in toto posse corrumpi, & diuinam imaginem nequaquam prorsus posse deleri. Ibi nanque, vbi nihil boni remansit, bonum si tñ restauretur, creatur: & ibi vbi aliquid boni adhuc superest renouatur. Est autem cordis munditia in perfecta Dei dilectione, Rectitudo veru spiritus in sana ratione. Huic quoque sensui concordat. Illud iterum in Psal. 50.

psalmo. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Homo igitur per supradicta duo principalia bona in honore positus fuit, sed quòd in honore positus esset nun intellexit, & diabolo consentiendo, per duo, quæ iam diximus, mala, duo in se bona corrupit. Sed quia per se nec mala depellere, nec bona valuit reformare, contulit illa diuina prouidentia duo principalia Psal. 103.

principalia remedia, per quæ & illata sibi mala curaret, & amissa bona recuperaret, consilium scilicet & auxilium. Sed vt cognosceret homo morbum suum dimissus est primum totus sibi, ne forte gratiam superfluam iudicaret, si prius in-
B firmitatis suę defectum non agnosceret. Positum est ergo tempus naturalis legis, vt natura per se operaretur, non quod per se quicquam posset, sed vt se nõ posse agnosceret. Illa igitur relicta sibi errare cœpit a veritate per ignorantiam, & conuicta est de cæcitate postmodum etiam conuincenda de infirmitate. Data est lex scripta, vt ignorantiam illuminaret, sed infirmitatem non corroboraret: vt in ea parte, qua defectum suum homo agnouit, iuuaretur: vbi autem per se stare putauit, relinqueretur. Accepta ergo scientia veritatis per legem conari cœpit, vt proficeret, sed pressus concupiscentia, quia gratiam adiuuãtem non habuit, ab opere virtutis defecit. Huic sen-
Roma. 3. sui bene concordat apostolica sententia, quæ dicit. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis ca-
Heb. 7. ro coram illo. Et item. Nihil ad perfectum perduxit lex. Quare. Quid per legem? Cognitio peccati subaudis tantum. Per legem sola peccati cognitio, non etiam consummatio. Lex docendo præcipiebat, sed homo per legem habens consilium non etiam auxilium, in faciendo deficiebat. Lex enim scientiam dabat faciendi, non vires perficiendi. Pauper infirmus in langore perseuerat, nisi medicus, qui dat consilium euadendi morbum, etiam medicinæ præstet antidotum. Sic non potest per peccatum languidus a peccato per solam legem iustificari, nisi
C gratia detur, quæ est medicina peccati. Conuictus igitur est homo in vtroque, quia videlicet per se, nec verum potest cognoscere, nec bonum perficere. In tempore quippe naturalis legis conuictus est de cæcitate. In tempore scriptæ legis de infirmitate. Dauid ergo propheta videns nec naturam, nec legem ad liberandum hominem posse sufficere, & intelligens gratiam esse necessariam, & animaduertens in lege erga genus humanum beneuolentiam diuinã, consolans se, & omnes, qui in gratia Dei non in ope-
Psal. 83. ribus legis haberent fiduciam, ait. Gratiam &
D gloriam dabit Dominus. Postquam itaque homo cognouit cęcitatem & infirmitatem suam, conuenienter data est lex, quæ & illuminaret cęcum, & sanaret infirmum. Illuminaret ignorantiam, refrigeraret concupiscentiam. Illuminaret ad cognitionem veritatis, inflammaret ad amorem virtutis. Propterea spiritus datus est in igne, vt lumen haberet & flammam. Lumen ad cognitionem, flammam
Pétecoste. ad dilectionem. Huius autem dationis optimæ &
Iacob. 1. perfectæ, quæ desursum est descendens a patre luminum, sacra solennitas non est noua, ignota, subita, sed antiqua, celebris, & auctentica, quondam per Moysen, & filios Israel in monte Sinay typice celebrata. Lex etenim per Moysen data est, gratia & ve-
Pulchra d-lege & gratia. ritas per Iesum Christum facta est. Lex data est in monte excelso, gratia data est sursum in cœnaculo. Lex data est in fulgoribus igneis, gratia data est in igneis linguis. Lex data est duodecim tribubus, gratia data primum duodecim Apostolis. Lex scripta est in duabus tabulis, gratia consummatur in duobus præceptis charitatis. Lex scripta est digito Dei in tabulis lapideis, gratia scribitur per spiritum sanctum in cordibus humanis. Lex data est die quinquagesima postquam celebratum est pascha in terra Aegypti, Gratia data est die quinquagesima post resurrectionem Domini. Cum enim comple- Act. 2.
rentur dies pentecostes, erant discipuli pariter in eodem loco, & factus repente de cœlo sonus spi- E
ritus vehementis &c. Cuius spiritus plenitudo est in capite, participatio in membris. Caput Christus, membrum Christianus. Caput vnum, membra multa: & constat vnum corpus ex capite & membris, & in vno corpore spiritus vnus. Si ergo corpus vnum est, & spiritus vnus: qui in corpore ipso non est, a spiritu viuificari non potest, sicut scriptum est. Qui non habet spiritum Christi, hic non est Rom. 8.
eius. Qui enim non habet spiritum Christi, non est membrum Christi. In corpore vno spiritus vnus. Nihil in corpore mortuum, nihil extra corpus viuum. Hæc est vnctio in capite, quæ descendit in barbam Aaron, & vsq; in oram vestimenti eius. Caput, sicut F
dictum est, significat Christum, qui est caput omniũ fidelium. Barba quæ capiti inhæret, & est signum virilitatis, Apostolos designat, qui Christo, dum in mundo conuersatus est, adhæserunt, & adhærendo cum eo comederunt & biberunt, & eius salutiferam doctrinam audierunt, & miracula viderunt, & post ascensionem eius accepto plenius Spiritu sancto confortati viriliter egerunt, quia fidem ipsius per regna mundi prædicauerunt, propter nomen eius in concilijs traditi, in synagogis flagellati, ante reges & præsides ducti: & in his omnibus vicerunt. Vnctio itaque Spiritus sancti, quę est in capite secundum plenitudinem, in barbam, id est Apostolos descendit secundum participationem, quando eis ait. Accipite Spiritum sanctum: & quando post ascensionem suam illis eundem spiritum misit, & gratiam linguarum distribuit. Descendit quoque in oram vestimenti, quia G
idem Spiritus tribuitur illis sanctis, qui futuri sunt etiam in fine mundi. Et nunc charissimi ad nosmet- Exhortatio.
ipsos respiciamus, & vtrum ab omni inquinamento carnis & spiritus emundati simus videamus, vt Spiritum sanctum in hac eius sacra solennitate habere vel accipere digne valeamus. In maleuolam animam Sap. 1.
non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superueniente iniquitate. Imitemur deniq; patres nostros, sanctos videlicet Apostolos, ex quorum actibus ordo noster sumptus est. Valde enim commendabile est, & imitatione dignum, quod de eis scriptum est: quod erant pariter in eodem loco. Simus & nos fratres pariter non solũ vnius loci mansione, sed & vna fide, spe, charitate, deuotione, oratione, Spiritus sancti inuocatione, & expectatione, vt pariter esse mereamur eius acceptione & participatione quatenus per ipsum iustificati in tempore, pariter gloriemur in æternitate. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus nõster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

De Apostolis, & alijs prædicatoribus. Ser. LXXI.

H Iosue. 6. ARca clangentibus tubis septem dierum circulo circum Iericho ducitur, & Iericho subuertitur, & Raab funiculo coccineo in fenestra posito saluatur, & Achor pro furto regulæ & pallij lapidatur. Iosue 7. Ierichus. Ierichus, quæ interpretatur luna, significat præsens seculum, quod quasi luna ad perfectionem & defectionem ducitur, dum modo prosperis crescit & eleuatur, modo aduersis decrescit & humiliatur. Videmus annorum circulos, per quos seculum voluitur, sole tempore verno terræ poros aperiente, ad similitudinem lunæ primæ lucem primariam ex ponentis, germina parturire. Deinde sicut per diurnas successiones cernimus lunam ad plenitudinem venire, sic conspicimus de terra quæque prodeuntia per caloris viuificationem, & humoris vegetationem, maturitatem & perfectionem suam in æstate consummare. Postea vero, quasi luna decrescens, minuuntur, dum in autumno deficiente naturali calore & humore moriūtur. Ad vltimum autem in hyeme, quasi ad quoddam interlunium, redeunte: dum frigoris asperitatibus attrita ad occultum terrē naturæ sinum recurrunt, & se nostris aspectibus subducūt. Sic & in hominibus, bestijs, auibus, piscibusque videmus: quòd postquam ad esse prodeunt, prius ad perfectionem venire laborant, deinde per defectum ad non esse festinant. Sic sic, Cernimus gloriā
I præsentis seculi nunc oriri, nunc crescere, nunc exaltari, nunc minui, nunc ad nihilum reuerti. Arca significat Christum. Arca septem diebus circa Iericho portatur, dū Christus vsque ad finem secul (qd septē dierum circulo voluitur) in mundo prædicatur. Huius arcæ vectores sunt sancti Apostoli & prędicatores, de quibus scriptum est. In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eo-
Psal. 18. rum. Tubæ æneæ fortem & inuincibilem prædicationis designant auctoritatem, quas clangentes manibus tenent, dum sancti prædicatores quod clā-
Tubę. gunt voce, complent opere. Muri Iericho philosophica figurant argumenta, siue culturam idolorum per circuitum mundi roboratam & exaltatam. Quæ per circunductionem arcæ, & clangorem tubarum corruerunt, quia per Christi prædicationem per orbem terrarum sonantem perierunt. Viri Iericho interficiuntur, dum homines seculo & secularibus negocijs dediti in perpetuū cōdemnātur. Raab mere-
K trix electā ex gētibus ecclesiā significat, q̃ quondā fuit seruiēs, & subiecta multis amatoribus. i. multis dęmonibus. Raab vt saluaretur funiculū coccineū in fenestra foris posuit, quē domi habuit: & sācta eccle-
Achan. Iosue. 7. sia, ut saluetur, passionē Christi ore cōfitetur quā corde credit. Achā regulā aureā & palliū furatur, & in valle achor lapidatur: & falsus qlibet Christian⁹, vel hęreticus philosophicā sapiētiā, q̃ p regulā aureā figuratur, & secularē cultū, q p palliū designatur in ecclesiā inducēs in inferno cōdemnatur. Sed & cūcta, q̃ illius sunt, igne cōsumūtur, dū corpus eius, & aīa, & qcqd in vtro
L que possidet gehennali cōflagratione cōburūtur. Aurū, & argētū, & q̄libet malleat, siue Iericho, siue ciuitatū aliarū p ignē purgata in opus Dn̄i assumūtur: q̄a philosophica sapientia, vel eloquentia, siue quælibet eorū doctrina, sacræ scripturæ examinatione ab omni erroris sorde purificata in diuinæ prædicationis ministerio nostro nō reprobatur. Maledicitur q Iericho ædificat: & maledictus est, qui malitiā sęcularē in baptizatis destructā verbo prauo vel exēplo reducit, & restaurat. Ædificauit Ahiel de Bethel Iericho. In Abiram primitiuo suo fundauit eam, & Segub nouissimo suo posuit portas eius. Ahiel viuēs Deo, Bethel dom⁹ Dei interpretatur. Ahiel igitur de Bethel destructa à Iosue atq; anathematizata Iericho mœnia restaurat: cū quis eorū, qui in ecclesia habitū religionis assumpserant, ad agēda scelera, quæ ei Dominus Iesus in die baptismatis remiserat, redit: qualq; ipse anathematizauerat diaboli pompas, luxuriose viuēdo repetit. Cumq; errorum dogmata, vel Gētilium fabulas veritatis ecclesiasticæ, qua imbutus erat, præfert: quasi de Bethel egrediens ruinas Iericho resuscitat. Is & fundamenta fidei, à quibus bona ædificia inchoare, & claustra bonæ actionis, quibus perfici debuerat, perdit. Aliter. In primogenito M
suo ponit fundamentum, & in nouissimo liberorum portas eius: quia per hanc culpam amittit, & quod primum acceperat donum naturæ, & quod ad vltimum accepit donum gratiæ, vt iam ad saluationem nihil valeat vtrumq;. Detestemur charissimi nobis Ahiel de Bethel, nec eius actus improbos imi- Exhortatio.
temur, ne si post baptismum, aut conuersionis habitum opera diaboli, siue pompas eius, quibus abrenunciauimus in nobis, vel in alijs reædificare præsumimus, nos cum prole uirtutum, ac bonorū operū nostrorum æternę maledictioni subijciamus. Sed et si Achan spiritualem præuaricatorem spirituali anathemate contaminatū inter nos āīaduertimus, statim eum ad vallem humiliationis perducamus, lapidibus, idest duris verbis obruamus, vt quātū ad nos pertinet mortificemr diabolo, viuat Deo: ne si eius culpam sustinemus, apud iustum iudicem de cōlensu peccati conuicti participes contaminationis eius N
existamus. Consentire est tacere cum possis arguere. Semper itaq; memores simus, quod per Achan vnum hominem totus Israel turbatus est. Ad hoc quoq; spectare videtur, qd Paulus Corinthijs scribens de illo vno fornicatore dixit. Nescitis, quia mo- 1. Cor. 5.
dicum fermentum totā massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azimi. Nō autē solū maxima, sed & minima q̄que peccata debemus inter nos corrigere, ne si succrescant & roborētur, difficile vel nullatenus valeāt emēdari. Beatus enim, qui tenet, & allidit paruulos Psal. 136.
suos ad petram. Et illud. Qui minima contēnit, paulatim defluet. Nec in celandis, dissimulandis, tolerādisq; vitijs alienis misericordes cupiamus existimari, quia sicut melior est iniqtas viri quā benefaciēs mulier, sic magis laudabilis videtur filia Iuda, quæ nō sustinet iniquitatē, q̃ reges Israel, qui inepte clemētes sunt. Ad hāc quoq; sēnē respicere videtur illud san- O
cti Augustini. Si frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari dum timet secari, nonne crudeliter abs te sileretur, & misericorditer iudicaretur? Quāto ergo pot⁹ dēs manifestare spūale vulnus, ne deteri⁹ putrescat i corde? Satagam⁹ deniq; Arcā sapiētiæ

Eccl. 19.

diuer-

diuersos auditores prædicando circunducere, & in ipsis vociferatione prædicationis nostræ munimenta diaboli circunquaq; subuertere. Incitamentum nobis sunt ad hoc negocium sancti prophetæ, qui verbum Dei prædicando, tyrannos increpando, circuierunt in mellotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mūdus. Exēplū nobis sunt ad hoc idem sancti Apostoli, quorum hodie solēnia celebramus: qui per regna, regiones, vrbes, castra, domos, vicos circuierūt, & impietatē idolatriæ cū prauitate mūdanæ cōcupiscentiæ sono prædicationis eorū vndiq; personante potenter destruxerunt. Et nos igitur charissimi eorū vestigia pro modulo nostro subsequentes militemus in his omnib. Deo sub Iesu nostro, principe nostro nouo, primo duce Moyse iā defuncto. Moyses, qui dedit legem, significat legē. Moyse mortuo. i. lege fm carnales & veteres obseruantias mortua, cōsummata siue finita statim Iesus Saluator noster, q populū suū saluat a peccatis eorum, Iesus, inquā, filius Dei manifestatus est esse princeps super populū Dei, vt expugnatis hostibus Dei diuidat populo dona. Iesus nāque filius Naue, sicut ait Hieronymus, in typum Dñi non solū in gestis, verum & in noīe, trans Iordanem hostium regna subuertit, diuidit terrā victori populo, & p singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atq; cōfinia ecclesiæ, cęlestisq; Hierusalē spiritualia regna describit. Sic Iesus noster eiecto principe mundi, & militibus eius foras, in electis operatur, dum modo vnicuiq; datur manifestatio spūs ad vtilitatē, & alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituū, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, & postmodum vnicuiq; fm differentiam donorum tribuetur differentia cęlestium bonorum, & fm merita retribuentur præmia. Non igitur fratres marceamus in pugna, sicut filij Israel, quibus ait Iosue. Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorū dedit vobis? Pugnemus itaq; viriliter in tempore, vt sublimiter coronemur in æternitate. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus &c.

Marginal notes: Heb. 11. — P — Matt. 1. — 1. Cor. 12

In anno nouo, vel in festo sancti Ioannis Baptistæ. Sermo. LXXII.

Q Psal. 64. BEnedices coronæ anni benignitatis tuę, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. &c. Quēadmodū Deus admirabilis & laudabilis est in creaturis, sic admirabilis & laudabilis est in scripturis: quia sicut nos ad cognoscendū & amandū se instruit & incitat per creaturas, ita nos ad vtrūq; docet & admonet p scripturas. Vñ & in his paucis verbis, q̄ proposuimus, diuersas diuersorū diuerso modo typice nobis describit virtutes, quibus erudiamur & prouocemur alio & alio modo, declinare a malo & facere bonū, ingredi sine macula, & operari iustitiā, euadere pęnā, & acquirere gloriā. Bñdices coronę anni benignitatis tuæ. Annus benignitatis diuinæ

R

est vniuersale tempus gratiæ, qđ est ab incarnatione Dñi vsq; ad finem mundi. Duo nāq; pcedētia tpa, tēpus videlicet naturalis legis, quod fuit ab Adā vsq; ad Moysen, & tempus scriptę legis, quod fuit a Moyse vsq; ad Christum, velut duo anni iracundiæ diuinæ fuerunt: quia hoīes q̄libet iusti, siue propheta, siue plusq̄ propheta, necdum pretio redēptionis oblato, pacem perfectam cum Deo nequaq̄ habuerunt, quia quotquot moriebantur ab ingressu patriæ cęlestis interim excludebātur. Postq̄ aūt Christus in carne venit, patrēq; nobis sua passione placauit, annus benignitatis diuinę extitit: quia (sicut Apostolus ait) Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Cuius anni coronæ Dñs bñdicit, dum toto cursu eius tempore dona suæ gratię nobis incessanter infundit, vt irrigati rore gratiæ fructū faciamus, vñ manipulos iustitiæ in horrea cęlestia perferamus. Ex huius anni bñdictione plenaria, campi nostri replentur vbertate, speciosa deserti pinguedine, colles accingūtur exultatione, arietes induuntur vestimento, valles abundant frumento. Cāpi propter suam latitudinem atq; planitiem coniugatos significant, qui fm legem coniugalem se, suisq; rebus vtentes, quasi per lauora qdam ac planitora licenter ambulant, non valentes illos imitari, qui per arctam & arduā continentiæ viā gradiuntur, & uoluntatibus & rebus proprijs abrenuntiantes nudi nudam crucem sequuntur. Per speciosa deserti cōuenienter intelligimus sanctos viros solitarios, qui a mundi strepitu remoti in saltibus nemorum & locis desertis habitant, & eadem loca sua sancta conuersatione decorant & adornant. Ex his speciosis deserti Elias extitit, dum ad torrentē Carith solus pluribus diebus sedit, & dum in deserto Bersabee sub iunipero quieuit, dūq; in mōte Synai in spelunca mansit. Ex speciosis immo speciosissimum deserti beatus Ioannes Baptista fuit, qui pilis camelorū indutus, locustas & mel syluestre i deserto comedit, & aquam bibit. Speciosa quoq; deserti fuerunt innumerabiles Ægyptiorum monachorum multitudines, ex quibus alijs in alijs locis deserti habitabant centeni ac milleni. Speciosa deserti sunt multa millia monachorum seu canonicorum in saltibus nemorum, aut locis solitarijs hodie degentium, vt sunt Chartusienses, Cisteruenses, Præmonstratenses, & illi, qui dicuntur, de magno monte, & alij plures eremitæ, vel anachoritæ, plures pariter, aut pauciores, solive locis deserti commorantes, & ipsum desertum suæ sanctitatis perfectione decorantes. Tales etenim vniuersi desertum speciositate suæ iustitiæ adornant in eo conuersantes religiose, exemplo, verbo, silentio, abstinentia, labore, continentia, labore manuum, asperitate vestium, duritia lectorum, continuatione vigiliarum, spiritualium melodia cantuum, instantia orationum, eleemosynæ largitate, hospitalitatis humanitate, cunctarum denique exercitatione virtutum, ac bonorū exhibitione operum. Ista ergo reuera speciosa deserti sunt, & in his, quæ dicta sunt, non in carne, sed in spiritu mirabiliter quotidie pinguescunt. Dum. n. carnē macerāt, spiritū impinguant: dum carnē debilitāt, spiritū roborant: dum carni foris parum auferūt, intus spiritui multū cōferunt. Id enim, quod in præsenti est momētaneū

Marginal notes: Tit. 3. — S — Campi. — T — Speciosa deserti. — Elias. — Io. Bapt. — Carthusien. Cisterc. Præmonstrat. — 2. Cor. 4.

& leue tribulationis eorum, supra modum in subli-
mitatem æternam gloriæ pondus operatur in eis, nõ
contemplantibus eis, quæ vñr, sed quæ nõ vñr. Quæ
enim videntur, temporalia sunt: quæ autem nõ vñr,
Colles. æterna sunt. Colles autem illos apte figurant, qui se
de terrenis in hac vita ad contemplanda cęlestia sub
leuant. Qui autem in mundo nunc cœlestia contem
plando colles sunt, in cœlo postmodum in ęterna cõ
templatione montes fiunt. Imperfectum enim est,
quod nunc de contemplatione percipiunt: perfectũ
autem erit, quod tunc possidebunt. Ad hoc spectare
1. Cor. 13 vř, quod ait Apostolus. Videmus nũc per speculum
in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc co-
gnosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus
sum. Et superius. Ex parte.n. cognoscimus, & ex par-
te prophetamus. Cum autem venerit quod perfectũ
V est, euacuabitur quod ex parte est. Modicum vero
nosse, quod nũc sanctis de cognitione diuina datur,
ad id, quod illis in futuro dãdum reseruatur, innuit
Eccl. 12. illud, quod Salomon de molentibus in minuto nu-
mero dicit eos videre per foramina: & quod Domi-
nus dum prophetam prophetare præciperet ait. Fili
Ezec. 20. hominis, stilla. Quodque in Daniele digiti visi sunt
Danie. 5. scribere. Quòd etiam in mensura spiritualis ędificij
post sex cubitos, qui significant bonã operationem
Ezec. 40. Palmus, qui præsentem exprimit contemplationẽ,
adijcitur. Quod enim est imago, quæ vř in speculo
ad corporis veritatem: quod intuitus per foramẽ ad
plenariam visionem: quod stilla ad oceanum: quod
digiti ad corpus totum: quod Palmus ad cubitũ: qđ
paruitas collis ad magnitudinem montis: hoc videť
esse contemplatio, quæ datur sanctis in tempore, ad
illam, quæ danda reseruatur in æternitate. Colles ita
que sunt contemplatiui, a terrenis eleuati, sole iusti-
tiæ præ cæteris illustrati. De quib. apte dicitur, quod
Psal. 64. accingentur exultatione: quia illorum est vere exulta
tio, quorum est contemplatio, illi debẽt merito gau-
dere, quibus iam datum est boni cęlestis gaudia vel
tenuiter videre. Mihi autem quale gaudiũ põt esse,
Tobi. 5. quia in tenebris sedeo, & lumen cęli non video? Et
notandum, ꝙ ait accingentur. Præcingimur ad mini
X straudum, succingimur ad ambulãdum, accingimur
ad pugnandum. Quia.n. pręcingimur ad ministran-
dum, recte de Dño dum discipulis suis lauando pe-
des eorum ministrare voluit, scriptum est: ꝙ cum ac
cepisset linteum pręcinxit se. Succingimur aũt ad am
Ioan. 13. bulandum, ne pedes nostri impediantur per fluxum
vestium. Accingimur ad pugnãdum, quemadmodũ
Psal. 44. in Psal. dictũ est. Accingere gladio tuo super femur
tuum potentissime. Colles itaq; exultatione accingũ
tur, quia sancti contemplatiui quãto perspicacius cę
lestia gaudia contemplantur, tanto contra hostẽ anti
quum robustius armantur. Et sic accipientibus illis
gratiam pro gratia, impletur in eis, quod scriptũ est.
Iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur ad-
Psal. 64. huc. Induti sunt arietes ouium, & valles abundabũt
Arietes. frumento. Per arietes, qui duces gregis sunt, intelligi
mus sanctos prælatos, qui gregem dominicũ ad pa-
scua spiritalia quotidie ducunt, & illum contra spũa
lium luporum incursum vigilanter custodiunt. Qui
habent duo cornua, vnum per exemplum boni ope
ris, alterum per verbum p̃dicationis, quibus debent
arcere rapaces hostes de finibus suis. Qui habẽt etiã
suæ lanæ vellus.i. vestimentum, hoc est bonorũ ho-
nestatem morum. Per valles deniq; intelligimus hu Valles.
miles subiectos. Quemadmodũ autem in sacra scri-
ptura per hordeum significatur doctrina veteris te- Hordeum
stamenti, ita per frumentum accipitur doctrina no- Frumẽtũ.
ui. Valles itaque abundant frumento, dum subiecti
quiuis & humiles replentur scientia, quæ contine-
tur in sacro euangelio. Per campos igitur conueniẽ- Epilogus.
ter intelligimus coniugatos propter rerum tempora
lium vsum licentiorem, per speciosa deserti solita-
rios propter vitam remotiorem, per colles contem-
platiuos propter gratiam eminentiorem, per arietes
p̃latos propter auctoritatem præstantiorem, per val-
les subditos propter subiectionem humiliorem. In-
telligimus etiam per vbertatem camporum effectũ
bonorum operum in coniugatis, per pinguedinẽ spe
ciosorum deserti plenitudinem charitatis, cæterarũ-
que virtutum consummationẽ in solitarijs. Per exul
tationem collium gustum cęlestium gaudiorum in
contemplatiuis. Per indumentum arietum honesta-
tem morum in p̃latis. Per frumentum vallium sacrã
scientiam in subiectis. Nunc charissimi ad nosmeti-
psos respicientes videamus, si aliqui ex his, quos su- Exhortatio.
perius descripsimus, sumus, si aliquid de eorum ple
nitudine possidemus. Certe campi non sumus, nec
esse debemus. Transcendit nanque nostra professio,
habitusque nostri, ac tonsuræ testatio, camporũ isto-
rum planitiem.i. coniugatorum conuersationem li-
centiorem, & propterea conscendẽdum est nobis ad
vitæ gradum altiorem. Absit enim, vt de collegio cõ-
iugatorum simus, vt soliciti simus, quę mundi sunt,
vt diuisi simus, vt cogitemus, quomodo placeamus
vxori. Cogitare nanque debemus, quæ sunt Dei, vt
placeamus Deo, vt simus sancti corpore & mente.
Sed q̃uis esse campi non debemus, per huiusmodi
vitam inferiorem, & licentiã latiorẽ, debemus tñ ha-
bere vbertatem eorum per sex operum misericordię
perfectam exhibitionem. Quibus enim melius con-
uenit exercere misericordiæ opera quàm ijs, qui reli
gionem habitu, tonsuraque profitentur? Sed timen-
dum est nobis fratres, ne hęc opera non secundũ in-
tuitum misericordiæ, sed secundum acceptionẽ per-
sonæ faciamus. Venit aliquando abbas aliquis diues Y
vicinus noster, qui nobis in domo sua diuersis fercu
lis appositus honorifice ministrari fecit, statim discur
rimus, familiam solicitamus, diuersa fercula parari
iubemus, illum honorifice seruiri debere protesta-
mur. Quod certe verum est. Meruit hoc enim, & ad-
huc occasione se prębente merebitur. Venit autem
quandoque monachus pauper, peregrinus, ieiunus,
lassus æstu vel gelu, imbribus aut ventis per totũ diẽ
afflictus, & sciscitante ministro quid comeder, tepi-
de respondetur, & satis habebit inquiunt: de ouis ha
bebit. Hæc concordare non uidentur verbis Christi,
quibus de largiendo conuiuio loquitur dicẽs. Cum Luc. 14.
facis prandium aut cęnam, noli vocare amicos tuos,
neque fratres, neque cognatos, neq; vicinos diuites:
ne fortè & ipsi te reinuitẽt, & fiat tibi retributio. Sed
cũ facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos,
cœcos, & Beatus eris, quia non habent vnde retri-
buere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iu-
storum.

storum. Ex his verbis perpendere potest qui vult, quia dū illis, qui nobis honorifice in huiusmodi ministrauerunt tā operosa cura, referimus, retributio videtur esse humani meriti:dū autē ijs,qui nobis nū quā seruierūt, solo charitatis intuitu oēm humanitatē exhibemus, præceptum implemus Christi. Non ergo pauperioribus hospitibus negligenter ministremus: quia sæpius,qui pauperiores sunt in re,ditiores sunt in fide. Iacet etiam forte frater aliquis diues, idest ex diuitibus natus, vel potens in domo aliqua molestia detentus.Statim ab omnibus visitatur, & confortatur, & tota solicitudine eius seruitium agitur. Iacet quandoque frater alius pauper,idest ex pauperioribus natus,nihilque potēs in domo,morbo fortiori prægrauatus, fortè negligitur,contemnitur, molestiam ab ijs, qui illi male ministrant patitur, intantum vt psalmistę verbis cōqueri iuste possit dicens.Super dolorem vulnerum meorum addi-
Psal. 68. derunt. Et de huiusmodi cura siue negligentia quidam versificator pulchre dixit.

- *Si diues iaceat vel febricula maceratus.*
Irrumpēs thalamos monachalis adest equitatus
Si pauper iaceat morbo vel morte grauatus
Quo spes nulla vocat,transit nihil appretiatus.

† Claus. † *Claudus vt in Domini pistrinum præcipitatus.*

Hæc omnia fratres dicimus, vt opera misericordiæ non secundum personarum acceptionem,sed secūdum charitatis intuitum, necessitatemque singulorum faciamus.Nec ista dicentes vt hominibus honore dignis honorem non exhibeatis suademus, quia
Rom. 13. scriptum est. Cui honorem honorem:sed ne cęteris de debito charitatis quicquam minuatis exhortamur. Campi igitur nō sumus,nec esse debemus,sed vtinam eorum vbertate non careamus. Quemadmodum autem campi non sumus, quia campi esse non debemus: sic speciosa deserti non sumus,quoniam hęc esse non possumus.Quomodo etenim esse de speciosis deserti possumus,qui pingua comedimus, mulsum bibimus,qui ad comparationem illorum mollibus vestimur? Quomodo esse de speciosis deserti possumus, qui longe a deserto sumus remoti, & penè seculo iuncti? Habitamus enim(vt timeo)cum Roben inter terminos, vt audiamus sibilos gregum. Habitamus enim(vt ita dixerim) inter terminum vitæ spiritalis, & terminum vitæ secularis. Audimus sibilos gregum,idest ludos,clamores, cantus,tumultusque hominum per diuersa crimina gregatim ad damnationem currentium. Speciosa igitur deserti esse non possumus, sed vtinam pinguedinis eorum, idest charitatis, aliarumq; virtutum participes simus. Colles autem esse debemus, quod vtinam simus. Idcirco nanque in quiete,silentio,lectione, meditatione,oratione,diuinæ laudis decantatione sumus, vt supernæ contemplationi facilius, & perfectius inhæreamus. Sanè inter omnia bona spiritalia, quæ in præsenti vita possunt acquiri vel
Luc. 10. possideri, contemplatio optima est. Maria nanque
Z optimam partem elegit,quę non auferetur ab ea.Sūt autem tria quædā, in quibus se humana mens nunc exercet, scilicet cogitatio, meditatio, contempla-
Cogitatio tio.Maior autem horum est contemplatio.Cogitatio est,cum mens notione rerum transitorie tangit,

cū res ipsa sua imagine aīo subito p̄sentat,vel p sensū ingrediēs,vel a memoria exurgens. Meditatio est assidua ac sagax retractatio cogitationis,aliquid vel in Meditatio uolutum explicare nitens,vel scrutans penetrare occultum. Contemplatio est perspicax & liber animi Contēplatio. contuitus in res perspiciendas vsquequaque diffusus. Inter contemplationem & meditationem hoc interest, quòd meditatio circa vnum rimandum occupatur, contemplatio ad multa vel ad vniuersa cōpræhendenda diffunditur. Contemplatio igitur est perspicax & liber animi contuitus in res perspiciendas vsquequaque diffusus. Perspicax, vt penetret profunda: liber, ne deprimatur & impediatur per terrena desideria: diffusus,vt compræhendat multa vel vniuersa. Videamus itaque si hunc animi contuitum habeamus, vt merito colles per contemplationem esse,dicique valeamus,de qua contemplatione plura loqui præsumo, quia quid sit quantum ad experimentum prorsus ignoro. Arietes quoque nō sumus, quia Domini gregē nō ducimus. Sed licet arietes ducatu gregis non sumus, vtinam tamē istorum arietum cornua per exemplum boni operis, & verbum prædicationis, & eorum indumentum per bonorum honestatem morum habeamus. Quamuis denique speciosa deserti,colles,& arietes esse perfecte nequeamus,valles saltem esse per humilem subiectionem studeamus, vt cum illis pro nostro modulo clamare, & hymnum dicere valeamus. Clamare in tempore. Hymnū dicere in æternitate. Quare clamare in tempore,hymnum dicere in æternitate? quia q longe est clamat,qui prope est dicit,Lōge sumus in tempore, quia quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Prope erimus in æternitate, quia videbimus eum sicuti est. Sicut ergo oculo ad oculū tūc videbimus,ita ore ad os loquemur.Clamare igitur est Deum laudare in tempore. Hymnū dicere est Deum laudare in æternitate. Quę autem, & quanta, qualisve sit istius hymni suauitas, iucunditas, atque felicitas, scire non possumus donec ad fontē vitæ veniamus, & inebriemur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis suæ potet nos, & videamus lumen in lumine,patrem in filio, filium in patre, spiritum sanctum in vtroque.Cum 1. Cor. 15 enim filius tradiderit regnum Deo & patri, cū euacuauerit omnem principatum,& potestatem,& virtutem,& erit Deus omnia in omnibus,tunc hymnū hunc cum angelis & sanctis vniuersis dicentes quæ sit eius inęstimabilis melodia perfecte cognoscemus. Quod nobis pręstare dignetur &c.

In festo sancti Ioannis Baptistę. Ser. LXXIII.

IVstus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Vita beati Ioannis Baptistæ charissimi, cuius hodie natiuitatē celebramus,tota nobis loquitur, tota nobis sermo est, tota nos a malo reuocat, & ad bonū exhortatur.Nec solum illa, quæ in illius sanctissima vita continentur,verum & illa, quæ uitam eius præcedunt vel subsequuntur subtiliter considerata nos a culpa reuocant,ad iustitiam informant. Ante conceptionem etenim eius nobis loquitur eius annuntiatio, A Psal. 91.

tiatio, post mortem eius virtutum ipsius opinio, in vita ipsius tota eius sancta conuersatio. Quemadmodum nanque varia diuersitas lapidum pretiosorum in vestimento, sic in beato Ioanne nobis emicat diuersarum virtutum multitudo, & eiusdem multitudinis pulchritudo, scilicet contemptus sęculi, amor Dei, abstinentia cibi, asperitas vestimenti, quies solitudinis, verbum prædicationis, virginitas corporis, humilitas cordis, rigor seueritatis, confessio veritatis, virtus patientię, odor bonæ famæ. Ipse est aurora veri solis, præcursor redemptoris, miles superni regis, præco iudicis, vox clamantis. Ipse est propheta venturi, minister Domini, index agni, baptista Christi amicus spōsi. Ipse prędicator pœnitentiæ, amator castimoniæ, persecutor luxuriæ, testificator iustitiæ, defensor innocentiæ. Ipse sanctorum parentum filius, cælestium secretorum cōscius, propinquorum gaudium, vicinorum gratulatio, vniuersorum admiratio. Ipse cum Apostolis immo prę Apostolis nuntius Christi, lux mūdi, sal terræ, lucerna super cādelabrū ciuitas super mōtē posita. Ipse est annuntiatus ab angelo, sanctificatus in vtero, clarificatus in mundo, coronatus martyrio, glorificatus in cœlo. Ipse igitur merito per orbem terrarū fidelium vocibus attollitur, verbis prædicatur, laudibus honoratur, solēnitatibus recensetur. Palmæ cedroque comparatur. Ipse nimirum vere est palma, vere cedrus. Palma per iustitiam, cedrus per gloriam. Palmæ siquidem, vt beatus Gregorius dicit in moralibus iustorum vita merito comparatur: quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius vero & visu, & fructibus pulchra. Inferius corticum suorum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchrę viriditatis expanditur. Habet aliud palma, quo cunctis arborum generibus differt. Omnis nanque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur: & quanto paulisper superior, tanto in altum subtilior redditur. Palma vero minoris amplitudinis ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliore robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior robore ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta nisi terrenis mentibus inueniuntur similia: inferius vasta, superius angusta? Quia nimirum omnes sęculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede vel tenuissimas verbi ferre contumelias recusant. Terrenō iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vnius horę momento lassantur. Sunt quoque nonnulli, qui cū cœlestia appetunt, atque huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstātiæ pusillanimitate deficiūt. Quib. etiā hos nisi arbustis reliqs similes dixero, q̄ nequaq̄ tales surgūt, quales iferi⁹ oriūtur. Hi quippe ī cōuersatione veniētes nō tales quales esse cœperūt, perseuerāt. Et quasi more arborū in ichoatione vasti sunt, sed tenues crescunt, quia paulisper per augmēta temporum patiūtur detrimenta virtutum. Sensim nanque in eis desideria superna languescunt, & qui robusta ac fortia pposuerant, debilia atq; infirma consummant. dūq; ætatis augmento proficiunt, quasi flexiles crescunt. Palma vero sicut dictum est, vastior in summitate est quàm esse cœpit ex radice: quia sæpe electorum conuersatio plus finiēdo peragit, quàm proponit inchoando, quia sæpe tepidius prima inchoat, feruentius extrema consummat, videlicet quia semper inchoare se existimat, idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Quasi de cęteris arboribus loquitur Esaias vbi dicit. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadēt. De palma autem subiungit, vbi addit. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinē, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt. ambulabunt & non deficient. Sunt autē quidam, qui cum fortia inceperunt non solum in ijs quæ inceperunt tepescunt, verum etiam ad vitia turpiter labuntur: & cum spiritu cœperint, carne consummantur. Quibus apte conuenit poetica illa sententia vbi dicitur. Esa.40. Gala. 3.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit, ac varias inducere plumas
Vndique collatis membris: vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?

Horatius in arte.

Humanum etenim, rationabile, & pulchrum valde opus est spirituale, quod incipiunt: sed bestiale penitus est, turpe, & atrum vitium, in quo desinunt. Illi igitur soli palmæ videntur comparandi, qui licet parua, pauca, & arcta sunt, quæ incipiunt: magna tamen multa, & ampla perficiunt. Cedrus cęteris arboribus altitudine præstātior esse perhibetur: & ideo per cedrum cœlestis gloria, qua nihil est sublimius, conuenienter exprimitur. Habet & palma suam altitudinem, per quam significatur altitudo iustitiæ, sed cedro nullatenus adæquatur, per quam figuratur altitudo glorię. Et diligenter attendendum, quod ait: vt palma florebit: sicut cedrus multiplicabitur. In præsenti quippe per iustitiam florem, idest spē percipiendi futuri fructus habemus, in futuro autem eiusdem floris fructum per gloriā accipiemus. Qui fructus recte multiplex esse dicitur, quia in custodiendis iudicijs Domini retributio multa. Beatus itaque Ioannes præ cæteris sanctus Palma, & cedrus est. Palma est per iustitiam, cedrus per gloriam. Palma in mundo, cedrus in cœlo. Palma in merito, cedrus in præmio. Palma quia iustus, cedrus quia beatus. Qui quanto iustior, tanto beatior. Iustior in via, beatior in patria. Totis igitur viribus charissimi, vt cum beato Ioanne palma simus elaboremus, vt cum illo postmodum esse cedri valeamus. Nemo nostrum praue viuendo cæteras arbores in imo vastas in summo graciles imitetur, nemo reliquis arbustis assimiletur, nemo circa spiritalia sit debilis, circa carnalia fortis. Omnes pariter fluxa carnis gaudia perstringamus, animorum penetralia dilatemus, vt velut palma florere per iustitiam possimus in tempore, & quasi cedrus multiplicari per gloriam in ęternitate. Quod nobis pręstare dignetur &c.

Marginalia: B — Virtutes Io. Bapt. — Præconia, & honores. — C — Palma. — D — Cedrus. — Io. Bap.

In festo eiusdem sancti Ioannis Baptistæ.
Sermo. LXXIIII.

E Luc. 1. IOannes est nomen eius, & in natiuitate eius multi gaudebunt. Interpretatur Dei gratia. Hoc nomen sanctissimum charissimi viro sanctissimo datum, a Gabriele venerabiliter annuntiatum, ab Elisabeth Spiritu sancto repleta prolatum, a Zacharia literis insinuatum, absque dubio credendum est diuinitùs fuisse præordinatum. Non enim sine re tale nomẽ habuit, qui præ natis mulierum in gratia claruit, quem in vtero gratia sanctificauit, qui ad vocem beatæ Mariæ de præsentia Christi per gratiam exultauit, qui adhuc puer per gratiam confortatus se sęculo abrenuntiauit, & desertum ingressus vsq; in diẽ ostensionis suæ ad Israel soli Deo vacauit, vestimento de pilis camelorũ se induẽs, zona pellicia se stringens, locustas & mel siluestre comedens, & aquam bibens. Merito Ioannes dici debuit, qui supernæ gra-
F tię præ nuntiator, & prædicator extitit, cuius Christus lator & dator ipsum fuit. Vnde & ipse Ioannes ait. Ego quidem baptizo vos in aqua, id est in pœni-
Luc. 3. tentia: qui autem post me venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Gratia enim
Ioan. 1. G & veritas per Iesum Christum facta est. Quia igitur fratres tanti viri natiuitatem in vniuerso mũdo venerabilem celebramus, totis præcordijs gaudeamus, vt & nos sermoni, qui scriptus est, quia in natiuitate eius multi gaudebunt, consortes existamus. In natiuitate eius quẽadmodũ plus oculis cernitur, quàm in codicibus legitur, gaudent multi: quia gaudent Christiani: &, vt fama testatur, gaudent pagani. In natiuitate eius multi gaudent: quia gaudent pauperes, gaudẽt feruentes, gaudent boni, gaudent mali. Gaudent pauperes, quia vident in munere maturitatem messium. Gaudent feruentes, quia cernunt adesse laboris sui, & percipiendæ mercedis terminum.
Gaudium mundi. Gaudent boni gaudio, quod est in spiritu sancto. Gaudent mali gaudio, quod est in mundo. Est autem gaudium mundi concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitę. In concupiscentia carnis est gaudium fœditatis, in concupiscentia oculorum gaudium curiositatis, in superbia vitæ, gaudium vanitatis. Omnis enim, qui superbit, inanescit. Ista autem species gaudij, quæ est in mundo tãtum, solummodo reprobotum est, qui
Prou. 2. lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: qui gaudent in vanitatibus, & infanijs falsis, in superstitione ludorum, in exercitatione vitiorum,
Sapi. 2. perpetratione peccatorum. Qui vino pretioso, & vnguentis se implent: nec prætereunt eos flos tẽporis. Qui coronant se rosis antequàm marcescant, & vbique signa lętitię relinquere volunt. In his gaudent, de qui
Ibidem. bus damnati in inferno dolent, dicentes. Errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis nostræ, viam autem Domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia, aut quid diuitiarum iactãtia contulit nobis?
Prou. 14. Igitur charissimi, quia mũdana lætitia via est ad æternam tristitiam: risus enim dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat: reputemus risum errorem, & gaudio dicamus, Quid frustra deciperis? Eccl. 2.
Melius est ire in domum luctus, quàm in domum conuiuij: In illa enim finis cunctorum hominum Eccl. 7.
admonetur, & viuens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu, quia per tristitiã vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium vbi tristitia est; Ibidem.
quia norunt, quòd tristitia, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Habet autem & miseram tristitiam suam, quemadmodum & ineptam lætitiã, vtranque malam. Nam secu 2. Cor. 7.
li tristitia mortẽ operatur. Sunt itaque duo, ex quibus vnus misere tristatur, alter ineptè lætatur.

Alter amat fletus, alter crispare cachinnum.
Diuersisque modis par est vesania cunctis.
Tu vero fili medio tutissimus ibis.
Inter vtrunque vola, placeat discretio sola.
Virtus est medium vitiorum vtrinque reductũ.

Quemadmodum enim inter vitium vilcotæ ienacitatis, & vitium lubricæ prodigalitatis medium est H Virtus.
virtus largitas, quæ fit cum discretione: ita inter amaram sæculi tristitiam, & inanem eius lætitiã mediũ est spiritalis exultatio, quæ fit cum timore. Exultatio nempe sine timore mater nonnunquã est delictorum, & timor siue tristitia sine exultatione quædam amaritudo viuendi. Nec dicat quis tristitiam, quæ secundum Deum est, ab huius vel cuiuslibet solẽnitatis di I
screpare gaudio, cum ipsam plerunque constet veram esse viam ad gaudium, quod est in spiritu sancto. Cum autem gaudemus in Domino, iam aliquid nos confidamus percepisse de præmio, cum ipsum gaudiũ, quod a Domino & in Domino percipitur, sit creaturæ rationalis beatitudo. Gaudeamus ergo charissimi in hac sacra natiuitate beati Ioannis Baptistæ magno gaudio. Sed exultationes Dei non mũdi sint in gutture nostro, vt mereamur per hanc sanctã lętitiam ad supernam peruenire gloriam. Quod nobis præstare dignetur &c.

¶ *De Balaam, & filijs Israel in festo quorumlibet sanctorum homilia, seu. Ser. LXXV.*

LEgimus in Numeris, quòd egressis de K Num. 22. & seq.
Ægypto filijs Israel, & per desertum ad terram promissionis tendentibus Balac obsistere disposuerit, & conduxerit Balaam, vt malediceret illis. Vertit autẽ Deus maledictionem eius in benedictionẽ. Cuius historiæ verba secundum spiritalem intelligẽtiam vobis transcurremus, vt ex eis pro posse nostro vestrorum sanctitatem morum ædificemus. Populus ille qui nunc Iacob, nunc Israel nomine censetur, Iacob. Israel.
populum significat vere fidelium, qui vere Iacob sunt, dum aduersum vitia fortiter luctantur: Israel, dum in virtutum bonitate suauiter delectantur. Iacob sunt, dũ circa terrena negocia cã corporeæ necessitatis fungantur: Israel, dũ cęlestia bona sublimiter speculantur. Vnde rectè per Balaã prophetico spiritu di L
ctũ est. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & Num. 23.
nosse numerum stirpis Israel? vt per puluerẽ Iacob actiuos terrena tractantes, per stirpem Israel specula tiuos

Balac. tiuos intelligamus cęlestia cõtemplantes. Balac, qui
interpretatur lingens, vel elidens, siue inuoluens, dia
bolum significat, qui quos potest prauæ tentationis
blandimento lingit, & consensu vel effectu peccati
elidit, ac retinaculo malæ cõsuetudinis inuoluit. Ba-
Balaam. laam, qui interpretatur populus vanus, vniuersitatē
falsorum Christianorum exprimit, qui spernunt ve
ritatem, sequuntur vanitatem, præsertim illos, qui in
ter eos siue prudentia carnis, siue scientia seculi, vel
philosophię vana gloria, cęteris auctoritate quadam
præstare videntur. Isti nempe apud diabolum, & om
nes dæmones, vniuersosque mundi dilectores velut
arioli sunt, dum inanem mundi sapientiam, immo
per ipsam dæmoniacam impietatem male viuendo
colunt. Qui dum quotidie vitia vitijs aggregant, vel
vitia pro vitijs mutant, quasi nouorum dęmoniorū
culturam innouant. Quippe apte conuenit, quod
scriptum est. Noui, recentesque venerunt, quos non
Deut. 32. coluerunt patres eorū. Qui cū Balaā obturatū habēt
oculū: quia licet q Deus sit p sciētiā videāt, quid sit
tamē quātū ad dilectionē ignorāt. Et dū Deus de cœ
lo super eos ꝓspicit, vt videat si est intelligēs, aut re-
quirēs Deū: si est inter eos, qui intelligat p cognitio-
nē, nō est tamē, qui requirat p amorē. Quāuis igitur
i eis vnus oculus sit aptus, dū recte credūt, alter tamē
est obturatus, dū male viuūt. Omnes declinauerūt, si
Psal. 52. mul inutiles facti sunt. Declinauerūt a bono, inutiles
facti sunt in malo. Qui cu Balaā auditores sermonū
Dei sunt, sed factores esse nolūt. Qui omnipotētis vi
siones vidēt p cognitionē, sed eas videre detrectāt p
operationē. Qui cadūt, & sic aperiūtur oculi eorum
cadūt p damnationē, & sic aperiūtur oculi eorū per
perfectā præteritæ prauitatis agnitionē. Nō enim suā
impietatē perfecte cognoscūt, donec pœnā sentiāt, q̄
M p ipsam meruerūt. Aliter. Cadūt, dū quidā ex illis ali
quādo cōpūcti a sua elatione humiliātur, & sic ape-
riūtur oculi eorū, dū pfecte diuinitus illuminantur.
Iacobi. 4. Sic. n. Deus superbis resistit, sic & humilibus dat gra
tiā. Vel certe quemadmodum ipse Balaā inferius de
se dicit, quia cadēs apertos habet oculos: superbi sa-
piētes seculi cadūt apertos habētes oculos, quoniā &
N quæ vero sunt cognoscunt, & praua tamē agere nō
desinūt. Misit Balac ad Balaam princ pes primū no-
biles, deinde nobiliores: quia diabolus mittit dęmo
nes ad tētādū strenuos: & si illi nō præualēt, mittit de
inde fortiores, vt astutos, & linguatos sæculi viros
suis suggestionibus flectāt, quatenus iustorū cōuer-
sationi maledicāt. i. suis oblocutionibus detrahāt, ac
p hoc bonā eorū famā minuant, & sic vel simplices
quoslibet, ac minus cautos ad bene operādū desides
negligētes, & pusillanimes reddāt. Ipsa detractio ip
sa maledictio, & cōmēdatio ipsa est benedictio. Non
enim in tota hac benedictione Balaā legimus vipsā
filijs Israel bona orasse, sed de illis tātū benedixis-
O se, vel prædixisse. Et quoniā sapiētes mūdi apud dia-
bolū, mūdiq; dilectores, vel etiā quosdā simplices iu
stos ad laudādū, vel blasphemādū magnā vidētur ha
bere auctoritatē, existimaturque eorū derogationi-
bus istos deprimi, illos eorū laudibus sustolli, apte
Num. 22. a Balac per nūtios ipsi Balaā mādatur. Noui, q bene-
dictus sit, cui benedixeris, & maledictus, in quē ma-
ledicta cōgesseris. Populus autē Dñi superficiē terrę
operuisse dicitur: quia multi sunt vocati, licet pauci
sunt electi: & diabolus etiā quoslibet falsos Christia- Matt. 20.
nos aliquando cōuerti, & sibi obsistere cū cæteris ti-
met, dū necdū eos p fidei negationē secū esse videt.
Iusti vero populū Balac quasi bos herbā vsq; ad ra-
dicē delēt, quia iusti nō solū malorū opa, sed & cōsi-
lia radicitus inuestigare, & refellere solēt. Spiritalis 1. Cor. 2.
enim iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Pre-
tiū diuinationis ac maledictionis, q nūtij Balac ha-
bebāt in manu, aurū siue argentū, vel etiā virumque
fuisse credi potest. Vnde & Balaā eis respōdisse vide-
tur. Si dederit mihi Balac plenā domū suā argēti &
auri nō potero immutare verbū Dei mei. Quos scili
cet nūtios apud se nocte remanere fecit, vt sciscitare-
tur, vtrū cū eis ire posset, an nō? quia malorū est in te
nebris, nō in luce cōsilia quærere, quomodo scelesta
opera tenebrarū perpetrare. Quos redarguēs Esaias Esa. 8.
ait. Cum dixerint ad vos, quærite a pythonibus, & a
diuinis, qui studēt in incātationibus suis, Nunquid
nō populus a Deo suo requiret visionē? pro viuis a
mortuis? ad legē magis, & ad testimoniū? Aurum &
argentum, quod maledictionis credimus fuisse pre-
tiū, sapiētiā & eloquētiā significat mūdanā. Cuius pe
cunię perniciosam copiā cūcti, qui inter vanos sunt
vanissimi, totis præcordijs amāt. Vnde & diabolicis
suggestionibus inclinātur, vt sapiētes & eloquentes
apud amatores vanitatis præ cæteris habeātur. Qui
etiā de mōtibus oriētis ad maledicēdū adducuntur:
quia ex superbia & calliditate procedit, q ad detrahē
dū bonis flectūtur. Per montes enim superbia, p oriē
tē, in quo mundana lux oritur, calliditas figuratur.
Asina, in qua Balaā sedit, stultorū subiectorū cœtū Asina.
cōgrue significat, i quo ipsi magistri erroris sedēt, dū
in eis auctoritate doctrinæ suæ principatū tenēt. Sed
vtrisque in itinere prauæ intentionis resistit angelus
cū euaginatione gladij. i. ordo angelicus cū terrore
diuini iudicij. Quem angelum, siue gladium Asina
prius animaduertit, & ab itinere prauitatis desistit: de
inde Balaā, cū cernit, expauescit: quia faciliꝰ, & ci-
tius simpliciores, & minus callidi terrore diuini iudi
cij procelluntur, & ab inceptæ peruersitatis intentione
relaxantur, quā q maioris superbiæ, & impiæ calli
ditatis tenebris [illegible] Interim [illegible] P
asinā calcarib. cędit, q a vanitatē d[illegible]ētiū magistraꝰ,
dū adhuc minꝰ territus diuinū iudiciū nōdū intelligit
sibi subiectū populū verbis asperrimis affligit, & vt
secū iniquitatis iter teneat, īquātū valet, cogit. V[illegible]ę
sunt diuersę congregationis ecclesiæ. Muri, q[illegible]
vineæ cingunt, sunt doctores quibus iust[illegible] con-
gregationes muniūtur. Angustiæ viæ præceptum iu
stitiæ, vel diligēs cēsura, & subtilis intelligētia ecle-
siasticæ doctrinæ. In hanc angustiā Balaā duc[illegible], &
eius pes eliditur: quia peruersus intētionis eius c[illegible]
tus Deo contrarius esse cōprobatur. Ibi asina lo[illegible]
tur: q a subiectos cœtus auctoritate sanctorū doct[illegible]
adiutus de asperitate iniustæ dominationis eius ad
uersus eum rationabiliter conqueritur. Ipse denique
cognito q cōtra Deum graditur, dum eius maledi-
cere populo conatur, timore corripitur: & si non a
malignitate prauę voluntatis, a malignitate tamē de-
tractionis refrenatur. Et eius maledictio in benedictio
nem vertitur, dum timore diuini iudicij correptus

&

& malum compellitur tacere, & bona de iustis fata git licet inuitus prędicare. Balaam quoque gladio filiorum Israel perimitur, dum vana sequentiú principatus in fine iudicio iustorum condemnatur. Po-

Epilogus. pulus igitur Israel est electorum cœtus, Balac diabolus, Balaam vana diligentium magistratus, asina discipulatus eius, profectio viæ promotio intentionis prauæ, Angelus, qui ei obsistit, ordo angelicus, qui eorum iniquis conatibus cótradicit, euaginatio gladij interminatio iudicij, muri vinearum doctores ecclesiarum, angustia viæ, censura sacræ doctrinę, lęsio pedis redargutio praui operis, maledictio derogatio, benedictio laus iustorum & commendatio. Hæc fratres superficietenus transcurrimus, vobisq; profundiora scrutanda relinquimus. Sané quia prolixa sunt, quę de hac historia declaranda sequuntur, visum est nobis ex his, quæ dicta sunt sermonem hunc terminare, & quæ restant, in posterum describenda reseruare. Nunc ergo charissimi, quia de Ae-

Exhortatio. gypto spiritali per fidem egressi sumus, & per desertum ire, & ad terram promissionis tédere debemus, videamus vtrum veri Israelitæ simus. Aegyptus est vita secularis, desertum vita spiritalis, terra promissionis vita cœlestis, Aegyptus caro, desertú animus, terra promissionis Deus. Veri autē Israelitæ sumus, si Deum non tantum oculo cognitionis, sed etiam oculo dilectionis videmus. Quos videlicet oculos si sanos habemus, viá rectam tenebimus, per quam terram supernæ promissionis ingrediemur. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen.

§ Ex verbis eiusdem Balaam in festo quorumlibet sanctorum. Ser. LXXVI.

Q IN superiori sermone de filijs Israel, de Balac, de Balaam, de benedictione, qua benedixit filijs Israel, quædam diximus: nunc ad eiusdem benedictionis verba veniamus: & q[uid] moralis instructionis intus habeant, videamus. Si quis autem quærat quid significationis habeat holocaustum Balac, qui diabolum significat: respondemus, quód non omnia, quæ in litera continentur ad spiritalem intel

R ligentiam flectéda sunt. Sed nec parabola currit per omnia, Balaam autem filijs Israel ter benedixit, vt ipsa benedictio licet per hominem, non tamen ab homine, sed a sancta & indiuidua Trinitate data nosca

Num. 23. tur. Primæ quidem benedictionis verba sunt hæc. De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum de mótibus orientis. Veni (inquit) & maledic Iacob: propera, & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui nó maledixit Deus? Qua ratione detester, quem non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo eum. Populus solus habitauit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Aram interpretatur excelsus, & significat superbiam. Bene ergo de Aram siue de montibus Balaam ad maledicendum populú Dei rex impius adduxit: quia quod mali bonis coo-

perante diabolo detrahunt, totum de superbia procedit. Moab. Moab interpretatur de patre, & significat omnes reprobos, ex quibus illi fuerunt, quibus specialiter dictum est. Vos ex patre diabolo estis. Balac itaque Ioan. 8. Moabitarum rex Balaam ad maledicendum Israel vocat: quia diabolus rector tenebrarum harum. id est dæmonum per superbiá contenebratorum, & hominum impiorum ex ipso per culpam progenitorú ex ipsis impijs hominibus impijssimos per impietatem cultui eius deditos, ad blasphemandum iustos cupiditate vanæ laudis & gloriæ inanis acriter sollicitat. Qui nisi diuinæ potentiæ timore refręnentur, tantum apud homines de suæ sapientiæ, atque potentiæ gloria sustollantur, vt ad perpetrandú detractionis, ac blasphemiæ facinus leuiter inclinentur. Quam maledictioné iustis sæpius, diuersisque modis obtulisse multoties expertum est. Sed cum iustos diuina protectione muniri considerant, diuino timore perculsi, eis suæ derogationis maledictionem inferre grauiter formidát. Quod tamé libéter facerent, nisi vltioné sibi desuper imminere pertimescerét. Vnde & Balaá Dei timore cohibitus maledictioné, quá populo Dei inferre decreuerat, si licuisset, cóticuit dicés. Quomodo maledicá, cui nó maledixit Deus? Qua ratione detester, qué Dńs nó detesta S tur? De summis silicibus videbo eú, & de collibus considerabo illú. De summis silicibus siue collibus perfecti vanitatis huius amatores, & magistri populú Dei cósiderát, cú formidine diuina territi mētem in cótéplationé eius sublimiter leuát, quátú ab alijs gentibus merito distet, subtiliter pésant. Vidét q[uod] in 1. Cor. 12 ecclesia alij datur p[er] spiritú sermo sapiétiæ, alij scientię, alteri fides, alij gratia sanitatú, alij operatio virtutú, alij prophetia, alij discretio spiritú, alij genera linguarú, alij interpretatio sermonú. Vidét alios bonis operib. insudare, alios virtutib[us] vernare, alios miraculis coruscare, alios humiliter subesse, alios excelléter p[rae]esse oés omnibus velle prodesse. Cúque populum iustorum cœlestis gratiæ benedictione repletú cóspiciút, suę blasphemiæ, derogationisq; maledictionem inferre superno territi iudicio nulla ratione præsumút, sed e diuerso illi benedicút dum de illo id, qd bonú in eo vidét, licet inuiti dicút. Nó enim ex eorú arbitrio, sed ex diuino p[ro]cedit iudicio quód bonorú iustitiá admirádo prædicát, quá nec sequútur, nec amát. Vnde & recto Balaá in sequétibus dicit. Benedictioné prohibere nó valeo. Cuius benedictionis, i. prędicationis verba subdútur cú di Num. 23. citur, Populus solus habitabit, & inter gétes nó reputabitur. Magna laus fratres quód dicitur, popu- T lus solus habitabit. Vtiná hęc vox laudis sit in cordibus præsertim monachorú, & illorú, qui vitá solitariá hoc vel illo modo lingua prędicát, habitu demóstrát. Erubescát, & pertimescát ex his verbis, qui relictis claustris curias solius causa curiositatis nó necessitatis frequéter adeút: q ad spectacula, fabulasq; Matt. 23. vanitatis libéter procedunt: qui salutationes in foro, primas cathedras in synagogis, primos recubitus in cœnis diligút, & vocari ab hominibus rabbi. Nec ista dicéres auctéticas, & honestas, religiosasq; virorú personas vituperare dici debemus, qui sanctę matris ecclesiæ necessitatibus exterioribus pro loco,

pro

pro tempore, pro causa suffragatur. Aliud est.n.cu-
riositate suadēte, aliud ratione dictante, quid agere.
Osee. 10. Huius itaque laudis expers est Ephraim vitula do-
cta diligere triturā. Populus autē iustorū solus habi
tat, nec inter gētes reputatur: quia cæteræ gētes vni-
uersæ carnis desideria, & mundi gloriā sequūtur: so
li vero electi iustitiā, ac spiritalia bona sectātur. Nec
solū cōtēplatiui, verū & actiui soli habitāt, dū repro
borū operibus nō cōmunicāt. Cū igitur vniuersis fi
delibus cōueniat, vt nō tā māsione corporū quàm
vnanimitate cordium habitēt soli, illos maxime de-
cet, vt habitent soli non tantū bonorū singularitate
operum, verū etiā quantū est possibile māsione cor
porū, q religionis habitu sunt circūdati religionem
que professi. Hoc eorū professio, hoc habitus, hoc
exigit ordo, vt a cęteris nō solū malis sed & beneagē
tibus lōge separētur, qui sanctitatē habitu prę cęte-
ris profitentur. Nec debent inter gentes alias reputa
ri corporali conuersatione, qui ab alijs diuiduntur
V singulari religionis professione. Quis dinumerare
Num. 23. possit puluerem Iacob, & nosse numerum filiorum
Israel? In præcedenti sermone diximus per puluerē
Iacob intelligi debere actiuos, per numerum stirpis
X Israel contemplatiuos. Quanuis ad literam etiam
pertinet populum Israel non numerari p̄ multitu-
dine posse verum esse creditur, sicut pluribus ex lo-
Rom. 4. cis veteris paginæ colligitur, sicut vbi dicitur, quòd
Israel innumarabilis erat sicut stellæ cœli, & arena,
quæ in littore maris. Quātū vero ad spiritalē intelli-
gētiā spectat multo innumerabilior iustorū popu-
lus credēdus est. Vnde & Dauid ait. Mihi autem ni-
Psal. 138. mis honorificati sunt amici tui Deus, nimis cōforta
tus est principatus eorū. Dinumerabo eos.i. si dinu-
merare voluero eos, sup arenā multiplicabuntur. De
multiplicatione carnalis Israel dictū est, sicut arena
multiplicabūtur: de multiplicatione spiritalis Israel
idest amicorū Dei dicitur super arenā. Sed & de hac
innumerabilitate iustorū beatus Ioānes in Apocaly
psi postq̄ duodecim millia signatos ex omni tribu fi
liorū Israel vidisset, adiunxit. Post hæc vidi turbam
Apoc. 7. magnā, quam dinumerare nemo poterat ex omni-
bus gētibus, & tribubus, & populis, & linguis stātes
ante thronū, & in cōspectu agni, amicti stolis albis,
Y & palmæ in manibus eorū. Quēadmodū nāque scri
Eccl. 37. ptura teste dies Israel innumerabiles sunt, ita & Is-
rael innumerabilis est. Nō solū autē actiui, qui mul
to plures sunt contēplatiuis, verū & cōtēplatiui, qui
pauciores sunt actiuis, innumerabiles sunt. Quod
demōstratur, vbi cū præmisisset qs dinumerare pos-
sit puluerē Iacob, addidit, aut nosse numerū stirpis
Israel? Quasi diceret nemo. Sequitur. Moriatur ani-
ma mea morte iustorum, & fiant nouissima mea ho
rū similia. Prophani præsentis sęculi sapientes, qui
Z aduersus iustos, inquantum possunt, malignantur,
dum quādoq; timore stimulati eleuata mente iusto
rum vitā cōtemplantur, eorū morte mori desiderāt,
quorū tamen vitā imitari recusant. Carnis cōcupi-
scentiā, mundi gloriā toto corde diligūt, & hæc vir-
tutibus & bonis operibus anteponūt, sed nescio qua
frōte cū iustis mori, & percipere præmia volūt. Sed
qui eorum typum gerit, quia vita iustorum viuere
noluit, eorum morte mori non meruit. Qui procul
dubio in oratione, qua bene mori petijt, auditus
fuisset, si post orationem bene viuere studuisset. Ex
his, quæ dicta sunt, fratres colligamus vnde in via Epilogus.
Dei proficiamus. Studeamus habitare soli, nec inter
gentes aliqua dissolutionis inquietudine reputari.
Studeamus cum Hieremia soli sedere, & secundum Thren. 3.
eius verba nos super nos leuare. Studeamus cum iu
stis iuste viuere, vt cum ipsis bene mori, & ad super
nam gloriam mereamur eorum meritis & preci-
bus peruenire. Quod nobis præstare dignetur Iesus
Christus. Amen.

¶ *In festo quorumlibet sanctorum de eiusdem Balaam verbis. Sermo. LXXVII.*

Voniam in sermone præcedenti quę in A
prima benedictione, qua Balaam filijs
Israel benedixit, continentur, pro pos-
se nostro digessimus: nunc ad ea, quæ
in secunda continentur digerēda succe
dēter transeamus. Dolēs grauiter, & cōquerēs Balac,
q Balaā filijs Israel benediceret, quē sperauerat eis Num. 23.
maledicturū, ait ad Balaā. Veni mecū in alterū locū,
vnde partē Israelis videas, & totū videre nō possis, in
de maledicito ei. Et duxit eū in locū sublimē super
verticē mōtis phasga. Qui cū diuertisset & accepto
cōsilio Dei reuersus fuisset ait. Sta Balac & ausculta.
Audi fili Sephor. Non est Deus quasi homo vt mē
tiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo,
& nō faciet: locutus est & nō implebit? Ad benedicē
dū adductus sum, benedictionē prohibere nō valeo.
Nō est idolū in Iacob, nec videtur simulacrū in Is-
rael. Dn̄s Deus eius in eo est, & clamor victoriæ re-
gis in illo. Deus eduxit eū de Aegypto, cuius fortitu
do similis est rhinocerotis. Nō est augurium in Iacob,
nec diuinatio in Israel. Tēporibus suis dicetur Iacob
& Israeli, quod operatus sit Deus. Ecce populus vt
leo cōsurget, & quasi leæna erigetur. Nō accubabit
donec deuoret prædā, & occisorū sāguinē bibat. Di-
xit Balac ad Balaā. Nō maledicas ei, nec bndicas. Et
ille ait. Nōne dixi tibi q quicquid Dn̄s imperaret mi-
hi, hoc facerē? Multiplex est calliditas diaboli, qua B
iustos aggreditur, & eos quondie subuertere cona-
tur. Vn̄ Balac Balaā de loco ad locū vocat, vt popu-
lo Dei maledicat? quia diabulus, dū vno mō aduer-
sus iustos nō p̄ualet, alio mō nitit, vt vincat. Vanis-
simos vani populi sollicitat, vt bonorū laudē detra-
ctionis & blasphemię maledictione vel ex parte cor
rūpat, vt dū in toto sanctorū opinionē destruere nō
pōt, eā saltē in aliqua parte lędat. Hoc etenī est in par
te videre, & in parte maledicere. Balaā diuertit, &
vtrū maledicere populo Dei q̄at, volūtatē Dei re-
quirit: quia van' populus in binōi tētationib' plerū
que se intra se, vt Dei volūtatē super hoc sciscitaret,
colligit: & dū ei' beneuolētiā erga electos illi' agno
scit, in eos iacula suæ maledictionis iacere nō pręsu-
mit. Cūque mētē in eorū cōtēplatione sublimius ele
uāt, statim ad proferēda benedictionis verba se pa-
rāt. Vnde & Balaā post acceptū Dei cōsiliū ad Balac
ait. Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor. Non est
Deus quasi hō vt mētiatur: nec vt filius hominis, vt
mutetur. Dixit ergo, & nō faciet? locutus est, & nō
implebit?

implebit? Ad benedicẽdum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Sta Balac. Quasi dica
C tur. Desine diabole me ad blasphemãdũ iustos incitare, quia si hoc facere præsumo, mihi damnationẽ acquiro, & illorũ salutẽ nõ impedio. Deus, qui non mutatur corde, nõ mẽtitur ore, nõ mutatur proposito, nõ mẽtitur verbo, ipse proposuit, & promisit in semine Abrahæ se benedicturũ omnes gentes. Quæ ergo proposuit, non faciet? & quod dixit, non imple bit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autẽ homo mendax. Vnde quia Deus verax est in ꝓmissis, eius sermo quotidie cernitur adimpleri. Nam electorum iustificatio & saluatio, eius est benedictio. Dicat ita que vanus populus. Quod ergo Deus statuit adimplere, nunquid ego possum meis maledictionibus euacuare? Quinimmo ad benedicẽdũ adductus sũ, benedictionem prohibere non valeo. Reprobi quippe, dũ ad cõtẽplandam iustorũ vitã eriguntur, ex ipsa admiratione eorum, iustitiam eorum, quam non diligunt, prædicare compelluntur. Quæ benedicendi laus non tam ex eorum voluntate quam ex diuina procedit dispositione. Vnde & Balaam ait. Bene dictionem prohibere nõ valeo. Cuius benedictionis
Num. 23. verba sunt hæc. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. Remouet autem spirituali populo mala, prędicat bona. Mala scilicet idolum & simulacrum remouet a populo spirituali, quę in carnali populo antiquitus fere continue cõstat extitisse. Prædicat bona, q̃ in populo spirituali vere & perfecte reperiuntur. Vnde spõsus spõ
Cant. 6. sam laudãs ait, Vna est columba mea, perfecta mea.
D Remouet a populo spirituali omnem idololatriã & infidelitatem, vbi dicit. Nõ est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israel. Prædicat perfectã libe rationẽ eius ac libertatem, vbi addit. Dñs Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. In eo ꝙ Dñs Deus eius cũ eo est, iã nõ seruit spũali Pharaoni in Aegypto: in eo ꝙ clãgor victoriæ regis est in il
E lo, iam cãtat canticum gratiarum actionis cum Moyse in deserto. Et diligenter attendendum, ꝙ non ait clangor pugnę, sed clangor victoriæ. In præcedentis quippe populi liberatione clãgor pugnæ non fuit, quia Dominus pro eo pugnauit, & ipse tacuit. In se quentis quoque populi liberatione clangor pugnæ non extitit, quia Christus, qui coram tondente se os non aperuit, peccata eius portãdo eum liberauit. Tor
Esa. 63. cular calcauit solus, & de gentibus non erat vir cum eo. Primus igitur, siue primę clangor victoriæ fuit canticum, quod cecinit Moyses, & filij Israel liberati de seruitute Pharaonis regis Aegypti dicẽtes. Can
Exod. 15. temus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Secundus autẽ, siue secundæ clãgor victorię est gratiarum actio, quam canit spiritalis Israel liberatus de seruitute diaboli. De hoc clangore victorię Dominus per Esaiã
Esa. 51. sub nomine Sion ait. Gaudium & lætitia inuenietur in ea gratiarũ actio, & vox laudis. Non ergo est idolũ in spirituali Iacob, nec videtur simulacrũ in Israel quia de seruitute dæmonũ liberatus est, & de tenebris infidelitatis eductus est, dum Dominus Deus eius est cum eo, & clangor victoriæ regis in illo.

Ad quã etiã sententiam roborandam subdit. Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis rhi F
nocerotis. Rhinoceros indomabilis naturæ est: & Rhinoceros.
Deus omnino incomprehensibilis, & inuincibilis est. Rhinoceros latine sonat in nare cornu. Et quia nare odores, fœtoresque discernimus, recte per na rem discretionis tẽperantiã intelligimus: per cornu autem potentiam accipimus. Fortitudo ergo Dei quasi rhinocerotis est, quia Deus fortitudinis suæ potẽtiã miræ discretionis moderamine semper exer
cet. Vñ scriptũ est. Tu Domine sabbaoth omnia cũ Hiere. 11.
trãquillitate iudicas. Et de sapiẽtia legitur. Quòd at- Sap. 8.
tingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit om
nia suauiter. Ad hunc etiam sensum pertinet illud Psal. 104.
Psa. Misit tenebras, & obscurauit, & nõ exacerbauit, sermones suos. Quia ergo Deus eduxit spiritualẽ Israel de Aegypto antiquę infidelitatis, merito in eo nõ videtur simulacrũ antiqui erroris. Sed quia sunt multi, qui Christianitatis nomine cẽsentur, nec simulacris colla submittũt, qui tamẽ varijs sortilegijs sacrilego more & diuinationibus intẽdũt, recte de vero Israel prædicat dicẽs. Nõ est augu riũ in Iacob, nec diuinatio in Israel. Ex falsis enim Israelitis sunt, qui
in huiusmodi vanitatibus fidẽ suã, & spẽ ponũt. Vñ Gal. 4.
& apostolus Galatas redarguẽs dicit. Dies obseruatis, & mẽses, & tpa, & annos: timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis. In vero autem Israel, sicut nõ est idolum siue simulacrum, sic nõ est augurium, diuinatio, cãtatio, siue aliqua supstitiosa obseruatio, vel quicquid sacrę fidei ꝓbatur cõtrarium. Cuius videlicet populi bona spiritalia adhuc elegãter ꝑdicat, vt eum nõ maledictione, sed benedictione dignum ostendat. Temporibus (inquit) suis dicet Iacob & Israeli, quid operatus sit Deus. Quõ? Ipse eis reuelabit, qui annũciat verbũ suũ Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ
manifestauit eis. Manifestãtur autẽ iudicia, siue opa Psal. 147.
Dei fidelibus diuersis tẽporibus diuersis modis. Ma H
nifestãt̃ p naturã, p creaturã, p legẽ, p prophetiã, per gratiã. Manifestãtur post mortẽ plenius in pceptione stolæ primę, manifestabuntur post finẽ sęculi ple nissime, in pceptione stolę secũdę & possessione glo riæ. Interim aũt dũ sum⁹ in via nõdũ in patria, mul
ta latẽt, pauca patẽt. Licet eñ homini multa incerta Psal. 50.
& occulta diuinæ sapiẽtiæ manifestẽtur: nescit tamẽ Eccl. 9.
vtrũ odio an amore dignus sit, eo ꝙ talia oĩa in futurũ reseruẽtur incerta, & occulta Dei iudicia sup Psal. 35.
nos sint abyssus multa. Nũc.n. cognoscimus ex par 1. Cor. 13
te, tũc autẽ cognoscemus sicut & cogniti sumus. Et sic tẽporibus suis dicet Iacob & Israeli, quid operatus sit Deus. Ecce populus vt leo cõsurget, & quasi leæ
na erigetur. Nobilissimis bestijs iustorum vitam cõ I
parat, vt hac comparatione quę sit nobilitas morum in eis luculenter ostẽdat. Leo sunt viri robusti & perfecti, leæna imperfecti & infirmi. Leo contemplatiui leæna actiui. Leo Israel, leæna Iacob. Fertur quod
dum leo esurit, rugitum emittit, cuius terrore be- Leo.
stias audientes sistit & figit, & sic captãs sanguinẽ earum ebibit, carnes comedit. Qui in hoc etiam
cęteras bestias superat, quòd nullius bestiæ feroci- Pulchra similitudo.
tatem formidat. Leo nanque fortissimus bestiarum
ad nullius pauebit occursum. Sic sic iustorum po- Prou. 30.
pulus

Prædicatores. pulus præsertim prædicatorũ cœtus, dũ male viuẽtiũ cõuersionẽ esurit, terrorẽ prędicationis emittit, & homines & bestialiter viuẽtes, ne de cętero per diuersa currãt vitia, stringit: & velut ore captos sanguinem eorum ebibit, dum crudelitatem penitus consumit. Quos etiam, vt moriantur mundo, viuant deo, perimit: & eos sibi incorporando comedit, dum per fidẽ sibi coniungit & vnit. Qui in hoc quoq; sicut leo bestias ferocitate, sic hoies virtute superat: q,ut se emẽdatione delinquentium reficiat, nullius crudelitatis occursum formidat. Qui nequaq̃ accubat, donec prędam deuoret, & occisorum sanguinẽ bibat, dũ ab antmabus saluandorũ capiendis, sibiq; viuendis, crudelitatibus eorũ consumendis nullatenus cessat, donec in fine temporum eligendorum numerũ impletũ esse cognoscat. Hoc iustorum pconiũ Balaam .i. vanus populus sæpe clamat: & per hoc Balac .i. diabolũ, qui verba blasphemiæ & maledictionis suggesserat, ad

K iram irritat. Vnde & Balac ad Balaam ait. Non maledicas ei, nec benedicas. Mallet nanq; diabolus vanitatis amatores prorsus obmutescere, q̃ de bonis quicq̃ boni proferre. Sed Deus ad laudẽ sui nois ordinat, vt etiã per malorũ ora laus bonorũ nõnunq̃ crescat. Donet Dñs charissimi nobis, vt gratiæ, laudisq; iustorum participes semper existamus, quatenus cum iustis eorum adiuti precibus ac meritis supernæ promissionis patriam ingredi mereamur. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

¶ *In festo quorumlibet sanctorum: de tertia benedictione Balaam. Ser. LXXVIII.*

L Voniam quæ in duabus primis benedictionibus, quibus Balaam filijs Israel benedixit, scripta sunt diximus, iam ad ea, quæ in tertia vice continentur declaranda, transeamus. Ait Balac ad Balaã. Veni, & ducã te ad alium locũ, si forte placeat Deo,

Num. 23. vt inde maledicas eis. Et duxit eum super verticẽ mõtis Phegor. Cũq; vidisset Balaã, q placeret Dño, vt benediceret Israeli, nequaq̃ abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret, sed dirigens contra desertũ vultum suum, & eleuans oculos suos vidit Israel in tẽtorijs cõmorantẽ per tribus suas, & irruente in eũ spũ Dei ait. Quã pulchra tabernacula tua Iacob, & tento-

Nume. 24 ria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quę fixit Dñs, quasi cedri prope aquas. Balaac Balaam de loco ad locũ vocat, vt

M populo Dei maledicat: quia diabolus diuersis modis homines vanos ad blasphemandũ iustos inflãmat, vt dũ vno modo non potest, alio laudem eorũ imminuat. Quos etiã ad excelsa duxit, dũ eos aduersus iustos inquantũ potest in superbiã erigit. Sed vanus populus quanto crebrius, & acrius de iustorum maledictione tentatur, tanto plerũq; de beneuolẽtia, quã Deus erga eos habet plenius edocetur, & non ad maledicendum, sed ad benedicendum promptior efficitur. Vnde Balaam, cum hac tertia vice vidisset, quòd placeret Dño, vt benediceret Israeli, nequaq̃ abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret, sed dirigens contra desertum vultũ suum, & eleuans oculos suos vidit Israel in tentorijs suis commorantem per tribus suas, & irruẽte in se spiritu Dei ait. Quã pulchra tabernacula tua Iacob, & tẽtoria tua Israel. Vanus populus vultum suum ad desertum dirigit, dũ occulta cogitatione quid in conuersatione spiritaliter viuentiu agatur diligẽter attẽdit. Oculos leuat, vt Israel videat, dũ in illorũ cõtẽplatione mẽtẽ exaltat. Qui hinc timore cohibitus ne mala proferat, inde iustorũ admiratione compulsus ne bona taceat, in vocem bene

N dictionis prorũpit dicens. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel? tabernacula melius Tabernacula. Tentoria. dici possunt, quæ ex frondibus & ramis constituuntur: tentoria vero, quæ ex materia pellium & telarũ consuta tenduntur. Tabernacula ergo, quę ex minus cara materia sunt, bonorũ effectũ operũ: tẽtoria vero, quæ ex meliori, ac magis pretiosa fiunt materia, exercitationem rectius designãt virtutũ. Excedit enim opera bonitas virtutum: quia sine operibus saluari potest, qui nõ habet quod tribuat: sine virtutibus, psertim charitate, & quibusdã alijs nõ potest. Sũt etiã multi, qui exhibent opera bona, sed quia sine charitate sunt, gloriam supernã ex his consequi nõ possunt. Materia itaq; tabernaculorũ videt̃ esse maxime senarius opeiũ misericordię, materia tẽtanorũ ternarius, Matt. 25. siue septenarius virtutum. Senarius operum est dare cibum esurienti, potum sitienti &c. Ternarius virtutum fides, spes, charitas. Septenarius virtutũ est septẽ virtutũ descriptio, quæ in euãgelio cõtinẽtur. Quarũ Matt. 5. prima est humilitas, secũda mansuetudo, tertia mentis compunctio, quarta desiderium iustitiæ, quinta misericordia, sexta cordis munditia, septima pax mẽtis interna. Sunt & aliæ virtutes plurimæ, quas sacra scriptura cõmemorat: q̃ dũ bñ exercẽtur, in spiritualiũ tentoriorũ opns tẽdũtur. Ipsa quippe exercitatio ipsa est tensio. Bonorũ igitur operũ exhibitio ipsa est spiritualium tabernaculorũ erectio, virtutũ exercitatio tentoriorũ siue papilionum tẽsio. Quæ sit autem istorũ tabernaculorũ siue papilionũ pulchritudo, vel certe q̃ pulchrũ sit in ipsis cõmanere, p quatuor pulchre describitur, cũ subiungitur. Vt valles nemorosę, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fi-

O xit Dñs, quasi cedri prope aquas. Iustorum taberna- Valles. cula atq; tentoria, quæ actio & virtus constituunt, quasi valles nemorosæ sunt: quasi valles p humilitatẽ, nemorosę per protectionẽ. Ex humilitate quippe, q̃ est virtutum & bonorum operum stabile fundamẽtum, surgunt virtutes & bona opera: & queãdmodum ex pinguibus vallibus cõdẽsa & sublimia oriũtur nemora, & sicut emittũtur fontes in cõuallibus, & eorũ cõfluẽtia gignunt̃ sublimes arbores: sic humilib. dãtur dona gr̃æ, de quib. cõferunt̃ opa, atq; virtutes. Sicut qnoq; qlibet sumit refrigerium in vallibus sub vmbra densarum & sublimiũ arborũ, ne grauet̃ ardore solis: sic iustus qsq; in humilitate sua refrigerat̃ sub ptectione virtutum & bonorũ operũ, ne aduratur æstu cõcupiscẽtiæ carnalis, vel certe animad-

P uersione iræ cęlestis. Vt horti iuxta fluuios irrigui. Horti. Horti diuersis areolis distinguuntur, dum diuersis areolis diuersa semina iaciuntur, & diuersa germina differẽter in eis oriuntur. Alibi cepe, alibi porri, alibi caules locum accipiunt, & nutrimento terræ germina sua proferunt, & ad pfectionem crescunt. Sic & in hor-

hortis aromatum alibi istæ, alibi illæ species locum tenent, & nutrimẽtum vt crescãt habẽt. Sicut autẽ superius p tabernacula opera, ita hic per aromata virtutes cõuenienter intelligimus, vt pulchritudo & vtilitas olerum pulchritudini & vtilitati operum, & pulchritudo & vtilitas aramatum pulchritudini consi-
Q gnetur virtutum.
Fluui. Fluuij vero, qui istos duos hortos irrigãt duo cõuenienter intelliguntur cõpunctionis genera, q̃ corda humana perfluunt, vt vtrobiq; fructum ferãt. Dum. n. hinc inde timor & amor corda stimulãt, statim fluuij cõpunctionis emanãt, q dum eorundẽ cordium areolas irrigant, statim eas ad proferenda virtutum & bonorum operum germina vbertim fœcundãt. Tabernacula igit̃ Iacob. i. opera actiuorum, & tentoria Israel, id est virtutes cõtẽplatiuorum, vt valles nemorosę sunt, quia ꝓtegũt, vt hor-
R ti iuxta fluuios irrigui sunt, q̃a pascunt. Quãuis autẽ hæc ita distinguamus, vt actiuis opera, virtutes cõtẽplatiuis attribuamus: sciẽdum est tñ, quòd actiui virtutes exercent, & contẽplatiui bona opera exhibẽt, licet ad actiuos magis ptinere videat̃ operum exhi-
Tabernacula. bioo, & ad cõtẽplatiuos specialiter quarundam virtutum exercitatio. Vt tabernacula quæ fixit Dominus. Tabernacula iustorum & semper figunt̃, & semp mouentur. Sẽper sunt fixa p firmum, cõtinuumq; iustitiæ stabilimẽtum: semp mouent̃ per cõtinuum
Psal. 111. eiusdẽ iustitię incremẽtum. Fixa sunt, vt à iustitia nõ deficiãt: mouent̃, vt in ipsa semper crescant. Semp fixa sunt quia iucundus hõ, qui miseret̃, & cõmodat,
1. Reg. 16 disponit sermones suos in iudicio in ęternũ non cõ-
2. Reg. 3. mouebit̃. Sẽper mouent̃ vt ait Saul ad Dauid: faciẽs facies & potens poteris. Et in sequentibus de Dauid scriptum est. Dauid ꝓficiẽs, & semper seipso robustior. Tabernacula iustorũ, quæ fixit Dñs, semp ma-
Matt. 7. nent: Quia descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illã, & nõ cecidit: fundata. n. erat supra firmã petrã. Semp mouẽtur, dum eorum actiones, ac virtutes fructu iustitiæ
2. Cor. 9. semper augentur. Vñ & Paulus Corinthijs scribens ait. Qui administrat semen seminãti, & panẽ ad mãducandum p̃stabit, & multiplicabit semen vestrum & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Qua-
Cedri. si cedri prope aquas. Cedri arbores sublimissimæ sunt, quæ quãdo iuxta aquas crescunt, vt ex his verbis perpendi potest, sublimius solito se sustollunt.
Esa. 11. Per aquas septem dona Sancti spiritus conuenienter intelligimus. s. spiritũ sapiẽtiæ & intellectus, spiritũ consilij & fortitudinis, spiritũ sciẽtiæ & pietatis & spiritũ timoris Dñi. Per aquã quippe Spiritum sanctũ significari posse, Dñs in euãgelio demõstrat,
Ioan. 7. vbi dicit. Qui sitit, veniat ad me, & bibat, Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Tabernacula ergo siue tentoria iustorum, id est actiones & virtutes eorum quasi cedri iuxta aquas sunt, quia dũ ex donis Sancti spiritus nutrimentum accipiunt, non solum opus & fortitudinem humanã trãscẽdũt, verum etiã
Philip. 3. in cœlũ vsq; pertingũt. Vñ Paulus ait. Conuersatio nostra in cœlis est. Tabernacula igitur siue tẽtoria iu-
Epilogus. storũ, quæ sunt (vt dictũ est) actiones ac virtutes eorũ, quasi valles nemorosæ sunt, q̃a protegunt, quasi horti irrigui, quia pascunt: quasi tabernacula quæ fixit Dñs, quia stabiles: quasi cedri iuxta aquas, q̃a sublimes. Aemulemur fratres habitare in tabernaculis ac tẽtorijs iustorum. Aemulemur imitari opera, & **Exhortatio.** virtutes eorum. Aemulemur cum iustis requiescere in vallibus nemorosis, in hortis irriguis, in tabernaculis quæ fixit Dñs, sub cedris iuxta aquas. Et multa quidẽ de his omnibus dici possunt, sed nos summatenus percurrimus vobis profundiora rimãda relinquentes. Sed & quia plurima sunt verba, quę adhuc de hac tertia benedictione sequuntur: statuimus ex his, quæ supra dicta sunt hunc sermonem finire, & quę dicenda restant, in posterũ exponenda reseruare, ne, dum diutius sermonem tendimus, fastidium vobis generemus. Satagamus itaque charissimi ex his, quæ diximus, sancte & honeste cõuersari, vt obmutescere faciamus imprudentium hominũ ignorantiam, vt si qui sint, qui Balaam imitantes detrahere nobis velint tanquam malefactoribus, confundantur: magisque quæ recta sunt, de nobis prædicare cogantur, considerantes nostram bonam in Christo conuersationem. Satagamus denique cum iustis de virtute in virtutem progredi, vt cum eis eorũ meritis & precibus adiuti supernæ promissionis patriã aliqñ mereamur ingredi. Quod nobis præstare. &c.

¶ *In festo quorumlibet sanctorum. De eadem tertia benedictione. Ser. LXXIX.*

Luet aqua de situla eius, & semen illius S
erit in aquas multas. Tolletur propter **Num. 24.**
Agag rex eius, & auferetur regnum illius. Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis. Accubãs dormiuit vt leo, & quasi leæna, quã suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: & qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur. Pulchre superius pulcherrima iustorum conuersatione descripta, adhuc laudem eorum idem ariolus Balaã, qui vani populi typum gerit, magnifice prędicat
dicens. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit T
in aquas multas. **Aquæ diuersa in sacra Scriptura acceptio.** Aquæ in sacra scriptura aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationẽ, aliqñ defluentes populos, aliqñ mẽtes bonorũ fidei prædicamenta sequentium designare solent. Per a- **Ioan. 7.** quam Sancti spiritus infusio designat̃, sicut in euangelio dicitur. Qui credit in me flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuę. Per aquam sancta scientia signifi- **Eccles. 15** catur, sicut scriptum est. Aqua sapientię salutaris potabit illum. Per aquam scientia praua figuratur, sicut mulier praua per Salomonem describitur. Aquarũ nomine solent tribulationes intelligi, Sicut per Psal. dicitur. Saluum me fac Deus, quoniam intra- **Psal. 68.** uerunt aquæ vsque ad animã mea. Per aquas defluẽtes populi exprimũtur, de quibus scriptũ est. Mitte **Eccle. 11.** panem tuum super aquas transeuntes, id est populos defluentes: quia post longa tempora inuenies illum. Per aquas quoq; populos designari, Ioannes testatur, vbi ait. Aquæ vero sunt populi. Aquæ istæ transeunt, quia per mortalitatem ad mortẽ defluũt. **Apoc. 7.**

Super quas etiam panem nostrum mittimus, dum quando nostro ministerio indigent, nostrum eis beneficium per charitatem impendimus. Qd & post longa tempora inuenimus: quia post hanc vitam illud in præmio recipimus. Per aquam deniq; bonorũ mentes fidei prędicamenta sequentium designã-
Ezech. 1. tur. Vnde & Ezechiel ait. Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. Sonus quippe sacræ fidei, qui primũ in paucis sanctis est factus postmodum ex aquis multis, idest ex innumerabilibus
V populis est multiplicatus. Spiritualis autẽ Israel situ-
Situla. la Christus est. Ipse antiquo populo petra, ipse nobis est situla: Petra, quia in se firmiter subsistit: situla, quia omnia in mensura fecit. Ipse antiquis aquã fudit: ipse situla nobis gratiam infundit. Ex hac itaque situla fluit nobis aqua gratiæ spiritalis, aqua sapientiæ salutaris: aqua gratię ad iustitiam, aqua sapientiæ ad scientiam. Hæc aqua, quam continet ipsa situla, per plenitudinem fluit, & influit nobis per
Ioan 1. plenitudinis participationem. Nam de plenitudine
Semen. eius nos omnes accepimus. Et semen illius erit in aquas multas. Quemadmodum autem populi Israel situla est Christus, sic semẽ eius debet intelligi Christus. Nam Christus ex illo populo secundum carnẽ natus est. Situla est, quia spiritalem nostram sitim per suam gratiam refrigerat. Semen est, quia per eandem gratiam nos regenerat. Ipse est semẽ, de quo ad
Gen. 22. Abraham dictũ est. In semine tuo benedicentur om-
Psal. 131. nes gentes. Et ad Dauid. De fructu vẽtris tui ponam
Esa. 1. super sedem tuam. Et per Esaiam. Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, &
Psal. 13. quasi Gomorrha similes essemus. Et de quo Dauid ait. Non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnũ. i. Christũ. Licet enim euãgelicus ille paterfamilias diuersis tẽporibus ab exordio illucescentis sæculi diuersos iustos cultores vineæ suæ habuerit, & cultor bonus, & cultus bonus, id est prælatus & subiectus iustus extiterit, nemo tamẽ a se habuit quod fuit, vel quod fecit: sed ab isto vno, qui ab omnibus fideliter semper expectatus, omnibus tam misericorditer exhibitus, patiẽdo fecit, vt bonũ, quod in fide ipsius fecerãt, ipsis esset ad iustitiã, per quã redirent in patriã
X amissam. Vnde, quia ipse solus omnium bonũ extitit, nemo iustus ante eius passionem ipsam patriã introiuit, donec ipse veniret, & cũctos redimeret, ac redemptis eiusdem patriæ aditũ reseraret. Quia etiam iustitia omnium ad ipsum solũ erat referenda, ipsi soli ascribenda, vnus eorũ pro omnibus ait. Non no-
Psal. 113. bis Dñe, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Tibi gloria, quia tua gratia, ex qua nobis est iustitia, non ex virtute nostra. Nam secũdũ propheticum sermo-
Esa. 26. nem: oĩa opera nostra nobis operatus es Dñe. Apud
Exo. 34. quẽ (sicut ait Moyses) per se nullus innocẽs est. Istud
Ioan. 12. semẽ est illud granũ euãgelicũ frumẽti, quod cadẽs in terrã per incarnationẽ, & mortificatum per passionem attulit fructũ multũ per multorum impiorũ iustificationẽ, qui hic significantur per aquarũ multitudinẽ. Aquæ enim sunt populi, & aquæ multæ po-
Apoc. 7. puli multi. Quorum multitudinem innumerabilẽ
Ibidem. Ioannes in Apocalypsi designat, vbi post quadraginta quatuor millia signatos ex omni tribu filiorum Israel testatur se vidisse turbã magnã, quam dinumerare nemo poterat. Hãc eandẽ multitudinem Esaias semen longæuũ vocat, vbi de passione Christi, & redẽptione generis humani multa locutus in persona
Dei patris, adiecit. Si posuerit pro peccato animam Esa. 53.
suam, videbit semen lõgęuũ. Permanet in mũdo per Y
gratiã, in cęlo per gloriã. Tolletur pp Agag rex eius, Agag.
& auferetur regnum illius. Iuxta literam etiam hoc verum esse omni scienti historiam, quæ in libro Regũ primo scripta est, perspicuũ est. Nã præcipiente
Dño perrexit Saul, vt deleret Amalech, & regẽ eius, 1. Reg. 15.
& quicquid ibi viuũ reperisset, sed in hoc inobediẽs Dño fuit, quia Agag regem Amalech viuũ reseruauit. Vñ illi reuerso de cæde per Samuelem dictũ est. Proiecit te Dñs ne sis rex super Israel. Et post pauca. Scidit Dominus à te regnũ Israel hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te. Et vncto Dauid direct⁹ est spiritus Dñi in Dauid a die illa, & in reliquum & recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequã à
Dño. Quãtũ aũt ad spiritalẽ ptinet intelligentiã, rex Z
Israel propter Agag tollitur, dum aliquis prælatus ecclesiasticus cõtra diabolũ nõ secũdũ præceptũ di-
uinũ dimicãs in suo regimine reprobatur. Et regnũ Prouerb. 11.
illius auferetur, quia vbi nõ est gubernato, populus corruet. Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Hæc sententia bis in hac historia ponitur, vt Deus & mundum in sapientia creasse, & genus humanũ in sapiẽtia redemisse ostẽdatur. In creatione naq; mũdi fortitudo Dei similis
esse rhinocerotis recte dicitur, quia scriptũ est. Om- Psal. 103.
nia in sapientia fecisti. In redẽptione etiã gñis humani fortitudo Dei similis esse rhinocerotis cõueniẽter
dicit̃, quia scriptũ est. Sapiẽtia vincit malitiã. Quare Sap. 7.
aũt fortitudo Dei similis esse rhinocerotis phibeatur, superius dictũ est. Deuorabũt gẽtes hostes illi⁹, ossaq; eorũ cõfringẽt, & perforabũt sagittis. Hostes
spiritualis Israel ꝑtertim carnales Israelitæ sunt. Vñ Matt. 10.
apte scriptũ est. Inimici hominis, domestici eius. Et
itẽ. Vnusquisq; a proximo suo custodiat, & in omni Hier. 9.
fratre suo nõ habeat fiduciã. Per gentes aũt Gentiles intelligunt̃. Hoc itaq;, quod hic dicitur. Deuorabũt gẽtes hostes illius: ꝑspicue & realiter cõtigisse manifestũ est, dũ Romani Tito duce obsidione Hierosolymorũ multa millia Iudæorum peremerũt, muros subuerterunt, tẽplum succẽderunt, & reliquã partẽ populi, quæ mortẽ euaserat in captiuitatẽ duxerunt, & per regiones dispersserunt. Spiritaliter autẽ gentes hostes illius deuorãt, dum cõuersi ex gentibus ad fidẽ Christi per suã prædicationẽ siue Iudæorũ perfidiã, siue quorũlibet aliorũ perfidiã Iudæorum imitãtium, incredulitatem superãt, & dum eorum infidelitate deuicta eos ad fidẽ vocãt, quia eos sibi incorporãt. Quorũ ossa cõfringũt, dũ duriores quoslibet & fortiores ex ipsis, terrore diuinæ cõminationis emolliunt. Et ossa eorũ sagittis pforant, dũ eorũ dura corda subtilissimæ scripturæ sermonibus penetrãt, vt illuc Christum inducant, & eos secundum carnẽ occidãt, & secundũ spiritũ viuentes reddãt. Quãuis autem hæc scdm spiritalẽ intelligentiam sic discutiamus, non tamen ea ad literam antiquo illi & carnali populo euenisse negamus, dum aliæ gentes alias eidem populo odiosas subuerterunt, ut Cyrus & Darius Babylonios, & plures alij plures alios.

Accubans

Accubans dormiuit vt leo,& quasi leęna, quam suscitare nullus audebit. Sed & hoc antiquo Israeli secundum literam euenisse notum est, maxime dũ per Dauid subiectis in gyro nationibus, tempore Salomonis tranquilla pax extiterit, nec rex vel regnum fuerit, quod eum præsumpserit perturbare, vel eius
C quietem inquietare. Mystice vero specialiter hæc contemplatiuis,& quibusque perfectis conueniunt: qui quanto a terrenis negocijs, & strepitu mũdi longius sunt, tanto quietius & securius viuunt. Qui & in hoc veraciter & quiete dormiunt, quod cordis oculos ad exteriora clausos habentes, solis internis & æternis
Cant. 5. intendunt. Hinc in Canticis canticorum sponsa dicit. Ego dormio,& cor meum vigilat. Quos etiam suscitare nullus audet: quoniam illorum exercitus
Cant. 6. terribiles sunt vt castrorum acies ordinata. Vnde &
Cant. 3. de Salomonis lecto, qui contemplatiuas designat animas, scriptum est. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios,& ad bella doctissimi. Vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Sexaginta fortes lectum Salomonis ambiunt: quia contemplatiuas animas, in quibus noster pacificus præcipue requiescit, perfecti viri maxime prælati custodiunt. Qui sunt ad bella doctissimi: quia callidi hostis assultibus doctissime resistere norũt. Et vniuscuiusque ensis super femur suum: quia ne carnis cõcupiscentia perimantur virtute abstinentiæ,& continentiæ se fortissime stringunt. Inde est, quod adiuuante gratia Christi hostes ab eorum incursibus longe arcentur,& ab ipsis inquietandis remouentur. Bene ergo de gente iusta & vere Israelitica, quod accubans dormiuit vt leo,& quasi leęna, quam suscitare nullus audet, perhibetur: quia dum forti perfectorum virorum custodia munitur a portis etiam inferorum nõ inquietatur. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: & qui maledixerit tibi, in maledictione reputa-
D bitur. Vt iam vlterius Balac a sua stultitia quiescat, Balaam firmiter in huius vltimæ benedictionis fine pronuntiat: quod illius rei quisque particeps erit, quam in iustos Dei benedicendo vel maledicendo protulerit. Qui benedixerit (inquit) tibi, erit & ipse benedictus. De illa benedictione certissime, Spiritus sanctus hic agit, quæ non solum ore fit, sed ex corde benedicto, atque beneuolo procedit. Balaam quippe filijs Israel benedixit, sed quoniam hoc solum ore & inuitus,& non ex buona voluntate fecit, nequaquã eiusdem benedictionis particeps fuit. Quem potius crediderim maledictionis impiæ, quã impio corde gessit, participem extitisse: & idcirco in culpam praui consilij aduersus filios Israel dandi corruisse, ac tan-
E dem eorum gladio interijsse. Quod autem qui populo Dei maledixerit, eiusdem maledictionis particeps fit, manifeste probatur sacra authoritate, quæ dicit.
Cor. 6. Maledici regnum Dei non possidebunt. Maledici namq; æterna maledictione cũ cæteris malefactoribus
Matt. 25. plectent̃, cũ eis in fine dicetur. Ite maledicti in ignẽ æternũ quod paratus est diabolo,& angelis eius. Et nunc charissimi nobis, elaboremus ex his, quæ dicta sunt, benedictionis iustorum participes esse, vt eorum meritis, & precibus adiuti & in mundo, & in cœlo benedictionem hæreditario iure mereamur possidere.

Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus.

¶ *De eadem historia,& benedictione Balaam. In festo quorumlibet sanctorum Homilia seu Sermo. LXXX.*

Ratus Balac contra Balaam complosis F
manibus ait: Ad maledicendum inimi Nu. 24.
cis meis vocaui te, quibus econtrario tertio benedixisti. Reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnifice honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. Diabolus (vt ex his verbis manifeste cognoscitur) tanto acrius irascitur, quanto crebrius suæ malitiæ conatus non solum inefficaces esse, verum & in bonum iustis cooperari, & eis cum tentatione prouentum diuinitus dari patẽter experitur. Dum enim iustorum gloriosam vitam & profectum, vani & prophani populi blasphemijs destruere nititur,& sentẽtia per diuinam prouidentiam in contrarium vertitur, grauiter dolet,& conqueritur. Tertio aũt iustorũ vita a vano populo benedicitur, dum ab ipso illorũ cogitatio, sermo, actio benedicta prædicatur. Vanus G
quoq; populus honore a diabolo disposito priuat̃, dum fauore vanæ laudis, quam ex oppressione & diminutione gloriæ iustorum detrahendo meruisset, penitus defraudatur. Qui ad locum suum infecto negocio reuertitur, dum a consideratione & laude iustorum decidens in consueta vitia relabitur. Sed & Balac per viam, qua uenit ad locum suum redit, dũ diabolus frustrato prauę intentionis effectu in occultum suæ malitiæ ad alia deceptionis machinamenta cogitanda se retrahit. Vanus deniq; populus, dũ verbis nequissimis aduersum iustos manifeste sęuire nõ pręsumit, occultis consilijs erga eũ inuidia adhuc stimulante nõnunq̃ sęuit. Hinc est, quod Balaam ad populum suum pergens ait. Verũtñ pgens ad populũ meũ dabo consilium, quid populus tuus huic populo faciat extremo tpe.i. ad vltimũ antequã separet̃ ab eo. Hoc est aũt cõsiliũ, qd dedit ei.s. vt virgines, quarum Nu. 24.
spẽ castitas illudi posset, circa tẽoria eorũ mitterent̃, quæ iuuenes ad se declinantes interim allicere sibi laborarent, vt eos transgredi leges patrias facerent, & Deos colerẽt alienos, vt Deo suo eis irato, vel ad modicum tempus humiliarentur. Quod & factum est. Sanè Balaã adhuc quarto subleuatus prophetiæ spũ assumpta parabola sua qdã de Christo, quedã iterũ de spiritali populo, quæ in posterũ & in longinquũ erãt futura, locutus ait. Videbo eũ, sed nõ modo: in- Nu. 24.
tuebor illũ, sed non ppe. Orieẽ stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel,& percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth: & erit Idumęa possessio ei*. Hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel vero fortiter aget. de Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Post hęc, pdictis quarũdã gẽtium ruinis, reuersus est in locum suum. Nisi autem pluribus H
sacræ scripturæ testimonijs notum esset, & malos donum prophetiæ, quemadmodum & alia quędam dona spiritalia posse habere, vehementer esset mirãdum, Ariolum istum spiritu prophetico subleuatũ tam sublimia de Christo, populoque iustorum prophetare potuisse. Videbo (inquit) eũ, sed nõ mõ: intuebor illũ, sed nõ prope. Quasi diceret. Cõsiliũ neq;

 quod

quod vobis, dedi, cum filij Israel per terram vestrā transibunt, poterit impleri: sed quæ subiungo, in tēpus longum implebuntur. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel. Christus stella, Christus virga. Stella, quia illuminat: virga, quia castigat. Illuminat in bono, castigat de malo. Illuminat ignorantes, castigat delinquentes. Et percutiet duces Moab &c. Per istos omnes, quos hæc virga percussura dicitur, conuersio gentiū manifeste significatur. Christ⁹ quippe gētes percussit, dū eas per fidē suā mortificauit mūdo, vt viuerēt Deo. Hoc au-
K tem, quod Balaā de Christo dixit: Percutiet duces Moab &c. videtur & Dauid postmodū in persona
Psal. 59. Christi cecinisse dicens. Moab olla spei meæ, in Idumæam extendā calciamentum meum, id est fidē incarnationis meæ. Mihi alienigenæ subditi sunt. Moab etenim olla Christi est, dum gentilitas per dilectionē à sua crudelitate bene cocta, eius desideriū quo nostrā salutem esurit, sanctè viuendo reficit. In Idumæā quoq; suum calciamentum tendit, dum eidem Gentilitati humanitatis suæ fidem dedit. Et alienigenæ illi subditi sunt, dum & illi, qui non sunt ex Israel, in eum credunt. Primitiua nempe ecclesia est, q̄ significatur, vbi dicit. Meus est Galaad, & me⁹ est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda rex meus. Deinde cōuersio gentium, q̄ figuratur, vbi dicit. Moab olla spei meæ &c. Istos omnes Christus percutit, dū mūdo mortificans sibi viuentes reddit. Hæreditas etiā Seir inimicis suis cedit, & Israel fortiter agit, dū Gentilitas prædicātium verbis colla submittit, & cœtus p̄dicantium eā in bona operatione strenue disponit. Hæc fortitudo spiritualis Israel in Apostolis primum effulsit, deinde in alijs iustis subsequenter enituit. Apostolis nimirum dictum est. Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpēte. Qd nō solis Apostolis dictū esse constat, scdm il-
Marc. 13. lud. Qd vobis dico, oībus dico. De Iacob erit q dñetur, scilicet Christus, & pdat reliquias ciuitatis Babyloniæ spiritualis. Illos.n. perdit, quos ad dānationem relinquit. Quorum dānatio per ruinas gētium subiectarum designat, dum subdit. Cumq; vidisset Amalech, ait. Principium gētium Amalech, cui⁹ extrema
L pdent. Vidit quoq; Cinæum, & ait. Robustum est q dē habitaculū tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, q̄diu poteris pmanere? Assur enim capiet te. Venient in triremibus de Italia superabunt Assyrios, vastabunt Hebræos: & ad extremum etiā ipsi peribunt. Per istarum igit gentium subuersionem vniuersorum malorum intelli-
M gimus dānationem. ¶ Morabat aūt Israel eo tpe i Sethim, & fornicat⁹ est populus cum filiabus Moab, q̄ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earum: initiatusq; est Israel Beelphegor. Et iratus Domin⁹ ait ad Moysen. Tolle cūctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Propterea vident principes puniri, qd debuissent præuaricatores punire. Dixitque Moyses ad cunctos iudices Israel. Occidat vnusquisq; proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor: & perierunt
Sethim. illa die viginti quatuor millia hominum. Sethim interpretat spinæ. Bene ergo dicitur de filiis Israel, q in Sethim. i. spinis morabant, dum peccauerunt, qa credibile prorsus est, quod præcedentium spinæ peccatorū exigebāt, vt in tā grauia scelera laberentur. Abyssus enim abyssum inuocat: quia culpa culpā generat. Et alibi de peccatoribus dicitur. Mea est vltio, Psal. 41.
Deut. 32. & ergo retribuam eis in tpe, vt labatur pes eorū. Per hoc aūt q idolo sacrificauerunt, intelligimus omnē infidelitatē. Per hoc vero q fornicati sunt, oēm prauā actionē. Vtroq; igitur pede, fidei scilicet & actionis à semita recta claudicauerūt, qū in prædicta scelera corruerūt. Sed in vltione fornicationis mirabilis & laudabilis Phinees extitit, qui Zābri ducem tribus Iuda, & Cozbi Madianitidē fœminā concūbentes iustitiæ zelo accensus in locis genitalibus perfodit, & irā Dei in populo sæuientē placauit. Vnde & Dñs illi statuit testm pacis, & pricipē fecit illū, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Et nunc charissimi, nobismet ipsis ex his, quæ dicta sunt, attendentes: & si non nostræ detrimētum gloriæ maledictionibus vani populi patimur, caueamus tamē, ne prauis eorū consilijs in peccatum collabamur. Et si aliquos ex nobis deceptione diaboli ac vani populi in culpam corruisse cernimus, statim malū ex nobis auferamus, vt exēplo Phinees iustitiæ zelo accensi, illud nostræ discretionis gladio puniamus, vt cum iustis, iustorū meritis & precibus adiuti, terrā lacte & melle manantem ingredi mereamur. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster. N

¶ *In festo sancti Gregorij de candelabro de quo Exo. 25. Sermo. LXXXI.*

Nemo lucernā accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. candelabrum fratres est ecclesia: beatus Gregorius, cuius hodie solēnia colimus, est lucerna. Candelabrum est ecclesia: quia candelabrum malleis extenditur, & instrumentum luminis efficitur: & sancta ecclesia tentationibus probata, tunsionibus persecutionum attenuata, ardet igne sapientię cęlestis, & lucet opere charitatis. Candelabrum super tres pedes stabilitur: & sancta ecclesia super fidem sanctæ Trinitatis fundatur. Legimus in Exodo, quod Dñs Moysi de cādelabro faciēdo præcipiens ait. Faciens & candelabrum ductile de auro mūdissimo, hastile eis, & calamos, & scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi erunt quasi in modum nucis per singulos calamos, sphęrulęque, ac lilia. Hoc erit opus sex calamorum, qui producēdi sunt de hastili. In ipso aūt cādelabro erunt quatuor scyphi in nucis modū, sphęrulæq; per singulos, & lilia. Sphæræ igitur & calami ex ipso erūt, vniuersa ductilia de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrū, vt luceant ex aduerso. Emunctoria quoque, & vbi ea quæ emūcta sunt extinguātur, sicut de auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis suis habebit talentum auri mūdissimi. Sācta igitur ecclesia cādelabrum ductile, & aureū est. Cādelabrū, quia sup fidē sanctę et indiuiduę Trinitatis fundata, et ad cōtinēdū verū, diuinūq; lumē instituta. Ductile, qa varijs psecutionū tūsionib⁹ secun-

O Luc. 11.
Gregor. Candelabrum.
Exo. 25.
P Ecclesia.

secundum successionē & prolixitatem temporum ad incrementa virtutū, augmentumq́; fideliū suorū producta. Aureū, quia charitatis intimæ fulgore pręclara. Cādelabrū, & quæ de ipso procedebāt erāt ductilia, quia quicūq; volūt pie in Christo viuere, persecutionē patiuntur. Erant aurea, quia cūcta sanctorū instituta, siue flāma charitatis perfectæ, siue luce sapientiæ probatur esse pfulgida. Per hastile cādelabri, qd in ipso cōstat esse fortissimū, maximū, & imū, nec solū rectū, sed & erectū, cōuenienter intelligimus viros in sancta ecclesia in operibus fortissimos, in virtutibus præcipuos in interioribus deditos, ad superna cōtēplanda sublimiter erectos & eleuatos, nec ad exteriora negocia tractāda dextra lęuave deflexos. Isti etenim sunt corā diuinis aspectibus pcipui & optimi, qui optimā partē elegerūt, quę nō auferetur ab eis. Vn̄ & in hastili candelabri quatuor scyphi, sphærulæ, & lilia fieri præcipiūtur, cū in calamis ex ipso procedentibus nō nisi tres scyphi, sphærulæ, & lilia fuisse describātur, vt per hoc contēplatiuorū merita actiuorū vitā trāscendere demonstrentur. Aliter. Possumus per hastile, quod est in cādelabro fortissimū, principale, & mediū, & ex quo cætera procedūt, & in quo habent fundamentū, Christū intelligere, qui sanctorū omniū est fortitudo, principium, & fundamentū, & in quorū medio est sicut ipse testatur dicēs. Vbi fuerint duo cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Ex quo veraciter procedūt, quia quicquid boni faciūt, ex ipso percipiunt. Hinc est enim quod ipse dicit. Ego sum vitis, & vos palmites. Quasi dicat. Ego sum hastile, & vos calami. Sicut nō pōt palmes fructificare, nisi mālerit in vite: & sicut calamus nō pōt se erigere ad supportandū lucernā, nisi māserit in cādelabri stipite: sic & vos nisi in me manseritis, nō potestis lucē veritatis & fidei ferre. Hastile igitur Christus, cætera, quæ ab hastili procedūt cuncti fideles sunt. In hastili quaternarius scyphorū & aliorū quæ sequuntur describitur, cū in calamis non nisi ternarius reperiatur, vt per hoc manifeste pateat, q̄ bonū, qd in Christo est per plenitudinem, in eius fidelib⁹ nō esse nisi per solā plenitudinis participationē. Calami procedentes de hastili, & qui in cādelabro post hastile fuere pręcipui, sancti Apostoli & vniuersi prædicatores sunt. Qui recte dicuntur calami, quia spiritu diuino repleti, Qui dū nobis sacrā fidē prædicāt, quasi canticū nouū suauiter sonāt. De quo ipsorū sono Psal. cecinit dicēs. In oēm terrā exiuit sonus eorū, & in fines urbis terræ verba eorū. Qui etiā sex esse describūtur, ut per senariū eorū perfectio designetur. Senarius enim perfectus numer⁹ est, siue quod Deus sex diebus hunc mūdū perfecit, siue q̄ idē senarius ex partibus suis cōstat. Quemadmodū aūt calami significāt prædicatores, ita & scyphi designāt auditores. Quia nāq; scyphis vina infundūtur, recte per scyphos auditores verbi figurantur. Et sicut scyphis alijs plus, alijs minus liquoris infunditur: sic auditoribus alijs plus, alijs minus gratiæ cœlestis in prædicatione cōfertur. Vnicuiq; secūdū mēsurā fidei, & mēsurā donationis Christi. Scyphi deniq;, i. auditores, dū vino spiritali replētur, & inebriantur ad effectum boni operis fortiter animātur. Vn̄ & de sphærulis statim additur. Sphærulæ nāque, quæ volubiles sunt, iustos in bono opere veloces exprimūt. Sphærula omni parte voluitur, & perfecta iustorum actio, nec aduersitate tardatur, nec prosperitate eleuatur, quæ inter aduersa fortis, inter prospera humilis, nec timoris habet angulū, nec elationis. Lilia autē designāt supernā retributionē. Per virorē quippe figurāt immarcescibilitatē æternitatis. Per cādorē decorē immortalitatis. Calami ergo, scyphi, & sphærulæ pertinēt ad laborē, lilia ad retributionē. Calami de hastili procedebāt, tres hinc & tres inde: quia & ante incarnationē Christi tēpore naturalis legis, tēpore scriptæ legis, & tēpore prophetarū fuerūt sancti, qui fidē sanctæ Trinitatis mystice designarent: & post incarnatione eius existūt, tēpore primitiuæ ecclesiæ, tēpore electionis nostræ de gētibus tēpore vltimo qn̄ reliquiæ Israel cōuertentur, quæ eā dē fidē predicēt. Per singulos calamos describūtur scyphi, sphærulæ, lilia: quia & sub antiqs, & sub modernis prædicatoribus singulis prædictis tēporibus inueniūtur fideles potū gratię sitiētes, in via Dei bn̄ operādo currere, immarcescibilē virorē ęternitatis, & incorruptibilē cādorē immortalitatis expectare. Per singulos autē calamos erāt tres scyphi, sphærulæ, lilia: vt designetur omnibus tēporibus extitisse rectores, continētes, cōiugatos, qui in Ezechiele per Noe, Daniel, & Iob figurātur. Scyphi in modū nucis, quæ testam duram, nucleū dulcē hēt, iussi sunt fieri, vt p hoc demōstretur, q̄ dulcedo difficile nonnunquam acquiritur, sed cū habetur multū sapit, multū amatur. Si quis autē quærit quō mysticē hastile, quod Christū significat, scyphos, & sphærulas, & lilia cōtinebat, prudenter animaduertat, q̄ Christus non solū electis suis virtutū scientiam, operationē, & remunerationē tribuit: sed etiam in seipso scyphi figuram ostēdit, cū se plenū Spiritu sācto declarauit: & sphærulæ, cum exultauit vt gigas ad currendam uiam. Lilij quoque, cum apud patrē glorificatus est. Vltimus autē i. supremus scyphus, sphęrula, lilium in hastili altiora calamis eminēt, quia dona, quæ Christo De⁹ contulit, omnē transcēdunt modum humanæ capacitatis. Vnicuiq; enim nostrum data est gratia secundū mēsuram donationis Christi. In ipso aūt habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Septē lucernæ, quæ super candelabrū ponebantur, vt lucerēt ex aduerso, vniuersi prælati sunt, qui sanctæ ecclesiæ pposiu ex aduerso lucēt, dū verbo & exemplo peccatoribus iustitiæ lumē pbent, dum medentur cōtritis corde, dū prædicant captiuis indulgentiam. Septenario aūt vniuersitatē significari sępe dixim⁹. Emunctoria quoq; & ubi q̄ emūcta sunt extinguantur fiēt de auro purissimo. Sunt q̄dam in scripturis pcepta & in hac vita, & in futuro obseruanda perpetuo vt est illud. Diliges Dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo &c. Sunt alia, quæ tpe vitæ huius iubētur obseruari, vt in futuro merces retribuatur. Vt est illud. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt recipiāt vos in ęterna tabernacula. Sūt & alia, quæ in ueteri testamento Dn̄o iubente seruata, iam cōsūmata in euāgelio nō secdm literam, sed iuxta sensum mysticū obseruant, vt ri⁹ hostiarū, & alia hmōi. Quæ dū ab Apostolis pdicabant esse finita, & spiritualiter tātū esse seruāda, emūgebantur ellychnia candelabri,

Marginalia: 2. Tim. — Q — R — Ioan. 15. — Psal. 18. — S Senarij perfectio. — Scyphi. — Lilia. — T Quæstio. — Psal. 18. — V — Eph. 4. — Col. 2. — Lucernæ. — X Preceptorum differentiæ. — Luce 16.

vt reparata melius lucerent, quia sublimius intelle-
Y ćta lucē doctrinæ plenius prębeꝛent. Ad hāc repara-
Leui.56. tionē pertinet, qđ ſcriptum eſt. Vetera nouis ſuper-
uenιētibus proijcietis. Et alibi. Ecce noua facio oīa.
Apoc. 21. Cōſtat.n. Apoſtolos ante paſſionē ſabbatū ſoluiſſe:
& poſt aſcēſionē Dñi, & aduentū Spūs ſancti finem
penitus legalibus hoſtijs impoſuiſſe. Itē finita mor-
tali vita, & ſuccedēte immortali ceſſabūt maxima ex
parte opera vel dona lucis, quibus nūc vtimur, vt ſe
quātur p̄mia æterna in præſentia diuinæ viſionis. Si
1. Cor.13 ue enim prophetiæ euacuabūtur, ſiue linguę ceſſa-
būt, ſiue ſciētia deſtruetur. Verba vero ſacræ ſcriptu-
ræ, quæ hæc ita fieri teſtātur, emunctoria ſunt aurea:
qa ſpe futuræ claritatis eximia. Vaſa, in quibus quæ
emuncta ſunt extinguuntur, corda ſanctorum ſunt,
in quibus iſtæ mutationes fiūt, quę & ipſa ſunt au-
rea, quia luce ſapiētię, & flāma charitatis clara. Om-
ne deniq; pōdus cādelabri cum vniuerſis vaſis ſuis
Z habebat talentū auri mundiſſimi. Omne nempe, qđ
Deus facit, in numero, & pondere, & menſura facit,
Quę tria ſecundū ſpiritalem intelligentiā eandē poſ
ſunt habere ſignificationē. Ad hoc pondus ſiue men
ſurā pertinet, qđ ſupra dictū eſt. Vnicuiq; noſtrū da
Ephe.4. ta eſt gratia ſecundum menſurā donationis Chriſti.
Ab hac mēſura ſolus Chriſtus excipitur, ad quē ſolū
pertinet, qd ſcriptū eſt. Nō.n. ad menſurā dat Deus
ſpiritū. Chriſtus.n. (vt & ſupra monſtratū eſt) habet
gratiā plenariā, quæ cæteris diuiditur ad mēſurā. In-
telligimus igit̃ per cādelabrū eccleſiā, p haſtile Chri
Epilogus. ſtū, per calamos prædicatores, p ſcyphos auditores
per ſphærulas operatores, p lilia retributiones, p lu-
cernas prælatos, per emūctoria ſacræ ſcripturæ ver-
ba, q̃dam opera & virtutes q̃nq; euacuari conteſtā-
tia, per vaſa, in quibus emūcta extinguebātur, corda
ſanctorum, in quibus hęc euacuātur, per pōdus can
delabri mēſurā doni, meriti, ſiue præmij: talentū, qđ
eſt maximū in pōderibus, pfectionē ſignificat. Hæc
Grego. igitur lucerna beat⁹, videlicet Gregorius, cui⁹ hodie
ſolēnia celebramus, ſuper cādelabrū nō in quolibet
loco, ſed in ſummo poſita, tāto lōgius & latius ſuos
radios diffundit, quāto ſublimius poſita fuit. Lucet
itaq; nobis lucerna radijs diuerſis, radijs eximijs, ra
dijs p̄claris. Lucet enim nobis virtutibus, lucet operi
bus, lucet verbis, lucet miraculis, lucet aſperrima re
ligione, lucet fragrātiſſima opinione, lucet merito,
lucet pręmio. Et nunc chariſſimi nobis, ad huius lu-
cernæ radios incedamus, vt deuia quæq; deuitātes,
& per ſemitam iuſtitiæ gradientes, ad ſuperna gau-
dia veniamus. Quod nobis præſtare &c.

¶ *In feſto omnium ſanctorum.*

Expoſitio tropologica. Pſal. 149. Ser. LXXXII.

A EXultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in
Pſal. 148. cubilibus ſuis. In his, & in ſequentibus
verbis chariſſimi, quæ ſit ſanctorū digni
tas declaratur, & ſub paucorum breuitate
verborum quę ſit eorū gloria deſignatur. Exultabūt
2. Cor. 2. ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis. Gloria
ſanctorū eſt bona cōſciētia eorū, Paulo atteſtāte, qui
ait: Gloria noſtra hęc eſt teſtimoniū cōſciētię noſtrę.
Sancti ergo nō incōuenīēter exultare dicūtur in glo
ria, dū exultāt in ſua bona cōſcientia. Ad hoc quoq;
ſpectat, qđ prædictus Apoſtolus ait: Opus ſuū vnuſ Gal.6.
quiſq; probet, & ſic in ſemetipſo tm̄ gloriā habebit,
& nō in altero. Gloriā autē cōſcientiæ cęteris iuſtorū
virtutibus ſanctus pſalmographus, immo Spiritus
ſanctus anteponit narratione, nō quia pręcedit ordi
ne, ſed quia ſupereminet dignitate. Præcedit enim
virtus, & bona actio, & per has itur, & ad bonā con-
ſcientiā peruenitur. Quis ſiquidē bonā habet con-
ſcientiam, niſi qui ex virtute, & actione ſe cognoſcit
habere iuſtitiā? Illorum ergo tātū eſt exultare in glo
ria, in quibus eſt bona cōſcientia, quā ſola cōſtituit
iuſtitia. Lætābuntur in cubilibus ſuis. Sancti ſuis in B
cubilibus lætantur, dum a carnis deſiderijs remoti,
a curis ſecularibus elongati, & in pace interna poſi-
ti, cæleſtia bona quiete contemplantur. Per cubilia Cubilia.
nempe, in quibus dormitur, interna quies accipi-
tur, quam tunc vere mens adipiſcitur, cum ab exte-
rioribus perfecte quieſcit, & ſolis internis intendit.
Horum cubilium, & quietis in Cāticis canticorum Cant. 5.
ſponſa meminit, vbi dicit: Ego dormio, & cor meū
vigilat. Ille nimirum bene dormit, & cor eius vigi-
lat, qui ſopitis ad exteriora ſenſibus, intrinſecus ad
interna contemplāda deuote vacat. Hanc cubilium
quietem cuncti carnales odio habent, quibus exte-
riora ſola placent. Quos ſub Ephraim nomine pro-
pheta ſubuliter redarguens dicit: Ephraim vitula Oſee. 10.
docta diligere trituram. Vitula nāq; trituram amat,
quia comedit de ſpicis, quas triturat. Sic carnales
omnes exteriora negocia totis præcordijs amant,
non vt eccleſiæ neceſſitatibus vel vtilitatibus inſer-
uiant, ſed vt largiori & lautiori cibo, potuque, ina-
nibus etiam verbis, & vanitatibus mundanis ad libi
tum ſuum ſe reficiāt. Denique graue ſibi damnum
fieri cōqueruntur, quoties eis exteriora cuſtodiāda,
vel diſponenda non iniunguntur. At non ita ſancti,
præſertim perfecti, qui interna magis diligunt, ex
quibus potiora gaudia ſumunt. Vnde & ſubdi- C
tur. Exultationes Dei in gutture eorum. Exulta- Exultationes.
tiones Dei in gutture ſanctorum ſunt, dum pro ac-
ceptis beneficijs exultanter Deo gratias agunt. Hinc
eſt, quod propheta de Hieruſalem, immo de vni- Eſa.5.
uerſitate iuſtorum dicit: Gaudium & lætitia inue-
nietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Sed
quia non ſufficit, vt cuiquam tantummodo bonum
faciat, niſi & in alijs malum pro viribus deſtruat,
apte ſubditur. Et gladij ancipites ſiue bis acuti.i. ex Gladij ancipites.
vtraq; parte acuti in manibus eorum, ad faciendam
vindictā in nationibus, increpationes in populis, ad
alligandos reges eorum in cōpedibus, & nobiles eo-
rū in manicis ferreis, vt faciant in eius iudicium cō-
ſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Vnde
Apoſtolus cum de ſpiritali armatura loqueretur, de
gladio dicit: Et gladium ſpiritus, id eſt gladium ſpi- Eph.6.
ritalem, quod eſt verbū Dei. Et alibi. Viuus eſt ſer- Heb.4.
mo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio an
cipiti. Et pertingēs vſque ad diuiſionē animę ac ſpi-
ritus, compagū quoq; & medullarū, & diſcretor co
gitationum & intentionum cordis. Pluraliter autem
hic dicuntur gladij, quia duo ſunt teſtamenta verbi Luc.22.
Dei, Ad quod forſitan ſpectat illud euangelicū. Dñe
ecce

ecce duo gladij hic. Qui rectè bis acuti sunt, quia fo ris in nobis amputant luxuriam carnis, & intus rese cant malitiā cordis. Bis acuti sunt, quia bonos à malis, & malos à bonis discernunt. Gladios autem sancti tenent in manibus: quia verba sacra, quæ prædicant, exercent operibus. Ad quid etiā teneant eos declaratur, cum subditur. Ad faciēdam vindictā in nationibus, increpationes in populis. Possumus antē p nationes hoc in loco cōuenienter intelligere malos. per populos bonos, infirmos tamē & imperfectos. Sancti itaq; in nationibus gladijs Deum vindicant, dum secundū præcepta sacræ scripturæ malos excōmunicāt, vel certe in eos vindictam quādoq; venturam prædicant. Increpationes in populis faciunt, dū bonorum perfectorum & infirmorū quaslibet trāsgressiones veniales & leues sacris verbis redarguūt. Mali ex industria malæ volontatis, & elatione culpā incurrunt: boni ex ignorantia, vel infirmitate delinquūt. Et quantū distat nequitia malorū ab imperfectorū infirmitate, tantū vindicta videtur differre ab increpatione. Nequitia quippe, & vindicta sunt grauiores: infirmitas aūt, & increpatio leuiores. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis. Reges hoc in loco dici possūnt, quorū est ex officio virtute discretionis alios regere. Nobiles, qui cuiuslibet fulgore dignitatis cæteris videntur præpollere. Qui quāto sublimiores sunt, tāto facilius ac citius in culpā nōnunquā cadūt. Quos sancti in cōpedibus & manicis ferreis ligāt, quoties eorū prauitatē auctoritate suæ sanctitatis refrænāt. Nec solū sancti prælati istos prælatos, & nobiles ignobiliter viuētes à suis prauitatibus cohibēt: verum & subiecti eorundē malorū ipsos cobibere debēt, ne possint manus eorū, quod cœperāt, implere, vel si inceperint, nō possint cōsuescere, vel diutius tenere. Nisi enim subditi cum auctoritate, mala eorū reprobēt, & eis cōtradicant, seductionis eorū se reos sciant. Si.n. asina Balaam sessorē suū vsq; ad gladiū angeli subuexisset, nōne vterq; eorū sentēnā subijsset? Núc autē ei restitit, calces allisit, verbis contra naturam increpauit, sicque se & illum saluauit. Sic & Paulus restitit in faciem Petro, quia reprehēsibilis erat. Quòd autem prælatus subditorum correptionem libenter amplecti debeat, beatus Gregorius in pastoralibus demonstrat, dicens: Prælatus, qui praua studet agere, & tamen ad hæc videt cęteros tacere, ipse sibimet testis est, quod plus veritate se appetit diligi, quam contra se non vult defendi. Hinc Petrus increpationem Pauli libenter accepit. Hinc Dauid correptionem subditi humiliter audiuit: quia & rectores boni, dum priuato amore se diligi nesciunt, liberæ puritatis verbum à subditis, obsequium humilitatis credunt. Sed inter hæc necesse est quatenus subditorum mens, cum quædam recte sentire potuerit, sic in vocem libertatis prodeat, vt tamen libertas in superbiam non erumpat, ne dum fortè immoderatius eis linguæ libertas conceditur, vitæ ab his humilitas amittatur. Vt faciant in eis iudicium conscriptum. Iudicium conscriptum dici potest diuinum decretum auctore Deo in mundo sancitum, a patribus literis commendatum. Quod videlicet iudicium sancti in nationibus, populis, regibus, & nobilibus eorum faciunt, dum alios pro contumacia puniunt, alios de suis transgressionibus corripiunt, & integritati virtutum restituunt in quantum possunt. Et hæc est gloria omnibus sanctis eius, vt videlicet ipsi boni per iustitiam existant, & in alijs puniendis vel corripiendis secundum rationem prædictam gratiam sibi datam exerceant. Omnibus sanctis eius, id est non solum maioribus, sed & minoribus. Inferiores enim licet in alijs puniendis vel corripiendis potestatiue non agant, potestatiue tamen agentibus cooperantur, & si non facto vel verbo, tamen voto. Vnde est illud. Lætabitur iustus, cū viderit vindictam. Et si gaudet iustus, cum videt iniquis vindictam illatam, multo plus gaudere credendus est, dum videt peccatoribus per correptionem, & emendationem veniam concessam, sanctitatem restitutam: quemadmodum gaudium est in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta nonem iustis, qui non egent pœnitentia. Sancti itaque (vt supra dictum est) exultabunt in gloria per bonæ conscientiæ gloriationem, lætantur in cubilibus suis per internam quietem, exultationes Dei sunt in gutture eorum per gratiarum actionem, gladij ancipites in manibus per sacri verbi operationem: faciunt vindictam in nationibus malos puniendo, increpationes in populis, delinquentes corripiendo: alligant reges & nobiles etiam superiores, sed cum reuerentia a prauitate cohibendo: faciunt in his omnibus iudicium conscriptum, hoc, quod Deus per scripturam faciendum iudicat, exequendo. Laboremus charissimi nobis, bonorum, quæ de sanctis dicta sunt, esse participes, vt eorū meritis & precibus adiuti, id est eorum gloriæ mereamur esse consortes. Quod nobis præstare dignetur, &c.

Margin notes (left column): D — Nationes populi. — Reges. Nobiles. — E — Subditi in prælatos. — Gal. 2. — F — Iudicium cōscriptū.

Margin notes (right column): Psal. 57. — Luc. 15. — Epilogus. — Pulchre hinc pōt Concionator discurrere.

¶ In festo omnium sanctorum.

Expositio anagogica psalmi. 149. Ser. LXXXIII.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Hæc superius secundum sensum tropologicum exposita sunt, sed adhuc secundum anagogicum sensum, ad quem etiam magis pertinere videntur, exponi possunt. Exultabunt itaque sancti in gloria, quia non solum nunc exultant in gloria (vt supra dictum est) per bonā conscientiā in tempore, verum etiam post tempus exultabūt in gloria per retributionem in æternitate. Quæ gloria quanto magis nunc est incognita nostro sensui, inexperta affectui tanto difficilior est locutioni. Gloria namque hæc ipse Deus est, quem nemo vidit vnquā, qui est incomprehensibilis cogitatu, qui dum suos sanctos in cœlo luce suæ claritatis illustrat, suæ gloriæ beatitudinem illis perfecte participat. De qua gloria, vt quo quo modo nobis significetur, scriptum est. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Quis ergo putas fulgor erit, dum innumerabilia millia iustorum sociabuntur innumerabilibus millibus angelorū? Et si tam inæstimabilis claritas erit in his creaturis, quis (quæso) æstimet fulgorem summæ maiestatis, nō solū illū, q est diuinitatis, vo-

Margin notes: G — Psal. 49. — H — Gloria sanctorū. — Matt. 13.

rũ etiam illũ, qui est glorificatæ in Christo humanitatis, quẽ omnis creaturæ claritatẽ incomparabiliter transcẽdere certissimũ est? Nã de ipso etiã ante passionẽ, & añ resurrectionis, ascensionisque eius glo-
Matt. 17. riã, in ei⁹ transfiguratione scriptũ est quòd resplenduit facies eius sicut sol. Legimus in Apocalypsi de angelo, qui in similitudinem filij hominis beato Ioãni apparuit, scriptũ: q̃ facies eius erat sicut sol quãdo lucet in virtute sua. Clarissimã in rebus visibili-
Apoc. 1. bus creaturã ad exprimendã claritatis eius gloriam posuit, dum faciem eius sicut solem in virtute sua lucere idest in meridie dixit. Perpendat igitur qui potest qualis sit æterna & immensa claritas incõprehensibilis & ineffabilis diuinitatis, si tam mirabilis fuit apparens similitudo glorificatæ in Christo humanitatis. Beata aũt gloria iustorum, siue gloriosa beatitudo eorum erit summæ diuinitatis, & glorificatæ in Christo humanitatis claritate perlustrari, & eam sine fine contemplari. Vnde & in Apocalypsi iterum scriptũ est, quòd ciuitas superna scilicet Hie-
Apoc. 21. rusalem non eget sole neque luna, vt luceat in ea: nã claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius agnus est. Perpendat enim qui potest (sed non est, vt cre-
I do, qui possit) quanta erit sanctorum gloria, quan-
Matt. 25. do bonus seruus & fidelis intrabit in gaudium Domini sui, quando bonus operarius post laborem operis sui percipiet lucrum denarij, quando sapien-
Ibidem. tes virgines cum sponsa & sponso intrantes lætabũtur in æternum in cęlesti thalamo: quando recipien-
Luc. 6. tes eos in æterna tabernacula mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum eorum: quando absterget Deus omnem
Apoc. 21. lachrymam ab oculis sanctorum suorum, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt: quando gaudium & lætitiam tenebunt: quãdo fugiet do-
Psal. 35. lor & gemitus: quando replebimur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabit nos: & quando in lumine eius videbimus lumen: quando nostrum esse non habebit mortem, nostrum nosse non habebit errorem, nostrum amare non habebit offensionem: quando vocabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus nostri magnificentiam creatoris, qui Deus super omnia benedictus in secula. Magna est igitur gloria (vt in præcedenti sermone diximus) habere bonam cõscientiam, sed longe amplior est gloria habere vitã
Cubilia æternam. Magnum quippe est, si sis iustus: & incõ-
sanctorũ. parabiliter est amplius, si sis & beatus. Lætabũtur in
Ioan. 14. cubilibus suis. Possumus hic per cubilia sanctorum
Baru. 3. intelligere supernas mansiones eorũ, de quib⁹ Saluator ait: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quã etiã domũ p̃pheta cõmẽdãs ait: O Israel, q̃ magna est domus Dei, & ingẽs locus possessionis eius: magnus est, & nõ habet finẽ, excelsus & immensus.
Ioan. 14. De hoc quoq; loco, Saluator ait: Vado parare vobis locũ. In cuius domus siue loci mãsionibus, dũ sancti secure, pacifice, & quiete viuunt, uelut in cubilibus suauiter requiescunt. In cubilibus ait, nõ in cubili:
1. Cor. 15 quia secũdũ differẽtiã meritorum erit & differentia
1. Cor. 3. præmiorũ. Stella.n. à stella differt in claritate, sic &
Exulta. resurrectio mortuorum. Et alibi. Vnusquisque propriã mercedẽ accipiet secundum suum laborẽ. Exul- Dei in g.
tationes Dei in gutture eorũ. Exultationes Dei nũc co.
in gutture eorũ erũt: quia sine fine Deum laudabũt,
eo quod mala euaserũt, bona perceperunt, & hæc in Psal. 88.
perpetuũ absq; detrimẽto possidebũt. De hac æterna laude sanctoru est psalmista. Misericordias Dñi in ęternũ cãtabo. Qualis autẽ sit exultatio sanctorũ in cælesti gloria, & lætitia in cubilibus istis, exultati ones quoque in gutture eorum, illorum solummodo est cognoscere, q̃bus datũ est & hæc. Vñ quidã rythmico carmine supernã affatus Hierusalẽ pulchre dixit.

Quantũ tui gratulẽtur, quã festiue cõuiuentur,
Quis affectus eos stringat, aut quæ gemma muros pingat.
Chalcedon an hyacinthus;
Norunt illi, qui sunt intus.

Quia ergo nõ est q̃ possit cognoscere q̃ sãctorũ erit gloria, q̃ possidebũt eũ uidẽdo: q̃ eorũ requies, q̃ K
habebũt supernis in cubilibus q̃escẽdo: quales exultationes, q̃ in eorũ personabunt gutture Deo canendo seruiemur iterim, & sanemus infirmitatẽ nostrã, ut ad illa bona mereamur qñq; pertingere, q̃ nõdũ ualemus uidere. Laboremus totis uiribus ad illã lucem peruenire, q̃ i tenebris lucet, & q̃ tenebræ nõ ualent cõprehẽdere. Et gladij ancipites i manibus eorũ ad faciẽdã uindictã in nationibus, increpationes in po-
pulis. &c. Insinuatis bonis cęlestibus, q̃ sancti in fu- L
turo possidebũt, redit ad insinuãdã earũ potẽtiã, q̃ in die iudicij cũ iudice in dãnãdos exercebunt. Apostoli quippe, & perfectissimi quique cũ Christo iudicaturi mũdũ credẽdi sunt. In quorũ manibus gladij ancipites ad faciẽdã uidictã in nationibus increpationes in populis erũt: quia secundum uerba scri-
pturæ, q̃ ipsi tenuerũt, & illi cõtẽpserũt, eos in aĩa & Sap. 5.
corpore ęternaliter puniri debere indicabũt. Tũc enĩ stabunt iusti in magna cõstãtia aduersus eos, qui se
angustiauerunt; & q̃ abstulerũt labores illorũ. Tunc Benedict⁹
stabit beatus Benedictus pro suis monachis, Beatus Augustinus.
Augustinus pro suis clericis, beatus Petrus, & oẽs Petrus.
Apostoli, & ecclesiastici p̃lati pro sibi commissis aduersus impios iniustos, & raptores, q̃ eos cruciaue-
rũt, & possessiones ecclesiæ, & substãtias fideliũ inin M
ste diripuerunt: & ianuas cęli ingredi nõ sinẽtes pro Vindicta
ijciẽt eos in tenebras exteriores. Possumus aũt p uin in nat.
dicti in nationibus grauiorẽ pœnã his, q̃ grauiora scelera p̃petrauerũt, inferẽdã accipe. Per increpationes in populis, minorẽ in inferno cruciationẽ his, q minora cõmiserũt crimina ĩponẽdã itelligere. Grauius enĩ adulteri q̃ fornicatores cruciabũt. Post hoc aũt q̃ post generalẽ malorũ pœnã, specialiter regib⁹, & nobilibus eorũ singularis q̃dã cruciatio attribuit,
patẽter ostẽdit q̃ (ut scriptũ est) iudiciũ durissimũ in Sap. 6.
his, q̃ p̃sunt, fiet: & q̃ potẽtes potẽter tormẽta pauẽt. Et itẽ. Fortioribus aũt fortior istat cruciatio. Iustum est enĩ, ut q̃ cæteris p̃lati ex cõcessa sibi ptãte cæteris peius opãtur, cæteris grauioribus pœnis in damnatione & strict⁹ arceãt. Et hoc est, qd addit. Ad alligãdos reges eorũ i cõpedibus, & nobiles eorũ i manicis ferreis. Iudiciũ aũt, qd i die iudicij per sanctos in reprobos exercebitur, iudiciũ esse cõscriptũ dicitur, q̃a per sanctos patres in diuina pagina scriptum est, & sancitum. Gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Gloria

Gloria hæc. vt scilicet in semetipsis æternaliter gloriose fulgeant, & impios suo iudicio æterno supplicio puniendos decernant. Æstimemus charissimi in quantum possumus, quæ vel qualis sit sanctorũ gloria, & laboremus, vt consortes eorũ esse mereamur in patria. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in secula. Amen.

¶ *In festo sancti Augustini de perfectione, & gaudijs ecclesiæ militantis, & triumphantis.*
Sermo. LXXXIIII.

N
Tob. 13. ANima mea benedic Dominum, quoniã liberauit Hierusalem ciuitatem suam. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Portæ Hierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide p̃tioso omnis circuitus murorũ eius. Ex lapide cãdido, & mundo oẽs plateæ eius sternẽtur, & p vicos eius alleluia cãtabitur. Benedictus Dominus, qui exaltauit eã, vt sit regnum eius in secula seculorũ super eã. Amen. Ista, q̃ proposuimus, ex verbis Tobiæ, quibus Dominũ post receptũ lumẽ oculorum suorũ laudauit, accepimus. Tobias interpretatur bonus Domini. Tobias ergo
Tobias. sanctorum doctorum, prælatorumque cœtum rectissime significat, qui vere bonus Domini excellenter est, & vocatur, non solum eo q̃ sancte viuendo, præcepta dominica effectui mancipat, verum & idcirco q̃ sibi creditas animas ad fidẽ erudit, & ad recte viuendum informat. Ex quorum videlicet præla
Augustinus. torum, ac doctorum numero beatus Augustinus, cuius hodie solẽnia celebramus, eminenter extitit, qui suum discipulatum, gregemq; perfectissime docuit, & ad seruiendum Deo nihilominus instituit. Qui ẽt merito suam animam ad benedicẽdum Dominum prouocauit, quia lumen supernæ cognitionis sibi collatum non ignorauit. Per Hierusalem autem san
O
Ecclesia. ctam ecclesiam intelligimus, quæ partim in terra peregrinatur, partim in cælo gloriatur: hic exulat, ibi regnat: hic filia, ibi mater. Vna est tamen ciuitas, vna ecclesia, vna columba, vna amica, vna sponsa. Ciuitas ciuium cohabitatione: ecclesia fidelium collectione, columba simplicitate, amica dilectione, sponsa fide. Et celebrantur nuptiæ vtrobique, in mundo scilicet & in cælo: sed hic in fide, ibi in specie: hic in
1. Cor. 13 spe, ibi in re. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hic in nuptijs propinatur vinum gratiæ, ibi propinatur vinum gloriæ. De qua etiã ciuitate in principio verbi, quod proposuimus, intimatur: quòd eam Deus liberauit: & in fine, quòd eam exaltauit. Ait enim. Benedic anima mea Dominum, quoniam liberauit Hierusalẽ ciuitatem suam. Et in fine Benedictus Dominus, qui exaltauit eam. Primum enim eam liberat, deinde exaltat. Liberat à malo, exaltat in bono: liberat in via exaltat in patria. Liberat per gratiã, exaltat per glo-
P
Charitas sanctorum. riam. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Perpendat qui potest quanta sit charitas spiritalium patrum erga filios, qui filiorum salutem (vt ex his verbis intelligi potest) suam autumant, quam vt suam veraciter amant, & propriam reputant. Vnde Paulus Thessalonicensibus ait: Quæ est spes nostra, aut gaudium, 1. Thes. 2.
aut corona gloriæ? Nonne vos estis ante Dominum Iesum Christum in aduentu eius? Hanc eãdem charitatem Paulus exprimit, vbi ad Galatas dicit: Filioli Gal. 4.
mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et notandum, quòd non ait semen meum, sed reliquiæ seminis mei. Licet enim multi sint vocati, pauci tamen sunt electi, sicut inter ipsos electos plures sunt imperfecti, pauciores sunt perfecti ad videndam claritatem Hierusalem. Duæ sunt Q
ecclesiæ sanctæ claritates, vna est in tempore, altera in æternitate: vna in iustificatione, altera in beatitudine: vna in merito, altera in præmio. Quantumcunque autem per primam intrinsecus fulgeat, extrinsecus tamen nigrescit: quia omnes, qui pie volunt in 2. Tim. 3.
Christo viuere, persecutionem patientur. De hoc fulgore, & hac nigredine ipsa sancta ecclesia in Canticis canticorum dicit: Nigra sum, sed formosa filiæ Cant. 1.
Hierusalem. Nigra foris per angustiam persecutionis, formosa intus per fulgorẽ charitatis. Licet enim 2. Cor. 4.
exterior homo noster corrumpatur, interior tamen renouatur de die in diem. Hoc autem, quod dicitur. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem: ad futuram gloriã eius magis pertinere videtur, quam Esaias illi promittit dicens: Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Esa. 60.
Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, idest. Nõ occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Sanctus itaque quilibet prælatus beatum se asserit, si fuerint reliquiæ seminis sui ad videndam claritatem Hierusalem: quia reuera beatus erit, cum uel aliquos ex his, qui nunc eum imitari videntur in mundo, supernam sanctæ ecclesiæ gloriam secum contemplari viderit in cœlo. Beatus erit pro suo bono opere, beatus pro sibi commissorum bona conuersatione. Quamuis enim in omnibus sanctis duplex erit gloria, pro corporis videlicet & animæ stola: in sanctis tamen prælatis specialiter complebitur, quod scriptum est: in terra sua duplicia possidebũt: R
pro sua, sibique commissorum iustitia. Portæ Hierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur: & Esa. 61. Portæ Hierusalem.
ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Smara.
Smaragdus per suum virorem significat fidem. Sapphirus, qui firmamenti præ se fert colorem, bonam Sapphi.
operationem. Viror smaragdi fidem significat: quia sicut uiror in germinantibus primum apparet, ita fides in uirtutibus ordine prima est, sine qua impossibile est placere Deo. Prima porta sanctæ ecclesiæ fides est q̃ per secundum lapidem idest smaragdum Heb. 11.
ordine præpostero figuratur, secunda operatio, illa Porta prima.
(inquam) operatio, q̃ per dilectionem Dei & proximi fit, q̃ per primã exprimit. Prima porta fides quasi duas habet valuas p duas partes suas. Duo enĩ q̃dam S
sunt, & hæc duo vnũ sunt, Creator & Saluator: duo Creator
sunt nomina, & res vna. Tamẽ aliud notat creator, Saluator
aliud saluator. Creator, q̃a fecit nos: saluator, q̃a saluauit nos. Creator, & q̃ p̃tinẽt ad creatorẽ, hæc vna

part

pars est fidei: & saluator, & q̃ pertinẽt ad saluatorẽ,
hæc est altera. In prima parte ad fidẽ ptinet, cõfiteri
creatorẽ, ab eo facta esse oĩa, q̃ habẽt esse. in secunda
parte ad fidẽ pertinet, venerari saluatorẽ, & cõfiteri
ab eo reparata esse perdita, quibus datũ vel dãdum
est beatũ esse. Prima pars fidei spectat ad debitũ na-
turæ, secũda spectat ad debitũ gratiæ. Illa credere de
bemus, quia per naturã cõditi sumus. Ista credere de
bemus, quia per gratiã reparati sumus. Si igitur illa cre
dis, habes primæ portæ valuã vnã: si ista credis, ha-
bes alterã. Sed non sufficit portã primã solã ingredi,
nisi ingrediaris & secũdã, quia fides sine operibus
Porta secunda. mortua est. Operatio autẽ porta secunda, est q̃ p pri-
mũ lapidẽ .i. sapphirũ figurat. Omnis .n. operatio, q̃
per dilectionem Dei & proximi fit, magis cęlestis q̃
terrena est, quia non fit propter terrena, sed pro-
pter cęlestia: & ob hoc per sapphirum figuratur.
Quæ & ipsa duas valuas videtur habere. Si .n. quod
bonũ est operis diligẽdo Deũ, habes valuam vnam:
si autem opereris bonũ diligẽdo proximũ, habes al-
terã. Si ergo vis siue in præsenti siue in futuro ciuis
esse Hierusalem, oportet, vt vtranq; portã ingredia-
ris, fidei scilicet & operationis, illius autem operatio
T nis, quæ per dilectionem fit. Nam sicut fides sine o-
peratione mortua est, sic & operatio absque dile-
ctione inanis est. Omnis quoque circuitus murorũ
Muri Hierusalem. eius ex lapide pretioso cõstruitur: quia sancta eccle-
sia & in merito suarum soliditate virtutũ vndique
circundatur, & in p̃mio cęlestiũ fulgore præmiorũ
circũquaq; decoratur: vt in merito sit firma, in p̃mio
fulgida: in merito nihil ei desit virtutis, in præmio
nihil beatitudinis. Vtrobique tamen est fulgida,
vtrobique solida, dum & nunc virtute est clara, &
Plateæ. tunc claritate perpetua. Sed & plateæ eius ex la-
pide candido, & mundo: candido in bono, mun-
do à malo sternuntur: dum imperfecti quique
qui rebus terrenis licẽtius & latius vtuntur, in tem-
pore munditia bonorum operum, & in æternitate
decore præmiorum ordinatissime disponuntur. Qui
licet careant robore passionis, cãdent tamen byssino
suæ iustificationis, quod habent ex munditia bonæ
Vici. actionis, & decore honestæ conuersationis. Et per vi
cos eius allelu ia cantabitur. In mundo, & in cœlo
sanctæ ecclesiæ multiplices ordines existunt, qui dũ
uel merito vel præmio inter se differunt, quasi mul-
tos ex se vicos efficiunt. Per quos omnes allelu ia cã
tatur, dum & ab his, qui sunt in cœlo, & ab his, qui
Psal. 148. sunt in terra, laus diuina depromitur. Vnde & scri-
ptum est. Cõfessio eius super cœlum, & terram. Et li
cet ista, quæ dicta sunt, secundum vtrunque sanctæ
ecclesiæ statum exponamus, ad futurum tamen
melius referuntur. Vnde & subditur. Benedictus Do
minus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius super
eam in secula seculorum. Amen. Quamuis enim re-
1. Cor. 15 gnum Dei super ecclesiam etiam in præsenti sit, in
futuro tamen multo amplius fore videtur, cũ videli-
cet omnis calumnia peccati defecerit, cum nec mors
nec mortalitas vltra dominabitur nobis, sed corru-
ptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale
Exhortatio. hoc induerit immortalitatem: cum filius tradiderit
regnum Deo & patri, & erit Deus omnia in omni-
bus. Et tunc charissimi videamus, an de semine bea-
ti patris Augustini idest imitatores eius simus sicut
esse debemus. Attendamus, an verbum Dei eius exẽ-
plo, legendo, meditando, tractando, prædicando, se-
cundum gratiam nobis datam diligimus: an eius
honestissimam religionem sancte viuendo totis vi-
ribus imitamur. Si enim hæc facimus, vere semen
eius sumus, vere claritatem celestis Hierusalem cum
ipso contemplabimur. Quod nobis præstare digne-
tur Iesus Christus Dominus noster. Amen.

¶ *In festo sancti Michaelis:*

Ex historia libri Iudith. Sermo. I. qui est. LXXXV.

NOta est historia de Iudith, quomodo V
Holofernem principem exercitus re-
gis Assyriorum, qui in eadem historia
Nabuchodonosor appellatur, & in Nini
ue regnasse perhibetur, interfecit. Qua
peracta victoria, & spolijs hostium collectis, dede-
runt filij Israel Iudith in auro, & argento, & vesti-
bus, & gemmis, & omni supellectili vniuersa, quæ
Holofernis pecularia fuisse probata sunt: & omnes
populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus,
& iuuenibus in organis, & citharis. Tunc cecinit Iu-
dith canticum hoc Domino, dicens: Incipite Domi-
no in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modu
lemini illi psalmum nouum, exultate, & inuocate Iudit. 16.
nomen eius. Dominus conterens bella, Dominus
nomẽ est illi. Qui posuit castra sua in medio populi
sui, vt eriperet nos de manu inimicorum nostrorũ.
Iudith significat ecclesiam, Nabuchodenosor dia- X
bolum, Niniue mundum, Holofernes aliquem ro- Iudith.
bustissimum principem dæmonum, siue principa-
tum gentium aduersus ecclesiam malignantium. Iu
dith gladio Holofernis caput eius abscidit: quia san
cta ecclesia cuiuslibet hostis aduersus se malignan-
tis superbiam per propriam malitiam confundit.
Dum enim aduersus ecclesiam, vel quamlibet san-
ctam animam callidus hostis malignatur, & ipsa ad
iuuante gratia eius malitiam euadit, in ipsum ea-
dem malitia retorquetur, per quam & occiditur. Vn
de & impio presbytero aduersus iustam Susannam
malignitati dictum est. Recte mentitus es in caput Dan. 13.
tuum. Et item scriptum est. Mentita est iniquitas si-
bi. Iustum est enim, vt quod impius quisque aduer-
sus iustum conatur, ipse sustinere cogatur. Omnes Psal. 26.
enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Spo
lia Assyriorum significant sapientiam, eloquẽtiam,
opera quædam, & virtutes, & bonorum disciplinã
morum Gentilium. In quibus omnibus nonnulla Y
probãtur imitatione vtilia. Aurum significat sapien- Matt. 26.
tiam, argentum eloquentiam, vestes bona opera, gẽ-
mæ virtutes, varia supellex bonorum ornamẽta mo
rum. Quæ filij Israel hostibus auferunt, & Iudith tri
buunt, dum fideles omnes hæc exercentes ea ad lau
dem, & studium ecclesiæ referunt. Sic populus Dei
ab Aegypto recedens ipsam spoliauit, unde taberna
culum construxit. Sic iusti sub testamento veteri, q̃
hostibus abstulerunt, in ministerium templi conse-
crauerunt, Omnes populi gaudebãt cũ mulieribus,

Z & virginibus,&iuuenib⁹ in organis,& citharis. Mu
Matres. lieres sunt, q materno affectu erga alios agūt,q eos verbo doctrinæ pariunt,& nutriūt. Mulier tunc ma-
Gal.4. ter fuit Paulus, quando ait. Filioli quos iterū parturio,donec formetur Christus in vobis.Et itē. Lac vo
1.Cor 13 bis potum dedi,nō escā. Virgines sunt, qui à ne-
Virgines. gocio doctrinæ quiescūt:qui ea tm̄, q̄ Dei, nō etiā
Iuuenes, q̄ per officiū doctrinæ proximi sunt,cogitāt:& quo-
Psal 102. modo mente & corpore sancti Deo placeant, solum
2.Cor.4. elaborāt.Iuuenes sunt,qui per nullū boni operis defectū senescunt,sed renouatur vt aquilæ iuuent⁹ eorū:& si exterior eorū homo corrūpitur, interior tamē renouatur de die in diē.Cū his omnib⁹ fideles populi exultant, & quid intrinsecus gaudij de spirituali victoria habeant, extrinsecus demonstrant in organis idest canticis spiritalibus, & citharis idest bonis
Organa. operibus.Organa nāq; vt sonū reddāt,implētur vento, & per hoc significāt cātica plena Spiritu sancto.
Citharæ. Citharæ vero,vt sonēt,manu tāgūtur,& propterea p citharas opera bona figurātur. Incipite Dño in tympanis,cātate Dño in cymbalis,modulamini illi psalmū nouum. Sancta ecclesia in hoc cātico & pro ade
A pta victoria gratias agit,& fideles suos quō ei concinant instruit.Incipite Dño in tympanis.Intēdite fratres.Vt enim ex his verbis perpendi potest: non est speciosa laus in ore peccatoris, qui carnis suæ voluntati seruit. Qui enim comessationibus, & ebrietatibus,cubilibus,& impudicitijs deseruit, carnéq; suā per abstinentiam, & continentiā castigare negligit,
Tympanū cōgrue Deo gratias agere nequit.Tympanū,qd pelle siccata & extēsa fit,afflictionē carnis exprimit.Incipite ergo in tympanis, & postea cantate in cymba-
Cymbala lis. Cymbala, quæ inuicē percussa sonant,labia nostra figurant, quæ dū inuicē cātādo percutimus, sonū laudis diuinæ reddimus. Præcedat ergo tympana,vt bene sonent cymbala idest nosmetipsos primū per afflictionē perfecte mundemus, vt postea laudē Dei congrue & accepte decantemus. Psalmus siue à
Psalmus. psallendo siue ψάλλειν psallo in græco, quod est tangere dicatur, effectū significat boni operis. Incipite ergo carnē castigando,cantate in cymbalis Deum labijs laudando, modulamini psalmū nouū bene operando.Exultate,& inuocate nomen eius. Exultate de beneficijs acceptis, inuocate pro accipiēdis. Dñs cō-
B terēs bella,Dñs nomen illi: Dominus conterens bella, quia de cœlo fortitudo est, quia ipse vicit mundum: Dñs nomē illi. subaudi soli:quia & si sint Domini multi,ipse tamē Dominus solus est, quia excellenter,quia immutabiliter. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt nos eriperet de manu inimico
Castra Dei. rum nrorū.Hæc est causa victoriæ,hæc est causa laudis diuinę: q: Deus posuit castra sua in medio populi sui.Sed quę sunt hęc castra,nisi exercitus angelo-
Gen.32. rum?de quibus Iacob,cum eos obuiam haberet, ait: castra Dei sunt hęc. Quæ castra Deus in medio po-
Heb.1. puli sui posuit,quia quemadmodū Paulus ait: Omnes administratorij spiritus in ministerium sunt
Michael. missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Vnde & beatus Michael, cuius hodie solennitatem celebramus contra draconem cum suis angelis pu-
Apoc. 12. gnasse,& vicisse in Apocalypsi perhibetur,vbi dicitur,Factum est prelium magnum in cęlo.Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat,& angeli eius: & non valuerunt, neq; inuētus est locus eorum amplius in cœlo. Cum enim omnes administratorij spiritus, id est angeli in ministerium missi credantur propter eos,qui hęreditatem capiunt salutis: Michael tamen ex nomine in prælio designatur, & aliorum princeps esse describitur,quemadmodum & in veteri testamento populi Israelitici, id est videntis Deum princeps memoratur. Et factum est prælium magnum in cœlo,qua si diceretur. Ne timeatis fideles tametsi sæuiunt aduersum vos dęmones inserendo tentationes, concitando persecutiones,quia sancta ecclesia contra om C nia eorum molimina magna habet auxilia, non solum sanctorum documenta doctorum & prædicatorum, sed & suffragia angelorum. Et factum est prælium magnum, quia robustū, & longum in cœlo, id est in sancta ecclesia, dum detinetur in mundo. Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, sed illi ecclesiam adiuuando,isti eam impugnando, illi salubria suggerendo, isti noxia consulendo: draco, & angeli eius bonorum exercitum impetendo, Michael, & angeli eorum impetum coercendo. Et nō valuerūt, draco videlicet, & angeli eius sanctorū spirituū remouere suffragia: neq; inuentus est locus eorū amplius in cęlo,idest in sancta ecclesia,vt ei vel auferre iustitiam,vel eā possent pertrahere ad culpā. Nam & si aliquis de fidelibus ecclesiæ, de his dicimus,qui secundum propositum vocati sunt sancti, permittente diuina prouidentia,& diabolica suggerente malitia, aliquando in culpā labitur,nequaquā tamen in hoc diabolus vincit,sed vincitur: quia pręd stinatis id vitam etiam malum in bonum cooperatur,nec hoc tam sæuientis aduersarij viribus agitur, quàm permittētis Dei prouida dispositione ad resurgentis lapsi cautelam ordinatur. Nullatenus ergo diabolus, vel angeli eius locum amplius habent in cęlo idest talium ecclesia: quia nequaquam illos expugnare valet, qui cęlestia bona vero corde sciūt, & ad illa consequenda prædestinati sunt, vt eos pro libito suo in peccatum trahāt,vel quamdiu velint in ipso detineāt.Magis aūt, cū & hoc diuina permissio ne fiat,locus eorū in terra reperitur idest in ijs, qui terrena diligūt, & cęlestia bona mereri contemnūt. Vnde bene sequitur. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas,qui seducit vniuersum orbem: & proiect⁹ est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Draco Dracon.
per ardorem inuidiæ, magnus per excellentiam superbiæ, serpens per astutiæ calliditatem, antiquus per peccandi veternam consuetudinem. Nunc ergo Exhortatio.
charissimi nobis,quia sanctus Michael, & angeli eius pro nobis nobiscum pugnant: quia plures sunt Dan.7.
nobiscum, quàm cum illis: non enim est numerus militum Dei: nam millia millium ministrabant ei, & decies centena millium ministrabant ei,& decies centena millia assistebant ei contra draconem hūc, qui per regem Assyriorum figuratur, viriliter agamus,& superbiam eius elidendo caput eius abscindamus,vt peracta victoria cum nostra Iudith super nam Hierusalem ingredi cum gaudio mereamur.

Quod

Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus. Amen.

¶ *In festo sancti Michaelis. Ex libro Iudith sum-*
pto themate Sermo. I I.

Qui est Sermo. L X X X V I.

D Enit Assur ex mõtibus, ex montibus ab
Iudith. 16 Aquilone in multitudine fortitudinis
suæ. Cuius multitudo obturauit torrẽ
tes, & equi eorum cooperuerũt valles.
Dixit se incensurũ fines meos, & iuue
nes meos occisurũ gladio, infantes meos dare in prę
dã, & virgines in captiuitatem. Dñs aũt omnipotens
nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, &
† cõfudit. † confudit eum. In his verbis superba fortitudo,
& cõtumax cõminatio diaboli describit̃, vt dũ san-
cta ecclesia illũ superat, eius virtus gloriosior osten-
† mera. dat. Verũ ex principio sermonis declarat̃, qđ ex † mi
ra superbia procedit, q̃ diabolus aduersus ecclesiam
sæuit. Nã dr̃. Venit Assur ex montibus idest super-
E biæ suæ tumoribus, qb' in principio Deo voluit pa
Montes. rificari, & nũc homini vult dñari. Nã cũ montes ali-
Psal. 120. quando in bona significatione soleãt poni: vt ibi. Le
Psal. 124. uaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mi
hi: & vbi de habitatore Hierusalẽ dr̃, q̃ sint mõtes in
circuitu eius: q̃ hic nõ nisi in malo debeãt accipi, ma
nifestat̃ p repetitionẽ, qua subiũgit̃, Ex mõtibus ab
Aquilone. Ab Aquilone q̃ppe dicẽte Domino pan-
Hiere. 1. derur oẽ malũ. Quod aũt malũ per Aquilonẽ, qui fri
Aquilo. gidus est, rectius accipimus q̃ malitiã? Hinc de Hie-
rusalẽ dictũ est, q̃ frigidã fecit suã malitiã, sicut ci-
sterna frigidã facit aquã suã. Assur ergo ex mõtibus
Hier. 6. ab Aquilone venit, dũ diabol' ex sup̃ba malitia, vel
malitiosa sup̃bia ad p̃sequendũ iustos ꝓrũpit. Qui in
multitudine fortitudinis suæ venit: q̃a ad p̃ficiendã
suã nequitiã vniuersitatẽ dæmonũ, ac malignorum
hoĩm colligit. Cuius (inq̃t) multitudo obturauit tor
rẽtes, & eq̃ eorũ coopuerunt valles. Multitudo diabo
li sunt dæmones, eq̃, q̃bus inuehunt̃, sunt p̃secuto-
res. Torrẽtes docẽtes sunt p̃dicatores, valles humiles
auditores. Istos torrẽtes dęmones, ne aquã fidelibus
fundãt, obturãt, dũ eos q̃buslibet impedimentis ab
officio prædicationis retardãt. Equi quoq; eorũ val-
les operiũt, dũ p̃secutores humiles opprimunt. Ma-
gnũ itaq; flagellũ est, dũ diabolicis tẽtationibus fluẽ
ta p̃dicationis auferũt̃, & p̃secutionibus impiorũ hu
miles auditores opprimũt. Sed qđ diabolus intẽtat
ad detrimẽtũ, hoc electis, vt exitus ꝓbat, redit ad ꝓ-
1. Cor. 10 fectũ: sicut scriptũ est. Deus nõ patiet̃ vos tẽtari vltra
id, qđ potestis, sed dabit cũ tentatione ꝓuẽtũ, vt pos-
sitis sustinere. Dixit se incẽsurũ fines meos, & iuue-
nes meos occisurũ gladio, infantes meos dare in p̃-
dã, & virgines in captiuitatẽ. Per fines ecclesiæ intel-
ligimus eos, q̃ sunt infirmiores, p iuuenes fortiores,
per infantes incipiẽtes, per virgines p̃fectos in cõtinẽ
F tia vel virginitate viuentes, & q̃ Dei sunt, quomodo
placeãt Deo altius cogitantes. Fines ergo .i. extremos
& infirmos velut facili cõgressione minat̃ diabolus
se incensurum igne p libidinẽ carnis. Iuuenes idest
fortiores, quos sine fortiori assultu nouit superari
non posse, occisurum gladio per malitiã cordis. Por-
rò infantes idest inchoãtes minatur dare in prędam,
ne amplius in bono crescant. Virgines idest p̃fectos
in captiuitatẽ, vt illaqueet vinculis peccati, & ampli'
ad culmen p̃fectionis nõ ascẽdãt. Diabolus grandia
minatur, sed largiẽte gratia Dei, suffragãtibus spiritu-
bus angelicis turpiter à suo desiderio fraudatur. Nã
sequitur. Dominus omnipotẽs nocuit eũ, & tradidit G
eũ in manus fœminæ: & cõfudit eũ. Dñs omnipotẽs
diabolũ nocet, quia præsentiæ suæ potentia, vel alio
quolibet modo eius prauã volũtatẽ coercet: vel cer-
te malũ, qđ ille mala voluntate Deo permittente pe-
ragere parat, Deus ad suã iustã volũtatẽ intorquet.
Quod angelorũ ministerio sæpius peragi multis sa-
cræ scripturæ locis declarãtibus certissimũ est. In cu
ius rei negocio beatus Michael, cuius hodie solennia
celebramus, cum suis angelis pro populo Dei velut Michael.
princeps populi Dei Deo disponẽte fortiter pugnat,
& hostẽ antiquũ de finibus ecclesiæ potenter fugat.
Sed quoniã quicquid Deus per se, siue per angelos,
siue alio quolibet modo in hoc spiritali bello debel- H
lãdo diabolũ agit, totũ ecclesiæ laudibus per suam
gratiã attribuit: rectè postq̃ dictũ ẽ, Deus nocuit eũ:
statim additũ est: Et tradidit eũ ĩ manus fœminę. Fę
minã se sancta ecclesia noiat, quia Deo spirituales fi
lios parit, vel certe quia in hoc bello, & in oĩbus q̃
agit, sine Deo se inualidã & inutilẽ cognoscit. Et cõ-
fudit eũ. Magna nimirũ cõfusio diabolo est, q̃ quoti
die nũc ab infirmis animabus superatur, qui parẽtes
primos ĩ innocẽtia positos se vicisse gloriabatur. Sic
victus est a beato Iob rebus omnibus spoliato, filijs Iob.
& filiabus orbato, vlcere pessimo percusso, ab vxo-
re nequiter suaso, ab amicis grauiter afflicto, in ster
core humiliter posito. Hæc igitur victoria, diabolo
magna est confusio, ecclesiæ magna gloriatio. Vnde I
& subditur. Nõ .n. cecidit potẽs eorum à iuuenibus,
nec filij Titã percusserũt eu, nec excelsi gigantes im-
posuerũt se illi, sed Iudith filia Merari in specie fa-
ciei suæ dissoluit eũ. Per iuuenes intelligimus fortes
& temerarios, per filios Titã .i. Solis, nobiles & præ
claros, per gigantes potẽtes & elatos. Tales hostẽ an-
tiquũ nõ premũt, sed potius per ipsum occũbũt. Sed
nec Dominus ad bellũ tales elegit. Nũquid .n. Alexã
drũ magnũ, aut Cæsarẽ Augustũ elegit, vt per eos su-
perbiã diaboli destrueret, ac gloriã mũdi sterneret?
Absit. Quales ergo? Infirmos, ignobiles, idiotas: qui 1. Cor. 1.
rectè per fœminã figurãtur. Vnde Paulus Corinthijs
ait. Videte vocationẽ vestrã fratres (id est Apostolos,
per quos vos, & alij ad fidẽ vocati estis) quia nõ mul
ti sapiẽtes secũdũ carnẽ, nõ multi potẽtes, non multi
nobiles: sed q̃ stulta sunt mũdi, elegit Deus, vt cõfun
dat sapiẽtes: & infirma mũdi elegit Deus, vt confun-
dat fortia: & ignobilia mũdi & cõtemptibilia elegit
Deus, & ea q̃ non sunt, vt ea q̃ sunt destrueret. Ecce
Iudith fęmina. Sed quomodo filia Merari idest ama
ritudinis? Audi. Vsque in hãc horã & esurimus, & 1. Cor. 4.
sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & in-
stabiles sumus, & laboramus operãtes manibus no-
stris. Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem
patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecra-
mus. Tanq̃ purgamẽta huius mũdi facti sumus om- K
niũ peripsema vsque adhuc. Et licet hæc de cæteris

etiam

etiam fidelibus possint intelligi: de Apostolis tamẽ specialiter & excellenter intelligenda uidetur. Quorum uidelicet Apostolorum, & apostolicorum uirorum maxime species.i. uirtutũ, & bonorũ operũ, ac miraculorũ gloria diabolũ ĩ electis dissoluit, & occidit. Itaq; charissimi imitemur Iudith, castitatẽ amando, carne ieiunijs domando, Deũ deuote orãdo, misericordiam eius prestolando, nostras animas illi humiliãdo, vt eius imitatores esse mereamur hostẽ perimẽdo, victoriã obtinẽdo. Et habẽtes sanctũ Michaelẽ cũ suis angelis in adiutorium, multa fiducia vtamur. Nam (vt in hac eius solennitate canimus) mare cõcutitur, terra cõtremiscit, vbi archangelus Michael de cęlo descendit. Mare sunt dæmones, terra reprobi homines. Mare sunt dæmones, qa amara. i. quia tumidi, quia inquieti. Terra sunt homines reprobi, nõ tã quia de terra sumpti, & in terrã reuersuri, q̃ q̧ contemptis cælestibus solis terrenis sunt intenti. Verũ Michaele de cęlo descẽdẽte, mare concutitur, & terra cõtremiscit: quia & dæmones à tentatione, & praui hões à persecutione territi refrænantur, & fideles liberantur. Agamus ergo fiducialiter in pugna, vt adepta victoria diteniur corona. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus.

Michael.

Mare.

¶ *In festo sancti Michaelis. Ex eodem libro.*

Iudith. Ser. III. qui est Ser. LXXXVII.

Iudith. 16 Xuit vestimenta uiduitatis suæ: & induit se vestimẽto lætitiæ in exultatione filiorũ Israel. Vnxit faciẽ suã vnguẽto. Colligauit cincinnos mitra ad decipiẽdum illum. Sandalia eius rapuerũt oculos eius, pulchritudo eius captiuã fecit animam eius, amputauit pugione ceruicẽ eius. Horruerunt Persæ cõstantiam eius, & Medi audaciam eius. Tunc ululauerũt castra Assyriorũ, quãdo apparuerũt humiles mei, arescẽtes in siti. filij puellarũ cõpũxerũt eos, & sicut pueros fugiẽtes occiderũt eos. Perierũt in p̃lio à facie Domini mei. hymnũ cantemus Domino, hymnũ nouũ canemus Deo nostro. In fine sermonis p̃cedẽtis dictũ est, q̧ Iudith hostẽ suũ dissoluit, & occidit ĩ specie faciei suæ: nũc ĩ his uerbis p̃ partes ornamẽta speciositatis suæ describit, p q̃ cor illius subuertit. Exuit uestimẽta uiduitatis suæ, & induit se uestimẽto lætitiæ. Vidua fuit sancta ecclesia, ex quo parens primus peccauit vsq; dũ Christus in mũdũ uenit. Quo tpe toto fuit ĩ duta uestibus uiduitatis.i. luctu & spiritũ mœroris. Veniẽte aũt Christo in carne induta est uestimẽtis lætitiæ.i. oleo gaudij, & pallio laudis. Vnde ipse Christus p Esaiã pnuntiãs ait. Spiritus Domini sup me, eo q̧ Dominus unxerit me: ad annũciãdum mãsuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, & p̃dicarẽ captiuis indulgẽtiã, & clausis apertionem: ut p̃dicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro: ut cõsolarer oẽs lugentes & ponerem lugentibus Sion fortitudinem, & darẽ eis coronã p̃ cinere, oleum gaudij p̃ luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Induit ergo se sancta ecclesia uestimentis suis, ut hic dr̃ uestimento lætitiæ, ut de ueste nuptiali.i. charitate intelligat, q̃n tpe

Esa. 61.

gratiæ nouis actibus renouat̃. Et hoc in exultatione filiorũ Israel.i. omnium Deum uidentium nõ solũ oculo credulitatis, sed & oculo dilectionis. Vngit faciem suã unguento in susceptione sacri chrismatis: colligat cincinnos suos mitra.i. cogitationes suas districtione diuini timoris ad decipiendũ illũ. In hoc enim diabolus mire fallitur, q̧ dũ fideles cernit diuina iudicia formidare, tũc se magis existimat illos p pusillanimitatẽ à bono ope retardare, vel certe in desperationem p̃cipitare. Sandalia eiꝰ rapuerũt oculos eius. Sãdalia indumẽta sunt pedũ, q̧bus sanctã ecclesia calciatur ĩ p̃paratione euãgelij pacis. Sãdalia vero eius oculos hostis antiq rapiũt: quia sacræ p̃dicationis verba præsertim eius animum ad corrumpendam sanctam ecclesiam accendunt. Quanto nimirum amplius videt numerum credẽtiũ crescere, tanto plus inardescit, & laborat eum corrumpendo (si potest) minuere, & minuendo corrumpere. Pulchritudo eius captiuã fecit animam eius. Per pulchritudinem.i. p vniuersalem sanctæ ecclesię cõpositionẽ, aĩa diaboli captiuatur: quia cõspectis eius virtutibus, & bonis operibus ita praua uoluntas eius in suo proposito stringitur & ligatur, vt à prauitatibus suggerẽdis cessare nequeat, donec ab ipsa victus occumbat. Vnde & sequitur. Amputauit pugione eius ceruicẽ eius. Diabolus (vt etiã supra dictũ est) p̃prio gladio pimitur, dum suæ malitiæ, qua aduersus ecclesiam corrumpendam sæuit, cõscientia cõdemnatur. Sicut in Esther legitur. Aman Mardochęo lignum, in quo eum suspenderet, parauit, sed Mardochęus liberatus est, & ipse Aman in eodẽ ligno suspensus interijt. Horruerũt Persæ cõstãtiã eius, & Medi audaciã eius. Persę interpretantur tẽtãtes, Medi mẽtiẽtes. Tentãtes sunt spiritꝰ maligni, mẽtiẽtes falsi Christiani. Persæ itaq; & Medi sanctæ ecclesiæ cõstãtiã horrẽt: quia dæmones, & reprobi homines mirũ in stuporẽ vertuntur, dũ sanctæ ecclesiæ virtutẽ, & victoriã vidẽt. Tũc vlulauerũt castra Assyriorũ, qñ apparuerũt humiles mei, arescẽtes in siti. Assyrij dirigẽtes interpretãtur, & significãt hæreticos, q̧ se, & sui sequaces se rectissime in suo prauo dogmate dirigere arbitrãtur. Qui & castra habent, ĩ q̧bus habitãt, q̧a prauis disputationibus aduersus ecclesiã dimicãt. Quæ castra in victoria sanctæ ecclesiæ vlulãt, dũ hæretici suã sentẽtiã dolẽtes falsatã clamãt. Humiles sanctæ ecclesię graue sitim patiũtur, dũ eã dæmones, & praui homines, & p̃sertim hæretici p̃sequũtur. Qui ẽt interim quasi absconditi sũt, q̧a hæreticorũ prauitate corrũpi timentes extra sinũ ecclesiæ se mõstrare nõ p̃sumũt. Et fluenta doctrinæ securi nõ hauriũt, dũ illorũ absynthiũ ipsis gustare pertimescũt. Qui pacta victoria se patenter ostẽdũt, dũ sacrã scripturã absq; suspicione prauitatis ĩqrũt, & inueniũt. Qui dũ apparẽt, hæretici grauiter dolẽt, q̧a se victos, illos victores videãt. Filij puellarũ, id est ecclesiarũ eũ cõpũgunt: q̧a sagittis p̃dicationis prauas eorũ assertiones p̃fodiũt. Et quasi pueros fugiẽtes occidũt: q̧a velut debiles, timidos, & inertes pimũt fugiẽtes. Ante cõspectũ.n. bonitatis stãdi locũ nõ hẽt malitia. Resistite nãq; diabolo, & fugiet à vobis. Perierũt ĩ prælio à facie Dñi mei. Hymnũ cãtemus Deo nostro. Hoc iã tertio victoriã Dño attribuit: & p hoc cultricẽ se sanctę Trinitatis ostendit.

Sandalia.

Esther.

Persæ, & Medi.

Assyrij.

Iaco. 4.

N

Primo

Primo quippe loco victoriam hãc ascribit Dño, vbi dicit:ꝙ posuit castra sua in medio populi sui. Secundo, vbi ait: Dñs omnipotens nocuit eũ. Tertio hic, N vbi dicit: Perierunt in prælio à facie Dñi mei. Quia
Michael. igitur charissimi nobis, in hoc spirituali bello castra Dei.i.angelica suffragia in medio populi eius sunt,
Roma. 8. & beatus Michael cũ angelis suis pro nobis pugnat, fiducialiter agamus,& nõ timeamus.Nõ eñ accepimus spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepim^9 spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba, pater.Nõ accessim^9 ad tractabilẽ & accessibilẽ ignẽ, & turbinẽ, & caliginẽ,& procellã, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt excusauerũt se, ne eis fieret sermo:sed accessim^9 ad Siõ mõtẽ, & ciuitatẽ Dei viuẽtis, Hierusalẽ cęlestẽ, & multorũ milliũ angelorũ frequẽtiã, & ecclesiã primitiuorũ, q cõscripti sunt in cęlis:& iudicẽ oĩum Deũ,& spiri
Heb. 12. tuũ iustorũ pfectorũ,& testamẽti noui mediatorẽ Iesum,& sanguinis aspsionẽ meli^9 loquẽtẽ q̃ Abel.Fortiter ergo stemus i pugna pſumẽtes de victoria. Qua
Apoc. 21. adepta hymnũ cũ Iudith nostra cantemus, Dño hymnũ nouũ cãtem^9 Deo nostro.Hymnũ nouũ,q̃a pacta victoria trãsierũt vetera, & ecce noua facta sunt oĩa.Cãtemus,q̃a à malo liberati.Cãtemus,q̃a beneficio ditati.Cantemus,quia percepimus gratiã. Cantemus, quia speramus gloriam. Quam nobis præstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen.

¶ *De mandato dilectionis. Ser. LXXXVIII.*

O Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo
Deut. 6. &c. Postq̃ homo creatorẽ p culpã primordialẽ deseruit, & i huius mũdi miseriã deuenit, multis subijcit̃ curis, occupat̃ actionibus, & fatigat̃ laboribus:
Eccl. 1. & ex his oĩbus,in q̃bus homo sub sole distẽdit̃, vnũ
Deo seruire optimũ est optimũ, & qd pmanet.i.Deo seruire:quia cætera sunt trãsitoria,cætera sunt vana. Quisquis ergo Deo non seruit, vanus est,& pro nihilo debet æstimari vita eius, & meli^9 esset illi nõ esse q̃ malũ esse,& nõ viuere q̃ male viuere.Et si talis homo i pñti vita posset habere fortitudinẽ Sãsonis, pulchritudinẽ Absalonis,sapiẽtiã Salomonis, velocitatẽ Asahelis, diuitias Cresi,probitatẽ Alexãdri,potestatẽ Octauiani, qui totũ mũdũ in potestate habuit,& lõgęuitatẽ Enoch, q in principio seculi nat^9 vsq; in finẽ nõ morietur:si (i quã) tãta & talia possidere posset in pñti, nihil ipsi cũcta pdessent:si qdẽ Deu minime seruiret. His etenim oĩbus demũ exactis,cũ moreretur,caro misera vermibus, & spiritus daret̃ dæmonibus,& tormentis gehẽnalibus,donec in die resurrectiõis oĩs caro in suã redigatur originẽ,& tũc resũpta carne, per q̃,& in qua peccauit, æternã iterũ subiret damnationẽ.Optimũ est itaq; seruire Deo: q̃a q̃uis homo in omni vita sua tẽporalibus, & corporalibus distituat̃ auxilijs,si seruiat Deo, de miseria præsentis vitæ ad beatitudinẽ transit æternæ. Cũ igitur inter oĩa bona sęculi pñtis,q̃ genus humanũ sequtur,aut cõsequitur, optimũ sit solũ, & pmanens bonũ Deo seruire: quærẽdũ est oĩbus modis quid sit Deo seruire,& cũ quæsitũ & inuẽtũ fuerit, indeficiẽter in eo pseuerandũ.Solus eñ,q in eo pseuerauerit, beatus erit. Fratres breui sermone,dulci atq; iocũdo cõprehẽditur, & declarat̃ quid sit seruire Deo. Deo nãq; seruire, Deum diligere est.Qui nõ diligit, non seruit: & qui P
diligit, seruit: & qui parum diligit parũ seruit: & Deo seruire qd sit.
qui multum diligit, multum seruit: & qui perfecte diligit,perfecte seruit. Qui res possidet temporales, terras, vineas, greges, armenta, vestes preciosas,domos,argentum,aurũ,aut vxorẽ, quã multũ diligit, si se viderit vnũ ex his omnibus,aut hęc omnia simul cõtra Dei dilectionẽ habere, debet oĩa derelinquere,& oĩa diuinæ dilectioni postponere, & eã cũctis pponere: sed & vitã suã debet homo pro Dei dilectione dare,si contigerit,ꝙ eã nõ possit cũ ipsa pariter cõseruare.Sic fecit Petrus, sic Paulus,sic fecerunt cæteri Apostoli,& martyres Christi: quia non solũ sua,sed & semetipsos pro amore Dei tradiderũt: Q
& ipsi hoĩes fuerũt, & nobis exẽplũ taliter faciẽdi reliquerũt.Debemus itaq; Deũ diligere, q̃a ipse prior Dilectionis causa.
dilexit nos, dona sua multimoda alia nobis dando, Dona Dei Primum
alia promittẽdo:& in his oĩbus(ut ita dixerim)meruit à nobis,vt diligat̃.Minimũ donũ, qd Deus dedit homini,vt diligat̃ ab hoĩe,totus est mũdus iste.Cum sit nãq; hoĩs licet Dus mũdũ,cęlũ,terrã, mare,solẽ, lunã,stellas,uolucres,pisces,bestias terræ,herbas,arbores,& q̃cũq; uisibiliter subsistunt. Cũ igit̃ iter dona Dei minimũ donũ sit mũdus iste,quãtũ putas est Secũdum.
maximũ? Secũdũ donũ Dei est,qd dedit hoi,ꝙ eũ fecit ad imaginẽ & siĩlitudinẽ suã. Magnũ & admirabile prorsus donũ facturã factori fieri similẽ & cõformẽ.Tertiũ donũ est gr̃a,quã nobis cõtulit in redemptione:q̃a ppriо filio nõ pepercit, sed p nobis oĩb^9 tradidit illũ. Quartũ donũ nobis seruat, & pmittit, donũ.s.futuræ,gloriæ, qd oculus nõ uidit,nec auris audiuit,nec in cor hoĩs ascẽdit, q̃ pparauit Deus diligẽtibus se.Primũ ergo donũ possumus dicere bonũ creaturæ,sm doũ bonũ naturæ, tertiũ donũ bonũ gr̃ę,quartũ donũ bonũ glorię. Pro his oĩb. debem^9 diligere Deũ.Sed quãtũ debem^9 eũ diligere? Ex toto corde,ex tota aĩa,ex totis virib^9, ex tota mẽte. Ex toto corde.i.sapiẽter,ex tota aĩa.i.dulciter,ex totis uiribus.i.fortiter, ex tota mẽte.i. memoriter,& quibuscũq; modis alijs dici põt, quia nõ põt nimis dici,qd nõ põt nimis amari. Et pximũ tuũ sicut teipsũ. Debem^9 diligere pximũ sicut nosmetipsos bñficio uer- R
bo,võto.In bñficio est opus bonũ,i uerbo sanũ cõsiliũ,in uoto desiderũ. In his oĩb^9 diligamus pximũ i via,quẽ cõsortẽ habituri sumus in patria. Qd nobis pręstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus Benedictus in secula. Amen.

Gene. 1. Tertium. Rom. 8. Quartum 1.Cor. 2. Quatuor dona Dei notabilia hominib^9 data.

In prima dominica quadragesimæ. Ser. LXXXIX.

Timẽs Elias minas Iezabel,relicto puero suo S
perrexit in desertũ viã vnius diei, & sedens sub iunipero. Sãcti viri subleuãte spũ 3 Reg. 19
tu ad sũma raptũtur. Quãdiu vero in hac vita sunt,ne superbiãt,tẽtationibus reprimunt̃.Hinc est,quod Elias,cũ tot virtutibus profecisset, Iezabel postmodũ quãuis reginã tñ muliercũlã fugit,& qui mortuos suscitabat,vẽtura pũidebat,alia quoq; pręclara faciebat, timore percussus de manu mulieris mortẽ fugit,de manu Dei mortẽ petijt, nec accepit.

In virtutibus Eliæ potẽtia Dei pollebat, in infirmitatibus suis qd de se poterat agnoscebat. Ibi ostẽdebat qd acceperat, hic qd acceperat custodiebat. In miraculis mõstrabat, in infirmitatibus seruabat. T Elias ꝓpheta Doñi, vita, & miraculis clarus, quẽlibet designat fidelẽ. Achab rex impius, Doñi, & præceptorũ eius aduersarius, diabolũ significat, q rex est super oẽs filios superbiæ, & eis principat in opibus culpæ. Iezabel mulier impudica, & Eliæ semp inimica, im mũditiã exprimit carnis, q semp iustũ persequit, & ei actibus inimicat. Cuius minis .i. tentationibus Elias idest fidelis nõnũq pterritus, qui virtutibus, & multis bonis opibus prius clarueri, ꝓphetas Baal deleuerit .i. omnẽ infidelitatẽ, & hæreticã prauitatẽ de corde suo ꝓpulerit, & pluuiã .i. gratiã cœlitus sibi dari meruerit, timẽs tñ, ne occasio veniat, & eum Iezabel idest luxuria occidat: obediẽs apostolico cõsilio, qd dicit: Fugite fornicationẽ. Fornicationẽ fugit, q seculare habitũ, & cõuersationẽ derelinquit: & in desertũ vadit, q habitũ, & vitã religionis assumit. Desertũ est vita spũalis, atq; religio: qa à multis deserit, & à paucis incolit. V Dimisit aũt Elias puerũ suũ, & solus desertũ itroiuit: qa iustũ est, vt fidelis qlibet spiritualẽ cõuersationẽ ingrediẽs, puerilia cũcta, & vana, & friuola deserat, nec in comedẽdo, bibẽdo, loquẽdo, vel alijs actibus suis qcq puerililiter faciat. Possumus vero p Iunipũ, sub qua Elias resedit, alicuius ordinis aspitatẽ, sicut est monachorũ, & canonicorũ regulariũ, vel alteri cuiuslibet ꝓfessionis significare. Videt nãq; qualibet ꝓfessio ordinis sicut iuniperus quosdã asperitatis aculeos, q videlicet sũt cultus claustri, tædiũ silẽtij, timor plati, disciplina capituli, abstinẽtia cibi, & si qua sũt similia, q suæ aduersitatis aspitate pũgere possint. Sũt & alij iuniperi huius aculei, acerrimæ .s. & importunæ tentationes, q more spinatum pũgũt teneritudinẽ animorũ. Quatuor sũt aũt tentationũ modi. Alia est tẽtatio leuis & occulta, alia leuis & manifesta, alia grauis & occulta, alia grauis & manifesta. Tẽtatio leuis & occulta est, qñ aliqs leuiter tẽtat, & tñ nõdũ intelligit, an malũ sibi sit illud, de quo tẽtat. Verbi gr̃a. Qñ aliqs de aliquo officio siue platione leuiter tẽtat, leuis est tẽtatio, qa leuiter tẽtat & occulta, qa nescit vtrũ sibi expediat id, qd desiderat. Tẽtatio leuis & manifesta est, qñ aliqn leuiter tẽtat, & manifeste de malo tẽtat. Verbi gr̃a. Qñ aliquis de fornicatione leuiter tẽtat, tẽtatio leuis est, qa leuiter tẽtat: & manifesta est, qa manifeste de malo est. Tẽtatio grauis & occulta est, qñ aliqs grauiter tẽtat, & tñ nõ nouit vtrũ noxiũ sit sibi illud, de quo tẽtat. Verbi gratia Qñ aliqs de platione vel aliquo ministerio grauiter tẽtat, grauis tẽtatio est, qa grauiter tẽtat: & occulta, dũ nescit q ibi lateat diaboli fraudulẽtia. Ad hoc nãq; diabol hoiẽ de exaltatione tẽtat, vt p exaltationẽ magis corruat ad damnationẽ. Tẽtatio grauis & manifesta est, qñ aliqs grauiter tẽtat, & manifeste de malo tẽtat. Verbi gr̃a. Quãdo aliqs de fornicatione grauiter tẽtat, tẽtatio grauis est, qa grauiter tẽtatur: & manifesta est, qa manifeste de malo est. Quos quatuor tẽtationũ modos Psalmista bene designat, vbi dicit. Nõ timebis à timore nocturno, a sagitta volãte in die, a negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Tentatio nanq; leuis & occulta timor nocturnus est: timor enim, quia leuis, nocturnus, quia occulta. Tẽtatio vero leuis & manifesta sagitta volans in die est: sagitta volans, quia leuis: in die, quia manifesta. Tentatio grauis & manifesta negocium perambulans in tenebris est: negocium, quia tentatio grauis: perambulans in tenebris, quia occulta. Tẽtatio autẽ grauis & manifesta incursus & dæmon meridianus est: incursus & dæmon, quia grauis: meridianus, quia manifesta. Isti itaque tentationum modi sunt istius iuniperi, scilicet ordinis aculei: quia more aculeorum teneritudinem pungunt, & nonnunq lacerant, animorũ. X Nõ q ordo malus sit, sed q diabolus tãto acrimus iustum per tentationes pungit, quanto eum ad sublimiora & secretiora per habitum, & vitam ordinis trãsire cernit. Rectẽ igitur secundũ supradicta ordo iunipero comparat, dũ varijs asperitatibus, & tẽtationibus pungere comprobatur. Ad hanc denique iuniperum Elias venit, quando iustus aliquis secularia fugiens, ordinis alicuius asperitatibus se submittit: animæ vero suæ vt moriatur petit, quando mori penitus mundo, & viuere Deo concupiscit. Qui tamen non mortem, quam petit, sed dormitionem, quam non petit, inuenit: quia plærunque religiosus diuersis in spirituali conuersatione fatigatus tentationibus & aduersitatibus, in prouectu virtutum & bonorum operum torpescit. Angelus autem custos, & excitator Eliæ, prælatus est custos, & exhortator fidelis animæ sibi subiectæ. Y Qui dũ Eliam idest animam sibi creditam conspicit sub iunipero dormire idest sub ordine torpescere, statim eum excitat, pascit & potat, dum eum ad meliora admonet, & de sacra scriptura difficiliora, quæ designantur per pastum, & faciliora, quæ figurantur per potum, docet. Elias quoque excitatus comedit & bibit, dũ admonitus subiectus uerbis loquentis patienter acquiescit, nec his, quæ dicuntur, contradicit. Rursum uero obdormit: quia nonnunquam subiectus multis tædijs affectus, post primam admonitionem & eruditionem iterum tepescit. Z Sed Elias per angelũ secundo excitatur, & pascitur, dum subiectus per prudentem & fidelem prælatum iterum admonetur, & instruitur. Surge (dicente) comede, grandis tibi restat uia. Quasi dicat. Si confidis in solo ordine, scias tibi nihil prodesse seculum corporaliter dereliquisse, coram aspectibus hnmanis solum modo habitu religionis palliatum existere. Stude per uirtutes vltra proficere, per opera misericordiæ proximis subuenire, lege, meditare, psalle, ora, operare. Grãdis tibi restat via, qa parum adhuc profecisti, & multum habes proficere. Comedit denique Elias, & bibit, & uadit in fortitudine cibi illius quadraginta dieb, & quadraginta noctib vsq; ad montẽ Dei Oreb, dũ subiectus per eruditionẽ iterum factã bene cõfortatus, in ꝓsperitatibus quasi in dieb, & in aduersitatibus quasi in noctib per virtutu exercitaoonẽ, & bonorũ operũ exhibitionẽ proficiens, & quaternarium, euangelij, & denariũ legis perficiẽs, ad culmẽ spiritualis sublimitatis uenit. Vbi rectẽ in ostio speluncæ dicitur stare, dum paratus est, quãdocunque eum Dominus vocauerit, de carne exire. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus &c.

¶ In

Margin notes: Elias. — Achab. — 1. Cor. 6. — Desertũ. — Iuniperus — Tentationum modi. — Psal. 90.

¶ In purificatione beatæ Mariæ. Ser. XC.

A
4. Reg 4.

Dixit Sunamitis ad virum suum de Eliseo. Animaduerto, quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequẽter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. Elisæus, qui interpretat͛ salus Dei, & nominis interpretatione, & miraculorũ operatione & virtutũ exercitatione, & bonorũ operũ exhibitione, & honestæ cõuersationis sãctitate, & post mortẽ mortui resuscitatione, Christũ significat. Sunamitis, quæ interpretat͛ captiua siue coccinea, animã exprimit, quã Christ⁹ de captiuitate diaboli sanguine suo redemit. Eliseus sæpe venit ad Sunamitidẽ fœminã, q̃a Christus sæpe, & multis modis venit ad animã. Venit p creaturarũ cõtẽplatione, venit p scripturarũ lectionẽ, venit p miraculorũ operationẽ, venit p præceptorum suorum prædicationẽ, venit p internã aspirationẽ, venit per aduersitatẽ, venit per prosperitatem, venit mala comminando, venit bona promittendo, venit mala auferẽdo, venit bona cõferẽdo, venit p cognitionẽ veritatis, venit p amorẽ virtutis. Venit Christus ad animã spiritualiter eã visitãdo, hospitatur apud eã illã iustificando, transit aliquando illi gratiã subtrahẽdo. Aliquãdo. n. ex parte gratiã subtrahit, vt humiliet͛ mens, q̃ de se nimis sublimia sentit. Sed iterũ redit, dũ iterũ infundit. Vir mulieris huius idest animæ rationalis intellectus est, qui viribus & sensu, insitis p naturã, vel collatis p gratiã, animæ debet præesse, cõsulere, prouidere, eã regere, ducere, & ex ea ꝓgeniẽ virtutũ, & bonorũ operũ ꝓcreare. Cum hoc viro accepit anima cõsiliũ dicẽs. Animaduerto, q̃ vir iste Dei sanctus sit, qui frequenter trãsit p nos. Vere sanctus est, q̃a sanctus sanctorũ est, & nemo nisi p ipsũ sãctus est. Faciamus ei (inquit) cœnaculum paruũ, & ponamus in eo lectulũ, & mensã, & sellã, & cãdelabrũ, vt cũ uenerit ad nos, maneat ibi. Cœnaculũ, eo q̃ sursũ eleuat͛, spiritale significat cõuersationẽ. Quam bene fecerat cœnaculum istud huic Eliseo Paulus, qui de se, suisq; similibus ait: Nostra autem conuersatio in cęlis est. Q̃d dicit paruũ, humilitatẽ insinuat. Deus. n. sup̃bis resistit, humilib⁹ aũt dat gratiã. Et ideo fidelis aĩa, si aliq̃n facit magna in cõspectu cõditoris, æstimat parua. In lectulo vero solemus à laborib⁹ quiescere, & dormiẽdo visibilia ignorare. Recte ergo p lectulũ cõtẽplatio figurat͛. In ea q̃ cõsistit, ab incursu tẽtationũ, & afflictione laborẽ quiescit, & internis & æternis intẽtus q̃d foris agat͛, nõ attendit. Per mẽsã significat͛ scriptura. Sicut. n. mẽsa replet͛ cibis, sic sacra scriptura repleta est sententijs, & aliã nobis refectionẽ tribuit p historiã, aliã p allegoriã, aliã p tropologiã, aliã p vet⁹ testamẽtũ, aliã p nouũ. Sella designat eruditionẽ. Sedere nanq; solent doctores, qui alios erudiũt. Et bene mẽsam sella sequit͛: q̃a iustũ est vt q̃ scripturã audiẽdo vel legẽdo didicit, alijs p doctrinã tribuat bonũ, q̃d agnouit. Candelabrum instrumentum est luminis. Habet autem candelabrum inferius pedem, & super pedem hastam erectam, & super hastam sphærulam per circuitũ, & sup̃er sphærulã acumen, cui imponitur luminare. Pes vero candelabri habet tria brachia, æqualis longitudinis, æqualis magnitudinis, vnius formæ, vnius inter se distantiæ. Significat ergo fidem Trinitatis. Qualis enim pater, talis filius, talis Spiritus sanctus &c. Hasta candelabri, in eo q̃ recta est, rectitudinẽ exprimit equitatis. In eo vero quod erecta, est erectionem bonę intentionis. Sphęrula designat circunspectionem mentis. Quasi nãq; sphęrula cãdelabro imponit͛, dũ mẽs de se bene solicita p circũspectionẽ sibi circunfertur. Superius acumen sanæ rõnis significat subtilitatem. Luminare superpositũ exprimit Christũ. Cætera est humanitas, lumẽ diuinitas. Facit igit͛ mulier Sunamitis cõsulens virũ. i. aĩa fidelis docta per intellectũ Eliseo. i. Christo cœnaculũ p spiritualẽ cõuersationem, paruum per humilitatẽ: & ponit lectulum per cõtemplationem, & mensam per scripturarum lectionẽ, & sellam per minorum eruditionem. Ponit quoq; in eo candelabrum veri luminis instrumentum, cuius facit pedem per fidem sanctæ Trinitatis, Hastam per rectitudinem æquitatis, & erectionem bonæ intentionis, sperulam per circũspectionem mentis, acumen per subtilitatem rationis. Quæ debet luminati inesse, quia semper debet Christo inhærere. Anima, quæ sic Christo nouit hospitium præparare, Christũ hospitẽ meret͛ habere, & per ipsũ, ipsum Dei filiũ possidere. Q̃d nobis p̃stare dignet͛ Iesus Christus &c.

Sunamitis. | Vir. | Cœnaculum. | Phil. 3. | Iaco. 4. | Lectulus. | Mensa. | Sella. | Candelabrum. | B | Hasta. | Sphærula | Luminare. | Epilogus

¶ De spirituali Christi conuiuio. Ex libro Esther Ser. I. Qui est Sermo. XCI.

C
Esther. 1.

Anno tertio Imperij sui fecit rex Assuer⁹ grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinẽ, atq; iactantiã potẽtiæ suæ, multo tempore, cẽtũ videlicet & octoginta diebus. Cuius regni exordiũ Susa fuerunt. Susa sunt metropolis in Perside, quam vrbem dicunt à Susi fluuio nomen accepisse. Ibi est regia Cyri lapide candido, & vario, columnis aureis, & lacunarib⁹, gemmisque distincta, cęli continens simulacrum, stellis micãtibus insignitũ. Ibi Assuerus cõuiuiũ maximis diuitijs, & delicijs copiosũ celebrauit. Cuius cõuiuij pompã, & regiũ luxũ historia narrat: sed Christi spirituales diuitias, quas vnicuiq; dispensat allegorice significat. Q̃uarũ deliciarũ cõuiuiũ fecit anno tertio imperij sui. i. tẽpore præsentis seculi. Vnde & ipse Christus in ipso tertio tẽpore prędicauit dicens. Simile est regnũ cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Tertio nanq; tẽpore seculi incarnationis suæ sacramẽtũ Christus patefecit, & spirituales epulas sacræ prædicationis, corporis quoq; & sanguinis sui abundantissime ministrauit. Primũ tẽpus fuit ante legẽ, s͛m sub lege, tertiũ sub gratia. Assuerus aũt interpretat͛ ostiũ, & p hoc significat Christũ, q̃ ait. Ego sũ ostiũ ouiũ. Cũctis principib⁹, & pueris suis. Per principes intelligimus prælatos, p pueros subiectos. Principes. n. sunt, qui cæteris exemplo, & verbo præsunt. Pueri sunt, q̃ suis prælatis fideliter obediunt. Qui dũ sibi præsidẽtibus in omnibus parent, per obediẽtiam ab oĩ inquinamento carnis & spiritus purificati de impu-

Susa. | D | Matt. 22. | Assuerus. | Ioan. 10.

impuritate peccati uelut pueri nihil habent. Fortis-
simis Persarum, & Medorum inclytis. Per Persas,
E qui dignitate,& potentia Medis noscuntur fuisse su
periores, Iudæos: per Medos, qui Persis fuerunt in-
feriores, Gentiles intelligimus. Persæ Medis in de-
scriptione ṗponuntur: quia Iudæi Gentib. pp patrũ
prærogatiuã,& alia multa præferũtur. Vnde Dñs in
Matt. 15. euãgelio. Nõ sum missus nisi ad oues, quæ perierũt
Matt. 10. domus Israel. Et ad Apostolos. In uiã gentiũ ne abie
ritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis. Et
Apostolus ad Romanos. Quid ergo plus est Iudæo,
Rom. 3. aut q̃ vtilitas circuncisionis? Multũ per omnem mo-
dũ. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia
Rom. 15. Dei. Et in fine eiusdem epistolæ. Dico Christum Ie-
sum fuisse ministrũ circuncisionis propter ueritatẽ
Dei, ad cõfirmãdas ꝓmissiones patrũ: gẽtes autẽ su-
Fortissimi. per misericordia honorare Deũ. Fortissimi sũt, quia
a charitate Dei nec uerbis, nec uerberibus, nec uita,
nec morte separari possunt. Vnde Apostolus. Quis
Rom. 8. nos separabit, a charitate Dei? Tribulatio, an angu-
stia, an ꝑsecutio, an fames an nuditas, an periculum,
an gladius? sicut scriptum est, Quoniam propter te
mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues oc
cisionis. Sed in omnibus superamus propter eum,
qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors,
neque uita, neque angeli, neque principatus, neque
uirtutes, neque instantia, neque futura, neque forti-
tudo, neque altitudo, neque profundum, neque crea
tura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ
est in Christo Iesu Domino nr̃o. Inclyti uero sunt,
Inclyti. qui non solum in opere, uerum in cogitatione pec-
cati delectatione ignobilitari cõtemnunt. Abdicãtes
(secundum Apostolum) occulta dedecoris & com
2. Cor. 4. mendantes semetipsos ad omnem conscientiam
hominum coram Deo. Et præfectis prouinciarũ. i.
prælatis ecclesiarum. His igitur omnibus Assuerus
conuiuium celebrauit: & Christus omnibus, qui ꝑ
istos figurantur, delicias gratiæ suæ participauit. Co
ram se: quia & quantũ pertinet ad diuinitatem, qua
vbique præsens est, & quantũ ad humanitatem, qua
Corã se. mundo manifestatus est. Corã se, quia oculo ad ocu
lum viderũt, & manus eorum contrectauerunt. Vel
certe coram se, idest in beneplacito suo. Quæ enim
ei placẽt, quasi coram se habet: quæ vero displicent,
F velut de longe videt. Vnde scriptum est, quia humi-
lia respicit, & alta a longe prospicit, idest superba. Vt
ostenderet diuitias glorię regni sui, ac magnitudinẽ,
atque iactantiam potentiæ suæ. Hęc omnia in mun-
do Christus ostendit, quando discipulis suis, vt scri
pturas intelligerent, sensum aperuit, & primum in-
sufflando, postea de cœlo mittendo spiritum eis san-
Ephe. 3. ctum donauit. De hac ostẽsione Paulus Ephesijs scri
bens ait. In mysterio Christi, quod alijs generationi
bus non est agnitum filijs hominum, sicut nũc reue
latum est sanctis Apostolis eius, & ꝓphetis. Et ad Ti
1. Tim. 3. motheum. Manifeste magnum est pietatis sacramen
tum, quod manifestatum est in carne, iustificatum
in spiritu, apparuit angelis, prędicatum est gẽtibus,
G creditũ est in mũdo, assumptũ est ĩ glĩa. Christi vero
diuitijs ꝑ manifestationẽ sacramẽti cognitis, statim
seculi ṗsentis diuitiæ viluerunt: iusti, quibus gloria
cęlestis est reuelata & oblata, nõ solũ sua, verũ & se-
metipsos ꝓ hac cõsequẽda reliquerunt. Postquã aũt Heb. 6.
eius cognitione sunt illuminati, & gustauerunt do-
num cęleste, & participes facti sunt Spiritus sancti,
gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtu
tesq; seculi uẽturi, eius amore succẽsi. Petrus est su-
spẽsus, paulus decollatus. Stephanus lapidatus. Lau-
rẽtius assatus, & alij alijs supplicijs interẽpti, vt hu-
ius participes essẽt cõuiuij, sicut in mundo ꝑ gratiã,
sic in cœlo ꝑ gloriam. Spirituale nãq; cõuiuium in-
choatur in via, cõsũmatur in patria. Et modicũ qui-
dẽ est, qđ ex eo nunc prægustatur: magnum autẽ &
inęstimabile, qđ in posterum gustãdum reseruatur.
Vñ Psalmista. Quam magna multitudo dulcedinis Psal. 30.
tuæ Dñe, quã abscõdisti timẽtibus te. Multo tẽpore
cẽtũ videlicet & octoginta diebus. Nota ꝙ etiã deter
minatio tẽporis deseruit mysterio intelligentiæ spi- H
ritalis. Centenarius est perfectus numerus, & signifi Centenarius.
ficat humanę iustitiæ ꝑfectionẽ. Octogenarius, q ab
octonario denominat, exprimit futurã resurrectionẽ Octogenarius.
& beatitudinem. In his totũ bonũ hominis cõstat,
in iustitia, cuius perfectionem centenarius designat
& in resurrectione ac beatitudine, cuius gloriã octo
genarius figurat. Centenarius pręmittitur, octogena
rius subiungitur: quia per culmen sanctificationis
pertingitur ad octonarium resurrectionis, & beati-
tudinis. Quũque implerentur dies conuiuij inuita-
uit omnem populum, qui inuentus est Susis a ma-
ximo vsque ad minimum. Videntur impleri dies cõ
uiuij, quando Christus in cruce dixit. Consumma- I
tum est: vel certe qñ discipulis in vnum congregatis Ioan. 19.
Spiritus sanctus plenarie missus est. Tunc impleti
sunt dies spiritalis conuiuij, non quòd tunc esse de-
finerent, sed quòd tunc, & ex tunc plenarie celebra-
ri deberent. Susa ciuitas est gentium, per quam vo- Susa.
catio gentium designatur. Inuitauit (inquit) omnem
populum a maximo vsque ad minimum. Hoc est, ꝙ
Dominus in euangelio dicit. Venite ad me omnes,
qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. A Matt. 11.
minimo vsque ad maximum populum inuitauit:
quia Dominus pusillis cum maioribus benedixit. In
felix anima fratres, quæ huic conuiuio deest, & in- K
felix vel forte infelicior, quæ aliter quàm decet, id
est absque veste nuptiali adest. Idcirco nanque vide
tur infelicior, quia (ut Petrus ait). Melius illi erat nõ 2. Pet. 2.
cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem re
trorsum conuerti a sancto mandato. Felix autem il
la anima, quæ non solum Christianitatis nomine,
sed & ueritate conuiuio Christi nunc interest:
quia, vt cœlesti & æterno conuiuio admittatur,
sperare potest. Et nunc charissimi nobis quemad-
modum huic conuiuio nunc intersumus professio
ne, sic interesse studeamus & uirtute, quatenus in-
teresse mereamur in beatitudine. Quod nobis præ-
stare dignetur Iesus Christus &c.

De spirituali Christi conuiuio. Ex eodem Libro Esther. Ser. II. qui est. Ser. XCII.

ET septem diebus iussit conuiuium præparari L
in uestibulo horti, & nemoris, quod regio cul- Esther. 1.
tu, & manu consitum erat. Et pendebant ex
omni parte tentoria aerij coloris, & garbasini, &

hyacinthini sustentata funibus byssinis atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant & columM nis marmoreis fulciebātur. Magnus in his omnibus charissimi latet intelligētiæ spiritalis fructus, nō solū uerborum fulijs cōtectus, verū etiā varijs rerum visibiliū figuris velatus, velut nucleus suo cortice & testula firmiter clausus. Per septē dies (vt sępe diximus) vniuersum tēpus hoc exprimitur, quia septem dierum numero voluitur. Quo tempore toto Christus suis fidelibus conuiuium spiritalium deliciarū parari præcepit, ne vnquàm eis spiritalis cibus & potus desit. Quātū autē quisque spiritalis cibi interius capiat, bonæ conuersationis ostensio foris probat. Quantum nimirum vnusquisque intrinsecus gratia saginatur, tantum forinsecus in virtute, & actione roboratur. Diebus inquit. Mali nimirū noctibus sua cō-
Prou.2. uiuia faciunt, quippe quorum sunt in tenebris opera: lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. In vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat. Supercęlestis ille paradisus omnibus bonis præferendus hortus est, & nemus. Hortus est, quia sua dulcedine satagit. Nemus est, quia sue pulchritudine delectat. Hortus est, sanctorum affectuum suæ iucūditatis sapore mulcēdu: nemus est, intellectum suæ pulchritudinis admiratione tenēdo. Hortus est, quia pascit: nemus est, quia protegit: Pascit bonis, protegit a malis. Huius horti, & nemoris vestibulum quasi nestibulum v pro n posita, quòd videlicet ibi minime stetur, sed transeatur, & ad interiora intretur. Et unicuique fideli in præsenti ecclesia non est stadium, sed magis de virtute in virtutē transeundū, donec intret in gaudiū Domini sui, & videat Deum deorum in Sion. In hoc autem vestibulo spirituale conuiuium datur, & præ-
N paratur. Datur per gratiam, præparatur ad gloriam. Datur in via, pręparatur accipiendū in patria. Qd autem dicitur, quòd regio cultu, & manu consitū erat: siue ad pręsentem celebritatis huius statum, siue ad futurum referatur nihil interest. Quicquid enim in sancta nunc ecclesia agitur, quicquid in cœlesti patria postea recipitur, totum cultu regio, & manu perficitur: manu quantum ad actum, cultu quantū ad ornatum. Magis tamen quę vario ornatu, hic de spiritali conuiuio scribūtur ad vestibulū quàm ad hortum, & nemus, id est ad pręsentē ecclesiæ statū quā ad futurum pertinere vidētur. Et pendebāt ex omni parte tentoria. Ea, quę pendent, a terra quidem eleuata sunt, sed cęlū necdū tangunt. Tentoria itaque illa vitutes iustorum sunt, & bona opera, quæ a terra eleuantur per deuotionem, sed cęlum necdum attingunt per retributionem. Quę etiā ex omni parte pēdent, dū imperfectionis nihil habent. Sed quoniam apud Deum paruipenditur quicquid in mundo boni agitur, nisi granæ diuinæ bonitate coloretur, aptę subditur. Aerij coloris, & hyacinthini, & carbasini. Per hos tres colores, aerium, hyacinthinum, carbasinum tria maxima, quæ nunc manent, id est fidem, spē, charitatem intelligi posse credimus. Per aerium
Ioan.4. nempe colorem, pro eo q; scriptū est: Deus spiritus est: accipitur rectè fides supernæ diuinitatis. Per hyacinthinum, quia colori cœli similis est, exprimitur spes cœlestis retributionis. Per carbasinum, qui fulgorem imitatur auri, splēdor designatur charitatis. Quæ tres virtutes tota tētoria virtutum aliarum, & bonorum operum colorant, dum cūcta, quæ geruntur in his vel in illis decorant, commendant, cōsummāt. Quasi nāque color sunt omnium, dū species & pulchritudo sunt eorū. Sustētata funibus byssinis, & purpureis. Funis habet longitudinē, byssus candorē, purpura ruborem. Per istas itaque duas species fu- O
niū intelligimus duas species virtutū: quarū una maxima est foris, quæ est castitas corporalis: altera maxima intus, quæ est cōpassio cordis. Funis byssinus castitas carnis. Funis purpureus cōpassio cordis. Quæ duæ virtutes, dū ad similitudinē tensorū funiū in nobis cōtinuo & lōganimiter pseuerās, vtrunq; parietē tētoriorū nostrorū immobilem sustentāt. Castitas.n. foris sustentat virtutes manifestas, cōpassio sustētat intus virtutes occultas. Nec lapsum virtutis, vel boni operis timet quisquis eas in se bene tensas habet, dū totius eius iustitiæ fabrica in eis pendet. Qois.n. aliarum detrimentum virtutum timeat, si castitatem corporis perpetuam, & compassionem cordis verā perfecte possideat? Quarū virtutum, scilicet castitatis & cōpassionis perfectio designatur, dū de funibus, qui easdem virtutes exprimūt subinsertur: q eburneis circulis inserti erant. Funes byssini, & purpurei circulis erant inserti: quia castitas, quæ p byssum, & cōpassio, quæ p purpurā exprimitur, mūdissimę semp debent in esse pfectioni. Cui pfectioni, q̄diu machina nostrę iustitię firmiter inhæret, tādiu firma & incōcussa manet. De quibus funibus siue virtutibus P
adhuc subditur, & colūnis marmoreis fulciebātur. Columnæ marmoreæ.
Per colūnas marmoreas intelligimus sanctorū doctorū firmā rectitudinem, & rectā firmitatem. Colūnę nāque marmoreæ sunt doctores. Colūnæ, quia iustitia recti: marmoreę, quia fide firmi. Colūnis igitur marmureis funes byssini, & purpurei fulciūtur: quia ad hoc solertia doctorū mirabiliter laborat, vt in electis castitas in carne, & cōpassio in corde perpetuo consistat. Per colūnas igitur funes byssini & purpu- Q
rei, & per funes cętera sustentantur, quia p doctores in omnibus castitas & cōpassio, & p istas virtutes cæteræ roborantur. Itaque primo loco erigunt tētoria per virtutū, & bonorum operū exercitationem & exhibitionem. Secundu colorantur & decorantur per fidem, spem, & charitatem. Tertio sustentantur per funes byssinos, & purpureos, i. p castitatē, & cōpassionem. Quarto fulciūtur ipsi funes. i. virtutes colūnis marmoreis. i. p doctorū rectā & firmā eruditionem. Et nūc charissimi diligenter attendamus, vt ita nūc in hoc vestibulo tālis tentorijs redimito simus per gratiā, quatenus hortum, & nemus ingredi postmodū mereamur per gloriam. Quod nobis pręstare &c.

De spirituali Christi conuiuio. Ex eodē libro Esther. Ser. III. qui est. XCIII.

Lectuli quoque aurei & argente super pa- R Esther.
uimētum smaragdino, & pario stratū lapide dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebāt autem qui inuitati erāt aureis poculis, & alijs atque alijs uasis cibi inferebātur. Vinū quoq;, vt magnificentia

gnificentia regia dignum erat, abundans, & pręcipuū
ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad biben-
dum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis sin-
gulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; qd
S vellet. Superius dicta sunt de spirituali vestibuli spiri
tualis ornatu, nunc adijciantur prioribus potiora.
Quis enim ignoret contemplationem operibus, &
virtutibus omnibus potiorem? Et de hac infertur cū
Lectuli. dicitur. Lectuli quoque aurei & argentei super paui-
mentum erant dispositi. Per lectulos enim quies in-
ternæ contemplationis accipitur. In qua quiete tanto
mens humana solertius ad interna vigilat, quanto
Cant. 5. magis ad exteriora dormitat. Vnde sponsa. Ego dor-
mio, & cor meum vigilat. Lectuli (inquit) non lecti.
Modicum nanque est, quod nunc de contemplatio-
ne percipimus, ad id, quod percipiendum expecta-
mus. Sed & apte dictum est non singulariter lectulus
dispositus, sed pluraliter lectuli dispositi, quia varius
est contemplationis modus, & alijs plus, alijs minus
in dono contemplationis confertur. Quemadmodū
enim secundum mensuram donationis Christi gra-
tia differenter datur in actione, sic etiam secundum
capacitatem percipientium distribuitur in contem-
platione. Plures ergo sunt lectuli, & differenter posi-
ti & propter differentiam donorum, & propter di-
stantiam contemplatiuorum. Super pauimentū sma-
Pauimentum, Prælatorū officia, & dignitas. ragdino, & pario lapide stratum. Pauimentum infe-
rius, & ęqualiter stratum omnium vtensiliū, verbi
gratia, lectorum, sedilium, vasorum est sustentamen-
tum. Significat ergo prælatorum ęquanimitatem, hu
Matt. 20. militatem, & laborem: quia licet cęteris potestate sint
prælati, ministerio tamen sunt subiecti, sicut ipse Do
minus, qui omnibus prælatis est prælatus, non venit
Ibidem. ministrari sed ministrare, & dare animam suam pro
multis. Hinc & discipulis ait. Qui maior est in vobis,
fiat sicut iunior: & qui prædecessor est, sicut mini-
strator. Hinc Paulus seruum illorum, quibus scribe-
bat, se esse dicebat per Iesum. Hinc beatus Augus. de
prælato dicit. Honore coram vobis prælatus sit vo-
bis, timore coram Deo substratus sit pedibus vestris.
Prælati itaque pauimentum sunt coram Deo se hu-
miliando, sibi commissos æquanimiter tolerando, &
ipsis laboriose ministrando: dum enim eis cum labo
T re ministrant quasi super se positos portant. Sed ma-
gna laus prælatorum promitur, dum pauimentū sma
ragdino, & pario lapide stratum dicitur, & per pictu
ram mira varietate decoratum perhibetur. Smarag-
dus viret, parius candet. Smaragdus fidem, parius ca
stitatem & mundam significat actionem. Pauimentū
itaque smaragdino & pario sternitur, dum prælatus
fide, castitate & actione mūdissima perornatur. Qui
& picturæ mira varietate decoratur, dum diuersorū
iustorum varias virtutes non solum ad vtilitatē pro-
priam, verum & ad exemplum aliorum imitatur.
Pictura sanctorum. Pingitur in hoc pauimento Abel per innocentiam,
Noe per iustitiam, Abraham per fidem, Isaac per lon
ganimitatem, Iacob per tolerantiam, Ioseph per cōti-
nentiam, Moyses per mansuetudinem, Iosue per for-
titudinem, Samuel per charitatem, Dauid per humi-
litatem, Elias per zelum iustitiæ, Daniel per virtutem
abstinentiæ, & quorumlibet sanctorum forma in ip-
so depingitur, dum eorum virtutes, inquantum pōt,
operatur. Et licet de vniuersali sancta ecclesia dictum V
sit. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, cir Psal. 44.
cundata varietate: in sancto tamen prælato excellen- Prælati officium.
ter, & velut specialiter debet hæc pulchritudo varie-
tatis apparere, vt omnium fulgore virtutum omnib.
omnia factus oēs lucrifaciat. Huic quoque sensui cō-
cinit illud Augustini de prælato. Circa omnes (inqt)
seipsum bonorum operum præbeat exemplum, cor-
ripiat inquietos, cōsoletur pusillanimes, suscipiat in-
firmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens ha-
beat, metuendus imponat. Et quamuis vtrumque sit
necessarium, tamen plus a vobis amari appetat, quā
timeri. Super pauimentum itaque lectuli erant: quia
prælati sua prouidentia, & labore contemplatiuos su
stentant. Vel certe super pauimentum lectuli erant,
dum contemplatiui in quiete positi suis prælatis, qui
solicitudine fatigantur, & turbantur nonnunquam
amplius proficiunt. Videamus fratres quomodo su- Exhortatio.
per hoc venerabile pauimentum consistimus, vtrum
in quiete positi cęlestia sublimiter contemplamur.
Sunt. n. quidam, qui suos prælatos multis molestijs
premunt, & in contemplatione, ad quā in loco quie
tis positi sunt, minime proficiūt. Quos Paulus in epi
stola ad Hebręos castigans ait. Obedite præpositis ve Heb. 13.
stris, & subiacete eis. Ipsi. n. peruigilant quasi rationē
pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc
faciant, & non gementes: hoc. n. non expedit vobis.
Et paulo superius prælatos alijs in exemplum ponēs
ait. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis Ibidem.
locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum
conuersationis, imitamini fidem. Et ad Thessalonicē
ses, de charitate & pace habenda cum prælatis: Roga 1. Thess. 5.
mus, inquit, fratres, vt noueritis eos, qui laborant in-
ter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos,
vt habeatis illos abūdantius in charitate, ppter opus
illorum, pacem habete cum illis. Vnde Augustinus
ad subiectos de prælatis. Obediendo non solū vestri,
sed ēt ipsius miseremini, q quanto in loco superiore
tanto in periculo maiore versatur. Bibebant autē qui X
inuitati erant aureis poculis, & alijs atq; alijs vasis ci- Pocula.
bi inferebantur. Aurea pocula sunt verba euangelica
cęteris oīb. pretiosiora, sapientia Dei, quæ Christus
est, uelut auro fulgētia. Quæ videlicet verba recte di-
cuntur pocula, quia facile intelliguntur. Cibi etenim
sunt ea scripturę verba, q̄ difficile & cū labore capiū-
tur, vt sunt plerisq; in locis uerba prophetarū. Qui
scilicet cibi alijs & alijs vasis inseruntur, dū gratia, q̄
in ipsis continetur, nunc apertione figurarum; nunc
administratione sacramentorum nobis confertur.
Quasi enim quędam sunt vasa sacræ scripturæ ęnig-
mata, & sacra sacramentorum velamina. Quæ dum
aperiuntur mentes fidelium reficiūtur. Vinum quo-
que (vt magnificentia regia dignum erat) abundans, Y
& præcipuum ponebatur. Quid per spiritale vinum Vinum.
rectius accipitur, quam Sancti spiritus consolatio,
qua mens fidelis sępius inebriatur? De hac inebria-
tione scriptum est. Calix meus inebrians quam præ- Psal. 22.
clarus est? Et item. Secundum multitudinem dolorū Psal. 93.
meorum in corde meo, consolationes tuę lętificaue-
runt animam meam. Vt (inquit) magnificentia regia
dignum erat. In largiendo nanque gratiam suam at-
tendit Deus bonitatem suam, non meritum huma-

num. Abundans, & præcipuum ponebatur. Abun-
Iacob. 1. dans, quia Deus abundanter dat, & non impropе-
rat. Præcipuum, quia nihil dulcedine Spiritus sancti
in vita suauius. Vnde quidam sapiens admirãdo di-
Sap. 12. xit. Quàm suauis est Dñe spiritus tuus in omnibus.
Præcipuum, qm̃ hoc est vinum, de quo Architricli-
nus dixit spõso. Tu aũt seruasti vinum bonum vsq;
Ioan. 2. adhuc. Huius conuiuij sententiæ concordare vr̃ il-
Cant. 5. lud in Canticis Comedite & bibite amici, & inebria
mini charissimi. Comedite cibum, bibite poculum,
inebriamini per vinum. Nec erat qui nolentes coge-
ret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens
mẽsis suis singulos de principibus, vt sumeret quis-
Z que quod vellet. Vt ex his verbis perpendi põt Deus
nõ vult habere coacta seruitia. Nec erat ait, qui nolẽ-
tes cogeret ad bibẽdum. Nemo nãq; cogitur spũale
donum accipere: filios vult Deus, non seruos: sm̃ vo
luntatem, non sm̃ necessitatem. Sicut rex statuerat,
præponens mensis suis singulos de principib. suis.
Mensæ sunt scripturæ, principes doctores, & p̃lati.
1. Cor. 12. Singulos p̃ponit: quia alij datur sermo sapientię, alij
sermo scientiæ, vt vnusquisq; dispenset cæteris, qđ
excellenter accepit, vt sumeret quisq; quid vellet. Se
Prædicatio qualis sit. cundum voluntatem, capacitatem, & vtilitatem sin-
gulorum temperanda est prædicatio, vt omnibus
vtilis fiat, nulli noceat, & inter omnia vitia quasi gla
dius anceps trãseat: sic superbiam recidens auferat,
vt non augeat timiditatem: sic ociosis & torpẽtibus
solicitudinẽ operis imponat, vt inquietis & curiosis
non augeat importunam actionem: & sic de cęteris.
Epulemur fratres nunc in vestibulo horti, & nemo-
ris per gratiã sic, quatenus in horto, & nemore post-
modum epulari mereamur per gloriã. Quod præst.

In die sancto Pascha. Sermo. XCIIII.

A HOdie charissimi paschalis solennitas est,
quæ propter sui excellentiam dici potest
solennitas solẽnitatum quemadmodum
dicitur Canticum canticorum, Deus deo
rum, rex regum, Dominus dominantium. Ipsa quip
pe non solum aliarum more solennitatum annua-
tim vt est hodie celebratur, verum & singulis die-
bus dominicis continue & singulariter commemo-
1. Cor. 15 ratur, & in die iudicij, quando corruptibile hoc in-
duet incorruptionem, & mortale hoc induet im-
mortalitatem, generaliter & perfecte consummabi-
tur. Quæ solennitas quanto est celebrior, tanto cibo
rum hodie debet apparatus esse copiosior, lautior &
delicatior. Et quoniam in hac hodierna solennitate
more Christiano omnes Christiani pusilli cum ma-
ioribus, laici cum clericis, ad mensam magnam, ad
mensam diuitis, potentis, sapientisque Salomonis
Prou. 23. consedemus, quæ nobis apponuntur diligenter at-
tendamus. Noster etenim Salomon diues est in om-
Ephe 2. nes, scilicet qui inuocant illum. Potens est, quia data
Matt. 28. est illi omnis potestas in cęlo, & in terra. Sapiens,
Col. 2. quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scien
tiæ absconditi. Cuius mensæ regales diuitiæ, atque
deliciæ in libro regum tertio typice, & aperte decla-
rantur, vbi dicitur. Erat autem cibus Salomonis per
3. Re. 4. dies singulos triginta cori similæ, & sexaginta cori
farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pa-
scuales, & centum arietes, excepta venatione ceruo-
rum, caprearum, atque bubalorum, & auium alti- B
lium. Hæc autem omnia in nostri mensa Salomonis
spiritaliter inueniuntur. In mensa nempe Christi in-
ueniuntur triginta cori similæ per sanctæ Trinitatis
fidem, sexaginta cori farinæ per bonam actionem.
Simila nanque, quæ sine furfure est, recte significat Simila.
fidem, propter fidei synceritatem. Farina, quæ sine Farina.
aliquo furfure non est, bonam actionem propter a-
ctionis turbationem. De hoc furfure scriptum est.
Martha, Martha solicita es, & turbaris erga pluri- Lucæ. 10.
ma. Decem boues pingues decem præcepta legis
sunt: boues, quia bonam præcipiunt conuentiam:
pingues, quia continent charitatem geminam. Nun
quid enim pinguedo charitatis non est, vbi dicitur.
Diliges Dominus Deum tuum ex toto corde tuo, Matt. 22.
&c. & proximum tuum sicut teipsum? Nunquid
continentiam non exprimit, vbi dicitur. Non con-
cupisces vxorem proximi tui, non cuncta quæ il- Deut. 5.
lius sunt. Et viginti boues pascuales: boues pascuales
cętera cuncta pręcepta legalia sunt, quæ in hoc vt bo
ues pascuales pinguibus maciletiora sunt quòd prę
dictas maximas virtutes, charitatem scilicet & conti
nentiam a malo, tam expresse, tanque authentice vt
decalogus non describunt. Præcepta quippe decalo
gi digito Dei, præcepta vero cætera digito hominis
scripta sunt. Boues aũt significant cõtinentiã eo q̃ ge
nitalibus careant, quẽadmodũ tauri luxuriã eo q̃ ip Boues. Tauri.
sa habeãt. Inferiora quoq; mãdata decalogũ sequen
tia, recte (vt iã mõstratũ est) boues pp charitatẽ & cõ
tinentiã, quã & ipsa docẽt, narrantur: & viginti dum
sm̃ decalogũ dupliciter hinc. s. amicis, illinc. s. inimi-
cis p obsequiũ pietatis dispẽsantur. Arietes denique, Arietes.
q a cæteris ouibus in hoc differũt, q̃ cornuti sunt, &
durissimo capite aduersariũ durissime quatiũt, emi-
nẽtissimos scripturæ sensus cõuenieter exprimũt, q
prolati hostẽ suũ diabolũ, hoĩem prauũ vicinũ gra-
uissime feriũt, & cõterũt. Qui bñ p cẽtenariũ descri-
bũtur, vt eorũ pfectio designet. In mẽsa igit Christi C
triginta cori similę, sexaginta cori farinę, decẽ boues Moraliter
pingues, viginti boues pascuales, centũ arietes appo
nũtur, dũ doctrina fidei, & boni operis decalogi, &
quorũlibet aliorũ p̃ceptorũ legaliũ, & excellẽtissimo
rũ sacræ scripturæ sensuũ mẽtes fideliũ p solertiã do
ctorũ plenissime reficiũtur. Excepta venatione ceruo
rũ, caprearũ, bubalorũ, & auiũ altiliũ. Venationẽ mẽ- Venatio.
sæ nr̃i Salomonis inferimus, dũ sensus aliquos velut
nouos & rarius auditos lectione, meditatione, discur
rẽdo ex diuersis libris quasi diuersis syluis venamur,
& nr̃is auditorib. nouo quodã & inusitato dicendi
mõ dispẽsamus. Qua sensuũ; verborũq; noua, salu-
briq; dulcedine illi, q delicatius i scripturis sunt enu
triti, auidissime se reficiũt, quẽadmodũ illi, q in regũ
curijs, regalibus quotidie ferculis vescũtur, recẽtem,
& opimã venationem delectabiliter comedunt. In
ceruis autem est timiditas, in capreis velocitas, in bu
balis fortitudo, in auibus volatus eleuatio. Ad men- Moraliter
sam itaque Christi ceruos deferimus, dum loqui-
mur de timore: capreas, dum loquimur de boni ope Moralitas pulchra.
ris velocitate: bubalos, dum loquimur de eiusdẽ ope
ris fortitudine, aues dũ loquimur de cõtẽplatione. Et
notan-

notandum quòd cum dixisset animum addidit alu-lum. Illa nanque contemplatio coram Deo laudabi lis est, quam non solum cognitio veritatis instruit, sed etiam amor virtutis impinguat. Possimus totam hanc sententiam in aliam sensum vertere, vt intelligamus per similam & farinam doctrinã, quæ est in præceptis duum testamentorum: per animalia domestica exempla sanctorum ex gẽtibus pro Christo peremptorum, vt sic habeamus duplicem escam, vnam in præceptis, alterã in exemplis. Per boues autẽ intelligere possumus illos, qui in veteri testamento bonis operibus exercendis fortiter insistebant: per arietes illos, qui suæ fortitudinis cornib. hostes fortiter quatientes de suis finibus propellebãt: per syluestria animalia accipere possumus illos, qui ex gentib. fide les sunt actiui, per aues illos, qui sunt contemplatiui. Nec solum sancti martyres exẽplis suis nobis in esca salutis sunt, verum & sancti confessores, & quilibet sancti suis exẽplis vitæ cibum nobis conferunt, qui licet ferro non occubuerint, ieiuniis tñ, vigiliis, & varijs laboribus carnem suã cum vitijs, & concupiscentijs crucifixerunt. Non tñ aũt escam habemus in præceptis, & in exemplis, sed & in sacramentis, ex quib. quàm maximum est sacramẽtum corporis & sanguinis Dñi: ad quod venerabiliter, & salubriter sumendum hodie conuenire debemus vniuersi. In cuius laudem beatus Gregorius in libro dialogorum ita loquitur dicens. Quis fideliũ habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri: in illo Iesu Christi mysterio angelorum choro adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnũq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri. Sed necesse est vt, cum hoc agimus, nosmetipsos in cordis contritione mactemus. Quia qui passionis dñicæ mysteria celebramus, debemus imitari, quod agimus. Quàm aũt sit salubre, quàm necessarium, q̃ beatum corpus & sanguinẽ Christi sancte sumere, ipse per se metipsum dignatus est aperire, dicens. Nisi manducaueritis carnem filij hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. Qui manducat carnem meã, & bibit meũ sanguinẽ, habet vitam æternam. Quàm sit vero noxium indigne sumentibus Paulus demonstrat, vbi dicit. Quicunq; mãducauerit panẽ, vel biberit calicem Dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis Dñi. Probet aũt seipsum hõ, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui.n. manducat, & bibit indigne, iudiciũ sibi mãducat, & bibit non dijudicans corpus Dñi. Non dijudicans.i. non discernens per venerationem à cæteris cibis. Debuisset.n. se, vo-bastle, & pœnitentiam purgasse, vel certe abstinuisse. Hinc Paschasius in libro de corpore Dñi dicit. Quisquis vel membrum meretricis fit, vel per aliqđ graue delictũ membrũ diaboli, hic vtq; elapsus de corpore Christi est, & idcirco non licet ei corpus Christi contingere. Quid ergo manducat & bibit peccator? Non vtique sibi vtiliter carnem & sanguinẽ, sed iudicium. Quare? Quia non se probat prius. Si quis ergo lapsus de corpore Christi factus membrum meretricis, vel diaboli præsumpserit hoc sacrosanctũ corpus cõtingere, non dubiũ, quin ob id iudiciũ excipiat, & cum Iuda culpæ societur obnoxius, tã quia corruit, quàm quia in cõscientia damnatus ausus est sine pœnitentia, & correptionis venia, sancta mysteria temerare. Alius ad cõionem accessiurus, dum altitudinẽ sacramenti non cogitat, ioco, ira, indignatione communionẽ non honorat, sed dedecorat. Alius cum reuerentia quidem se cõmicat, scilicet recedens diuturno cachinno, multiloquio, vaniloquio, turpi loquio, detractione, ac cæteris vitijs sacram communionem inhonestat. De talibus dictum videtur. Gaudia stultorum effundentur. Tales enim quicquid legendo, psallendo, orando, vel alio quolibet modo boni hauriunt à mane vsque ad vesperam, non solũ ocio, sed & illicitis delectationibus vacando negligẽter effundunt. Vnde hoc sacrosanctorum mysteriũ angelis etiam venerandum, nostris temporibus tam magnũ in contemptum venisse cernitur, tanquam non sit pater, qui honorem Iesu Christi quærat, & iudicet. Et ita veritas prostrata est, vt sicut in Daniele legitur, Abominationem in templo Dei fieri videamus. Valde itaque contemptoribus tanti sacramenti diuina vindicta timenda est. Vnde prædictus Paschasius in prædicto libro dicit, quòd ab angelis, qui ad hoc politi sunt, etiam nunc perimerentur quicunque vel semel indigne communicant, nisi bonitas Christi, cuius iudicio pendent omnia, gladium suspenderet, & temporalem mortem quibusdam, ut pœniteant, remoueret. Verum nos non solum auditu auris audiuimus, sed & oculis diuersis in codicibus legimus grauissimas & horrendas visiones talibus præsumptoribus sine dilatione diuinitus illatas. Dicit sanctus Gregorius Turonensis de quodã presbytero, cui in dominica solennitate propter suam personam concessum fuerat, vt missam celebraret: quòd statim vt ad horam communicandi venit, mox [illegible] epilepsia comprehensus corruit, spumans, sacramque particulam ab ore proijciens. Qui ipsa nocte, sicut plerique testati sunt, ebrius fuerat. Item de quodam infami diacono dicit, quòd dum capsam cũ corpore Domini deferret, de manibus eius elapsa est, & per aerem super altare renecsa. Sanctus vero Hieronymus in vitis patrum dicit de beato Eulogio, quod cũ videret ex monachis quosdam immundos accedere ad communionem, retinuit eos dicẽs. Tu hac nocte habuisti fornicationis desiderium. Tu vero dixisti in corde tuo, nih l interest siue iustus siue peccator ad sacramentum accedit. Et alius dubitationẽ habuit in corde suo, dicens. Quid me sanctificare potest cõmunio? Hos omnes remouebat à communione sacramenti, donec per pœnitentiam & lachrymas purificarentur. Talia quoque scribit de sancto Machario, de sancto Piamone, & monachis eorum. Hæc fratres exempla diximus, quia in sancta ecclesia sunt multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Propterea ista scripsimus, quia forsitan aliquis eorum hæc lecturus est, qui se his auditis de sua negligentia corriget. Absint aũt à vobis hæc pericula, absit & periculorum causa. Vos enim nõ estis in tenebris fratres, vt nos picula ista cõphẽdat. Omnes.n. filij lucis estis, & filij Dei. Nõ estis filij noctis, neq; tenebrarũ. Sed & nos spamus de uobis meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur. Vñ charissimi nobis, istud mysteriũ cũ humilitate & reuerẽtia frequẽtate, ad ei⁹ gloriã frequẽter accedite,

Margin notes: D; Alia interpretatio.; Eucharistia.; Eius excellentia.; Eius sumptionis dignis utilitas. Ioan. 6.; 1. Cor. 11; E; Paschasi⁹. de indecẽter communicantibus.; Eccl. 10.; Dani. 9.; F; Vindicta.; Exempla.; Gre. Tu.; Hieron.; 1. Cor. 11; Ioan 12.; Exhortatio.

eius participes semper fieri diligite. Hoc est enim mysterium, quod specialiter in viuentibus dolores internos mitigat, vulnera sanat, hostem expugnat, a malis liberat, in bonis adiuuat, confert gratiam, auget iustitiam, & in defunctis culpam diluit, pœnam remittit, cęlum aperit, vitā tribuit. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus. &c.

De mensa propositionis ex libro Exodi ad laudem sacræ scripturæ. Ser. XCV.

G Exo. 25. LOquens Dñs Moysi de facienda mensa propositionis ait. Facies mensam de lignis setim, habentem duos cubitos lõgitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem, & inaurabis eam auro purissimo. Faciesque illi labium per circuitum: & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis, & super illam alteram coronā aureolā. Quatuor quoq; circulos aureos pparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mēsæ per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes p eos, & possit mensa portari. Ipsos quoq; vectes facies de lignis setim, & circūdabis auro ad subuehendam mensam. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerēda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mēsam panes propositionis in conspectu meo semper.

Mēsa quę nam est. Quæ est hæc mensa, nisi sacra scriptura? Quæ quoties ad bene viuendum nos admonet, toties nobis vitæ panem præbet. Mensa de lignis setim facta legitur, & veritas scripturæ sacræ nulla vetustate corrūpitur. Ad similitudinem quoq; mensæ scriptura sacra duos cubitos longitudinis habet, dum nos vtramque partem fidei, & illam. s. quæ in creatorem, & illā quæ in redemptorem credimus, docet. Habet cubitum ac semissem altitudinis, dum nos erudit quæ sit altitudo spei, & initium contemplationis. Habet deniq; cubitum latitudinis, dū nos instruit quæ sit latitudo charitatis. Sic sacra scriptura ad modū mensæ habet lōgitudinem, altitudinem, latitudinem, dū nos perfecte docet fidem, & spē cum initio contēplationis, & charitatē. Spiritualis aūt hęc mensa per totum deaurata est, quia non solum miraculorū, verū & sapientiæ cęlestis claritate tota refulget. Quæ habet labium, sanctorum videlicet ora doctorū. Quod

H Doctores. labium per circuitum ducitur, dum a sanctis doctoribus nihil vspiā inemendatum relinquitur. Quasi nanq; labium per circuitum mensæ sancti doctores sunt, dum auctoritate scripturę vndiq; malos a malo redarguunt, & ad meliora bonos erudiunt. Duæ coronę, quæ sequūtur, quarum vna dicitur interrasilis, altera aureola, duo iustorum significāt bona, vnū in mundo, alterum in cęlo. Prima significat iustitiā, secunda remunerationem supernam. Prima meritū, secunda præmium. Prima bonam conscientiam, secunda sequentē gloriā. Et vtraq; bona recte coronæ comparantur, tum quia perfecta sunt, tum quia coronam conferunt. Prima fore pcipitur interrasilis, quia multiplex & varius nunc est effectus bonæ operationis. Quę est etiā quatuor digitorū, quia sanctorū iustitia operante Spiritus sancti gratia sustollitur exercitatione quatuor principalium virtutum. In digitis. n. dona Sancti spiritus, in quaternario virtutes quatuor, prudentia, fortitudo, iustitia, temperātia figurantur. Quæ deniq; corona labio mensę fuit iuncta, quia sm doctorum hortamenta sanctorum consummatur iustitia. Super illam fuit corona aureola, quia iustitiā sequitur, & excellit gloria superna. Quę & aureola dicitur, vt per aurum fulgor contemplationis significetur. Et diligenter attendendum, q nō aurea, sed aureola fuisse perhibetur, vt per diminutiuum modicum esse ad plenitudinem sequentis boni quicquid nunc de eodem bono per cōtemplationem percipitur, insinuetur. Aureola. Magnum tamen est & inæstimabile, qa (scriptura teste) quæ sub ipso erāt, Esa. 6. replebant templum. Et si quæ sub ipso sunt replent templū, quis æstimare queat qualia, quantave sunt, quæ in ipso sunt, & quę ipse sunt? Vnde de illa mercede superna, quæ hic corona superior, & aureola dicitur, scriptum est. Mensuram bonam, & cōfertam, Luc. 6. & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Huius mensæ, vel coronæ aureolæ principium a quibusdā in psenti iam per contemplationē cernitur, & percipitur, & in futuro perficietur, cum non per speculum, & in ænigmate ipse Deus, qui est iustorum merces & corona, sed facie ad faciem videbitur. Primo itaq; loco ponitur mensa, secundo labium, tertio corona interrasilis, quarto corona aureola. Secunda expositio. Mensa scriptura, labium doctorum hortamēta, corona interrasilis sanctorum iustitia, corona aureola retributio superna. Quatuor circuli sunt quatuor libri euangelici, qui bene vocātur circuli, quia perfecti, perfectam nanque tradunt doctrinam de fide & operatione, de merito & pręmio. Qui & in quatuor angulis mēsę per singulos pedes ponūtur, dū eorum auctoritate & perfectione quatuor sensus scripturę roborātur, & ipsa scriptura aptatur, ut per quatuor partes mundi in suis quatuor sensibus per pdicationem euangelicam deferatur. Mēsa quatuor pedes habet: quia verba cęlestis oraculi vel historice, vel allegorice, vel tropologice, vel anagogice accipiuntur. Historia est, cum quo res sm literam vel facta vel dicta sit plano sermone refertur, sicut populus ex Ægypto exiens saluatus dicitur per sanguinē Historia. agni, vel tabernaculum in deserto factum. Allegoria est, cū verbis vel rebus mysticis psentia Christi, & ecclesię sacramenta signantur. Allegoria Verbis ita. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quod est dicere, Nascetur virgo Maria de stirpe Dauid, & Christus de stirpe eius. Rebus, ut populus de Ægypto p sanguinē agni saluatus ecclesiā significat Christi passione a dñatione diaboli liberatā. Tropologia, i. moralis locutio ad correptionē, & institutionē morū aptis uel figuratis verbis respicit. Tropologia. Aptis ita. Filioli nō diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. 1. Ioan. 3. Figuratis ita. Omni tpe sint vestimēta tua cādida, & oleū de capite tuo nō deficiat. Eccl. 9. Anagoge, i. ad superiora ducēs locutio est, q de pmijs futuris, & de vita, q est in cęlis, mysticis vel apertis verbis disputat. Anagoge. Aptis sic. Beati mūdo corde, qm ipsi Deū videbunt. Matt. 5. Mysticis sic. Beati lauāt stolas suas: vt sit potestas illis in ligno vitæ, & per portas intrant in ciuitatem. i. cęlestem. Quatuor ergo pedibus mēsæ quatuor circu-

li apponuntur, ut inductis vectibus p eos mēsa portetur: quia quatuor sensibus scripturæ libri euangelici tunguntur, vt eorum auctoritate ipsa scriptura circumquaque per doctores prædicetur. Ipsi vero circuli sunt aurei: quia libri euangelici sapientia Dei, quæ Christus est, sunt præclari. Qui etiam circuli subter coronam siue primam siue secundam sunt: quia ordine præcedit doctrina euangelica, doctrinam sequitur iustitia, iustitiam gloriam. Vectes, quibus mensa portabatur, sunt prædicatores, per quos sacra scriptura prædicatur. Qui de lignis Setim sunt: quia iustum est, vt qui sanctitatem aliis prædicant, ipsi sine corruptione vitiorum viuant. Qui etiam sunt deaurati, quia diuina sapientia fulgidi. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos. Varia vasa, quæ fiunt ad offerenda libamina, variæ verbi distinctiones sunt pro capacitate auditorum, quia non omnibus omnia conueniunt: aliter sapientes, aliter insipientes: aliter diuites, aliter pauperes: aliter sani, aliter infirmi: aliter senes, aliter iuuenes: aliter viri, aliter fœminæ: aliter cælibes, aliter coniugati: aliter prælati, aliter subditi docendi sunt. Acetabula significant doctrinam mordacem, phialæ doctrinam vberem, thuribula orationem deuotam, cyathi scientiam angustam. Quæ vasa omnia ad mensam tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinent. Quæcunque enim diuersa pro diuersitate audientium dicuntur, in regula sacræ scripturæ inueniuntur, & ad offerenda Domino vota bonorum operum excitant corda audientium. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Panes propositionis sunt verba sapientiæ cælestis. Quæ bene panes propositionis vocantur: quia semper debet patere cunctis fidelibus sermo salutis, nec vnquam deesse oportet in ecclesia verbum solatij, quod Dominus per prædicatores veritatis in mundo proponens in conspectu suo apparere, & vsque in finem his, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, incessanter abundare voluit. Mensa igitur scriptura est, labium doctorum ora, corona interrasilis sanctorum iustitia, corona aureola superior remuneratio superna, pedes mensæ sensus scripturæ, quatuor circuli libri euangelici, vectes prædicatores, diuersitates vasorum distinctiones verborum, panes propositionis verba sapientiæ cælestis. Hæc mensa fratres omnibus est diuitijs cumulata, cunctis referta delicijs. Si vultis panes & pisces, accipite in ea panes quinque, & pisces duos, vel certe panes septem, & pisciculos paucos. Ex illis saturati sunt quinque millia hominum, & de fragmentis eorum impleti duodecim cophini: ex istis saturati sunt quatuor hominum millia, & de reliquijs eorum impletæ septem sportæ. Accipite itaque panes hos & illos, & pisces hic pau cos, & scitote quòd abundabit cibus & supererit. Si vultis carnes, accipite vitulum saginatum, tauros, & altilia, quæ vobis sunt occisa. Si vultis saporem accipite granum sinapis, quod quidem minimum est, sed iactum in terram crescit, & maius omnibus oleribus fit. Si vultis butyrum Emel, cum manuele vtrū que comedite, vt sciatis cum ipso malum reprobare, bonum eligere. Si vultis fructus diuersi generis, accipite omnia poma noua & vetera, quæ sponsu sponsa seruauit, & de horto nucum comedite nuces. Si vultis potum, accipite vinum electum, de quo scriptum est: Tu autem seruasti vinum bonum vsq; adhuc. Si vultis potum ampliorem, emite absque vlla commutatione vinum & lac, & cum sponsa bibite vinum vestrum cum lacte vestro. Si vultis pigmenta nectarea, accipite consolationes Dei, quæ secundum multitudinem dolorum vestrorum in corde vestro lætificabunt animas vestras. Si vultis aromata, accipite cyperum cum nardo, cum croco, fistulam & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrham & aloen cum vniuersis primis vnguentis: & quia periculosum est & turpe, si iuxta talem, tantamque mensam fame moribundi marceamus, & marcidi moriamur: Comedamus, & bibamus, & inebriemur ex his, quæ nunc apponuntur, in hac mensa nobis per gratiam, vt hæc postmodum perfectius possideamus per gloriam. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus. Amen.

Prædicatores. — Vasa sacrificiorū. — Panes propositionis — Epilogus. — Exhortatio. Matt. 14. — Matt. 15. — Pulcherrimus discursus p Concionatore. — Luc. 15. Matt. 13. — Esa. 7. — Cant. 7. — Ioan. 2. — Esa. 55. — Cant 5. — Psal. 93.

❡ De quolibet sancto. Sermo. XCVI.

Myrrha, & gutta, & casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Astitit regina a dextris in vestitu deaurato, circundata varietate. In his verbis & singulorum fidelium sanctitas exprimitur, & vniuersalis ecclesiæ iustitia figuratur. In primo nanque versu virtutes quorumlibet fidelium describuntur, in secundo totius ecclesiæ iustitia declaratur. Myrrha, & gutta, & casia. Myrrha valde amara est, & per hoc significat mortificatiōnē carnis, nō quantum ad naturam, sed quantum ad culpam. Natura nanq; semper est nutrienda, culpa perimenda. Hæc myrrha omnium electorum est. Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cōcupiscentijs. Verum quia superius in hoc libello quodam in sermone de myrrha hac, & eius speciebus plurima diximus, idcirco paucioribus nunc cōtenti ad sequētia pertransimus. Gutta herba est, q̄ inflaturas cōprimit, & per hoc virtutē humilitatis exprimit. Hæc q̄ sit necessaria, Dñs in euangelio demōstrat, vbi dicit: Omnis, qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Et item. Qui non susceperit regnū Dei sicut paruulus, nō intrabit in illud. Hāc Abrahā vere habuit, cum ait: Loquar ad Dominum, cū sim puluis & cinis. Hanc & Iacob veraciter habuit, dum ad Dominū loquens dicit: Minor sum cunctis miserationibus tuis. Hanc angelus apostata, dum habere noluit, sicut fulgur de cęlo irrecuperabiliter cecidit. Hac progenies Adæ quando in ædificanda turre Babylonis caruit, confusionem labij meruit. Et sic in cæteris semper euenit, vt ante ruinam exaltetur spiritus, & ante gloriam humilietur. Casia, quæ & fistula dicitur, ventrem purgat, & naturā de suis superfluis alleuat, & per hoc virtutem confessionis significat, quæ dum culpam mentis per oris ostium eliminat, ipsam mentem peccati pōdere exonerat. Per myrrham igitur intelligimus carnis mortificationem, per guttam mentis humiliationem, per casiam peccati cōfessionem. A vestimentis tuis.

K Psal. 44. — Myrrha. — Gal. 5. — Gutta. — Luc. 14. — Matt. 18. — Gen. 18. — Gene. 32. — Prou. 16. — Casia.

Vestimenta. Vestimenta corporis Christi, quod est ecclesia, perfectiores sancti sunt, quibus sancta ecclesia, vt homo vestibus, sic circundatur & ornatur. Ex quibus vestibus sitne sanctis, alij sunt coloris rubri, scilicet martyres suo sanguine rubricati: alij coloris hyacinthini & cælestis, videlicet confessores ad cælestia contemplanda sublimiter eleuati: alij niuei, vt sunt virgines: alij nigri, vt sunt humiles ex memoria peccatorum suorum sibi semper nigrescentes: alij varij mixtique coloris, vt illi, qui sunt diuersarum virtutum, & bonorum operum participes. A domibus eburneis.

Domus eburneæ. Elephantes. Per domos eburneas accipimus congregationes continentes & castas. Elephantes enim, quorum ossa ebur vocantur, animalia castissima sunt, auersi coeūt, non nisi semel pariunt, terræ non accumbunt, trecētis annis viuunt. Quæ cuncta iustis & castis animabus, si ea perspicere velis, conueniunt. A domibus igitur eburneis sunt Christi vestimenta, & a vestimentis sunt myrrha, & gutta, & casia: quia ex castis & continentibus congregationibus sunt quilibet fideles, & ex ipsis fidelibus sunt sanctæ virtutes, & virtutum opiniones. Ex quibus delectauerunt te filiæ

L

Prælati. regum in honore tuo. Reges prælati sunt sancti, qui alios virtute discretionis regunt. Quorum filiæ sanctorum subiectorum sunt animæ, doctrina eorum enutritæ, & eorum exemplis adornatæ. Quæ propterea non filiorum, sed filiarum nomine designantur, vt earum magnifica deuotio significetur. Fœmineus nanque sexus valde deuotus est, & quò se ad amandum intorquet, mirabiliter feruet. Vel certe filiarum, non filiorum nomine describūtur, vt dum, quòd etiam infirmæ & imperfectæ animæ, quæ per filias significantur, Christum sua sanctitate delectāt, ostenditur: quantū illi perfectorum mirabilis iustitia placeat, melius exprimatur. Regum itaq; filiæ Christum in honore delectant, dum subiectorum deuotæ multitudines eum sua bonitate delectabiliter honorant. Et hic delectabilis honor, siue hæc honorabilis delectatio ex prædictis virtutibus procedit: & eū suauiter reficit, dum ipsos subiectos per has virtutes iuste viuere, & alijs exempla iustitiæ præbere cernit.

M

Ecclesiæ ornatus. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circūdata varietate. Sicut in præcedenti versu quotlibet fidelium virtutes, & virtutū opiniones insinuātur: sic in isto vniuersalis ecclesiæ iustitia, & eiusdem iustitiæ varia multiplicitas, & multiplex varietas designantur. Quæ videlicet sancta ecclesia reginæ rectissime comparatur, quia & celesti regi copulatur, & ab ipso sublimiter coronatur. Quæ stat per fidem, &

Stare, & Astare. astat per bonam intentionem. Falsi fideles etsi stent ea, quę vera sunt, recte credendo, non tamen astant, bona, quæ operantur, recta intentione faciendo. De numero stantium, & astantium Elias exstitit, qui ait:

3. Re. 17. Viuit Dominus, in cuius conspectu sto. Dum.n.dixit sto, stare se perhibuit: dum vero dixit in cuius cōspectu, diuinæ præsentiæ per intentionem se non deesse declarauit. Astat autem sancta ecclesia Deo nunc a dextris per iustitiam, vt in futuro a dextris assistere mereatur ad gloriam. Sic & reprobi nunc a sinistris sunt per culpam, a sinistris in fine statuendi ad pœnam. In vestitu deaurato. Per vestitum intelligenda est iustitia, per deaurationem sapientia. Quicquid.n. sancta ecclesia vel in exercendis virtutibus, vel exhibendis operibus bonis operatur, totum sapientiæ cælestis fulgore decoratur. Imitatur etenim suum creatorem sm posse suum, qui omnia in sapientia fecit, & in vniuersitatis dispositione prima lucem condidit, ac deinde cætera disposuit, & omnibus dispositis vidit cūcta, quæ fecerat, & erant valde bona. Circūdata varietate. Non est contenta sancta ecclesia vna virtute, vel opere vno, sed multiplicitate virtutum vult circundari, varietate bonorum operū vult ornari, sm dispensationem multiformis gratiæ Dei. Ad hanc varietatē pertinet illud beati Petri. Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autē scientiam, in scientia aūt abstinentiam, in abstinētia autem patientiam, in patientia aūt pietatem, in pietate aūt amorem fraternitatis, in amorem autē fraternitatis charitatē. Et illud beati Pauli. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia &c. Intelligimus igitur per myrrhā, guttam, & casiā fidelium virtutes, per vestimenta ipsos fideles, per domos eburneas eorū castas congregationes, per reginā sanctā ecclesiā, per vestitum deauratum eius iustitiam, per varietatem eiusdē iustitiæ multiplicem differentiā. Virtutes itaq;, & opera bona totis virib. exerceamus, vt cū fidelibus omnibus, & sancta matre ecclesia in celesti patria coronari mereamur. Quod nobis præstare dignetur &c. Gene. 1. 2. Pet. 1. 2. Cor. 6. Epilogus.

¶ *In festo sancti Ioannis Baptistæ.*
Sermo. XCVII.

SI dormiatis inter medios cleros, pennę columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Sanctus psalmographus in his sacris, paucisq; verbis, quæ nobis per Spiritum sanctū canit, sanctorum meritum, & vniuersalis ecclesiæ lętitiam, præmiumque spirituali significatione describit. Meritum nanque designat, vbi dicit: Si dormiatis inter medios cleros: sciētiam sanctæ ecclesię, vbi addit: pennæ columbæ deargentatæ. Præmium, vbi cōcludit: posteriora dorsi eius in pallore auri. Si dormiatis inter medios cleros. Dico cleri, prophetæ & Apostoli. In quorum medio dormiunt, qui sacris eorū dictis hinc inde docti, in pace bonæ cōuersationis ab inquietudine dæmonum liberi feliciter quiescunt. Inter medios enim cleros sunt, quicunq; inter prophetarum præconia, & Apostolorum prædicamenta sancte viuunt. Qui & dormiunt, dum bonis operibus occupati ab infestatione tentationū quieti sunt. De hoc felici sanctorum somno per Iacob sub Issachar nomine dicitur. Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem q̄ esset bona, & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. Populus nempe iustorum asinus fortis est, quia pondus cuiuslibet tribulationis pacifice, & fortiter sustinet. Inter terminos accubat, dum per prophetas & Apostolos eruditus, ex vtrorunque doctrina bene operando pausat. Qui videt requiem, internæ scilicet contemplationis quòd bona est, & terram supernæ beatitudinis quòd optima, & vtriusque captus N Psal. 67. Cleri. Gen. 49.

ptus amore supponit humerum ad portandũ quodlibet onus impositũ. Qui & tributis seruit: quia non solum sua, verum & semetipsum pro bonis spiritalibus libenter tribuit. Electorum itaque cœtus inter medios cleros (sicut dictum est) dormit; & hac dormitatione cœleste pręmium acquirit. Dormit (&
Prou. 2. vt ait Salomon) suauis est somnus eius. Pennæ co-
Colũba. lumbæ deargentatæ. Columba (vt sæpe dictum est)
Ecclesia pulcherrime columbæ assimilatur. sancta ecclesia est. Sancta nimirum ecclesia quemadmodum felle caret per charitatem, non viuit de cadauere per mortuorum operum vitiationem, meliora grana eligit per maiorum præceptorum Dei exequutionem, gemitum pro cantu habet per pœnitentiam, alienos sæpe nutrit pullos per misericordiam, super aquas sedet vt vmbram venientis accipitris, i. diaboli præuideat sacram scripturam legendo, in petris nidificat, in secreta Christi sublimiter cõtemplatione quiescendo. Quæ duas alas habet per dilectionem Dei & proximi, a dextris dilectionem Dei, a sinistris dilectionem proximi. Alæ vero dextræ pennæ, sunt distinctiones illæ, quibus dicitur: Diliges
Matt. 22. Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua. Sinistræ vero alæ pennæ sunt votum, cõsilium, beneficium, quibus proximum diligere debemus sicut nosmetipsos. Pennæ autem istæ deargentatæ sunt, quia in dilectione Dei & proximi tota lex pendet, & pro-
Matt. 7. phetæ. Sanè per argentum sacrum eloquium desi-
Psal. 11. gnatur, vt Psalmista testatur, dicens: Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Quando ergo sancti inter medios cleros dormiunt, pennæ columbæ deargentatæ sunt, quia tunc sacra scientia in sanctæ ecclesiæ virtutibus adimpletur, dum sanctorum vniuersitas prophetica, & apostolica præcepta in fide, & opere quiescendo pro viribus exequitur. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Posteriora dorsi se-
Posteriora dorsi. quentia pręmij. Quæ auro rectissime comparantur, quia sicut aurum cætera metalla transcendit, sic cęleste pręmium omnia bona post se sui comparatione
Ioã. Bapt. longe derelinquit. Beatus autem Ioannes Baptista, cuius hodie solennia celebramus, inter medios cleros, nõ solum virtute, verum & tempore dormiuit, quia non tantum sanctitate conuersationis, sed etiã distinctione temporis, inter prophetas & Apostolos
Matt. 11. extitit. Lex enim, & prophetæ vsque ad Ioannem. Cuius sanctitatem, prout superna gratia donare dignabitur, imitemur, vt eius meritis & precibus ad superna gaudia peruenire mereamur. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus. &c.

In Ascensione Domini. *Ser. XCVIII.*

O Onfessio eius super cęlum, & terram: &
Ps. 148. Confessio exaltauit cornu populi sui. Confessionum alia criminis, alia laudis. In hoc autem loco de sola laude intelligitur. Confessio nanque Dei, i. laus Dei super cœlum est per spiritus beatos, super terrã per homines iustos, & ita super cœlum & terram. Omne nimirum, quod creatum est, infra ipsum est. Sanè quia superius tam de confessione criminis, quàm de confessione laudis multa diximus, his relictis ad cætera transimus. Et exaltauit cornu populi sui. Cor-
no populi dñici Christus est. Cornu de carne proce- Christus Cornu.
dit, sed carnem excedit. Sic Christus de carne virginea processit, sed culpam non habendo carnem excessit. Huic sententiæ concinit illud Apostoli. Quod impossibile (inquit) erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulamus. In hoc. n. cornu quemadmodum carnem quodammodo transcendit, quòd non in carne peccati, sed in similitudinem tantum carnis peccati venit. Cornu omni supereminet corpori, & Christus membrorum suorum vniuersitati. Vnde & Zacharias pater beati Ioannis Baptistæ de ipso patre ait.
Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & Luc. 1.
fecit redemptionem † plebi suæ: & erexit cornu sa- † plebis
lutis nobis in domo Dauid pueri sui. Cornu Christus, quia salutem mundo prædicauit. Vnde Apo-
stolus. Veniens (inquit) euangelizauit pacem vo- Ephe. 2.
bis, qui longe fuistis, & pacem ijs, qui prope: quia per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Cornu populi Dei Christus, quoniam ipso absterret, & fugat hostes de finibus suis. Nõ dixit cornua, sed cornu, quia vnus est magister noster
Christus. De quo & Psalmista ait. Non est qui faciat Psal. 13.
bonum, non est vsq; ad vnum. i. Christum. Sic Deus Gala. 3.
Abrahæ per promissionem loquens, non ait in seminibus tuis, quasi in multis benedicentur omnes gentes, sed in semine tuo, velut in vno, qd est Christus. Hoc cornu nostrum vnicum & singulare hodierna die pręsertim exaltatum est, cum scdm hoiem assumptum vnigenitus Dei filius cœlos omnes penetrauit, & summos cœlestium spirituum ordines transcen-
dens ad dexterã patris consedit. Vnde Apost. Humi- Phil. 2.
liauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortẽ aũt crucis. Propter qd & Deus exaltauit eum, & dedit illi nomen, qd est supra oẽ nomen, vt in nomine Iesu oẽ genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum: & oĩs lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Hodie de-
niq; adimpleta est visio Danielis, qua dr̃. Aspiciebã Dan. 7.
in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hoĩs veniebat, & vsq; ad antiquum dierũ peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, qd
non corrumpetur. Hñtes igitur pontificẽ magnum, Hebr. 4.
qui penetrauit cœlũ, Iesum filiũ Dei, teneamus cõfessionẽ. Illã (inquã) cõfessionem, quæ est sup cœlum &
terrã, quæ fit ad salutẽ: sicut scriptum est. Sacrificiũ Psal. 49.
laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendã illi Ephe. 2.
salutare Dei. Cõfiteamur sup terrã, cui sup cœlũ confitentur angeli, quia Deus, qui diues est in misericordia pp charitatem, qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos Christo, & cõresuscitauit, & cõsedere fecit in cœlestib. in Christo Iesu. Spe
enĩ salui facti sumus. Verũ donec transeat spes, & se- Rom. 8.
quatur res, Ascẽsiones in cordib. nr̃is disponamus in Psal. 83.

valle lachrymarum, in loco quem posuimus. Ascensiones sunt virtutes, vallis lachrymarum mūdus, Locus quem posuimus modus viuendi, quem elegimus. Alij eligunt esse in agro, alij in molendino, alij in lecto. Nos ergo in loco, quem posuimus, ascensiones in cordibus nostris disponamus, vt (ſm beatum
2.Pet.1. Petrum) ministremus in fide nostra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiā, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Istæ sunt. n. ascensiones, quibus ascendunt tribus, tribus Domi-
Psal. 121. ni ad confitendum nomini Domini. Qui autem gradum ascensionis huius vltimum, id est charitatē tenet, Deum possidet. Deus. n. charitas est: & qui ma-
1. Ioan. 4. net in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Primū
P vero ascensionis huius gradum fidem ipsam beatus
Hebr. 11. Petrus posuit, quia ipsa omnium prima est virtutū, dum sine ipsa impossibile est placere Deo. Vltimū autem gradum posuit charitatem, quę maior omnibus est. Vnde Paulus descriptis donis siue virtutibus
1. Cor. 12. spiritalibus, de charitate subiunxit. Et adhuc excellē tiorem viam vobis demōstro. Si linguis hominum
1. Cor. 13. loquar, & angelorum &c. Et post pauca. Nūc autem manent tria hæc fides, spes, charitas. Maior autē horum est charitas. Merito igitur beatus Petrus in scala virtutum fidem primam, charitatem ultimā posuit: quia bonum in nobis fides inchoat, charitas consummat. In cæteris autem scalæ virtutibus quascunque videris superiores, si bene perpendis videbis potiores. Quis. n. dubitet amorem fraternitatis fortitudine meliorem? Quis ignoret pietatem sciētia meliorem? Quis nesciat patientiam abstinentia laudabiliorem? Aliter. Quemadmodum charitas amorē fraternitatis, & alias omnes virtutes bonitate transcendit: sic amor fraternitatis pietatem, & reliquas sub se positas virtutes excedit. Et sic de cæteris intelligendum est. Quemadmodum. n. prior virtus sequentē pcedit ordine, sic q̄libet sequens priorem in hac scala superat dignitate. Vnde quanto quisq; superius conscenderit, tanto firmius pedem ponit: quia tāto securius stat, quanto sublimiores virtutes attingendo cęlestibus appropinquat. Ministrare in fide virtutē &c. Fides. n. sine virtute est impotens, & ociosa uirtus sine scientia indiscreta, scientia sine abstinētia inflata, abstinentia sine patientia iracunda, patientia sine pietate inhumana, pietas sine amore fraternitatis imperfecta, amor fraternitatis sine charitate carnalis. Hæc de
R tiq; ascensionis scala octo virtutibus distinguitur, quia per ipsam ad octonarium beatitudinum pertingitur. Quarum vnaquæque alij inseritur, vt per hoc earum concordia demonstretur, & ex ipsis vnam & perfectam constare iustitiam, & ad vnam perueniri posse gloriam ostendatur. Quam gloriam in hac mortali vita sicut est, nemo vidit vnquam. Sicut. n. beatus Gregorius dicit. Quantalibet intentione mēs humana tetenderit, etiam si iam phantasias imaginum corporalium a cogitatione compescat, etsi iam omnes circūscriptos spiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamē in carne mortali posita videre gloriam Dei non valet, sicut est. Et quicquid de illa est, quod in mente resplendet, similitudo & non ipsa est. Vnde propheta Ezechiel hoc, quod in spiritu viderat, describens non ait. Hæc visio gloriæ Domini, Ezech. 1.
sed hæc visio similitudinis gloriæ Domini. Mirabiliter tamen ipsa similitudinis visio mētem lætificat: quia quæ sub ipso sunt, replent templum. Quæ sub ipso nanque sunt, templum replent: quia etiam ea, quæ in similitudine gloriæ eius videntur, humanæ menti mira gaudia præbent. Quam gloriam nobis præstare dignetur Iesus Christus &c.

¶ *In festo sancti Augustini. Ser. XCIX.*

ERuctauit cor meum verbum bonū, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Hæc verba dilectissimi, quæ pposita sunt, prophetis, Apostolis, & omnibus ecclesiasticis doctoribus conueniunt, & vniuersis, qui Spiritu sancto regente verbū Dei proferunt. Quod dum veraciter cōstet: beato Augustino, cuius hodie solennia colimus, hæc conuenire non dubitamus. Eius enim reuera cor verbum bonum eructauit, qui verbum Dei vsque ad vltimam ægritudinem suam in sancta ecclesia prædicauit. Ipse opera sua regi dixit: quia non sibi, sed Christo ascripsit, q̃ sancte vixit. Lingua eius calamus scribæ uelociter scribentis extitit: quia Spiritu sancto docente, & ducente verbum Dei elegantissime dispensauit. Vnde & de ipso in hac eius solennitate canimus: q̃ prophetarum, & Apostolorum plenus spiritu, quę prædixerunt mystica, fecit nobis peruia, post quos secunda dispensandi verbi Dei primus refulsit gratia. Encaustum seu atramentum gratia est, cornu vero seu atramentarium Christus, pergamenum audientium corda. Quemadmodum autem scriptor calamo de atramēto, quod est in cornu impleto, in pergameno, quod vult, scribit. Sic Spiritus sancti gratia est, q̃ in Christo, lingua doctoris adimpleta, corda nostra instruit. Et hoc esse videtur, quod Christus in euangelio discipulis suis ait, Cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem: Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ Ioan. 16.
ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Spiritus T
enim sanctus sicut a seipso non est, sic a seipso non loquitur, sed a patre & filio, a quibus procedit. Ei loquendo diuidit nobis gratiam, quæ in Christo est, prout vult. Nam de plenitudine Christi, in quo sunt Ioan. 1.
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, nos Col. 2.
omnes accepimus. Corda quoque nostra, quæ pergameno figurari diximus, & in quibus spiritualis hæc scriptura spiritualiter scribitur, ad modum materialis pergameni conficiuntur per amaram pœnitentiam, extenduntur per districtam abstinentiam, raduntur per totius carnalitatis abstractionem, & in quaternionē formātur p firmā stabilitatē. Sicut. n. oē rotūdū volubile est, sic oē quadratū stabile & firmū est. Pūcta significāt numerū, plūbum pōdus, regula mensurā. Oīa naq; fecit Deus in numero, pōdere, & mensura. Quæ. s. numerus, pōdus, & mēsura licet a nobis nequeāt cōprehendi, Deo tñ incōprehēsibilia nō sunt. Huic aūt spūali numero pōderi & mēsuræ,

quæ

quæ spirituali pergameno consignamus, concordare videtur illud euāgelij. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique autē secundum propriā virtutem. Et item, Cui plus donatum est, plus exigetur ab eo. Et Apostolus. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Scriptura vero, quæ nostris cordibus inscribitur, veritas est. De hac inscriptione Dominus per prophetam ait: Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post dies illos dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mente eorum super scribā eas. Denique scriptoriū, quod huic spirituali pergameno supponitur, vt in ipso pergameno veritas scribatur: videntur terrena subsidia. Vnde sponsa in Cāticis canticorum dicit: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Per læuam bona corporalia, per dexteram bona spiritualia volens intelligi. Ad hoc enim corpori apponūtur terrena, vt spiritus facilius sustineat suscipere, & peragere diuina.

Mat. 25. Hier. 31. Heb. 10. V Cant. 8.

Epilogus. Spiritus sanctus ergo est scriba, calamus doctoris lingua, atramentum gratia, cornu Christus, pergamenum corda, veritas scriptura, scriptorium subsidia terrena. Videamus dilectissimi, an corda nostra sint apta veritati, vt in ipsis veritas scribatur, an sint confecta amara compunctione, an tensa abstinētiæ rigore, an rasa totius carnalitatis abstractione, an in quaternionem formata firma stabilitate. Nam Dei tantum esse videntur puncta, plumbum, tegula, idest numerus, pondus, & mensura. Videamus itaque, an sacra verba Spiritu sancto scriba, atramento gratia, calamo sancti Augustini lingua, nobis administrata in nostris cordibus capiunt. Dicit autem sanctus Augustinus in regula nostra, immo Spiritus sanctus eius lingua gratia repleta: Ante omnia diligatur Deus, deinde proximus: Et in sequentibus de continentia, de obedientia, de communione, quæ in nostra professione speciali ter continentur, plurima præcepit. Videamus si hæc verba beati viri in nobis conualuerunt. Quod si constiterit, Spiritum sanctum per linguam eius in nobis non dubitemus operatū. Nō solum autem, quæ in regula eius continentur, verū & cętera, quæ sacram scripturam exponendo, tractādo, exhortando scripsit, credendo, amando, operando teneamus, vt superna præmia cōsequamur. Quod nobis præstare dignetur Iesus Christus. &c.

Exhortatio.

¶ *In festo sanctæ Crucis.* Sermo. C.

X Cum accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est: & inclinato capite emisit spiritum. Hęc verba charissimi quę proposuimus, breuia quidem, sed excellentissima sunt: quippe quæ nobis redemptionis nostræ consummationem describūt. In morte itaque Christi consummata sunt omnia veterum figurarum ænigmata, ipsam designantia, omnia prophetarum vaticinia ipsam prophetantia. Vnde ipse Dominus ad Apostolos: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Cōsummatum est. In morte nanque Christi secundum typicam significationem consummatum est, quòd Deus de latere Adæ dormiendis formauit Euā: quoniā hoc significauit, sanguine de latere Christi mortui fluente sanctam ecclesiam redimendam. Cōsummatum est, quòd Cain Abel fratrem suum per inuidiam interfecit: quoniam hoc signum fuit, quòd populus Iudaicus Christū per inuidiam Pilato ad crucifigendum tradidit. Consummatum est secundum mysticā significationem, quòd Abraham Isaac filiū suum super aram struę lignorum supposita ad offerendum Deo posuit: quoniam hoc figurauit; quòd genus humanum Christum secundum carnem de se natum in cruce obtulit. Consummatum est secūdum eandem significationem, quòd Deus in agni paschalis occisione filios Israel de seruitute Aegyptiorum liberauit: quoniam hoc, quòd spirituales Israelitæ morte Christi de iugo dæmonum eripentur, insinuauit. Cōsummatū est, quòd moyses aquas amaras ligno dulcorauit, & aquas de petra produxit: quoniam hoc prætendit, quòd Christus amaritudine suæ mortis legis austeritatem in dulcedinē nobis conuertit, & de se, qui vera petra est, fluenta spiritalia nobis emanare fecit. Consummatum est, quòd hircus emissarius peccata populi in desertum portauit: quoniam hoc, quòd Christus peccata nostra tolleret, typus exuit. Consummatum est, quòd mulier Sareptana duo ligna collegit, quoniam expressit, quòd Gentilitas fidem passionis Christi postmodum recepit. Consummatum est, quòd Raphael angelus in nuptijs Tobiæ dęmonem felle piscis extricatū ligauit: quoniam hoc innuit, quòd Christus felle potatus, & morte amaricatus diabolum superauit. Consummata sunt & vaticina prophetarum. Cōsummatū est, quod Moyses ait: Maledictus, qui pendet in ligno. Hinc & Apostolus dicit: quòd Christus pro nobis factus est maledictum. Consummatum est, quòd Dauid ait: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Consummatum est & vaticinium Esaię, quod dicit. Propter scelus populi mei percussi eum. Et item. Oblatus est quia ipse voluit. Multa sunt consummata, fratres, figurarū ænigmata, & prophetarum præconia mortem Christi figurantia, & præcinentia. Verum cuncta quis dinumeret & expediat? Consummatū igitur est. Quicquid enim ante mortem Christi oportebat fieri, in morte Christi consummatū est. Mors itaque Christi perfecta nobis est vitæ restauratio, Mors Christi diuina nobis reconciliatio, Mors Christi ablatio culpæ, Mors Christi collatio iustitiæ, Mors Christi nobis obseratio inferni, Mors Christi reseratio cœli Mors Christi destructio pęnæ, Mors Christi recuperatio glorię. Ergo consummatum est. Consummatū est quicquid pertinet ad consumptionem mali. Consummatum est quicquid pertinet ad consummationem boni. Consummatū, quod Symeon iustus prędixit, Consummatum est, quod Cayphas licet reprobus prophetauit. Consummatum est, quod detestādus Iudas Pharisæis spopondit. Consummatum est, quod Pilatus iniustus iudex iniuste fieri iudicauit. Consummatum est, quod Iudęus infelix optauit, ad suam perniciem. Consummatū est, quod Deus prouidit,

Ioan. 19. Matt. 20. Consummatū est. Pulcher Discursus super id. Consummatū est. Deut. 21. Gala. 3. Psal. 68. Esa. 53. Ibidem. Y Mors Christi.

uidit, ad nostram vtilitatem. Consummata est lex. Consummata est prophetia. Consummata est annũtiatio angelica. Consummatum est, quod iusti sperauerunt in mundõ. Consummatum est, quod postea præstolati sunt in inferno. Cõsummatum est, quod sanctè viuendo meruerunt, possidere cœlum. Ergo consummatum est. Consummata autem per gratiã in nobis iustitia, per iustitiam consummanda est gloria. Iustitia consummata est effectu, gloria in nobis consummanda est causa. Omnes enim in Christum vere credentes effectu iam sunt iusti, causa beati, esse ctu tandem beatificandi. De qua causa beatitudinis Paulus sic de Christo loquens: Consummatus (in-
Heb. 5. quit) factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Si enim (sicut alibi dicit) spiritus
Rom. 8. eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Bene ergo dictum, quòd Iesus, cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est: & inclinato capite emisit spiritum. Gustus aceti significat acerbitatẽ mortis, inclinatio capitis dignationem humilitatis, emissio vero spiritus consummatio est humanę redẽptionis. In morte igitur Christi consummata sunt omnia, dum in præsenti consummatur iustitia, & in futuro consummabitur glo-
1. Cor. 15 ria. Quando? Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatẽ.
Col. 3. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Verum charis-
Exhortatio. simi quoniam passionem Christi redemptionem generis humani sufficienter describere, ac digne laudare non possumus: ad nosmetipsos stylum vertamũs, & utrum Christi vestigia pro nostro modulo mala tolerando sequamur, videamus. Et quoniam hodierna die solennia sanctæ crucis celebramus, & dominicæ passionis reminiscimur: iustum videtur, vt de patientia nos inuicem moneamus. Si enim
Rom. 8. compatimur, & conregnabimus, & si socij passionũ fuerimus, erimus simul & consolationum. Quod sponsa diligenter attendẽs dicit. Fasciculus myrrhæ
Cant. 1. dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Contendamus igitur per angustam portam intrare, per arctam & arduam viam conscendere, quia non est alibi aditus ad iustitiam, nec cõsensus ad gloriam. Hoc iam cẽtesimo (charissimi nobis) sermone in hoc libello consummato, libellum ipsum hoc sermone consummandum censemus. Studeamus itaque, quæ in hoc sermone vel libello scripta sunt, credendo, sperando, amando consummare, vt ad supernam gloriam mereamur peruenire. Quod nobis pręstare dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui est Deus benedictus in sæculorum sęcula. Amen.

¶ *Explicitus est liber centum sermonum Hugonis de Sancto Victore. Can. Reg. Lat.*

SEQVITVR In Mellifluum Sermonem de Assumptione B. Mariæ semper Virginis: in quo fere exponuntur, quæ ex Canticis Canticorum deprompta, in eiusdem assumptionis decantari solent officio: Eiusdem M. HVGONIS de Sancto Victore. Can. Reg. Lat.

PROLOGVS.

Ccipe Charissime frater munusculũ spõsionis meę, & in eo quicquid præter q̃ decet inueneris, tuũ puta, qui me coegisti. Illud † eu- A
logiũ Tota pulchra es amica mea, quod in laudẽ matris & virginis de Canticis canticorum suo proprium canit ecclesia, cõpendiosa tibi expositione referari flagitasti: illa vel maxime (vt tuipse mihi confessus es) causa adductus, q monasterium tuum in honorẽ eiusdem virginis cõsecratum est: & idcirco omnino decẽs est eos, qui speciali titulo illius insignes sunt, singulari quoq; deuotione charissimos inueniri. His quidẽ verbis ego acquiescẽs expositionẽ, idcirco nõ indignam puto, q exposita (licet eo modo, quo scripta continentur in serie libri, sumpta non sint) a pristina tamen auctoritate nõ recedant: & charitas eius in cuius laudem dicuntur, nos vrgeat, maximũ esse debere quicquid ei fuerit acceptum. Et hoc ipsum prius a me factum est in alio quodam cantico, quod similiter compulsus sum a quodam fratre secũdum eundem modum compilatum explanare. In quo iã etsi nostra expositio verba primæ auctoritatis, & ordinem verborum aliquoties mutauerit, a sensu tamen auctoritatis primæ non recessit. In eiusmodi autem expositionibus, fraternæ charitati libenter obtẽperans, licet fortè minus grauitatis habere videatur, nequaq̃ tamen arguendũ me puto, cum non multũ interesse existimẽ quacunq; occasione (salua duntaxat veritate) fraternæ ædificationi consulam.

† elogiũ. Cant. 4.

FINITO PROLOGO, Sequitur de dictis Canticis Sermo mirificus, & plane diuinus.

Ota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Verba ista Charissimi nobis omnibus nota sunt, & magna cum dulcedine omnibus notificata sunt: quæ & propriam habent, qua delectant, dulcedinem: & ex eius, cui cantantur, dulcedine ampliorem capiunt suauitatem. Ipsa enim tota dulcis est, & tota suauis, vnice pulchra, & singula- B
Cant. 4.

tutec

riter speciosa. Propter hoc tam speciosæ virginis præconiū pulchrū esse necesse est, in quo laudat dilectæ pulchritudo, & commendatur pulchræ dilectio, Ipse sponsus virginis, ipse præconium dicit virginitatis, a quo laudari tāto maius est, quanto eum in laude cuiusquam falli minꝰ quàm possibile est. Auctor pulchritudinis, & iudex veritatis, ipse speciem commendat, & approbat charitatem. Ipse se amare fatetur, quam fecit amabilem, & amari se gloriatur ab
C ea, cui dedit dilectionem. O res mira. Ipse filius matris, & spōsus virginis, integritatis auctor, & fructus fœcunditatis. Ipse dilectam laudat, speciosam commēdat, amicam inuitat. Tota pulchra es amica mea. O admirabilis amator? o singularis dilector? Quid dicis? Ipsa est genitrix tua, ipsa amica tua. Et quomodo amica tua? Num genitricem ipsam credimus tuā amicam? aut quomodo? Certe amica est tua, & genitrix tua. Amica tua quòd intacta, genitrix tua quòd fœcunda. Tu siquidem integritatis filius, & fœcunditatis amicus, matrem habes virginem, &
D amicam prulelætantem. Prius te genuit amica tua, mater & virgo Maria. Postea de te genita est amica tua, mater & virgo ecclesia. In carnem veniens factus es filius sponsę tuę matris, & virginis corpore. In carne moriens factus es genitor sponsæ tuæ, virginis fide. Nascendo de sponsa tua accepisti substantiam infirmitatis, moriendo sponsæ tuæ dedisti sacramenta incorruptionis: vtrobique dilector mirabilis, vtrobique amator singularis. Spōsam tuam dilexisti, vt in ea nascereris: & sponsam tuam dilexisti, vt pro ea
Cant 6. moreretis. Et vna est sponsa tua, vna est amica tua, vna est columba tua, perfecta tua: vna est matri suæ, vna electa genitrici suæ. Voca ergo sponsam tuam, inuita amicam tuam. Voca furmosus pulchram, speciosus decoram, dilectus vnicam. Lauda pulchritudinem eius, ne pertimescat ad pulcbrum accedere: dic formositatem eius, ne se trepidet formosissimo sociare. dic qualiter prior ad eam venisti, diligens & dilectionem quærens, vt ipsa ad te venire properet, diligens & dilectionem reddens. Dic ergo dilector, dic dilectæ tuæ speciem suam: dic dilectionem tuā, vt dilecta diligētem diligat, vt concupiscat amplius diligi, & properet citius sociari. dic ergo, dic. Tota pulchra es amica mea. Quid virgo speciosa dubitas? Quid cunctaris? Ostende faciem tuam. Egredere, vt speciosum videas, & videaris speciosa. Quid moras nectis? desideras pulchrum videre, sed forte pauescis vel in modico non pulchra videri, & ideo forte exire metuis, manifestari trepidas, præsentari erubescis. Tolle timorem, aufer formidinem. Ego (inquit dilectus) te video, qui voco te: præsentem habeo, qui te inuito, vt venias. Non enim te voco, vt incipiam videre te, sed vt me tibi manifeste videndum præbeam. Ergo ne timeas, vel mihi vocanti crede de te, quia nequaquam vocarem, si præparatam nō cernerem, si minus dignam viderem. Mundam voco, synceram inuito, totam pulchram desidero: Tota
E pulchra es amica mea. O qualis societas. Totus pulcher totam pulchrā sibi sociat Tota pulchra es amica mea. Ego totus pulcher, & tu tota pulchra. Ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia omne, quod pulchrum est, in me est. Tu tota pulchra, quia nihil, quod turpe est, in te est. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Tota pulchra es. Pulchra in corpore, pulchra in mente. In corpore pulchram te facit integritas virginitatis, in mente pulchram exhibet virtus humilitatis. Tota ergo pulchra es: corpore niuea, mente syncera. Tota pulchra es: Nihil enim in te pulchritudo reliquit, quod non possideat: totum decor obtinet, furmositas tenet, regit honestas. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. O virginitas humilis & humilitas virginalis quō in vnum conuenistis? quō in vna societate estis, vt tale ac tantum miraculum efficeretis? Quid fecistis? Sic sublimastis humilem, sic fœcundastis virginem, vt virgo pariat Dei filium, &
F humilis habeat sponsum Deum. Nec alia talem decebat, nec alius talis tali inueniri poterat. O digna digni, formosa pulchri, munda incorrupti, excelsa altissimi, mr Dei, spōsa regis ęterni. Quàm pulchra es, & q̄ suauis es, quā scrutator renū probat, quā inspector cordiū laudat, quam diligit auctor pulchritudinis, cui testimonium perhibet magister veritatis. Ausculta ergo vocem eius, inclina aurem tuam ad verba illius. Ipse est qui loquitur, ipse est qui auditur, ipse te inuitat, ipse te audire desiderat, ipse dicit, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Exulta & iucundare, gaude incomparabiliter, lætare singulariter. Responde gratulabunda vocanti, propera venire, festina occurrere, accipere regnum sponsi, possidere hæreditatem filij. Ne vltra desiderium amantis differas, ne dilatione expectantem & cupientem affligas. Attende qua suauitate inuitat te, & intelliges qua charitate expectat te. Tunc postquam dixerat nullam in ea maculam inuenire, mundam & syn-
G ceram, & ab omni, quod displicere poterat, alienā, ne forte adhuc ista laus minus animaret timidam, minus accenderet verecundam. adiecit insuper & prosecutus est ostendens non solum immunem & liberam esse a malo, sed ineffabilibus bonis plenā, & omnium perfectione virtutum refertam dicens, O formosa mea, o dilecta mea, o columba mea. Amica mea gratanter amplector, iucunde intueor, quòd nullam in te maculam video, quod totam te pulchram aspicio, sed multo amplius ineffabiliter me delectat, quòd totam te dulcedine plenam inuenio. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Labia tua, lingua tua, vnguenta tua, omnia dulcia omnia suauia, omnia laude digna. Labia tua, lingua tua, vnguenta tua: Tria cōmendātur, labia, lingua, vnguenta. In labijs osculum, in lingua alloquium, in vnguentis odur atque fragrantia. Tota ergo Trinitas uenit ad uirginē. Susceperat enim in labijs ab ore, patris osculū. Susceperat in lingua, patris uerbū. Susceperat in vnguentis, patris & uerbi spiritum. Inde labia tua, lingua tua, unguēta tua. Fauus distil- Cant. 4.
lans labia tua, mel & lac sub lingua tua, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus di- H
stillans labia tua. Et plenitudinem, & suauitatem habent labia tua. Ideo fauus distillans labia tua. Nam Tria præcipue celebrātur.
pressa emittunt dulcedinem. Propterea ergo fauus distillans labia tua. Omnia ad similitudinem dicta sunt: fauus destillans labia tua. Fauus mel, & ceram habet.

habet. Mel diuinitas est, cæra humanitas. Fauus ver-
bum caro factum est in virgine: ergo fauus distillās
labia tua. In te diuina & humana natura soluta vete-
ri discordia ad perfectam plenitudinem, & æternā
I vnionem pacis osculo coniunctæ sunt. In te diuini-
tas humanitati se infudit. Vnde vera humanitate, &
perfecta diuinitate à te Deus & hō Christus exiuit.
Ergo fauus distillans labia tua. Ego, inquit, noui
quod prædico: expertus sum, quod laudo Fauus
stillans labia tua. Ego deuinctus tibi charitate oscu-
lo oris mei labia tua pressi, simulque dulcedinem
infudi, & a dulci dulcedinem expressi. Valde enim
expressi, & valde impressi, quia plene infudi, & per-
fecte sociaui. Valde ergo impressi dulcedinem, &
vere expressi suauitatem, quando meum tuo in te
sociaui, & per tuum a te cum meo pariter & tuo exi
ui. Mea diuinitas mel erat, & tua humanitas cæra
erat, & inde meipsum fauum feci, & factus sum. Et
ecce fauus distillans labia tua. Quod enim impres-
sum est in te, assumptum est de te, & ipsum factum
est dulcedine plenum in me. Modo ergo sum quod
sum, & sum quod factus sum. Quod factus sum,
modo sum: quod autem sum, semper sum, tamen
vtrunque vere sum, & quod factus sum, & quod
sum: alterum ex te, alterum ante te. Fauus distillans
labia tua. O quàm dulcis & suauis es. quæ sola di-
K gna eras, vt supernæ dulcedinis osculum, in tuo con
ceptu susciperes, & totius mundi suauitatem in par-
tu stillares. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub
lingua tua. Quid est mel & lac sub lingua tua? Hoc
est verbum patris sub carne tua. Quare ergo sub lin
gua tua? Quia verbum, ideo sub lingua. Mel & lac
sub lingua tua. Non supra linguam, sed sub lingua,
quia verbum absconditum est: & ideo mel & lac
sub lingua tua. Mel & lac sub lingua tua. Sub lingua
tua, sub carne tua. Sub lingua tua, quia verbum: sub
lingua tua, quia absconditum. Mel & lac, Deus &
homo. Mel diuinitas, lac humanitas. Mel de rore
cœli venit, quia diuina natura supra omnia est. Lac
de carne exprimitur, quia humanitas deorsum as-
sumpta est. De carne caro. Ideo lac, non caro sub lin
gua tua, quia lac de carne, non caro: sed de carne ca
ro, & tantum caro: non prima caro, sed de prima car
ne secunda caro: de carne veteri noua caro, de car-
ne purganda hostia caro. Ideo mel & lac sub lingua
tua, quia in tua carne Deus hō, & sub tua carne Deus
L & homo vnus Iesus Christus. Fauus distillans labia
Odor vnguentorū. Eccl. 24. tua, mel & lac sub lingua tua. Odor vnguentorum
tuorum super omnia aromata. Nam ipse dicit, Spiri
tus meus super mel dulcis. Ipse in te singulariter re-
quieuit, quę præ cæteris omnibus gratia plena ma-
ter facta es filij, & templum Spiritus sancti. Propte-
rea vnguentorum tuorum odor super omnia aro-
mata: quia omnem gratiam vincit tua sublimitas,
omnem perfectionem superat tua dignitas. Tu sin-
gulariter electa, tu ineffabiliter sublimata: nulla tibi
in gratia similis esse potuit, per quam gratia venit
super omnes filios hominum. Aue, inquit, gratia ple
Luc. 1. na. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altis-
simi obumbrabit tibi. Ergo super omnem meritum
excellentia tua, eminentior cunctis, sanctior vniuer-
sis. Nemo vt tu gratia plenus fuit, quæ sola sine exē-
plo mater virgo genuisti, castitatis lilium seruasti
cum fructu fœcunditatis. Ergo Spiritus sanctus in
tua humilitate singulariter requieuit, qui in tua vir
ginitate miraculum nulli comparabile fecit. Idcirco
odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.
Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua,
odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. M
Tu ad iucunditatem vnguenta accepisti. vnguen- Vnguenta Mariæ
ta ad speciem, vnguenta ad odorem. Antiqua Maria soror Aa: 6.
illa Maria nominis tantum, non lepræ te reli-
quit hæredem, quę nec rugam habuisti, quam
vnguenta tergerent: sed vnguenta accepisti, ut spe-
ciem & formam tuam gratius commendarent.
Ergo odor unguentorum tuorum super omnia aro
mata. Alij unguuntur ad curationem, alij unguun-
tur ad stabilitatem, omnes unguenta ad necessita-
tem accipimus. Tu filia delicata, & omni gratia ple-
na. Charissima in delicijs tuis uncta es ad gloriam
decoris tui, & in signum dilectionis. Vnctum partu
ra, & tu quoque uncta es, ut ipsum in te unguentum
prius excellenter effunderet, quod postmodum in
utero tuo singulariter acciperet. Ipse etiam supra te,
præ cunctis participibus suis accepit plenitudinem,
tu post ipsum præ cunctis suauitatem. Propterea igi
tur odor unguentorum tuorum super omnia aro-
mota. Iam enim hyems transijt, imber abijt & re- N
cessit. Flores apparuerunt in terra nostra, uineæ flo- Cant. 2.
rentes odorē dederunt, & uox turturis audita est in
terra nostra. O mira decentia? tali talia præparan-
tur. Tota pulchra es amica, & macula non est in te.
Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua,
odor unguentorum tuorum super omnia aromata.
Si talis est, & in tantum laudata est, cui hoc non po
terat satis esse ad commendationem: sed restabat edi
cere & hoc, ut sciret ad quam patriam uocaretur, &
a quo exilio educeretur: properea utrunque com-
memoratum est, & totum ordine factum est dile-
ctæ pulchritudo, triste exilium, & dulcis patria. So
lida laus est, quæ a semetipsa initium capit. Sua et-
enim quemque uerius commendant. Ideo primum
laudatur ipsa, deinde laudantur, & quæ eius sunt: &
totum hoc ad incitamentum amoris fit. Aduersa
quoque commemorantur, ut ardentis desiderium
ad effectum festinet, & properet inde exire, vbi tristi
tia sedet, ubi luctus commoratur, & miseria regnat.
Hoc totum exilium est. Deinde patriam suam lau-
dat, & dicit, quæ gaudia, quæ deliciæ, quantæ iucun O
ditates & amœnitates ibi sunt. Et in his omnibus:
flores apparuerunt, uineæ florentes odorem dede-
runt, uox turturis audita est in terra nostra. Amoris
plena sunt omnia, & omnia amorem resonāt, flores,
odor, canticum. Nihil hic est, quod animum non
subeat, quod cor non penetret, & quod affectum
non transfigat. In ipso auditu inardescit mens, fla-
grat desiderium, & concupiscentias suas animus ip-
se non capit. Neque enim sine delectatione audiri
potest, quod tanta dulcedine plenum est. Et qui id si
bi non audit, sibi non diligit. Multos enim ad se con
uertit, quos non trahit post se: & qui omnes ad ha-
bendum diligunt, non omnes diligunt ad sequen-
dum. Dilecta autem uocatur, ut ueniat: quoniam
qui non uenit, non peruenit. Et ideo narratur, ut au

diat: inuitatur, vt veniat, & veniens perueniat, & ap-
prehendat. Hyems (inquit) transijt, imber abijt & re
cessit. hoc de exilio est. De patria autem: Flores ap-
paruerunt in terra nostra, vineę florentes odorem
dederunt vox turturis audita est in terra nostra.
O anima misera, quæ hoc diligis, & hoc non
diligis. Quæcunque es, misera es, quæ hoc diligis,
quod tam fugiendũ est, quod & si non fugiatur, ip-
sum tamen permansurum non est. Si vero hoc non
diligis, quod tam diligendum est, viuens in temetip
sa mortua es, quia non viuit in te, sine quo tu viue-
re non potes: Ergo hyems transijt, imber abijt & re-
P cessit. Flores apparuerunt in terra nostra, vineæ flo-
rentes odorem dederunt, Vox turturis audita est in
terra. Nota sunt, quæ referuntur, sed propter quę re
feruntur, nota non sunt. Rerum visibilium species,
quas sensus hominis nouit, & ipsæ iucundæ sunt, &
suaues hominibus: ipsæ ad similitudinem propo-
nuntur, vt ex eis cogitet homo, quæ non nouit. Et
omnia, quæ in similitudine currunt: hyems transijt,
imber abijt, & recessit. En anima age quod vis: siue
diligis, siue non diligis, mundus transit, & concupi
scentia eius. Transeunt omnia, quæ temporaliter di
ligis: ante te transit, quod diligis, nouissime transis
quoque tu, ac pertransis ipsa, quæ diligis. Cur ergo
diligatur quod transit, quod diligendum non erat,
etiam si transitorium non erat? Nam cum staret no
cuit, cum pertransiret decepit. In altero crudele, in
altero fallax. Audi ergo potius vnde gaudeas, quia
hyems transijt, imber abijt & recessit. Quid est hyēs?
Q Nonne vita mortalis hyems est, quam corruptionis
Hyems. suæ torpor astringit, & ignorantię caligo obnubi-
lat? Ad agendum enim bonum pigra est, & ad per-
spiciendum nubila. Et vbi est imber. Nam gelu in-
terius astringit, imber extrinsecus irruens dissoluit.
Ergo imber est in ijs, quæ præter ingenitam corru-
ptionem quotidie molesta ingruunt, quibus foris vi
ta mortalis atteritur, cum dira intus mortalitatis ne-
cessitate astricta teneatur. Hyems ergo transijt, im-
ber abijt & recessit. O felix illa anima, quæ audire
habet, hyems transijt. Nam hyems semper quidem
transit, sed non omnes digni sunt hoc audire, nisi
quibus transit priusquàm transeat, id est a quibus
contemnitur, priusquàm superetur. Istis enim hyēs
R grauis est, & æstas in desiderio. Isti ergo merentur
soli audire: hyems transijt, vt in eius transitu, conso
latione accepta, gaudeant, quia in eius statu prius
afflicti suspirabant. O felix hora, & tempus præ cun
ctis desiderabile, quãdo ille spõsus cœlestis dilectam
suam post longa desideria de mundi carcere egre-
dientem obuius excipit, & blanda caram consola-
tione ad se inuitat, dicens. Egredere cum iucundita-
te electa inter filias, nec tibi durum videatur carnis
corruptibilis indumentum morte deponere, quæ
& viuens scitis carnis corruptionem non amasse. Ni
hil trepides vel expauescas: euadis exilium, de erum
na liberaris. Non erunt vltra dolor & gemitus, quo-
niam hęc priora transierunt. Iam enim hyems tran-
Sap. 9. sijt, imber abijt & recessit, Deinceps ergo corpus,
quod corrumpitur, non aggrauabit animam: nec
terrena inhabitatio sensum deprimet multa cogi-
tantem. Hæc est enim hyems, quæ transit: cuius tor-
por grauis, & gelu triste Austro spirante iam solui-
tur, & caligo tenebrosa orto sole iustitiæ dissipatur.
Iam ergo hyems transijt, imber abijt & recessit. Pro
pterea enim, quia transijt hyems. Ideo imber abijt
& recessit. Nam post carnis ergastulum mundi eua
dis exilium, nec mala aduersitans vltra iam metuis,
quæ lege mortalitatis soluta carnis corruptione non
teneris. Ergo hyems transijt, imber abijt & recessit.
Nisi in te fuisset mortalitas, nihil contra te valuisset
aduersitas, & idcirco cum morte carnis mortalita-
tis corruptionem exuis, totum deinceps mundum,
& mundi mala aduersantia secura contemnis. Et
ideo quia hyems transijt, imber abijt & recessit.
(Iam iam enim hyems transijt, imber abijt & re-
cessit) Flores apparuerunt, vineę autem florentes S
odorem dederunt, & vox turturis audita est in ter- Flores vineæ.
ra nostra. Quid vult dicere Flores apparuerunt in
terra nostra? Qui sunt flores isti, & quæ sunt
vineæ? & vox turturis quæ est? & terra eius vbi est?
Ne fortè contingat nobis sicut Iudæis, qui dixerunt:
hunc nescimus vnde sit. Nam si scimus vnde sit, no
uimus terram eius, & scimus qui sunt flores isti, &
quæ sunt vineæ, & qualis sit odor vinearum floren
tium. Postremo & turturem nouimus, & vocem
eius qualis sit. Omnia scimus, si scimus vnde sit. Et
vtinam non auditu solo sciamus vnde sit, ne forte T
famam tantum audierimus, & non sciamus verita-
tem. Hoc enim parum est famã audisse de illo. Hoc
perditio potuit & mors, & de hoc solo gloriantur.
Nun enim vltra eis conceditur. Ergo oportet, ut
non solum fama, sed experientia de illo nos doceat,
ut gustemus, & uideamus quoniã suauis est Domi-
nus, & unctio eius doceat nos de omnibus. Si ergo
unctio eius in nobis est, scimus enim unde est, & sci
mus terram eius, & tunc poterimus prudenter solu
tionem reddere de floribus, & de odore uinearum,
& de uoce turturis. Iam enim hyems transijt, & im-
ber abijt & recessit. Flores apparuerunt, uineæ flo-
rentes odorem dederunt, & uox turturis audita in
terra nostra. Post tristia læta succedunt. Vbi transit
quod doluit, succedit quod delectat. flores apparue
runt in terra nostra. Magna causa nobis imminet lo
qui de floribus, & de uineis, & de uoce turturis.
Nam de hyeme, & imbribus, & tempestatibus, &
uentis multa nouimus & satis euidenter dicta, nec
opus est, ut modo dicantur plura, quoniam in prę-
senti satis dicta sunt. Tamen interim quantum ad
contextum attinet lectionis, uidentur hęc dicta ad
superiora referri: ut hoc, quod dicit flores apparue
runt, respondeat ad hoc, quod dixerat hyems tran-
sijt: hoc uero, quod dicit uineæ florentes odorem
dederunt, ad id, quod dixerat imber abijt & reces-
sit. Quia igitur hyems transijt, flores apparuerunt,
& quia imber abijt & recessit, uineæ florentes odo-
rem dederunt. Hyems transijt, flores apparuerunt.
Nam ubi gelu brumæ uerno calore liquatum solui
tur, continuo terra radijs tepentibus tacta se ad par
tum aperit. Tunc & germina & flores prodeunt, &
induitur rursum tellus decore suo. Ergo hyems trã-
sijt, & flores apparuerunt in terra. Nam quia imber
abijt & recessit, continuo uineæ florentes odorem V
dederunt. Nam imbres inimici sunt floribus, & ue- Imbres.
heuti-

hementissimi imbres flores vinearum excutiunt: & ideo quia imber abijt & recessit, vineæ florentes odorem dederunt. Mox ergo floribus vernantibus, & vineis odorem suum spargentibus, turtur dedit vocem suam, & impletum est gaudium, & ait. Vox turturis audita est in terra nostra, flores apparuerunt in terra nostra, vineæ florentes odorem dede-
X runt. Vox turturis audita est in terra nostra. Terra
Vox turturis. (inquit) nostra, non mea, sed nostra, vt eam communicaret nobiscum. Si ergo terra nostra est, vbi flores apparuerunt, & vbi vineę florentes odorem dederunt, & vbi audita est vox turturis: exilium hic est, vbi in terra deserta, inuia, & inaquosa, in terra aliena cantare non possumus canticum Domini: sed
Psal. 136. Super flumina Babylonis sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Nusquam hic flores sunt, vel vineæ florentes, sed salices steriles habentes folia, & fructum non habentes. Neque hic vox turturis auditur, sed suspendimus organa nostra, & non valemus cantare canticum Domini in terra aliena. Ergo ibi terra nostra est, hic exilium nostrum. Ad illam sumus creati, ad hanc expulsi. Hic peregrinamur illuc redituri. Illinc
Y exeuntes huc venimus. Hinc exeuntes illuc redimus. Propter hoc postquam hyems transijt, imber abijt & recessit, statim flores apparuerunt in terra nostra, vineæ florentes odorem dederunt, & vox turturis audita est in terra nostra. Vbi ista subtracta sunt, continuo sine mora illa apparere cœperunt. Postquam horum concussio a nobis transijt, statim odor illorum ad nos peruenit. Cum horum gemitus conticuit, continuo illorum concentus auribus nostris insonuit, & vox turturis audita est. Et videtur magna quædam gaudia hic commendare in floribus, & odore, & cantico. Nam hæc tria solum commemorata sunt, flores, & odor, & canticum. Et scimus, quòd flores ad speciem pertinent, odor ad fragrantiam, canticum ad iucun-
Z ditatem. Species autem ad visum refertur, fragran-
Quæstio. tia ad olfactum, melos ad auditum. Quare ergo hi soli præ cunctis sensibus electi sunt, & nominati? Nam habent singuli voluptates suas, & poterant interna gaudia etiam gustu designari, sicut scriptum est. Gustate, & videte quoniam suauis Dominus.
Responsio. Psal. 35. Et iterum. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et
Psal. 16. Torrente voluptatis tuæ potabis eos Domine. Sed
Psal. 33. qui iam gustat, fruitur, & peruenit ad finem desi-
A deriorum suorum: hic autem oportuit quædam primordia vitæ perennis significari, quando adhuc non sunt consummata omnia. Siquidem adhuc sponsa in exitu est, & inuitatur vt veniat. Et ipsa iam egrediebatur tabernaculum carnis suæ, & se cõuerterat vt veniret. Ibi reuelati sunt oculi eius. Et ecce de longe quasi terram, quasi patriam, quasi regionem amęnam vsque adhuc inuisibilem, sed vsque adhuc visis omnibus pulchriorem, plenam decore, & iucunditate referiam, cuius aspectus desideria ęterna. Illic omnia, quę in hoc seculo pulchra visa sunt, siue quę iã pręterierunt, siue q̃ nunc sunt, siue q̃ futura sunt, incorrupta fulgent, & multo ampliori decore q̃ credita fuerint inęstimabiliter ostẽ-
dũtur. In hunc ergo sponsa intuitum toto desiderio B
defixa, & se colligens ad se, concupiuit plenius scire, vnde tam mira subito fulsisset pulchritudo. Cumque in hanc tota intentione ferueret, & iam se non caperet præ gaudio, Ecce odor suauissimus illapsus est, & cantica quædam dulcia sunt audita, & cuncta mira præter solitum. Ideo flores commemorantur, & odor, & canticum, & in omnibus dulcedo illa bonorum inuisibilium & iucunditas designatur: & dicitur. Flores apparuerunt, & vineę odorem dederunt, & vox turturis audita est. Et omnia hæc in vno sunt, & omnia vnum sunt, flores, odor, & canticum. Flores etenim sunt, quia monstrant speciem: odor est, quia fundit suauitatem: canticum est, quia sonat dulcedinem. Totum est, & hoc totum est: sed adhuc de longe. Quic- C
quid ibi videtur pulchrum est, suaue est, iucundum est: sed quasi adhuc de longe est. Ideo adhuc gustu non percipitur, neque tactu attrectatur, sed tanquam eminus constitutum auditur, odoratur, & cernitur. Et tamen mire etiam sic reficit, & trahit post se animam in concupiscentias sempiternas.
Ideo ait. Trahe me: post te curremus in odorem Canti. 1.
vnguentorum tuorum. Et vox dilecti mei. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Pulcher es dilecte mi, & decorus, & totus desiderabilis: caput tuum, capilli tui, oculi tui, labia tua. Canti. 5. Cant. 8.
Fuge dilecte mi, fuge, similis esto dilecte mi capreę, hinnuloq; ceruorum super montes aromatũ. Flores ergo apparuerũt in terra nostra. Vineę florentes odorem dederunt, & vox turturis audita est in terra nostra. Æterna itaque gaudia floribus, & D
odore, & cantico designantur. Et diximus, quòd idcirco de gustu tacitum est, quoniam voluit demonstrare, quòd de longe adhuc erant, & necdum ad ea sponsa peruenerat, sed inuitabatur vt veniret, & demonstrata sunt ei vt videret, & concupisceret, & properaret. Ideo conuenienter designata sunt gaudia illa floribus, odore, & Cantico. Omnia enim hæc delonge reficiunt, & delectant eminus constituta. Multa autem sunt, quæ super his adhuc dici habuissent. Sed nos inopes sumus, & coarctamur scientia & sermone, nec sufficere possumus rebus tam immensis, & a nostra virtute tam sublimibus. Tamen non est tacendum illud, quod se adhuc suggerit & offert manifestationi. Cum
enim sint quinque sensus: corporei duo, idest ta- E
Sensuum discrimina. ctus & gustus magis sordibus appropinquant, & subiacent attamini, vnde nec synceram refectionem habere valent, sed quæ purgatione egeat & defęcatione. Tres uero reliqui meram trahunt dulcedinem, & suas delicias magis ad iucunditatem animi conuertunt, non enim ad necessitatem reficiunt, sed ad delectationem. Magna itaque rerum similitudo est, nec poterant inuisibilia signis euidẽtioribus declarari. Sicut enim oculus rerum specie sine coinquinatione pascitur, & sicut auris vocum suauitate sine corruptione delectatur: sic gaudia illa æterna suauitatem infundunt, & corruptionem non adducunt. Semper reficiunt, & nunquam deficiunt. Pascunt, & perseuerant integra ad fouendum se exhibent, & permanent incorrupta: pro-

pterea

pterea flores apparuerunt in terra nostra, vineæ florentes odorem dederunt, & vox turturis audita est
F in terra nostra. Flores apparuerunt. Quales flores? Sicut lilia, sicut rosæ, sicut violæ: & non est flos, qui non habeat propriam speciem & pulchritudinem singularem. Omnis pulchritudo ibi est, vbi summa pulchritudo est. Vnum bonum in illo bono est. Si flores nominas, si fructus nominas, totum ibi est. Nam & arbor est, lignum vitę est, quoniam
Prou. 3. de ipsa sapientia dictum est. Lignum vitæ est ijs, qui apprehenderint eam: & qui possederint eam,
Psal. 1. beati. Lignum autem vitæ plantatum est secus decursus aquarum, & fructum suum dedit in tempore suo. folium eius non defluet vnquam. Vide
G quòd nihil ibi deest. Omnia ibi sunt. Florem habet, folia habet, fructum habet, nec folia deesse poterunt: quia & vmbra ibi est, non tamen ad obscuritatem, sed ad refrigerium. Ipsa sponsa vmbram ibi esse testatur. Sub umbra illius, quem de-
Cant. 2. sideraueram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Quid ergo illic quærere possis, quod non
Ioan. 1. inueniat? Solum quod non est, ibi non est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et quod factum est, in ipso vita erat.
Rom. 11. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt
H omnia. Et cum quid in eo videri incipit, non in eo esse incipit, quando videri incipit. quia quod ibi est, semper est, & semper totum ibi. Audi adhuc sapientiam enumerantem iucunditates & delicias
Eccl. 24. suas. Ego (inquit) quasi vitis fructificaui suauita-
† honesta tem odoris, & flores mei fructus honoris, & † pulchritudinis. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, quasi cypressus in monte Sió, quasi palma in Cades, quasi oliua in campis, & quasi platanus iuxta aquã in plateis. Sed ne fortè affluentia ista obliuionem nobis inducat, & relictis floribus arbores numeremus. Arboribus enim aliquid rigoris & duritiei inesse videtur. Nos vero incipientes, & teneri mollibus, blandisque opus habemus: idcirco rursum ad flores conuertimur. Flores (inquit) appa-
I ruerunt in terra nostra: Contemplatione ergo ęternæ sapientiæ agitur, cuius aspectus desiderabilis omni iucunditate, & decore plenus trahit concupiscentias sempiternas. Ideo flores apparuerunt in ter-
Ioan. 10. ra nostra. Qui per me introierit (dixit sapientia) ingredietur, & pascua inueniet. Ergo intùs pascua est, & ipsa est terra, in qua flores apparuerunt cuius uiror perpetuus nunquàm marcescit, de quo dictum est: super omne pulchrum viride. Quanta enim putas pulchritudo in contemplatione æternæ sapientiæ est, ubi rerum omnium species sine defectu vigent, sine transitu permanent, sine corruptione consistunt, sine mutabilitate æternæ sunt. Si tam pulchrum est, quod vere pulchrum non est, quod est, quod vere pulchrum est? Ergo flores apparuerunt in terra nostra. Necdum fructus apparuerunt, qui reseruantur in posterum, sed nunc interim flores apparuerunt, vt aspectum demulceant, & desiderium accendant, quia hoc opus modo est, dum nondum peruenit, quo inuitatur vt veniat.
Propterea flores apparuerunt in terra nostra. In
K qua terra est? Vbi est terra ista? Nec in cœlo, nec in terra est terra ista, quia & cœlum & terra est terra ista. Terra est, quia nutrit, & portat: cœlum est, quia protegit, & illuminat. Terra ista in nobis est, & continet totum mundum. Tamen intus est, & non videtur nisi ab ijs, qui intus sunt. Inuisibilis est enim terra ista, sed ijs tantum, qui tantum visibilia vident. Ista est terra, vbi lumen lucet, quod impiorum oculi videre non possunt. Ipsa est terra, in qua flores apparuerunt: quia flores apparuerunt in terra nostra, uineæ florentes odorem dederunt. Ecce appropinquauit regnum cœlorum. Vineæ florentes odorem dederunt. Prius L
apparuit modo: iam eccce sentitur. Ecce odor ad nos vsque peruenit. Vineæ florentes dederunt. Primum flores vidimus, & non ibi erant flores vinearum: sed tamen flores apparuerunt in terra nostra. Nunc autem vineæ flores odorem dederunt. Illic iucunditas, hic vtilitas. Illic delectatio, hic refectio. Illic species ad iucunditatem apparuit: nunc autem & ipse odor, & ipsa dulcedo ad suauitatem, & sanitatem sese infundit. Paulatim appropinquat, & magis crescit, & in perceptione dulcedo, & in clarificatione cognitio: & tamen nondum ad gustum peruentum est. Nondum poculum illud inebrians ab vbertate domus eius, de torrente voluptatis propinatur. Nam & sponsa adhuc foris stat, & habet adhuc introduci in cellam vinariam, & idcirco de his in huiusmodi adhuc omnino tacetur tantummodo vineæ florentes odorem dederunt. Adhuc ergo flos, nondum botrus. Nusquam torcularia nominantur, nec musta feruent in ollis, vt vinum nouum mittatur in utres nouos, quia magna sunt ista, & sequentis epuli delicijs reseruata. Modo tantum vineæ florentes odorem dederunt.
Tantum vineas audiuimus, & sensimus odorem. M
Et vineæ (inquit) florentes odorem dederunt. Non ergo omnimodo relicti sumus: & nos spem habemus, & currimus, donec perueniamus. Vineæ enim florentes odorem dederunt. Spes nobis data est futuræ ebrietatis, & ipsa spes suam interim habet refectionem, vt possimus sustinere, ne deficiamus in via. Nam vineę florentes odorem dederunt. In flore spes, in odore refectio: & ideo vineæ florentes odorem dederunt. Et currimus, & sequimur, & festinamus inebriari: & cum peruenerimus, iam vineæ maturæ erunt, & vina torculata, & introibimus in cellam vinariam, & tunc deinceps de odore vinearum florentium nulla fiet retardatio. Nam hæc omnia interim nunc ad in-
choationem sunt, & ad promissionem, & cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex 1. Cor. 13
parte est. Modo ergo vineæ florentes odorem dederunt. Res mira, ibi maturæ sunt, & incipiunt N
hic pro modo nostro velut flores habere nondum maturos botros. Nec nobis ideo tardandum est, si modo florent vineæ, quasi tempus vindemiarum præueniamus si curramus, & ideo sensim ambulare velimus, quoniam multum adhuc supersit a flore vsque ad botros maturos. Non sunt vineæ illę sicut, quas nouimus, cæteræ vineæ istę. In te enim est quando maturescant. Nam tibi florere incipiunt, & tibi maturescunt. Sibi enim semper ma-

turæ sunt: & tibi maturæ esse incipiunt, cum tu eis
cœperis esse maturus. Si tardant, propter te tar-
dant. Nam sibi festinant quantum vis. Idcirco ne
timeas, sed festina tu. Et si iam odorem percepisti
florentium, propera fructum carpere maturum.
O Audisti enim quid sponsæ dictum est. Quod enim
illi dictum est, tibi dictum est, si tamen tu fueris vt
vnus de sponsi amicis, vel vna de sponsæ adolescen
tulis. Omnes enim isti ad vnum inuitantur conui-
uium, nec poterit vel vt sponsus sine amicis conui-
uari, vel vt sponsa sine adolescentulis suis. Audi er-
go tibi, quod dictum est illi, quia quod dictum est
Cant.2. illi, cum illa dictum est eidem tibi. Surge (inquit)
propera amica mea: quia hyems transijt, imber
abijt & recessit: & iam flores apparuerunt in terra
nostra. Vineæ florentes odorem dederunt. Et no-
uissime adiunxit quasi vnicum aliquid & singulare
commendans: Vox turturis audita est in terra no-
P stra. Quid nunc dicere poterimus nos de voce tur-
turis? Et tamen ne forte in mentem veniat, vel su-
per cor ascendat, quia turtur gemitum habet pro cā-
tu, planctum hic significari, non canticum: non ista
modo recipimus in nostris gaudijs. Nam vox turtu-
ris amori canit & dilectioni & habet singularem di
lectionem turtur, cui canit, vel præsenti gaudium,
vel absenti affectum. Igitur vox turturis tota de amo
re, & non nouit aliud præter amorem turtur. Et illi
singularis amor est, qui soli non adiungit alterum:
Et æternus, qui nec primo secundum. Ergo vox tur-
turis amori cantat, & amoris canticum est vox turtu
ris. Et ardent corda ad vocem turturis, & vox turtu-
Q ris audita est. Quæ est ergo vox turturis, de qua di-
citur: Et vox turturis audita est? Et quid sonat vox
Pulchra sup illud. Et vox turturis audita est i terra nostra. turturis? Significationem habet vox turturis? quid
dicit? Vnum est, quod sonat vox turturis: & sem-
per illud sonat, & resonat, & non fastidit vnquam!
Nunquam turtur vocem suam variat, nunquam cā-
ticum suum mutat: semper idem canit, quia sem-
per idem diligit. Ergo vox turturis audita est in
terra nostra. O vox turturis quàm dulcis es? Et
R quis dignus erit audire vocem turturis? In solitu-
dine canit turtur, & semper turtur solitudinem dili-
git, quia singularem dilectionem quærit. Non au-
dietur in plateis vox eius, neque foris clamorem suū
proferet. Intus resonat, intrinsecus canit: & non pos-
sunt audire turturem, nisi qui intus sunt. Qui elon-
gant in solitudine, qui secretum inhabitant, qui in
silentio requiescunt, isti sunt, qui vocem turturis au
diunt. In horrore visionis nocturnæ, quando sopor
solet occupare homines, tunc aperit corda virorum,
& vocem eius audiunt. Ibi verbum absconditum &
secretum reuelat amicis, & ipsi venas susurri eius
percipiunt, & secretum suum custodiunt: & ipse
ablactat, & educit in solitudine sponsam, & dulci-
bus alloquijs vocat, & monet, vt egrediatur, ut ibi
loquatur ad cor eius, & det illi intelligere charita- S
tem. O speciosa inter filias, audisti uocem turturis,
audisti & intellexisti. Intus loquebatur, & tu intus
eras, & ideo audisti, & intellexisti, & dixisti: uox dile
cti mei. Intellexisti enim, quia uox dilecti erat, & de
dilectione erat: quia & audisti & intellexisti, ideo & Cant.2.
tu dilexisti, & dixisti. Vox dilecti mei. Intellexisti, &
dixisti. Non enim intellexisses, nisi dilexisses, quia
dilectionis verbum erat, & non poterat nisi a diligē-
te intelligi. Dilectus loquebatur, & dilectæ loqueba- T
tur, & dilectio commendabatur. Quia ergo uocem
dilecti audisti, & dilectionem intellexisti, ne diffe-
ras ultra, ne amplius moram facias. Surge uelociter, Cant.5.
aperi pessulum ostij tui, & egredere ad illum, ut ui-
deas faciem eius: & si fugerit, tu sequere super mon
tes aromatum. Secura enim curris, quia uenis de Cant.8.
Libano, quia candida uenis & munda. Venis ca-
sta & immaculata, ideo secura curris de Libano su-
per montes aromatum. De merito castitatis ad prę-
mium beatitudinis, ideo de Libano super montes
aromatum. Ibi expectat te, qui natus est ex te, il-
luc præcessit te. Illic est filius tuus ille, & dile-
ctus tuus ille, qui uocat te, qui inuitat te, qui
uenientem de Libano præcedit te, & expectat te
super montes aromatum, Ibi flores apparuerunt,
uineæ florentes odorem dederunt. Ibi uox tur- Cant.4.
turis audita est in terra nostra: surge, prope-
ra amica mea. & ueni de Libano, ueni, coro-
naberis.

FINIS Sermonis nectarea dulcedine præditi: de assumpta Christipera virgine: atque ita quamquam plures aiunt extare doctissimi Hugonis Sermones, & Epistolas, atque alia nonnulla ad institutionem in historias, & varias artes pertinentia opuscula: quia tamen ea nondum emuncta, & tersa habere potuimus, his ad omnipotentis Dei gloriam, & lecturorum commoda secundum hunc Tomum modo claudimus.

Deo Gratia.

VENETIIS,

Apud Ioannem Baptiſtam Somaſchum Papienſem.

M. D. LXXXVIII.

11